

Josephus I. Roman. Imperat. Semper Augustus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Rex, Archidux Austriæ,

ДТ-Б-4/125

УНИВ. БИБЛИОТЕКА
Ин. Бр. 14031

יוסיפון בן גוריון

sive

JOSEPHUS HEBRAICUS,

videlicet:

Rerum memorabilium in populo Judaico tam pacis, quam belli tempore gestarum, inprimis de excidio Hierosolymitano

LIBRI VI. HEBRAICI,

juxta editionem Venetam, quam secuta est illa, quæ superioribus annis Francofurti ad Mœnum typis excusa est,

Atque collati sunt sex isti libri cum exemplari Constantinopolitano, cujus partem SEBAST. MÜNSTERUS Basileæ edidit, & Latine versi

a

JO. FRIDERICO BREITHAUPTO

Sacr. Cæsar. Majest. & Duc. Saxon. Consiliar.

Quibus accesserunt NOTÆ *ab eodem illustrationis causa additæ, ut & Index rerum & verborum locuples.*

GOTHÆ & LIPSIÆ,

Apud ANDREAM SCHALLIUM.

INVICTISSIMO
ROMANORUM IMPERATORI
JOSEPHO.
CÆSARI SEMPER AUGUSTO.
GERMANIÆ. HUNGARIÆ. BOHEMIÆ. DALMATIÆ.
CROATIÆ. SCLAVONIÆ. BULGARIÆ. BOSNIÆ.
SERVIÆ. ET. RASCIÆ.
REGI.
ARCHI-DUCI. AUSTRIÆ,
DUCI. BURGUNDIÆ. BRABANTIÆ. LUZELBURGI.
STYRIÆ. CARINTHIÆ. CARNIOLÆ. WIRTEM-
BERGÆ. UTRIUSQVE. SILESIÆ.
PRINCIPI. COMITI. HABSBURGI. TYROLIS. PFIR-
TARUM. KYBURGI. ET. GORITIÆ.
LANGRAVIO. ALSATIÆ.
DOMINO. VINDORUM. MARCHIÆ. PORTENA-
VIÆ. AC. SALINARUM.
ETC.

)(RE-

REVERA.

JOSEPHO. ID. EST. AUGUSTO.

PIO. FELICI. INCLYTO. QVEM. DEVS.

PERPETVO. SERVET!

HANC

JOSEPHI. HEBRAICI. VERSIONEM. LATINAM.

SUBJECTISSIMA. MENTIS. DEVOTIONE. CONSECRAT.

AC. DEDICAT.

SACR. CÆSAR. MAJEST. VESTRÆ.

OMNIUM HUMILLIMUS

JOH. FRIDERICUS BREITHAUPT.

PRÆ-

PRÆFATIO.

DUm Joſephi Hebraici, Gorionidis vulgò (1.) dicti, verſio Latina, adjectis quibusdam notis jam publicam in lucem prodit, antè omnia videtur opus eſſe, diſquirere, an liber iſte genuinus ſit Joſephi illius, qui de Antiquitatibus ac Bello Judaico Græcè ſcripſit, partus; an verò ſuppoſititius & ab alio eoque incerto autore compoſitus ſit, qua de re diverſæ ſunt doctorum virorum opiniones & ſententiæ, &, ut de illis, qui ſuppoſititium eſſe putant, primò dicam, præcipuum inter eos ſibi vendicat locum vir magni nominis, Joſephus Scaliger, qui (2.) recentem putat eſſe iſtius libri autorem, inter alia ſic ſcribens: *non opus eſt tot verbis de Joſepho Gorionide, quisnam ille fuerit, ſatis eſt, ſi oſtendero, cujas fuerit,*

a

(1.) Sic enim Judæi communiter vocare ſolent nempe: יוסיפון בן גוריון i. e. Joſephus, Gorionis filius, quæ etiam inſcriptio in frontiſpicio editionum Hebraicarum, typis excuſarum, reperitur.

(2.) In Elencho Trihæreſ. contrà Nicol. Serarium cap. 4. vid. infrà h. Præfat. num. 31. & n. 88.

erit, quando vixerit, cujusmodi ſcriptor ſit, Gallum Judæum fuiſſe ex agro Turonenſi non difficile eſt colligere, ut qui plus de illis, quàm de aliis Galliæ tractibus agat, recentem admodùm fuiſſe arguunt verba locorum recentia, quibus utitur, nempe: Tours, Amboiſe, Chinon, (3.) *quæ loca poſt ſexcentos annos à natali Chriſti adhùc Turones, Ambaſia, Kainon vocabantur &c. unde, ait, patere, hunc ſcriptorem recentiſſimum eſſe ac proinde Planum, qui nomen Joſephi Hiſtorici ſibi vendicârit: paulò poſt idem Scaliger ſic ſcribit: inſcitiam plus, quàm Judaicam produnt infinita in illius libris ſparſa, videlicèt, quòd David in Neapolitano agro fuerit,* (4.) *quòd multi veteres Patriarchæ ac judices Hebræorum in Europa bellum geſſerint,* (5.) putat autem Scaliger, Gorionidem opus ſuum ex Latino Rufini excerpſiſſe, dum Antiochum pium nominat (6.) Latinè, non Ευσεβῆ Græcè; & quòd Mariamnem vocet, uti Rufinus ex Joſepho, atque in eo etiam ſui Hebraiſmi oblitus ſit, nam Μαριαμμὴ Joſephi nihil aliud eſſe dicit Scaliger, quàm Μαριάμ, non מרים, ut ipſe ex Rufino hauſit, impudentiam etiam hinc portentoſam cum inſigni imperitia deprehendas, verba ſunt ejusdem Scali-

(3.) Vid. Gorion. lib. 1. cap. 3. circà fin. juxtà diſtinctionem librorum & capitum, à me recens factam.
(4.) Vid. Gorion. l. 1. c. 4. juxtà eandem diſtinctionem capitum à me recens factam.
(5.) Confer. Gorion. l. 1. c. 2. juxtà eandem capitum diſtinctionem.
(6.) Vid. Gorion. lib. 4. cap. 2. num. 15. confer. infrà n. 80. h. Præfat.

Scaligeri, fingit enim æram ſive ἐποχὴν, quam ille vocat שנות לאמפראום i. e. annos Imperatoris, cujus annò ſexageſimò Romani Calabriam & Meſſinam (7.) ceperunt, quæ ſunt verba ex Chronico Euſebii anno tertiò Olympiad. 126. pergit idem Scaliger: *paulò poſt, anno 134. illius Epochæ ſe natum dicit* [*Gorionides,*] *hoc eſt: annis 139. antè excidium templi, quid plura? Judæum agnoſcas, ſive inſcitiam ſive impudentiam ſpectes; major verò ea fuit & impudentia & ſtupor, dum dicit, ærâ Imperatoriâ 182. natum eſſe Julium Cæſarem; ſe verò tunc fuiſſe annorum quinquaginta & unius; anno autem ipſius Cæſaris decimo nono ſe ſeptuagenarium fuiſſe;* (8.) *Joſephus verò, Mattathiæ filius, ſcribens anno decimo tertio Domitiani,* (9.) *erat tantùm annorum quinquaginta ſex;* (10.) *omnem ἀναισχυντίαν καὶ ἀναισθησίαν ſuperat, quod, cùm legiſſet apud Rufinum,* (11.) *Joſephum, Gurionis filium* (Γωρίωνα *vocat Flav. Joſephus*) *unà cum Anano, Pontifice, præpoſitum mœnium ſartis tectis fuiſſe* (12.) *& Joſephum, Mattathiæ filium, Galilææ præfectum, ipſe duos illos Joſephos*

(7.) Vid. Gorion. lib. 2. cap. 24. juxtà diſtinctionem librorum & capitum à me recens factam.
(8.) Vid. Gorion. lib. 5. cap. 1. ubi iſtius rei fit mentio.
(9.) Vid. Joſeph. Antiqv. lib. 20. c. 9. ſeu ultim.
(10.) Confer. Gorion. lib. 5. cap. 1. ibique not. num. 24.
(11.) Rufin. de Excidio Hieroſolymitano lib. 2. cap. 25.
(12.) Confer. Egeſipp. de Excidio urb. Hieroſ. lib. 3. cap. 3. vid. infrà num. 18. hujus Præfat. & num. 35. ac n. 61.

ſephos unum Ioſephum; Gurionis filium eſſe ſuſpicatus eſt, (13) *eundemque ſacerdotem & excidii Hieroſolymitani ſcriptorem, hinc ſpendido mendacio* [*pergit idem Scaliger*] *perſvaſit genti ſuæ, ſe eum ipſum eſſe ſcriptorem belli Iudaici Ioſephum ſcil. Gurionis filium, ſacerdotem, certè abſque eo impoſtore ſi eſſet, Iudæi omnem hiſtoriam Maccabæorum & excidii Hieroſolymitani* † *ignorarent, eodem enim modo, quo ipſe interpolavit,* * *omnem hiſtoriam illam Iudæi hodierni & paulò vetuſtiores Bibliorum enarratores referunt, ne quis dubitaret,* (*verba ſunt ejusdem Scaligeri,*) *ſe Ioſeph eſſe illum, qui à Chriſtianis Ioſephus vocatur, ita ſcribit: dixit Ioſeph, filius Gurion, ſacerdos, ipſe eſt Ioſiphun & quidem nomine diminutivo Ioſippon, ipſe eſt, qui vocatus eſt Ioſiphus Græcè & גושיפוס Guſchipus* [*Ioſephus*] *Latinè,* (14.) *& Craſſus ipſe, qui ἀγέλαστος dictus fuit, hæc non ſine riſu legeret*, hactenùs Scaliger, cui etiam

(13.) Vid. Gorion. lib. 6. cap. 9. num. 8. & n. 10. confer. infrà iſtius Præfat. num. 24.

† Non ſolùm hiſtoria Maccabæorum & excidium Hieroſolymitanum; ſed & ſeqventia apocrypha, qvæ in Bibliis habentur, nempe: demiſſio Danielis in lacum leonum, cibatio per prophetam Habacuc, ſubverſio templi Bel, Dei Babyloniorum, occiſio Draconis, diſputatio, quid fortius inter vinum, regem & mulierem, item: ſacri ignis, in puteo abſconditi, inventio, ut & apocrypha, quæ in libro Eſther inveniuntur, ab autore noſtro narrantur, prout etiam in Frontiſpicio verſionis Latinæ, à Munſtero editæ, iſtius rei fit mentio.

* Confer. infrà h. Præfat. num. 87. & num. 103.

(14.) Vid. Gorion. lib. 1. c. 21. juxtà diſtinctionem librorum & capitum à me recens factam.

etiam Joh. Druſius adſtipulatur, qui (15.) ſic ſcribit: *opus Gorionidis eſt, ita mihi videtur, planè ſuppoſititium, quale forteàn Ariſteæ de ſeptuaginta interpretibus ac Beroſi, quem Annius Viterbienſis orbi obtruſit, hujus meæ ſententiæ,* [*ait idem Druſius*] *rationes habeo multas & graves, quas ſuo tempore producam, ſanè verus Ioſephus eſſe non poteſt, cùm ecce illum citet* [*hiſce verbis:*] *reliqua dictorum ac factorum Ionathæ nonne ſcripta ſunt in libro Ioſephi, Gorionis filii, ſacerdotis?* (16.) *Idem diſertè ait, ſe captum fuiſſe à Tito & Veſpaſiano,* (17.) *unde nec is eſſe poteſt, qui Hieroſolymæ præfectus Matthiæ filius, Egeſippo Curionis vel potiùs Gurionis filius dicitur,* (18.) *&c. ut ut ſit, autor eſt recentior*, inquit Drùſius, *neque ulla fides ei apud me, niſi ubi verum dicit &c.* his ferè conſimilia ſcribit Gerh. Joh. Voſſius, (19.) cujus inter alia hæc ſunt verba: *neque hic* [*Ioſippus Gorionides*] *idem eſt ac*

(15.) Vid. Joh. Druſ. lib. 1. de tribus Sectis Judæorum, cap. 8.

(16.) Vid. Gorion. pag. 44. colum. 4. ſic à Joh. Druſio hic allegatur atque ita etiam habetur in editione Veneta, quam ego quoque in vertendo ſecutus ſum; reperitur autem locus iſte in Gorion, libr. 4. cap. 1. circà fin. juxtà diſtinctionem librorum & capitum à me recens factam, ubi Hebræa ſic habent: ויהר דברי ומלחמותיו אחיו הלא הם כתובים על ספר יוסף בן גוריון הכהן ר"ג i. e. reliqua autem illius verba atqve bella, ut & bella fratrum ejus nonne ſunt ſcripta in libro Joſephi, Gorionis filii, ſacerdotis? &c. confer. infrà hujus Præfat. n. 29.

17.) Vid. Gorion. pag. 14. col. 1. editionis Venetæ, prout à Druſio allegatur; eſt autem lib. 1. c. 21. juxtà diviſionem capitum à me recens factam.

18.) Vid. Egeſipp. de Excidio urbis Hieroſol. lib. 3. cap. 3. confer. ſuprà num. 12. hujus Præfat.

19.) Vid. Voſſ. lib. 2. de Hiſtor. Græc. cap. 8.

Flav. Iosephus neque æqualis, siquidem Gothos in Hispania ponit (20.) *etiam partem Africæ vocat Barbariam* (21.) *item ait,* (22.) *Francos à Iulio Cæsare esse subactos, quo tempore nomen istud non erat Gallis, imo Ejusdem libri cap. 42.* [*in Latina translatione; sed in Hebræo est caput 41.*] *Francorum meminit, qui Gallias occupâssent;* (23.) *at aliquot demùm seculis post natio ista has terras obtinuit, quid, quod multa adeo dicit, quæ Flavio Iosepho ac veritati ipsi repugnant,** quo circà non possum dissentire,* [*ait Vossius*] *ab illis, qui eum pro supposititio scriptore habent, uti sunt Baronius Tom. 1. Annal. ad ann. 72. num. 27. item Possevinus in Apparatu, voce: Hegesippus, Ribeira Commentar. in Obadiam, num. 110. & Maldonatus in Mat-*

(20.) Nempe: Gorion. lib. 3. c. 15. uti Vossius, Munsteri editionem secutus, dict. loc. allegat, in editione Veneta, quam etiam Francofurtensis ad Mœnum sequitur, istud reperitur Gorion. lib. 4. c. 23. juxtà distinctionem verò librorum & capitum codicis Munsteriani, quem & ego hic secutus sum, est liber 3. c. 15. ubi scribitur: gentis תגרמא i. e. Getarum (Munsteri editio habet תגרמא i. e. Gothorum, ut ipse vertit,) ab Hannibale compressam fuisse, vid. not. ad dict. l. 3. c. 15. n. 4.

** Confer. quæ infrà num. 25. hujus Præfat. notata sunt.

(21.) Locus iste reperitur Gorion. lib. 2. cap. 9. juxtà Venetam editionem; sed secundùm distinctionem librorum & capitum, à me recens factam, habetur l. 2. c. 15. ubi scribitur, Barbariam ab Alexandro Magno fuisse subjugatam, vid. dict. l. 2. c. 15. ibique not. num. 10.

(22.) Videlicèt: Gorion. l. 5. c. 1. juxtà Munsteri editionem, quam Vossius secutus est atqve ego etiam plerumque retinui istam capitum distinctionem, vid. not. ad dict. l. 5. c. 1. n. 39. in Veneta editione est lib. 5. cap. 43.

(23.) Vid. Gorion. dict. l. 5. c. 41. ibique not. n. 10. juxtà Venetam editionem est lib. 6. cap. 61. ubi locus iste reperitur.

Matthæum cap. 16. amplius dico: Gorionides iste non librariorum culpa titulum mentitur; sed ipse, quantus quantus est, quod pluribus probandum duxi, scriptor ejus operis legerat apud Iosephum ex interpretatione Rufini [*hac enim usum liquet,*] *Iosephum, Gorionis filium, quem ὁμώνυμα Flav. Iosephus appellat, unà cum Anano mœnibus fuisse præfectum; Iosephum autem, Mattathiæ filium, præfuisse Galilææ, horum ille utrumque in unum conflavit & bonus ille vir nobis persuadere est conatus, se nempe esse sacerdotem illum Iosephum, qui de excidio Iudaico scripserat;* (24.) *sed vide hominis stuporem, ipse commenti sui interdum obliviscitur, uti quando ait: non quivisse se Sanctuarium ingredi eo, quod solis id sacerdotibus fas esset, quàm belle cum eo hoc convenit, quod se finxerat sacerdotem? & tamen genti suæ, ut ad istiusmodi credula est, potuit persuadere,* esse se celebrem istum Flav. Josephum. Cœterùm quod paulò antè Gerh. Joh. Vossius dixit, multa à Gorionide scribi, quæ Flavio Josepho repugnant, (25.) ejus exemplum esse poterit esse id, quod Joh. Hoornbeck (26.) scribit, *nempe, non de nihilo esse sibi videri, quod Iosephus in Præfatione Antiquitatum exserte dicat, non totam S. Scripturam à 70. interpretibus esse versam;* ἀλλ' ἀυτὰ μόνα τὰ

(24.) Confer. suprà Præfat. istius num. 13.

(25.) Vid. suprà istius Præfat. Sign. **

(26.) In Prolegomenis, quæ Tractatui pro convincendis & convertendis Judæis præmissa sunt, & quidem pag. 49. edit. Lugdun. Batav.

את התורה, i.e. *sed solam legem &c.* à Gorionide verò (27.) scribi, non solùm legem; sed & cœteros S. Scripturæ libros à 70. interpretibus esse in Græcam linguam translatos, *sic enim ibidem scriptum reperiri :* ויפרשו הכהנים את כל התורה והמקרא ב"ר ספרים אשר המליצו שבעים הכהנים מלשון קדש אל לשון יונית (28.) i.e. *& explicuerunt sacerdotes omnem legem & Scripturam viginti quatuor librorum, quos septuaginta sacerdotes verterunt de lingua sancta in linguam Græcam, ex qua sola re* [inquit Hoornbeckius] *& sententiarum discrepantia apparet, quòd Iosephus hic non sit idem cum Flavio*, quod multis temerè visum, qui & à Flavio semet ipse alicubi distinguit, (29.) *Isaaco etiam Casaubono* (30.) *Gorionides iste impostor insignis audit, qui opus suum sic concinnaverit, ut vellet videri, à vero Iosepho illud fuisse scriptum; sed aliter catuli*, [*inquit idem Casaubonus,*] *aliter leones olent, adeò enim antiquus*

(27.) Vid. Gorion. lib. 3. c. 2. prout à Joh. Hoornbeekio ibidem allegatur, qui Munsteri editionem secutus est, quamque ego quoad librorum & capitum distinctionem plerumque retinui; ast in Veneta editione est liber 3. cap. 17. confer. infrà num. 92. h. Præfat.

(28.) Sic quidem habet codex Munsteri Hebraicus; sed exemplar editionis Venetæ, quam in vertendo secutus sum, paulò aliter & quidem ita legit: ויבארו הכהנים את ספר התורה ואת שאר ספרי המקרא כ"ר ספרי וימליצום מלשון הקדש ללשון יונית i.e. & declaraverunt sacerdotes librum legis ac cœteros libros Scripturæ, viginti quatuor scil. libros & interpretati sunt (vel verterunt) eos ex lingua sancta in lingvam Græcam, confer. infrà num. 121. h. Præfat.

(29.) Confer. suprà hujus Præfat. num. 16.

(30.) Exercit. 16. ad Baron. ad ann. 34. num. 221.

quus non est hic Josephus, ut recens admodùm sit scriptor & quidem Gallus, ut certis argumentis demonstravit Scaliger (31.) *verba sunt Ejusdem Casauboni*, Christophorus Arnoldus (32.) plures adducit autores, (33.) à quibus disputatur contrà Judæos, *qui probare conati sunt*, (34.) *Josephum sacerdotem, Gorionis filium, universæ Galilææ gubernatorem, & filium Mattathiæ*, quæ præfectura huic etiam in Græco codice attribuitur, eundem fuisse, (35.) à multis quoque viris doctis, (36.) inquit idem Arnoldus, falsa, quæ in libro illo Gorionidis continentur, luci exposita sunt, idque ex ipsarum insuper editionum, Venetæ scil. & Basileensis collatione patere ostendit illustris Scaliger, (37.) communis est Christianorum sententia, ait Anton. Hulsius, (38.) diversos esse scriptores, Flav. Josephum

(31.) Nempe: in Elencho Trihæres. passim, cumprimis cap. 3. num. 37. & c. 4. n. 42. ac c. 18. n. 139 & seqq. confer. suprà n. 2. hujus Præfat.

(32.) In Prolegomenis libri sui, qui inscribitur: Testimonium Flavianum de Jesu Christo.

(33.) Inter alios Anton. Hulsium in Theolog. Jud. lib. 1. Part. 1. Sign. 8. & Sebast. Snellium in Disput. ad Abravanel. Thes. 23. & seqq.

(34.) Et quidem ex Flav. Josephi libro 2. de Bello Judaico, cap. 25.

(35.) Confer. quæ suprà in hac Præfat. n. 12. & n. 18. notata sunt, it. infr. n. 61.

(36.) Inter illos refertur Constant. L'Empereur Præfat. in Tit. Middoth, Isaac. Casaubon. contrà Cardinal. Baron. Exercit. 13. n. 26. & Exercit. 15. n. 154. Rob. Cocus in Censura Veterum Scriptorum pag. 90. ut & Comes Picus Mirand. in Epistol. Lit. E.

(37.) Videlicèt in Elencho Trihæres. passim, imprimis cap. 3. n. 37. & c. 4. n. 42. ac c. 18. n. 139. & seqq. vid. paulò antè num. 31. hujus Præfat.

(38.) Libr. 1. Part. 1. Theolog. Jud. seu de adventu Messiæ Sign. 8.

phum & Gorionidem, qui communiter audit Pseudo-Josephus, suppositicius, spurius, idem ab Alstedio in Thesauro Chronologiæ (39.) Josippus Gorionis, quem Judæi Hebraicè habent, Oceanus fabularum Judaicarum appellatur, eumque putat, tempore Caroli Magni consutum esse, atque hæc quidem eorum est sententia, qui illum suppositicium existimant ob rationes & argumenta ab ipsis adducta; sed non desunt ex altera parte etiam viri haud spernendæ eruditionis & autoritatis, qui Josephum illum Græcum atque Hebraicum unum eundemque putant scriptorem, cujus sententiæ antesignanus ac propugnator præcipuus est Sebast. Munsterus, (40.) rationes autem & argumenta, quibus tàm ipse, quàm alii istius sententiæ assertores moventur, primaria sunt ista, de quibus mox dicetur, nempe, quòd ipse Flav. Josephus testetur, (41.) se, antequàm Græcè scriberet, historiam belli Judaici linguâ Hebræâ edidisse, (42.) indignum enim duxerat idem Josephus, (43.) Parthos quidem ac Babylonios Arabumque remotissimos & ultrà Euphratem gentis Judaicæ incolas itemque Adiabenos suâ [Josephi scil.] diligentiâ verè cognoscere, unde cœpisset bellum

(39.) Titul. 47. ubi Chronologia Historicorum habetur.
(40.) In Præfatione, quam ille versioni suæ Latinæ Josephi, Gorionis filii, Historiæ, quæ Basileæ anno 1541. typis excusa est, præmisit, vid. infrà n. 48. h. Præfat.
(41.) In Prologo librorum de Bello Judaico.
(42.) Confer. hìc Isaac. Vossii Castigationes ab Objecta Georgii Hornii cap. 2. pag. 313. & cap. 3. pag. 315 edit. Belg.
(43.) Vid. Ejusd. Prolog. librorum de Bello Judaico.

lum [Judaicum] quantisque id cladibus constitisset quove modo desiisset, Græcos verò & Romanorum aliquos, qui militiam secuti non essent, figmentis sive adulationibus captos ista nescire, (44.) Eusebius quoque (45.) scribit, Josephum historiam belli Romani patrio [i. e. Hebræo] sermone composuisse, cujus hæc sunt verba: τὴν δ' ἱστορίαν τὴν κατ' αὐτὸν Ῥωμαϊκῆ πολέμε ὃν ἐπ]ὰ λόγοις, ἃ καὶ ὁ μόνον τῇ Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίῳ φωνῇ σφζδόναι αὐτὸς ἑαυτῷ μαρτυρεῖ, i. e. historiam autem belli Romani, quod sua ætate gestum est, septem libris [complexus est Josephus,] quas res non Græco solùm; sed & patrio [i. e. Hebræo] sermone prodidisse ipse de se testatur, (46.) his accedit unanimis & constans Judæorum opinio atque traditio, quâ Josephus ille, qui Græcè scripsit atque Josippus sive Gorionides ab ipsis pro uno eodemque habetur, testis est R. Menasses, Ben Israël, qui ad Christophorum Arnoldum sic scribit: hac de re quæstio planè nulla apud nos [Judæos] suboritur, quoniam unanimiter credimus, Flavium Josephum auctorem illorum, [quæ scil. in Gorionide

 haben-

(44.) Joh. Drusius lib. 1. de tribus Sectis Judæorum testatur, in exemplari Suffridi Petri, qvod ipse penès se habuit, ad hunc Josephi, de qvo suprà in Præfatione ista dictum est, locum ita scriptum reperiri: Ἰωσήπου Ἱστορία Ἑβραϊκή, Josephi historia Hebraica, notas qvoqve Græcas ad locum istum adduxit ibidem Joh. Drusius, qvas brevitatis studio hìc omitto.
(45.) In Histor. Eccles. lib. 3. cap. 9. alleg. Drus. dict. lib. 1. de tribus Sect. Judæor.
(46.) Vid. Euseb. Histor. Eccles. dict. libr. 3. cap. 9. nonnulli ajunt, historiam belli Judaici à Josepho quidem primùm Hebraicè scriptam fuisse; sed illam editionem temporum injuriâ intercidisse; verùm, cùm istud fit facti, probari debet.

habentur,] esse, verba ejus Gallica [hac enim lingua R. Menasses, Ben Israël ad Arnoldum scripserat,] hæc sunt: toutte fois cela n' entra jamais en question entre nous, à cause, que nous croyons unanimement, que Flave Josephe en est l'autheur, (47.) non igitur de nihilo esse videtur tàm constans Judæorum traditio, cui in suæ gentis homine appellando historicam fidem negare difficile erit, *** ab eodem Munstero (48.) ad stabiliendam sententiam suam celebres iique satis antiqui Judæorum doctores adducuntut, qui hujus Gorionidis mentionem fecerunt, inter quos R. Abraham Levites, Ben David, qui fuit antè Kimchium circà annum mundi 5000. ut & ipse R. David Kimchi, (49.) Hispanus, qui, quid sit פגג ex Josepho, Gorionis filio, declarat, si itaque Josephus Hebraicam vocem פגג exponit & expositio ejus à Rabbinis citatur, necesse est, ut ille Hebraicè scripserit, nam in Græca editione non facit ille hujus vocis mentionem, unde ergò habent id Hebræi, nisi ex Hebraica editione? inquit Munsterus, (50.) hisce addi poterit R. Salomo Jar-

(47.) Vid. Ejusd. epistola 12. qvæ Christoph. Arnoldi libro, qvi inscribitur: Testimonium Flavianum de Jesu Christo, inserta est.

*** Verba sunt Christoph. Arnoldi in Testimonio Flaviano, Thes. 30.

(48.) In Præfatione, qvæ Latinæ ejus versioni Gorionidis præmissa est, de qva suprà n. 40. h. Præf. dictum est.

(49.) Commentar. ad Hagg. c. 2. & ad Zachar. c. 11. idem Kimch. in radicibus, dictione: פגג.

(50.) In sæpiùs allegata Præfatione, qvam ipse Latinæ Gorionidis versioni præmisit.

Jarchi, qui R. Davidem Kimchium ætate præcessit, (51.) is non uno in loco Josephi, Gorionis filii, in Commentario suo Biblico meminit, inprimis ad 2. Reg. c. 20. vers. 13. ubi sic scribit וראיתי בספר יוסיפון פגג הוא אפרסמון i. e. ac vidi in libro Josephi, [quòd] Pannag sit Apharsemon i. e. Balsamum, (52.) R. Aben Ezra quoque istius Gorionidis mentionem facit, (53.) inter recentiores Judæorum doctores ab eodem Munstero (54.) etiam R. Abraham Conat, medicus Constantinopolitanus, refertur, qui eximium huic Josepho præconium tribuit, quod, quoniam satis prolixum est, hùc transcribere supersedeo, Hebræa eorumque versio Latina apud eundem Munsterum in illius Præfatione, Latinæ Gorionidis versioni præmissa, videri poterunt, dilaudatur quoque Gorionides in Tzemach David ad annum 829. n. 4. tanquam vir sapientissimus ac prudentissimus, vir justus & rectus, qui, cùm sapientes Gemaræ aliquot annis præcesserit, non esse, inquit ille, cur eum habere debeant Judæi לסופר הבלתי נאמן i. e. pro historico minùs fideli, (55.) inter recen-

 tiores

(51.) Prout inter alios ex Alstedii Thesauro Chronologiæ & qvidem Tit. 42. ubi de celebribus doctoribus apud Judæos agitur, videre licet.

(52.) Idem notavit R. Salomo ad Esai. c. 39. v. 2. & ad Ezech. c. 27. v. 16. Ejusdem Josephi, Gorionis filii, mentionem facit etiam R. Salomo in Commentar. ad Daniel. c. 5. v. 1. & ad Dantel. c. 6. v. 26. ut & ad Ejusd. c. 8. v. 22. & ad c. 11. v. 2. 4. 17. 18. 24. it. ad Hagg. c. 2. v. 6. atqve aliis in locis.

(53.) In Commentar. ad Hagg. dict. c. 2. v. 6.

(54.) In Præfatione sua aliqvoties allegata.

(55.) Vid. Christoph. Arnold. Epistol. 13. qvam ad Menassem, ben Israël scripsit qvæq;

tiores quoque Don Isa. Abarbenel in Commentariis suis istius Gorionidis non uno in loco mentionem facit & tanquàm historicum fide dignum allegat,(56.) præter celebrium doctorum Judaicorum autoritates & testimonia de Gorionide nostro etiam istud accedit argumentum, quòd Josephus iste Gorionis filius stylò utatur Hebraico elegantissimo & ferè Biblico, longè discrepante à stylo modernorum Rabbinorum, (57.) id, quod solum convincere posse lectorem quemque, ait Munsterus, (58) editionem Hebraicam Josephi esse & non interpretis alicujus Judæi, si enim esset interpretis alicujus, utique ille in omnibus observâsset eum ordinem, qui in Græca servatur editione, id autem non fit; sed

qvæqve in Ejusdem Arnoldi libro, qvi inscribitur: Testimonium Flavianum de JEsu Christo, reperitur, Schikardus qvoqve in Procœmio ad Tarich pag. 91. & 92. R. Davidem Part. 1. sui Tzemach fol. 38. b. ad ducit: confer. & Joseph. Voisinii Observat. ad Raym. Martini Pug. Fid. Part. 2. cap. 3. fol. 302. col. 2. ac fol. 303. col. 1. edit. Lipsi. ubi etiam autor Tzemach David Part. 1. ad ann. 829. n. 4. hanc in rem allegatur.

(56.) Vid. Ejusd. Commentar. ad 1. Reg. c. 2. v. 10. fol. 199. col. 1. edit. Lipsi. ubi locus ex Josepho, qvi Antiqvitates Judaicas scripsit, allegatur, nempe Antiqv. lib. 16. c. 11. atqve idem Josephus, Gorionis filius, ab eodem nominatur, confer. & Abarbenel. ad Esai. c. 35. fol 54. col. 1. edit. Amstel. & ad Ezech. c 38. fol. 206. col. 2. atqve aliis in locis, ubi etiam Gorionidis fit mentio, R. Azarias etiam, autor libri מאור עינים refert, qvòd Josephus scripserit לרומיים וליהודים i. e. Romanis & Judæis, Romanis scil, lingvâ Græcâ, qvæ illis tunc temporis satis nota erat, & Judæis, lingvâ nimirùm Hebræâ, vid. Joseph, Voisinii Observat. ad Raym. Martini Pug. Fid. Part. 2. c. 8. fol. 373. col. 1. & 2. edit. Lipsi. confer. & infrà n. 91. h. Præfat.

(57.) Verba sunt Munsteri in dicta Præfatione, versioni suæ Latinæ præmissa, confer. infrà num. 104. h. Præfat.

(58.) In sæpiùs allegata illius Præfatione,

sed in Hebraica editione non rarò quædam integra capita scribuntur, quæ in Græca non habentur, id, quod in annotationibus nostris signavimus, [inquit Munsterus,] nam collationem fecimus utriusque editionis & rursùm multa integra capita in Græca editione inveniuntur, quæ in Hebraica non habentur, hactenùs Munsterus, (59.) à quo etiam insuper istud adducitur argumentum, quòd, ubi utriusque Maccabæorum libri historiæ describuntur, ordo ille non observetur, qui in nostra Vulgata editione custoditur, id, quod [ait ille] rursùs argumentum est, Hebraicam editionem ex nostra Latina aut Græca editione conflatam non esse, præterea idem Munsterus in sæpè dicta Præfatione sua scribit, in Josepho Hebraico quædam haberi, quæ in nostris Maccabæis non habentur aut quædam copiosiùs hìc tractari, quàm alibi, cujus rei exemplum quoddam in eadem Præfatione adducitur, ubi etiam ad objectiones & argumenta eorum, qui contrariæ adstipulantur sententiæ, respondetur; & quidem ad illud, quod objicitur, Josephum in Latina & Græca editione appellari Mattathiæ filium; in Hebraica autem, filium Gorionis, ipse sic respondet, fuisse Josephum ex Hasmonæorum genere, sicuti ipse testatur (60.) hisce verbis: nos verò generi Hasmonæorum propinqui & cum honore sacerdotium habentes &c. atque ideò appel-

(59.) In dicta Præfatione sua.

(60.) Nempe: Antiqv. lib. 16. cap. 7. sicuti in dicta Munsteri Præfatione allegatur.

appellavit se Mattathiæ filium, cujus nomen celebre fuit apud exteras gentes propter egregia illius filiorumque ejus facta, sicuti & in libris regum omnes posteri Davidis vocantur filii Davidis ob celebritatem nominis ejus; ubi verò ille historiam scribit congentilibus suis Hebraicâ eaque patriâ linguâ, vocat se filium propinquioris patris, nempe Gorionis, haud dissimile exemplum habetur in principio Exodi de filiabus Rahuelis & Jethronis, prætereà idem Munsterus ibidem ad id, quod ex libro secundo cap. 25. de Bello Judaico objicitur, ubi filius Mattathiæ & filius Gorionis ceu duæ personæ exprimuntur, fusiùs respondet in eadem Præfatione, quæ, quia prolixa sunt, ibidem videri poterunt, sanè Egesippus (61.) celebris historicus, (62.) de Josepho, quem ille paulò antè Gorione genitum dixerat, in sequentibus ita scribit: *ex quibus Josephus in Galilæam descendens, munire castella, instaurare propugnacula, validissimos quosque & bello promptissimos adciscere sibi impigrè curabat &c. militem Romanæ militiæ more exercitare, dividere ordines, distribuere centuriones &c.* (63.) unde potest colligi, unius duntaxàt Josephi fieri mentionem, ad objectionem verò illam, quâ dicitur, duas illas editiones, Græcam & Hebraicam non

(61.) De Excidio Hierosolym. lib. 3. cap. 3. de qvo vid. suprà in Præfat. num. 12. n. 18. ac n. 35.

(62.) De qvo infrà num. 111. hujus Præfat.

(63.) Vid. infrà Gorion. lib. 6. cap. 9. num. 8. & n. 10. & cap. 10. n. 1. & seq. confer. & Joseph. l. 2. de Bell. Jud. cap. 42.

non per omnia consentire; sed in multis locis vel in sensu vel in propriis nominibus discordare atque hinc sequi, non unum earum; sed diversos fuisse autores, Munsterus respondet in eadem Præfatione, nos scripta Josephi non pro oraculis habere, homo fuit & ideò nonnunquam memoria labi potuit, deinde aliter ipse scripsit gentibus, aliter Judæis, prout idem Munsterus istius rei exempla quædam in Præfatione sua adduxit, quid ergò mirum, inquit ille, si Hebraica editio non nunquam dissidet à Græca, qvando Græca nonnunqvam dissidet à se ipsa? aut si illa non discordat, fieri potuit, ut Latinus interpres non semper mentem autoris expresserit, potuerunt & multa loca scriptorum oscitantiâ vitiari, sicuti etiam superioribus annis Frobeniana editio fuit ab in numeris mendis repurgata, verba sunt Ejusdem Munsteri, interpolatoris quoque Iudæi manus multa corrupit & nomina & loca, cui etiam adscribendum est, quòd gentes quædam citentur, quæ longè post Iosephi tempora in mundo surrexerunt, uti sunt Franci, Gothi, Lombardi, Bulgari &c. hæc planè arguunt, ait Munsterus, Iosepho quædam accessisse per posteros Iudæos expositionis & Præfationis gratiâ, quis enim non videt, inquit ille alium quempiam Iudæum loquentem, quando dicitur, Gallos, qui sunt Franci, inter fuisse sepulturæ Herodis? (64.) Galli enim

(64.) Vid Gorion. lib. 5. cap. 41. juxtà Munsteri exemplar, qvod & ego secutus sum, in Veneta editione ac Francofurtensi ad Mœnum est liber 6. cap. 61.

tempore Augusti aut Tiberii nondum assecuti fuerunt appellationem Francorum, hactenùs Munsterus, cujus Præfationem integram huic operi inserendam atque versioni meæ præmittendam censui, ut exinde illius mens atque sententia magis perspici posset, quamobrem hisce, quæ ab altera parte jam adducta sunt, rationibus & argumentis non possum non calculum meum adjicere atque Munsteri amplecti sententiam, cui stabiliendæ etiam illa, quæ statim subjiciam, non parum adferunt ponderis ac momenti, nimirùm accurata illa atque prolixa arietum pensilium & curulium descriptio, (65.) cujusmodi nequidem apud Lipsium in Poliorceticis nec apud ullum alium, quod quidem sciam, scriptorem sive historicum reperitur, id, quod non leve antiquitatis Gorionidis nostri argumentum esse puto, cùm nemo, nisi ἀυτόπτης, istarum machinarum bellicarum descriptionem tàm accuratam facere possit, luculentum quoque antiquitatis hujus scriptoris argumentum præbet insigne illud testimonium de Iohanne, Baptista, (66.) qui ab Herode Antipa occisus est eò, quòd ab illo ob fratriam, præter fas conjugiò sibi junctam, reprehensus esset, (67.) quod sanè veritatis

(65.) De qva vid. Gorion. lib. 6. cap. 15. n. 6. & seqq. it. n. 9. & 10. vid. & dict. lib. 6. c. 40. n. 5. ac seqq. secundùm librorum & capitum distinctionem, à me recens factam.

(66.) Vid. infrà Gorion. lib. 5. c. 45. ibique not. num. 3. & 4. idque juxtà distinctionem librorum ac capitum, à Munstero factam, qvam & ego secutus sum, in Veneta, ut & Francofurtensi ad Mœnum editione est liber 6. cap. 63.

(67.) Confer. hic Gorion. dict. lib. 5. cap. 45. num. 6.

tis Evangelicæ (68.) testimonium recentioribus Iudæis haud tribuas, qui, quantum in ipsis est, tollunt potius, quàm adjiciunt, quæ Christianorum causæ quàm minimum prodesse possunt, (69.) certè mirum est, testimonium istud notatu dignum à recentioribus Iudæis in Gorionide fuisse relictum nec odiò Christianorum erasum. Hinc illi quoque, qui supposititium putant hunc scriptorem, propter antiquitatem hujus codicis impulsi probabile esse scribunt, (70.) à Iudæo quodam, uno ex iis, qui primò secundòve Ecclesiæ seculò plurimi Christianismo nomen dederunt, versionem Hebraicam è Græco Iosephi elaboratam fuisse, quam gentiles conservârint ac circumtulerint, (71.) ac licet illustre illud Testimonium Flavianum in hodiernis Iosephi Hebraici editionibus non reperiatur; tamen Cardinalis Baronius refert, (72.) quòd in Bibliotheca Vaticana habeatur Manuscriptum pervetustum Iosephi Hebraici, in qvo, cùm Iosephi Græci testimonium de Christo Romæ reqvireretur, illud abrasum inventum sit, cujus sceleris vestigia tàm manifesta esse scribit,

(68.) Vid. hic Matth. c. 14. v. 3. & Marci cap. 6. v. 17. it. Luc. c. 3. vers. 19.

(69.) Confer. hic Christoph. Arnoldi Testimon. Flavian. de Christo, Thes. 32.

(70.) Vid. Epist. 9. quam Sebast. Snellio Thomas Reinesius scripsit & apud Arnoldum in Testimonio Flaviano reperitur.

(71.) Et qvoad insigne istud testimonium de Johanne, Baptista, Joh. Drusius lib. 1. de tribus Sectis Jud. scribit, se potius Gorionidi, quàm Josepho Græco accedere, quia hæc illius narratio cum Historia Evangelica consentit.

(72.) Tom. 1. Annal. Eccles. A. C. 34. pag. 210. edit. Rom. confer. Christoph. Arnoldi Excerpta, Testimonio Flaviano addita & quidem Excerpt. 8.

bit, ut nulla excusatio aut defensio locum habere possit, cùm membrana id ipsum exclamare videatur: ô perfidorum impudentiam! & qvamvis Isa. Casaubonus (73.) id sub censuram revocet atque narrationem istam à veritate alienam esse suspicetur; tamen Petr. Daniel Huetius (74.) scribit: si recentiori candidi cujusdam & literati viri stamus testimonio, visitur hodieque codex ille in Vaticana Bibliotheca & Baronium absolvit atque id ipsum Manuscriptum illustri cuidam personæ Romæ in Vaticana Bibliotheca ostensum fuisse testatur D. Wagenseilius, (75.) id, quod si Munstero innotuisset, dubitationem ei auferre potuisset, qui (76.) incertum esse scribit, an Judæi magnificum illud præconium, quod Josephus (77.) Salvatori nostro tribuit, ex Ebraico volumine eraserint, an autor ipse datâ operâ id omiserit, ne suis illudere videretur, non leve qvoqve antiqvitatis hujus codicis Hebraici argumentum præbent illa, qvæ de Nectanebo, Ægypti rege, (78.) ut & de Artaxerxis bello con-

(73.) In Exercit. 16. ad Baronium, Sect. 154. ad annum Christi 34.
(74.) In Demonstr. Evangl. Propos. 3. num. 13. pag. 56. & 57. edit. Lips.
(75.) In Epistolâ quadam, ad Christoph. Arnoldum scriptâ.
(76.) In notis ad Gorion. libr. 5. cap. 43. vel, ut alia habent exemplaria, cap. 44. Lit. C.
(77.) Antiqv. lib. 18. cap. 4. in Græc. al. c. 6. juxtà versionem Latinam.
(78.) Vid. Gorion. l. 2. c. 9. juxtà distinctionem librorum & capitum, à me recens factam, in Veneta &, quæ eam secuta est, Francofurtensi ad Mœnum editione est lib. 2. cap. 6.

contrà Ægyptios (79) susceptо item de Candace, regina, (80) in eo memorantur, ipsa quoque nomina propria, quamvis corrupta, quæ Gorionidis libro primo, capite primo, secundo, tertio ac qvarto habentur, antiqvitatem sapiunt, quòd si omnia, qvæ in dicto scriptore habentur ex Rufino, vetere Josephi Græci interprete Latino desumpta sunt, prout nonnulli putant, (81.) unde igitur illa de Zepho, (82.) filio Eliphasi, narratio, cujus in Josepho Græco nulla fit mentio, profluxit? cui etiam Rabbi Moses, ben Nachman, (83.) adstipulatur, dum ita scribit: invenimus in Chronico Josephi Gorionidis & aliis antiqvis libris, qvòd venerit Zepho, filius Eliphas, filii Esavi & contenderit cum ipsis [filiis nempe Jacobi, patrem sepelire volentibus] propterea [h. e. propter sepulchrum, qvia existimabant, potiori jure sepulchrum Esavo, primogenito, deberi, quàm Jacobo,] donec bellum inter ipsos ortum fuit, in qvo prævaluit manus Josephi, ita, ut Zepho cum selectiori suo milite cæsus & in Æ-

 gyptum

(79.) De quo vid. Gorion. dict. lib. 2. cap. 9. ibique not. n. 3. & num. 4. ubi alii quoque scriptores adducti sunt, qui istius regis Ægyptiorum, Nectanebi atque Artaxerxis belli contrà illum susceptі mentionem fecerunt.
(80.) Vid. Gorion. lib. 2. cap. 19. ibiqve not. num. 2. Candacis, Æthiopum reginæ, etiam in Actis Apostolorum cap. 8. v. 27. fit mentio, ubi vide Commentatores, imprimis Erasmi, Munsteri atque Drusii not. ibidem.
(81.) Confer. suprà num. 6. h. Præfat.
(82.) Hic nominatur Zephi 1. Paralip. cap. 1. v. 36. vid. Gorion. lib. 1. cap. 2. ibique not. num. 1.
(83.) Commentar. in Genes. sub fin. fol. 42. col. 2. alleg. Buxtorf. in Lexic. Chald. fol. 31.

gyptum deductus fuerit, ubi in carcere detentus fuit omnibus diebus Josephi ; mortuo autem Josepho fugit ex Ægypto & venit in Campaniam regnavitque illic super provinciam Citthæorum in Roma ; tandem verò regnavit super Italiam fuitque primus, qui super Romam regnavit, ipse etiam fuit, qui templum primum maximumque, quod Romæ est, exstruxit &c. hactenus R. Moses, ben Nachman, iisdem consona reperiuntur in R. Isaaci Munimine fidei, (84.) ubi sic scriptum reperitur ex interpretatione Latina D. Wagenseilii: accedit his, qvòd Zepho, filius Eliphas, Esaui, nomen Edom gerentis, nepos primus in vallibus Campaniæ super omnem regionem Chittæorum, hoc est Romanorum, & super universam Italiam imperium tenuit, ceu constat ex Josephi [Gorionidis] capite secundo, (85.) his igitur suprà fusiùs adductis rationibus atque argumentis motus non potui non Munsteri aliorumque, qvi eundem putant, qvi Græcè atque Hebraicè historiam scripsit, esse autorem, sententiæ astipulari, ita tamen, ut Judæi cujusdam interpolatoris [nisi fortè plures, uti nonnulli existimant, fuerunt,] manum interveniisse fatendum sit cum Seb. Munstero

(84.) Apud D. Wagens. in Tel. ign. Satan. dict. Munim. fid. pag. 66.

(85.) Hebræa vide in alleg. Munim. Fid. dict. pag. 66. confer. etiam Abarbenel. Commentar. ad Esai. cap. 35. fol. 54. col. 1. ut & ad Ezech. cap. 35. fol. 201. col. 3. circà fin. edit. Amstel.

stero (86.) ut & Joh. Drusio, (87.) qui sic scribit : accidit antè qvadringentos annos aut præter propter, quod aliis multis autoribus bonis, qvorum lucubrationes ab otiosis hominibus interpolatæ, imò falsatæ fuerunt, Josepho Gorionidi, qvi & Aben Gorion vocatur, qvem cum Flav. Josepho eundem faciunt Judæi, cujus historiam agyrta qvidam, homo imperitus, nimiùm auxit, ne dicam corrupit, qvin & ipse Josephus Scaliger, qvi Gorionidem nostrum suppositititium esse statuit, sibi qvasi contrarius, istius autoris interpolationem agnoscit, (88.) Judæus itaqve interpolator isqve satis imperitus, qvem Scaliger (89.) natione Gallum fuisse ex agro Turonensi ortum non difficile putat colligi posse, is, inqvam, Judæus, [si non plures fuerunt,] non solùm Gorionidi ab initio qvædam adjecit ; sed & hinc inde in eodem non pauca interspersit, prout in ipso autore suis qvæqve locis à me notata sunt, idque Judæus iste tantâ fecit imperitiâ, oscitantiâ atqve impudentiâ, ut omnem penè fidem atqve autoritatem huic Scriptori ademerit ; non tamen propterea statim autor aliqvis abjiciendus vel pro suppositititio habendus

(86.) In illius Præfatione sæpiùs allegata, ubi scribit, in Josepho Hebraico quædam per posteros Judæos expositionis & Præfationis gratia accessisse, qua de re jam suprà in hac mea Præfatione dictum est.

(87.) In libro de Henoch, cap. 18. alleg. Christoph. Arnold. in Prolegom. libri, qvi inscribitur : Testimonium Flavianum de Christo.

(88.) Confer. suprà istius Præfat. Sign. *

(89.) In Elencho Trihæres. contrà Nicol. Serarium cap. 4. de quo suprà h. Præfat. num. 2.

dus est, si ei fortè aliqvid alleverit adultera manus; sed, qvod in metallis fieri solet, periti artificis manu separanda est scoria à materia puriore, (90.) neque enim novum est, quòd multi etiam primæ notæ scriptores mangonium aliquod (91.) passi sint, qvos glossemata inficeta subinde deformârunt, sic R. Azarja in tertia parte libri sui: Meor enajim, (92.) scribit, antiqvissimo libro Seder Olam à quibusdam posterioribus nonnulla esse addita, qvi nec à cœteris libris vetustioribus iniqvas manus abstinuerunt, aliaque ibidem à R. Azarja adducta sunt interpolationis exempla ac speciatim de Josepho Hebræo ille ita loqvitur: *sicuti enim nobis videtur, in quibusdam locis corruptum esse* [*Flavium*] *Josephum, qui scriptus est in usum Romanorum; ita quidam ex nostris sapientibus oculos suos aperuerunt, legentes Josephum Hebræum, cujuscunque etiam sit editionis, eumque intùs corruptum esse animadverterunt, quia variæ generationes ei manus suas immiserunt sive amplificando explicationes sive addendo historias, apud alios inventas, quod fieri non debebat, in specie sapientes prænominati anim-*

(90.) Verba sunt H. Grotii in Epistol. ad Gallos 148. pag. m. 364.

(91.) Prout Thomas Reinesius in Præfatione ad Petronii Arbitri Fragmentum loquitur.

(92.) Hæc tertia pars ab eodem inscribitur: אמרי בינה, in qua locus hic adductus reperitur & qvidem in illius cap. 19. vid. D. Meyeri Præfat. ad Seder. Olam. ubi istius R. Azarjæ testimonium annexum reperitur ejusque versio Latina habetur, de hoc R. Azaria vid. suprà n. 57. h. Præfat.

animadverterunt, capite primo nomina populorum in eo reperiri, nempe Francorum, Gothorum, Lombardorum & Bulgarorum, quæ necessariò corruptionem arguunt, siquidem tempore Josephi istæ familiæ nondum erant in rerum natura, &c. idem paulò post: *ita quoque historia translationis legis nostræ, quæ reperitur in Josepho Hebræo* (93.) *reverà corrupta est & diversa ab ea, quæ in aliis exemplaribus, à me inspectis, extat, &c.* mox addit: *ita etiam historia, quæ reperitur libro sexto,* (94.) *quomodo Vespasianus Romæ Cæsar factus sit in conspectu Josephi, non extat, nisi in editione Turcica, ex qua in editionem Venetam est transscripta, nam in Germanica editione* (95.) *& in duabus prioribus Abrahami Conath minimum ejus extat, multos etiam Christianorum sapientes, qui in Romanis historiis benè versati sunt, de eo interrogavi, qui hæc omnia nugamenta esse dixerunt; alia insuper additamenta in ea leguntur & quidem in specie de re Summi Pontificis, coràm quo se incurvaverit Alexander,* (96.)

(93.) Vid. Gorion. lib. 3. c. 17. juxtà Venetam & quæ eam secuta est, Francofurtensem ad Mœnum editionem; sed secundùm librorum & capitum distinctionem in exemplari Munsteriano, quod & ego secutus sum, locus iste reperitur Gorion. lib. 3. c. 2. confer. suprà n. 27. h. Præfat.

(94.) Vid. Gorion. dict. lib. 6. c. 77. juxtà Venetam editionem; ast secundùm distinctionem librorum & capitum à me recens factam est lib. 6. cap. 30.

(95.) Hic Munsteri editio intelligitur, quæ anno 1541. Basileæ prodiit, confer, infrà n. 97. h. Præfat.

(96.) *ſicuti auxiliante Deo in ſequentibus referemus, quod utique examinare licet, quia non eſt liber fundamentalis, nam generoſus animus omnia ſcire geſtit ſecundùm rei veritatem*, hactenùs R. Azarias, & hæc quidem paulò fuſiùs ad aſſerendam ſcriptoris noſtri γνησιότητα, ſeclusâ interpolatoris manu, adducere volui, ſeclusâ, inquam, interpolatoris manu, qvam multis in locis Joſephi Hebraici interveniſſe jam ſuprà dictum eſt, nonnulli enim eò audaciæ proceſſerunt, ut ſacris etiam voluminibus ſacrilegas manus adhibere eaqve interpolare vel potius corrumpere non dubitaverint, ſicuti inter alios Petr. Daniel Huetius (97.) iſtius rei exemplum quoad Sirachidem adducit, in quo ſacro ſcriptore tractu temporis multa à ſcribis & Rabbinis, multa à librariis mutata, detracta, adjecta eſſe ſcribit. Gorionidem autem noſtrum juxtà exemplar Conſtantinopolitanum primus in Germania Chriſtianis publicavit Sebaſt. Munſterus cum Latina interpretatione ſua (98.) ac notis; ſed mutilum, (99.) multa quippe in illius editione deſiderantur com-

(96.) Vid. Gorion. lib. 2. cap. 5. juxtà Venetam edit. aſt juxtà Munſteri editionem eſt lib. 2. c. 6. ſecundùm diviſionem verò capitum à me factam eſt cap. 7. dict. lib. 2.

(97.) In Demonſtr. Evangel. Propoſ. 4. cap. 14. & quidem ubi de Eccleſiaſtico agitur num. 4. pag. 425. & ſeqv.

(98.) Quæ typis fuit excuſa Baſileæ anno 1541. confer. ſuprà n. 94. h. Præfat.

(99.) Nam Veneta editio continet folia ſeu paginas 155. editio autem Munſteriana à folio ſeu pagina 7. editionis Venetæ incipit ac deſinit in folio 92. columna 3.

u

commata, multa omiſſa ſunt verba, (100.) differt autem exemplar iſtud Conſtantinopolitanum, qvod Munſterus ſecutus eſt quodque ipſe Latinè vertit, multis imò infinitis penè locis, ſicuti diverſitas iſta qvoad loca præcipua à me in margine ad Gorionidem notata reperietur, ut proinde mirum ſit, à non nemine ſcribi, quòd Conſtantinopolitanæ editioni conformis ſit Veneta, (100.) hanc itaque Venetam editionem Hebraicam, qvam etiam ſuperioribus annis ſecuta eſt editio Francofurtenſis ad Mœnum, in Latinum tranſtuli ſermonem. Cœterùm de iſtius Scriptoris utilitate non attinet multa dicere, nam qui ipſius populi Dei varios caſus ſcire deſiderat, is eosdem in hoc autore reperiet, ex qvo omnes ferè utilitates, qvæ ex hiſtoriis petuntur, hauriri poſſunt (102.) ac præterea cauſæ ſignantur malorum, qvæ populo Dei evenerunt, puta: famis, peſtis, terræ motus, bel-

d 2 lorum,

ut ita de 155. foliis editionis Venetæ deſint 63. folia in Munſteriana, confer. Joſeph. Scaliger in Elench. Trihæreſ. cap. 4. ac Voſſ. lib. 2. de Hiſtor. Græc. c. 8. vid. & quæ ad Gorion. lic. 5. cap. 45. num. 32. à me notata ſunt, Munſterianam editionem præceſſit Conſtantinopolitana, quæ ibidem anno Mundi 5250. ſeu anno Chriſti 1490. typis excuſa eſt iterumque Conſtantinopoli A. M. 5270. A. C. 1510. regnante Bajazetho, vid. D. Thomæ Ittigii Prolegom. ad novam Joſephi Græco-Latini editionem, quæ Coloniæ 1691. prodiit, fol. 17. confer, & infrà num. 112. h. Præfat.

(100.) Sicuti illa ſuis quæquæ locis à me notata reperies.

(101.) Vid. Dr. Thom. Ittigii Prolegom. ad novam Joſephi Græco-Latini editionem fol. 17.

(102.) Verba ſunt Sebaſt. Munſteri in Dedicatione Joſephi Hebraici ad Sereniſſimum principem Joachimum, Marchionem Brandeburgenſem.

lorum, inundationum &c. ſcribuntur ibidem principum qvorundam mirabilia conſilia, mortes mirabiles, regnorum translationes, occaſus nobilium familiarum, impoſturæ & tyrannides Antiochorum atque Herodum, tot deniqve caſus, conſilia, eventus, pericula, diſcrimina ac rerum mutationes ibidem reperiuntur, ut vix in alio Hiſtorico hæc copioſius, diligentius elegantiusqve conſcripta reperiantur, (103.) certè absqve hoc Scriptore ſi eſſet, Judæi omnem hiſtoriam Maccabæorum & excidii Hieroſolymitani ignorarent, eodem enim modo, quô autor noſter, omnem hiſtoriam illam Judæi hodierni & paulò vetuſtiores Bibliorum enarratores referunt, (104.) apud hunc deſcriptam reperies Danielis apud Chaldæos magnificentiam & qvomodo is qvorundam invidiâ in lacum leonum projectus eiqve cibus per prophetam, Habacuc, allatus ſit, apud eundem delubri Belis, idoli Babylonici, ſubverſionem, Draconis interemptionem ac diſputationem, qvid vino, rege & muliere fortius ſit, invenies, idem ſcriptor apocrypha, qvæ in libro Eſther reperiuntur, ut & res ab Alexandro Magno ejusque ſucceſſoribus, geſtas nec non ignis ſacri, in puteo abſconditi, inventionem tibi recenſet & quidem ſtylo Hebraico elegantiſſimo, qvi ad Biblicum proximè accedit, (105.) ut vel hoc ſolo

(103.) Vid. dict. Dedicatio Munſteri ad principem Joachimum, verſioni Latinæ Joſephi Hebraici præmiſſa.
(104.) Sicuti jam ſuprà Sign. * h. Præfat. ex Joſeph. Scaligero adductum fuit.
(105.) De quo ſuprà num. 57. h. Præfat.

ſolo nomine adoleſcentibus φιλεβραίοις legendum eſſe ſcribat Joh. Druſius. (106.) Latinam qvod attinet verſionem, à me concinnatam, in ea hanc præcipuè operam dedi, ut, qvantum fieri poſſet, verbis ipſis preſſo pede inſiſterem; ita tamen, ne, ſicubi ſenſus ac ſtyli ratio aliud poſtularet, iisdem nimis religioſè inhærerem; ſed ſenſum potius, qvàm verba ſeqverer, ne illa nimis ſaperent Hebraiſmum: nam, cùm ſuas qvæqve lingva habeat proprietates, qvæ in alia lingva vel non inveniuntur vel certè non eandem retinent vim atqve expreſſionem, in id potiſſimum incubui, ut probè perpensâ autoris mente atqve conſideratis Hebraicæ lingvæ phraſibus & proprietatibus genuinum eumque Latinum, qvantum fieri poſſet, exprimerem ſenſum, id, qvod qvàm difficile ſit, illi nôrunt, qvi in hujusmodi interpretationum genere laborem ſuſceperunt, inprimis qvoad lingvam Hebræam, qvæ peculiare & à cœteris lingvis qvaſi abhorrens habet idioma, qvod verſionibus, in alium ac præcipuè Latinum ſermonem transferendis, qvodammodo reluctatur, id, quod reipſa expertus ſum atque mecum fatebuntur illi, qvi aliqvam in hujus lingvæ Hebraicæ interpretatione inſumpſerunt operam, qvæ etiam cauſa fuit, qvò minus ſtylo uterer elegantiori, qvem difficilis ille ac ferè repugnans lingvæ iſtius genius vix admittit, cujus rei gnarus S. Hieronymus:

(106.) Libr. 1. de tribus Sectis Judæorum.

nymus: (106.) difficile est, inqvit, idioma lingvæ Hebrææ in Latinum sermonem vertere, qvamobrem, sicubi majoris perspicuitatis causa opus fuit, interdum, & qvidem præcipuè in connexionibus, à verborum proprietate paululùm recessi. Librorum & capitum distinctionem in hoc Scriptore qvod attinet, eam aliter, atqve in Veneta editione habetur Hebraica [qvam in versione Latina secutus sum,] dispertivi idqve tùm ob librorum capitumqve nimiam prolixitatem, qvam contrahendam duxi, Sebast. Munsteri exemplum secutus, tùm qvia in Veneta editione nulla fit capitum distinctio respectu ad librum habito; sed capita illa continua serie à primo usqve ad sextum librum seqvuntur, ita, ut nonaginta ac septem in dicta editione sint capita, qvæ sanè res in allegatione parit confusionem, ad qvam tollendam series illa capitum, qvæ in Veneta editione, [qvam etiam superioribus annis Francofurtensis ad Mœnum secuta est,] continua est, necessariò interrumpenda atqve alia capitum partitio juxtà librorum distinctionem à me recens factam substituenda fuit; Hebraicum autem textum ideò versioni Latinæ adjungere volui, ut, si fortè res postulaverit atqve dubitatio sive obscuritas qvædam oborta sit, ad ipsum ilicò fontem recurri posset & ut statim ex utriusqve collatione perspicere possent lectores, qva fide atqve industriâ in hujus Scriptoris versione Latina usus sim, deniqve ut Josepus iste He-

(107.) In Traditionibus Hebraicis super Genesin.

Hebræus, qvi in paucorum versatur manibus, additâ Latina interpretatione in plurium veniret notitiam & ut juvenes ad lingvæ Hebraicæ studium, qvod à multis hodiè, etiam illis, qvi Theologiæ operam dant, negligitur vel parvi penditur, excitarentur, qvò ipsum Scriptorem Hebræum, qvi puro atqve eleganti utitur stylo, non sine utilitate & jucunditate evolvere ac legere possent. Prætereà etiam notas atqve animadversiones, qvas ad textus explicationem atqve sensum meliùs eruendum necessarias esse putavi, versioni Latinæ adjeci easqve certis numeris distinxi, prolixiores & accuratiores, si Deus vitam & otium concesserit, seqventur, codicem qvoqve Hebraicum editionis Venetæ, (108.) qvæ integrior est qvamqve, ut jam anteà dixi, in vertendo secutus sum, cum exemplari Munsteriano, (109.) in multis mutilo, (110.) non levi studiò contuli locaqve præcipua, in qvibus inter se differunt, annotavi, qvo lector benevolus etiam variarum lectionum haberet notitiam, qvarum major forsitàn copia haberi potuisset, si codicis Manuscripti Majoricani, cujus Joseph. Voisinius (111.) mentionem facit,

(108.) Quæ ibidem anno 1544. typis excusa est, quamque Francofurtensis ad Mœnum, quæ superioribus annis in lucem prodiit editio, secuta est, confer. infrà num. 115. h. Præfat.

(109.) Quod Basileæ anno 1541. typis vulgatum est, vid. infrà n. 115. h. Præfat.

(110.) De quo vide suprà num. 99. h. Præfat.

(111.) In Observationibus suis ad Raym. Martini Pug. Fid. Part 2. cap. 3. fol. 304. col. 1. princ. edit. Lipsi.

facit, inſpiciendi data fuiſſet facultas & occaſio. In iisdem notis meis Hegeſippum (112.) ac Joſippi Epitomen, ut & Joſephum Græcum atqve Tacitum eo in loco, ubi de excidio urbis Hieroſolymitanæ agitur, aliosqve ſcriptores adhibui atqve cum Gorionide noſtro contuli, qvò ex illorum collatione perſpici poſſet, qvibus in rebus inter ſeſe aut conſentiant aut differant, nomina qvoqve propria, multis in locis, præcipuè capite primo, ſecundo ac tertio libri primi Gorionidis, fœdiſſimè corrupta, ex jam dictis autoribus ut & aliunde, qvantum fieri potuit, integritati reſtitui; cœterùm in Joſephi allegatione eam ſecutus ſum capitum diſtinctionem ſeu diviſionem, qvæ in textu Græco habetur. Hebraicæ editiones præcipuæ ſunt: Conſtantinopolitana prima, qvæ anno Chriſti 1490. & ſecunda, qvæ ibidem 1510. typis excuſa fuit, (113.) item Cracovienſis (114.) ac Veneta (115.) ut & Baſileenſis, (116.) Judæi ſolent Joſephum Hebræum

(112.) Iſtius libri, qui ſub Hegeſippi nomine circumfertur, nonnulli autorem faciunt S. Ambroſium, Mediolanenſis eccleſiæ antiſtitem, ſicuti etiam Ludovicus Vives ad S. Auguſtin. de Civit. Dei l. 21. cap. 5. Hegeſippi libros ſub Ambroſii nomine allegat nec alienus eſt ab hac ſententia doctiſſimus Gronovius in Obſervat. ad Scriptor. Eccleſ. cap. 1. pag. 6. vid. hac de re plura in Dr. Ittigii Prolegom. ad Joſephi Græco-Latini editionem novam, quæ Coloniæ 1691. typis excuſa eſt.

(113.) De quibus jam ſuprà num. 99. h. Præfat. dictum eſt.

(114.) De qua vid. Vorſtius in notis ad Zemach David pag. 283.

(115.) De qua etiam ſuprà num. 108. h. Præfat. dictum eſt, hanc ſuperioribus annis Francofurtenſis ad Mœnum editio ſecuta eſt.

(116.) Quæ à Munſtero anno 1541. Baſileæ edita fuit, de qua etiam ſuprà n. 109. h. Præfat. dictum eſt.

um ſeu Gorionidem vocare Joſephum ſive Joſippum Longum ſeu magnum, ſic enim Samuel Solem: (117.) ego, inquit, legi in Gorionide Magno, quòd Sacerdos ille, qui erat in diebus Alexandri, vocatus fuerit עדו [alii codices habent: עדוא vel עדו] Jaddua, idem ſcribit D. Wagenſeilius (118.) cujus hæc ſunt verba: apertiſſimè Juchaſin, (119.) מצאתי ביוסיפון בן גוריון הגדול i.e. inveni in Joſepho, Gorionis filio, longo ſeu magno, nempe, ut diſtingvant illum ab ea Joſippi Epitome, qvam Hebraico-Latinam edidit Sebaſt. Muſculus, (120.) eſt autem liber iſte breviſſimum editionis Conſtantinopolitanæ compendium, à Judæo qvodam concinnatum, qvi nonnulla ex aliis autoribus addidit, (121.) nempe traditionem Talmudicam de tredecim mutationibus à Lxx. interpretibus, in Bibliorum translationem illatis, qvarum nulla mentio extat in editione Conſtantinopolitana, à qva compendium hoc etiam in eo diſcrepat, qvòd ſolam legem Mo-

(117.) In Juchaſin fol. 14. pag. 1. prout eundem allegat. Joh. Druſius de tribus Sectis Judæor. lib. 1. cap. 8. vid. num. 119. h. Præfat.

(118.) In Epiſtola 21. quam Chriſtoph. Arnoldo ſcripſit, quæ in Ejusdem Teſtimonio Flaviano pag. m. 250. reperitur.

(119.) Vid. Juchaſin, pag. 24. b. ſicuti D. Wagenſeilius loc. cit. allegavit, confer. num. 117. h. Præfat.

(120.) Videlicèt Baſileæ Anno 1559. in Octavo, ut vocant, Munſterus Epitomen illam Latinè verterat, prout Lepuſculus in Præfatione Ejusdem epitomæ teſtatur, confer. Joh. Gerh. Voſſius in lib. 2. de Hiſtor. Græc. cap. 8.

(121.) Prout ſcribit Morinus in Exercit. Bibl. lib. 2. Exercit. 1. c. 3. vid. D. Ittigii Prolegom. ad Joſephi Græco-Latini editionem novam, quæ Coloniæ anno 1691. typis excuſa eſt.

Mosaicam à Lxx. interpretibus translatam asserat, cùm in Constantinopolitana editione (122.) viginti qvatuor libri Veteris Testamenti ab iisdem interpretibus translati asserantur. Tandem istud quoque adjiciendum duxi, nempe quòd anteà quidem mihi proposueram, duo capita priora, ut & tertii capitis non mediocrem partem, (123.) item plerasque res ab Alexandro Magno gestas omittere, idque Munsteri exemplò, [quoniam multa in illis fabulosa continentur, quæ Scriptori nostro ab interpolatore addita ejusdem fidem, integritatem & autoritatem labefactare atque imminuere possent,] illaque calci totius operis, ne quid ei de esset, adjicerè voluerim; sed posteà quorundam virorum doctorum consilium & autoritatem secutus, suo illa loco reliqui atque eadem serie, quâ in Veneta editione habentur, citrà ullam textus atque ordinis interruptionem in Latinum sermonem, adjectis quibusdam notis, transtuli, multa quoque errata typographica, quæ in Francofurtense exemplar, [quò in hac nova editione usus sum,] irrepserant, juxtà exemplar Venetum correxi. Tu, Benevole Lector, hisce fruere ac Vale!

תהלה לאל

(122.) Idem etiam in Veneta editione, confer. suprà num. 27. & 28. h. Præfat.

(123.) Idque juxtà Venetam editionem; sed secundùm distinctionem capitum à me recens factam sunt quatuor capita libri primi Gorionidis.

PRÆ-

PRÆFATIO
SEBASTIANI MUNSTERI
In Josephum Hebraicum, in qvâ disputatur, num hæc editio Flavii sit Josephi an alterius cujusdam Judæi.

VIsum fuit ab initio hujus libri, candide lector, hoc unum investigare, num liber iste hebraicus Josephi sit, an non, Josephi inqvam Flavii, ne error sit in nomine, si autem Josephi sit, qvod Hebræis fuerit Hebraicè conscriptus, sicut latinum exemplar, quod passim in manibus omnium doctorum virorum versatur, gentibus Græca lingua fuit ab eo scriptum. Et quidem plurimi ex nostris unanimi respondent sententia, Josephum non Hebraicè; sed Græcè tantum scripsisse: quidam addunt etiam Josephum nesciisse Hebraicè. Quod Græce scripserit, ipse testatur in prologo belli judaici, quin & hodie extant non pauci libri Græce ab eo scripti, quos Rufinus olim in linguam vertit Latinam. Quod Hebraice non scripserit, multis probant argumentis. Quis enim, inquiunt, ex doctis viris scripsit unquam unum & eundem librum bis, in diversis scilicet linguis? aut quis transtulit propriam fœturam in aliam linguam? id nec ab Apostolis factum scimus, qui relicta patria lingua evangelium Græco scripserunt sermone. Certè Paulus qui legem didicit ad pedes Gamalielis, cum Hebraicè scribere potuisset, omnes epistolas suas Græce scripsit, etiam eam quam Latinis sive Romanis inscripsit, præter unam ad Hebræos, si modo illa Pauli est, & verum est, quòd primùm Hebraicè scripta fuerit. Non enim constat, quis illam in Græcam verterit linguam. Quæ cum ita sint, putabimus Josephum tantum laborem insumsisse, ut idem bis scripserit, vir quinquaginta sex annorum? Tot enim annorum dicit se fuisse, cum tertio decimo anno principatus Domitiani Cæsaris librum scriberet de bello Judaico. Cum itaque constet, illum Græcè, non autem Hebraicè scripsisse, quis jam non dubitet de hac Hebraica editione? præsertim cum hæ duæ editiones in plerisque locis inter se dissonare deprehendantur, & ista habeat, quæ in

altera non inveniantur, & rursum illa quædam contineat, quæ in alia desiderantur. Astipulatur & id sententiæ eorum, quod inveniuntur quædam nomina in Hebraica editione, quæ aut Græca sunt aut Latina, ut sunt Hippodromus, crucida, amphitheatrum & similia, quæ arguunt editionem Hebraicam transsumtam ex Græca. Quin & Josephus ipse, qui in Græca editione perpetuò se vocat Ben Mattathiæ, id est, filium Matthiæ seu Mattathiæ, in Hebraica aliud usurpat patris nomen, appellans se Ben Gorion, id est, filium Gorionis. Si utriusque editionis ipse immediatus fuit autor, quare hic aliud citat Patris nomen quàm ibi? Hæc ferè sunt argumenta, quæ nostros movent, ut asserant Josephum Græce tantum scripsisse, & alium quempiam Judæum Græca in Hebraicum vertisse idioma. Porrò quid ego hic sentiam, nunc dicam: Josephum Hebraicè nescisse, temerariè dictum existimo. Quippe qui pleraque Hebraica nomina in Antiquitatibus exponit. Si fuit de genere sacerdotali, id quod de se ipso prædicat, & didicit linguam Græcam, quis dubitet illum non antea quoque didicisse linguam Hebraicam? Nonne postquam victus fuit à Romanis, interpres fuit Romanorum ad Judæos, ut de seipso scribit in libris de bello Judaico, quomodo Hebraico sermone conatus fuerit trahere Judæos ad obedientiam Romanorum, quo imminentia vitarent pericula? De eruditione verò sua in propria lingua sic scribit capite ultimo libri Antiquitat. vigesimi. Nullus alter, licèt voluntatem habuerit, neque Judæus, neque alienigena potuit hoc negotium Græcis ita subtiliter explanare. Habens enim à congentilibus meis maximam eruditionem nostræ provinciæ, etiam Græcas studui literas adipisci. Artis namque Grammaticæ experimentum sumsi, integritatem verò prolationis verborum possidere me paterna consuetudo prohibuit. Hæc ille. Porrò quid alii Judæi sentiant de Josepho, jam referam. Rabi David Kimhi Hispanus, qui fuit ante ducentos annos, quoties citat in commentariis suis super Biblia Josephum Ben Gorionis? Vide eum, si libet, Haggæi secundo, & Zach. undecimo. Sed & in radicibus suis in dictione פנג scribit hujusce modi verba: יוסף בן גוריון אמר כי פנג הוא בלסמן והוא נמצא ביריחו Hoc est, Josephus filius Gorionis dicit Pannag, balsamum esse, invenirique in Jeriho. Quæris, ubi id dicat Josephus, vid. caput 22. libri quarti hujus editionis, & illic sic invenies: במקום ההוא הירה צומה בלסמן דר' שמן הטוב הנקרא אפרסמון והוא פנג Id est, in loco illo, nempe in Jeriho, crescit balsamum estque oleum optimum, quod & apharsemon vocatur, ipsum est Pannag. Si itaque Josephus exponit vocem Hebraicam פנג & expositio ejus citatur à Rabinis, necesse est, ut ille Hebraice scripserit. Nam in Græca editione non facit mentionem hujus vocis. Unde ergo habent id Hebræi, nisi ex Hebraica editione? Citat & sapiens Rabi

Rabi Abraham Levites, Ben David, in sua Cabala, Josephum, filium Gorionis, qui fuit ante David Kimchi circa annum mundi 5000. Numerant autem Judæi hoc Christi anno 1541. à principio mundi 5301. Fuit ergo memoratus Rabi Abraham ante trecentos annos, habebaturque tunc in manibus Judæorum editio Hebraica Josephi. Item Rabi Abraham Conat, medicus Constantinopolitanus. tribuit hoc præconium Josepho Historico, celebratque librum hunc talibus verbis: זה הספר הנכבד אשר חברו איש אלהים גבור חיל משוח מלחמה כהן לאל עליון הנקרא יוסף בן גוריון מלבד הספרים ספרי החכמות אשר חבר כי הוא היה ראש למחברים אחר שלמה המלך ע"ה אשר יספר בזה הספר באמרי שפר מלחמות מלכי פרס עם מלך בבל ואיך הומרת בלשצר' ובו יספר גדלת דניאל בעיני מלכי פרס וסבת גדלתו ומה שנעשה ממנו' והב' פעמים שהורד בגוב אריות ואיך נתפרנס על ידי הבקוק הנביא ואיך על ידו נהרס היכל בל ותעקת הגדול שהוריד בבבל ונהרגו כהניו וגם התנין הגדול אשר הרג במערה' ובו יספר סבת גדלת זרובבל בן שאלתיאל בעיני דריוש מלך פרס ותתפלה אשר עשו עזרא הסופר ונחמיה בן חכליה ומרדכי וישוע ושאר ראשי הגולה אל השם מפני האש הקדושה ואיך נמצאה כי אין ממשלה לכהנים להקריב אש זרה' ובו גם ספור קצת רברי גבורת אלכסנדר הגדול וגם ספור כל המלכים והקיסרים אשר היו ברומה בזמן בית שני בשמותם וכל גבוראתם גם אהבתם גם שנאתם עם מלכי יהודה בבית שני והמלחמות הגדולות הנוראות אשר החלו לעמוד בעם יהודה בימי אנטיוכוס והמופתים אשר נראו אז בירושלם ומה שנעשה מהם' והקדשת אשר עשתה חנה אשה קדושה ויראת יי' עם שבעה בניה הקדושים' ובו ספור גבורת החשמונים ועניו תגרתה וכבור כל המלכים אשר מלכו בירושלם בבית שני ועניו ובנין ארזים והגפן של זהב אשר תקן במקדש אלהינו שהוא ספור נאה בחכלית וכל גבוראתיו והריגת אשתו המלבה ושלשה בניו' וספור רבים אחרים נאים כספירים אשר נלאיתי לזכרם בזה המקום' Sensus horum verborum hic est: Hunc librum preciosum edidit vir divinus, robustus præliator, consecratus ad bellum, sacerdos Dei altissimi, vocatus Joseph, filius Gorionis, præter multos alios nobiles libros, quos fecit. Nam in libris edendis excelluit omnes alios post Regem Salomonem felicis memoriæ. Narrat autem in libro isto verbis elegantibus prælia, quæ gesserunt Reges Persiæ contrà Regem Babyloniæ, & quomodo interfectus fuit Belsazar. Recitat deinde magnificentiam Danielis, quam habuit apud Reges Persiæ atque causam sublimationis ejus & quid inde secutum fuerit, quomodo scilicèt bis conjectus fuerit in foveam leonum & ibi nutritus per Habacuk Prophetam. Item quomodo per illum dirutum fuerit templum magnificum abominabilis Idoli Bel, quod fuit in Babylone, & interfecti sacerdotes ejus, quomodo denique per eum interfectus fuerit draco magnus in spelunca. Refert deinde, ob quam causam magnificatus fuerit Zerubabel filius Schealthiel in conspectu Darii Regis Persarum: & quomodo oraverint Ezra scriba & Nehemia filius Hachaliæ, Mordochæus,

dochæus, Jesua & reliqui principes captivitatis ad Deum pro igne sancto, & quomodo ille inventus fuerit. Non enim poterant sacerdotes offerre cum igne alieno. Sequitur post hæc historia Esther reginæ & precatio ejus, quæ admodum pulchrè & absolutè describitur. Quibus subnectitur succincta quædam narratio fortitudinis Alexandri magni, & enumeratio omnium Regum & Cæsarum, qui fuerunt Romæ tempore domus secundæ, expressis nominibus eorum, declaraturque fortitudo eorum, favor eorum & odium eorum, quod habuerunt ad Reges Judæorum in templo secundo, itemque bella magna & horrenda, quæ passim exoriri cœperunt contra populum Judaicum in diebus Antiochi, & signa, quæ apparuerunt tunc in Jerusalem, quidque secundum fuerit ea. Posteà narrantur gesta Hannæ mulieris sanctæ, quàm religiosa illa fuerit cum septem sanctis filiis suis ergà Deum. Post quæ fit mentio fortitudinis Hasmonæorum, & quomodo celebrata fuit dedicatio. Recensentur & egregia facta omnium Regum, qui tempore domus secundæ rebus potiti sunt in Jerusalem. Tandem ostenditur, qualia ædificia Herodes consummaverit, qualemque vitem auream constituerit in sanctuario Dei nostri, (historia est satis elegans & consummata) itemque explicantur fortia facta ejus & quomodo interfecit uxorem suam Reginam & tres filios suos, & multa alia pulchra enarrantur, quorum omnium tædet me facere memoriam. *Hactenus ille.* Jam ut ad *objecta* quoque respondeam, *sciendum in primis*, Josephum aliter scripsisse *gentibus*, *aliter Hebræis*. Gentibus scripsit antiquitates omnium Biblicarum historiarum. Et plerumque eis explicuit ritus & consuetudines Judæorum, quas secundum legem Mosi observare tenebantur. Unde libro 17. cap. 12. Antiq. declarat sacrificium paschale in hæc verba: Pascha enim illa festivitas vocitatur ad recordationem & memoriam exitus de Ægypto, & sacrificatur ab eis illa die cum alacritate magna; pecudum numerosa multitudo, quàm in nulla alia solennitate acta. Sic lib. 18. c. 5. quando Pilatus Rector Judææ voluit introducere in Jerusalem statuas Cæsaris, scribit in hunc modum: Imagines autem aut aliquid hujusmodi facere lex nostra prohibet, & propter hoc ante illum omnes Judææ Rectores sine signis ingrediebantur mœnia civitatis. Et alio loco dicit sic: Bellantibus & occidentibus resistere lex concedit, si quid verò aliud adversarii velint facere, nulla nobis datur licentia, sabbatis eos prohibere. Talia multa in Græca editione ubique inculcat, quorum in Hebraico exemplari non meminit, quippe quæ Judæis ex sacris libris erant manifesta. Græcis autem oportebat declarare, sicut & ipse quodam in loco in Antiquitatibus meminit his verbis: Præsens opus assumsi, credens dignum studium etiam Græcis omnibus apparere. Continebit enim omnem Antiquitatem nostram & conversationis ordinem ex Hebraicis libris interpretatum. Dudum siquidem, cum bella conscriberem, proposueram, declarare qui fuerint in initio Judæi, & quibus sint usi fortunis, & per quem legislatorem sint eruditi, hoc quod ad pietatem aliamque virtutis continentiam noscitur attinere, & quàm longis pugnantes temporibus, inviti novissimè venerint ad certamina Romanorum. Erant etiam, qui me historiæ desiderio pro rebus talibus invitarent. Alia ergo ratione Josephus scripsit gentibus, alia Judæis. Gentibus ab initio mundi juxta seriem in Bibliis sacris observatam scribit, Judæis verò ubi historiæ Biblicæ desinunt incipit scribere res consequenter gestas, à captivitate scilicet Babylonicâ initium sumens, & continuans Judæorum facta usque ad tempora sua. Supplet quoque ea, quæ in Danielis, Esther & Ezræ historiis in Bibliis sacris sunt omissa, & apud nos pro Apocryphis habentur. Sed ea copiosius in Hebraica quàm in Græca editione describit, habens scilicet respectum ad eos, quibus scribit. Utitur & stylo Hebraico elegantissimo & fere Biblico, longe discrepante à stylo modernorum Rabbinorum, idquod solum convincere posset lectorem quemque, editionem Hebraicam Josephi esse & non interpretis alicujus Judæi. Si enim esset interpretis alicujus, utique ille in omnibus observasset eum ordinem, qui in Græca servatur editione. Id autem non fit, sed in Hebraica editione non raro quædam integra capita scribuntur, quæ in Græcâ non habentur, id quod in annotationibus nostris signavimus. Nam collationem fecimus utriusque editionis. Et rursùm multa integra capita in Græca editione inveniuntur, quæ in Hebraicâ non habentur. Et ubi utriusque Machabæorum libri historiæ describuntur, ille ordo quoque non observatur, qui in nostra vulgata editione custoditur, id quod rursum argumentum est, Hebraicam editionem non conflatam ex nostra Latina aut Græca editione, ut taceam, quædam quoque haberi in Josepho Hebraico, quæ in nostris Machabæis non habentur, aut quædam hic copiosius tractari, quàm alibi. Pro testimonio sit tibi historia illa, quæ apud nos 2. Maccab. 14. in fine, in hac autem Heb. editione lib. 3. c. 22. scribitur de exangui, intestina sua in turbam projiciente, cujus Josephus Græcus non meminit. Quando verò objicis, duas illas editiones, Græcam & Hebraicam, non per omnia consentire, sed in multis locis vel in sensu vel in propriis nominibus discordare, & hinc sequi, non unum earum; sed diversos fuisse autores, respondemus, nos scripta Josephi non pro oraculis habere. Homo fuit, & ideo nonnunquam labi memoria potuit, & cùm alienus esset à Christo, præsertim in ipsa captivitate & fortassis aliquandiu aut semper post captivitatem, facilè errare potuit judicio suo, sicut & causam incendii templi rejicit in latrones, qui in

in festivitatibus ascendebant Jerosolymam, & gladios absconsos habentes, quos volebant, inimicorum permixti populis perimebant, & non solum in reliqua civitate, sed etiam in templo quosdam interimebant. Ob quam causam, inquit, arbitror Deum aversatum nostram urbem & templum, velut nequaquam suo habitaculo mundum, tradidisse Romanis, ut purgatio fieret civitatis, ignem & servitium intulisse. At Christus servator noster aliam assignat causam Luc. 19. dicens: Venient ista super te, quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ &c. Idem quoque Josephus in Antiquitatibus dicit Herodem, qui interfecit Johannem Baptistam, rejectum à Cajo Imperatore in perpetuum exilium, constituto ei habitaculo in Lugdunensium Galliæ civitate. Libro verò secundo de Judaico bello scribit, Herodem fugisse in Hispaniam, & illic decessisse è vivis, unà cum Herodiade uxore. Sic Herodis magni primam uxorem in Græco aliquando vocat Dosim & aliquando Doridem. Quid ergò mirum, si Hebraica editio nonnunquam dissidet à Græca, quando Græca nonnunquam discordat à se ipsa? Aut si illa non discordat, fieri potest, quod Latinus interpres non semper mentem autoris expresserit. Potuerunt & multa loca scriptorum oscitantia vitiari, sicut & superioribus annis Frobeniana editio fuit ab innumeris mendis repurgata. Cæterùm ad illud, quod objicitur, Josephum in Latina & Græcâ editione appellari Mattathiæ filium, in Hebraicâ autem filium Gorionis, sic respondemus: Fuit Josephus ex Hasmonæorum genere, sicut ipse testatur lib. 16. cap. 7. in hæc verba: Nos vero generi Hasmonæorum Regum propinqui, & cum honore sacerdotium habentes, &c. Atque ideò appellavit se Mattathiæ filium, cujus nomen celebre fuit apud exteras gentes propter egregia illius filiorumque ejus facta, sicut & libris Regum omnes Posteri David vocantur Filii David propter celebritatem nominis ejus. Ubi verò historiam scribit congentilibus suis Hebraicâ & patriâ linguâ, vocat se filium propinquioris Patris, nempe Gorionis. Haud dissimile exemplum habetur in Principio Exodi de filiabus Rahuelis & Jethro. Quod autem libro secundo cap. 25. belli Judaici filius Mattathiæ & filius Gorionis ceu duæ exprimuntur personæ, videtur translatio Latina in eo loco corrupta. Nam illa sic habet: Declaratus est Josephus Gorionis filius, & Pontifex Ananus, omnia, quæ in civitate gerenda essent, imperaturi, maximeque, ut civitatis muros erigerent. Et deinde subditur: Utriusque Galileæ Josephus Mattathiæ filius Rector est designatus. Pro quo in Hebraica editione sic habetur:

ויבחרו שלשה מן השרים גבורי מלחמה יוסף הכהן בן גוריון ואת ענני הכהן בן אלעזר בנו הכהן ויפקדום
על הארץ ויחלקו להם את ארץ יהודה בגורל ויתנו להם עזרה כיד היהודים למלחמה ותפול שליש הארץ
בגורל

בגורל כל ארץ הגליל ארץ נפתלי והלאא ליוסף בן גוריון כי או נמשח משוח מלחמה. הגורל השני יצא
לענני הכהן הגדול יהושלם וכל סביבותיה לחזק את התומרת ולערך את המלחמה מול אספסיאנוס.

Hoc est: Elegerunt tres Principes fortes & bellicosos, Josephum sacerdotem filium Gorionis, & Ananæum sacerdotem atque Eleazarum filium ejus Sacerdotem, & constituerunt eos super terram, sorte dividentes eis terram Jehuda & assignantes eis auxilium secundum vires Judæorum, qui bello præessent. Obvenit autem sorte una tertia terræ pars, nempe universa terra Galilææ, terra Naphthali & quicquid ultrà eam est, Josepho filio Gorionis, qui tunc consecratus fuit ad prælium. Et egressa, sors altera cecidit super Ananæum summum sacerdotem, obvenitque ei ipsa Jerusalem & omnia loca, quæ circum ipsam erant. Et hic firmabat muros urbis, ordinabat prælium contra Vespasianum, &c. Vides hic unius duntaxat Josephi fieri mentionem? Cæterum quòd quarundam Græcarum vocum fit mentio, & citantur quædam gentes, quæ longè post Josephi tempora in mundo surrexerunt, ut sunt: Franci, Gothi, Lombardi, Bulgari, &c. Hæc planè arguunt Josepho quædam accessisse per posteros Judæos expositionis & præfationis gratia. Nos propterea consultò omisimus ea, quæ ab initio huic Autori sunt adjecta, eò, quod pleraque sunt fabulosa. Quis enim non videt lib. 5. c. 41. alium quempiam Judæum, quàm Josephum loquentem, quando dicitur, Gallos, qui sunt Franci, interfuisse sepulturæ Herodis? Galli enim tempore Augusti aut Tyberii nondum assecuti fuerunt appellationem Francorum.

LIBER PRIMUS

CAP. I.

אדם הוליד את שת׃ ושת הוליד
את אנוש׃ אנוש הוליד את קינן׃ קינן
הוליד את מהללאל׃ מהללאל הוליד
את ירד׃ ירד הוליד את חנוך׃ חנוך
הוליד את מתושלח מתושלח הוליד את
למך׃ למך הוליד נח׃ נח הוליד שם חם
ויפת׃ בני יפת גמר ומגוג ומדי ויון ותובל
ומשך ותירס׃ בני גמר אשכנז וריפת
ותוגרמה׃ בני יון אלישה ותרשיש כתים
ודודנים׃ ויהי כל הארץ שפה אחת
ודברים אחדים ויהי בנסעם מקדם וימצאו
בקעה

ADam genuit (1.) Seth; Seth genuit Enos; Enos genuit Kenan; Kenan genuit Mahalaleel; Mahalaleel genuit Jared; Jared genuit Henoch; Henoch genuit Methuſalah; Methuſalah genuit Lamech; Lamech genuit Noah; Noah genuit Sem, Cham & Japhet (2.) Filii Japhet ſunt Gomer & Magog & Madai & Javan & Thubal & Meſchech & Thiras. (3.) Filii Gomer ſunt Aſcenas, Riphat & Thogarma. (4.) Filii Javan ſunt Eliſchach & Tharſis, Kittim & Dodanim; omnis autem terra (5.) eâdem linguâ & eodem ſermone utebatur, cumque ab Oriente (6.) profecti planitiem inveniſſent, illi ſeinvicem cohor-

(1.) Primum iſtud caput & ſequentia, usque ad quintum, in editione Munſteriana, anno 1541. Baſileæ typis excuſa, non habentur, ratio in Munſteri præfatione adducitur, quæ huic operi præmiſſa eſt, quam vide ibid. conſer. & infrà dict. cap. 5. num. 1.

(2.) Vid. Geneſ. cap. 5. v. 3. & ſeqq. conſer. etiam S. Hieron. Tradit. Hebr. h. cap. 5. & Sam. Bocharti Geograph. Sacr. Part. 1. l. 4. c. 38. fol. m. 354. ubi de libro Juchaſin agitur, cujus autor Abraham Zachuth, Judæus Salmaticenſis.

(3.) Conſer. Geneſ. cap. 10. v. 2. & ſeqq. atque S. Hieronym. Tradit. Hebr. ad dict. c. 10.

(4.) De his vid. dict. liber Juchaſin apud Samuel. Bochart. loc. alleg. & S Hieron. in Trad. Hebr. dict. cap. 10.

5.) Id eſt: omnes populi ac gentes.

(6.) Hebr. מקדם, ſic & in autore noſtro & Geneſ. c. 11. v. 2. nam illorum habitatio fuit de Meſa, usque ad Sephar, montem Orientalem, prout habetur Geneſ. c. 10. v. 30. conſer. inter alios R. Salom. & Jacob. Cappell. Obſervat. ad Geneſ. dict. cap. 11. v. 2.

בקעה ויאמרו איש אל רעהו הבה נבנה
לנו עיר ומגד ו׳ לראות את העיר ואת
המגדל ויאמר י׳ הן עם אחד הבא נדה
ונבלה שם שפתם ויפץ י׳ אותם משם על
פני כל הארץ ויחל כן קרא שמה בבל ׃
ואלה משפחות בני יפת בארצותם אשר
נפוצו משם ללשונותם לארצותם לגויהם׃
בני גומר הם פרנקים הושבים בארץ
פרנצא אל נהר פרנטא על נהר סינא.
ויפת הם ברטונ׳ הושבים באדן ברטניא
על נהר לידא ושופכים מי סינא ולירא
בים

cohortati dixerunt: agite (7.) urbem nobis ædificemus; Deus autem descendit, (8.) ut urbem videret ac turrim, dixitque Dominus: ecce gens una est, venite (9.) descendamus (10.) ejusque linguam ibidem confundamus, exinde Dominus illos per universam terram dispersit, quapropter [loci] istius (11.) nomen vocatur (12.) Babel. Atque hæ sunt familiæ filiorum Japhet in terris, unde illæ secundùm lingvas, regiones & gentes dispersæ sunt. Filii Gomer (13.) sunt Franci, (14.) qui terram Franciæ incolunt ad flumen Franta, (15.) juxta Senæ (16.) fluvium. Riphat (17.) hi sunt Britones, qui in Britanniæ regione ad

(7.) Hebr. הבה, ita hic & Genes. dict. cap. 11. v. 3. est autem vox adhortandi, de qua vid. præ aliis Paul. Fagius ad Genes. dict. c. 11. v. 3. confer. & num. 9. h. cap.

(8.) Cùm Deus ubique sit atque is propriè loquendo nec ascendere nec descendere dici possit, ideò κατ' ἀνθρωποπάθειαν hic descendisse refertur, in Paraphrasi Chaldaica locus iste sic translatus reperitur: & revelavit se Deus, R. Salomo ad Genes. c. 11. v. 5. ita notavit, quòd Deus non opus habuerit, ut descenderet; sed quod hoc ideo factum sit, ut doceret judices, ne illi aliquem condemnent, priusquam videant atque rem probè intelligant, vid. id. R. Salom. ad Genes. c. 18. v. 21. & ad Hiob. c. 1. v. 1.

(9.) Vid. quæ paulò antè num. 7. de verbo הבה annotata sunt.

(10.) Confer quæ num. præced. 8. ea de re dicta sunt.

(11.) Sive: urbis illius, ita enim dictio illa vel huic similis, quæ in Hebræo omissa est, hic supplenda erit.

(12.) Sic verbum קרא hîc vertere volui, alii ad verbum reddunt: vocavit, vid. quæ R. Salomo ad 1 Samuel. c. 23. v. 22. & ad Hiob. c. 3. v. 9. & 19. notavit, confer. & Paul. Fagii not. ad Genes. c. 11. v. 9.

(13.) Josephus Antiq. l. 1. c. 7. scribit à Gomer esse γομαρεῖς, Galatas, cui etiam S. Hieronymus in Tradit. Hebr. h. loc. consentit, nam apud Galatas oppidum esse, quæ Comara Plinio dicitur, & Comari populi sunt Melæ lib. 1. prout H. Grotius ad lib. 1. n. 16. pag m. 194. de Verit. Relig. Christ. notavit; Alstedius in Chronol. Tit. 27. à Gomer ortos esse Cimmerios, postèa Cimbros asserit, inter filios Gomer supra h. cap. n. 4. refertur Ascenas, unde Judæi Germanos originem trahere dicunt, hinc Germanica lingua illis appellatur לשון אשכנז, in libro Juchasin Gothi dicuntur esse filii Gomer & Magog, vid. Sam. Bochart. Geograph. Sacr. Part. 1. l. 4. c. 38. & S. Hieron. loc. alleg.

(14.) Strabo gentem illam Βρέγγας appellâsse videtur, confer S. Epiphan. l. 2. Hæres. 66. fol. mihi 300. ubi τῶν φράγγων meminit, vid. & S. Hieron. Quæstion. Hebr. h. loc. & Alsted. Chronol. Tit. 21. ac Sam. Bochart. Geogr. Sacr. Part. 1. l. 3. c. 15. fol. m. 225. & seqq. atque Isaac. Pontan. de Francor. origine, ubi plura, confer. etiam, quæ in autore nostro l. 5. c. 41. n. 10. & lib. 6. c. 1. n. 30. notata sunt, it. R. Asarias in Meor enajim Part. 3. c. 19.

(15.) Ita hic verto פרנטא, quod & Pranta vel Phranta vertere possis, nonnulla exemplaria habent פרנצא, alia פרנצא i. e. Pransa vel Phranza seu Francia, confer. Bochart. Geograph. Sacr. Part. 1. l. 3. c. 15. fol. 226.

(16.) Hodiè fluvius iste dicitur: La Seine, Latinis Sequana, confer. hîc Abarbenel. ad Ezech. cap. 32. fol. m. 98. col. 2. in fin.

(17.) Id est: filii Riphat, quæ dictio etiam in sequentibus, ut Throgarma, Thubal &c. est subintel-

בים אוקיינוס הוא הים הגדול. תוגרמה
הם עשר משפחות מהם כוזר ופציניך
ואליקנום ובולגר ורגבינ׳ וסורק ובו
וזבוך ואונגרי וטילמץ. כל אלה חונים
בצפון ושמות ארצותם על שמותם והם
תינ׳ על נהרי היתל הוא אטלאך אך
אנגר ובולגר ופרצינך חונים על הנהר
הגדול

ad Liræ (18.) flumen habitant; Sena autem & Lira aquas suas in Oceanum, mare illud magnum, effundunt. Thogarma (19.) hæ decem sunt familiæ, à quibus originem traxerunt Cozer (20.) & Pazinach, (21.) Alicanus (22.) & Bulgar, Ragbina (23.) & Turci, (24.) Buz (25.) & Zabuch, (26.) Ungari & Tilmez. (27.) Hi omnes Septentrionem versus (28.) habitant, eorumque regiones de ipsorum nominibus appellationem sortitæ

telligenda, vid. infr. h. c. n. 50. Josephus Antiq. dict. l. 1. c. 7. à Riphat Paphlagones esse scribit, a iis Riphatæos dictos, quibus locis Riphaces ponit Mela l. 1. prout H. Grotius ad lib. 1. de Verit. Rel. Christ. n. 16. pag. 195. notavit, cui etiam S. Hieronymus in Tradit. Hebr. h. loc. & Alsted, in Chronol. Tit. 27. consentiunt, Sam. Bochartus in Geogr. Sac. Part. 1. lib. 3. c. 15. scribit, quòd autor noster putaverit ex פריפת factum esse פריפת per διαγεγραμμαπομὸν & Britonum nomen inde ortum esse, in libro Juchasin, qui ab eod. Bocharto dict. part. 1. l. 4. c. 38. allegatur, Riphat dicuntur esse Aquilejenses & Tarvisiani, prout Bochartus ibidem vertit, confer. infrà h. l. 1. c. 3. n. 40. Cæterum Ascenas inter Gomeri filios hoc loco omissus est, nec ab eo gentes aliæ derivantur.

(18.) Flumen istud Gallis dicitur: la Loire, Latinis: Ligiris, confer. infrà dict. cap. 3. n. 41.

(19.) A Thogarma Trygammanes seu Phryges & Turcas esse putat Alstedius Chronol. dict. Tit. 27. Josephus quoque Antiq. l. 1. c. 7 & S. Hieronymus in Tradit. Hebr. h. loc. à Thogarma Phrygas esse existimant, confer. & Sam. Bocharti Geogr. Sacr. dict. part. 1. l. 3. c. 15. & ead. Part. 2. l. 4. c. 38. ubi Thogarma dicitur esse Turcia, quæ linguâ Turcicâ vocatur Turkestan, vid. & Jac. Cappelli Observation. in Genes. c. 10. ubi plura de regionibus, quas filii Noæ ejusque nepotes incoluerint.

(20.) Sive: Chozar, sicuti Bochartus dict. Part. 1 l. 3. c. 15. vertit, qui putat, locum esse ad mare Caspium, à quo vocatur mare Chozar à Geographo Nubiensi, confer. Ejusd. Bocharti Part. 1. l. 4. c. 38. ubi plura de mari Chozar,

(21.) Iidem paulò post num. 32. h. cap. vocantur Parzinach, Bochartus dict. Part. 1. l. 3. c. 15. Pazinach putat esse Daciam veterum, Suidas: Δάκες οἱ νῦν Πατζινακίται, Cedrenus habet Patzinacas.

(22.) אליקנום, ita hîc in nostro codice, nonnulla exemplaria habent אנקיילום, quod nomen Sam. Bochart. dict. l. 3. c. 15. vertit: Anchialus & scribit, eam Thraciæ esse urbem, ad Pontum sitam.

(23.) רגבינא, sic in nostro codice, in aliis legitur: רגבינא quod Sam. Bochartus dict. cap. 15. transtulit: Ragbiga; sed ipse legendum putat רגוזה Raguza, id est, [prout ille existimat] Epidaurus.

(24.) Turcas Mela & Plinius describunt ad paludes Mœotides habitare, sicuti idem Bochartus loc. alleg. refert.

(25.) Buz, aliis Buza est Daciæ vetus oppidum, Ptolemæo Napica dicitur, prout Sam. Bochartus dict. loc. observavit.

(26.) Vel: Zaboch, Sam. Bochartus dict. cap. 15. pro זבוך, sicuti in codicibus hactenus impressis habetur, putat legendum esse זבולך i. e. Zavolck, sicuti ipse vertit, ac scribit, hanc Tartarorum esse familiam celebrem propè Volgam.

(27.) טילמץ, ita hic in nostro exemplari; alia habent טולמין i. e. Tilmiz seu Telmez, quæ regio Bochartо loc. alleg. videtur esse Germaniæ Missnia, quæ olim Dalemincia dicta sit, fortè Dalmatas hoc nomine intelligit autor noster.

(28.) Latera Aquilonis assignantur filiis Thogarmæ, Ezech. cap. 38. v. 6. autor noster ex illis deducit plerosque aquilonares. Danubii maximè & Rha seu Volgæ accolas, prout Bochartus dict. c. 15. scribit.

הגדול הנקרא דובני· בני יון הם יתנים
הושבים בארץ מקדוניאה· מדי הם
אורלום הושבים בארץ בודסן. תובל
הם הושבים בארץ תושקנא על
נהר פישאה· משך הם שיבשני חיד
הם רוסיש ברשני ואנגליסי· וישבים על
הים

titæ ſunt; accolunt autem fluvium Hethel, (29.) qui eſt Etalach; (30.) Ungari (31.) verò & Bulgari ac Parzinach (32.) juxtà magnum flumen, Dobne (33.) dictum, ſedes ſuas fixerunt; Filii Javan ſunt Javones, (34.) qui Macedoniæ regionem incolunt. (35.) Madai (36.) ſunt Azrali (37.) qui Boraſan (38.) terram inhabitant. Thubal, (39.) hi Toſcanam regionem incolunt ad flumen Piſah. (40.) Meſchech (41.)

(29.) Seu: Ethel, prout Arabes Rha ſive Volgæ fluvium appellant, teſte Sam. Bocharto dict. Part. 1. l. 3. c. 15.

(30.) אשלאן, ſic in noſtro codice, Sam. Bochartus loc. alleg. verius putat transpoſitis literis legendum eſſe אלשאן i. e. Elatach, quomodo tabulæ Iſmaëlis Abulfedæ ſcribunt.

(31.) אונגר, ſic enim hîc pro אנגר, quod in codice noſtro habetur, juxtà nomen præcedens legendum puto, cui etiam lectioni Bochartus loc. citat. conſentit.

(32.) Vid. quæ ſuprà h. cap. num. 21. de hoc nomine dicta ſunt.

(33.) דובני, ita hic in noſtro codice, Sam. Bochartus dict. Part. 1. l. 3. c. 15. literis transpoſitis, legendum putat דנובי, i.e. Danubi, nam Danubium flumen hic ab autore noſtro intelligi puto.

(34.) Jaones, Jones ſunt Græci, vid. H. Grot. in Not. ad l. 1. n. 16. de Verit. Rel. Chriſt. pag. 194. confer. & S. Epiphan. l. 1. Hæreſ. 39. fol. m. 129. & S. Hieron. Tradit. Hebr. ad Geneſ. c. 10. Sam. Bochart. Geogr. Sac. Part. 1. l. 4. c. 38. ex libro Juchaſin adducit, à filiis Javan eſſe incolas inſulæ Archipelagi à Candia usque ad Chion.

(35.) Hîc nulla ab autore noſtro mentio fit Magogi, qui Japheti filius fuit, & ſuprà h. cap. n. 3. ac Geneſ. cap. 10. v. 2. & ſqq. inter Japheti filios refertur, vid. & hic Bochartus loc. alleg.

(36.) Ab his Medos eſſe rectius, meâ ſententiâ, quàm hîc autor noſter, ſentit S. Hieronymus in Tradit. Hebr. ad Geneſ. c. 10. & Alſted. Chronol. Tit. 27. atque H. Grot. in Not. ad l. 1. n. 16. de Verit. Rel. Chriſt. pag. 194. confer. etiam Joſeph. Antiq. l. 1. c. 7. & Samuel Bochart. Georgr. Sacr. Part. 1. l. 4. c. 38. ubi ex libro Juchaſin Medorum poſteri aliter recenſentur, vid. & Jac. Cappelli Obſervation. in Geneſ. c. 10.

(37.) אזרלום, ſic in noſtro codice, Bochartus dict. Part. 1. l. 3. c. 15. transpoſitis literis legendum putat. ארזלום i.e. Arzulos, prout ipſe vertit & putat eſſe eos, qui Arzanii in Procopii Perſicis dicuntur, unde Arzanene Ammiano nominatur regio TransTigritana.

(38.) בורסן, ita hic in noſtro autore, Bochartus dict. c. 15. legendum putat כורסן i.e. Choraſan, ſicut ipſe tranſtulit, quæ propriè ſit Aria veterum; autor verò noſter latius ſumit, prout & alii faciunt.

(39.) Sic & S. Hieronymus ad Eſaiæ c. 66. v. 19. Thubal exponit Italiam, prout Bochartus dict. c. 15. allegat; in libro Juchaſin, qui ab eod. Bocharto Part. 1. l. 4. c. 38. adducitur, Thubal Hiſpania eſſe dicitur, Joſephus Antiq. l. 1. c. 7. à Thubal Iberos Aſiæ eſſe ſcribit, in quorum vicinia Thubilacam, urbem vetuſtæ originis veſtigia ſervantem ponit Ptolemæus, vid. H. Grot. loc. alleg. & S. Hieron. Tradit. Hebr. ad Geneſ. c. 10. S. Epiphanius l. 1. Hæreſ. 39. à Thobel Theſſalorum gentem & lingvam eſſe ſcribit, Alſtedius in Chronol. Tit. 27. à Thubal Albanos, Chalybes, olim Alybes & Iberos, qui Thobeli quondam dicti ſint, originem trahere aſſerit, confer. & Pet. Galatin. de Arcan. Cathol. Verit. l. 5. c. 12.

(40.) Confer. hîc Bochart. dict. Part. 1. l. 3. c. 15. & cum eo puto eſſe flumen illud, quod Italis Pò, Latinis Padus ſive Eridanus dicitur, vid. infrà h. ca[illegible]. n. 55.

הים הגדול· רוסי הנים על נהר
ביראה השופך בים גורגאן· אלישה·
הם אצמנייא והושבי בין הרי יוב
ושיברמו

(41.) ſunt Sibſeni. (42.) Thiras (43.) hi ſunt Ruſis, (44.) Boſni (45.) & Angleſi, (46.) qui mare magnum (47.) accolunt, Ruſi ad Biræ (48.) fluvium, qui in mare Gorgan (49.) ſeſe exonerat, habitant. Eliſchach (50.) ſunt Alemanii (51.) qui inter mon-

(41.) A Meſchech urbs eſt Mazaca, juxtà Joſephum Antiq. l. 1. c. 7. cujus & Strabo meminit. l. 12. ac Plinius l. 6. c. 3. & Ammian. Marcell. l. 20. adjice huic Moſchos nominatos Straboni lib. 11. & Melæ l. 1. & 3. quos Moſcenos dixit Plinius l. 6. c. 9. & Moſchicos montes apud eosdem, Melam & Plinium, prout H. Grotius ad dict. l. 1. n. 16. de Verit. Rel. Chriſt. p. 195. & ſeq. annotavit, idem Joſephus dict. l. 1. c. 7. Meſchech Cappadoces eſſe ſcribit, S. Epiphanius l. 1. Hæreſ. 39. fol. m. 129. putat, à Meſchech ſive Moſoch Μοσσυνοίκων eſſe lingvam, confer. & S. Hieron. in Tradit. Hebr. ad Geneſ. c. 10. & Petr. Galat. de Arcan. Cathol. Verit. dict. l. 5. c. 12. & Alſted. Chronol. Tit. 27. vid. etiam Jacob. Cappelli Obſervat. in Geneſ. c. 10.

(42.) שיבשני, Sic in noſtro codice, poſſes etiam vertere: Sibeſni vel Siboſeni, pro diverſitate punctorum, Sam. Bochartus dict. Part. 1. l. 3. c. 15. pro הם שיבשני legendum hîc putat שיושבים בשני & locum iſtum ſic vertit: Meſech ii ſunt, qui habitant Sænæ, hanc urbem dicit idem Bochartus eſſe oppidum Tuſciæ atq; inde venire, quòd Kimchius in Miclol, radice משך ſcribat, à Joſepho Ben Gorion Meſchech exponi Tuſciam. In libro Juchaſin Meſchech vocatur regnum Perſiæ, prout allegat Bochartus dict. part. 1. l. 4. c. 38. Sed pro: Perſiæ, legendum putat: Ruſſiæ.

(43.) A Thiras Thraces eſſe cum Joſepho dict. c. 7. tradunt conſenſu alii, inter quos eſt & S. Epiphanius l. 1. Hæreſ. 39. fol. m. 129. idque etiam vocem indicare ſcribit H. Grotius in Not. ad l. 1. n. 16. de Verit. Rel. Chr. confer. & S. Hieron. in Tradit. Hebr. ad Geneſ. c. 10. & Alſted. Chronol. Tit. 27. etiam in libro Juchaſin, qui à Sam. Bocharto dict. Part. 1. l. 4. c. 38. allegatur, Thiras dicitur eſſe Thracia; aſt R. Salomo ad Geneſ. c. 10. v. 2. Thiras exponit Perſas, confer. infrà cap. 3. n. 42. & 43.

(44.) Sive Roſis, רוסיש, ſic in noſtro codice, Bochartus dict. Part. 1. l. 3. c. 15. legendum putat רושים ac vertit: Ruſſi.

(45.) Bochartus dict. l. 3. c. 15. vertit. Poſni vel Poſnani in Polonia.

(46.) Sive Angli, prout tranſtulit idem Bochartus dict. l. 3. cap. 15.

(47.) Oceanum Britannicum, ni fallor, intelligit autor noſter.

(48.) ביראה, Sic in noſtro codice, Bochartus dict. c. 15. legendum putat כיראה ac vertit: Cyrum, fluvium.

(49.) Georgan ſive Georgian vertit Bochartus eod. cap. 15. ac putat, mare Caſpium hoc nomine intelligi: ſed parum credibile eſſe exiſtimat, Ruſſos, Poſnanos & Anglos eandem eſſe gentem.

(50.) Hîc ſubintelligenda vel ſupplenda eſt dictio: Filii vel poſteri Eliſæ ſunt &c. vid. quæ ſuprà h. cap. n. 17. notata ſunt, Joſephus Antiq. l. 1. c. 7. ab Eliſcha deducit αἰολεῖς, ſic & S. Hieronymus in Tradit. Hebr. ad Geneſ. c. 10. ſcribit: de Jonibus, id eſt, de Græcis naſcuntur Eliſei, qui vocantur Æolides, unde & quinta lingva Græciæ Æolis appellatur, quam illi vocant πέμπτην διάλεκτον, quintam dialectum, his adſtipulatur Paraphraſtes Hieroſolymitanus, qui pro Æolibus Græcos nominat, nempe totum pro parte, neque abludit Hellas nomen terræ, prout H. Grotius ad l. 1. n. 16. de Verit. Rel. Chriſt. pag. 195. notavit, eidem & Alſtedius in Chronol. Tit. 27. conſentit, confer. etiam infrà cap. 3. n. 25. ubi filiorum Eliſæ fit mentio.

(51.) Vel: Alamanii, Hebr. אלמנייא, ſic in editione Veneta; in Francofurtenſi legitur: אצמנייא, vitiosè, uti puto, Alemanniæ nomine autor noſter eas indicat Galliæ & Italiæ partes, quæ Germaniæ tum temporis erant annexæ & Germanos Imperatores pro dominis agnoſcebant, prout putat Sam. Bochartus in Geogr. Sac. Part. 1. l. 3. c. 15, confer. & infrà cap. 3. n. 24.

ושיבחמו ומהם לומברדי אשר מעבר
לנהרי יוב ושיבחמו ויכבשו ארץ
איטליאה וישבו ברה עד היום על נהרי
פואו והושינו ומן פואו שופכי בים
בונדיקיאה: בורגונייא היושבים עלי
הנהר הגדול והדני ומהם בחייא
הישבים עלי נהר דינוס השופך בי
הגדול: תרשיש הם באו עם מקרוניאה
בדת אחי מהם טרסום: ויהי באשר
לבדו

tes Jub (52.) & Sebathemo ſedes poſuerunt, ex quibus ſunt Lombardi, (53.) qui trans flumina (54.) Jub & Sebathemo exiſtunt, & Italiæ regionem ſubegerunt eamque ad hodiernum usque diem juxta fluviosPoo (55.) & Tiſino (56.) incolunt; aquæ autem Poo in mare Bondecia (57.) ſeſe effundunt. Burgundi (58.) magnum accolunt fluvium Rhodanum (59.) & ab his ſunt Bardi, (60.) qui ad Rhenum flumen, quod in mare magnum ſeſe exonerat, habitant. Tarſis, iſti eodem, quo Macedones, jure (61.) uſi ſunt, ab his Tarſi (62.) ſunt orti; accidit autem, cùm Iſmaëlitæ Tarſorum terram

(52.) Poſies etiam vertere: Job & Sebthemo, pro diverſitate punctorum, Bochartus dict. l. 3. c. 15. tranſtulit: Jou & Septimo, atque intelligit regnum Arelatenſe inter montes Jou & Septimo, id eſt, inter Juram & Septimanos, nam Arelatenſe regnum complectebatur provinciam Delphinatum & Sabaudiam.

(53.) Lombardi igitur hìc trans Juram, id eſt. trans Alpes ad Padum & Ticinum ab autore noſtro locantur, confer. Bochartus dict. c. 15. vid. infrà h. cap. n. 56. ibique not. it. R. Aſarias in Meor enaiim Part. 3. c. 19. ubi hoc interpolatoris cujusdam additamentum eſſe dicit.

(54.) לנהרי, ſic in noſtro codice; ſed legendum erit לנהרו i. e. trans montes, prout paulò antè Jub & Sebathemo ab autore noſtro appellantur montes, huic lectioni adſtipulatur etiam Sam. Bochartus dict. cap. 15.

(55.) De hoc fluvio ſuprà hoc cap. num. 40. dictum eſt, confer. etiam Sam. Bochart. dict. Part 1. l. 3. c. 15.

(56.) Ticinum intelligit autor noſter, vid. Bochart. dict. l. 3. c. 15. & ſuprà h. cap. n. 53.

(57.) בונדיקיאה, ſic in codice noſtro; videtur autem transpoſitis literis hìc legendum eſſe בונויקאה i. e. Vonedica, quo nomine mare Venetum intelligi puto, quam conjecturam meam confirmat etiam Bochartus dict. cap. 15. conſer. & infrà h. cap. n. 79. ibique not.

(58.) Burgundia eſt ad Aradim, non ad Rhodanum; ſed Aratim paulò infrà Burgundiam excipit Rhodanus amnis, prout Sam. Bochartus dict. c. 15. notavit, confer. infrà lib. 6. cap. 41. num. 5. ubi etiam Burgundorum fit mentio.

59.) Is fluvius Gallis dicitur: la Róne.

(60.) Seu: Berdi, ברדיא, ſic in noſtro habetur codice, Sam. Bochartus dict. cap. 15. legendum putat ברבנדיא ac vertit Brabandi, quo nomine etiam reliquæ Belgii provinciæ intelliguntur, quæ ratione ſitus & commercii linguæ ad Germanos potius, quàm Gallos pertinent.

(61.) Vel: in eandem legem cum populo Macedonico convenerunt, ſicuti tranſtulit Sam. Bochartus dict. cap. 15.

(62.) Tarſi nomine tàm populus, quàm terra intelligitur, ſicuti paulò poſt apud autorem noſtrum habetur, Joſephus Antiq. l. 1. c. 7. à Tarſis Cilices eſſe ſcribit, idque probat ex urbe Tarſo, nam multis in locis evenit, ut, quæ populorum nomina fuerant, urbium facta ſint nomina, prout H. Grot. ad l. 1. n. 16. de Verit. Rel. Chr. pag. 195. notavit, conſer. & Alſted. Chronol. Tit. 27. & Bochart. Geogr. Sac. Part. 1. l. 4. c. 38. ubi in libro Juchaſin dicitur, quòd Tarſis ſit metropolis regni ingentis ad oram maris propè Antiochiam, quod Ciliciam vocant, S. Hieronymus in Tradit. Hebr. ad Geneſ. c. 10. Joſephi ſententiam, de qua ſuprà, amplectitur.

לבדו וישמעאלים את ארץ טרסום בחזר
ישביהה בגבול בני יון הם גלמדו עם
הישמעאלים אשר בטרסום: בתים הם
רומים החונים בבקעת כנפנייא על
נהר

terram occupaſſent, ut illius habitatores ad fines filiorum Javan confugerent, hi bellum adverſus Iſmaëlitas, Tarſum incolentes, geſſerunt. Cittim (63.) ſunt Romani, qui planitiem (64.) Campaniæ juxta fluvium Tyberim inhabitant. (65.) Dodanim (66.) ſunt

(63.) Unde κίτλιον eſſe putat H. Grotius in Not. ad l. 1. n. 16. de Verit. Rel. Chr. pag. 195. S. Hieronymus etiam in Tradit. Hebr. ad Geneſ. dict. c. 10. Cetim putat eſſe Cittios, à quibus hodiè quoque urbs Cypri Citium nominetur, Alſtedius in Chronol. Tit. 27. à Cittim Macedones & Getas, qui poſteà etiam Gothi dicti ſint, deducit, quò facit Livii lib. 42. c. 51. & 1. Maccab. c. 1. v. 1. & c. 8. v. 5. confer. etiam R. Salom. & Aben Ezra ad Numer. c. 24. v. 24. Idem tamen Alſted. Chronol Tit. 23. ſcribit, quòd Kitim, (qui & Italus & Atlas) regnaverit annos 13. cujus filia fuerit Roma, quæ à patre creata fuerit prima Aboriginum regina & prima urbis Romæ fundamenta poſuerit, cui autor noſter hic ferè conſentit, qui Romanos ad Kittim refert, hinc & S. Hieronymus Numer c. 24. v. 24. Cittim vertit Italiam, Idem S. Hieron. Daniel. c. 11. v. 30. Cittim de Romanis intelligit, idem Ezech. c. 27. v. 6. Cittim vertit Italiam, cui & Arabs Erpenianus conſentit, Euſebius quoque ſcribit: Κίτλιοι ἐξ ὧν Λατῖνοι, οἱ καὶ Ῥωμαῖοι confer. Gallæi not ad Lactantii l. 1. c. 13. n. 4. ubi plura de Noæ in Italiam adventu & quòd ille urbem nomine Cethin vel Kitim condiderit & quòd Anno 220. poſtquam Cethim ædificata eſt, Cethim, filius Javanis & pronepos magni Vandimonis, (qui à Latinis Janus, à Syris Noa vocatur) aſſumptis ſecum duabus coloniis mare ingreſſus cum diu navigaſſet, tandem pervenerit ad inſulam, quam ſuo & patriæ nomine Cethim appellaverit, quæ hodie Cyprus dicatur & quòd Græci urbem illam, quæ Cethim appellabatur, Kitim vocaverint; illa autem civitas primò quidem Etruriæ caput ac tandem univerſæ Italiæ nomen impertierit, nam inde Italiam κίτιμ vel κίτιμ dici ſolere in Bibliis Gallicis Mareſii ad Numer. dict. c. 24. v. 24. hæc notata reperiuntur: Chitim fut un des enfans de Javan, fils de Japhet, qui le fut de Noe Geneſ. c. 10. v. 4. & ſes deſcendans occuperent la Cilicie, la Macedoine, Cypre & l'Italie, comme rapporte Joſeph Antiq. liv. 4. chap. 22. de ſorte, que par les Kittiens s'entendent icy les Grecs & les Romains, qui firent leurs paſſages en Aſie des ports de Grece & ruinerent les Aſſyriens, les Babyloniens & les Perſes, i. e. Chitim fuit unus ex filiis Javan, qui filius extitit Japheti, ex Noacho procreati, Geneſ. c. 10. v. 4. cujus poſteri Ciliciam, Macedoniam, Cyprum & Italiam occupârunt, ſicuti Joſephus Antiq. l. 4. c. 22. refert, ita, ut Kittiorum nomine hic intelligantur Græci & Romani, qui Aſiam intrârunt ex portubus Græciæ atque Aſſyrios, Babylonios ac Perſas devaſtârunt, S. Epiphanius Hæreſ. 30. ſic ſcribit: χίτλιοι (οἵοι) κύπριοι καὶ Ῥόδιοι καὶ Μακεδόνες, confer. etiam Jac. Cappelli Obſervat. ad Geneſ. c. 10. & num. ſeq. 65. & it. infrà l. 6. c. 47. num. 18.

64.) Sive: Vallem, Sam. Bochartus dict. cap. 15. vertit: agrum.

(65.) Bochartus loc. alleg. iſta, quæ hìc ab autore noſtro adducta ſunt, veriſſima eſſe putat, niſi quòd hoc loco Campania ad Latium usque extendatur, perperàm, Idem Bochartus Geograph. Sacr. Part. 1. l. 4. c. 38. pag. 356. ex libro Juchaſin refert, Cittim eſſe incolas inſulæ Cypri, cui ferè conſentiunt, quæ num. anteced. 63. ex S. Hieronymo, H. Grotio & Gallæo adducta ſunt, confer. & R. Iſaaci חזוק אמונה i. e. munimen fidei, quod Latinè vertit D. Wagenſeil. in tractatu, cujus inſcriptio eſt: Tela ignea Satanæ p. 73. Munim. Fidei.

(66.) A Dodanim Rhodios, Dores, Danaos & Dardanidas eſſe ſcribit Alſted. in Chronol. Tit. 27. cui etiam quodammodo conſentit autor libri Juchaſin, quem Bochartus dict. Part. 1. l. 4. c. 38. allegat. ubi refertur, quod Dodanim ſit inſula Rhodus & quòd inde vocentur Rhodanim in libris Paralipomen. S. Hieronymus in Tradit. Hebr. ad Geneſ. c. 10. etiam Dodanim putat

נהר חיבואג הודני הם עם דגישבי
הוישבי הוך עיי לשונות ים אוקיאנוס
באר דגיאמבא ובארדנא בתוך ים
הגדול אש נשבעו לבלתי יעברו
לוומני והחבאו בתוך גלי ים אוקיאנוס
ולא יכלו כי הגיע שם ממשלת רומי
עד אחויות איי הים וגלי הציאו וקראוניני
ושלקי ולציפי ולוומי וכרכאר וכיזרמין
ובומין מבני דדני יהשבו הם הונים
בתוך הים מגבול בולגרי עד בונדיקיאה
ומשם מושבו עד הגבול עד הים הגדול
הם הנקראים סקלבי ואומרים אחרים
עיהם

sunt Danisci (67.) qui urbes litorum (68.) maris Oceani in regionibus Dinamachba (69) & Ardena, in medio maris magni, incolunt, isti jurejurando se invicem obstrinxerunt, ne Romanis servirent, quocircà in mediis maris Oceani fluctibus delituerunt; sed non potuerunt, (70.) quia eò quoque Romanorum imperium pervenit, nempe ad extremas maris insulas & ad fluctus Tezio (71.) Cravothi (72.) & Selecii (73.) atque Lizphim (74.) ut & Loomim (75.) ac Cercar (76.) atque Cisremim (77.) & Basmin (78.) à filiis Dodanim orti putantur; habitant autem in litore maris à finibus Bulgariæ usque ad Bondeciah (79.) & dehinc illorum termini usque ad mare magnum se extendunt, hi sunt, qui Slavi (80.) nominantur, alii

putat esse Rhodios atque ita Lxx. interpretes transtulisse; puto autem illum respexisse ad locum Genes. dict. cap. 10. v. 4. ubi Lxx. nomen דדנים verterunt Ῥόδιοι, ac videntur legisse per ר Resch דרנים Sed Bochartus Part. 2. l. 1. c. 7. Rhodios aliunde dici asserit. confer. & Jac. Cappelli Observat. ad Genes. dict. c. 10.

(67.) Sive: Dani, prout Bochartus Part. 1. l. 3. c. 15. exponit, nonnulli codices pro דגישבי, sicuti in nostro habetur, legunt דגישבי i. e. Dagisci; sed perperàm, ut puto, confer. infrà l. 6. c. 1. n. 33.

(68.) Seu: Sinuum, ita hic interpretor dictionem לשונות i. e. linguas, confer. Josuæ cap. 15. v. 2. & Esaiæ cap. 11. v. 15. ibique interpretes.

(69.) Danemarcam sive Daniam hic intelligi puto, quam conjecturam meam confirmant ea, quæ in ipso autore nostro ad ejus lib. 6. c. 1. n. 34. notata sunt, Bochartus dict. part. 1. l. 3. c. 15. mendum hic subesse putat.

(70.) Id est: frustrà fuerunt, non potuerunt proæpositum sibi finem consequi, nempe, ne Romanis servirent.

(71.) Hebr. נלי תציו, sic in nostro codice, Sam. Bochartus dict. Part. 1. l. 3. c. 15. legendum hic putat ולמציאה i. e. Dalmatia, ut sensus sit, Romanorum potentiam ad Dalmatiam usque perveniisse.

(72.) Sive: Croatæ, prout Bochartus loc. alleg. exponit.

(73.) סלקי, ita hîc in nostro codice, Bochartus dict. cap. 15. putat legendum esse סקלבי i. e. Slavi, prout ipse vertit, vid. infrà h. cap. n. 80.

(74.) ליציפים, sic in nostro codice, Bochartus loc. citat. legendum putat צירפים i. e. Servii, sicut ipse transtulit.

(75.) לוומים, ita hîc in nostro codice, Bochartus, eod. loc. legendum existimat לוורנים i. e. Liburni, prout ipse vertit.

(76.) כרכאר, sic in nostro exemplari, idem Bochartus dict. cap. 15. legendum putat כרפאה i. e. Carpates, nempe qui circà montem ejusdem nominis habitant.

(77.) Vel: Cizremim, כיזרמים, ita hic in nostro codice, Bochartus loc. alleg. legendum putat: כרכזין i. e. ut ipse vertit: Craczi, incolæ Cracz, Stiriæ urbis ad fluvium Muram.

(78.) בזמין, sic in nostro codice, alii habent: בומין i. e. Bismen vel Besman, Bochartus dict. loc. legendum putat: בוזין i. e. Bosni, sicuti ipse transtulit.

(79.) Sive: Venetiam, prout Bochartus loc. alleg. vertit, vid. suprà h. cap. n. 57. ibique not.

(80.) Huic versioni meæ consentit etiam Bochartus dict. cap. 15. pag. 229. confer. etiam suprà h. cap. num. 73.

שהם מבני כנען אך הם מתחתי לבני
דדני ויהי בהפיץ יי את בני האדם
על פני כל הארץ ויתחלקו להלקי
ויהיו בני כתים לאגדה אחת ויצאו
בבקעת כנפנויא וישבו שם על נהר
תיבריאו ובני תובל חנו בחושכנה ויהי
גבולם על נהר תיבריאו ויבנו להם עיר
ויקראו שמה סביניא על שם האיש אשר
בנה אותה ובני כתים בנו להם עיר
ויקראו שמה פציומנא ויתגאו על בני
כתי בני תובל לאמר לא יתחתנו בנו
ויהי בימי הקציר וילכו בני תובל אל
שדותיהם ובחדי בני כתים נאספו וילכו
אל עיר סבינא ויגלו את בנותיהם
ויעלו אל קפטוסיאו וישבעו בני
תובל ויבאו עליהי למלחמה ולא יכלו
להם כי שגב מהם הרב ויאספו כל הרב
כל בחדי בני כתי ויהי להקוץ השנה
ויבאו

alii dicunt, illos à filiis Canaan ortos esse; sed ipsi genus suum ad filios Dodanim referunt. (81.) Cùm itaque Deus Adami posteros per omnem terram dispersisset, atque illi in partes divisi essent, filii Cittim in unum conglobati agmen, & ex Campaniæ planitie egressi juxta Tyberim (82.) fluvium habitârunt; filii verò Thubal Toscaniam incoluerunt, quorum fines usque ad Tyberis flumen pertigerunt, hi urbem condiderunt, quam à nomine viri, qui eam exstruxit, Sabinam (83.) vocârunt, filii quoq; Cittim urbem ædificârunt, quam Pizimnam (84.) nominârunt. Filii autem Thubal elatò fuerunt animò ergà filios Cittim, eorumque affinitates ac connubia spreverunt; (85.) cœterùm accidit, ut filii Thubal messis tempore ad agros suos venirent; Juvenes verò filiorum Cittim, agmine facto Sabinorum urbem aggressi sunt, eorumque filias abduxerunt & ad oppidum Caphtusium (86.) abduxerunt; ast filii Thubal eâ re cognitâ bellum eisdem indixerunt; sed nequidquam profecerunt; nam mons, in quem universa filiorum Cittim juventus sese receperat, illos prohibuit; redeunte autem annô, cùm filii Thubal

(81.) Hæc mirè corrupta & depravata nomina, quæ in codice nostro habentur, Bochartus loc. alleg. uti hactenus dictum est, explicuit, rectene, an secus, doctorum esto judicium: Gomer, Tubal & Mesech Ezechiel ad aquilonem; autor noster ad occasum Judææ ponit in Galliâ & Italia. Thogarma, unde Tyrii mulos & equos sibi comparârunt Ezech. cap. 27. v. 14. ponit Judæus noster ad Volgam, ubi nec ulli mu'i, nec ullum fuit unquam cum Tyriis commercium; Elisam, ubi purpuræ piscatio Ezech. cap. 27. v. 6. describit (autor noster) ad Rhenum & Padum & Rhodanum aut Ararim in mediterraneis: Tarsis, unde afferuntur argenti, ferri, stanni & plumbi metalla, Ezech. cap. 27. v. 13. vult (Judæus noster) esse Ciliciæ Tarsum, ubi fodinæ nullæ, itaque apparet, Pseudo Josephum hæc effutire sine judicio & delirâsse Judæos, qui in illius verba jurârunt, verba sunt ejusdem Bocharti dict. cap. 15 in fin. confer quæ in Præfatione nostra, toti operi præmissa, de autore nostro ejusque interpolatore Judæo dicta sunt.

(82.) Confer. & hic Sam. Bocharti Geogr. Sac. Part. 1. dict. l. 3. c. 15. pag. 228. vid. etiam quæ suprà h. cap n. 65. annotata sunt.

(83.) Vid. cap. seqv. 2. n. 32. ibique not.

(84.) Confer. cap. seqv. 2. n. 7. ubi vocatur Pozimna, nomina propria in autore nostro mirè confusa & corrupta reperiuntur, prout suis locis notatum deprehendes, vid. suprà n. 15. h. cap. & infrà num. 86.

(85.) De raptu mulierum Sabinarum à Romanis perpetrato vid. Liv. lib. 1. c. 9. & cap. 13.

(86.) Ita hic reddo: קפטוסיאו posses & aliter pro diversitate punctorum exprimere, confer quæ suprà num. 84. h. cap. de nominibus corruptis notata sunt.

ויבאו עוד בני חובל עליהם למלחמה
ובני כהני העלו הילדי' הילודי' מבנותיהם
על התמנה אשר בנו ויאמרו אליהם
הבאתם למלחמה עם בניכם ועם בנותיכם
הלא עצמכם ובשרכם אנחנו מעת'
ויתדלו מלהלחם בם ויוסיפו עוד בני
כהים ויבנו עיר על הים ויקראו שמה
פורטו ויבנו עוד אחר' ויקרא שמה
אריצה'.

bal denuò bellum adversus eosdem pararent, filii Cittim liberos, ex illorum filiabus susceptos, suprà muros, quos exstruxerant, constituerunt, dicentes: num venistis, ut bellum contrà filios filiasque vestras gereretis? annon vobiscum jam sanguinis propinquitate juncti sumus? (87.) quod cum illi audissent, à bello adversus ipsos gerendo destiterunt. Prætereà filii Cittim maritimam condiderunt urbem, quam Porto nominârunt, aliam insuper ædificârunt, quam Arizah appellaverunt.

CAP. II.

בימים ההם ברח צפו בן אליפו בן עשו
ממצרים אש' לבדו יוסף בעלותו לקבור
את אביו בחברון ויצאו בני עשו
לקראתו לשטן לו ותגבר יד יוסף עליהם
וילכד צפו בן אליפו עם חבריו ויביאם
מצרימה'. וידו אחרי מות יוסף ברית
צפו ממצרי' עם אנשיו ויבאו אפריקה'
אל

ISdem diebus Zepho, (1.) filius Eliphasi, qui ab Esauo prognatus fuit, ex Ægypto profugit, hunc cepit Josephus, dum ascendit, ut patrem suum in urbe Hebron (2.) sepeliret, nam filii Esau Josepho obviam iverant, ut eidem resisterent; sed Josephus eosdem vicit & Zephonem, filium Eliphasi, unà cum ejusdem sociis cepit eosque in Ægyptum secum duxit; (3.) evenit autem, ut post Josephi obitum Zepho cum sociis suis ex Ægypto profugeret & in

(87.) Vel, juxtà Hebræum, ita: Annon ossa vestra & caro vestra sumus?

(1.) Hic nominatur Zephi 1. Paralipom. cap. 1. v. 36. conser. Buxtorf. Lex. Chald. fol. 31. ubi locus ex R. Mose Ben Nachman in Genesin sub fin. fol. 42. col. 2. adducitur; vid. & R. Isaaci התמנה seu munimen fidei, quod D. Wagenseil. Latinè transtulit, ibique pag. 66. in ejus tractatu, qui Tela ignea Satanæ inscribitur, de isto Zepho confer. etiam Isaac. Abarbenel. Commentar. ad Ezech. cap. 35. fol. mihi 201. col. 3. circà fin.

(2.) Vid. Gen. cap. 50. v. 13.

(3.) Meminit hujus historiæ etiam Isaac Abarbenel in Commentar. ad Esai. cap. 34. & 35. fol. 74. col. 1. edit. Amstel. sed hanc de Zephone narrationem multi non infimæ eruditionis viri inter figmenta referunt, vid. Ant. Hulsius lib. 1. part. 1. de adventu Messiæ Sign. 8. & Seb. Snellius Disput. Theolog. ad Abravanel. Thes. 35. Matth. Frider. Beckius in notis suis ad Paraphras. Chaldaicam 1. Paralip. cap. 5. v. 26. sic scribit: quod antehac in Dissertatione de nomine Edom priore, §. 18. de fabula Zephonis, quam Pseudo Josephus filius Gorionis, cap. 2. operis sui fabulosissimi recenset, conjecturavimus, idem de superiore narratiuncula (de montibus scil. tenebrosis, de quibus infrà lib. 2. cap. 16. n. 10. & seqv.) judicamus, interpolatorem scilicèt Fl. Josephi hominem recentem ineptissimumque historias de expeditione Alexandri in Orientem & victoria de Poro, Indiarum rege, relatas, falsasse multisque Judaicis commentis interpolasse, idque Judæis novum non esse assiduus eorum lector atq; censor judiciosissimus. Joh. Buxtorfius, dudum observavit, vid. Ejusd. Lexic. Chald. fol. 1461. Hactenus Frider. Beckius loco jam allegato.

אגניאם מלך קרטיגניא ויקבלהו
אגניאם בכבוד גדול וישימהו שר צבאו'
בימים ההם היה בארץ כתים איש בעיר
פוצימנא ושמו עוצי וידו לבני כתים
לאלוה' תעתועים וימת האיש ובן אין
לו כי אם בת אחת ושמה יאנייה והנערי'
יפה עד מאד וחכמ' ולא נראה כיפיה
בכל הארץ'. וישאלה אגניאם מלך
אפריקא לקחת לו לאשה וגם רוגנוס
מלך ביגבינטו שאלה ויאמרו לו אנשי
כתים לא נוכל להתה לך כי אגניאם
מלך אפריקא מבקש אות' ואנחנו
יראי ממנו פן יבא עלינו למלחמ' ואתה
לא תוכל להצילנו מידו' וישלחו יושבי
פוצימנא אגרת לאגניאם מלך אפריק'
כדברי' האלה ויאסוף את כל חילו ויבוא
באיי הים דרך סרדיניא ניקולוש אחיו
ויצא ניבלוש בן אחיו לקראתו ויאמ'
לו

& in Africam ad Æneam, (4.) Carthaginis (5.) regem, veniret, hunc Æneas magno cum honore excepit eumque exercitui præfecit. Iisdem diebus vir quidam, Uzi nomine (6.) in urbe Pozimna, (7.) terræ Cittim, extitit, quem filii Cittim divino cultu (8.) prosecuti sunt, hic sine masculâ prole descesserat, unicâ solùm eximiæ pulchritudinis ac solertiæ filiâ, Janija (9.) nomine, relictâ, quam nemo corporis venustate per universum terrarum orbem æquabat, hanc Æneas, Africæ rex, uxorem sibi postulabat, eandem & Turnus, Beneventi (10.) rex, in matrimonium petebat; sed viri Cittim ei dicebant; non possumus illam tibi uxorem dare, Æneas enim, Africæ rex, eandem flagitat; nos autem timemus, ne ille forsitan bellum nobis inferat; tu verò non satis virium habeas, quibus nos ab illius vi defendere possis. Tunc urbis Pozimnæ incolæ literas ad Æneam, Africæ regem, ea de re miserunt, qui omnem exercitum suum coëgit, & ad maris insulas versùs Sardiniam Nicolai, fratris sui, venit, cui Nibalus, (11.) fratris filius, obviam progressus dixit: cùm

(4.) Sic verto hic אגניאם de quo etiam Isaac. Abarbanelis Commentarius ad Esaiæ dict. cap. 34. & 35. fol. 54. col. 1. edit. Amstelod. agit.

(5.) Ita קרטיגניא hic interpretor, cæterum autor noster vel potius Judæus interpolator tempora hic valdè confundit & Æneæ ac Turni res gestas ad Josephi, Patriarchæ, ætatem refert.

(6.) Latinum regem hic innuere videtur Judæus interpolator. vid. Virgil. Æneid. lib. 7. fortè ideò עוצי nominatur, quòd consilio præstans fuerit. quo nomine etiam apud Virgilium commendatur, quamvis infrà quoque cap. 3. Latini, qui Jano successit, mentio fiat, vid. dict. c. 3. n. 2. forsitàn plures ejusdem nominis fuerunt.

(7.) Vid. cap. antec. 1. num. 84. ubi hæc urbs Pizimna dicitur.

(8.) Judæus interpolator hic cultum Gentilium per contemtum vocat אלוה' תעתועים i.e. Deum errorum seu erroneum; videtur autem respexisse ad locum i lum Jeremiæ cap. 10. vers. 15. ubi מעשה' תעתעים, vid. Id. Jerem. cap. 51. v. 18.

(9.) Ita hic interpretor יאנייה videtur autem esse Lavinia, Latini regis filia, de qua Virgil. d. loc. vid. infrà cap. 3. princ. n. 6. & n. 9.

(10.) Sic verto hic ביגבינטו, paulò post n. 14. vocatur ביגוינטו; cæterum Turnus iste Rutulorum dux fuit, prout à Virgilio Æneid. 7. refertur; nomen autem urbis Beneventi, quod recentioris ævi est, arguit Judæi interpolatoris manum hic interveniisse, vid. seqv. cap. 3. n. 44. idem hoc oppidum, Beneventum, eo ipso, quo hæc scribo, anno, nempe 1688. die 5. Junii St. N. terræ motu concussum ac ferè penitus deletum fuit.

(11.) Vel: Nibelus, ניבלוש ita hic in Hebræo, quædam exemplatia habent ניבלוש i. e. Gibelus, facili mutatione ב in ג, vid. quæ num. 15. annotata sunt.

לו בשאלך שלום מעם אבי לוקוש
בציאתו שאל ממנו להשמיעני שר צבאו
ויעש אגניאם בן · ויבאו בספינות ויעברו
במחוז אשתורש תורנוש ויצא טורנוס
מלך ביניונטו להחרים · והחיה המלחמה
עצום · מאד בבקע · כנפניא ויפול
כמלחמת פבלוש בן אדוו בזמן ההוא
וימלוך אגניאם דודו ויעש לו המלך
גדלם זהב ויחנהו בתוכו ויערוך עוד
אגניאם מלחמה לקראת טורנוס מלך
ביניונטו ויהרגהו אגניאם ויעש לו ארון
נחשת וישימהו בתוכו ויבן עליו מגדל
גבוה על אם הדרך וגם על כבלוש בן
אחיו בנה עליו מגדל גבוה על אם
הדרך ויקרא שמה קפבלוש מוה
וקובטורנוש מוה והנם על אם הדרך
ורצפה ביניהם עד היום הזה בין אלבנו
ובין רומי ומהיום ההוא והלאה החלו
לבא גדולי גדודי מלך אפריקא לבא
בארץ כתים לשלול שלל ולבוז כי
ויבא

Cùm pacem à patre meo, Luco, petieris, (12.) atq; ipse à te abierit, roga eum, ut me exercitus sui ducem constituat, quod & Æneas fecit. Hi igitur, cum naves conscendissent, ad provinciam (13.) Astoros, cui Turnus præerat, venerunt; Turnus autem, Beneventi (14.) rex, copias adversus illos eduxit, eosque internecione delere voluit, quocircà atrox admodum prælium in planitie Campaniæ exortum est, in quo Paulus, (15.) fratris Æneæ filius, tunc temporis interemptus fuit; Æneas autem, patruus illius, regnum tenuit eique capsam (16.) auream, in qua ejusdem cadaver reponeretur, fabricandam curavit: posteà Æneas cum Turno, Beneventi rege, prælium iterùm iniit ipsumque interfecit, atque eidem arcam (17.) æneam fieri præcepit, ubi illum reposuit atque turrim excelsam in bivio (18.) suprà illum ædificavit; in Pauli quoque, patruelis sui, tumulo prælatam turrim in via publica (19.) struendam curavit, quarum alterum Coph Paulus; (20.) alteram verò Coph Turnus appellavit; fuerunt autem turres istæ in bivio constitutæ, inter quas via lapidibus strata (21.) ad hodiernum usque diem permanet, estque inter Albanum & Romam. Ab hoc igitur tempore ac deinceps ingentes

(12.) Id est, (uti equidem interpretor) cum patrem meum salutaveris, sic enim R. Salomo ad Genes. cap. 47. v. 7. exponit שאלת שלום, Gall Saliüer.

(13.) Seu portum, nam vox מחוז, quæ hic habetur, utrumque significat; cœterùm posses אשתורש etiam vertere: Astures.

(14.) Vid. quæ suprà num. 10. h. cap. annotata sunt.

(15.) Sic verto hic פבלוש vel, ut alii codices habent, פולוש, idem suprà num. 11. nominatur ניבלוש i. e. Nibelus, quamobrem vel hic vel suprà error typographicus intervenit, quod sanè in autore nostro, quoad nomina propria satis frequenter accidit, vid. infrà n. 20.

16. Ita hic נולם interpretor, quo nomine locu-

lus seu feretrum intelligitur, vid. num. seqv. 17.

(17.) Vid. num. antec. 16. it. Genes. cap. 50. v. 26. ubi 70. interpretes ארון exponunt σορὸν i. e. loculum seu feretrum.

(18.) Sic interpretor hoc loco על אם הדרך vid. Ezech. cap. 21. v. 21. aliàs 26. ubi R. Salomo exponit Gallicè: qvarrefour.

(19.) Vid. num. antec. 18.

(20.) Hebr. קופבלוש, ita hic; alii codices legunt קופאלוש, i. e. Cophalus, hùc faciunt, quæ suprà num. 15. dicta sunt, confer. & infrà lib. 2. c. 14. num. 3.

(21.) Hebr. רצפה pavimentum, sic communiter exponunt, λιθόστρωτον dicitur Græcis, confer. Johan. cap. 19, v. 13.

ויבא תמיד עמהם צפו בן אליפז ויברח
צפו גם מאפריקא ויבא בארץ כתי
ויקבלהו כתי בכבוד וישבו אותו
להלחם מלחמותם והעשר מאד וגדודו
אפריקא פושטים בארץ כתים · ויאספו
בני כתים אל הר קופטיציאה מבני גדודי
גוגדלי · ויהי היום ויאבד לצפו פר בן
בקר וילך לבקש את הפר וישמע את
געיית הפר סביבות ההר וילך צפו
ויראה והנה בהתחיית ההר מערה ואבן
גדולה שומה על פיה וינפץ את האבן
והנה חיה גדולה אוכלת השור ומהציה
ומעלה כדמות תיש ומהציה ולמטה
דמות אדם ויהרוג צפו את החיה
ואמרו יושבי כתים מה נעשה לאיש
אשר הרג החיה אשר בלחה בהמתינו
ויועדו כלם לעשות לו יום אחד בשנה
יום מועד ויקראו את שם היום ההוא צפו
על שמו וינסכו לו נסכי ביום ההוא
ויביאו לו מנחות ויקראו את שם היום
יאנום על שם החיה אשר הרג · וישפו
עוד גדודי גוגדלי לבוא בארץ כתי
לשלול שלל ולבוז בו כפעם ויאסוף
יאנום צפו לקראת וינסו לפניו ויבריחם
ויצל הארץ ממרוצתם · וישפו עוד בני
בתים

tes copiæ regis Africæ terram Cittim pervagari, deprædari ac spolia agere cœperunt, cum quibus semper fuit Zepho, Eliphasi filius. Idem Zepho etiam ex Africa fugit (22.) & in terram filiorum Cittim pervenit, qui eundem honorificè exceperunt (23.) eique salarium præbuerunt, ut bella ab ipsis susceptа gereret, quo factum est, ut Zepho prædives evaderet; Africanorum verò copiæ regionem Cittim devastârunt, quapropter filii Cittim in montem Cophtitiæ propter Gogadli (24.) exercitum sese receperunt; accidit autem, ut Zepho juvencum (25.) perderet, quem cùm obambulans quæreret ejusque mugitum circà montem audiret, ecce in imo monte speluncam vidit, cujus introitus ingenti lapide obstructus erat, quem cùm removisset, immanis bestia apparebat, quæ bovem devorabat, hæc superiore quidem corporis parte hircum; inferiore autem hominem referebat, quam belluam cùm Zepho interfecisset, incolæ Cittim dixerunt: ecquid faciemus viro illi, qui bestiam, jumenta nostra devorantem, interfecit? his dictis omnes unanimi consensu decreverunt, ut certum anni diem eidem consecrarent, (26.) hunc ipsum diem juxtà illius nomen vocarunt Zepho, quo munera atque libamina eidem obtulerunt, illius insuper dieï nomen appellarunt Janus à nomine bestiæ, (27.) quam ille interemerat; Gogadli autem exercitus iterùm irruptionem fecit in terram Cittim, ut prædaretur ac spolia auferret, prout anteà facere consveverat; sed Janus Zepho copias suas contrà illos eduxit eosque in

(22.) Nonnulla exemplaria locum hunc aliter & quidem ita legunt: בעת ההיא נלכד צפו מאפריקא i. e. Eodem tempore captus fuit Zepho ex Africa; sed prior lectio præferenda videtur, cui & R. Isaac Abarbanel Commentar. ad Esa. cap. 34. & 35. fol. mihi 54. col. 1. edit. Amstel. consentit.

(23.) Idem refert Abravanel d. loco.

(24.) Vel Gogdali, de hoc vid. infrà cap. 3. n. 20.

(25.) Similem ferè fabulam vide sis apud Livi. Histor. lib. 1. cap. 7. & Virgil. Æneid. lib. 8. de Semihomine Caco, ab Hercule victo.

(26.) Vid. infrà cap. 4. n. 14.

(27.) Imò à stella Saturni, quam Romani Janum appellârunt, nomen hoc Zephoni impositum fuisse scribit R. Isaac Abrabanel in Comment. ad Esaiæ cap. 34. & 35. fol. 54. col. 1. & 2. edit. Amstel.

כתים וימליכו את יואנים צפו עליהם׃
וילכו לבבוש בני חובל ואיי הים אשר
סביבותיהם ויצא יואנים צפו מלכם
בראשם ויבבשם ויקראו לו עוד שם צפו
יואנים על שם החיה ושטורנוס על שם
הכוכב אשר הוא עובדים לו בימי׳ החם
ושם הכוכב שבתאי וזה מלך החלה׃
בבקעת כנפניא בארץ כתים ובנה לו
היכל גדול מאד וימלוך על כל ארץ
כתים ועל כל ארץ איטליאה׃ והימים
אשר מלך יואנים שטורנוס חמשים ושנה׃
וימת ויקבר בעיר גבניא וימלוך תחתיו
יואנוס אחר חמשים שנה׃ ויבנה גם
היא בבקעת כנפניא היכל עצום
למושבו׃

in fugam vertit atque terram ab eorundem incursionibus liberavit, quo facto filii Cittim Janum Zephonem regem suprà se constituerunt (28.) profectique sunt, ut filios Thubal atque circumjacentes maris insulas subjugarent. Rex igitur Janus Zepho primus agmina illorum duxit & hostes sibi subjecit. His rebus gestis Zepho præter Jani nomen, quod ob interfectam bestiam adeptus erat, etiam Saturni cognomen acquisivit à nomine stellæ, (29.) quam iisdem temporibus filii Cittim colebant; stella autem illa nominatur (30.) Schabbathai. Hic primus rex fuit in planitie Campaniæ in terra Cittim, amplissimumque sibi palatium exstruxit & universæ terræ Cittim totique Italiæ imperavit; regnavit autem Janus ille Saturnus quinquaginta annos (31.) & in urbe Gabina (32.) mortuus sepultusq; est; huic Janus alter in regno successit ac quinquaginta annis eidem præfuit, ipse etiam in planitie Campaniæ palatium munitissimum ædificavit, ut in eo habitaret.

CAP. III.

וימת יואנוס וימלוך תחתיו לטואנוס וה׳
ביאר את הלשון בלעז ולשון לעז לטינו
באוחיותיו

באוחיותיו על שמו׃ וגם הוא בנה מגדל
מושבו גדול מאד ועשה ספינות הרבה׃
וילך את אזדרובל בן אגניאס אשר
לקח יואנייה מהם במלחמה עם כתים
ויהי למלך אזדרובל בן׃ ושמו׃
אופזוינה יפה מאד ויקנא את צלמה
אנשי דור׃ על לבושיה׃ מרב יפיה׃
ותהי המלחמ׃ גדולה מאד בין אזדרובל
מלך קרטינייא ובין לטינוס מלך כתיים׃
וילבוד מהם לטינוס את העלת הכתים
אשר הביא אגניאס בקרהו את יואנייה
ויביאה אגניאס אל מדינת קרטיגא׃
ובימי אגניאס הלתה יואנייה ויקש
חליה על אגניאס ועל שויו ויאמ׃
אגניאס המלך לחכמיו במה ארפא חלי
יואנייה ויאמרו לו הכמו לא אויר
ארצנו כאויר ארץ כתיים ולא ממינו
כממיה׃ על כן חלתה המלכה בהשתנו׃
עליה האויר והמים וגם בארצה לא
שתתה׃ כי אם מן המי׃ המובאי׳ מן
פורמה אשר העלו אותה אבותיה על
הגשרים ויצו אגניאס את שויו ויבאו
ממי

tina dicitur) cum literis suis, is ipse maximam quoque arcem exstruxit, ut in ea resideret, multas etiam naves fabricandas curavit & ad Osdrubalem, (5.) filium Agniæ, (à quo Janija (6) in bello, cum filiis Cittim (7.) gesto, capta fuit,) profectus est; Osdrubali autem filia erat, nomine Ophasiona, (8.) formâ egregia, cujus imaginem homines tunc temporis in vestibus suis acu pingebant propter eximiam ejusdem pulchritudinem; ingens autem bellum inter Osdrubalem, Carthaginis atque Latinum, Cittiorum regem, obortum fuit: Latinus enim aquæductum ab illis acceperat, quem Agnias, cùm Joanijam (9.) sibi matrimonio junxisset, ad urbem Carthaginem deduxerat. Cœterùm Agniæ ætate Joanija ægrotare cœpit, cujus morbum rex ejusque principes ægerrimè tulerunt; Agnias igitur sapientibus viris, quos secum habebat, dixit: Quodnam remedium inveniemus morbo Joanijæ? illi verò regi responderunt: aër regionis nostræ non idem est atque aër terræ Cittim nec aqua nostra eorundem aquæ similis est, (10.) propterea regina in morbum incidit, ab mutationem scilicet aëris & aquæ, regina quoque, cùm in terra sua esset, non aliam bibit aquam, quàm quæ ex urbe Phorma, allata fuit, quam illius parentes per tubos lapideos (11.) derivârunt. Agnias igitur principibus suis præcepit

Mortuo autem Jano (1.) Latinus (2.) in regno successit, hic lingvam explanavit (3.) Barbaram, (4.) quæ ab illius nomine Latina

(28.) Vid. R. Abrabanel dict. Comment. ad Esaiæ c. 34. & 35. alleg. fol. 54 col. 1. & 2.
(29.) Vide, quæ num. antec. 27. ex R. Abrabanele adducta sunt.
(30.) A Judæis scilicèt; cœterùm de Saturno Sabatio vid. inter alios Alsted. in Chronol. Tit. 23. confer. etiam cap. seqv. 3. n. 28. & lib. 2. cap. 12. n. 6.
(31.) Consentit Abrabanel loco supra n. 27. & 28. allegato.
(32.) Hebr. גבניא sic in Hebræo, fortè legendum: Sabina, de qua suprà cap. 1. n. 83. R. Isaac Abrabanel ad Esai. c. 34. & 35. fol. 54. col. 2. scribit, urbem Siciliæ primariam, Palermo seu Palermam, ab hoc Jano exstructam fuisse.
(1.) Altero scil. seu Secundo.
(2.) Vid. quæ suprà ad cap. 2. num. 6. annotata sunt.
(3.) Sic verbum ביאר hic vertere volui, vid. Deuteron. cap. 1. v. 5. & c. 27. v. 8. ibique R Salom. hinc ביאורים i. e. expositiones, explanationes &c. quæ Rabbinis frequentes sunt.
(4.) Ita hic vocem לעז exprimere volui; Barbara autem seu peregrina hoc loco dicitur, non ratione regis Latini ejusque populi, his enim vernacula fuit; sed quia Judæi omnem aliam lingvam, præter Hebraicam, (quæ ipsis לשון הקדש i. e. lingua sancta, dicitur,) sic appellare solent; hinc, quando Galli, Itali vel Hispani Judæi aliquam vocem Hebræam in vernacula sua exponere volunt, præmittunt בלעז i. e. vernaculè seu sermone, in hac terra usitato, prout Buxtorf. hac voce annotavit, confer. R. Salom. ad Esai. 33. v. 19. & ad Psalm. 114. v. 1.
(5.) Dicitur aliàs nomine Punico Asdrubal, vid. infrà hoc cap. 3. num. 17.
(6.) De hac dixi cap. antec. 2. n. 9. confer. & num. 9. h. cap.
(7.) De his suprà cap. 1. n. 63. plura sunt annotata.
(8.) Vel: Ophesiona, ita hic verto אופזוינה; sed nomen istud corruptum puto; Ælianus Var. Histor. lib. 12. c. 1. meminit Aspasiæ, fœminæ pulcherrimæ, quæ primùm Cyri, dein Artaxerxis pellex fuit, vid. infra hoc cap. 3. n. 21.
(9.) Vid. quæ cap. antec. 2. n. 9. & num. 9. h. cap. notata sunt.
(10.) Hujus historiæ meminit etiam R. Salom. in notis ad 1. Paralip. cap. 11. v. 17. cujus hæc sunt verba: מלכה׃ אחת שחלתה׃ על שנישאה׃ חוצה׃ מארץ מולדתה׃ ואמרו חכמים אין לה׃ רפואה׃ עד שתרחץ ותתנה׃ ממימי מקומה׃ וכן עשו לה׃ i. e. Regina quædam, extrà patriam suam ducta, ægrotavit; dixerunt autem medici, quòd aliter sanari non posset, nisi lavaretur & aquâ natalis soli subleveretur, atque ita eidem fecerunt.
(11.) Seu fornices atque canales lapideos, sic explico hic vocem גשרים, vid. num. seq. 12.

ממי כורמה אשר לכתים בבלים וישקלו
המי' החם עם כור מימי אפריקה
וימצאו מימיה קלי' כנגדם ויצו אגניאם
את כל שרי לאסוף חוצבי אבני' לאלפי'
ולרבבו' ויחצבו אבני' לאין שיעור
ולאין מספר ובונים הרבה מאד ויבנו גשר
עצום מאד ויביאו מעין המים עד מדינת
קרטויגא ויהיו המים החמי' ליואניות
המלכת לכל צרכיה ולכל אודותיה
למחות ולאפות ולכבס ולהרוץ ולהשקות
כל ורע אשר היא אוכלת ממנה וגם מן
האדמה תביאו מכתים באניות רבות
ואבנים לבנות ויבנו לה היכלות בהם
וכל זאת עשו לה מרוב אהבתם בה
וינחשו העם בשפיה ויתברכו בה והתי
להם המלכה ואנייה ללילית. ויהי באשר
נלחם לטינוס עם אודרובל בן אגניאם
והרס מקרת חגשר ויכם מכה רבה מאד
אז נחמלאו יושבי גנזדלי קנאה ויבלוך
לבם עליה' וישפכו את נפשת למו'
ויפול אזדרובל המלך במלחמה ההיא
ויקח לטינוס את אושפיזינה בתו לאשה
וימלוך לטינוס בחזק והימי אשר מלך
לטינוס מ"ה שנה וימת לטינוס וימלוך
תחתיו

pit, ut Phormæ, quæ in terra Cittim ſita erat, aquam vaſculis apportarent eamq; cum aliis omnibus Africæ aquis ponderarent, quo facto aqua Phormæ levior deprehenſa eſt omnibus aquis Africæ. Tunc rex Agnias omnibus principib9 ſuis præcepit, ut lapicidas maximo numero congregarent. hi itaq; lapides ingentis magnitudinis atque copiæ penè infinitæ ceciderunt, multi etiam fabri adfuerunt, qui pontem (12.) firmiſſimum ædificârunt, quo mediante aquam è ſcaturigine usque ad urbem Carthaginem deduxerunt; hæc aqua reginæ, Joanijæ, ad quod-vis opus omnemque neceſſitatem, ad bibendum nimirum, & ad coquendum, ad abluendum quoque & ad lavandum atque ad irrigenda olera omnia, quibus illa veſcebatur, uſui fuit, ex ipſa quoque terra Cittim eandem aquam atque prætereà alborum lapidum maximam vim multis navigiis advexerunt, quibus palatia exſtructa fuerunt ob reginæ iſtius amorem, quo eandem proſequebantur loci illius incolæ, præſtigiis (13.) quoque ejusdem reginæ uſi ſunt ad divinandum atque per illam (14.) quævis fauſta ſibi precati ſunt (15.) eandemque ut Deam (16.) coluerunt; Cùm verò Latinus bellum adverſus Asdrubalem, (17.) Agniæ filium, geſſiſſet ac partem aliquam pontis (18.) ſubvertiſſet eosque (19.) ingenti clade affeciſſet, tunc incolæ Gondali (20.) æmulatione & ira commoti ſemetipſos morti objecerunt, in hoc prælio cecidit rex Asdrubal; Latinus autem ejusdem filiam, Oſpitionam,

(12) Vid. quæ num. antec. 11. hac de re dixi; quomodo autem pontem ſeu canales lapideos per tàm ingens terræ ſpatium deduxerint, aliis ejus rei peritis inquirendum relinquo.
(13.) Seu incantationibus, כשפים quæ vox hic occurrit.
(14.) Ipſam enim, tanquam Deam colebant, prout mox in ipſo textu ſequitur.
(15.) Sic vertere volui יתברכו בה, ad verbum: ſibi benedixerunt in ea.
(16.) Ita vocem לילית hic inte, pretor, eandem R. Salomo ad Eſaiæ cap. 34. v. 14. & alibi exponit שם שידה i. e. nomen dæmonis vel demoniſſæ, vid. Dilher. atrium lingv. Sanct. voce לילי.
(17.) Vide, quæ ſuprà hoc cap. 3. num. 5. de hoc nomine dixi.
(18.) De quo num. 11. & 12. quædam notata ſunt.
(19.) Asdrubalis nimirum ſubditos ſeu milites.
(20.) Hebr. גונדלי, nonnulli codices habent גונדלי de quo cap. antec. 2. n. 24. dictum eſt.

התחתי אסביאנום ל"ח שנה וימת
אסביאנום וגם הוא בנה היכל גדול.
וימלוך תחתיו לטינוס ג' שנה זה לטינוס
נלחם עם יושבי אלמניא ובורגוניא בני
אלישה וישימם למס עובד וישב ויבן לו
היכל לציפור והוא היכל כוכב הנוגה.
וסגר היכל סטורנוש הוא כוכב שבתאי
והעביר את כהניו באש על מבוא
לציפור. וימת לטינוס וימלוך תחתיו
אניאם תרויאנוס ל"ץ שנים ויבן גם הוא
היכל לשבתאי. וימת אניאם טרואנוס
וימלוך תחתיו אוליביא לט"ם.
וימת אוליביא וימלוך הדתיו אביציוס
כ"ד שנ' ויבן לו היכל לשבתאי. וימת
אביציוש וימלוך תחתיו כאפיס ויבן
היכל לשבתאי. וימת כאפיס
וימלוך תחתיו קרפינטו י"ב שנה ויבן
היכל לשבתאי. וימת קרפינטו וימלוך
תחתיו טביאנוס פ' שנ' ויבן היכל
לשבתאי

nam, (21.) uxorem ſibi duxit atque regnum per vim adminiſtravit; cumque Latinus quinque & quadraginta annis regno præfuiſſet, diem obiit ſupremum, ejusdem ſucceſſor Asbianus (22.) octo & triginta annos regnavit, atque poſtqvam palatium exſtruxerat ampliſſimum, vitam cum morte commutavit: eò defunctò Latinus (23.) quinquaginta annis regnum tenuit, is ipſe Latinus bellum adverſus Alamaniæ (24.) & Burgundiæ incolas, Eliſæ filios, (25.) geſſit, eosque ſibi tributarios fecit, cumque (ab ipſis) reverſus eſſet, templum Lucifero (26.) (delubrum iſtud fuit ſtellæ matutinæ) (27.) extruxit, atq; Saturni, qui eſt ſtella Schabbathai, (28.) fanum clauſit, ejusque ſacerdotes ſuper Luciferi altari igne combuſſit; mortuo autem Latino ejusdem ſucceſſor Anias Tervianus (29.) triginta ſex annos regnavit, atque templum Schabbathæo, (30.) exſtruxit; cùm verò is vitam finiiſſet, ſucceſſor illius, Oliba, (31.) novem & triginta annis (32.) regnum adminiſtravit; quo defuncto Abitius (33.) viginti & quatuor annis imperio præfuit, templumque Schabbathæo ædificavit; ejusdem ſucceſſor Caphis (34.) etiam Schabbathæo templum erexit, quo mortuo ſucceſſor ejus, Carpinthus, (35.) tredecim annos regna-

(21.) Hebr. אושפיזינה, ſic in noſtro codice; alii legunt אושיזינה i. e. Oſiziona, vid. quæ ſuprà lib. cap. 3. n. 8. annotavi.
(22.) Sic verto hic אסביאנום; ſed nomen iſtud corruptum puto; cæterum de dynaſtiis veterum regum Romanorum eorumque ſucceſſione vid. inter alios Alſted. Chronolog. Tit. 23.
(23.) Alter nimirum ſeu ſecundus hoc nomine.
(24.) Vide, quæ ſuprà cap. 1. n. 51. de hac gente dicta ſunt.
(25.) De quibus ſuprà d. cap. 1. n. 50.
(26.) De hoc vid. num. ſeq. 27. & infrà cap. 4. num. 15.
(27.) Plautus hanc ſtellam diurnam vocat, Græcis eſt φωσφόρος, dicitur hic כוכב נוגה, ſic quidam vocem עפיה quæ Ezech. cap. 7. v. 7. & 10. legitur, exponunt.
(28.) De hac ſtella dictum eſt ſuprà cap. 2. n. 30.
(29.) Sic verto hic אניאם תרויאנוס videtur autem is eſſe Æneas Sylvius, de quo vid. Alſtedii Chronolog. Tit. 23.
(30.) Id eſt, Saturno, vid. num. antec. 28.
(31.) Forſitan hic intelligitur Alba Sylvius, de quo Alſted. Chronol. dict. Tit. 23.
(32.) לט"ו, ita hic, alii legunt טו"ו i. e. quindecim.
(33.) Fortè is fuit Capetus Sylvius, de quo Alſted. d. Tit. 23.
(34.) Hic Capys Sylvius fuiſſe videtur, cujus Alſted. d. Tit. 23. mentionem facit.
(35.) Calpetus hic eſſe videtur, de quo Alſted. dict. loco.

לשבתאי וימת טביאנוס וימלוך תחתיו אגריפס מ' שנה ויבן היכל לשבתאי· וימת אגריפס וימלוך תחתיו רומלוס יט" שנ' ויבן היכל לשבתאי· וימת רומלוס וימלוך תחתיו אבינטינו ל"ד שנ' וה נלחם עם בני ריפת הושבים על נהר ליראא ועל בני הורש הישבי בטורקיא' על נהר ליראא גם הם אשר בחזו מפני אגניאם מלך אפריקה ויבנו את תורש ואת אנבורה ואת קינוך ויבניע' אבינטינו ויבן לו היכל לשבתאי· וימת אבינטינו וימלוך תחתיו פרוקאם ב"ג שנ' ויבן היכל לשבתאי· וימת פרוקאם וימלוך תחתיו אומליאוס מ"ג שנה ויבן היכל לשבתאי וימת אומליאוס וימלוך

regnavit atque templum Schabbathæo condidit; cùm verò hic quoque diem ſupremum obiiſſet, ejusdem ſucceſſor Thabianus (36) octoginta annos regnavit, ac templum Schabbathæo extruxit: hoc etiam defuncto, Agrippas, (37.) illius ſucceſſor, quadraginta annis regno præfuit, ac templum Schabbathæo itidem exſtruxit; mortuo autem Agrippa ſucceſſor Romulus (38.) novendecim annos regnavit templumque Schabbathæo condidit; hic, cùm diem quoque ſupremum obiiſſet, Aventinum (39) habuit ſucceſſorem, qui ſeptem & triginta annis regnum adminiſtravit ac contra filios Riphat, (40.) qui fluvium Lira (41.) accolunt, ut & adverſus filios Tures, (42.) qui Thurciam (43.) inhabitant, bellum geſſit; illi ipſi fuerunt, qui etiam Agniæ, Africæ regis, metu aufugerunt, urbesque Turs, Anbaſam & Cinoch (44.) condiderunt, hos populos Aventinus ſubegit, templumque Schabbathæo exſtruxit; cùm verò Aventinus vitam finiiſſet, Procas, (45.) ejusdem ſucceſſor, tres & viginti annos regnavit, templumque Schabbathæo ædificavit; Proca autem defuncto Amulius (46.) in ejusdem regno ſucce-

(36.) Tiberinus Sylvius hic innui videtur, quem Alſtedius dict. Tit. 23. refert.

(37.) Alſtedius eod. Tit. 23. hunc vocat Agrippam Sylvium.

(38.) Hic Romulus etiam Alladius Sylvius dictus fuit, uti refert Alſtedius in Chronol. Tit. 23.

(39) Is Sylvius cognomine dictus fuit, à quo & mons Aventinusnomen accepit, eò, quòd Aventinus in eo ſepultus eſſet, uti ſcribit Alſted. in Chronol. eod. Tit. 23. vid. cap. ſeq. 4. n. 9.

(40.) De his vid. ſuprà cap. 1. num. 17.

(41.) De hoc fluvio vid. idem cap. 1. num. 18.

(42.) Hi diverſi videntur eſſe à filiis Thiras, de quibus ſuprà eod. cap. 1. num. 43.

(43.) Ita hic verto טורקיאה, niſi fortè legendum טרקיאה, quod Thraciam vertere poſſis. nam à Thiras Thraces eſſe Joſephus antiqv. lib. 1. c. 7. aſſerit, quamvis fluvius Lira (Gallis La Loire) huic ſententiæ parùm conveniat, vid. quæ ſuprà eod. cap. 1. n. 43. ea de re dicta ſunt.

(44.) Has urbes Joſ. Scaliger Trihæreſ. Nic. Serar. cap. 4. ſcribit eſſe: Tours, Amboiſe & Chinon, unde ipſe putat, recentia hæc locorum nomina arguere autorem noſtrum, ſive Judæum interpolatorem recentioris ævi eſſe, cùm loca iſta anno DC. à natali Chriſti adhuc Turones, Ambaſia & Kainon dicta ſint, vid. quæ ſuprà c. 2. n. 10. & infrà lib. 2. c. 15. n. 19. annotata ſunt.

(45.) Hebr. פרוקאם ita hic in noſtro codice: alii legunt פורקאם i. e. Phorcas; ſed prior lectio præferenda videtur, nam & Alſtedius in Chronolog. Tit. 23. ſcribit, Procam Aventino in regno ſucceſſiſſe.

(46.) Hebr. אמוליאום, ſic transpoſi is literis cum Hiſtoricis Romanis legendum puto, nam poſt Procam Amulius Sylvius regnum occupavit; excluſo Numitore, fratre majore, uti refert Alſted. eod. Tit. 23.

וימלוך תחתיו רומלוס לח" שנה וה בנה תהלה רומה·

ſuccedens tribus ac quadraginta annis eidem præfuit & in honorem Schabbathæi etiam templum condidit; cùm verò hic quoq; mortuus eſſet, ſucceſſor ejus Romulus (47.) octo & triginta (48.) annos regnavit, atq; hic primus Romam condidit.

CAP. IV.

בימיו הכה דוד את ארם ואת אדום. ויברח הדרעזר בן רחוב מלפני דוד ויבאו הדרעזר וצור בנו בארץ נהרים ויתן להם רומלום המלך מקו' בזרוע רום בהר ויבנו שם עיר ויקראו שמה צורנתו ושם האיש הבורח מפני דוד עיר ממשפחת הדרעזר ובנו להם עיר אחר ויקראו אות' לבאנו הקדומה וישבו שם עד היום הזה· ואז עיר צורנתו נבקע בחומה מעין קמש ולשני דבי' נשקע העיר ויכם הים עליה והנה ראיה נראית בין נפולי ובין צורנתו החדשה גם

Illius ætate David (1.) Syros & Idumæos clade affecit, Hadareſer (2.) quoque, filius Rechob, Davidis metu aufugit; cœterùm, Hadareſer & illius filius, Zir, ad terram Cittim venerunt, his Romulus, rex, locum quendam, ad litora maris in monte ſitum, dedit, ubi oppidum, quod Zurentum (3.) appellârunt, ab ipſis conditum fuit; nomen autem viri, qui à Davidis aſpectu aufugit, fuit Zir ex familia Hadareſer, aliud inſuper oppidum ædificârunt, quod Albanum vetus (4.) nominâruntt, idque ad hodiernum usque diem incolitur. Eodem tempore in urbe Zurento fons (5) erupit, unde limpidiſſimum emanavit oleum; ſed multis poſt annis urbs illa ſubmerſa ac maris fluctibus obruta fuit, quæ etiamnum conſpicitur (6.) inter Neapolim & Zurentum no-

vum,

(47.) Poſt Amulium Sylvium Numitor Sylvius à nepotibus ſuis, Romulo & Remo, reſtituitur regno, occiſo Amulio, uti ſcribit Alſted. dict. Tit. 23.

(48.) Hebr. לח" ita hic in noſtro codice; alii legunt מח" i. e. octo & quadriginta.

(1.) Autor noſter, ſive Judæus interpolator hic Romulum Davidi συγχρονον facit, ſed imperitè, Jonſtonius in Hiſtor. Civil. & Eccleſ. ad Jothami, regis Judaici, tempora Romuli & Remi ætatem refert; Latinum autem Sylvium, qui longo tempore Romulum antecеſſit, Saulis ac Davidis ætate regnâſſe ſcribit Alſtedius in Chronolog. eod. Tit. 23.

(2.) De hoc vid. 2. Sam. cap. 8. v. 3. R. Benjamin in Itinerario pag. mihi 24. nominat hunc צנצן הדרעזר i. e. Zenzen vel Zinzan Hadareſer, eumque metu Davidis aufugiſſe ſcribit, vid. num. ſeqv. 3,

3.) Hanc urbem poſtmodum פוצול ſeu Puteolos (uti Conſtantinus L' Empereur vertit) vocatam fuiſſe ſcribit R. Benjamin dict. Itinerar. pag. 23. ac quæ hic צורתו vocatur, ipſe nominat פוריינסו, quod oppidum L' Empereur vertit Surentum, idque olim à Zinzan Hadareſer, quum is metu Davidis aufugiſſet, conditum fuiſſe ſcribit, vid. num. antec. 2. cœterùm de urbe Puteolis vid. inter alios etiam Joh. Lightfooti Hor. Hebraic. in Acta Apoſtol. cap. 28. v. 13.

(4.) Sic אלבאנו הקדומה hic vertere volui.

(5.) Idem refert R. Benjamin in Itinerario ſuo pag. mihi 24.

(6.) R. Benjamin eod. loco ſcribit, etiamnum ſora & turres, quæ in media urbe fuerint, à quovis conſpici poſſe.

vum, ac ne sic quidem fons iste desiit, hic enim ad nostra usque tempora scaturiens optimum producit oleum, (7.) quod, dum mari innatat, incolæ Neapolis subinde colligunt. (8.) Cœterum Romulus, Aventi (9.) Davidem valdè metuit, atque omnia ædificia illa, quæ anteriores reges exstruxerant, mœnibus circumdedit, eorumque palatia ac templa amplissimo muro cinxit, colles quoque circumjacentes mœnibus conclusit, quæ tàm ampla fuerunt, ut quinque ac quadraginta milliaria complecterentur, urbemque à nomine suo appellavit Romam; in magno autem metu fuerunt, (10.) quamdiu David vixit: is ipse Romulus omnibus filiis Cittim (11.) celebritatem nominis acquisivit; regio autem illa ad hodiernum usque diem Romania (12.) appellatur; idem Romulus validissimum templum Jovi (is ipse est stella justitiæ) (13.) exstruxit, eique certum (14.) assignavit diem, quintum scilicèt (septimanæ) atque Luciferi (15) templum clausit; Romulus autem cùm multa maximaque bella gessisset, ac fœdus cum Davide iniisset, diem obiit supremum; eidem Numa Conipilus (16.) in regno successit, cui etiam uno & quadraginta annis præfuit; Numa Conipilo mortuo, Tullius Astilius, (17.) ejusdem successor, duos & triginta annos regnavit; hoc etiam

גם בזה לא נפסק המעין התוא כי עתה
הוא נובע ועולה השמן הטוב הנובע
ממנה על מי הי' ולקטוהו וישבי נאפולי
המידי וירא אבנשמי רומלוס ירואה גדולה
מפני דוד ויבן חומה על כל בניני
המלכים אשר מלכו לפניו וישם על
ההיכולת חומה גדולת והגבעו' אשר
מסביב בתוך החומה ויאריכו החומה
מ"ת מילן ויקרא את שם העיר רומא
ע"ש רומלוס ויראי ירא' גדולה כל ימי
דוד' זה רומלוס הגיל' שם בני בני
כתי' ויקראו את שם הארץ רומניא
עד היום הזה ויבן היכל עצום ליובים
הוא כוכב צדק וישם לו מועד יום ה'
ויסגור היכל לוציפירו ויעש רומלוס
מלחמה גדולה רבה ויהי לו בריח בינו
ובין דוד ויתת רומלוס וימלוך נומא
כוניפילים מ"א שנה' ויתת נומאבוניפילים
וימלוך תתיו תוליאום אסתליאום ל"ב
שנה ויתת תוליאום אסתליאום וימלוך
פרישקו תרכינום לו" שנה' ויתת
פרישקו

(7.) Hoc oleum R. Benjamin dict. loco פיטרוליו i. e. Petrolium nominat, quod Constant. L' Empereur vertit: vitriolum.

(8.) Idem R. Benjamin in Itinerario suo pag. mihi 25. scribit, oleum istud, ex aquæ superficie collectum, ad medicamenta conficienda seponi solere, atq; ibidem thermas sive balnea aquarum calidarum, quæ ex fundo in maris littore scaturiunt, inveniri.

(9.) Pater scil. vel rex Aventini, ita hic interpretor verba illa: אבינשי רומלוס, vid. cap. anteced. 3. num. 38. & 39.

(10.) Romani scil. seu filii Cittim, prout illi ab Autore nostro, sive Judæo interpolatore paulò post num. 11. nominantur.

(11.) Vide, quæ suprà cap. 1. n. 63. de hac voce annotata sunt.

(12.) Romandiola hodiè vocatur ea regio, ubi Bononia & Ferraria sita sunt, vid. inter alios Cluveri Epitom. Histor. & quidem in via Constantini Quinti Copronymi, pag. mihi 430.

(13.) Sic כוכב צדק à Judæis nominatur Jupiter Planeta.

(14.) Hebr. יום מועד, diem statutum, vid. suprà cap 2 num. 26.

(15.) De quo suprà cap. 3. n. 26. & num. 27.

(16.) Hebr. נומאבוניפיל ום sic corruptè in Hebræo nomen habetur; sed cum Livio aliisque Historicis Romanis hic in textu nostro legendum erit נומא פומפיליום Numa Pompilius.

(17.) Hic est Tullus Hostilius, de quo in Historiis Romanis, legendum igitur in Hebræo תולאום אוסתיליאום

פרישקו תרכינום וימלוך תחתיו שירטום
לד" שנה וימת שירטום וימלוך התתיו
תרכינום לה" שנ' זה מלך תרכינום המד
אשה מאנשי רומא והיא בעולה בבן
ויקרהו בחוקה ותהעצב האש' ותתקע
הרב בבטנה והמת ויקומו אחיה ובעלה
ויארבו לו בהיכל יוב"ם ויבא הרכינום
להשתחות בהיכל יובים וידלגו עליו
פהאום בהיכל יובים בבאו להשתחו'
שם והרב שלופה בידם ויכהו וימיתהו
וישבעו רומיים ביום ההוא כי לא ימלוך
עליהם מלך ברומא ויכתרו להם מוקצי
רומא ישיש ועשו שלש מאו' ועשרי'
יועציו עמו וישימו אותם עליהם למשור
בהם ולנהוג מלכותם וימשור הישיש
רג' מאו' וכ' יועציו עמו ויכבשו ארצ
כל המערב' ויהי מקץ מאתים וה'שנה
ויתעוררו מלחמות גדולות ועצומות בין
בבר

iam defuncto Priscus Tarquinus (18.) septem & triginta annis (19) regno præfuit; hic, cum vitam quoq; finiisset, Serum (20.) habuit successorem, qui quatuor & triginta (21.) annos regnavit, quo etiam defuncto Tarquinius (22.) in regno succedens, quinque & trginta annis (23.) eidem præfuit: hic rex, (24.) cùm amore fœminæ cujusdam, (25.) quæ civi Romno nupta erat, flagrâsset, eandem per vim stupravit fœmina autem factum istud indignissimè ferens, gadium ventri infixit, atq; ita vitam finiit, quo facto ejusdem fratres atque maritus Tarquinio insidias in Jovis templo struxerunt, eumque, cùm adorandi causa eò veniisset, repentè strictis gladiis adorti, ibidem percusserunt atque interfecerunt. (26.) Eodem die Romani jurejurando sese obstrinxerunt, ne quis imposterùm rex esset Romæ, quamobrem e senioribus Romanis Consulem (27.) & unà cum centrecentos ac viginti consiliarios (28.) elegerunt, iisque imperandi potestatem atqve regnandi vim delerunt; sic Consul & cum eo trecenti ac viginti Senatores imperârunt, omnemque terram occidentalem ubjugârunt. Post ducentos ac quin-

(18.) Hic Ancus Marcius, Tulli Hostilii successor, omissus est, post quem Tarquinius Priscus regnavit, prout Livius cœterique Historici Romani scribunt.

(19.) Livius libr. 1. c. 40. scribit, Tarquinium Priscum octo & triginta annos regnâsse.

(20.) Hebr. שירטום, sic in exemplari nostro hic corruptè legitur; Servius Tullius intelligitur, de quo Livius d. lib. 1. c. 40. & seqq. aliique Historici Romani, quapropter legendum erit שירוויאום Servius.

(21.) Livius eod. lib. 1. c. 48. scribit, Servium Tullium quatuor & quadraginta annos regnâsse.

(22.) Is Tarquinius Superbus dictus fuit, de quo plura apud Livium aliosque scriptores Romanos.

(23.) Livius dict. lib. 1. cap. 60. scribit, Tarquinium Superbum viginti quinque annos regnâsse.

(24. Imò non ipse rex Tarquinius Superbus; sed ejusdam filius, Sextus Tarquinius, Lucretiam pe vim stupravit, prout Livius eod. lib. 1. c. 58. refert.

25. Hæc fuit Lucretia, Collatini uxor, de qua Livius dict. loc.

(26.) Livius eod. lib. 1. c. 60. scribit, Tarquinio Superbo portas urbis Romæ claulas eique exilium indictum fuisse.

(27.) Ita hic interpretor vocem ישיש i. e. senem, derepitum, vid. quæ ad lib. 3. c. 17. num. 6. & libi in ipso autore nostro ea de re annotata sunt; cœterum non unus, sed duo Consules comitiis centuriatis à præfecto urbis ex commentariis Servii Tullii initio creati fuerunt, nimirùm L. Junius Brutus & L. Tarquinius Collatinus, uti scribit Livius eod. lib. 1. cap. ult.

(28.) Sive Senatores, in Hebræo habetur vox יועצי i. e. Consiliarii.

בבל ובין הומנים בים וביבשה יען
אשר עזרו את יון בהלחמ׳ על בבל בעת
ההיא אשר מרדו ויסובו את נהר תיברו
אל מקומות אחרות וירצפו את קרקע
הנהר משער לשער ממבואו בעיר רומא
ועד שער אחרו מן העיר ומשע׳ צאתו
מהעיר עד הים י״ח מיל כלו רצוף
נחשת ומשער רומה היוצא אל הים
עד שער מבוא המי׳ ו׳מילין כי שלש
חלקי העיר מזה העבר לנהר׳ והחלק
הרביעי מעבר הנהר מזה והנהר בתוך
המדינ׳ וירצפו אנשי יושבי רומא את
קרקע הנהר למען לא יבאו אניות
ציי׳ שם ממלך בבל כי פחדו ויגזו כל
באי מדה ומערב בשמעם כי לכד נבוכדנצר
ירושלם עיר הקדש וישלחו אליו
מנוחה ביד שלחיהם ויברות להם ברית
אחרי המלחמה והשקוט ד׳מלחמ׳
עד מלוך דריוש המלך ויהעורו עוד
להלחם׳

que annos (29.) maxima & atrociſſima bella terra marique exorta ſunt inter Babylonios atque Romanos, eò, quòd hi Græcis auxilio veniſſent in bello contrà Babylonios, eo tempore, quo Græci à Babyloniis defecerant. Romani etiam fluvium Tyberim aliò deduxerunt, ejusque fundum (30.) ab una porta ad alteram ſtraverunt (31.) nimirum ab introitu urbis Romæ usque ad ejusdem exitum & à porta, unde egreſſus ex urbe fuit, usque ad mare, novendecim ſcilicet milliaria; totum illud pavimentum (32.) ære (33.) ſtratum erat; à porta autem Romana, quæ ad mare ducebat, usque ad portam Flumentanam (34.) ſex erant milliaria, etenim tres urbis (35) partes citrà fluvium; quarta verò pars ultrà eundem ſita erat; ipſe autem fluvius mediam interſecat regionem: Incolæ igitur urbis Romæ fluminis fundum (36.) ideò ſtraverunt, ne Barbarorum naves (37.) à rege Babyloniæ eò venirent. Omnes quippe incolæ tàm Orientis, quàm Occidentis maximoperè timuerunt, cùm audiſſent, Hieroſolymam, urbem Sanctam, à Nebucadnezare captam eſſe, eidemque munera per legatos miſerunt, qui etiam fœdus poſt patratum bellum cum iisdem iniit, pax itaque ad Darii usq; regnum fuit, quo tempore bellum denuò exarſit.

CAP.

(29.) Videtur hic autor noſter, vel Judæus interpolator, annos illos numerare ab urbe Roma condita; ſed, ſi Livio lib. 1. c. 60. fidem habemus, regnatum fuit Romæ ab condita urbe ad libertatem annos 244.

(30.) Alveum ſeu imam fluminis partem, ſic expono hic קרקע i. e. ſolum, confer num. 31. h. cap.

(31.) Ære nimirùm ſeu cupro, de quo paulo poſt num. ſeq. 33.

(32.) Fundus ſeu ima pars fluminis, vid. num. antec. 30.

(33.) Seu cupro, de quo num. præced. 31.

(34.) Ita hic verto שער מבוא המים portam ſcilicet, ubi Tyberis urbem intrat, vid. Liv. lib. 6. c. 20. it. lib. 35. c. 9. & c. 21. hæc porta poſtea Flaminia, nunc populi dicta eſt, porta del popolo Italis.

(35.) Vide urbis Romæ deſcriptionem inter alios apud Andr. Schottum Itinerar. lib. 2. c. 1.

(36.) Solum ſeu imam partem, vid. num. antec. 30. & 32.

(37.) Sic vocem ציים hìc exponere volui; confer. Pſalm. 72. verſ. 9. ibique Raſchi not. alii aliter explicant, vid. Ejusd. R. Salom. not. ad Numer. cap. 24. v. 24. ubi vocem hanc exponit ברגיורת גדולות naves magnas, idem R. Salom. ad Daniel. 11. v. 30. exponit: ציעורת i. e. cœtus, catervas.

CAP. V.

ויהי בפקוד אלהים ע״ל בבל כל אשר
דבר על יד ישעיהו בן אמוץ הנביא
ועל יד ירמיהו בן חלקיהו הנביא ע״ל
אהוהיה העיר יו׳ עליה את ב׳ מלכי
גוים גדולים ואדוני׳ את דריוש מלך
מדי ואת כורש מלך פרס ויתחזק כורש
בדריוש ויקח את בתו לו לאשה׳
ויתחברו שניהיחד ויפשעו במלך כשר׳
וימרדו ע״ל בלשצר המלך או התגרו
מלחמה גדולה ובהחלת המלחמ׳ נצחו
הכשדי׳ ויפלו חללים רבים מגדודי מדי
ופרס׳ ויתחזקו עוד ב׳ המלכים האלה
את מעמדם ומלחמת׳ ותחגר עוד מלחמ׳
גדולה ועצומה ב׳ניהם ויפלו מאלה׳
ומאלה רב׳ וישפכו דם נפשות רבות׳
לאין מספ׳ ויגוסו הכשדים וידפום כורש
ודריוש וחליהם ויכום ויבתום עד מקום
קרוב מבבל מהלך יום אחד ויתנו שם
כורש ודריוש וכל מחניה׳ ויהי בראות
בלשצר וישלח את כל צבא הגבורים
ואלף שריו מן שרי כשדים עמהם
אגודת הפרשים אשר בחיכל׳ המלך
רבה ועצומה מאד ויצאו מבבל בפעמת
הע׳

(1.) Hic initium ſit Joſephi Hebraici ſeu Gorionidis in codice Munſteriano, vid. ſuprà cap. 1. num. 1.

(2.) Vid. Eſai. cap. 13. & cap. 14. v. 4. ac ſeqq. atque ejusd. cap. 45. it. Jerem. cap. 50. & 51.

(3.) Darius enim, Medus, aliquandiu cum Cyro regnavit, ſicuti inter alios refert Iſa. Voſſius in Chronol. Sacr. c. 10. ubi regum Perſarum ſeriem recenſet, ac R. Salomo ad Jerem. cap. 51. v. 46. notavit, quòd Darius Medus, poſtea quam regnum Babyloniæ ſubjugaverat, unò ſolum annò regnârit & quòd Cyrus Perſa, anno ſecundo in regno ei ſucceſſerit, confer. etiam Munſteri Not. h. loc. & in fr. h. l. 1. c. 8. n. 1.

4.) Ita hic cum Munſtero dictionem פריצים vertere volui, alia ejusdem ſignificatio apud autorem noſtrum infrà paſſim occurrit, quâ latrones & graſſatores denotantur, Græcis λῃσταὶ & λωποδύται dicti, confer. inter alia hoc lib. 1. c. 15. n. 1. & lib. 2. c. 8. n. 11. ibique notata, it. lib. 3. c. 15. n. 7. ac dict. l. 3. c. 20. n. 11. it. lib. 5. cap. 10. Num. 17.

veſpe-

היו׳ וילבו כל הלילה ויהי באשמורת
הבקר החלו להכות במחנה כוש והרישׁ
ויהבת׳ המחנה ויגס מחנה מדי ויעמד
כוש וכל מחנהו לפני בשדים וילחם
עמהם וישב אותם מרדוך אחרי מדי׳
ויהי בהיות׳ הלילה נפרדה המלחמת׳
וירבו לנפול מחללי מדי ופרס כי נצרוס
שרי בלשצר בגבור׳ ויעש להם המלך
בלשצר משתה גדול ויתן להם במשתה
כסף וזהב׳ וישמח בלשצר נאד עם
אלף שריו וישב עמהם לאכול ולשתות׳
ויאריכו לשב׳ כל היום ההוא וכל הלילה
ויאת מן היין בלשצר מאד נגד שרית
ויתר בטוב לב המלך ביין ויאמ׳ להביא
את כלי הכסף והזהב אשר הגלה
נבוכדנצר מלך כשדי׳ עם הגלת
אש׳ הגלה מירושלם לבבל ויהלל המלך
את כלי הקדש וישת בהן יין הוא וכל
שריו ופילגשיו׳ ויראו אלהינו ויקצוף
מאד ויקנא לכלי כלי הקדש וישלח
לכתוב על קיר בית המלך מכתב קשת
להודיעו את הגזירה אשר גזר עליו יי׳
אלהינו ועל ממלכתו ויבא המלאך
ויכתוב לו בשער גבת מנורת המלך
ואלת הדפרים אשר כתב חשב שקל
והפרישׁ

vesperam die Babylone egressi tota nocte iter fecerunt, atque primo diluculò impetum in Cyri & Darii castra facere cœperunt, quâ re consternatus Medorum exercitus in fugam versus est; Cyrus autem cum omnibus copiis suis fortiter restitit Chaldæis, initoq; adversùs illos prælio, eosdem cohibuit, ne Medos ampliùs persequerentur, tandem nox superveniens diremit pugnam; plures autem Medorum Persarumq; interempti ceciderunt; nam Belsazaris duces virtute sua eosdem superarant; quô factô rex Belsazar splendidum eis præbuit convivium, (5.) illosque auro argentoque inter epulas donavit, lætusq; cum mille ducibus istis accubuit & edendo potandoq; totum illum diem ac noctem consumpsit, multumque vini coràm principibus suis (6.) exhausit; rex autem, cùm inter pocula hilariori esset animo, præcepit, ut argentea & aurea vasa, quæ Nebucadnezar, Chaldæorum rex, unà cum captivis ex urbe Hierosolyma Babylonem abduxerat, (7.) adferrentur, quô factô rex sacra vasa profanavit, (8.) & ex illis vinum bibit unà cum omnibus principibus, concubinis atq; uxoribus suis; sed DEus noster, dum istud vidit, valdè indignatus est, & ob Sanctuarii sui vasa Zelô commotus, misit, qui regiæ domus parieti duram inscriberet scripturam, ut manifestaret decretum, quod Dominus, Deus noster, contrà regem ejusq; regnum fecerat. Venit igitur angelus, qui è regione candelabri regii inscripsit portæ (9.) verba ista: מנה תקל ופרסין i. e. supputavit ponderavit ac divisit, & literæ quidem

(5.) Locus iste etiam à R. Salomone ad Daniel. c. 5. v. 1. & ad Esai. c. 21. v. 4. adducitur.
(6.) Confer. hic idem R. Salom. ad Esai. dict. c. 21. v. 4. & Daniel. c. 5. v. 1.
(7.) Vid. Daniel. dict. c. 5. v. 2. & Josephi Antiq. l. 10. c. 12.
(8.) Confer. hic Munsteri notæ ad hunc locum, ubi ex R. Saadia causam refert, cur tunc demum nec antèa rex Belsazer vasa sacra profanârit.
(9.) Hebr. בשער ita hic in nostro codice legitur; ast Munsterianus habet: בששר i. e. colore rubeo, prout ipse transtulit, verba ista parieti fuisse inscripta refertur Daniel. c. 5. v. 5. cui etiam Josephus Antiq. l. 10. c. 12. adstipulatur, qui habet: τῷ τοίχῳ muro seu parieti.
(10.) Sic cum Munstero Chaldaica illa, quæ hic & Daniel. c. 5. v. 25. habentur, vertere volui, prout etiam autor noster Hebraicè transtulit: חשב שקל והפרישׁ confer. etiam R. Salomo ad Daniel. dict. c. 5. v. 25. & Joseph. Antiq. loc. alleg. vid. & c. seq. 6. n. 2.

והכרישׁ י״ם מנה הקל ופרסין אבל
האיתותי׳ הוי לשון קדש והמכתב
לשון ארמית וירא המלך בלשצר את
האצבע׳ כותבו׳ ושאר השלם לא ראה
כי היה המראה נורא מאד על כן
נבהל המלך בלשצר ויפחד מאד וירעדו
כל אבריו ויצע לבבו ויתפרדו כל עצמותיו
ונשתנה דמו׳ פניו והשרי׳ אשר הוי עמו
לא ראו את המראה׳

quidem erant lingvæ sanctæ; (11.) sed scriptura (12.) erat Syriaca, ac vidit rex Belsazar digitos scribentes; reliqvum autem corpus non conspexit, nam visio valdè terribilis fuit, quocircà rex Belsazar admodùm consternatus, expavit, atque omnia ipsius membra (13.) contremuerunt, ejusq; cor fuit commotum, & cuncta illius membra soluta fuerunt, ipsiusque vultus color mutatus est; principes autem qui cum eo erant, visionem non conspexerunt.

CAP. VI.

אז שלח המלך ויקראו לדניאל ויבא
לפני המלך ויקרא לו את המבת׳ ופירש
לו את הדברי׳ וביאר אותם לו באר
היטב ויאמר דניאל אל המלך נסכלת
מאד על אשר חללת את כלי בית
אלהי ישראל אשר בירושלם ועל כן
קנא יי׳ אלהי ישר׳ לבלי בית מקדשו
וישלח את מלאכו לכתוב לך את
הדברים האלה ואלה הדברי׳ אשר
במבת׳ חשב שקל והפרישׁ׳ זה פירושם
חשב ספר אלהי וישראל את מנין ימי
אחיו

TUnc misit rex, qui Danielem accerserent, is igitur, posteaquàm in conspectum regis venit, scripturam legit, eiq; verba explicuit, atque illa perspicuè explanavit (1.) & dixit regi: valdè insipienter egisti, dum vasa domus Dei Israëlis, quæ Hierosolymis fuerunt, prophanasti, quocircà Dominus, Deus Israëlis, propter vasa Sanctuarii sui Zelo commotus, misit angelum suum, qui ista tibi verba scriberet; verba autem, quæ scripturâ illâ continentur, ita habent: supputavit, ponderavit ac divisit; (2.) atq; hæc illorum est interpretatio: (3.) supputavit i. e. numeravit DEus Israëlis numerum dierum inimici sui (4.) eosq; præscidit: (5.) ponderavit, i. e. trutinâ pensitavit inimicum suum, qui levis

(11.) Id est: Hebraicæ, nam lingua ista communiter לשון חקודש à Judæis vocatur,
(12.) Id est: sermo sive verba erant Syriaca, sicuti Munsterus dictionem: תמכתב, quæ hic habetur, vertit.
(13.) אבריו ita hic in codice nostro; ast Munsterianus habet: מתניו, unde ille vertit: lumbi ejus, cui etiam Danielis caput 5. v. 6. adstipulatur.
(1.) באר היטב, quibus verbis ad illud Deut. 27. v. 8. respicitur, ubi vid. R. Salom. notæ.
(2.) Vid. quæ cap. antec. 5. n. 10. notata sunt.
(3.) Confer. Daniel. cap. 5. v. 26. & seqq. ac Josephi Antiq. lib. 10. cap. 12.
(4.) Nempe: Belsazaris, sic enim Daniel iræ atq; invidiæ declinandæ causa tecto nomine vocat regem.
(5.) Amputavit, breviores fecit, ac quasi ante tempus illis finem imposuit, id enim verbum קצץ hic indicat.

אויבו וקצץ אותם שקל שקל אויבו
במאזנים ונמצא חסר׃ והפרוש הפריש
אלהי ישראל את הממלכה מיד אויבו
ונתנה לדריוש ולכורש מלכי מדי ופרס
הנלחמים עמך להיות ממלכתך ביניהם׃
ויהי כשמוע המלך ושריו את הפתרון
הזה׳ מפי דניאל איש חמודי עכד
יי ויחרדו האנשים תחלה גדלה׃
ויקומו וילכו איש לביתו וישאר המלך
בלשצר לבדו עם סריסיו ואנשי ביתו׃
ויהי הוא נרגו ונבהל ותבהתו פלצות׃
ותפול עליו תרדמה וישן כאח׳ התחי
לפתר מגורתו ויהי שם בארמון בית
המלך סרים אחד מזקני נבוכדנאצר
מעבדיו נבבד ונשוא פנים׳ ויחשוב
בלבבו לאמר הלא זה דניאל שנקרא
שמו בלטשצר בשם אלהי אדוני
נבוכדנאצר אשר פתר לו את חלומותיו
ולא נפל מכל דבריו ארצה אש׳ לא היה
ויצדק כל דבריו ועתה דבר על אדוני
בלשצר המלך הדברים האל׳ ועתה
אכרזה את ראשו וארצה בו אל מלכי
מדי ופרס׃ ושרי בלילה׳ ההוא כשכב
המלך בלשצר ע׳ משתו ויקם הסרים
יך

levis (6.) deprehensus est; ac divisit, i. e. absstulit DEus Israëlis regnum è manu hostis sui, atque illud Dario & Cyro, Medorum ac Persarum regibus, qui bellum adversus te gerunt, tradidit, ut regnum tuum inter illos (7.) sit divisum. (8.) Posteaquàm rex ejusque principes interpretationem istam ex ore Danielis, viri dilecti (9.) ac servi Domini, audiverunt, maximo terrore sunt perculsi, atque surgentes in domum quisque suam abierunt, rege Belsazare cum Eunuchis & domesticis suis solô relictô; cùm autem is pavore ac tremore perculsus esset, illumq; metus ingens invasisset, & somno oppressus præ magna animi consternatione mortuo similis obdormivisset, eunuchus quidam ex seniorib9 ministrisNebucadnezaris, honore & autoritate conspicuus, qui ibidem in palatio erat regio, ita secum cogitando dixit: nonne iste est Daniel, qui eodem, quô Deus Nebucadnezaris, domini mei, nomine appellatus est Belsazar, (10.) qui ei somnia interpretatus est, nec ullum ex omnibus verbis ejus fuit irritum, quod non fuerit impletum; sed eventus omnia comprobavit? nunc itaque, cum ille verba ista de Belsazare, rege domino meo, prædixerit, caput ejus amputabo, ut per illud gratiam apud Medorum Persarumq; reges ineam. (11.) Dum igitur nocte illa rex Belsazar in lecto suo dormiebat, eunuchus ille surrexit regemq; percutiens interfecit (12.) atque illius caput, à corpore separatum, secum ferens ad Cyri & Darii, Medorum

(6.) Indigens, deficiens, non justo ac pleno pondere, id. quod dictio חסר, quæ hic habetur, significat, Munsterus vertit: minus habens, nempe, quàm pondus legitimum requirit.
(7.) Hebr. ביניהם, sic in nostro codice hic legitur, Munsterianus autem habet: בידיהם in manibus eorum.
(8.) Confer. cap. sequ. 7. n. 2. ibique not.
(9.) Hebr. איש המורדי, vir desideriorum. R. David Kimchi exponit virum, qui magna pollet dignitate & optimis moribus conspicuus est; R. Saadias dicit, esse virum justum & rectum, ita Munsterus hic in notis, confer. etiam infra h. lib. 1. c. 8. n. 4. & c. 13. n. 1.
(10.) Ratio nominis signatur in textu, quòd scilicet Babylonii viros insignes & divinos, quales erant reges, à Belo, Deo suo, denominârint, ità hic Munsterus notavit.
(11.) ארצח, sic in nostro codice habetur ve bum à rad. רצח, in Munsteriano est: ארוצח à rad. רוץ, unde & ipse vertit: cuiram, nempe cum capite abscisso ad Medorum ac Persarum reges.
(12.) Interfectum fuisse regem Belsazarem refert etiam Daniel. c. 5. v. 30. sed modus ibidem non expri-

יך את המלך וימיתהו וישא את ואשו
מעליו וישאהו ויברח עמו אר׳ בחנר׃
כורש ודריוש מלכי מדי ופרס ויתן להם
את ראש בלשאצר ויפפר להם את כל
אש׳ עשה בלשאצר לכל בלי בית
האלהי׳ אשר לירושלם כאשר הללם
במשתה היין וכאשר שלח יי׳ מלאכו
ויכתוב לו המכתב ויפרש לו את כתב
דניאל איש חמודות ויוכיחהו על הדברי׳
אשר עשה בלשצר אשר מלאי לבו
להלל כל כלי בית יי ויבא ע׳ יי׳
את הרעה הזאת אש׳ תראינה עינכם
היומי ויהי כשמוע כורש ודריוש את
הדברים אשר דבר הסרים ויקדו וישתחוו
ליי׳ אלהי השמים ויאמר כורש ברוך
יי׳אלהי הכלים האלה ואלהי הזיכל
אשר היה בירושלם וביהודה אשר עשת
נקמה באיש אשר חלל את כלי בית
מקדשו כי מאז ומקדם שמעתי כי אתה
הוא אדון כל הארץ ואלהי כל הבריות
ויוצר כל העולם ואמנם עתה ידעתי כי
גדול יי׳ מכל האלהים ובידו ממשלה
להסיר מלכים ולהקים מלכים׳ אז נדר
המלך כורש לבנות את היכל יי׳ אלהינו
אש׳ בירושלם ולשלח את הגולה מבבל
לירושלם ולהשיב את כלי הקד׳ את
ההיכל אשר בירושלם׳

dorum Persarumque regum, castra profugit, eisque Belsazaris caput tradidit, narrans illis omnia, quæ Belsazar circà cuncta vasa domus Dei, quæ Hierosolymis erant, perpetrârit, qua nempe ratione ipse illa in convivio profanaverit & quomodo DEus angelum suum miserit, qui scripturam parieti inscripserit ac quomodo Daniel, vir dilectus, scripturam illam ei interpretatus sit, eundemque reprehenderit ob facta, quæ perpetraverat, dum in animum induxit suum, ut vasa omnia domus Domini profanaret, & qua ratione Deus super illum malum istud, quod oculi vestri jam vident, induxerit. Dum hæc eunuchi dicta Cyrus atque Darius audiverunt, inclinatis in terram capitibus procubuerunt, atque Dominum, Deum cœlorum adoraverunt, (13.) dein Cyrus dixit: Benedictus sit Dominus, Deus vasorum illorum & DEus templi, quod fuit Hierosolymis & in Judæa, qui de viro isto, à quo vasa domus Sanctuarii profanata sunt, vindictam sumpsit, nam jam inde à priscis usque temporibus audivimus, Te universi terrarum orbis dominum ac Deum omnium creaturum totiusque mundi fabricatorem esse; certè jam scio, quòd Deos omnes antecellat Dominus, quòd q; in manu ejus potestas sit removendi & constituendi reges. Tunc temporis Cyrus fecit votum, (14.) ut templum Domini, Dei nostri, quod Hierosolymis fuit, exstrueretur, & captivi ex urbe Babylone remitterentur Hierosolymam, vasaque Sanctuarii in templum Hierosolymitanum reducerentur.

exprimitur: Josephus Antiq. l. 10. c. 12. narrat, Belsazarem simul cum urbe à Cyro captum fuisse: ast Raymundus Martini in Pugion. Fid. Part. 2. c. 3. n. 13. autori nostro consentiens, Belsazarem ab eunucho suo interfectum fuisse scribit.
(13.) Confer. R. Salomo ad Genes. c. 43. v. 28. ubi exponit, quid sit קידה & השתחואה & quomodo inter se differant.
(14.) Confer. Esræ cap. 5. & 6.

CAP. VII.

His rebus gestis, Cyrus & Darius, Medorum rex, cum validissimo exercitu castra moverunt, atque omnem Chaldæorum terram depopulati sunt, urbemque Babylonem obsederunt, eamque expugnârunt, & viros simùl atque fœminas, pueros & infantes, non secùs ac unum hominem gladiô interfecerunt, juvenes in plateis interfecerunt, virgines equorum ungulis contriverunt, principes omnes ac Seniores laqueis strangulârunt, gravidas diruperunt & parvulos ad petram alliserunt; (1.) sic DEus sangvinis servorum suorum effusi, ac Templi, ut & urbis atque populi sui ultionem de Babylone sumpsit. Posteà duo illi reges universum Chaldæorum regnum inter se diviserunt, (2.) exceptâ urbe Babylone, atque is fuit finis regni Chaldæorum; Darius autem Babylonem atque urbes ei subjectas regiumque palatium accepit, & Belsazaris regis solium atque imperium Babylonicum occupavit; ast Cyrus universum Chaldæorum regnum præter Babylonem accepit, hucusque res à Chaldæorum regibus gestæ; Persarum verò & Medorum regna sibi invicem auxilio fuerunt. (3.)

ויהי אחרי הדברים האלה ויקומו כורש
ודריוש מלך מדי ברחל ככד מאר וישודדו
את כל ארץ כשדים ויחנו על בבל
וילחמו עליה ויכדו לפי חרב מאיש
ועד אשה מעולל ועד יונק באיש אחד
ובהוריה הרגו בהדוכותיה ובתולותי
דרסו בדרכי הסוסים וכל שריה ויקניה
הנקו בחבלי וכל הדוהיה בקעו וכל
עוללים נפצו אל הסלע וינקום יי מכבל
את דם עבדיו השפוך ואת נקמת היכלי
ועיר ועמו ויהי אחרי כן ויחלקו שני
המלכי את כל מלכות בשדי מחוצה
לבבל עד הנה בא הקץ למלכות
כשדים ויקח דריוש את בבל
ואת בנותיה ואת היכל המלך
וישב על כסא בלשצר המלך וימלך
בבבל והמלך כורש לקח את כל
מלכות בשדי מהוצ לבבל עד הנה
דבדי מלכי כשדי ויעזרו מלכות פרש
ומדי

(1.) Atque hic fuit dies ille Domini crudelis & visitatio Domini horrenda contrà Babylonem, quam Esaias propheta cap. 13. ante ducentesimum & decimum annum (sicuti Josephus Antiq. lib. 10. cap. 12. refert) prædixerat, prout Munsterus in notis ad hunc locum observavit.

(2.) Confer. cap. antec. 6. n. 8. quomodo autem divisio ista facta sit, paulò post ab autore nostro hîc narratur.

(3.) Alterum alteri opem tulit, quia Darius ac Cyrus pacatè vixerunt, postquam Chaldæorum regnum inter se diviserant, sic verbum יעזרו, quod in nostro codice habetur, explico; in Munsteriano legitur יעורו excitata sunt, scil. regna, i. e. originem sumpserunt.

CAP.

CAP. VIII.

Darius (1.) itaque Medus Chaldæorum regnum adeptus est, cùm jam senex esset & in urbe Babylone regnavit; cùm verò is in regio throno sederet Babylone, tunc misit, qui Danielem accerserent; quô factô sella ei posita fuit, in qua cùm sedisset, rex illum sic allocutus est: Tune es Daniel? cui ille: ego sum, respondit, dein rex ei dixit: da mihi consilium, idque exequar, quia Spiritus Dei cœlorum in te est, ne quæsò consilium tuum mihi denega, nam ego jam senio confectus, & propter labores, quos in juventute mea pertuli, viribus destitutus, penè defeci, & continuis bellis involutus, nunc fatisco, quocircà in senectute mea quietem desidero, nec laboribus populi mei ferendis amplius par sum, ut inter litigantes judicare & innocentem absolvere; nocentem verò condemnare possim, nam onus istud ferre nequeo. Ad hæc Daniel Dario regi respondens dixit: constituat quæsô rex tres præfectos, viros fortes, veritatisque amantes, qui populi molestias ferant & inter partes litigantes judicent, ut leviorem tibi reddant laborem atque molestiam populi; tu verò domi quietus sedeas; si autem res majoris momenti acciderit, eandem illi ad regem deferant, quô fiet, ut rex ejusque thronus sublevetur (2.) nec amplius populi labore gravetur. Darius itaque rex, approbatô consiliô, duos exercituum duces super populum constituit; utrique autem Danielem præfecit, ut populum judicarent; sic rex in Palatio suo quietè vivens, in omnes imperii sui ditiones literas misit istius sententiæ:

ודריוש המדי קבל את מלכות כשדים
לעת זקנתו וימלך במדינת בבל׃ ויהי
כשבת דריוש על כסא מלכותו בבבל
וישאל על דניאל וישלח ויביאוהו אליו
ויושם לו כסא וישב לפניו ויאמר לו
האתה זה דניאל ויאמר אני ויאמר לי
הנה לי עצה ואעשנה כי רוח אלהי
השמים בך אל נא תחשיך עצתך ממני
כי זקנתי ואפס כוחי ויגיעוני דרכי נוער
ותמיד מלחמות סבבוני׃ ואחפץ לזקנתי
לנוח ולא אוכל לצאת ולבא במשא
טורח עמי לשפוט בין איש לאיש
להצדיק ולהרשיע כי כבד ממני הדבר׃
ויען דניאל את המלך דריוש לאמר
יפקד נא המלך שלשה פקידים אנשי
חיל ואמות לשאת את טורח משא העם
ושפטו בין איש לאיש להקל ממך את
כובד טורח משא העם והמלך ינוח
בביתו ויהיה הדבר הגדול אש יקשה
מהם יקריבו אל המלך ויהי המלך
וכסאו נקי ולא ילאה עוד בטורח העם׃
ויעש המלך דריוש כן ויפקד על העם
שני שרי צבאות את דניאל הכקיר על
שניה׃ לשפוט את העם וירגיע המלך
בהיכלו וישלח דריוש מכת׳ בבל ארץ
ממשלתו

D 3 tiæ:

(1.) Quisnam hic Darius fuerit (cùm multorum apud Danielem fiat mentio) vide prolixè disserentem Munsterum in notis ad hunc locum, confer. etiam Isa. Vossii Chronol. Sacr. c. 10. ubi series ac successio regum Persarum habetur, confer. supr. h. l. 1, c. 5. n. 3.

(2.) Ita hic vertere volui dictionem פקי, quæ hic habetur, eodem ferè, quô hic transtuli, sensu accipitur illa quæ Deuter. c. 24. v. 5. & 1. Reg. c. 15. v. 22. ac Jerem. c. 25. v. 29. habetur.

ממשלתו לאמר כי אלהי השמים נתן בידי את כל ממלכות הארץ ויכבד עלי טורח משאם כי קצרה נפשי מזוקן ואיעצה מדניאל עצה ויעצני עצת אמת ואשמעה לעיניהו ואנוח וארגיע בתו' ביתי ויקל ממני טורח המשא ועתה תנו כבוד לאלהי דניאל והאמינו בו ושתדוהו תמיד ודרשו אליחבי אלוה גדול הוא על כל אלהים וידוע יהיה לכל אנשי מלכותי כי בעצת דניאל כן עשיתי ואפקוד על כל ארץ ממשלתי שני שרי צבאות להם ישמעו כל העם למשפט ולכל משא וטורח והקל מעלי טורח העם' ואת דניאל מניתי על שני השרים האלה לשמוע לו לכל אשר יורם למשפט העם לבלתי המר דבריו ולעשו' כל אשר יצום לכל דבר כי אני שמתיהו לי למשנה וארת שרי החיל נתתי הותת ידו ומפר דת המלך לא יהיה' וישמעו שרי המדינות וכל העם את מצות המלך ואת אשר הקל המשא בעליו וירגיע המלך בתוך הארמון ויטב בעינה' הדבר ודניאל איש המודות הוא משנה למלך והוציא והבא לפני המלך והשרי' והפחתים והשרי המדינות נותנים כבוד לדניאל כי רוח אלהים בו'

ויה

tiæ: Quandoquidem Deus cœlorum cuncta totius orbis regna mihi tradidit, ego verò illorum moleſtias & onera propter ſenectutem, quâ animus meus fatiſcit, perferre non potui, atque conſilium à Daniele petii, quod ipſe quoque mihi ſuppeditavit ſincerum ac minimè fucatum, id quod ego ſecutus domi meæ quietè ac tranquillè vivo & labor atque moleſtia mihi leviora facta ſunt; ideò nunc DEum Danielis colite, & in illo ſpem veſtram collocantes, eundem ſemper quærite & expetite, is enim DEus magnus alios omnes DEos antecellit; notum itaque ſit cunctis regni mei ſubditis, quòd juxtà Danielis conſilium ita fecerim, ac ſuper omnes imperii mei ditiones conſtituerim duos exercituum duces, quibus univerſus obediat populus quoad judicium, atque omnia onera & negotia, ut levior mihi fiat populi regendi labor; Danielem autem duobus iſtis ducibus præfeci, ut ei obtemperent in omnibus, quæ ille ipſos docuerit circà judicandum populum, ne verbis ejus reluctentur; ſed exequantur omnia, quæcunque ipſe præceperit; nam ego illum ſecundum (3.) à me conſtitui, eique exercituum duces ſubjeci; quicunque autem regium edictum transgreſſus fuerit, is morte mulctetur. Cùm itaque præſides provinciarum populusque univerſus regis mandata audiviſſent ac cognoviſſent, quòd labor levior factus eſſet regi, isque in palatio ſuo quietè viveret, res iſta eis admodùm grata fuit. Sic Daniel, vir dilectus, (4.) ſecundus à rege conſtitutus fuit, & coràm illo ingrediebatur & egrediebatur, (5.) principes autem ac duces, ut & ſatrapæ atque præfecti provinciarum Danieli honorem exhibebant, quia Spiritus Dei (6.) in illo erat.

CAP.

(3.) Hebr. למשנה, ita hic in noſtro codice, confer. infrà h. lib. 1. c. 13. n. 3. & cap. 16. n. 6. it. l. 2. c. 19. n. 11. ac lib. 3. cap. 2. num. 1. it. infrà l. 4. c. 17. n. 18.

(4.) Vid. quæ ſuprà h. lib. 1. cap. 6. n. 9. & infrà c. 13. n. 1. notata ſunt.

(5.) Id eſt: ei ſemper præſtò fuit, Daniel, cap. 2. v. ult. dicitur, quod Daniel fuerit בתרע מלכא i. e. in porta regis, nimirum præſens & ad mandata ejus paratus.

(6.) רוח אלהים, ita hic in Hebræo, Daniel. cap. 6. v. 4. dicitur, quòd in illo fuerit רוח יתירא ſpiritus ſive animus excellens.

ויהי אחר הדברים האלה ויקנאו בדניאל שני שרי החיל עם יתר השרים והסגנים והפחות וגדולי הממלכ' ויועדו כלם יחד להורות הק ולכרות ברית לאמר עלי דניאל להזיקהו למצוא עלילה להכשיל את דניאל לפני המלך והשרים' ויועצו כלם ויכרתו ברית לאמר כי כל איש קטן או גדול שר ומושל או מכל רבי תחלו' אש' יחלה פני כל אלוה לשאול או לבקש ולהתחנן על כל דבר למן היום עד שלשים יום בלתי מן המלך לברו והיה למאכל אריות ולא יגאל על ידי המלך ולא יפרה בכל הון יקר ערכו לקים דת אשר התרות וכבל זה לא ידע דניאל את מוצתם כי עליו העירמו פודם כי אמרי אם לא נלכדנו בדת אלהיו לא נוכל להכשילו והם לא הבינו כי באש' דניאל נאמן לאלהיו כן אלהיו נאמן לו. ויכתבו האנשים את הדברים האלה אשר קיימו עד ספר ורשם כל איש מבת' ידו ויתחתמו איש ואיש בחותמו להוק דת הספ' ויגישו האנשי' דת הספר אל המלך בידם וישלח המלך את ידו ויקחהו ויקראו בתמו ולא שם לבו לעמתם אש' העירמו עד דניאל להכשילו ויקים להם המלך את דת הספר

CAP. IX.

ACcidit autem poſteà, ut duo iſti exercituum duces unà cum cœteris principibus, primoribus, ſatrapis atque magnatibus regni invidiâ adverſùs Danielem accenderentur, & omnes ſimùl inter ſe convenirent, ut pactum facerent, ac fœdus contrà Danielem inirent, quò ei periculum crearent, atque occaſionem quærerent, quâ Danielem coràm rege ac principibus in ruinam traherent; quocircà omnes initò inter ſe conſiliò fœdus pepigerunt, dicentes: quicunque (1.) ſeu parvus ſeu magnus, ſive princeps ſive præfectus, vel alius quilibet dux exercitus ullius Dei opem imploraverit, ſive aliquid ab illo poſtulaverit aut rogaverit, vel ullam ab eo rem ſupplex petierit, ab hoc die usque ad trigeſimum, præterquàm à rege tantùm, is leonibus eſca projiciatur, ac ne quidem à rege ipſo liberetur, nec ullis redimatur opibus quantivis pretii; ſed firmum maneat ſtatutum, quod in ſcripturam redactum fuerit: (2.) in hiſce autem omnibus non noverat Daniel eorundem machinationes, quòd clandeſtina adverſùs ſe conſilia ſtruxerint; dixerant enim, niſi ratione legis Divinæ illum in naſſam illexerimus, nullum ei exitium creare poterimus; aſt illi non intellexerant, quòd, ſicuti Daniel Deo ſuo fidus fuit; ita & Deus ei fidem ſervaturus eſſet: ſcripſerunt autem viri verba iſta, quæ inter ſe ſtipulati erant, in libro, eamq; ſcripturam unusquisq; manu ſua ſignavit atq; annulo ſuo firmavit, ut decretum libri iſtius ratũ maneret; quô factô decretum illud manibus ſuis obtulerunt regi, qui iſtud porrectâ manu ſuâ accepit idque perlegit, ſimplici animô ac; illorum fraudem, quam adverſus Danielem & in ipſius pernitiem ſtruxerant,

(1.) Conſer. Daniel. c. 6. v. 7. ac R. Salom. ad Daniel. c. 1. verſ. ult.

(2.) Vel: quod tabulis inciſum fuerit, habetur enim hic in Hebræo verbum חתורה, quod inſculptum, inciſum, notat.

xerant, non animadvertens, decretum libelli secundùm omnia, quæ in illo scripta erant, confirmavit idque annulô suô obsignatum scribis tradidit regiis, qui illud usque ad tempus, executioni destinatum, custodirent; accidit autem post aliquod temporis spatium, ut viri nonnulli domum Danielis speculabundi, circumambularent exploraturi, quidnam ille ageret, ut occasionem invenirent, quâ in effectum deducere possent ea, quæ adversus Danielem machinati erant: hi itaque viri, cùm hinc inde Danielis domum circumirent, puellam quandam, è regione portæ ædium Danielis ludentem, deprehendebant, hanc cùm interrogâssent, ubinam esset Daniel & quid ipse ageret, illa eisdem respondens: ecce, inquit, in superiori conclavi ille laudibus celebrat Deum suum, fusis ad eum precibus è regione fenestræ, quæ domum Dei, Hierosolymis existentem, respicit; (3.) viri itaque isti his dictis fidem adhibentes, citato gradu ad superius conclave, ubi Daniel supplex orabat, ascenderunt, eumque flexis in terram genibus & manibus ad cœlum sublatis preces fundentem deprehenderunt, nam Daniel quotidiè Deum suum ternis orare vicibus eique gratias agere solebat (ille enim, qui orat, cum Deo sermonem habet, (4.) ac qui legit in libro Legis, cum eo loquitur Deus) sic Daniel sese gerebat, ita quotidiè facere ei mos erat. Cùm itaque viri isti domum Danielis, qui tunc orabat, Deoque gratias agebat, introivissent; ille verò ne quidquam propter eos exterreretur, nec ad ipsorum clamorem animo turbaretur; sed cœptam orationem ad finem usque perduceret; illi in eundem repentè irruerunt, ipsumque comprehendentes, ad regem deduxerunt.

CAP.

(3.) Vid. Daniel. cap. 6. v. 10. & seqq. confer. & Joseph. Antiq. l. 10. c. 12.

(4.) Eadem ferè infrà h. lib. 1. cap. 11. n. 4. habentur.

CAP. X.

REx autem, dum Danielem principum manibus comprehensum vidit, summopere consternatus atque turbatus fuit, & tunc demum cognovit, quòd decretum istud in perniciem Danielis compositum atq; firmatum esset, ac principibus dixit: cur id in Danielem perpetrâstis? ast viri isti ei respondêrunt: annon teipso præsente decretum illud scripsimus & obsignavimus (idque Medorum ac Persarum more, (1.) quem nullatenus mutare atq; infringere licet,) ut quicunque princeps, sive magnus sive parvus, per omnes mensis istius dies ab ullo Deo aliquid petierit aut rogaverit, præterquam à solo rege, is in leonum escam projiceretur? En igitur Daniel in ædibus suis deprehensus est in terram procumbens, fusis ad Deum suum precibus, nimirum ut regis mandatum atque Medorum Persarumque statuta, quæ mutari nequeunt, violaret; nunc itaq;, ne ille nobis illudat, atque nostrum infringat decretum, potestati nostræ ipsum trade, ut eum in leonum foveam projiciamus, ne is amplius Persarum atque Medorum scita ludibrio habeat: ast rex principibus respondit: frustrà, inquiens, consilium istud Danieli struxistis, non est vestrum, ut illum lacessatis, desistite ab eo; est enim Judæus, ac vir admodùm venerandus atque fortis, ne forsitàn is vos vincat & perdat; sed principes illi in Danielem manus suas injecerunt, ut ei exitium afferrent, illumque in leonum foveam projicerent; rex autem summopere annixus est, ut Danielem liberaret, nec (2.) quisquam fuit ex omnibus qui regi opem ferret ad liberandum Danielem, quia omnes festinârunt, ut eum

(1.) Statuto, lege Hebr. נורא, confer. Daniel. c. 6. v. 15. & Josephi Antiq. l. 10. c. 12.

(2.) Hæc verba: *nec quisquam* &c. usque ad: *quia omnes*, in codice Munsteriano non leguntur.

המלך שמוע אליהם ויריבו השרים במלך
והמלך בשרי' על דניאל עד בא השמש׃
ויהי בראותם כי יד המלך עמו אמרו לו
למלך פה אחד יהרו דע נא ודאי׳
אם לא תפגידהו בידינו גם אותך
ידענו כי חפר דתי מדי ופרס ויהא המלך
כי נערני בלם להתקש׳ עליו בגלל דניא׳
וירף ידו נמנו ומצידהו בידם ויאמר
אליהם המלך הגידו נא לי אם יצילהו
אלהיו מפי האריות אנה תסחיריו חרפתכם
ובלימתכם הלא תנתנו כלכם להחיו
לאריות לאכלה ויאמרו כלם יהי כן
וירב המלך עם השרים עד ערת בא
השמש ויאמר המלך אל דניאל הנה
נועדו השרים כלם האלה להפילך אל
בור האריות ואלהים אלהי השמים
אשר נתן בך רוח הקדש הוא יחכם
את פיהם ממך ואני נקי לפני אלהיך
כי בקשתי להצילך ולא יכולתי׳ וימשכו
האנשים את דניא׳ וישליכוהו ל׳ הבור
ובבור עשרה אריות סגורים בו ורוח הקם
אוכלי׳ וטורפי׳ עשרה צאן ועשר גויות
אדם ויועיבום ביום ההו׳ מבלי טרף ולא
האבילום מאומה למען יהושו לאכול
את דניא׳ ויהי ברדת דניא׳ אל בור
האריות׳ ויסבירו אליו פני׳ ולחכוהו
ויניעו אליו את זנבותם וישישו לקראתו
באשר

eum labefactarent ac perderent; sed rex eis morem gerere noluit, unde contentio inter ipsum ac principes oborta est proprer Danielem usque ad occasum Solis; (3.) cùm itaque illi viderent, quòd rex à Danielis partibus staret, (4) tunc omnes uno simùl ore ei dixerunt: istud scias notumque tibi sit, quòd, si illum potestati nostræ tradere recusaveris, te quoque pro eo habeamus, qui Medorum atque Persarum scita transgrediaris: rex itaque, dum vidit, quòd omnes contrà se conspirarent propter Danielem; tandem & ipse ab illo defendendo destitit, eumque ipsorum potestati tradidit, (5.) hæc adjiciens verba: indicate quæsò mihi, si DEus ejus illum ab ore leonum liberaverit, ubinam ignominiam vestram atque opprobrium operietis? (6) nonne vos omnes illius loco leonum esca eritis? ad hæc cuncti responderunt: sit ita! rex igitur, cùm usque ad occasum Solis cum principibus contendisset, Danielem ita allocutus est: Ecce principes isti omnes inter sese pactum inierunt, ut te in leonum foveam projicerent; sed Deus, cœlorum Dominus, qui tibi sanctum dedit Spiritum, leonum ora à te cohibeat, simque ipse coràm Deo tuo innocens, quia operam dedi, ut te servarem, nec istud præstare potui. Quapropter viri isti Danielem abstrahentes in lacum projecerunt, in quo decem (7.) leones conclusi erant, qui decem (8.) oves totidemque corpora humana quotidiè dilacerare ac devorare consveverant, hos eo ipso die impastos reliquerant, nec eis quidquam escæ præbuerant, ut eo citius Danielem deglutirent; sed accidit, ut, dum Daniel in foveam descendebat, leones sese ad Danielem converterent, eumque

(3.) Vid. & Daniel. c. 6. v. 14. atque Joseph. Antiq. l. 10. c. 12.

(4.) Vel: quòd illius patrocinium susciperet eumque defenderet, id enim hic verba: יר המלך עמו notant.

(5.) Confer. Daniel. dict. c. 6. v. 16. ubi vid. inter alios Drexelii Commentar.

(6.) Absconderis, תסחירו, sic in nostro codice, ast in Munsteriano legitur: תוליכו, i. e. deducetis, prout ibidem versum reperitur.

(7.) Danielis c. 14. v. 31. ubi de Dracone Babylon. agitur, septem leonum fit mentio.

(8.) Danielis dict. c. 14. vers. 31. duarum solummodò ovium totidemque hominum mentio fit.

כאשר ישישו הבלבים אל אדוניהם
בבואו מן השדה והשרי' הפכו אבן
גדולה ויסגרו את הבור ויחתום המלך
על פי הבור בטבעתו ובטבעת כל השרי'
ולבלו איש לביתו ודניאל כהלל את שם
אלהיו בקול רנה ותודה והלל כל
הלילה עד הבקר והאריו רובצים
סביבותיו ומקשיבי׳ לקול רנתו והמלך
הלך אל ביתו אבל ומר נפש לתם לא
אכל ומים לא שתה וגם כלי שחוק
במשפטם לא נטמעו לפניו ולו הלצו
כליו מעליו כי נאבל מאד ע׳ל דניא׳
ותדד שנתו מעיניו כי נעצב מאד ע׳ל
קשר השרי׳ על דניא׳ ויתמרמר המלך
באנחתו והוא מתהפך על ערשו ויען
ויאמ׳ מי יתן והי׳ בקר וראיתי וידעתי
מה נעשה בדניאל ומה פעל יי׳ בו׳

umque lambentes (9.) caudisque blandientes ipsum læti exciperent, non secus ac canes heris suis rure domum redeuntibus subblandiri solent; principes autem ingenti lapide admoto, foveam obstruxerant, ejusque introitum rex annulô suo atque omnium principum annulis obsignaverat, (10.) quo facto unusquisque ad domum suam abiit; ast Daniel nomen Dei sui laudibus & hymnis læta voce per totam noctem celebravit usque ad matutinum tempus, leonibus circà illum cubantibus & ad vocem laudis ejus attentis; rex autem tristis animoque lugens domum suam repetiit, panem non comedit, nec aquam bibit, nec instrumenta lætitiæ, sicuti aliàs moris erat, coràm illo audita, ac ne vestes quidem ei detractæ fuerunt, quia Danielis casum ægrè ferebat, nec somnum capere poterat; nam maximo dolore cruciabatur ob principum conjurationem adversus Danielem, quocircà rex animo mœstus ingemiscebat, & in latera sese hinc inde volvebat, hæc ingeminans verba: utinam matutinum adveniat tempus, ut videam ac sciam, quid Danieli evenerit, & quid ei DEus fecerit!

CAP. XI.

ויהי ביום ההוא עה הרד דניאל אל
בור האריות ודגה הבקוק הנביא בארץ
יהודה בא מקציהו לפנות הערב עה בא
השמש

ACcidit autem, ut eodem illo die, quo Daniel in lacum leonum projectus est, Habacuc (1.) propheta in terra Judaica, Sole ad vesperam inclinante, à messe rediret domum, atque cœnam pararet messoribus, cibumque (2.) manibus suis portaret,

(9.) Aurel. Prudentius Cathemer. hymn. 4. v. 45. & seqq. rem istam his describit versibus:
Lambunt indomiti virum leones,
Intactumque Dei tremunt alumnum,
Adstant cominus & jubas reponunt;
Mansuescit rabies, fameque blanda
Prædam rictibus ambit inertientis.

(10.) Ne fortè aliquis Danieli illuderet, prout habetur Daniel. c. 6. v. 17. confer. & Josephi Antiqu. l. 10. c. 12.

(1.) Quisnam ille Habacuc propheta fuerit, incertum est, inquit Munsterus in Notis ad hunc locum, ubi vide sis plura; notandum autem, quòd Josephus Antiqu. l. 10. c. 12. nullam hujus prophetæ atque rei, quæ hic de illo narratur, faciat mentionem, confer. infr. h. l. 1. c. 13. n. 4. & c. 14. n. 2.

(2.) Hebr. אריחה, prout hic habetur, quam dictionem autor vulgatæ in Historia de Dracone Babyl.

taret, ut eum illis ad comedendum apponeret; ſed ecce Dominus ei dixit? abi ac cibum iſtum Danieli, ſervo meo, affer in Chaldæam ad leonum foveam, in quam ille conjectus eſt; ipſe autem reſpondens: ecquis, ait, Domine, me iſthoc tempore eò deducet, quandoquidem via à me procùl remota eſt? en itaque angelus capillitium ejus, (3.) dum cibum manibus ſuis portabat, apprehendit, eumque in medium foveæ leonum ad Danielem detulit, ipſeque, poſteaquàm cum illo comederat ac biberat, ab angelo eductus, & ad locum, unde ſublatus erat, reſtitutus fuit, antequàm meſſores cœnam finiſſent; intereà Daniel lætus Dominum celebrabat, eique gratias agebat, illumque laudabat, quia ſpem ſuam in ejusdem auxilio repoſitam habebat; nam is, qui orat, cum Deo ſuo ſermonem inſtituit & qui in jure Divino (4.) legit, is cum Deo ſuo colloquitur, quocircà nec Daniel illius miſericordiâ deſtitutus fuit: (5.) Cùm igitur lux matutina paulatim oriretur, rex conſurgens ad foveam feſtinabat &, dum Danielis cantantis atque concinnè laudantis vocem audiebat, non poterat cum illo loqui, quia vox ejus præ fletu interrupta fuit; poſteà reſumpto paulatim animo rex clamabat: Daniel, Daniel! an DEus te à leonibus, ne te dilacerarent, protexit? cui Daniel reſpondens: Deus ſanè, inquiebat, ex ore leonum me eripuit eorumque fauces à me cohibuit & illi, non ſecus,

Babyl. Daniel. c. 14. v. 32. tranſtulit: pulmentum, conſer. hic D. Meyeri not. ad Seder Olam p. 1042. edit. Amſtelod. & Raym. Martini Pug. Fid. Part. 3. Diſt. 3. cap. 23 num. 7. ubi locus notabilis ex Bereſchit rabba quoad hanc narrationem adducitur, vid. & Abarbenel. ad Habac. c. 1. fol. 270. col. 3. princ. edit. Amſtel.

(3.) Hebr. בציצית ראשו, autor Vulgatæ dict. cap. 14. v. 35. tranſtulit: verticem, Prudentius Cathemer. hymn. 4. v. 60. vocat Cæſariem, verſus ejus ita habent:

Hujus cæſariem manu prehenſa,
Plenis, ſicut erat, gravem caniſtris
Suſpenſum rapit & vehit per auras.

R. Salomo ad Ezech. cap. 8. verſ. 3. dictionem ציצית exponit Gallicè floccilles (floquets) quos Latini appellare ſolent: cincinnos, Græci σφενδόνας; capronæ autem ſive antiæ Latinis ſunt comæ appoſititiæ; quibus anteventulis, ſicuti Apulejus vocat, hodiè quoque corrupto hoc ſeculo, fœminæ dum comuntur, uti ſolent.

(4.) Sive: Lege Divina, Hebr. תורת אלהיו, ſuprà h. lib. 1. c. 9. n. 4. dicitur בספר התורה in libro legis.

(5.) Conſer. hic Hiſtoria de Dracone Babyl. ſeu Daniel. c. 14. v. 37. & Joſeph Antiqu. lib. 10. cap. 12.

ſecus, atque domeſtici mei gaudere ſolent, advenienti mihi læti occurrerunt, quia Deus, in quo ſperavi, eis ita præcepit; præterea etiam cibus mihi heri per prophetam Habacuc per ſpiritum Dei meî miſſus fuit, certè Domine rex, nihil in te peccavi, nec ulla in me inventa eſt coràm te iniquitas, nec qualemcunque in me fraudem aut improbitatem deprehendiſti. Dein miſit rex, ac principes, Danielis adverſarios, vocari juſſit, qui cùm omnes ad regem veniſſent, ipſe juxtà foveam ſtans eisdem dixit: agnoſcite quæſò, & inſpicite ſigilla annulorum veſtrorum, quæ foveæ impreſſa ſunt; quò factò illi dixerunt: ſicuti ſignavimus, ita jam deprehendimus; quapropter rege præcipiente, lapis ab oſtio foveæ devolutus ac Daniel confeſtim è lacu eductus fuit ſanus, incolumis ac ſalvus, nec ulla in ea apparuit læſio, (6.) quam ob rem cuncti ad mirabilia Dei Danielis obſtupeſcentes, dixerunt: major eſt Deus Danielis omnibus Diis; poſteà rex ſervos ſuos advocavit, qui principes illos, à quibus Daniel delatus erat, quique ei inſidias ſtruxerant, comprehenderunt ſimùl omnes, eosque in foveam leonum præcipites egerunt; ſed illi nondum foveæ ſolum attigerant, cùm leones in eorum occurſum feſtinantes, (quia per triduum (7.) nihil comederant,) eosdem non ſecus, ac ſvaves placentas (8.) devorârunt, contritis ac comminutis etiam eorum oſſibus; leones autem ſuper illis è lacu rugiebant, eorumque rugitus procùl audiebatur ita, ut ad illorum fremitum omnes contremiſcerent, exiſtimantes, quòd leones è fovea eſſent egreſſi: dein rex ad domum ſuam unà cum Daniele reverſus eſt, cui Deus gloriam, magnitudinem & gratiam addidit coràm rege populoque univerſo.

(6.) Hebr. חבלה, livor, ſic Munſterus transtulit.

(7.) Vid. tamen Joſephi Antiqu. l. 10. c. 12. ubi res paulò aliter narratur.

(8.) Quidam לביבות quæ dictio hic habetur, vertunt mattyas ſeu lagana, vid. 2. Samuel c. 13. v. 6. ubi autor Vulgatæ tranſtulit: ſorbiunculas, Lxx. κομμεῖδας, conſer. interpretes ibid.

CAP. XII.

בשנת הראשונה לכורש מלך פרס לכלות דבר יהוה מפי ירמיה העיר יהוה את רוח כורש מלך פרס ויעבר קול בכל מלכותו וגם במכתב לאמר כה אמר כורש מלך פרס כל ממלכות הארץ נתן לי יהוה אלהי השמים והוא פקד עלי לבנות לו בית בירושלם אשר ביהודה מי בכם מכל עמו יהי אלהיו עמו ויעל לירושלם אשר ביהודה ויבן את בית יהוה אלהי ישראל הוא האלהים אשר בירושלם ובכל המקמות אשר יגורו שם אנשים ויתמכהו אנשי מקמו בכסף ובזהב ברכוש ובבהמה ובנדבה לבית האלהים אשר בירושלם

EOdem tempore rex per universum regnum suum præconis voce ita proclamari jussit: (1.) non est inter omnes Deos, sicuti Deus Danielis adeò tremendus, ut mirabilia ac præclara faciat, ecquis vestrum est (2.) ex omni populo hæreditatis ejus? DEus illius sit cum ipso & ascendens domum Dei, quæ in Judæa est, ædificet, ego aurum & argentum ex thesauris meis ad restaurandum opus suppeditabo, donec illud perficiatur. Rex itaq; misit literas per cursores ad omnes totius regni sui urbes, ut Judæi dimitterentur, ipsique ascenderent, & domum Dei, quæ Hierosolymis est, exstruerent; hic primus fuit Cyri (3.) annus, quò Chaldæorum regnum adeptus erat, tunc temporis misit rex literas ad omnes principes, qui trans fiumen habitabant, nimirùm ad præfectos, ut simùl parati essent ad opem Judæis ferendam & ut illi suppeditarent, quicquid Judæi opus haberent ad ædificandum, tàm ligna & lapides, quàm triticum, oleum, vinum cœteraque omnia, quæ ad ædificium perficiendum essent necessaria, præterea etiam juvencos & arietes atque oves, quæcunque ad sacrificia peragenda pertinerent, ac ne quis illos in opere turbaret aut impedirer. Judæi itaque omnes, quotquot prompti (4.) erant animo, ut ad domum DEI ascenderent, surrexerunt, quadraginta millia (5.) & cum illis duces, nimirùm Esra scriba & Eliakim, summus Sacerdos, ac Jeschua, ut & Mardochai, cœteraque capita patrum ex tribu Judaicæ ac Benjamitica: hi igitur profectione susceptâ, flumen transgressi sunt, atque Hierosolymam pervenerunt, ac fundamenta domus Dei ponere cœperunt; sed jacto fundamento atque opere procedente, viri quidam improbi ex gentium reliquiis, qui infesto ergà Judæos ac Benjamitas animo erant, nempe Sanballatus (6.) Choronæus & Tobias Ammonita, atque Geschem Arabs, (7.) cum multis aliis Judæorum & Benjamitarum adversariis surrexerunt, & libellum accusationis (8.) contrà incolas terræ Judaicæ & Hierosolymæ, servos Dei cœlorum, scripserunt, literasque ad Persas miserunt (9.) hujus sententiæ: notum vobis sit, quòd, si Hierosolyma ædificata fuerit, ea res vobis offendiculo futura sit, quòdque inde rebellio & conspiratio maxima contrà vos oritura sit: nam ab antiquis usque temporibus illius urbis incolæ contumaces fuerunt, atque rebelles & seditiosi contrà reges, (10) satrapas, ac totum terrarum orbem, qua de causa etiam Nebucadnezar, Chaldæorum rex, illam obsidione cinxit ac devastavit, ejusque populum captivum in omnes regiones abduxit, quò factò quietè vixerunt & unusquisque in loco suo tranquillè ætatem transegit; quapropter hæc omnia regi nota facere fidei nostræ esse duxi-

(1.) Quæ hic de Dario referuntur, ea Cyro, Persarum regi, attribuuntur Esiæ cap. 1. Munsterus in Notis ad hunc locum dubii istius hanc adfert solutionem, quòd propter utriusque, nempe Darii ac Cyri, societatem & conjunctionem, quia in monarchia orientali collegæ fuerunt, unius factum alteri quoque attribuatur & quod unus voluerit, id alteri quoque placuerit, confer. num. seq. 3. & c. sequ. 13. n. 4.

(2.) Vid. Esr. dict. cap. 1. v. 3.

(3.) Confer. quæ num. 1. h. cap. notata sunt, ad hoc tempus refert R. Salomo vaticinium Ezechielis cap. 29. vers. ult. quò dicitur: in die illo pullulabit cornu domui Israel, vid. & Esræ cap. 1. v. 1. ibique R. Salomo ac Josephi Antiq. l. 11. c. 1.

(4.) Seu: qui spontaneo erat animo Hebr נדיב לב neque enim omnes Judæi Hierosolymam ascenderunt; sed multi Babylone remanserunt, quibus bona ac possessiones suas relinquere non fuit animus, prout Munsterus hic notavit, confer. & Joseph. Antiq. l. 11. c. 1.

ועמהם בראשם עזרא הסופר ואליקים הכהן הגדול וישוע ומרדכי ושאר ראשי האבות ליהודה ובנימן וילכו הלוך עד עבר הנהר ויבאו ירושלם ויכלו ליסד את בית האלהים· ויהי ביסדם והבין להם המלאכה ויקומו אנשי בני בליעל משאירית הגוי צרי יהודה ובנימן כנבלט החורוני וטוביה העמוני וגשם הערבי עם רבי מצורי יהודה ובנימן· ויכתבו שטנה עלו יושבי יהודה וירושלם עבדי אלהי השמים וישלח את המכתב פרס לאמר ידוע יהיה לכם כי אם תבנו קריה וחומות ובחומים ובכל ירושלם לכם יהיה מוקש ולפשע רב וקיר גדול בבם כי מימי קדם הוא יושביה עזי וקשים והחובלים במלכים וברוזנים ובכל הארץ על כן הצר עליה נבוכדנצר מלך כשדי· וישחיתה ויגלה את עמה ל כל הארצות אז נחו המלכים ויגיעו איש במקומו על כן באנו להודיע למלך את כל ואת לדע· את אמונתינו כי לחם שולחן המלך אכלנו והלילה לנו לראות בבשלון המלוכה· ויהי כבוא הספר אל המלך

(5.) Esiæ cap. 2. v. 64. referuntur 42360. præter servos & ancillas; sed autori nostro satis fuit, majorem partem ac numerum rotundum adduxisse, vid. Munsteri Not. h. l.

(6.) Vid. Nehem. c. 2. & 3. confer. & Isa. Vos. Chronol. Sacr. cap. 10. ubi scribit, duos fuisse Sanballatos; alterum, qui Horonita dictus sit à Nehemia, qui obesse conatus est, ne Hierosolyma muniretur, cujus filiam duxit Jesus, filius Jojadæ; alterum, qui sub Alexandro Magno templum Garizitanum exstruxit, cujus filiæ Nicaso vel Ichaso nupsit Menassi, fratri Jaddi, vid. & infrà. h. l. 1. cap. 21. n. 47. & lib. 2. cap. 8. n. 1.

(7.) Confer. Nehem. dict. c. 2. v. 19. & c. 4. v. 7. atque Joseph. Antiq. l. 11. c. 2.

(8.) Ita hic interpretor שטנה, vid. Esræ c. 4. v. 6. ubi Lxx. verterunt absolutè ἐπιστολὴν autor vulgatæ: accusationem.

(9.) Hebr. וישלחו, prout in codice Munsteriano habetur, quem hic potius secutus sum, quàm nostrum, qui habet in singulari וישלח, quamvis istud commodè ad Sanballatum, primum autorem ac præcipuum Judæorum adversarium referri possit; nimirum cœteris non exclusis, quorum hic fit mentio, qui simul subscripserunt.

(10.) Vid. Esræ c. 4. v. 13. & Joseph. Antiq. lib. 11. c. 2.

המלך והשבת המלאכה עד שנת שתי לדריוש המלך׃

duximus, quandoquidem ex mensa regia victitamus & procùl absit à nobis, ut regni interitum conspiciamus. Cùm itaque libellus iste (11.) ad regem perlatus esset, cessatum fuit ab opere (12.) usque ad secundum Darii regis annum.

CAP. XIII.

ויהי בשבת דריוש המלך עלי בבא המלכות וישאל על דניאל איש חמודות עבד יי׳ לאור׳ תבמחו ולדעת עצתו ויביאו את דניל לפניו ויחקרהו ויבן בו שבעתים כשמע אשר שמע עליו וישמח ויאהבהו מאד וישמיהו לו ליועץ ולמשנ׳ באשר היה לפניו׳ ויהי היום ויהוג דריוש חג ביל שלו בבל ויבן המלך את המנחה להקריב אל ביל זה משפט מנחתו פר אחד ועשרת אלים ומאה בני יונה ומאת בשים ושבעים בכר מעוג להם שלהנו ועשרת כדי

ACcidit autem, cùm Darius in regio sederet solio, ut is Danielem, virum dilectum (1.) ac servum Domini, perquireret, quò sapientia ejus atque consilio uteretur, cùm itaque ille in conspectum regis venisset, & ab illo interrogatus atque tentatus esset, rex multo (2.) plura in eo deprehendit, quàm de illo inaudierat; quo circà rex admodùm lætatus est, atque illum amore complexus, consiliarium sibi constituit & secundum (3.) à se, prout anteà fuerat; accidit autem, ut Darius die quodam festum Belis, idoli Babylonici, (4.) celebraret, eique munus (5.) offerret, quod juxtà ritum, in sacrificando observari solitum, erat bos unus, (6.) decem arietes, centum pulli columbarum, centum agni (7.) & septuaginta placentæ, (8.) is fuit panis mensæ

(11.) Sive: epistola, confer. num. antec. §. h. cap. ibique not.

(12.) Munsterus hic notat, Cyrum hisce accusationibus à tàm pio proposito revocari non potuisse, nisi is bello Massagetico occupatus fuisset.

(1.) Vid. quæ suprà cap. 6. n. 9. h. lib. 1. notata sunt.

(2.) Ita numero indefinito vertere volui, quod in Hebræo שבעתים i. e. septies, vel septuplo (plura.)

(3.) Vid. quæ supr. h. l. 1. c. §. num. 3. dicta sunt, it. infrà h. l. 1. c. 13. n. 3. & c. 16. n. 6. atque infra l. 2. c. 19. n. 11. & lib. 6. cap. 30. n. 21.

(4.) Historia de Dracone Babylon. quæ Daniel. c. 13. in fin. & cap. 14. habetur, refert factum istud ad tempora Cyri, hujus dubii solutionem puto peti posse ex iis, quæ cap. antec. 12. n. 1. notata sunt, confer. & Munsteri not. h. loc. ubi plura de tempore ac rege, sub quo ista evenerunt, habentur, Josephus in Antiquitatibus hujus facti nullam facit mentionem, confer. quæ supr. h. l. 1. c. 11. n. 1. notata sunt, vid. & cap. sequ. 14. num. 2.

(5.) Donum, oblationem, id enim dictio מנחה, quæ hic habetur, notat, vid. cap. seq. 14 n. 7.

(6.) In alleg. Historia de Dra one Babyl. quæ Daniel. c. 14. v. 2. habetur, non eædem numerò, quæ hic adducuntur, oblationes seu munera referuntur, vid. num. seq. 7. 8. & 9.

(7.) Vulgata Latina Danielis dict. c. 14. v. 2. habet oves quadraginta.

(8.) Hebr. ככר מעוג, quæ Munsterus vertit panes subcinericios, in vulgata Latina Danielis dict. c. 14. v. 2. habentur similæ artabæ duodecim, juxta Græcum, ubi σεμιδάλεως ἀρτάβαι δώδεκα, est a. ἀρτάβη genus mensuræ Persicæ, de quo Herodotus.

כדי יין למערכת שלחנו כה היה משפטו ליום׳ ויהי היום ויערכו השלחן לפני ביל ויאמר המלך לדניאל מי יהן והאמנת בהדר ביל האלה הגדול אשר לנו אשר יאבל במערכת השלחן הזה׳ ויען דניל אל המלך לאמר ל נא יסיהך ואל נא יפתה לב המלך בדבר הזה כביל כי הבל והזהו הוא והוה אין בו כי מעשה ידי אומן הו׳ איכבה ואבל ואיכבה וישחה רק כהניו הם האוכלי׳ את מערכ׳ שולחנו ועולותיו ועתה אם תש ע לי להסגיר את כהניו בידי ואני אגיד את ערמתם ואת עשייתם אש׳ מפתי אותך ועמך להשחתו׳ להבל והזהו׳ ויאמר לו המלך לו יהי כדברך ויצו דניאל ויסגרו את ללחות הזהיכל אש׳ לביל ואת שעריו בלחי השע׳ אשר בא המלך אז אמר דניאל העישו לי האפר ויפרשו את האפר על פני רצפת אשר להיכל ביל והכהנים לא ידעו מה דניאל עושה ויהי כבלותם לעשו׳ כן ויצא המלך ודניאל מן השער אשר בא בו המה ונעיהם׳ ויצו ויסגרו את השער ויחתום המלך את השער בטבעתו ובטבעת דניל וילכו אל ביתו המלך וליני ויהי בבקר וישלח המלך לקרא לדניאל לראו׳ ולדע׳ מה פעל ביל וילכו עד

menſæ ejus, præterea decem amphoræ vini, (9.) quò illius mensa esset instructa, idque quotidiè fieri solebat. Cùm igitur die quodam mensa coràm Bele parata esset, rex Danielem sic allocutus est: utinam & tu in gloriosum illum & magnificum Deum nostrum Belem crederes, qui, quæ in mensa ista parata sunt, comedit! Daniel autem regi respondens: ne te, inquit, commoveat ac ne quæsò tuum, rex, seducat animum id, quod in Bele vides, nam vanitas est (10.) ac nihil, nec ullus ei spiritus inest, & quoniam opus est manuum artificis, quomodo poterit edere ac bibere? enim verò sacerdotes ejus ea, quæ in mensa apposita sunt, ejusque sacrificia comedunt, nunc itaque si mihi morem gesseris atque Sacerdotes ejus protestati meæ tradideris, ego illorum versutiam ac dolum, quo te populumque tuum seducunt, ut vanitatem ac rem nihili adoretis, tibi indicabo: ad quæ rex respondens; sit ita, inquit! Daniel itaque præcepit, ut ostia templi Belis ejusque januæ, excepta illâ, quam rex ingrediebatur, occluderentur, quò factò Daniel ait: afferte mihi cineres, qui, posteaquam allati sunt, super pavimentum templi Belis conspersi sunt; sacerdotes autem non noverant, quæ Daniel fecerat: hac re peracta, rex ac Daniel eâ portâ, per quam ipsi eorumque ministri ingressi erant, exierunt, dein ostium regis mandatò clausum atque ipsius & Danielis annulò obsignatum fuit, dehinc ad regium palatium abeuntes ibidem pernoctârunt; ortò autem diluculò rex Danielem vocari jussit, ut (11.) cognosceret ac sciret, quid Bel fecisset & simùl ad portas templi progressi sunt, ubi sigilla sua, quæ impressa erant, deprehenderunt integra; dein

(9). Scilicet muneris loco offerebantur, Vulgata habet: sex amphoras vini, in Hebræo hîc legitur dictio כד, quam Munsterus, perinde ac autor Vulgatæ, transtulit: amphoram, eandem versionem & ego hic secutus sum,

(10.) Intrinsecus luteus est & forinsecus æneus neque comedit aliquando, sic in dict. Historia de Dracone Babyl. Daniel. c. 14. v. 6.

(11.) Hæc & sequentia usque ad: num læsio quædam &c. absunt à codice Munsteriano.

dein rex Danieli dixit: num lætio quædam ſigillis iſtis accidit? ille verò reſpondit: non; tunc rex ſignacula illa removeri ac portas aperiri juſſit, quô factô oculos ſuos ad menſam converterunt & ecce quicquid panis ac vini ei impoſitum fuerat, conſumptum vînumque exhauſtum reperiebatur; rex itaque hæc conſpiciens humi procidit coràm Bele ac dixit: magnum eſt nomen tuum, Bel, & quisnam inter omnes gentium Deos tibi par eſt fortitudine? Aſt Daniel regi reſpondens: ne quæſô ait ita dicas, reſpice, ſi placet, ad cineres, quos ſuper pavimentum templi circà menſam ſparſimus & contemplare veſtigia illa, quorum ſint, nam iſti ea, quæ menſæ Belis impoſita erant, abſumpſerunt, rex igitur oculis in pavimentum converſis vidit virorum, mulierum, puerorum & infantum veſtigia, ac confeſtim miſit, qui ſeptem Sacerdotes, Belis miniſtros, comprehenderent, quô factô rex eosdem adjurans dixit: niſi verum mihi indicaveritis, certò ſciatis, quòd morte plectendi ſitis, illi itaque exterriti veritatem rei detexerunt eique occultos introitus (12.) oſtenderunt, per quos ipſi noctu ingreſſi ad Belem abſumpſerunt ea, quæ menſæ ejus impoſita erant, ſic fraude illorum cognita rex templum Belis funditus deſtrui, ne quid ejus ſupereſſet, juſſit. (13.)

עד שערי ההיכל וימצאו את ההוחמות
אשר החמו המלך לדניאל היש
עול בהוחמות האלה ועין לאיי ויצו
להסיר וישרוץ ויפתחו את השער ויראו
את השלחן והנה נאכל כל אשר עליו
עליו מלחם ועד בשר ועד יין כי נשתה׳
ויהי כראות המלך ויפול אישית נבוה
ביל ויאמ׳ גדול שמך ביל ומי כמוך בכל
אלהי הבוים בגבורה ויעזבו דניאל לאמר
אל נא האמר כן הבט נא אל האפר
אש׳ פרשנו על רצפת הביית סביבו׳
השלחן וראה את מדרכות העקבות האלה
למי המה כי הם אוכלי שולחן ביל
ויבט המלך והנה עקבות אנשים ונשים
ונעוי׳ ונוך וישלה ויהפוש את שבעית
הכהנים משרתי ביל וישבע להם המלך
אם לא תגידו לי האמת הע כי מוית
תמותו ויגידו לו האמת וירואהו את
המבואות האפלות אשר בהמה באים
את ביל לילה ואובלי׳ את מעוית
שולחנו וידע המלך את עוממ׳ ויפו
ויהרסו את היכל ביל עד בלי נשאר
מאומה׳

CAP. XIV.

וגם בימים ההמה היה לבשרים אלוה׳
העתועים והוא הנין גדול וישב במערה
אחת

PEr eosdem quoque dies Chaldæis fuit Deus erroneus, (1.) nempe Draco ingens, (2.) in ſpelunca quadam latitans, cui munus obtulerunt,

(12.) In verſione Vulgata vocantur abſcondita oſtiola, vid. Daniel. dict. c. 14. v. 20.

(13.) Daniel. alleg. cap. 14. v. 21. refertur, quòd regis mandatô occiſi fuerint ſacerdotes Belis atque ipſe Bel Danielis poteſtati traditus fuerit, à quo ille ſubverſus ejusque templum deſtructum fuit.

(1.) אלוה׳ תעתועים, quo nomine Judæi Gentilium idola vocare ſolebant confer. Jerem. cap. 10. v. 15, & c. 51. v. 18.

(2.) Vid. Hiſtoria de Dracone Babyl. Daniel. cap. 14. v.

אתת והוי מערבי לו מנחה וכאים לילה
להשליכה אל החנין והוא היה יוצא
לקראה המנחה ויפתח את פיו כמשפטו
וישליכוה ל פיו ויבלענ׳ ויגב׳ לחום
כמעט רוצה לצאת מן המערה ויאמר
השוים אל המלך הגם על אלהים הזה
אשר הוא אלהים חיים יוכל דניא׳
להעתע באשר עשה לביל ולכהניו ומזבחו
ושולחנו וישבו׳ את עבודתו ומרוץ לא
יתגרה באלהים הזה אשר הוא אלהים חי
כי אם יתגרה בו עתה יגקום נו את
נקמת ביל והיכלו ובהניו׳ אז אמ׳
המלך לדניאל שמע נא דניאל והאוינה
לי ואדברה לך הגם על התנין הלזה
הו׳ הער׳ מחשבותיך להכחידו באשר
עשית לביל אשר אין רוח חיים בו הלא
זה אל חי גבור וחזק ומי יחציב לפניו
להרע לו ויען דניאל א׳ המלך לאמר
א׳ נא יהעה המלך גם בזה כי
היה הוא נבבש׳ תח׳ ידי אדם ואין בו
רוח אלהים ועתה אם תרשני אדני
המלך גם התנין הזה אני אכנו ואמיתנו
בלי חרב ולא הנית ולא מלחמ׳ כי שרץ
הוה הוא השורץ על הארץ ויהן יי׳
אלהינו מורא האדם על כל נפש חיה
הרומשת והשורצת על פני כל הארץ
ליראה אותו ולפחד מפניו כי באלם
אלהי׳ נבראו האדם לתת מוראו על הכל
ועתה

runt homines atque noctu venerunt, quo iſtud Draconi projicerent; ille autem muneri iſti obviam egreſſus & diducto oris rictu illud excipiens deglutivit atque in altum ſeſe extulit, tantum non ipſâ egredi cupiens ſpeluncâ; (3.) principes itaque dixerunt regi: num quid Daniel etiam iſti Deo vivo illudere poterit, ſicuti Beli ejusque Sacerdotibus, ut & illius altari ac menſæ fecit ejusq; cultum evertit? cur non vires ſuas adverſùs Deum iſtum vivum etiam experitur? nam ſi illum (4.) aggredietur, ſentiet, quòd is Belem ejusque templum ac Sacerdotes ulturus ſit; quo circà rex Danielem ita allocutus eſt: audi quæſô, Daniel, & auribus percipe, quæ tibi dicam: num etiam contrà Draconem iſtum Deum aliquid verſuti excogitare eumque delere poteris, ſicuti feciſti Beli, in quo nullus vitæ ſpiritus fuit? nonne DEus iſte vivus eſt & robuſtus ac fortis, ecquis adverſùs illum ſtare eique malum inferre poterit? Daniel autem regi reſpondens: ne quæſô, ait, rex ſeducatur etiam in re iſta, nam beſtia illa hominum manibus ſubjici poterit nec divinus ei ſpiritus ineſt, quòd ſi jam mihi, Domine rex, facultatem dederis, iſtum quoque Draconem interimam, eumque ſine gladio, haſtâ & pugnâ interficiam, animal quippe reptile eſt, ſuper humum ſerpens; Dominus autem, Deus noſter, timorem hominis omni animali, quod ſuper univerſam terram ſerpit ac reptat, indidit, ita, ut illud hominem metuat & ad conſpectum ejus contremiſcat, quia homo ad imaginem Dei creatus eſt, quò timor ejus ad omnia pervadat; nunc itaque, ſi tibi viſum fuerit, permitte mihi, ut illum ſicuti unum ex ſculptilibus, quæ abolevi, interimam ac perdam, modò ne poteſtatem principibus tuis concedas, ut mihi malum infe-

rant,

14. v. 22. & ſeqq. Joſephus in Antiquitatibus nullam hujus facti facit mentionem, veritus forſitan odium atque invidiam Romanorum, qui cultui idololatrico dediti erant. confer. ſupr. h. l. 1. c. 11. n. 1. & cap. antec. 13. n 4.

(3.) In Munſteri codice locus iſte ita ſcribitur: ויגבה לרום כמעט ולפב ולבוא אל המערה quæ ille ſic vertit: hoc itaque modo beſtia ſenſim creſcebat & procerior fiebat & circuiens regrediebatur in ſpeluncam.

4.) Nempe Draconem vivum, quem nos pro

rant; ad hæc rex ei reſpondens: abi, inquit, & fac ita, ſi potes, ac noli metuere. Principes autem omnes valdè gaviſi ſunt, quando rex Danieli dixit, ut Draconem aggrederetur, dixerant enim, jam perniciem incurret Daniel nec Draconi reſiſtere poterit; ſed Daniel, poſtquàm è conſpectu regis abiit, ferrea inſtrumenta fieri curavit, pectinum inſtar, quibus linum carminatur, (5.) illorum terga ſibi invicem conjunxit intrinſecus, ita, ut aculei eorum foràs prominerent circumquaque limati & acuminati, iisdem varia eſculenta innexuit, nempe adipem, ſebum atque omnis generis pingvedines, ſulphuris quoque ac picis alimenta (6.) immiſcuit, donec aculei iſti ferrei & acuminati penitùs obducerentur, atque hæc res ſpeciem habuit muneris, (7.) idque Daniel ori Draconis injecit; ille verò rictu diducto avidè iſtud & cum deſiderio excepit ac devoravit; ſed, ubi munus iſtud ore exceptum ad interiora ventris pervenit, ac ſevum & adeps à ferreis aculeis liquefacta defluxerunt, tunc ſerratorum dentium acumina penetrarunt Draconis viſcera, ipſeque paulatim langvere atque corruere cœpit, tandem ſequenti die prorſus interiit; accidit autem die tertio, ut Chaldæi & Babylonii venirent ac munus pro more offerrent Draconi; ſed ille nuſpiam apparuit, (nam mortuus erat) tantùmmodò fœtor ex ſpelunca aſcen-

ורחה אם ייטב בעיני הרף ממני ואבנו
ואאבדנו באחר מן הפסילים אשר אבדתי
רק אל המשורל בי שוקך להרע לי׳
ויאמר לו המלך לך ועשה כן אם הוכל
ואל תיראא וישמרהו כל השרים מאד
באמור המלך לדניאל להתגרה בהנין כי
אמרו עתה יאבד דניאל כי לא יוכל
להתיצב נכח ההנין׳ ויקך דניל מאת
פני המלך ויעש כלי ברזל כמסרקי
הפשתי׳ וידבק גביהם גב על גב פנימה
וקוציהם פונים החוצה מסביב לשוטים
והרותי ויגולל עליה׳ כל ניתי המאבלי׳
חלב ודשן וכל מיני שומן וגם אורחת
גפרית ושרפה נתן בו עד נעלמו קרני
הברזל והחרוצים׳ ויהי כמראה הבניתל
המנחה וישליכה דניאל על פי ההנין
והחנין אץ לבלעה ולקבלה בתאות
נפשו׳ ויהי בבואה אל פיו ותרד אל
חדרי בטנו ויפם התלב והרשן מעל
לקרני הברזל ויבאו ראשי החרוצים
המחודדים במעי ההנין וינקבום ותרל
ההנין ויכשל וימת לעת מחרת׳ ויהי
לשלשת

(5.) Daniel. c. 14. v. 26. res iſta paulò aliter narratur, confer. & Seldenus de Diis Syris Syntagm. 2. c. 17. ubi locus iſte ſic verſus reperitur: abiens (Daniel) à conſpectu regis paravit inſtrumenta ferrea inſtar pectinum, quibus lina repurgantur & conjunxit ea interius, tergum conjungens tergo; aculei autem eorum extrà prominebant per circuitum limati & acuti, quibus undique adhibuit varias ciborum ſpecies, præſertim adipem, pinguedinem & alias res pingues, lituram quoque ſulphuris & picis appoſuit ei, quibus fomentis abſconditi aculei ferrei & dentes illi ſerrati habuitque formam demenſi, cumq; Daniel illud projeciſſet in rictum Draconis, ſuſcepit ipſum Draco & devoravit eum deſiderio animæ ſuæ, at ubi deſcendit ad interiora ventris ejus, diſſolvebatur adeps & pinguedo à ferreis aculeis & ingrediebantur acumina ſerratorum dentium in viſcera Draconis, & perforabant ea, & illicò cœpit Draco ſentire ingentem dolorem corruenſque mortuus eſt ſequenti die.

(6.) Sic dictionem מזמרה, quæ in noſtro codice habetur, vertere volui, in Munſteriano legitur: מטמרה, quod ipſe tranſtulit: lituram, ſicuti & apud Seldenum loco alleg. habetur.

(7.) Hebr. מנחה, de quo vid. ſupr. h. l. 1. c. 13. n. 5. Munſterus vertit: demenſum, nempe quia Draconi quotidiè projici ſolebat, quaſi ſtatutum & ordinarium munus; Seldenus quoque dicto loc. tranſtulit: demenſum.

לשלשת הימים ויבאו הכשדי׳ והבבליים
לדרוש את ההנין במנת׳ יום ביום ואינגו
כי מת רק עלה הבאוש מן המער׳ ויהזקו
לבא ל המערה והנה אלהיהם מת נפוח
נבאש ויתעצבו האנשים ויהר להם מאד
על דניאל ויאמרו מה זאת עשה דניאל
היהודי לשני שרינו אשר הכחיד ויך
את כיל וגם את ההנין ועתה אם
יסגידהו המלך בידנו יומת ואם לא
ידוע יהיה למלך כי לא יחיה׳ וישמע
המלך כי קשרו עליו עם הארץ וישלח
ויך את גדוליה׳ ואת שריהם עם הקמים
על דניל לפי חרב׳

CAP. XV.

ודניאל זקן מאד ויבא דניאל וישתחו
למלך ויאמר לו בי אדוני המלך הנה
נא וקנחי ואין בי כח לעמוד ולצאת
ולבא כמשפט המלוכה ויכנעיני פריצי
עמך באיבתם בי בבור האריות הזה וידוני
וה פעמים גם עם ההנין ויחלטני יי
אלהי אשר חסותי בו וגם נפשי דמו
לקחתה להמיתני בקנאת אשר קבאו
לפסיליה׳ ואלהי חשבני משחיתותם
ואת שלשת רעי חנניה מישאל ועזריה
הביאו ל כבשן האש לישרף ובבל ואת
הוקה יד אלהינו לעזרתנו׳ ועתה אדוני
המלך

ascendit, quocircà nonnulli ſpeluncam intrare auſi ſunt; ſed ecce Deus illorum interierat corpore inflatus ac fœtore ſqualidus, unde viri iſti valdè indoluerunt & iratò adverſùs Danielem animò dixerunt: cur Daniel Judæus, facinus iſtud in duo illa numina noſtra, Belem & Draconem, perpetravit, ut ea interficeret ac deleret? nunc itaque, ſi rex illum poteſtati noſtræ tradiderit, morte eum mulctabimus; ſi minus, notum fiat regi, quòd ipſe vitâ privandus ſit; ſed rex certior factus, quòd populus terræ contrà ſe conſpirationem iniiſſet, miſit, qui proceres ejus ac principes, ut & illos, qui contrà Danielem ſeditionem moverant, gladiò interficerent.

Aniel autem, cùm valdè ſenex eſſet, regem adiit & coràm illo in terram procumbens eum ita allocutus eſt: en ego, Domine rex, ſenio confectus ſum, nec amplius, ſicuti mos regni poſtulat, ſtare, egredi atque ingredi poſſum, tyranni (1.) quoque populi tui me odio ſuo afflixerunt, dum me in foveam leonum projecerunt meque eò adegerunt, ut cum Dracone pugnarem; ſed Dominus Deus meus, in quo ſperavi, ſervavit me, quin & vitam ipſam mihi eripere conati ſunt propter Zelum, quem ergà idola ſua habuerunt; ſed DEus protexit me, ne illi mihi exitium adferrent: tres quoque ſocios meos, Chananiam, Miſaëlem & Azariam (2.) in fornacem igneam projiciendos curârunt, ut comburerentur; ſed in his omnibus Dei

(1.) Ita cum Munſtero dictionem פריצי hic vertere volui, vid. quæ ſup. h. l. 1. c. 5. n. 4. & infr. l. 5. c. 4. n. 2. notata ſunt, autor Vulgatæ Latinæ dictionem illam פרץ, quæ Ezech. c. 18. v. 10. habetur, tranſtulit: latronem, Junii ac Tremellii verſio habet: effractorem, Lxx. vertunt λοιμὸν, peſtiferum, ſceleratum virum, ſic vocârunt perverſi Judæi S. Paulum, Actor. c. 24. v. 5.

(2.) Vid. de his Daniel. cap. 3.

המלך הפול נא התחנתי לפניך לשלחני
ללכת לביתי להדגיע ולעבוד את אלהי
אבותי כי זקנתי ואין בי כח לעצור עוד׃
ויען המלך את דניאל לאמר ומי ישמע
לך לדבר הזה לשלחך ואתה איש
אלהים אלהי השמים ואם העזבני איך
תכון מלכותי בלכתך מעמי אמנם ידעתי
כי זקן אתה ואין בך כח לעמד לצאת
ולבא כמשפטו השרים שרי המלוכה אך
אם תהן אד׳ במוך איש טבני עמך חכם
ונבון ומלא רוח אלהים כמוך יהי עמי
תהיה׳ כמשפטך אז אשלחך לשלום
לנוח ולהדגיע בביתיך אף כי נפשי
יודעת כי אין כערכך בכל בני עמך׃
ויצא דניאל מלפני המלך לפנות ערב
ויקם ויתפלל אל אלהי השמים להת
בלב המלך לשלחתו ללכת לעבוד
אלהיו׃ וילן בלילה ההוא וישכם בבקר
וילך אל עדת הגולה וימצא שם את
זרובבל בן שאלתיאל בן יכניה׳ מלך
יהודה ויקומהו דניאל מתוך הגולה׃
ויזק בידו ויוליכהו אל המלך ויגישהו
לפניו אז אמר דניאל הנה לך איש
החזה כערבי ויהיה לך כמוני׃ והוא
מן הפרתמים מזרע המלוכה׃ מבני
שאלתיאל בן יכניה׳ מלך יהוד׳ והוא
איש ואל מלא רוח הכמה ודעת
אלהים בכל אשר בו ולא נפל הו׳
ממני ולא נחס׳ ויהיה לך לנאמן וליועץ
כמוני

noſtri potentia in adjutorium noſtrum prævaluit. Nunc itaque, Domine rex, exaudi quæſò preces meas meque dimitte, ut domum meam inviſam, atq; ibi DEum patrum meorum quietè colam, etenim conſenui nec rebus gerendis amplius ſupereſſe poſſum; ſed rex Danieli reſpondit: ecquis tibi hac in re morem geret, ut hinc abeas, quia vir Dei, cœlorum Domini, es, ſi tu me deſeruerîs, quomodo regnum meum te abſente adminiſtrabitur? ſcio equidem, quòd ſenex ac viribus deſtitutus ſis, nec more principum regni ſtare, egredi atque ingredi poſſis; ſed ſi virum tui ſimilem ex filiis populi tui, virum nempe ſapientem ac prudentem, qui, ſicuti tu, ſpiritu divino repletus ſit, quique tui loco: ecum verſetur, mihi dederis, tunc in pace te dimittam, ut domi tuæ optata quiete atque otio fruaris; verùm probè novi, quòd nemo ſit tui ſimilis in univerſo populo tuo. Daniel itaque è conſpectu regis egreſſus inumbrante veſpera ſurrexit, atque DEum cœlorum rogavit, ut regis animum flecteret & ab illo facultatem abeundi impetraret, ad colendum Deum ſuum; Daniel igitur, cùm nocte illa quieviſſet, manè ſurrexit & ad captivorum cœtum abiit, atque ibi Zerubabelem, filium Sealthielis, qui Jechonia, rege Judæ, prognatus erat, reperit, quem Daniel è captivorum numero ſuſtulit eumq; prehenſa illius manu ad regẽ duxit ac coràm illo conſtituit, (3) hæc adjiciens verba: en tibi virum mei loco meique ſimilem, quo perinde ac me ipſo, uti poteris, is ex nobilioribus (4.) Jehudæ filiis eſt, è ſtirpe regia, nempe ex liberis Sealthielis, filii Jechoniæ, regis Jehudæ, hic vir fortis eſt ac ſapienti animo præditus atque divinâ ſapientiâ inſtructus in omnibus, quæ ei inſunt, (5.) nec ille me inferior aut deterior eſt, is tibi fidus erit conſiliarius, mei

(3) Dedicavit, obtulit quaſi ſacrificium, id enim Hebr. ויניפהו, quod hic habetur, ſignificat.
(4.) Hebr. הפרתמים, quæ dictio linguâ Perſica idem eſt, ac שלשונים i. e. dominatores, prout notavit R. Salomo ad Eſther. c. 1. v. 3. idem ad Daniel. c. 1. v. 3. dictionem iſtam exponit יוכסים duces, Munſterus hic tranſtulit: proceres.
(5.) Hebr. אשר בו, prout in noſtro codice hîc habetur;

כמוני ואתי תשלח להדגיע במקומי׃
ויאמן המלך לכל אשר ספר לו דניאל
וישלחהו ללכת וישהתו דניאל למלך
והמלך חבק את דניאל וינשקהו ויצו
ויתן לו מתנה כיד המלך וישלחהו וילך׃
ויהי זרובבל למלך תחת דניאל ויתן
דניאל את כל אשר נתן לו המלך
לנבשלי הגולה ואחרי כן הלך את
מקומו את שושן הבירה אשר בעילם
המדינה׃ ויעבר שם את י׳ אלהיו עד
יום מותו בקרב אחיו עדת הגולה אשר
שם׃ וזרובבל איש חיל ואיש מצליח
נבון וחכם מלא רוח חכמה כי סמך דניאל
את ידיו עליו׃ וימצא חן בעיני המלך
ויאהבהו מאד לאהבת דניאל וישימהו
לנגיד על כל השרים ודאש על שני שרי
הצבא שומרי ראש המלך׃

ויהי היום ויאספו כל השרי להתיצב
לפני המלך במשפטם ויאמר אליהם המלך
הראיתם בכל הארץ באיש הזה זרובבל
איש נבון וחכם ברוח דניאל ויענו ויאמרו
נבון דבר המלך׃ ויהי בעת הצדיק׳ עת
אשר ישכב המלך על משכבו אנשי אבלי
וישכב על מטתו ויישן ויתיצבו שני
השרי

mei ſimilis; quapropter dimitte me, ut in domo mea tranquillè vivere poſſim. Rex itaque in omnibus, quæ Daniel dixerat, fidem ei habuit, illumque dimiſit, ut abiret; Daniel autem, humi procumbens regem veneratus eſt, is, poſteaquàm Danielem amplexatus atque oſculatus erat, præcepit, ut ei darentur munera juxta magnificentiam regiam, ſic Daniel dimiſſus abiit; ſed Zerubabel Danielis loco apud regem fuit. At Daniel ea omnia, quæ ei rex dederat, intra pauperes captivos diſtribuit ac poſteà ad locum ſuum, nempe Suſan, metropolin (6.) provinciæ Elam, ſeſe contulit, atque ibi Dominum, Deum ſuum, ad finem usque vitæ inter fratres ſuos in cœtu captivorum, qui illic erant, coluit: Zerubabel autem vir fortis, felix, prudens (7.) & intelligens atque ſapienti animo præditus (nam Daniel manus ſuas ei impoſuerat) gratiam invenit apud regem, qui illum valdè dilexit propter amorem Danielis, eumque omnibus principibus, etiam duobus exercitus ducibus, qui regis caput tuebantur, præpoſuit.

CAP. XVI.

ACcidit autem die quodam, ut omnes principes congregarentur ac coràm rege de more ſtarent, hos rex ita allocutus eſt: num in toto terrarum orbe vidiſtis virum, qui Zerubabeli iſti ſimilis ſit, nempe virum ſolertem ac ſapientem juxtà Danielis ingenium? ad quod illi reſponderunt: ita ſanè eſt, ſicuti rex dixit; evenit deinde tempore meridiano, (1.) cùm rex in lecto ſuo poſt prandium cubaret ac dormiret, ut duo principes, corporis ejus

betur; ſed Munſterianus pro בו legit בי i. e. in me, quæ lectio alteri præferenda videtur.
(6.) Sic dictionem הבירה, quæ hîc habetur, cum Munſtero vertere volui, alias notat: palatium, caſtrum, regiam, Joſephus Antiq. l. 10. cap. 12. refert, turrim fortiſſimam atque ſtructurâ mirabilem à Daniele propè urbem Ecbatanam, in Media ſitam, fuiſſe ædificatam, ubi Medorum, Perſarum atque Parthorum reges ex more ſepulti fuerint.
(7.) De hoc viro confer. & Joſeph. Antiqu. l. 11. c. 3.
(1.) Confer. hîc Eſræ l. 3. c. 3. ac Joſeph. Antiq. l. 11. c. 4.

השרי שומרי ראשו במשפט לשמור
וזרובבל עמהם בראשם ויעמדו טביות
המלך עד ערת העזרתו והמלך כבד
משגהו כי נשחבר ביניו ויאמר שלשת
הנערים לעמוד ויאמרו איש אל רעהו
הבו ונחידה לנו חידות דברי חכמים
איש ואיש לפי עדמתו וכתבנו את דברי
חידותינו על מגלת ספי ונשימה את
חמבת תחת מראשותי המלך עד שיקץ
משנתו ויראה המגלה ויבין בפשר דבריות
והיה האיש אשי יראו דבריו מתוכמים
משני רעיו והידותו מעורבה על חידות
אחיו יהיה למלך למשנה וגם במושב
הכסא והמרכבה ואף לצא ולבא לפני
המלך הגדול המשנה וכל כלי שולחנו
יהיו בלי זהב וזיקן זהב יתקן ערל לחיי
סוסו וגם כתר המשנה יתקן בראשו
ומתנת משנה יקה מאת המלך ושאלתו
לגרל דבר יהן המלך ויעש למלך יהודית
ואמרו כלם יהי בן ויכרתו ברית ויקימוה
כדת מדי ופרס אשר אין להמיר ויכיאו
את קפת הספר והמגלה ויפילו הגדול
לשלשתם ויפל הגדול מאת ויכתוב על
המגולה לאמר אין כמלך הזק בארץ
והשני בת אין בזין הזק בארץ והשלישי
הוא

ejus cuſtodes, quibus Zerubabel præpoſitus erat, pro more ſtarent & excubias agerent, atque regem longo ſatis tempore (2.) circumſtarent, donec is à gravi ſomno, quo detinebatur, (nam vino ebrius fuerat) expergiſceretur; cùm verò tribus iſtis adoleſcentibus (3.) moleſtum eſſet, tamdiu expectare, tunc alter alteri dixit: agite, proponamus nobis ænigmata, (4.) verba ſapientum, unusquisque pro ratione ſolertiæ ſuæ atque ænigmatum noſtrorum verba volumini inſcribamus, ſcripturamque ſub cervical regis ponamus, donec is à ſomno ſuo evigilet, ac volumen iſtud videat verborumque interpretationem (5.) intelligat; ille autem, cujus verba duorum ſociorum verba ſapientiâ ſuperârint, & cujus ænigmata alterius ænigmatibus præcelluerint, ſecundus (6.) ſit à rege & in ſolio curruque ſublimi ſedeat ac coràm rege ingrediatur & egrediatur eâ magnificentiâ, quæ ſecundum à rege decet, atque omnia menſæ ejus vaſa ſint aurea, frœnum quoque aureum maxillis equi ejus injiciatur & corona capiti illius, qui ſecundus à rege fuerit, imponatur, munera etiam ſecundi à rege accipiat, denique omnibus petitionibus illius rex annuat atque ſit regis amicus; (7.) his conditionibus cùm omnes conſenſiſſent, fœdus inter ſe inierunt, idque ſicuti Medorum ac Perſarum legem, quæ violari nequit, ratum habuerunt, quapropter oblato atramentario & chartâ tres illi ſortem inter ſe jecerunt, quæ cùm ſuper primum cecidiſſet, ille chartæ iſta inſcripſit: nihil eſt in terra tàm forte, quàm rex; ſecundus hæc ſcripſit: nil æquè

(2.) Ita hic Hebr. עד ברוש vertere volui, ſecutus R. Salomonis interpretationem ad Judic. c. 3. v. 25. ubi exponit זמן ארוך i. e. longum tempus, Munſterus, hic tranſtulit: cum tædio.
(3.) Vid. Joſeph. Antiq. dict. lib. 11. c. 4.
(4.) Quæſtiones, problemata, Hebr. חידות, conf. Jud. c. 14. v. 12. & ſeqq.
(5.) Hebr. רפשר כבר, ita hic in noſtro codice; ſed Munſterianus habet: בכשר דבר, unde ipſe locum iſtum ſic vertit: atque juſtè dijudicet verba ſic conſcripta.
(6.) Secundo loco ſedeat à Dario, ſic Eſræ l. 3. c. 3. v. 7. confer. & Eſther. c. 10. v. 3. ac quæ ſuprà h. l. 1. c. 8. n. 3. notata ſunt, it. infrà l. 2. c. 19. n. 11 & lib. 6. c. 30. num. 21.
(7.) Hebr. ריע, quod à Munſtero hic vertitur: ſocius. vid. 2 Sam. 15. v. 37. cognatus dicitur Eſræ l. 3. c. 3. v. 7.

הוא וזרובבל בת אין באשה חזקה
בארץ ויהי בכלותם לכתוב את הידותיו
וישימו את המגלה הוא מראשותי
המלך והמלך עד ועיניו עצומות והוא
מקשיב את לחש דבריהם ויהי בתתם
את המגלה תחת הכסותו מראשותי
המלך ויקם המלך במקץ משנתו ויקבוץ
את שתי ידיו על עיניו ויבקש הוא
מראשותיו וימצא מגלת הכפר אשר
כתבו שלשת הברורי ויפתח ויקר ויתמה
בה עד בא כל השרי והפתות כרתמים
ושרי המדינות ויקרא שלשת הבחורים
הלזה ויאמר קרבו לי איש ספרו והשמיעו
פשר דברי חידותיכם וחטוב והישר
משלשתכם אגדלא את כל הטוב במגלה
לכברו ולנשאהו ויקרב הראשון ויקרא
את מכתבו ויאמר ישמע נא המלך
והשרים אל דברי אשר אדבר אין כמלך
חזק בארץ ויגש השני ויאמר אין
כיין חזק בארץ והשלישי הוא זרובבל
אמר אין באשה הזקה בארץ ויען
המלך והשרי שמענו דברי חידותיכם אך
תמלצו פשר דבריכם ונשמע

què forte eſt in terra, ac vinum; tertius autem, qui fuit Zerubabel, ſcripſit: nihil fortius eſt in terra, quàm fœmina: (8.) illi itaque, cùm problemata ſua ſcripſiſſent, volumen iſtud ſub pulvinar regis poſuerunt; rex autem vigilabat, ſed clauſos tenebat oculos & ſubauſcultabat, quid illi ſuſurrarent; dum igitur ipſi ſchedam ſub cervical regis ponebant, ille veluti ex gravi ſomno expergefactus ſeſe levavit, utraque manu oculis ſuis admotâ, (9.) quæſivit autem ſub pulvinari, atque ſchedulam illam, quam tres iſti adoleſcentes ſcripſerant, reperit, eamque aperuit ac legit ſeque eò usque continuit, donec omnes principes, magnates & proceres provinciarumque præſides convenirent; poſteà tres illos adoleſcentes vocavit eisque dixit: afferte mihi unusquisque ſchedulam ſuam & interpretationem ænigmatum veſtrorum exponite, quicunque ex vobis tribus melius ac rectius ſenſiſſe comprobatus fuerit, eum ego honorabo & extollam atque omnia, quæ in volumine illo ſcripta ſunt, perficiam. (10.) Primus itaque accedens ſcriptum ſuum legit & dixit: audiat quæſò rex ac principes verba mea, quæ proferam: nihil eſt tàm forte, in terra, quàm rex; poſteà ſecundus accedens: nihil eſt, inquit, in terra fortius vino; tertius autem, qui fuit Zerubabel, dixit: non eſt quidquam in terra tàm forte, quàm fœmina; his dictis rex ejusque principes reſponderunt: audivimus ſanè ænigmatum veſtrorum verba; ſed addite jam & verborum veſtrorum interpretationem, ut illam audiamus.

(8.) Super omnia autem vincit veritas, ſic verba iſta à Zerubabele inſuper adjecta reperiuntur Eſræ dict. l. 3. c. 3. v. 12.
(9.) Sicuti expergefacti facere ſolent, dum ſomnum excutere volunt.
(10.) Confer. hîc infrà cap. 19. h. libr. num. 4.

CAP. XVII.

PRimus itaque respondens dixit: nonne vobis, Domine rex, ut & fortissimi principes, nota est fortitudo regis (1.) ac potentia regni ejus super terram, mare, insulas & super omnes gentes ac populos, ita, ut vitam adimere eamque servare possit? si præceperit, ut exercitus educatur, omnes in campum egrediuntur nec retrospiciunt, etiamsi morti obviam eant, si is jubeat, ut muros subvertant, ipsi subvertent, si arant ac seminant frugesque terræ colligunt, illi debitam regi partem (2.) offerunt, antequàm ipsi de frugibus aliquid comedant; nam omnes timent regem eumque metuunt, quia ille dominus est ac cunctos potentia superat, nec quisquam inter omnes existit, qui illius verba atque præcepta irrita reddat, quocirca vera sunt verba mea, nimirùm, quòd nihil tàm fortè sit in terra, quàm rex: cùm omnes, qui aderant, dictum istud admirarentur, secundus respondebat: itasanè est, Domine rex vosq́; sapientes principes, certè nota vobis est regis fortitudo atque robur potentiæ ejus, qui dominatur in orbe & imperat, ejusq́; metus ac terror ad omnes homines pervadit, sicuti jam auribus vestris percepistis; sed vinum regem superat; (3.) verum quidem est omne illud, quod de potentia regis dictum est; ast, dum ille vinum bibit, imperio ejus ipse succumbit atq́; illius animus ad res alias flectitur, nempe, ut moduletur, cantet & saltet, imò etiam ut stolidè agat, quia cor ejus à vino ita pervertitur, ut propinquos removeat, remotos admoveat, ut amicos interficiat; peregrinos autem honoret ac ne patris quidem aut matris nec fratris

ויען הראשון ויאמר כי אדוני המלך ובי
השרים הגבורי' הלא ידעתם את כח
המלך וחוקת מלכותו על הארץ והים
והאוי' ועל כל הגויים והלשונו' להמית
ולהחיות אם יצום להוציא צבא ויצאו
לחוצית כלם ולא יסובו פניהם כי יקדמו
אל המות ואם יאמר להרים חמורי
והרשו ואם יהרשו והדעי' ויקצרו את
הבואת הארץ והרימו את הרומת המלך
טרם יאכלו מן התבואה כי יראים הם
מן המלך וכלם ידעדו מאיכהר אשר הוא
אדון וגבור על כלם ואין מכלם להפר
את דבריו ואת מצותיו על בן יאמנו
דברי כי אין במלך חוק בארץ ויהמהו
כל הנצבי' על הדבר הזה׃ ויען השני
ואמר כי אדוני המלך והשרי' המחוקבים
אמנם כלכם ידעתם את הזקת המלך
והוקף ממשלהו אשר הוא רודה ומושל
בארץ ואימתו ופחדו על כל בני אדם
באשר שמעתם באזניכם ואף היין הזק
מן המלך כי כל גבורת המלך אמת היא
אך באשר ישתה היין ימשול בו ויטה
לבו אל דברי' אחרי' לרנן ולזמר ולרקד
ואף לחסחכל כי נהפך לבו ליין להרזיק
קרבים ולקרב רחוקים להמית אוהבים
ולכבר

(1) Confer. Esræ l. 3. c. 4. & Josephi Antiqu. l. 11. c. 4. ubi potentia regis aliis, quàm quæ hic habentur, verbis describitur & extollitur.

(2.) Hebr. את התרומה id est, oblationem, quo nomine hic primitiæ vel decimæ vel alia frugum portio, regi pro more debita inte ligitur.

(3.) Vid. Esræ lib. 3. c. 3. v. 18. & seqq. ac Josephi Antiqu. l. 11. c. 4. ubi vini robur ac vis paulò aliter, quam hoc loco, refertur.

לבבר זרים ולבלהי שאת פני אב ואם
וגם את שאר בשרו הלא ידעתם כי
חזקת היין כן הוא אם ישתה איש בכ
למד ספר יהגה רננות ואיש מהורים ירוץ
וסוד סהר יגלה ומעש׳ כהום יוציא חץ
ואנשי עיבתן ישמח היין ואבלים ודאבי
נפש ואנשי תמוחה אם ישכו ממנו
וישיגו ויגילו בו ואנשי דאגה יזמרו
ומעוני כבל לקוחי למות אם ישתו
יין וישוחקו וחרב ער רעהו יבריק שכרו
ולאנשי בושת עיו פנים וחי־ בצאת
היין מקרבם שכחו את כל אשר עשו
ולא עוד יבינו ויזכרו כי עבר היין מהם
ויאמרו לא עשינו מאומה׃ ומי לא
יאמין בכל זאת כי היין חזק מן
המלך בעת אשר ימשול בו כי את רגלי
האדם יעקל מלכת ועיניו ויאות אשר
לא נכון ופיהו יהגה שיח בכל למד׃
הלא לכם לדעת כי חוק היין מן המלך
אשר ככה הוא עושה ויתמהו כל
השומעים מאד׃

ויקרא המלך אל ודובבל הוא השלישי
ויאמר לו ספרה גם אתה פשר חידתך
כאש׳ ספרו רעיך ויען אספר ויאמר
הקשיבה והאזינה דברי המלך וגם
השרים

(4.) Hebr. ולאנשי בושה, sic in nostro codice; ast Munsterianus habet: ולאנשי בשרו, unde ipse locum istum sic vertit: estque impudens ergà conjunctissimos.

tris cœterorumque sibi sangvine junctorum ullam rationem habeat, annon vobis notum est, quòd vini ea vis sit, ut, si quis illud biberit, etiam si is literarum planè rudis sit, carmina tamen meditetur? ac quòd ille, qui ingeniò taciturnus est, vino incalescens clamitet & arcana sibi commissa revelet, atque rem in occulto gestam manifestet? viros lugentes ac mœstos exhilarat vinum, qui luctu ac dolore animi affecti sunt, imò & ad mortem damnati, si illud biberint, per illud læti redduntur atque exultant; quos tenet solicitudo, dum vino incalescunt, cantant, qui compedibus vincti sunt & ad mortis supplicium ducuntur, quando vinum bibunt, rident, ebrius in amicum suum vibrat gladium ac viri alioqui verecundi (4.) vinò fiunt impudentes; sed dum homines crapulam excusserunt, eorum omnium, quæ ipsi perpetrarunt, ignari sunt, nec illa amplius mente ac memoriâ recolunt, (quia vinum ab illis recessit,) nec quidquam à sese perpetratum esse dicunt: ecquis igitur his omnibus fidem non habeat, aut quis neget, vinum fortius esse rege, eo tempore quô illud ei imperat? nam etiam pedes hominis ebrii istud titubare facit, ac ne oculi quidem rectè prospicere possunt atque illius os ea proloqui meditatur, quæ non didicit; annon itaque hinc intelligitis, vinum fortius esse rege, quod ejusmodi producit effectus? his dictis omnes, qui audiebant, in admirationem rapiebantur.

CAP. XVIII.

POsteà rex Zerubabelem, qui erat tertius, accersiri jussit eique dixit: tu quoque expone problema tuum, quemadmodum socii tui fecerunt, cui ille respondens: explicabo, inquit, dein ita dixit: adverte & auribus percipe, rex vosque,

principes, proceres, præfecti atque omnis populus, qui hic adeſtis, certè fortis eſt rex ac magnus ſuper omnes; vinum autem regem vi ſua ſuperat eo tempore, quò ei dominatur, quocircà nemo fortitudinem regis ac vini vires negaverit; ſed fœmina fortior eſt & rege & vino (1) omnique eo, quod vitibus producitur, enim verò quomodo non fortior ſit fœmina rege, quem illa peperit atque lactavit eumque in gremio ſuo nutrivit, educavit, aluit ac veſtivit, quemque à ſordibus ſuis repurgavit, ac caſtigavit eique imperavit, non ſecus ac mater filio ventris ſui, atque metus ejus illum perculit & ad vocem increpantis extimuit? nam illum interdum verberavit & objurgavit, ac quando ei minitata eſt baculo, ille è conſpectu ejus aufugit, quò ſeſe foràs proriperet, atque timor iſte tamdiu in illo duravit, donec ipſe transactâ pueritiâ adolevit; aſt ne ſic quidem metum ejus animo penitus ejicit, eamque honorare deſinit; ſed illius conſpectum ſemper reveretur, ſicuti filius genitrici ſuæ honorem exhibet: dein, ſi ſublatis oculis conſpexerit (2.) fœminam, formâ præſtantem, ipſe pulchritudine ejus allicitur ac deſideriô afficitur, dum animus ejus ad illam inclinat atque cor ejus ad eandem propendet, adeò, ut illius amorem omnibus divitiis præferat, ac, quamvis mater illum pepererit & pater procreaverit; tamen illos deſeret ac propter amorem formoſæ & pulchræ fœminæ fidem illis debitam inſuper habebit: multi etiam mulierum amore decepti & propter illas ad ſtultitiam atque inſaniam adacti ſunt, dum eis adhæſerunt, non pauci quoque propter illas interfecti ſunt & cum mœrore ad inferos deſcenderunt, multi etiam ſapientes illarum retibus capti ſunt ac prudentes viri earundem ſagenis illaqueati hæſerunt; amor mulierum diſcordiam parit

(1.) Confer. Eſiæ lib. 3. c. 4. v. 15. & ſeqq. apud Joſephum Antiqu. l. 11. c. 4. fœminarum fortitudo aliis, quàm quæ hic habentur, verbis prædicatur.

(2.) Nempe puer regius, ex quo adolevit & ad juvenilem ætatem pervenit.

rit inter fratres, amicos ſeparat eosque ad mutuam trahit perfidiam; nonne perſpectum vobis eſt, quòd, ſi mulier formoſa viro cuidam obviam facta ſit, quamvis ille pretioſiſſima quæque vaſa manibus ſuis geſtet; tamen oculi ejus pulchritudinem fœminæ contemplabuntur, quia illius animus ad eâm propendet? multo magis ſi ipſa blandè eundem compellaverit, tunc omnia, quæ ei præ manibus fuerint, relinquet & aperto ore mulierem intuebitur, quia illum attraxit, ut cor ſuum ad eam inclinaret, ac quisnam mihi ea in re fidem denegabit ac non potius id, quod de fœminarum fortitudine dixi, verum eſſe fatebitur? narrate quæſò mihi atque indicate, cuinam laborem veſtrum impenditis & moleſtiam? propter quemnam ſpolia & divitias congregatis? cujus gratiâ opes multas colligitis? annon mulierum cauſâ? nempe, ut omnis generis vaſa pretioſa, (3.) aurea & argentea atque ornamenta pulchra variaq; monilia, gemmas aurô incluſas, (4) myrrham & Santala (5.) atque omnis generis aromata, ungventa ac ſuffimenta ſvavia eisdem ematis, nonne hæc omnia mulierum cauſâ comparatis? ſi quis etiam eò improbitatis perveniat, ut ad loca & itinera, inſidiis apta, ſeſe conferat, in deſerta aut montes ac ſylvas atque maria, & bellum gerat, occidat, rapiat, ſpoliet, vim faciat, agros populetur ac ſangvinem effundat, ut divitias acquirat, ad quemnam deferet prædam iſtam, rapinam & ſpolia, nonne ad mulierem hæc omnia portabit? annon vidi egomet regem, in ſolio ſuo ſedentem ac diadema regium capite ſuo geſtantem, coràm quo Aponia, (6.) Abeſii

(3.) Hebr. כלי חמודה, Jocalia, deſiderabilia vertit Munſterus.

(4.) Sic משבצות זהב hîc transferre volui, alii palas ſeu fundas annuli interpretantur Exod. cap. 28. v. 11. & 39. Munſterus hîc vertit: incluſoria aurea.

(5.) Sive: Santalos, nam utroque genere dictio iſta effertur, vulgò אהלות verterunt: aloen, ita etiam Munſterus hoc loc.

(6.) Hebr. אפו"ניה בת אבש יאוש ſic in noſtro codice, Munſterus pro אפו"ניה legit אפומניאה ac vertit: Apomaneam, in aliis exemplaribus legitur: Apolenonia, uti equidem id verto; ſed nomina iſta dubio procul corrupta ſunt, Joſephus Antiq. l. 11. c. 4. habet: Apama (al.

חמת׳ למען הסו׳ את בעטה ומי לא
יאמין לדברי יהוה כי האשה תזקה בכל
החזקים אשר בארץ וגם מהמלך באשר
יהיה והלא את כח שמשון היא
הכשילה ואת דוד היא הסתו ואת לב
שלמה הטתו והפתהו והוכלי והלא
רבים גלבדו בה ואין מספר להתעורר
ורבו ועצמו הללויה ואף זאת לבם ללמוד
דעת כי ימשול איש אחר על כל הארץ
וישביה לא יספר מהוב וכלם יחדו
וירעדו ויחילו מאימתו כי הוא אחד
ומושל בכלם׃ ועל כל אשה נתן שר
ומלך למשול בה ואלי השוקחת
נתנה ולא יוכל לכבשנה למשול בהי
וגם אד׳ אבי כל יושבי הארץ אי חו
הסתו לעבור את פי י׳ אלהיו והסגיו הו
למורת עם צאצאיו אוריו ראו ערה
איך גדלה חזקת האשה ומי לא
יאמין לדב׳ הזה כי מראשי העולם
ועד אחריתו איש לא נעדר מן הבין
הדבר

Macedonis filia, pellex ſedit, quæ coronam regiam ipſius vertice manu ſua detraxit eamque ſuo impoſuit capiti; rex autem ei arriſit? ac quando illa irascebatur, non poterat rex eam placare nec illius animum mitigare, (7.) ut iram ſuam deponeret, ecquis igitur verbis meis fidem non adhibebit ac fatebitur, fœminam omnibus, qui in terra ſunt atque ipſo etiam rege, quicunque is fuerit, eſſe fortiorem? (8.) nonne fœmina Samſonis robur ſubegit & Davidem ſeduxit atque Salomonis animum inclinavit (9.) eumque decepit ac prævaluit? nonne multi per illam capti & innumeri propter eam interfecti, nec pauci illius causâ confoſſi ſunt? iſtud præterea vobis ſciendum eſt, quòd, etiamſi unus vir univerſo imperet orbi, (cujus innumeri ſunt habitatores) atque omnes illum metuant ac timeant & propter illius timorem paveant (quia ipſe unus omnibus dominatur) isque ſuper omnem fœminam detur rex ac princeps, (10.) ut in illam imperium exerceat ipſaque ad illum reſpiciat; (11.) ille tamen eandem ſibi ſubjicere nequit, ut ei dominetur: ipſum quoque Adamum omnium, qui terrarum orbem incolunt, patrem, ejusdem uxor ſeduxit, ut is Domini, Dei ſui, (12.) præceptum transgrederetur, quô

(al. Apeme Rabiaci (al. Rapſacis) Themaſii (al. Themaſim) filia, Eſræ l. 3. c. 4. v. 29. nominatur Apeme, filia Bezacis, mirifici, ac videtur autor dicti libri 3. c. 4. Eſræ pro Θεμασίᾳ (quod nomen apud Joſephum loc. alleg. habetur legiſſe Θαυμασίᾳ, unde verſio iſta Latina: mirifici, nata eſt, confer. Daniel. Huetii Demonſtr. Evang. Propoſ. 4. c. 14. p. 375. edit. Lipſ. ſi quis conjecturis locus, forſitan fuit iſta Aſpaſia, pellex adeò celebris, quam Cyrus primum, dein Artaxerxes amavit, de qua vid. Ælian. variar. Hiſtoriar. l. 12. c. 1. ubi de illa pellice plura referuntur.

(7.) לשכב, ſic in noſtro codice; Munſterianus habet: וישכב, omiſſa dictione תמת, unde ille vertit: & dormire cum ea.

(8.) In codice Munſteriano locus iſte ſic legitur: כיה אשה קשה מכלם כי כח שמשון חכשילה אשה ודוד הסתה אתו ואת שלמה היא הטתו quæ ibidem ſic verſa reperiuntur: mulierem omnibus fortiorem eſſe? en mulier infirmavit robur Samſonis, Davidem quoque incitavit mulier & Salomonem emollivit mulier.

(9.) Nempe ad cultum idolorum, de quo vid. 1. Reg. c. 11. v. 1. & ſeqq.

(10.) Ita locum hunc ſatis obſcurum, qui in codice Munſteriano paulò aliter legitur, hic vertere volui.

(11.) Vid. Geneſ. c. 3. v. 16. ad quem locum hic reſpicitur.

(12.) In codice Munſteriano poſt verba illa ועליו נגזרה המורה עם יהוה אלהיו ita legitur: צאצאיו אחריו עתה כאשר נעשרה חזקת האשה וג i. e.

הדבר חזה ומלדעת כי אמת
אדבר׃

factô illum unà cum poſteris ſuis morti mancipavit. Nunc itaque videte, quàm magna ſit mulieris fortitudo, ac quisnam ſermoni meo fidem non habebit? nam à principio mundi usque ad illius finem nemo reperietur, qui non intelligat ac ſciat, verum eſſe, quod dixi.

CAP. XIX.

ועם כל זה הנה עתה אודיע למלך
ולכל השרים המתחכמי׳ השומעים כי הבל
המלך המושל בארץ והבל היין המושל
במלך והכל האשה ועולה מושלת
בשלשתם כאש׳ הודעתי והאמת מושלת
בשמים ובארץ בימים ובתהומות ותחזק
האמת נגד אלהים וארם כי במקום האמת
לא יכון השק׳ והאמת הסר ושקר
ממכונו ובאמת נבראו השמים והארץ
והימים וכל אשר בהם ואמת י׳ שלהיני
לעולם ועד׳ ויען כל העם הנצבי׳
לפני המלך עם הפרתמי׳ והפתי׳ ושתי
המדינו׳ ויאמרו אל המלך פה את
עם המהוגם והובבל האמת ואז אמר
המלך אל והובבל גשה נא אלי ויגש׳
וישלה המלך את ידו ויקרבהו אליו
ויחבקהו וינשקהו נגד השרים וכל העם
הנצבים׳ ויאמר המלך ברוך י׳ אלהי
והובבל אשר נתן בו הוה אמת כי אלהים
אמת הוא ויכון בפאו על האמת
ויתר

Quamvis igitur hæc ita ſeſe habeant, nunc tamen regi omnibusque principibus atque viris prudentibus, qui hæc audiunt, oſtendam, vanum (1.) eſſe regem, qui in orbe dominatur, ac vanum eſſe vinum, quod in regem imperium exercet, vanam quoque eſſe fœminam, ejusque excellentiam, quæ in tribus iſtis præponderat, ſicuti demonſtravi; aſt veritas in cœlo & terra, in mari & abyſſis dominatur, veritas apud Deum & homines prævalet, nam ubi veritas habitat, ibi mendacium non reperit locum, & veritas expellit falſitatem, in veritate cœlum ac terra, maria & quicquid in illis continetur, creata ſunt; veritas Domini, Dei noſtri, manet in æternum. Tunc omnis populus, qui coràm rege ſtabat, ut & proceres atque principes præfectique provinciarum reſponderunt (2.) atque uno ore dixerunt regi: veritas eſt apud Zerubabelem, ſapientem, dein rex Zerubabeli dixit: accede quæſò ad me; quô factô rex manum ſuam extendit atque illum ad ſe trahens coràm principibus omnique, qui tunc adſtabat, populo amplexatus atque oſculatus eſt, dicens: Benedictus ſit Dominus, Deus Zerubabelis, qui Spiritum veritatis ei indidit, ipſe enim Deus eſt veritatis, qui ſolium ſuum ſuper veritatem

i. e. quare tàm ipſe, quàm poſteri ejus incidissent in pœnam mortis, nunc itaque, cùm ſatis probata ſit fortitudo mulieris &c. Hactenus Munſteri verſio.

(1.) Hebr. הכל, prout Græcis φρέδων, μάταιον, hic in codice noſtro habetur, Eſræ lib. 3. cap. 4. verſ. 37. habetur: iniquum, confer. & Joſephi Antiqu. l. 11. c. 4.

(2.) Confer. hic Munſteri codex, ubi nonnulla, quæ hic habentur, omiſſa, quædam etiam aliter poſita reperiuntur.

ויתר הכל הכל · ועתה כל השרים והסגני
והפחתמי ובל העם לאמר אמנם אמת
כי האמת גדולת מכל נמצא ואין לכל
נמצא כח להתיצב למולה כי הוא
ממשלת בשמים והארץ ויהבל נתן
עומד עליה · ואמת הוא אלהי והובבל
אשר נתן רוח אמת בפיו לשבח ולהלל
את האמת נגד אלהים ואדם · ויצו
המלך למלא כל הכבוד הנמצא כתוב
במגילת ספר וימלאו כל זה לדובבל
כי מצא חן ושבל טוב בעיני אלהים
ובעיני המלך והשרים משני דעיו · ויאמר
המלך אל וזובבל שאל כל אשר
תאמ' נפשך ואעשה לך · ויען וזובבל
ויאמר למלך יזכור אדוני המלך את
הנדר אשר נדרה ליי' שלו השמים אתה
וכורש המלך ידך לבנות את ביתו
ולהשב את כל כלי מקדשו אל מקומם
ואת גלות עם אלהי השמים לשלחך
לשלום לעברו בבית מקדשו אשר נקר'
שמו עליו למען יתפללו אל אלהי השמי'
בעד חמלך ובעד מלכותו כי אין לאחר
הנדר לאלהי השמים · ויצו המלך
וימותרו סופרי המלך לכתוב בכל אשר
שאל וזובבל מאת המלך לבנות את

תחרבות

tatem conſtituit; cœtera autem omnia vana ſunt. Poſteà principes omnes atque magnates & præſides populusque univerſus reſpondentes dixerunt: verum certè eſt, quòd veritas omnia, quæcunque reperiuntur, ſuperet ac nihil ei reſiſtere poſſit; nam illa in cœlo ac terra dominatur & ſuper eam omnia firmata ac ſtabilita ſunt: verus eſt Deus Zerubabelis, qui Spiritum veritatis ori ejus indidit, ut veritatem coràm Deo (3.) & homine laudaret atque celebraret. Dein rex illud de honore decretum, (4.) quod in ſchedula ſcriptum reperiebatur, ad effectum deduci juſſit: ſic omnia in Zerubabele impleta fuerunt, quia gratiam invenit & prudentiâ coram Deo, rege ac principibus duos ſocios ſuos ſuperavit. Poſteà rex Zerubabelem ſic allocutus eſt: roga, quicquid volueris, ego tibi iſtud effectum dabo; Zerubabel autem regi reſpondens dixit: recordetur quæſò rex, Dominus meus, voti, (5.) quod tu atque ſocius tuus, rex Cyrus, Domino, Cœlorum Deo, voviſtis, ut illius templum ædificaretis, ac vaſa omnia Sanctuarii ejus in locum ſuum reſtitueretis & ut populum Dei cœlorum, qui jam captivus detinetur, in pace dimitteretis, quò illum in Templo Sancto, quod ab ipſo nomen habet, (6.) colerent, atq; ibidem ad Deum cœleſtem pro rege ac regno ejus preces funderent; etenim votum, Deo cœlorum, nuncupatũ non eſt differendum. (7.) Tunc mandato regis ſcribæ omnia, quæ Zerubabel à rege petierat, illicò ſcripſerunt, (8.) nempe, ut deſerta Hieroſolymæ loca inſtaurarentur, Darius quoque rex ad Cyrum, Perſarum regem, miſit, (9.) ut

(3.) In codice Munſteriano, poſt נגד אלהים additur: ומלך & rege.
(4.) De quo ſuprà cap. 16. h. libr. num. 10.
(5.) Vid. Eſræ l. 3. c. 4. v. 43. & ſeqq. ac Joſephi Antiq. l. 11. c. 1. & c. 4.
(6.) In codice Munſteriano poſt: שמו עליו additur: ותשרת שמיניתו, quæ ibidem ſic verſa reperiuntur: & ubi habitat Divinitas ejus.
(7.) Conſer. hìc Munſteri Verſio Latina, ubi hæc aliter translata reperiuntur.
(8.) Vid. Eſræ l. 3. c. 4. v. 47.
(9.) Locus iſte videtur eſſe contrà ſextum caput libri 1. Eſiæ, verſ. 3. ubi ſcribitur, quòd anno primo Cyri regis, ipſe decreverit, ut domus Dei ædificaretur; ea verò, quæ hìc de Zerubabele referuntur, ſub Dario poſteriore contigerunt, conſer. Munſteri Notæ ad hunc locum, ut & Joſephi Antiqu. lib. 11. cap. 1. & cap. 4. vid. num. ſeq. 10.

תירבות ירושלם · וישלה המלך דריוש
אל כורש מלך פרס להיות ידו
בדבר הזה לשלם את נדרם לבנון את
בירת יי' אשר בירושלם · ואז העביד
כורש בבל מלכותו לאמר מי בכם
מכל עם אלהי השמים אשר נשאו
לבו לעלות ליסד ולבנות את בית יי'
העלה · ואני אתן מאוצרותי את בזך
עבודת העובדים עד כלותם לבוא · ·
ויכתבו הסופרים טופרי המלכים על
פני המלך דריוש מלך מדי וכורש מלך
פרס לשרי ולפחות המושלי ב בד
הנהר לאדומי ולצתיים ולצדוני
ולשמרנים ולאסף שומר פרס הלבנון
ידוע יהיה לכם כי העיד אלהי השמי
את לבבנו לשלוח את גלות עמו אשר
הגלה נבוכדנצר מלך בבל ולהשיב
האל את כלי הבית הגדול והקדוש אש'
נקר' שמך אלהי השמים עליו ולבנות
את מקדשו ולהקים את מזבוח ולו עלות
עליו עולות תמיד דבר יום ביומו ולבנות
היכל קדש הקדשים ולכונן הארמון על
משפטו ולבנות את פרצות ירושלם ·
ועתה כבוא המכתבים מאתנו אליכם
ותאמצ

ut & ipſe huic rei manum ſimùl admoveret, quó utriusque voto de Templo Domini, quod Hieroſolymis fuerat, exſtruendo, ſatisfieret. Cyrus itaque tunc per univerſum regnum ſuum publicè edixit: (10.) quicunque veſtrum è populo Dei cœleſtis aſcendere, fundamenta jacere & Templum Domini ædificare vult, is aſcendat, ego ex theſauris meis id, quod operariis ad inſtaurationem (11.) ædis ſacræ præſtandum fuerit, erogabo, donec illi opus perfecerint. Itaque ſcribæ regum Darii, Medorum ac Cyri, Perſarum regis, illorum mandato (12.) principibus & præfectis, qui trans flumen (13.) provinciis præerant, nempe Idumæis, Tyriis, Sidoniis, Samaritanis & Aſapho, qui ſylvam (14.) Libani cuſtodiebat, hunc in modum ſcripſerunt: notum vobis ſit, quòd Deus cœlorum animum noſtrum excitaverit, ut populum captivum, quem Nebucadnezar, rex Babyloniæ, in ſervitutem abduxerat, dimitteremus atque vaſa magni illius Sanctique Templi, quod juxtà nomen Dei cœleſtis vocatum eſt, reſtitueremus, & ut Sanctuarium ejus ædificaretur atque illius altare erigeretur & ſuper illud juge ſacrificium quotidiè offerretur, atque ut locus Sancti Sanctorum exſtrueretur, & ædificium, (15.) prout par eſt, ordinaretur ac ruinæ urbis Hieroſolymitanæ reparārentur. Nunc igitur, cùm hæ literæ noſtræ ad vos pervenerint, eſtote parati, ut opem Judæis feratis, & quicquid illis defuerit, ſuppleatis atque argentum, aurum, æs, ferrum, ligna, lapides, fabros ac latomos

præſte-

(10.) Quæ hìc de Cyri edicto referuntur, ea ſub Dario ſeniore, Cyri collega, geſta ſunt, prout Munſterus hìc obſervavit; quæ verò de Zerubabele hìc narrantur, ea ſub Dario poſteriore, prout num. antec. 9. dictum eſt, contigerunt; videtur itaque autor noſter tempora confundere, conſer. Joſeph. Antiqu. dict. l. 11. c. 1.
(11.) Sive: ad rupturam atque ſciſſuras explendas, ita dictionem ברוץ, quæ hìc habetur, juxtà R. Salomonem ad 2 Reg. c. 12. v. 6. interpretor, conſer. infr. h. c. n. 16.
(12.) Hebr. על פי המל' ita in codice Munſteriano, quem hìc potius ſecutus ſum, quàm noſtrum, ubi legitur על פני המל' i. e. coràm reg.
(13.) Nimirùm Euphratem, vid. Eſræ l. 1. c. 6.
(14.) Ita cum Salomone ad Nehem. cap. 2. v. 8. dictionem פרס hìc interpretari volui, Munſterus vertit: ſepta.
(15.) Hebr. הארמון, palatium, arx.

præſtetis, donec abſolutum fuerit ædificium; quicquid etiam ad reparandum (16.) opus illis fuerit neceſſarium, ac deinque quodcunque illi poſtulaverint ſeu triticum ſeu hordeum, ſive oleum, ſive vinum, quæcunque operi perficiendo neceſſaria fuerint, ea omnia illis præbeatis, etiam ad ſacrificia altaris juvencos, boves, arietes, hircos, oves, turtures, pullos columbarum, ſimilam, oleum, ſal & quicquid ad ſacrificium altaris inſtruendum ac perficiendum opus fuerit, ſuppeditetis. Idumæis quoque duo illi reges præceperunt, ut humeros ſuos ſervitiis Templi Domini obeundis ſubmitterent, quia illi ad ejus deſtructionem Chaldæis opem tulerant, & ut tributi nomine quinque talenta auri ad opus Templi firmandum quotannis penderent, donec iſtud perficiatur & domus atque urbs Sancta inſtauretur. Prætereà rex Tyriis, Sidoniis, Idumæis atque omnibus ſervis regiis, qui in Libano ſub poteſtate Aſaphi, qui ſylvam cuſtodiebat, erant, præcepit, ut ligna cæderent in Libano eaque à mari Libani usque ad mare Joppenſe deveherent ad opus ædis ſacræ perficiendum. Duo quoque reges illi juſſerunt, ne quis Judæos impediret, donec omne opus ad finem perductum eſſet. Qvamobrem ſcribæ iſta omnia, ſicuti à duobus illis regibus mandatum erat, ſcripſerunt eaque Zerubabeli, Sealthielis filio ac Nehemiæ, Hachaliæ filio, obſignata tradiderunt.

התאמצו לתת יזיכם לעזרתם ולמלאת
להם את כל מחסורם לכסף ולזהב
ולנחשת ולברזל ולעצים ולאבנים ולבגדים
ולחוצבים עד אם כלו לבנות ולתת להם
כל ברק המלאכה וכל אשר ישאלו
בפיהם גם חטי׳ ושעורים ושמן יין וכל
מחסור לברק המלאכה וגם לברק המזבח
להת׳ פרים בני בקר ואילים ועתודים
וכבשי׳ והומים ובני יונה וסלת ושמן
ומלח וכל ברקי דבר מזבח העבודה עד
כלותה׳ ועל האדונים צוו שני המלכים
לתת שכמם בעבודת בית י״י החרת כי
היו בעזרת הכשדי׳ להרסה׳ ולהיותם
נבוני׳ לתת מס לדביר דבר שנה בשנה
תמימת כברי זהב לחזק את ברק עבודת
הבית עד כלותה ולבנות את הבית ואת
עיר הקד׳׃ וגם צוה המלך לצורים
ולצידוני׳ ולארומים ולכל עבדי המלך
אש׳ בלבנון אשר הם תחת יד אפת
שומר הפרוס צוו לכרות עצים מהלבנון
ולמשכם מי׳ הלבנון ועד ים יפו למלאת
עבוד׳ בית האלהי׳׃ ויצוו שני המלכים
לאמר איש ל ינא את׳ עד בלותם כל
המלאכ׳׃ ויכתבו הסופרים את כל
הדברים האלה ככל אשר צוו שני
המלכים האלה ויתחתמו ויתנו לזרובבל בן
שאלתיאל ולנחמיה בן חכליה׃

(16) Habetur & hîc dictio ברק, de qua ſuprà h. c. n. 11. aliquid notatum.

CAP.

CAP. XX.

ויהי בעת ההיא ויחלה דריוש מלך מדי
למות ויהי כי קרבו ימיו למות וישלח
ויקרא לכורש מלך פרס חתנו בעל בתו
לבוא אליו׃ ויבא אליו וימליכהו החתיו
ותחת הממלכה אחת למדי ופרס ודריוש
המדי נאסף אל עמיו וימליכו שרי פרס
ומדי במאמ׳ המלך דריוש את כורש
חתן דריוש על מלכות מדי ופרס׃
ומהימים ההוא והלאה היו שתי מלכיו׳
מדי ופרס למלכות אחת וישב כורש על
כסא מלכו׳ בבל אשר לכשדים׃ ובשנת
אחת למלכו העיר י״י אלהי ישראל
את רוח כורש מלך פרס ויתחזק
לעשו׳ לעם י״י׃ ויכבר המלך את נדר
אשר נדר לשלח את הגולה ואת כלי
הקדש מבבל ליהושלם׃ וגם המלך
דריוש צותה לפני מותו על כברי
וישבועהו על זאת וישלח ויקרא אז
את כל זקני הגולת ויבאו לפני המלך
כורש ויקרא אליהם המלך לשלום׃
ויאמר אליהם המלך מי בכם מכל עם
אלהי השמים אשר ידבנו לבו לעלות
ליהושלם אל מקום רגלי האלהה הגדול
לבנות את ביתו ואת היכלו אשר הרס
נבוכדנצר מלך בבל והרשע לעשות
עמכם

H 2 probè

(1.) R. Salomo ad Daniel. c. 6. v. 26. notat, Darium in bello interfectum eſſe.

(2.) Id eſt: mortuus ac ſepultus eſt, phraſi in S. Scriptura recepta, confer. h. lib. 1. cap. ſeqq. 21. n. 32.

(3.) Hæc verba: ſicuti rex &c. usque ad: quapropter Cyrus, in Munſteriano codice non leguntur.

(4.) Vel: Salutans, ita hic dictionem שלום ſecundum mentem R. Salomonis ad Geneſ. c. 33. v. 11. vertere volui.

עמכם רע מכל המלכים אשר היו לפנינו
יבא נא אלי ויעלה ויבנה ויהי אלהיו
עמו כאשר יהבנו לכו׳ ואני כרש עבד
אלהיכם ומשיחו אשר המלכתי מפיל
אתן מהוני ומאוצרותי כל בדק בית
אלוה׳ הגדול׳ אלהיכם אלהי השמים
אשר המליכני ע׳ מלכות מדי ופרס
ואש׳ עזרנו על מלכות בשדים להשחיתתי
ואז עלו כל זקני ה׳לה ועזרא הסופר
ונחמיא בן חכליה ומרדכי וישוע וחובבל
בן שאלתיאל בראשם עם שאר ראשי
הגולה ׳ ויבאו ירושלימה ויבנו עיר הקד׳
ויבנו את היכל ה׳ במדר׳ אשר נתן
להם המלך ויבנו את המובח כמשפטו
ויערכו עצים ע׳ המוב׳ ואת בשר
הקרבנות שמו ע׳ העצים ואש הקדש
לא מצאו ׳ ויתפללו עזרא הסופר
ונחמיה

probè vobiſcum egit? is agedum ad me veniat, aſcendat & ædificet, ſitque DEus ejus cum illo, (5.) prout ipſe ſibi animo propoſuit, ego quoque Cyrus, ſervus Dei veſtri, ejusque unctus, (6.) qui ipſius voluntate regnum adeptus ſum, ex bonis atque theſauris meis ſuppeditabo, quicquid neceſſarium fuerit ad reſtaurandam domum magni Dei veſtri, nempe Dei cœlorum, qui me Perſarum Medorumque regno præfecit, quique ad deſtruendum Chaldæorum regnum auxilio mihi fuit. Tunc omnes captivorum ſeniores (quorum præcipui fuerunt Eſra (7.) ſcriba, Nehemias, Hachaliæ filius, Mardochai, Joſua ac Zerubabel, Sealthielis filius) cum cœteris captivorum primoribus aſcenderunt atque Hieroſolymam venerunt, urbemque ædificârunt & Templum Domini eâ menſurâ, quam illis rex præſcripſerat, exſtruxerunt aramque debito modo erexerunt atque ei ligna injecerunt; lignis autem carnem oblationum impoſuerunt; ſed ignem ſacrum (8.) non invenerunt. Tunc Eſra ſcriba, Nehemia Hachaliæ filius, Mardochai, Joſua, Zerubabel, Sealthielis filius cœte-

(5.) Id eſt: Deus animum ejus dirigat atque ſuſceptum opus ſecundet!

(6.) ומשיחו, ita hîc in noſtro codice, cui & Eſaias cap. 45. v. 1. conſentit, in Munſteriano dictio iſta non legitur, vid. infr. h. l. 1. c. 21. n. 46.

(7.) Eſra & Zerubabel atque Nehemia bis aſcenderunt Babylone Hierololymam, primùm ſub Cyro, quando gene alis licentia abeundi omnibus Judæis data fuit, quo tempore Hieroſolymam venientes imprimis altare holocauſtorum, quod ſub dio ſtabat, erexerunt & ſacrificia obtulerunt, Eſiæ l. 1. c. 3. v. 2. & ſeqq. dein, cùm cœptum opus templi impediretur à gentibus finitimis, tres illi principes Babylonem redierunt, ut gratiam & favorem Monarcharum obtinerent, & facultatem reſtaurandæ urbis impetrarent, ubi res ad ſecundum usque annum Darii dilata fuit, tunc Zerubabel dimiſſus eſt, ad condendum templum; poſteà anno ſeptimo miſſus fuit Eſra ſcriba, qui populum legem Dei doceret; tandem anno vicesimo ejusd. Darii, qui & Artaxerxes vocatus eſt, abeundi licentiam impetravit Nehemias, ut murum & portas urbis erigeret, ſicuti Munſterus hic notavit.

(8.) Hûc faciunt, quæ habentur Maccabæ. lib. 2. c. 1. v. 20. & dict. lib. 2. c. 2. v. 5. Non deſunt tamen viri graves, qui aſſerunt, ſecundo templo defuiſſe ignem ſacrum, arcam fœderis, altare incenſi & gloriam Dei ſive nebulam illam, quæ Templum primum olim impleverat, vid. Joh. Hoornbeek de Convinc. Jud. l. 2. c. 1. pag. m. 156. & ſeqq. abſurdum quoque eſſe dicunt, Jeremiam obſidionis tempore captivum nullaque autoritate conſpicuum ſacra illa inſtrumenta, tàm curiosè ſervata auferre potuiſſe; vid tamen R. Iſaac Abarbenel ad 1. Reg. cap. 1. fol. mih. 196. col. 4. העיקר ſeu fundamento 13. Id. ad 1. Reg. 8. v. 8. fol. m. 226. col. 1. & ad 2. Reg. 23. v. 3. fol. m. 302. col. 3. princ. confer. & Salian. in ann. 3609. n. 79. & ſeqq. & in ann. 3446. vid. & num. 12. h. cap. & cap. ſeqq. 21. n. 6. & n. 13. i. l. 2. c. 7. n. 4.

ותחמיה בן חכליא ומרדכי וישוע וחובבל
בן שאלתיאל ׳ ושאר ראשי הגולה
ויצעקו אל ׳׳ ויאמרו אדון כל העולם
אתה העירות את רוח מלך פרס ואתה
נתת בלבו לבנו׳ את ביתך לשלוח
עניי עמך וכהניך לזבוח את זבח זבחך
ואת שלמיך כאשר עשו אבותינו החסידי׳
לפניך והנה אנחנו עבדיך באנו אל
המקום הזה ונכונן את מזבחך במרבונתך
וחבונו זבח וערכנו עצים ע׳ העולה׳
ואין לנו ממשלה׳ ולא יכולת׳ ולא
רשיון מלפניי להקריב לפניך אש וזה׳
והאש הקדושה איננה אתנו כי הנביא
ירמיהו הסתיר אותה ושאר ראשי כהניך
אש׳ הלכו בגולה׳ בימי נבוכדנצר
ועתה אלוה׳ השמי׳ מה לעשות תן לנו
עצה ועזר׳ כי הממשלה בידך ובידך
לגדל ולחזק ולעזור לעבדיך ׳

ויהי כהתפללם כדברי׳ האלה ושם היה
וקן אחד מהכהנים ויכור את המקום
אשר התביא שם את האש הקדושה
ירמיהו הנביא ׳ ויצא הזקן הרוא אל
מדרץ

(9.) Ita dictionem: שלמיך, quæ hîc habetur, potius vertere volui, quàm holocauſta, ſicuti Munſterus transtulit, hæc enim עולות nomine veniunt, intelliguntur, hîc illa ſacrificia, quæ Pſalm. 116. v. 17. dicuntur זבחי תודה ſacrificia laudis, quibus pro accepta ſalute cœterisque beneficiis exhibitis gratiæ aguntur ac ſolvuntur, Græcis σωτήρια dici ſolent, confer. Exod. 24. v. 5. & cap. ſequ. 21. n. 14. ac lib. 2. c. 8. n. 12.

(10.) Sic Hebr. במכונתו hîc vertere volui, notat alias dictio תכונה diſpoſitionem, ſedem paratam &c.

(11.) Vel: alienum, Hebr. אש זרה, confer. Levit. cap. 10. v. 1. ubi LXX. πῦρ ἀλλότριον.

(12.) Vid. 2. Maccab. cap. 2. v. 1. & ſeqq. confer. & num. præced. 8. h. cap. ibique not.

CAP. XXI.

ACcidit autem, dum hunc in modum preces fundebant, ut ibi ſenex quidam ſacerdos adeſſet, qui loci ejus, ubi Jeremias propheta ignem ſacrum abſconderat, adhuc recordaretur, is itaque ſenex caſtris egreſſus eſt, eumque ſenes o-

מחוץ למחנה וילכו אחריו כל הזקנים
והנה הוא רואה החת החומה בור
את׳ ואבן גדולה עליו והיא היתה
מטוחה בטיחה של סיד ויחצו את
הטיחה ויגללו את האבן מעל פי
הבור ויראו בו מים כשמן עב וכדבש
וישובו ויגידו לעזרא ויבא עזרא אל
הבור ההוא לראות הפלא ויאמר אל
הכהני׳ רדו אתם אל הבור וקחו מהמים
בחפניכם ואיש זר לא יגע עם כי אם
הכהנים אשר מזרע אהרן כי האש
הקדושה היא בו וירדו הכהנים אל הבור
וישאו מן המי׳ בחפניהם וילכו אל
המזבח ויזקו המים על המזבח ועל
העולה ועל העצים׳ והיו בעשותם כן
והבער פתאום אש בלהב נורא ואדיר
והלהט הלהב ואש הקדוש׳ אוכלת
והולכת וחזקה מאד וינוסו הכהנים
מהבית כי לא יכלו לעמוד מפני האש
כי היתה האש הולכת וחזקה עד מאד
ומטהרת את המזבח גם להטהרת את
העולה ואת העצים ואת כל אשר על
המזבח

mnes secuti sunt, (1.) & ecce ille puteum quendam sub muro vidit, cui lapis magnus impositus, isque liturâ calcis obductus erat, quam lituram cùm removissent lapidemque ab ostio putei devolvissent, aquam ibidem viderunt instar olei crassi & instar mellis; illi itaque reversi rem istam Esræ (2.) indicârunt, qui, dum ad puteum illum accessit, ut miraculum cerneret, sacerdotibus dixit: descendite in puteum & aquam pugillis vestris excipite; nullus autem peregrinus (3.) illuc veniat; sed soli sacerdotes, qui ex Aaronis stirpe sunt, nam sacer ignis ibi est. Quamobrem sacerdotes ad puteum descenderunt & aquam pugillis suis exceperunt; dein ad templum iverunt, & aquam illam super altare atque holocaustum ac ligna sparserunt, quô factô repentè ignis terribilis atque magnus exarsit, (4.) qui sacram flammam, omnia devorantem, latè sparsit, eaque vehementer invaluit adeò, ut sacerdotes sese è templo proriperent, quia propter ignem stare non poterant, is enim sesè longè extendebat ac valdè vehemens erat atque altare purificabat & flammâ suâ holocaustum atque ligna ut & omnia, quæ suprà altare erant, absumebat, totamque domum circumibat, vasa expians atque templum. Posteaquàm autem ignis domum & vasa expiavit & holocaustum ac ligna cunctaque, quæ suprà altare erant, absumpsit, tunc

(1.) Vid. 2. Maccab. cap. 1. v. 20. ubi ignis sacri repertio paulò aliter, atque hic, describitur, confer. & Sam. Bocharti Hierozo. Part. 1. l. 2. c. 35. pag. 362.

(2.) Maccab. dict. cap. 1. vers. 20. refertur, quòd Nehemiæ istud fuerit renunciatum.

(3.) Hebr. איש זר, quibus verbis hic non ἀλλόφυλος, uti alias, intelligitur; sed is, qui non est è numero sacerdotum, uti in ipso habetur textu.

(4.) Nempe quando tempus adfuit, quo Sol resultsit, prout habetur 2. Maccab. c. 1. v. 22. hujus ignis sacri meminit & S. Macarius Homil. 11. ubi sic legitur: τὸ οὖν Ἱεροσολύμοις πῦρ, τὸ διακοιῶν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ τὸν καιρὸν τῆς αἰχμαλωσίας χωθὲν ἦν ἐν λάκκῳ καὶ αὐτὸ ἐκεῖνο ἐν τῷ χρόνῳ ἐφάνη καὶ ἐπανελθόν τὰς αἰχμαλώτους, ὥσπερ ἀνεκαινίσθη καὶ συνήθως διηκόνει, i. e. ignis, qui Hierosolymis subministrabat altari, tempore captivitatis defossus erat in fovea & ille ipse pace facta ac reversis captivis renovatus pro more serviebat; Rabbini tamen tradunt, ignem cœlestem defuisse in templo secundo, vid. R. Salomo ad Hagg. cap. 1. v. 8. & Raym. Martini Pug. Fid. Part. 2. c. 9. n. 13. it. Abarbenel. ad Haggæi cap. 1. fol. 277. col. 4. fin. confer. & autor tractatus Gallici, qui inscribitur: Histoire du Culte Levit. Part. 2. c. 7. pag. 255. edit. Amstel.

המזבח וכובבת את כל הבית ומטהרת
את הכלים ואת ההיכל׳ ואחרי טהרה
את הבית ואת הכלי׳ ואחרי אכלה את
העולה ואת העצים ואת כל אשר על
המזבח נגרעה מהבית רק על המזבח
נשארה כמשפט׳ ומהיום ההוא והלאה
נתנו עצים עליה וערכו עצים על המזבח
להיות אש יוקדת תמיד עליו לא תכבה׳
ותהי האש בו תמיד עד הגולה השנית
והארון אינינו כי לקחו ירמיהו הנביא
ע״ה עם כל היריעות אשר עשה משה
עבד יי׳ במדבר ויעלם הר נבו ויצא
שם מערה ויהנם בחוכה׳ והכהנים
אשר היו בימים ההם בימי ירמיהו הדפו
אחריו לראו׳ מה יעשה בארון וביריעות
למען הכיר את המקום׳ ויבט ירמיהו
הנביא אחריו וירא אותם ויקצוף וישבע
לאמר הא׳ יי׳ כי לא יודע המקום לאחד
מהם

tunc ille exemplo subtractus est & tantummodo in altari more consveto remansit. Ab illo itaque die ac deinceps ligna altari fuerunt imposita, ut ignis semper super illo arderet nec extingueretur, isque ignis perpetuò usque ad secundam captivitatem ibidem extitit; arca (5.) autem non adfuit, nam Jeremias propheta, (6.) piæ memoriæ, (7.) illam unâ cùm omnibus aulæis, (8.) quæ Moses, servus Domini, in deserto facienda curaverat, secum abstulit, eaque ad montem Nebo transtulit, ubi ille speluncam invenit, in qua eadem recondidit, & cùm sacerdotes, qui Jeremiæ ætate vixerunt, illum secuti essent, (9.) ut viderent, quidnam ipse cum arca & aulæis facturus esset, locumque notarent, Jeremias propheta retrò conversus eosdem iratus aspexit & juravit dicens: profectò (10.) nemini ex istis notus erit locus, donec venerit (11.) Elias, servus Domini, in diebus ultimis, is (12.) arcam ad locum suum, ad Sanctum Sanctorum, subter alas Cherubim reducet. (13.) Ab hoc itaque tempore ac deinceps patres nostri oblationes suas, holocausta, sacrificia

(5.) Hebr. יהארון, sic in nostro codice, in nonnullis additur: ולוחות & tabulæ, nempe Mosis.

(6.) Vid. 2. Maccab. c. 2. v. 5. confer. & cap. antec. 20. n. 8. ibique not.

(7.) Sic abbreviaturam istam ע״ה i. e. עליו השלום hic vertere volui, cui Græca illa respondent: τῆς θείας seu ἁγιωσύνης λήξεως.

(8.) Hebr. היריעות Munsterus transtulit: cortinas, ita enim dictione Barbarâ (nempe Gallica: courtines) nominat conopea sive aulæa; sed ista dictione etiam recentioris ævi scriptores, inter quos est & B. Ambrosius l. 5. Epist. 33. usi sunt in eadem, quæ hic apud Munsterum habetur, significatione.

(9.) Confer. hic 2 Maccab. cap. 2. v. 6.

(10.) Ita hic vertere volui ista. חי יהוה i. e. vivit Dominus, absunt autem hæc à codice Munsteriano.

(11.) In codice Munsteriano hic ita legitur: עד בואי אני ואליה i. e. donec venero ego & Elias; in libro 2. Maccab. c. 2. v. 7. & 8. ita habetur: donec congreget Deus congregationem populi & propitius fiat & tunc Dominus ostendet hæc & apparebit majestas Domini & nubes erit, sicuti & Moysi manifestabatur & sicut, cùm Salomo petiit, ut locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc.

(12.) In Munsteri codice pro הוא ישיב sicuti noster habet, legitur: אז נשיב tunc restituetur vel restituemus, prout Munsterus ibidem vertit.

(13.) Certum est, inquit hic Munsterus in Notis suis hoc loco, arcam Domini non fuisse translatam in urbem Babylonem cum reliquis vasis sacris, alioquin restituta fuissent cum eisdem; quod tamen non legimus, nam Esræ lib. 1. c. 1. v. 11. non fit mentio arcæ Domini; sed & Judæi constanter dicunt, in templo primo fuisse ista quinque: arcam cum propitiatorio, Cherubim, ignem cœlitus missum, Spiritum S. Urim & Thumim, quæ non fuerunt in Templo secundo, quia expectabatur tunc Dominus templi & verus ille propitiator, confer. cap. antec. 20. n. 8.

מהם ער בוא אלהנו עבד י׳ בימים
האחרונים והוא ישיב את הארון אל
מקומו אל קדש הקדשים אל תחת כנפי
הכרובים׃ ויהי מזרום ההוא והלאה׃
ויקריבו אבותינו את קרבנותיהם ואת׃
עולותיהם ואת זבחיהם׃ ואת שלמיהם׃
ואת תמידיהם דבר יום ביומו כי עזום
מלכי מדי ופרס בכסף וזהב וחטים ושמן
ויין ובקרו׃ ואלים ובכבשים דבר שנה׃
בשנה כי אהבו מלכי מדי ופרס להיכל
אלהינו ואת מקדשו והמלך כורש מלך
על כל ממלכות הארץ וירשך השם את
ימינו ויבטש לפניו שערי בחל וילחו׃
נחשת שבר לפניו ומטמוני אוצרות נתן
אליו כאשר דבר ביד עבדו ישעיהו
הנביא למען יעקב עבדו וישראל אשר
בחר בו׃ וילחם כורש במזרח וילכוד את
כל מעברו׃ ארץ הדו ובזרום גברת׃
ממלכתו׃ וילכוד את כל ארץ כוש ואת
כל

ficia ſua & euchariſtica (14.) atque juges victimas, ſuo quoque die, obtulerunt; nam Medorum atque Perſarum reges aurum, argentum, triticum, oleum, vinum, juvencos, arietes atque oves quotannis ſuppeditârunt, quia Medorum & Perſarum reges templum Dei noſtri ejusque Sanctuarium dilexerunt; rex autem Cyrus ſuper omnia orbis terrarum regna imperium habuit, & Dominus Deus illius dexteram firmavit eique gentes ſubjecit ac portas ferreas coràm illo aperuit januasque æneas confregit atque theſauros abſconditos ei dedit, ſicuti per propheram, Eſaiam, (15.) ſervum ſuum, locutus eſt, propter Jacobum ſervum ſuum & Iſraëlem, quem elegerat; Cyrus autem bellum geſſit in Oriente atque omnes Indiæ regionis tranſitus (16.) in poteſtatem ſuam redegit, in meridie (17.) quoque ipſe regnum ſuum ſtabilivit, & univerſam Æthiopiæ ditionem omnesque finitimos meridianæ & occidentalis plagæ populos ad Hiſpaniam (18) usque ſubjugavit; præterea etiam in Septentrione rem præclarè geſſit (nam Dominus, Deus noſter, illum viribus inſtruxerat) omnemque Macedoniam, Cappadociam (19.) atque Jarreram, (20.) univerſam quoque terram

Alchen

(14.) Vid. quæ ſupra cap. præced. 20. n. 9. ea de re dicta ſunt.

(15.) Vid. Eſai. c. 45. v. 1. 3. & 4.

(16.) Loco munita, clauſtra, ita Hebr. מעבורים hic interpretari poſſis, Munſterus vertit: vada.

(17.) Seu in plaga meridionali; in codice Munſteriano poſt וכורזום i. e. & in meridie, hæc ſolùm leguntur: ובמערם ובצפון והרי אלרת הוא הר השור ועד הרי השלג אשר אין לעברם וויתר דבריו חסי. i. e. in occidente atque Aquilone & in montibus Alath, qui eſt mons Taurus, perveniens usque ad montes nivium, qui tranſiri nequeunt, reliqua verò ejus geſta &c. vid. continuatio in ipſo textu h. cap. n. 24. cætera autem omnia, quæ hic in noſtro codice usque ad dictum numerum 24. interjecta ſunt, in Munſteriano non leguntur, confer. & num. 22. h. cap. & Raym. Martini Pug. Fid. part. 2. cap. 3. §. 8. fol. 215. edit. Lipſ.

(18.) Ita nomen: ספרד, quod hîc habetur, communiter interpretantur Judæi, confer. R. Salomo ad Obadiæ cap. 1. verſ. 20. Idem dict. loc. Franciæ regnum צרפת dici Hebræis notavit.

(19.) Sic כפתור cum Alſtedio Chronol. Tit. 27. aliisque hîc explico. confer. infr. h. cap. n. 39.

(20.) Sic nomen: ארזא, quod hîc in noſtro codice habetur, vertere, volui, poſſes etiam transferre: Jearrera, pro diverſitate punctorum, alii codices habent: ארזא, quod vertere poſſis: Ardeam, quæ urbs fuit Latii, ſortè legendum: ארט Ararat. i. e. Armenia, nomina enim propria apud autorem noſtrum valdè corrupta reperiuntur, confer. num. ſeq. 21. apud Raym. Martin. in Pug. Fid. part. 2. cap. 3. §. 8. legitur יארזא quod ibidem vertitur: Jadra.

כל הושבי באפסי הדרום ובמערב ועד
ארץ ספרד׃ ובצפון הגדיל לעשות׃
בגבורה כי תוקן י״י אלהינו וילכוד את
כל ארץ מקדון ואת כל ארץ כפטור
ואור״ע ובכל ארץ אל״ען ואלש״אר׃
והרי א״לת והם הרי אשור לבדו עד
הרי השלג והרי החשך הלך ומלך אשר
אין יכולת לאד׳ לעברם ויתר דבריו
הלא הם כתובי׳ על ספר מלכי מדי
ופרס ועל ספרי אני יוסף הכהן ן׳
גורין הבורן אשר כתבתיו לדמיום והוא
הספר הנקרא יוסיפון ואני הוא יוסף׳
בן גורין אשר הגלו אותו טיטוס
ואספיאנוס מירושלם׃ גם דברי בודש
כתובים

Alchen & Alſar (21.) atque montes Alath, † qui ſunt montes Aſſur, (22.) ſubegit & usque ad montes nivales ac tenebroſos (23.) pervenit, atque eò loci imperium ſuum extendit, quò nemo unquam penetrare potuit; reliqua (24.) verò ejus geſta in libro regum Mediæ ac Perſiæ, ut & in libro meo, (25.) quem ego Joſephus, Sacerdos, Gorionis filius, Romanis conſcripſi, qui liber Joſephi vocatur, literis conſignata reperies; ego autem ſum Joſephus ille Gorionis filius, quem Titus & Veſpaſianus * ex urbe Hieroſolyma captivum abduxerunt; quæ verò à Cyro geſta ſunt, ea etiam in Regum Romanorum libris memoriæ tradita ſunt; hunc autem librum ego, Joſephus, Gorionis filius, ſacerdos, Iſraëlitis conſcripſi (26.) atque res geſtas, quæ in illo continentur, narravi atque in

eo

(21.) Ita nomina: אלתן & אלסאר quæ hic habentur, vertere volui; poſſes & aliter vertere, pro ratione punctorum, ſed hæc quoque nomina corrupta puto, eaque jam aliis inquirenda atque reſtituenda relinquo, Raym. Martin. Pug. Fid. dict. part. 2. cap. 3. §. 8. habetur: אלאן ואלאסר quod ibidem vertitur Elan & Elaſar.

† Hebr. אלרת, ſic in noſtro codice, apud. Raym. Martin. Pug. Fid. alleg. part. 2. c. 3 §. 8. habetur: אלתחו, quod ibidem verſum eſt Eltahu, al. Altahu.

(22.) והם הרי אשור, ſic in noſtro codice; in Munſteriano legitur: והוא הר השור i. e. atque hic eſt mons Taurus, prout jam antea num. 17. h. cap. notatum eſt, quæ lectio alteri illi, quæ hic habetur, præferenda videtur.

(23.) Iſtorum montium tenebroſorum etiam in deſcriptione rerum, ab Alexandro Magno geſtarum, fit mentio, vid. lib. 2. cap. 16. n. 13. & infrà l. 6. c. 1. n. 26. confer. & R. Salom. ad Amos c. 4. v. 3. ubi Paraphraſtes Jonathan Hebræa illa והשלכתנה ההרטונה vertit: ויגלון יתכון לחלאה מן טורי הגרמני i. e. & transferent vos ultrà montes Armeniæ (ſicuti Ariæ Montani verſio Latina habet, R. Salomo autem ibidem exponit הרי חושך montes tenebroſos, ita ut הגרמני juxtà illius mentem notet חרם וחורבה i. e. penitus deſtructum & deſolatum.

(24.) Hic fit continuatio textus in codice Munſteriano, vid. ſupr. h. cap. n. 17.

(25.) Hebr. ועל ספרי אני וג׳ ita hic in noſtro codice; ſed in Munſteriano legitur: ועל ספר מלכי רמיום i. e. & in libro regum (Imperatorum) Romanorum; reliqua autem omnia, quæ hic in codice noſtro ſequuntur usque ad finem hujus capitis 21. abſunt à codice Munſteriano & videntur à Judæo quodam interpolatore adjecta eſſe, confer. cap. ſeq. 22. n. 1. ibique not.

* Confer. hic Raym. Martin. Pug. Fid. patt. 2. cap. 3. §. 8. ubi paulò aliter legitur.

(26.) Nimirum linguâ Hebraicâ, nam Joſephus, uti ipſe in præfatione ſive in Prologo librorum de Bello Judaico teſtatur, antequam hiſtoriam belli Judaici Græcè ederet, eandem jam linguâ Hebraicâ divulgârat, vid. Iſaac. Voſſii caſtigat. ad Hornii ſcriptum c. 2. & 3. confer. & infr. h. cap. n. 34.

כתובים עוד עד ספרי מלכי המדים
והנה זה הספר אני יוסף בן גוריון הכהן
בחתיו לישראל והספרים אשר בו אני
ספרתי אותם וביארתי בו כל המשפחות
והאומות והארצות הנוכרות בו וזה בחלק
ראשון גם נקרא ספר וגם בן עשיתי
בספר שני לו והוא הספר אשר החילותי
בו לספר ספורי מלכות אלכסנדרוס ז'
פיליפוס מקדון ובניאיש. ובן ספרתי
אודות מולדתו והכתרתו וגבורותיו וכל
ספורי קורותיו עם מלכי הארץ. וכל
הקורות אשר קרהו לעם אלהינו בימינו
עד בא חליפת אלכסנדרוס ז' פיליפוס.
ובספר השלישי ספורי ויהי אחרי מות
אלכסנדרוס וימלוך אנטיפרוס שר צבאו
והתהיו בארץ פחרים והחלק מלכותו
כתבתי את כל הקורות אש' מצאו את
אבותינו עם הקד' על יד מלכי רומה
ומלכי יון ומלכי גוים אחרי ועל יד
מלכי ישראל מזמן מלכות אנטיפרס
הנזכר ושאר המלכים אשר מלכו אחרי
מות אלכסנדרוס כי נחלקה ממלכתו עד
זמן מלכות בני חשמוני הכהנים. ובספר
הרביעי

eo omnes nationes, populos ac regiones, quarum ibi fit mentio, perſpicuè expoſui, idque in parte prima, quæ & liber (27.) vocatur, peregi; quod & in ſecundo libro obſervavi. in quo facta regis Alexandri, qui Philippi, Macedonis & Nebiaræ (28.) fuit filius, narrare cœpi, ſic quoque ejusdem nativitatem, prudentiam ac fortitudinem, & omnia, quæ ei cum regibus terræ evenerunt, narravi, ut & omnes caſus, qui populo Dei noſtri iſtis temporibus acciderunt, usque ad obitum Alexandri, Philippi filii; in tertio retuli, quænam poſt mortem Alexandri evenerint, & quomodo Antipater, præfectus ejus, in terra Pathros (29.) eidem ſucceſſerit in regno & quanam ratione ipſius regnum fuerit diviſum & quæcunque patribus noſtris, populo Sancto, ſub Regum Romanorum, Græcorum aliarumque gentium imperio, ut & ſub regibus Iſraëliticis, evenerint, nimirùm ab illo tempore, quo Antipater, cujus jam mentio facta eſt, cœterique reges poſt mortem Alexandri regnârunt (nam regnum ejus diviſum fuit) usque ad tempus, quô Haſmonæorum (30.) filii, ſacerdotes, regno præfuerunt. In quarto libro omnes caſus, qui patribus noſtris ab initio filiorum Haſmonæorum ſubRomanis, Græcis aliorumque populorum regibus evenerunt usque ad finem regni Alexandræ, (31.) quæ Hyrcani nurus & Alexandri, Hyrcani filii, uxor fuit, ac quomodo illa mortua & ad

(27.) Nota hic compoſitionem ac ſeriem totius operis ejusque librorum, quorum ἀναπεφαλαιωσις hic habetur.

(28.) Hebr. נביארש ſic in noſtro codice vocatur mater Alexandri Magni, quæ à cœteris Scriptoribus appellatur Olympias, de qua plura auctor noſter vel ejusdem interpolator in hiſtoria rerum, ab Alexandro Magno geſtarum refert, ubi vide ſis, confer. & infra lib. 2. cap. 10. num. 2.

(29.) Juſtinus Hiſtor. l. 13. c. 5. refert, Antipatro Græciam ſorte eveniſſe poſt mortem Alexandri Magni; Pathros autem inter Ægypti provincias refertur, de qua vid. & Elai. c. 11. v. 11. & Jerem. c. 44. v. 1. atque Ezech. c. 29. v. 14. & c. 30. v. 14. conſer. infrà l. 2. c. 23. n. 2.

(30) Qui etiam Maccabæi dicti fuerunt, nimirum à Juda Maccabæo, vid. 1. Maccabæ. c. 4. v. 4. conſer. etiam, quæ infr. l. 3. c. 7. n. 3. & eod. l. 3. c. 9. n. 8. annotata ſunt.

(31.) Hæc Alexandra etiam הילנה al. אולינא id eſt, Helena ſive Oleina nominata fuit, ſi quidem fides habenda eſt autori libri iſtius blasphemi, cujus inſcriptio eſt: יוסיפון, quem D. Wagenſeilius in Tractatu: Tela ignea Satanæ, edidit, conſer. & infr. l. 4. c. 13. n. 4. & n. 14.

הרביעי כתבתי את כל הקורות המוצאות
את אבותינו מתחלת בני חשמוני עד
יד מלכי רומה ועל יד מלכי יון ומלכי
גוים אחרי עד הום מלכות אלכסנדרס
כלת הורקנוס אשת אלכסנדר ז' הורקנוס
והמת והאסף אל עמה. ובספר חמישי
כתבתי אודות הקורות המוצאי את
אבותינו מזמן הום מלכות אלכסנדרס
הנזכרת אשת אלכסנדר בן הורקנוס
והמת והאסף אל עמה וימלכו שני
בניה על ישראל והם הורקנוס
ואריסתבלוס בני אלכסנדר עד בא זמני
להלחם מלחמות י"י אני וזיעי ועד הגיע
עת קץ הגולה הרעה המשחית בימי
אנטיפס המלך. ואשר ראיתי בזמני
והעידותי בעיני נלחמתי את מלחמות
י"י ביכלתי בהתבי בספר ששי והספר
השישי נקרא שמו יוסיפון בלשון יהודית
גם נקרא מלחמות י"י ובלשון יוני נקרא
יוסיפוס ובלשון החומים יוסיפס כי כן
שמי אצלם. ואנוכי נקרא הוא על שמם
להיות שם הספר הכולל כן גם כי באשר
ספרתי בו ראיתי והעידותי בעיני. ואשר
ספרי

ad populum ſuum collecta fuerit, (32.) expoſui. In libro quinto eventa illa, quæ majoribus noſtris acciderunt à tempore, quo regnum Alexandræ (cujus jam meminimus, quæ uxor fuit Alexandri, Hyrcani filii,) finem habuit, & quomodo illa defuncta & ad populum ſuum collecta ſit (33.) ac qua ratione duo ejusdem filii, Hyrcanus & Ariſtobulus, Alexandri filii, regno Iſraëlitico præfuerint, literarum monumentis tradidi, ad illud usque tempus, quo ego atq; ſocii mei bella Domini geſſimus, donec finis appropinquavit acerbiſſimæ iſtius & pernitioſæ captivitatis, quæ Agrippæ regis ætate contigit. Quæcunque igitur ipſemet temporibus illis, queis bella Domini geſſi, oculis meis vidi, ea ego teſtatus ac ſcripto, quantum potui, complexus ſum in libro ſexto, qui lingvâ Judaicâ (34.) Joſippon & liber Bellorum Domini vocatur ac Græcâ linguâ Ἰωσηπος; Romanâ verò Joſephus (ſic enim nomen meum apud illos audit) appellatur, nec immeritò ab illis ita vocatur, quia nomen libri (35.) iſtius generale (36.) eſt: nam quæ ipſe oculis meis vidi, ea teſtatus in illo atque ſcriptura complexus ſum; quæ verò in prioribus (37.) libris retuli, ea literarum monumentis ita tradidi, ſicuti illa apud ſcriptores ſinceros, nemde Nicolaum, (38.) Hiſtoricum fide dignum, ex provincia Damaſcena oriundum (quem etiam egomet vidi) ut & apud Strabonem, Cappadocem (39.)

(32.) id eſt: ſepulturæ traditæ; eſt autem Phraſis iſta Hebræis ſolennis, vid. ſupr. h. lib. 1. c. 20. n. 2. & num. ſeq. 33. h. cap.

(33.) Vid. Num. antec. 32. ibique not.

(34.) Id eſt: Hebraicâ, vid. ſupr. h. cap. n. 26. & infra h. cap. n. 44. ibique not.

(35.) Nimirum ſexti, qui bella Domini & Hierosolymæ excidium complectitur.

(36.) Seu: collectivum, univerſale, Hebr. הכולל quia liber ſextus illa continet, quæ Joſephus oculis ſuis vidit & quorum ipſe non minima pars fuit, ideò liber iſte generali ſeu collectivo nomine κατ' ἐξοχὴν dictus eſt Joſephus ſeu liber Bellorum Domini, quaſi is totius operis ſummam ac præcipuum finem contineat, factâ à potiori denominatione.

(37.) Sive anterioribus, nempe in libris illis, qui ſextum præcedunt.

(38.) De hoc Nicolao Damaſceno vid. & infr lib. 4. c. 17. n. 30. conſer. etiam H. Grot. de Verit. Rel. Chriſt. in not. pag. mih. 209. Idem in Epiſtol. ad Gallos Epiſtol. 117. ubi plura de iſto Nicolao Damaſceno.

(39.) Vid. quæ ſupr. h. cap. 21. num. 19. notata ſunt.

atque Titum, Scriptorem Romanum, & apud Theognem (40.) Hierosolymitanum, atque Porphyrium (41.) Romanum, ut & apud alios multos Historicos scripta reperi; ea quoque, quæ ætatum successione per Sanctorum patrum meorum, Summorum Pontificum, traditionem, ut & à Scriptoribus, legis peritis, audivi ac didici, memoriæ tradidi: enimverò sextam partem (42.) eorum (43.) linguâ Judaicâ (44) scripsi, sexta pars liber est meus, qui sum Josephus, Sacerdos, Gorionis filius, sextam partem Josephi nomen complectitur. (45.) Jam ulterius pergam narrare maximas vires atque potentiam Cyri regis, quem Deus noster omnibus mundi regnis præfecerat eumque super illa unctione sua (46.) constituerat, donec in descriptione pulchritudinis Templi secundi & quomodo Sanballatus, Choronita (47.) tempore Alexandri, Philippi filii (qui Darium secundum devicit & universum illius regnum destruxit) rebellârit, (48.) desinam.

CAP.

(40.) Ita nomen תוגנוס, in nonnullis exemplaribus habetur, hic vertere volui, in nostro codice legitur תוגנס Thogethes, sine dubio corrupte; nam תמאגנס vel תימאגנס i. e. Timagenes legendum esse puto, fretus autoritate Josephi, qui libro 2. contrà Appion. Timagenem Straboni Cappadoci & Nicolao Damasceno conjungit, sicuti etiam hoc loc. fit, idem Josephus Antiqu. l. 13. c. 19. ejusdem Timagenis mentionem facit; hûc faciunt, quæ infrà l. 4. c. 9. n. 8. notata sunt.

(41.) Quisnam iste Porphyrius Romanus historicus fuerit, jam aliis inquirendum relinquo, nam hunc diversum fuisse ab illo Prophyrio, qui contrà Christianos scripsit & Aureliani Imperatoris ætate vixit, atque ita longe post Titi ac Vespasiani tempora, quibus Josephus noster ἐυγχρονος fuit, temporis series evincit.

(42.) Sive: sextum librum, de quo hic sermo est.

(43.) Nempe, quæ toto hoc opere continentur.

(44.) Id est: Hebraicâ, confer. quæ supr. h. c. n. 34. notata sunt.

(45.) Vid. suprà h. cap. n. 36. ibique not.

(46.) Vid. Esai. c. 45. v. 1. confer. & supr. c. 20. n. 6.

(47.) Hic alius fuit ab eo Sanballato, qui urbis Hierosolymæ ac templi secundi ædificationem impedivit, vid. Nehem. c. 2. v. 10. & c. 4. v. 7. c. 6. v. 1. confer. & supr. h. l. 1. c. 12. num. 6. ibique not.

(48.) Vel: defecerit, Hebr. כשׁשׁ prout hic habetur, nam is magno cum offendiculo Judæorum sub Alexandro Magno templum Garizitanum exstruxit, cujus filia Nicaso vel Ichaso nupserat Menassi, fratri Jaddi, vid. suprà h. l. 1. c. 8. dict. n. 6. confer. & Josephi Antiq. l. 11. c. 8.

CAP. XXII.

CYrus autem (1.) etiam bellum contrà Scytharum * regem gessit & in Scythiam profectus est, quia Scytharum rex adversùs illum rebellaverat & ab eo defecerat; Scythæ igitur eidem obviam progressi acerrimum cum ipso prælium instructa acie iniverunt; sed illi accepta clade terga dederunt & in fugam acti sunt eorumque rex in pugna occubuit, præterea Cyrus fortissimum quemque illius exercitus humi prostravit atque interfecit; cœteros autem persecutus est, qui ad urbes suas ac loca munita unà cum Thalmira (2.) reginâ, Scytharum regis uxore, atque illius filio se receperunt. Cyrus itaque videns, Scythas ad urbes suas confugisse nec quenquam ex illis egredi, excogitatô dolo castra sua reliquit (3.) simulans fugam; Scythæ autem ex oppidis suis cum regis filio egressi sunt, ut Cyrum persequerentur, nam ipsum reverà aufugisse crediderant; ast Cyrus cognitô, quòd Scythæ in planitiem descendissent, reversus est & eosdem aggressus, trecentos ex illis interfecit, inter quos etiam regis filius cecidit;

(1.) Hic fit continuatio narrationis Historicæ in codice Munsteriano, à quo absunt illa omnia, quæ num. 25. capitis antecedentis 21. in nostro codice usque ad finem ejusdem capitis leguntur, vid. dict. n 29. ibique not.

* Sic שטים hic interpretor, confer. Justini Histor. lib. 1. c. 8. & Raym. Martin. in Pug. Fid. part. 2. c. 3. § 8. qui vertit: Sittim, confer. ibid. Josephi de Voisin not. fol. 303. col. 2. edit. Lipsi. Scythæ isti dicti fuerunt etiam Sakæ, vid. Strabo lib. 11. alleg. autor libri Gallici: Histoire des dogmes & des cultes &c. Parr. 4. Traite 6. c. 2.

(2.) Hebr. עם תלמירה, ita hic in nostro codice; sed Munsterianus habet: על תלמירה, unde ipse vertit: ad Talmiram, ab aliis Scriptoribus appellatur Tamyris, vid. Justin. Histor. l. 1. c. 8. dicitur: Tomyris, vid. Lucian. in Charonte & Herodot. l. 1. confer. & Raym. Martin. Pug. Fid. dict. part. 2. cap. 3. §. 8. fol. 276. edit. Lipsi.

(3.) Idem refert Justinus Histor. dict. lib. 1. c. 8. ubi addit: Cyrum vini affatim & ea, quæ epulis erant necessaria, reliquisse.

cidit; Scythæ autem (4.) cum Thalmira reginâ, ad montem quendam se receperunt, quô factô Cyrus rex urbes eorum munitas cepit easque destruxit, & in provinciis, à se subactis, præsidia constituit, id sibi proponens, ut ex regione ista egrederetur; Thalmira autem regina, videns filium suum interemptum esse, ægerrimè id tulit & in furorem ac crudelitatem versa *obstinatô animô morti obviâ ire decrevit, abiens itaq; struxit insidias & montium transitus, qui in Scythiam ducunt, occupavit; Cyrus autem, dum sine ullo metu è Scytharum regione egrediebatur, nullas suspicatus insidias, exercitum suum omnem traduxit ac pauci cum illo relicti sunt, ipseque inter duos montes pernoctans in loco isto dormivit; Thalmira verò regina noctu repentè in castra Cyri impetum fecit & ex illius copiis ducenta millia (5.) Persarum fortissimorum trucidavit, ipsumque Cyrum regem in eo prælio interèmit animoque efferato veluti crudelis ac sæva bestia, non secus atque ursa, cui catuli sunt ablati, in corpus Cyri irruit ejusque caput manibus (6) suis amputavit, idque in lacum, (7.) interfectorum sangvine plenum, conjecit, hæc addens verba: bibe, rex Cyre, & satia animum tuum sangvine, quem tantopere amâsti & cujus infinitam copiam triginta hisce annis * effudisti. Hunc vitæ finem rex Cyrus habuit in bello, quod in Scytharum regione gessit; neque verò ipse solus hujusmodi exitum nactus est; sed Saulus quoque,

המלכה אל ההר וילכוד המלך כורש
את עיר מבצריהם והרסם וישם כורש
נציבים במרינות אשר לכך ויצוה אל
לכו לצאת מן הארץ· ויהי כאשר הראה
המלכה תלמי׳רה כי מת בנה ותתעצב
המל׳ מאד ותחאבזר ותשם את נפשה
בכפה למות ותלך והארוב והלכוד את
מעברות ההרי׳ אשר לשמיתה׳· ויהי
בצאת כורש המלך מארץ השיטים
בהשקט ובבטוחה כי לא נתן אל לבו
לאורב· ויעבור את כל מחנהו וישאר
עמו מתי מעט וילן בין שני ההרים וישכב
במקום ההוא· ויהי בלילה ההוא ותבל
תלמי׳רה המלכה על מחנה כורש פתאום
ותך במחנהו מאתים אלף גבורי פרס
ויהרג גם המלך כורש במלחמה ההוא·
ותאבזר המלכה ותבא על פגר כורש
כהיה רעה ונבובה אשר הוא שכולה
כרוב שכול וכדובת בידיה את ראש
והשימתו בתוך הכוד אשר מלאה אותו
מדם חללי׳· ותאמר תלמי׳רה שתה
כורש המלך ושבע ויוה נפשך מן הדם
אשר אהבת זה שלשים שנה שפכת דם
לאין מספר· והמלך כורש מצא במלחמה
אשר

(4.) Hæc verba: Scythæ autem, & quæ sequuntur, usque ad: Thalmira autem, abiunt a codice Munsteriano.

* Hebr. תתאבזר, sic in codice nostro Hebræo; apud Raymund. Martin. in Pug. Fid. alleg. part. 2. c. 3. §. habetur: ותתעצב i. e. & doluit.

(5.) Hebr. מאתים אלף, sic in nostro codice, idem refert & Justinus Histor. l. 1. c. 8. apud Raym. Martin. in Pug. Fid. Part. 2. c. 3. §. 8. habetur: שתי אלף i. e. duo millia.

(6.) Hebr. בידיה, ita hic in nostro codice; absunt tamen ista à codice Munsteriano.

(7.) Justinus Histor. dict. lib cap. 8. scribit, reginam Cyri caput in utrem, humano sanguine repletum, conjecisse.

* Confer. hic. Petr. Galatin. de Arcan. Cathol. Veit. libr 4. c. 15.

que, (8.) unctus Domini, vitam suam ita clausit atque supremum diem in prælio obiit, eodem modo etiam Josias; justus, vitam suam in bello finivit. (9.) Rex itaque Cyrus ad populum suum collectus est, eique Cambyses, filius, in regno successit, qui expeditione in Scythiam suscepta regnum ejus subjugavit atque Thalmiram reginam gladiô interfecit, regiamque stirpem delevit, quô factô Cambyses ad Medorum (10.) atque Persarum regna abiit eaque occupavit, prætered & Damascum in potestatem suam redegit ejusque primores, quia rebellionem adversùs se susceperant, gladiô interemit; posteà ipse in Armeniam profectus cum regionis istius incolis eorumque rege bellum gessit, eosque imperio suo subjecit & illorum filios secum duxit obsides, idem etiam Ægyptum regno suo adjecit, atque omnes ejus incolas valdè debilitavit eosque sibi servos ac vectigales fecit & in illos (11.) imperium vi exercuit; quô factô populi omnes illum vehementer extimuerunt ac metus ingens omnia illius regna pervasit; patres autem nostri Cyro cunctisque, qui post illum fuerunt, regibus leni servitutis jugo (12.) subjecti fuerunt, quia nullo eos malo aut calamitate afflixerunt; sed potius argentô, aurô, triticô, hordeô, oleô, vinô, arietibus & hircis quotannis eos adjuverunt.

אשר נלחם בארץ השטי׳ את גבול היו
ולא מצא כורש המלך את הגבול הזה
בכה לברו כי גם שאול משיח יי׳ ימיו
הופגרו במלחמה וימיו קצבו כו׳· וגם
יאשיהו הצויק מצא גבול היו
במלחמה׳· והמלך כורש נאסף אל עמיו
וימלך במבי׳שר׳ בנו תחתיו· וילך
במבישה וילכוד את ממלכו׳ שטימה ואת
הלמי׳רה המלכ׳ הרג בחרב ובער את
זרע ממלכתה׳· וילך במבי׳שר׳ על
ממלכו׳ מדי ופרס וילכוד
במבישה׳ את דמשק ואת שרו׳ הרג
בחרב על אשר מרדו בו· וילך ע
ארמי׳ניאה וילחם עם יושביה וממלכה׳
ויכניעם הזה ממלכתו ויקח את בניהם
לעבדים· וימלך על מצרים וילכדה׳
ויבנע את כל יושביה וישימם לעבדים
לו ולנוחני מם וימשול עליה׳ בחוקה׳
ויפול פחדו על כל העמים ופחדו נפל
על כל ממלכתו מאד מאד· ואבותינו
עבדו למלך כורש ולכל מלכי פרס אחריו
עבודה מתוקה כי לא הרעו להם ולא
להצו אות׳ ואמנם עזרים בנסף ובזהב
ובתבואים ובשעורים ובשמן ובין ובאלים
ובעזתדים דבר שנה בשנה׳

(8.) Vid. 1 Sam. c. 31. v. 4.

(9.) Confer. 2. Reg. c. 23. v. 29. & 2. Paralip. c. 35. v. 24.

(10.) Hæc & quæ sequuntur usque ad: & in illos imperium vi &c. in codice Munsteriano non leguntur, vid. num. sequ. 11.

(11.) Vid. quæ num. antec. 10. notata sunt.

(12.) Hûc faciunt, quæ R. Salomo ad Daniel. c. 10. vers. 20. notavit, nempe: אע״פ שהיו ישראל משועבדים למלכי פרס כאותן הימים עבודה׳ נוחה׳ עבדו בהם ולא הכבידו עליהם וג׳ i. e. etiamsi Israelitæ Persarum regibus fuerint subjecti; temporibus tamen illis leni eos servitute rexerunt, nec duro jugo pressérunt &c. vid. lib. seq. 2. cap. 5. n. 5. ibique not.

להצילם מהמות ולא וכול׳ והצרוב אמונת מרדכי ומעשהו עם המלך בספר הזכרונות אשר למלך אחשורוש׳

ויהר להמן מאד על אשר נתלו העיר ואוהביו השלמים אתו ויבקש המן להשמיד את כל היהודים׳ וירע מרדכי את מחשבת המן ויזכר את החלום אשר ראה בשנה השנית למלך אחשורוש כי בחלומו ראה והנה רעש גדול ורעם חזק ועצום ותהי בהלה בכל הארץ ויפחד ויעש ורעד וגעש על כל יושביה׳ ויהיו אז שני התנינים גדולים וה לקראת זה למלחמה ויזעו לקולם כל גוי הארץ׳ והנה ביניהם גוי אחד קטן ויקומו כל הגוים על הגוי הזה לאבד

posteà istud Mardochæi nomine regi indicavit; quapropter re diligenter investigatâ ac detectâ illius veritate ambo de arbore suspensi fuerunt, quamvis Haman omnem operam navârit, ut illos mortis periculô eriperet; sed frustrà. Hæc Mardochæi fidelitas (12. ejusque eximium ergà regem studium in librum (13.) rerum memorabilium regis Ahasveri relata fuerunt.

CAP. II.

HAman autem valdè iratus, quòd socii sui & amici intimi in crucem acti essent, secum cogitavit, quanam ratione omnes Judæos ad internecionem usque deleret; tunc Mardochæus, cognitô Hamanis consiliô, recordatus est somnii, (1.) quod ipse anno secundo (2.) regis Ahasveri viderat, nam per somnium ei ingens tumultus visus est (3.) & horrendum validumque tonitru, unde pavor, metus ac terror per universum terrarum orbem obortus est, quo omnes illius incolæ perculsi sunt. Tunc duo dracones maximi se invicem clamore ad prælium provocarunt, ad quorum strepitum omnes terrarum gentes concurrerunt, inter quas parvus (4.) quidam populus fuit, quem omnes gentes adortæ sunt, ut illius nomen delerent ejusq;

(12.) In codice Munsteriano locus iste paulo aliter & quidem sic legitur: ויצו המלך לכתוב אמונת מרדכי ואת גמול הטוב אשר גמל למלך על ספר דברי הימים למלכי מדי ופרס וג׳, quæ Munsterus ita vertit. & præcepit rex, ut fidelitatem Mardochæi annotarent & retributionem illam bonam, quam regi exhibuerat, signarent in libro annalium regum Medorum ac Persarum &c.

(13.) In annales seu monumenta בספר הזכרונות ita hic in nostro codice, confer. Esther. cap. 2. v. 23. ubi legitur בספר דברי הימים, i. e. in librum rerum, indies gestarum, in Vulgata Versione Latina Esther. c. 12. v. 4. habetur: in Commentariis.

(1.) Confer. Esther. c. 10. v. 5. Vulgatæ editionis Latinæ, quæ ex Græco facta est, nam quæ hic & in dicto loco Esther. habentur, absunt à codice Sacro Hebraico.

(2.) Nam anno regni Ahasveri septimo, mense duodecimo, qui Adar dicitur, Esthera ab eodem in matrimonium ducta fuit, prout refert Josephus Antiq. l. 11. c. 6. confer. & Munsteri Not. h. loc. it. infrà l. 3. c. 22. n. 14.

(3.) Vid. Esther. c. 11. v. 5. & seqq. Vulgatæ editionis Latinæ, ex Græco translatæ.

(4.) Hæc & sequentia usque ad: eodem illo die caligo &c. absunt à codice Munsteriano nec Esther. c. 11. v. 7. habentur.

לאבד שמו ולמחו׳ זכרו מעל כל הארץ׳ ויהי ביום ההוא חשך ואפלה לכל העולם ויצר לגוי הקטן מאד מאד ויהי צועקים אל יי׳ והתנינים נלחמים באבוריות ובחמה גדולה ואין מפריד ביניהם׳ וירא עוד מרדכי שניה בחלומו והנה מעין קטן עובר בין שני התנינים האלה ויפריד ביניהם מן המלחמה אשר היתה ביניהם׳ והמעין ההוא הקטן גדל עד מאד ויהי לנהר שוטף כשטף ים גדול ורחב ידים ויהי הולך ושוטף בכל הארץ ויראו והנה זרחה השמש על הארץ ויהי אור על כל העולם׳ ויתוממם ויתגדל הגוי הקטון ההוא והגבוהים הושפלו ויהי שלום ואמת בכל העולם׳ ויהי מהיום ההוא והלאה וישמור מרדכי בלבו את החלום אשר ראה׳ ויהי אז בראותו מרדכי את החלום ויפחדהו לאמת׳ והנה נערה קטנה בהיקו׳ ויהי כאשר הצר לו המן ויאמ׳ מרדכי לאסתר המלכה בת דודי לאמר בא החלום אשר שפרתי לך ביומי נעוריך ועתה קומי ובקשי רחמים מארת אדון הרחמים ובואי נא לפני המלך אחשורוש ובקשי תשיעה מאתו על עמך ועל מולדתך׳ ויתפלל מרדכי היהודי אל יי׳ אלהי ישרא׳ ויאמר גלוי וידע לפני נסא כבודך אדון כל העולם הלא נודע לפניך כי לא מרוב עיני ולא מגבה לבי עשיתי זאת אשר לא

ejusque memoriam ex toto terrarum orbe abolerent; eodem illo die caligo ac tenebræ per universum mundum obortæ sunt atque gens illa parva in summas angustias redacta fuit & ad Dominum clamavit; dracones autem isti ingenti furore ac crudelitate inter sese pugnârunt nec quisquam fuit, qui eos ab invicem separaret. Posteà Mardochæus denuò per somnium vidit, (5. & ecce fons parvus inter duos illos dracones interfluens eosdem à prælio, quod inter illos exortum erat, separavit; sed fons iste exiguus vehementer crevit ac fluvium abundantem effecit adinstar magni illius ac longè lateque diffusi maris atque totum terrarum orbem undis suis implevit. Vidit etiam & ecce Sol (6.) super terram exoriebatur & totum mundum illuminabat; gens autem illa parva extollebatur & magna evadebat; excelsi verò deprimebantur & pax ac veritas universo terrarum orbi restituebatur. Ab illo itaque die ac deinceps Mardochæus somnium istud, quod viderat, secum animô volvebat; (7.) idque Estheræ, (8.) parvæ tunc temporis puellæ, quam ipse in sinu suo fovebat, narrabat; accidit autem, ut Mardochæus, cùm Haman infensô ergâ illum esset animô, reginæ Estheræ, patrui sui filiæ, diceret: nunc eventum sortitur somnium, quod tibi, dum adhuc parvula eras, narravi, quapropter surge atque misericordiam à Domino misericordiarum implora, & ad regem Ahasverum accede, atque ab illo salutem populi tui & cognationis tuæ pete; Mardochæus autem fusis ad Dominum, Deum Israëlis, precibus hunc in modum oravit: notum est ac manifestum coràm Solio Majestatis tuæ, Domine totius mundi, notum sanè tibi est, quòd non propter oculorum meorum superbiam nec ob cordis mei fastum fecerim, quô

(5.) Vid. Esther. cap. 10. v. 6. & c. 11. v. 10. Vulgatæ editionis Latinæ, ex Græco translatæ.

(6.) Confer. Esther. c. 10. v. 6. & c. 11. v. 11. Editionis Vulgatæ Latinæ.

(7.) Vid. Esther. dict. cap. 11. v. 12.

(8.) Hæc & quæ sequuntur, usque ad: accidit autem &c. absunt à codice Munsteriano.

לא השתחויתי לעמלק הגן הרע הזה הצר הצורר לעם קדשך והפארתך אמנ׳ מיראתך התגדלתי בו ולא השתחויתי לו׳ כי יראתי מפניך י׳ אלהי ולא אביתי לתת את כבודך לאחרים והפארתך לבש׳ ודם ולא רציתי להשתחוות לזולתך כי מי אני אשר לא אשתחוה להמן אשר נשאו זמנו והמלך אהשורוש נגלו והלא על תשועת אלהי ישראל אלהיך נעלזו אשר ברגליו ועפר הארץ אשר ידרוך׳ ועתה אלהינו הצילנו נא מידו ויפול הוא בשחת אשר טמן ובבור אשר כרה וילכד ברשת אשר טמן לרגלי חסידיך וידעו כל העמים כי לא שכחת את הכבודה אש׳ נשבעת לאבותינו ולא הפרת אותה גם ידעו כי לא נתתנו בגלות מקוצר ידך כי לא יכלת להושיענו כי אם בעונות אבותינו נמכרנו ובחטאתינו הגלונו מארצנו כי חטאנו לך׳ ועתה אלהינו רב לחושיע המחיה מותים ריבה את ריבנו ונקום את נקמתינו והושיענו מיד המן כי צד ממנו מאד ואנחנו עלק עזינו ועדיך נברח להיותך למגן בעדינו ולעמוד בקרבינו להלחם את מלחמותינו ולשפוט על כל הקמי׳ עלינו וזכרנו י׳ אלהינו כי חלקך אנחנו בבני האדם׳ ומאז בהנחילך עליון ובהפרידך בני אדם ונחיה אנחנו בגורלך אשר השלכת לבני אדם ונהי העולים על גורל י׳׳ ועתה אלהינו למה יאמרו צרינו

minus improbum iſtum Amalecitam, qui populum tuum ſanctum atque glorioſum affligit, adorarem; ſed quòd propter timorem tui ei reſtiterim nec memet coràm illo incurvaverim; nam Te, Domine, qui Deus meus es, timui, nec honorem tibi debitum, aliis exhibere aut gloriam tuam carni ac ſangini (9.) impertire nec alium quemquam, præter te, adorare volui: etenim quis ego ſum, qui Hamanem, in tàm ſublimi dignitatis gradu jam conſtitutum & à rege Ahasvero adeò evectum adorare recuſem? nonne pro ſalute Iſraëlis etiam calceamenta pedum ejus ac pulverem terræ, quam ille calcat, lingerem? Nunc itaque, DEus noſter, eripe nos è manu improbi iſtius atque ipſe in foveam, à ſe factam & in puteum, quem effodit, cadat, ac reti, quod ipſe ſanctorum tuorum pedibus clàm poſuit, capiatur, atque omnes ſciant populi, quòd jurisjurandi, patribus noſtris præſtiti, non ſis oblitus nec illud irritum feceris, agnoſcant quoque, quòd non ob defectum virium ac potentiæ tuæ nos in captivitatem tradideris, quaſi nos ſervare non potueris; ſed quòd propter majorum noſtrorum iniquitates & ob noſtra peccata ex terra noſtra in captivitatem abducti ſimus, quia tibi peccavimus; nunc autem, DEus noſter, cui multæ ſervandi rationes ſuppetunt, qui mortuos (10.) in vitam reducis, litem noſtram defende nosque è manibus Hamanis libera, quia ad ſummas anguſtias ab illo redacti ſumus; oculi autem noſtri Te unum reſpiciunt, & ad Te confugimus, ut nos protegas & à parte noſtra ſtes atque noſtra geras bella, eosque omnes, qui nos adoriuntur, judices. Recordare quæſò Domine, Deus noſter, quòd nos elegeris ex univerſo genere humano, &, ex quo Tu, Altiſſime, filios hominum diſperſiſti iisque certas ſedes aſſignâſti, nos ſors tua inter gentes facti & in peculium tum

(9.) Id eſt: homini mortali, confer. Eſther. c. 13. v. 14. Editionis Latinæ Vulgatæ.

(10.) Hæc & quæ ſequuntur usque ad: nosque è manibus Hamanis &c. non leguntur in codice Munſteriano.

צרינו כי אין אלהים לישראל ויפתחו פיהם לבלוע את הלוך את עם הקדש ולהלל את עצביהם׳ ותבליהם׳ אנא אלהינו הצילנו נא מידו ויבושו מהקומם וישימו יד לפה בראותם את ישועתך י׳׳ עמנו ורחם על עמך ועל נחלתך ואל תסחום פיות מהלליך ערב ובקר וצהרים תמיד והפוך יגוננו לששון ואבלנו לשמחה וי׳׳ט׳

כל ישראל הנמצאים בשושן הבירה׳ ועקו אל י׳ עם מדרכי השר המושיע וגואל לישראל כיד אלוהי התשובה עליו לעורר את דבר הצר אשר הצר ואשר הציקם המן בן המדתא העמלקי גם בכל מדינות המלך אחשורוש ובכל עיר ועיר מערי המדינות צורר מרדכי בכת׳ לעשו׳ כל איש כמעשהו׳ ותבקש גם המלכה אסתר רחמי השם כי פחדה גם מן הרעה אשר צמחה על עמה׳ והפשוט את בגדי מלכותה ואת עדיי תפארתה ותלבש שק ואפר והפזר שער׳ ראשה ותמלא את ראש׳ עפר ואפ׳ ותענה בצום נפשה

um assumpti ſimus. Nunc itaque, Deus noſter, cur dicant hoſtes noſtri: non eſt Deus Iſraëli? nec fauces ſuas aperiant, ut hæreditatem tuam, populum ſanctum, deglutiant & idola ac vanitates ſuas laudibus extollant? libera nos, obſecrò, Deus noſter, è manibus ejus (11.) atque hoſtes noſtri expectatione ſua fruſtrentur manumque ori apponant, dum ſalutem tuam, Domine, quam nobis exhibes, conſpiciunt, miſerere populi tui atque hæreditatis tuæ, nec eorum, qui te veſperè, manè, meridiè ac ſemper laudant, ora obſtrue, converte mœſtitiam noſtram in gaudium ac luctum in lætitiam diemque feſtum. (12.)

CAP. III.

OMnes autem Iſraëlitæ, qui in regia urbe Suſan, reperiebantur, unà cum Mardochæo principe, qui populum Iſraëliticum DEI ope & auxilio ſervaturus ac liberaturus erat, ad Dominum clamarunt (1.) ob calamitates, quibus Haman, Hammedatæ filius, Amalecita, illos premebat & affligebat, ad omnes (2.) quoque provincias Ahaſveri regis & ad unamquamque urbem provincialem Mardochæus literas miſit, ut factum ſuum cuncti imitarentur, (3.) ipſa etiam regina, Eſthera, exterrita malò, quod populo ſuo imminebat, miſericordiam Dei imploravit & ſepoſitis veſtibus regiis atque ornamentis pretioſis ſaccum induit pulverulentum, ac paſſos capillos cinere & pulvere conſperſit, animamque ſuam per triduum nocte dieque jejuniò afflixit ipſaque in faciem procidit & effuſis la-

(11.) Nempe: Hamanis, qui infenſiſſimò ergà Judæos erat animò.

(12.) Sic abbreviaturam illam י׳׳ט id eſt, יום טוב hic vertere volui; hæ autem Mardochæi preces à Deo exauditæ fuerunt ac Judæi è manibus Hamanis liberati feſtum Purim inſtituerunt, vid. Eſther. c. 9. v. 26.

(1.) Vid. Eſther. cap. 13. v. 18. Verſionis Latinæ Vulgatæ, ex Græco factæ.

(2.) Hæc & ſequentia usque ad: ipſa etiam regina Eſthera &c. abſunt à codice Munſteriano.

(3.) Nimirum, ut ad Deum preces funderent pro liberatione ex manu Hamanis.

chrymis sic oravit: Domine, Deus Israëlis, (4.) qui ab antiquis usque temporibus dominatus es & mundum creâsti, opem fer, quæsò, ancillæ tuæ, omni alio adjutore, præter te, penitùs destitutæ; libera me populumque meum à manu inimici, qui nos affligit, ego quippe sola hic in domo regis habito, patre ac matre orbata; tu verò pupillorum & pupillarum pater es; ac sicuti pupilla paupercula ostiatim mendicando stipem colligit, ita ego de feneſtra ad feneſtram misericordiam tuam imploro, nam cœlos, a te creatos, aspiciens nomen tuum celebravi sola atque mœsta in domo regis Ahasveri, propter omnia opera tua, jam inde ab eo tempore, quò huc deducta sum, usque ad hunc diem; nunc autem, mi Deus, ecce anima mea in manibus meis est, accipe quæsò illam, si quidem gloriæ tuæ ita visum fuerit; si verò illam susçipere tibi non placuerit, sed vitam (5.) mihi servare volueris in nominis tui laudem (non enim in sepulchro misericordia tua (6.) celebratur) libera quæsò oves pascui tui à leonibus istis, qui ad eas rapiendas surrexerunt; parentes quippe mei mihi narrârunt & Mardochæus, servus tuus fidelis, docuit me, in lege quoque tua scriptum est, quòd Tu majores nostros ex Ægypto eduxeris & Ægyptiorum primogenitos interfeceris, populumque tuum sanctum, exinde valida manu brachioque exertô eductum, posteà per mare Suph (7.) non secùs ac equum, qui per campum incedit, eduxeris & quòd in deserto ambulantibus panem de cœlo & aquam è petra durissima dederis, id, quod nulli ex aliis gentibus, quæ judicia tua ignorant, unquam præstitisti, carnem quoque illis ad satietatem præbuisti regesque maximos ac fortissimos coràm eis interfeciſti ac terram tuam, sanctitate & puritate eximiam, iisdem possidendam dedisti; sed posteaquàm majo-

נפשה ג׳ימים לילה ויום ותפול על פניה
ותבך ותתפלל׳ ותאמר י״י אלהי ישרל
אשר משלת מימי קד׳ ובוראא העולם
עזור נא לאמתך אש׳ אין לה׳ עזור כי
אם אותך ופדה אותי ואת עמי מיד הצר
הצורד אותם כי בדד אני יושבת הנר׳
בבי׳ המלך ואב ואם אין לי ואתה הוא
אבי יתומים ויהומות וביתומה עניר׳
שואלת מבית לבית בן אנכי שואלת׳
את רחמיך מחלין לחלין כי אראה שמיך
ואגדלה׳ שמך על כל מעשיך בודדת׳
ויחידה בבית המלך אחשורוש מן היום
אש׳ לוקחתי הנה ועד היום הזה ועתה׳
אלהים הנר׳ נא נפשי בכפי קחנה מידי
אם ייטב בעיני כבודך ואם לא חרצה׳
לקרת׳ ואמבה להחיותני להודות את׳
שמך כי לא יסופר בקבר חסדך הצילה׳
נא את צאן מרעיתך מן האריות האלה
אשר קמו עליהם לטרפם כי אבי ואמי
ספרו לי ומרדכי עבדך אומני למדני
ובתורתך כתו׳ לאמר אשר הוצאת את׳
אבותינו ממצרי׳ והרגת בבוריה׳ ועמך
הקדוש הוצאת מתוכם ביד חוקה וזרוע
נטויה ואחרי כן העברתם בים סוף בסוס
העובר בבקעה והולכתם במרבר ותחן
להם לחם מן השמים ומים מצור תחלמי׳
וכן לכל גוי לא עשית כי משפטיך לא
ידעו וגם בשר לשובע נתת להם ותך
לפניהם מלכים גדולים וארצים וארת׳
ארץ הטובה הקדושה והסדרת׳ הנחלת
אותם׳

(4.) Vid. Esther. c. 14. v. 1. & seqq.
(5.) Hæc & quæ sequuntur, usque ad: libera quæsò, non leguntur in codice Munsteriano,
(6.) Vid. Psalm. 6. v. 6.
(7.) Ἐρυθρὰ Θάλασσα Mare rubrum, dicitur Græcis Lxx. interpretibus, Exod. c. 13. v. 18.

majores nostri in nomen tuum peccârunt, tu eos simùl ac nosmet ipsos in captivitatem tradidisti: ecce igitur nos in exilio ad hunc usque diem constituti, illorum (8.) peccata portamus; sed misericordiæ tuæ, ô Domine semper benedicte, peccatis nostris præponderârunt, ac tu secundùm benignitatem tuam nos judicans propitius nobis fuisti, quando in rebus adversis ad te clamavimus, nam ita per Mosem, servum tuum fidelem in domo tua, (9.) locutus es: cùm in anguſtiis fueris & res illæ (10.) omnes tibi evenerint &c. Deus enim misericors est Dominus, Deus tuus, (11.) Tu quoque per Mosem sperare nos jussisti in misericordia tua magna, quòd fœdus tuum, nobiscum initum, irritum facere nolis; sed pristini illius pacti memor Deus noster esse velis, sic enim à Mose (12.) Servo tuo, scriptum est: attamen etiam cùm fuerint in terra inimicorum suorum (13.) &c. & recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos è terra Ægypti &c. (14.) Nunc itaque Domine, Deus noster, satis habent inimici isti, qui nos affligunt, quia dura (15.) servitute nos premunt, præterea iidem quoque dicunt, quòd non Tu nos in ipsorum manus tradideris; sed illi sculptilia sua laudant eaque adorant, dicentes: vos potestati nostræ tradidistis Judæos, quocirca ego, ancilla tua, cui magnam misericordiam exhibuisti, illa (16.) abominor & maximo odio prosequor, non secus, ac vir sapiens, qui rerum naturalium peritus est, segmen-

אותם׳ וכאשר הסאו אבותינו לשמך
הגדול באינם נתת אותם ואותנו בשבי
והנר׳ אנחנו בגול׳ כהיו׳ הזר׳ כי
עונותיה׳ סבלנו׳ ואתה י״י ית׳ מא
חמיך גבור ער׳ פשעינו והשפטנו לפי
חסר ותיעדנו סליחה כי נוער׳ ליך בעת
צרה וכה דברת ביד משה עבדך נאמן
ביתך בצר לך ומצאוך כל הדברים האלה
וגו׳ כי אל רחום י״י אלהיך וכו׳ ער׳
יד משר׳ הבטחת׳ חסדך הגדול לבלתי
הפר בריתך אתנו ולזכור לנו ברית׳
ראשונים להיותך לנו לאלהים וכן כתוב
ע״י משה עבדך ואף גם זאת בהיותם
בארץ אויביהם וכו׳ מזכרתי להם ברית׳
ראשונים אשר הוצאתי אותם מארץ
מצרים וכו׳ ועתה׳ י״י אלהינו רב
לצרים הצורדים האלה כי יעבדו אותנו
בפרך גם כי המה אומרים כי לא נתתנו
אתה בידם ויודו לפסיליה׳ ולהם ישתחוו
לאמר אתם נרתם את היהודים בידינו
ועל כן אני שפחת חסדך הגדול תעבתי
ושנאתי אותם שנאת גדולה באש׳ ישנא
התכם היודע בטבע העולם להעביר ער׳
פניו חתיכת בגר מלובלך אשר תשתמש
בו

(8.) Hæc & sequentia omnia, usque ad: sic enim à Mose, servo tuo, &c. absunt à codice Munsteriano, vid. infr. h. cap. n. 12.
(9.) Vid. Numer. c. 12. v. 7. & ad Hebr. c. 3. v. 2. & 5.
(10.) Nempe: maledictiones, de quibus Deuter c. 29. v. 20. & seqq. & c. 30. v. 1. & seqq.
(11.) Vid. Exod. c. 34. v. 6.
(12.) Hic fit continuatio textus in codice Munsteriano, vid. supr. n. 8. h. cap.
(13.) Vid. Levit. c. 26. v. 44.
(14.) Vid. Levit. dict. c. 26. v. 45.
(15.) In codice Munsteriano locus iste sic legitur: ועתה׳ לא רי לתם כי מעבירים אותנו ותגר׳ הם אומרים וגו׳ ubi Versio Latina ita habet: & nunc quidem non sufficit eis, quòd dura servitute premunt nos; sed ecce dicunt quoque &c. quæ lectio alterâ illâ, quæ in nostro codice habetur, ferè planior est, cui etiam Esther. cap. 14. v. 8. Vulgatæ versionis, penè consentit.
(16.) Nempe: gentilium idola, de quibus in præcedentibus dictum fuit.

כו אשה נדה׳ כן גם אני אשנא את
בגדי תפארתי ואת כתר המלכות אשר
בראשי להיות עמי גולה׳ ביניהם וגם
אני גולה וסורר׳ עמהם ומהומים אשר
הביאני הנה לא שמחתי כי אם ברוחך
הנעים אשר לא יכלה ׃ ועתה אלהינו
אבי חומים עמוד לימין היתומה הבוטחת
בך וחן לי רחמי בעיני האיש הזה המלך
אחשורוש כי יראתיו באשר ויגא גדי
העזים מפני האריה והשפילהו והכניעהו
עם כל יועציו ויהיה בנוע ובוש לפני
בקשתי בחן וביופי אשר תתן לי אחות
אלהי עת׳ אבא אליו לבקש מלפניו על
עמי והטה את לבו לשנוא את אויביך
ולאהוב את עבדיך המה בני ישראל
עמך הקדוש ונחלתך הטהורה כי לב
מלך ביד י׳ ולב המלכים בידך אל
אדיר ונורא ונשגב חצילני נא היום
הזה׳ מהוראה׳ ומהמגור אשר יראתי
ויגורתי ואבאה לפניו בחסר שמך ואצא
מלפניו בשלום ׃

segmentum panni inquinati, (17.) quô fœmina, immunditiæ laborans, usa est, aversatur & ab oculis suis removet, ita ego quoque vestimenta, quibus ornata sum, ut & coronam regiam, quæ capiti meo imposita est, aversor, dum populus meus inter hostes captivus est & ego simùl cum illo in captivitate & exilio versor. Etenim jam inde à die illo, quô huc deducta sum, nulla in re alia, quàm in misericordia tua magna & in eximia bonitate tua, quæ nunquam deficit, lætata sum. Nunc itaque Deus noster, orphanorum pater, sta quæsò ad dextram pupillæ, quæ in te sperat, & da mihi, ut gratiam coràm viro isto, rege Ahasvero, inveniam, nam valdè illum timeo, perinde atque hœdus inter capras ad conspectum leonis expavescit, fac, ut ille rex unà cum consiliariis suis omnibus superbiam atque ferociam deponat, & miti ac mansvetô ergà preces meas animô sit propter gratiam & pulchritudinem, quam Tu, Deus meus, mihi daturus es eo tempore, quo ad illum accedam, (18.) ut pro populo meo apud illum intercedam, ejusque animum inclina, ut inimicos tuos odio prosequatur, ac servos suos diligat, qui sunt filii Israëlis, sanctus populus & hæreditas tua incontaminata, quia cor regis in manu Domini est (19.) animusque regum potestati tuæ subjectus est; ô Deus magnifice, terribilis & excelse, libera me quæsò hodiè à timore illo ac pavore, quô teneor, qui animum meum implevit, ut in illius conspectum favente nominis tui gratiâ, veniam & ab eo incolumis discedam.

(17.) Munsterus post ישנא hæc totum legit : אדם בגד אשר לאשתו נדה׳, quæ ille sic vertit : sicuti homo execratur pannum mulieris menstruatæ, confer. Esther. dict. c. 14. v. 16.

(18.) Munsterus locum hunc ita legit : ותן לבו לשנאה׳ אויביהו ולאהבה׳ עבדיך כי לב המלכים ביד׳ לכל אשר תחפוץ תשנו אל אויב וגו׳, quem ille sic vertit : immuta cor ejus, ut oderit inimicos nostros & diligat servos tuos, quia cor regum in manibus tuis est & quocunque tu vis, inclinabis illud, Deus magnifice, &c.

(19.) Vid. Proverb. c. 21. v. 1.

CAP.

ויהי ביום השלישי ותלבש אסתר מלכות
את בגדי יפיה׳ ואת עדיי הפארתה׃
ותקח עמה את שתי נעוריה ותשם יד
ימינה על הנערה האת׳ והשען עליה׃
כחוק המלכות ללכת׳ על משענת
הנערות׃ והנערה האחרת היתה הולכת
אחריה ומגבהת את שתי בגדיה לבל
יגעו ארצה בזהב אשר בבגדיה וגם היה
בחוק המלכות׳ אשר לא יגעו ארצה
בלבושיה׳ ותשם על ראשה כל אבן יקר׃
בעדי כתר המלכות ותצהל פניה והכם
את הראגה אש׳ בנפשה והבואה בהצר
הפנימית נוכח המלך ותעמד למול פניו׃
והמלך אחשורוש יושב על כסא בלבוש
מלכו׳ אפוד באפוד זהב והפו אשר
עליו נוצץ והברקת׳ האחים והעופך
מהלפדים וכל אבני התפארת׳ אשר
בלבושו מבריקים׃ וישא עיניו וירא את
אסתר עומדת למול׳ פניו ותבעץ בו
חמתו מאד על אש׳ הפרזי המלכות׃
את דתו ואת תקו לאמר אשר יבוא אל
המלך ולא יקר׳ אתת דתו להמית ותיאר
באת

CAP. IV.

ACcidit autem die tertio, (1.) ut Esthera regina vestes pretiosas indueret & ornamenta decoris sui, duas secum ducens puellas suas, quarum alteri imposità dextrâ more regio incumbebat, humerisque puellæ innixa (2.) incedebat; altera autem sequebatur, pretiosas sublevans vestes, ne aurum, quô vestimenta ejus ornata erant, terram contingeret, (reginis enim in more positum erat, (3.) ut illarum vestimenta in terram non defluerent,) atque coronâ regiâ, quæ variis gemmis coruscabat, Estheræ caput decoratum erat ejusque facies splendore effulgebat; sic animi sui mœrorem regina tegebat & in atrium intimum antè conspectum regis ingressa coràm illo stabat; rex autem Ahasverus in solio suo sedebat, regio indutus amictu (4.) autumque purissimum, quod vesti regiæ intextum erat, splendebat & emicabat carbunculis, (5.) rubinis atque Smaragdis aliisque lapidibus pretiosis omnis generis, queis vestimentum ejus ornatum erat, coruscabat, dein rex sublatis oculis Estheram è regione stantem conspexit & valdè iratus est, quòd regina ipsius legem & sanctionem fecisset irritam, quâ cautum erat, ut, quisquis ad regem non vocatus accessisset, is mortis reus esset; illa verò non accersita advenerat. Esthera igitur regem intuens vidit, quòd oculi ejus ob vehementem iram, quam animo conceperat, ignis instar arderent, quocircà, cùm animadver-

(1.) Vid. Esther. c. 5. v. 1. & seqq. & cap. 15. v. 4. & seqq. Vulgatæ editionis Latinæ.

(2.) Quasi præ deliciis & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens, ita in Vulgata versione Latina Esther. c. 15. v. 6.

(3.) Atque mos iste etiamnum in illustribus fœminis servatur, ut pedissequæ illarum vestimenta sublevent, ne terram contingant.

(4.) Sic dictionem אפוד, quæ hic habetur, vocatæ volui, de cujus forma vid. plura apud R. Salom. ad finem capitis 40. Exod.

(5.) Ita הברקת׳, quæ vox hic in Hebræo habetur, transferre mihi visum fuit; duæ autem dictiones illæ: ויעופך והנופך, quæ in nostro codice leguntur, absunt à Munsteriano.

באה בלהי נקראת׃ והשא אסתר את
עיניה ותרא את פני המלך הנה עיניו
בערות כלפידי אש מגודל החמה אשר
גדלה ובערה בלבו׃ והכיר אסתר את
קצף המלך ואת חרונו והבהל האשה
מאד מאד ויפג לבה ותשם את ראשה
על הנערה הנשענת עליה ביד ימינה׃
ויראֵ אלהינו עמליגו וידחם על לחץ עמו
ועל עמל נחלתו ויזד לעזרה בצרת
היתומה הענייה השואלת וחמיד אשי
בטחה עליהם׃ ויתן לה חן לפני המלך
ותוסף יפי על יפיה והדר על הדרה׃
ויקם המלך בבהלה מכסאו וירן את
אסתר ויתבקה וינשקה ויסמכה בזרועו׃
ויאמר להֵמלך מה לך לפוד הזה אסתר
המלכה חוקי נפשך ואל תיראי מדבר
אהובתי כי הנה הדרת הזו אש׳ הקקנ
אין לה ממשלה עליך באשר את מלכה
ודעייתי׃ ויקח את שרביט הזהב וישם
עלֵ ואשה ויאמר לה מדוע לא תדברי
לי אסתר המלכה׃ ותאמר אסתר כי
ראיתי אותך אדוני המלך ונבהלה נפשי
מהוד כבודך ומפני גדולת הפאדיך׃
ויהי כדברה אליו וחשם עוד ראשה על
הנערה כי עיפה׃ נפשי בעוה ובצר
ויכעס ויתבהל המלך מאד ויבן על פני
אסתר המלכה׃ וכלֵ משתי המלך
מתחננים למלכה לדב׳ אל המלך להיטיב
את נפשו בראותם צרת אדוניה׳ ותדבר
אסתר המלכ׳ למלך ותאמר אם עלֵ
המלך טוב משחה אעשה לו מחר ושמ
אודיעהו מה היה לי לבוא אליו בלה
נקראתי ויאמר לה המלך כן אעשה׃

advertisset regis iram & indignationem, admodùm conturbata fuit & animi deliquium passa caput suum super puellam, cui dextrâ suâ innitebatur, reclinavit; (6.) ast Deus noster calamitatem nostram respexit, atque afflictionis populi sui & ærumnæ hæreditatis suæ misertus est, ac puellæ miseræ, imploranti misericordiam ejus & in illa spem suam collocanti opem tulit, eique gratiam dedit coràm rege atque pulchritudinem pulchritudini, decus decori addidit, adeò, ut rex festinans ac stupens è solio suo surgeret & Estheræ obviam iret, eamque amplectens & osculans brachio suo sustentaret eique diceret: ecquid times, Esthera regina, animum sume ac noli quidquam metuere, dilecta mea, etenim lex ista, à nobis lata, nihil in te habet imperii, utpote regina & consorte mea; dein rex aureum sceptrum capiti ejus imponens eidem dixit: cur mecum non loqueris, Esthera regina? ad hæc Esthera respondens: vidi, inquit, te, rex & consternata sum animo propter majestatem & magnitudinem gloriæ tuæ; his dictis regina iterùm caput suum super puellam reclinabat (quia animus ejus jejuniô, tristitia & mœrore defatigatus erat) quocircà rex vehementer perterrefactus lachrymas coràm Esthera profundebat omnesque ministri regis supplices reginam orabant, ut cum rege loqueretur atque illius animum hilariorem redderet. Esthera itaque (7.) regem alloquens dicebat: si regi visum fuerit, cras parabo convivium (8.) atque ibi regi aperiam, quænam causa me impulerit, ut non vocata ad ipsum venirem; ad hæc rex, sic faciam, inquit.

CAP.

(6.) Vid Esther. cap. 15. v. 10. & seqq. editionis Vulgatæ Latinæ.

(7.) Hæc & sequentia, usque ad: quô factô Deus magnam &c. absunt à codice Munsteriano, vid. quæ cap. sequ. 5. n. 4. notata sunt.

(8.) Confer. Esther. cap. 5. pertot.

CAP. V.

ויהי ממחר׳ וישמת עמה במשתה ההמן
הגדול בבית המלך עמו וגם ביום
ההוא אמר׳ אסתר המלכה למלך לאמר
ארוני המלך גם מחר עשה עמי חסר
כדר׳ היום והיר׳ שמח במשתה אש׳
אעשה לך ואו אודיעך את צרת נפשי׃
ויהי ממחרת היום ההוא והמלך עשה
כדבר אסתר המלכה ויראֵ שמח וטוב
לב ויאמר אליה אמור נא אסת׳ למר׳
ירע לבבך אם שאלתך לקחת את הצי
המלכ׳ הודיעני לי ותעש ואסתר המלכה
נחנר׳ את קולה׳ בבכי ותצעק צעקה
גדולה ומרר׳ לאמר ונוה יש לי עוד
אדוני המלך בכלֵ מלכותך ובתפארת
ממשלתך כי מכרת אותי ואת עמי ביד
איש צד ואויב להשחיתנו ויאמר המלך
בחורי אף מי הוא זה ואי זה הוא אשר
עלה על לבו לבקש ממני זה ומאי זה
עם את ותאמ׳ אליו אוריו המלך יהודית
אני בית מרדכי היהודי היושב בשער
מלכותך והצר הצורר הוא המן הרע
אש׳ גדלתו על כל השרים ואתה יודע
את מעשה׳ מרדכי עמך כי גלה סוד
סריסיך אשר בקשו לשלוח יד כך ותציל
את נפשך ממור׳ וישלח המלך אחרי
מרדכי לדעת מה זה ועל מה זה ויבא
אלֵ המלך׃ ויאמר המלך אלֵ מרדכי
כה דברה אלי אסתר המלכה ואתה לא
הגדת

SEquenti igitur die rex lætus cùm Esthera convivium celebrabat, cui etiam Haman, qui in aula regiâ magnâ pollebat autoritate, intererat, eodem illo die Esthera regem ita alloquebatur: si mihi, Domine rex, eandem, quam hodiè, gratiam exhibueris etiam crastino die & læto fueris animo in convivio, quod tibi apparabo, tunc animi mei angorem tibi revelabo; accidit autem sequenti die, ut rex Estheræ dictis morem gereret, & cùm is læto hilarique animo esset, reginam sic compellaret: dic, quæsô, Esthera, quidnam cor tuum angat, etiamsi dimidiam (1.) regni mei partem petieris, à me impetrabis, tunc regina Esthera, fletu amaro & lamentabili voce exclamans: enim verò, inquiebat, Domine rex, ecquid mihi utilitatis (2) in universo regno tuo atque ex regio splendore supereſt, posteaquàm tu me ac populum meum hostis & inimici potestati tradidisti, ut nos deleret? rex autem valdè iratus: quisnam est iste, respondebat, & ubinam est ille, qui in animum induxit suum, ut id à me peteret? cujusnam tu gentis es? illa verò dicebat: Judæa sum, Domine rex, & ejusdem religionis, cujus etiam est Mardochæus, Judæus, qui in Palatio tuo regio versatur, infensissimus verò hostis est improbus iste Haman, quem tu aliis omnibus principibus prætulisti; tibi autem probè notum est, quid Mardochæus tibi præstiterit, dum eunuchorum tuorum, qui te interficere cupiebant, insidias detexit atque te à mortis periculo liberavit. Tunc rex Mardochæum acciri jussit, ut rem illam inquireret, qui, cùm adveniſſet, rex illum ita compellavit: Esthera regina rem mihi ita narravit; tu verò illam me hactenus celâsti atque ego non nisi hodiè, eandem ex illa

(1.) Vid. Esther. cap. 5. v. 6. & cap. 7. v. 2.

(2.) Verba Estheræ, quæ hic habentur, paulò aliter referuntur Esther. c. 7. v. 3. & seqq.

audivi, quocircà tu quoque indica quæsò mihi inimici vestri infensissimi inprobitatem &, quidnam ille perpetraverit, mihi recense. Mardochæus itaq; regi respondebat: obsecro, Domine rex, serva nos, nam improbus iste sic consilium iniit atque rem ita ordinavit, literasque tuo nomine scriptas ad omnes regni tui provincias misit in hanc sententiam, ut cuncti Judæi delerentur, interficerentur ac perderentur; Tu verò dispice, quomodo isthæc ejus improbitas reprimatur illiusque conatus infringatur, his auditis rex valdè iratus è convivio surrexit ac præcepit, ut Haman ejusque filii suspendiô necarentur: (3.) quô factô (4.) Deus magnam salutem Judæorum rebus attulit per manum Estheræ reginæ & Mardochæi Judæi, qui ex tribu Jemini ortus in regio palatio versabatur. Sic Haman ejusque filii infelici arbore suspensi fuerunt; Mardochæus autem indies magis magisque in aula regia prævaluit, prætereà etiam potestas data fuit Judæis, ut omnes hostes suos delerent eosque gladiô interficerent, quicunque populi Israëlitici interitum qværebant. Ab eo tempore ac deinceps Mardochæus in aula regis Ahasveri celebrari ac populus Israëliticus magno in honore esse cœpit, majores quoque nostri sub imperio regum Persarum quietè ac tranquillè vixerunt (5.) usque ad regnum Darii Secundi.

הגדת לי וגם אנבי לא שמעתי ממנו בלהי היום ספרה נא לי את דעת הצר הצורר והרגיעני מה עשה ויאמר מרדכי אל המלך הושיעה ארוני המלך כה חשב וכה עשה וכה כת' בשמך ספרים אל כל מדינות המלך להשמיד להרוג ולאבד את כל היהודי' · ועתה ראה איכבה תוכל להעביר את רעתו ולהשיב אחור את מחשבתו' ותבער חמת המלך בו ויקם ממשתה היין בחרי אף ויצו להלותו על עץ עד ימיתו את המן ואת בניו' ויהי אחרי הדברים האלה וישם ר"ש תשועה גדולה על ידי אסת' המלכ' ועל ידי מרדכי היהודי איש ימיני הושב בשער המלך ויחלו את המן ואת בניו על עץ אח' וימותו ויגדל מרדכי בבי' המלך וילך הלוך וגדל ויתן עוד המלך רשון ליהודים לאבד את כל צוריהם ויכו לפי חרב את כל מבקשי רעת ישראל ויהרגום מרדכי מהום ההו' והלאה בבית מלכות אחשורוש ויגדל ישראל ויתנשא ויעבדו אבהינו את כל מלכי פרס בנחת ובהשקט עד אש' מלך דריש השני·

CAP. VI.

Accidit autem, ut sub illius imperio bellum gravissimum adversùs gentem Macedonicam excitaretur, eaque maxima clade ab illo affige-

יהי במלכו ויתגר מלחמ' עצומ' בגוי מקדון ויך בהם מכה רבה מאד ויחד בפרך

(3.) Confer. Esther. c. 7. v. 19. & seqq. & cap. 9 v. 6.

(4.) Hic fit continuatio textus in codice Munsteriano; cætera autem omnia, quæ in codice nostro à numero 7. capitis antecedentis 4. usque ad hunc numerum 4. habentur, absunt à codice Munsteriano.

(5.) Vid. quæ libr. præced. 1. cap. 22. n. 12. notata sunt.

בפרך בגוי מקדון ויתגר בם בחגרת מלחמה ויכניעם עד מלוך שכסנדרס ממצידוניא בן פולפוס אשר הגדיל את גוי מקדן ואשר הכה את ארץ מזרח עד סוף כל הארץ הבושברת· ויהי בהתעורר גוי מקדון על מלכי פרס ויצא שכסנדרוס ממקדוניא בחיל כבד מאד ויבא על דריוש למלחמה· ויך את כל הגוי' אשר היו בחיל דריוש ויך את ארץ מצרי' ואת ארץ אדום ויבא בתוך הים ויך את עכו ואת אשקלון ואת עזה ושם פנו לעלות לירושל' להכותה החת אשר היתה בחיל עם דריוש ויסע מעזה עם כל מחנהו הלוך ובוא עד אשר בא בדרך במלון ויחן שם הוא ומחנהו· ויהי בלילה ההוא והנה הוא שוכב ע"ל מטהו בתוך האהל ויראה והנה איש עומד ע"ל וראשו לבוש הבדים והרבי שלופה בידו ובידו הדרב כמראה הברק אשר יבריק ביום הגשם וירם הרבו ע"ל וראש המלך ויירא המלך מאד ויאמר לו למה אדני יכה את עבדו ויאמר אליו כי שלחני אלהי' לכבוש לפניך מלכים גדולים ואדירים ולהכניע התחת גוים עצומים ואני הוא המלאך ההולך לפניך לעזר אותך ועתה דע כי מורת המות ע"ל אשה מלאך לבן לעלות לירושלם להרע לכהני י' ולעמו ויאמר המלך אנא שא נא פשע עבדך כי ארוני

afficeretur ac duriter haberetur, bellicisque calamitatibus valdè affligeretur ac premeretur, donec Alexander Macedo, Philippi filius, regnum adipisceretur, qui gentis Macedonicæ nomen inclytum effecit, quique plagam orientalem usque ad finem terræ habitabilis perdomuit. Nam, dum Macedones bellum adversùs Persarum regnum susceperunt, Alexander Macedoniâ egressus (1.) ingentibus copiis Darium adortus est ejusque fœderatos omnes bellô devicit, & postquàm Ægyptum & Idumæam perdomuit, ad littus maris pervenit ibique Aconem (2.) Ascalonem (3.) & Gazam expugnavit, consilium quoque iniit, ut Hierosolymam subjugaret & devastaret, quia Dario confœderata erat. Dum igitur Gazà cum omni exercitu suo profectus est, in itinere ad diversorium quoddam pervenit ibique cum copiis suis castrametatus est; accidit autem nocte illa, (4.) ut super lectum dormiret in tentorio suo ac virum quendam, capiti suo adstantem, videret, qui linteis indutus erat, atque strictum ensem manu sua gestabat, qui non secus ac fulgur, pluvioso die micans, resplendebat, hunc ille ensem super caput regis vibrabat, unde rex valdè exterritus: cur, inquit, percutiet Dominus servum suum? ille autem respondens: Deus misit me, inquit, ut reges maximos atque inclytos coràm te subjicerem gentesque fortissimas tibi subjugarem; ipse verò angelus ille sum, qui faciem tuam præcedo, ut opem tibi feram; nunc itaque te morte moriturum scias, quia Hierosolymam invadere & Sacerdotes Domini ejusq; populum malô afficere tibi proposuisti; rex autem respondens: remitte quæsô, ait, peccatum istud servo tuo; si tibi, Domine, factum illud displicet, retrocedam; sed vir ille: noli metuere, inquit, nam peccatum

(1.) Confer. Joseph. Antiqu. l. 11. c. 8.

(2.) Hæc postea Ptolemais dicta est, de qua vid. inter alios Joh. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmissa c. 64. confer. & infr. l. 3. c. 17. n. 11.

(3.) Vid. Id. Lightfoot Chorogr. Matthæo præmiss. c. 14. ubi plura de urbe Ascalone.

(4.) Confer. Joseph. Antiqu. libr. 11. cap. 8.

אדוני ואם רע בעיניך אשוב׳ לי ויאמר
אליו האיש אל תירא כי נשאתי פניך
לך לך לדרכך ירושלימה והיה בבואך
מור ירושלם וראית איש לבוש בדים
כמוני כתארי ובדמותי ובראותך אותו
מהר נפול על פניך ארצה והשתחוה לו
וכל אשר יאמר אליך עשה ואל העבור
את פיו כי מות תמות ביום עברך את פיו׳

catum istud tibi condonavi; tu verò perge & itineri, quod Hierosolymam versùs suscepisti, insiste; ast, quando Hierosolymam advenies, & virum, linteis indutum, per omnia mihi similem conspicies, statim pronâ in terram facie procumbe eumque adora, atq; libenti animo, quicquid ille tibi dixerit, perfice & in omnibus ei obtempera, quia simùl ac dicto ejus non obedieris, morte morieris.

CAP. VII.

ויקם המלך מהמלון וילך לדרכו אל
ירושלם בחרי אף וידי בקרבו מור
ירושלם נגר העיר עם מחנהו החזק
מנגד במטחוי קשת ויירא חנניה הכהן
וכל העם מאד משמוע׳ אלכסנדרום
ויצעקו אל הש״י ויקראו צום וידי אחרי
הצום ויצאו היהודים לקראתו לכבדו
ולהתחנן לו לבלתי הכות את העיר
וחנניה הכהן עמהם׳ ויצא הכהן מן
השער הוא וכל העם והכהנים האחרים
וחנניה הכהן הגדול עומד לפניה׳ לבוש
הבדים וירא המלך אלכסנדרום את חנניה
הכהן וימהר וירד מעל הרכב ויפול על
פניו וישתחו לכהן׳ וירגזו המלכים על
כבה ויאמרו לו מדוע השתחויתי לאיש
הזה אשר אין לו כח למלחמה ויאמר
אל עבדיו המלכים אל הרגזו על כבה
כי המלאך ההלך לפני בבה הגוים
לעזרני

(1.) Sic Hebr. במטחוי קשת hic vertere volui, quibus tantum spatium intelligitur, quò sagitta, arcu emissa, pertingere potest.

(2.) Josephus Antiqu. lib. 11, c. 8. vocat Jaddum, vid. cap. seq. 8. n. 4.

* R. Azarias in Meor enajim Part. 3. quæ inscribitur: imre bina, cap. 19. historiam istam à Judæo quodam interpolatore additam esse scribit, confer. quæ in Præfatione mea num. 91. & n. 95. notata sunt.

לעזרני רמותו וחאזו באיש הזה אשר
השתחויתי לו׳ ויהי אחרי כן ויבא
הכהן ואלכסנדרום המלך אל ירושלם
ויבואהו הכהן אל מקדש אלהינו ויראהו
הכהן את היכל י״י ואת חצרות המקדש
ואת גנזי ואולמי ויראהו את מקום
קדשי הקדשי׳ ואת מקו׳ המזבח ואת
מקום העולה׳ ויאמר המלך ברוך י״י
אלהי ישראל אלהי הבית הזה ואשריכם
אתם עבדיו המשרתים לפניו במקום הזה
ועתה אעשה לי וכר הנה ואתן והב
להוב לאומנין ובנו את צלמי ויקימו
אותו בין הבית ובין קדש הקדשים ויהי
צלמי לזכרון לי בבית הזה בית אלהי׳
הגדול׳ ויאמר הכהן אל המולך החהב
אשר נדבו שפתיך תנתו למחיית כהני
י״י ולמהיות עמו הבאי׳ להשתחוות בבית
הזה ואני אעשה לך וכר פה טוב מאשר
שאלת אתה ויאמ׳ המלך ומה יהיה
הזכר התוא ויען הכהן ויאמר וברך יהיה
זה כי כל ילדי הבהמים אשר ילדו בשנה
הזאת בכל יהוד׳ וירושלם יקראו על שמך
אלכסנדרום וידעה לך זה לזכרון כאשר
יבאו לעבוד את עבודת י״י בבית הזה׳
כי אין לנו רשון מאת אלהי הבית הזה
הוא י״י אלהינו לקבל פסל וכל המונה׳
ותמה המלך את דברי הכהן ויכשרו
בעיניו ויעש כן׳ ויתן המלך והב להוב
לבדק הבית וישתחו לו׳ אלהינו ויצא
ויבקש המלך מהכהן לדרוש את י״י
אלהים בעדו על פי האורי׳ והתומים אם
ילך

milis est; dein Alexander & Pontifex simùl urbem intrârunt, summusque Sacerdos regem in Sanctuarium Dei nostri introduxit atque ei Templum Domini & atria Sanctuarii ejusque thesauros ac porticus monstravit, locum etiam Sancti Sanctorum, ut & altaris ac holocausti eidem ostendit, quibus conspectis rex dixit: Benedictus sit Dominus, Deus Israëlis, Deus Templi istius, vos quoque beati servi illius, qui in loco isto ministerium ei exhibetis; jam aliquam mei memoriam hic relinquam atque artificibus ingentem auri vim dabo, ut simulacrum meum, affabrè factum, inter Templum & Sanctum Sanctorum erigant, quò illud in Templo isto Dei magni sit mihi monimento; Sacerdos autem regi respondens: aurum, inquit, quod ore tuo vovisti, impende victui Sacerdotum Domini & sustentationi populi ejus, qui adorandi causa Templum istud accedit; ego verò melius monimentum, quàm quod postulâsti, tibi faciam, ad hæc rex respondens: quodnam, ait, monumentum istud erit? cui Sacerdos: tale, inquit, monumentum erit, omnes sacerdotum filii, quicunque hoc anno in universa Judæa & Hierosolymis nascentur, nomine tuo appellabuntur Alexandri, hoc tibi erit monimentum, quando illi in Templum istud venient ad sacra Dei peragenda; nam nobis per Dominum Templi istius, qui Deus noster est, non licet ullam imaginem aut effigiem recipere. Hæc Sacerdotis dicta cùm rex admiratus esset eisque morem gessisset, ingentem præbuit vim auri ad reparationem Templi, ac Dominum, Deum nostrum, adoravit & egressus Sacerdotem rogavit, ut Deum pro se consuleret per Urim & Thumim, an ad bellum contrà Darium proficisceretur nec ne? Sacerdos autem ei respondens: ex illo (3.) tempore, inquit, quò Templum istud in captivitate Babylonica destructum fuit, Urim & Thumim nobis sunt absçondita;

(3.) Hæc & sequenti, usque ad: à quo regi ita responsum fuit &c. absunt à codice Munsteriano, vid. infr. num. 5. h. cap.

ילך למלחמה עם דריוש ואם יהודע ויענהו הכהן לאמר מים גלות הבירת הזה בגלות בבל נעלמו ממנו האזים וההומים אמנם אדרשה את ה׳ בתפלתי והוא ישלח מלאכו ברוח קדשו ויודיעני להוותיך את אשר תעשה׳ וידריש הכהן את ה׳ בער המלך וה׳ שם בפיו דבר לאמר למלך ויאמר הכהן למלך על פי ה׳ לך רכב וצלח כי נתון ינתן בידך ויבא לפניו את ספר דניאל הנביא ויקרא בו וירא את הכתב אשר כתוב בו על דבר האיל בעל הקרנים המנגח לכל חיה ועל דבר צפיר העזים אשר רץ על האיל וירמסהו ארצה׳ ויאמר הכהן אל המלך אתה הוא צפיר העזים ודריוש הוא האיל אתה הרמסהו ארצה ולקחת את ממלכתו מידו׳ ויחזק הכהן את לב המלך׳

dita; (4.) ſed precibus meis Dominum rogabo, ut angelum ſuum per Spiritum Sanctum mittat, qui me inſtruat ac doceat, quid tibi faciendum ſit: Sacerdos igitur Dominum pro rege conſuluit, qui oraculum edidit per Sacerdotem, à quo regi ita reſponſum fuit: (5.) abi, currum felici omine conſcende, quia in manum tuam tradetur (Darius,) dein Sacerdos Danielis librum coràm rege attulit eumque evolvens oſtendit locum, quò ſcriptum continetur vaticinium de ariete, cornua excelſa habente (6.) iisque omnes mundi plagas ventilante, ut & de hirco caprarum, impetum in arietem faciente; dein Sacerdos regi dixit: Tu hircus iſte caprarum es; Darius autem aries eſt, Tu illum humi conculcabis eique eripies regnum: his dictis Sacerdos animum regis confirmavit.

CAP. VIII.

ויצא אלכסנדרוס מירושלם שמח וטוב לב ויעבור ללכת על דריוש למלחמה׳ ויעבור על בני עמון ויצא סנבלט החורוני לקראתו וישתחו לו ארצה ויקבלהו בביתו ויעש לו ולכל שריו משתה גדול ויתן לו כסף וזהב להוב וישא ממנו לבנו מקדש בהר גריזי בגלל מנשה

POſteà Alexander læto hilarique animo exiit Hieroſolymâ ad bellum cum Dario gerendum; ſed dum rex Ammonitarum regionem tranſiit, Sanballatus, (1.) Horonita, ei obviam proceſſit illumque adorans in domum ſuam deduxit ac ſplendidô conviviô ipſum omnesque principes ejus exceepit atque magnam auri argentique copiam edidit, rogans, ut ſibi liceret in monte Garizim (2.) Sanctuarium exſtruere in gratiam Menaſſis, generi ſui,

(4.) Vid. quæ ſuprà l. 1. c. 20. n. 8. notata ſunt.
(5.) Vid. ſupr. num. 3. h. cap.
(6.) Confer. Daniel. c. 8. v. 3. & ſeqq.
(1.) Hic Sanballatus alius fuit ab illo Sanballeto, qui obeſſe conatus eſt, ne Hieroſolyma munirentur, prout ſcribit Iſa. Voſſius in Chronol. Sac. c. 10, confer. ſupr. l. 1. c. 12. n. 6. & infr. l. 6. cap. 60. num. 6. vid. & Joſeph. Antiqu. lib. 11. cap. 8.
(2.) De iſto monte Garizim, ut & monte Ebal vid. inter alios Joh. Lightfoot Chrorograph. Johanni præmiſſa cap. 4. §. 3.

מנשה הכהן החורוני בעל בתו והוא אוזר ערוה הכהן הגדול אשר היה בירושלם כי לא אבה מנשה לגרש את אשתו כאשר עשו אחיו הכהנים בימי עזרא הכהן אשר גרשו הנשים הנכריות ולכן גרשוהו הכהנים החסידים והתמימים מלכהן בירושלם׳ וילך עם אשתו אל סנבלט החורוני ויתגר וישב עמו׳ ויבא בן בקש סנבלט מאת אלכסנדרוס המלך לבנות מקדש בהר גריזים לכהן שם התנו הוא ואלישיב הכהן עמו׳ ויאמר לו המלך בנה המקדש אשר שאלת בהר גריזי׳ רק השמר לך פן תחדיל למקש לכהן הגדול חנניה אש׳ בירושלם וגם לכל כהן אשר יבא אחריו לכהן החתוי׳ וילך המלך לדרכו למלחמה על דריוש׳ ואז בנה סנבלט החורוני מקדש בהר גריז׳ ויאמר אל מנשה התגו הנה לך מקדש אמת כבתוב בתורתכם ונתת את הברכה על הר גריזים׳ ויהי המקדש התוא לאבן נגף ולצור מכשול ולנוקש לכהני ה׳ אש׳ בירושלם ולמקדש אשר בירושלם׳ כי רבים מפרצי עמנו היו הולכים אל הר גריזים מדי שנה בשנה לחוג את החג במעשותיהו׳ ובנבזותיהו׳ ובשלשיהו׳

ſui, qui filiam ejus (3.) in matrimonium duxerat; is erat frater Iddonis, (4.) Pontificis Hieroſolymitani, nam Menaſſes uxorem ſuam ejicere nolebat, ſicuti fratres ejus, ſacerdotes, fecerant, qui ætate Eſræ alienigenas uxores expulerant (5.) & ideò Menaſſes à piis & probis Sacerdotibus Hieroſolymâ ejectus fuit, ne ibi Sacerdotali munere fungeretur; ille verò ad Sanballatum, Horonitam, ſocerum ſuum, unà cum uxore ſua ſe contulit & apud illum habitavit: hanc igitur ob cauſam Sanballatus Alexandrum regem oravit, ut Sanctuarium in monte Garizim (6.) exſtruere ſibi liceret, quò gener ſuus ſimùl cum Eliaſibo (7.) Sacerdote Sacra ibi peragere poſſet, ad quæ rex Sanballato reſpondens: Sanctuarium, inquit, quod rogâſti, in monte Garizim ædifica; ſed cave, ne fortè ea res ſit offendiculo Hananiæ, Pontifici Hieroſolymitano (8.) atque omnibus illius Succeſſoribus. Rex itaque ſuſceptum iter ad bellum cum Dario gerendum proſecutus eſt; Sanballatus autem, Horonita, Templum in monte Garizim exſtrui curavit, (9.) ac Menaſſi genero ſuo dixit: en tibi verum Sanctuarium, ſicuti in lege veſtra ſcriptum reperitur (10.) & benedictionem dabis in monte Garizim; Sed templum iſtud poſteà lapis offendiculi ac petra ſcandali extitit Sacerdotibus Domini ejusque Sanctuario, quod Hieroſolymis fuit; nam multi ex populo noſtro improbi (11.) ad montem iſtum Garizim quotannis decimas ſuas & ſpontaneas oblationes ac pacifica (12.) ſua diebus feſtis detule-

(3.) Hæc Sanballati filia Nicaſo appellata eſt, vid. Joſeph. Antiqu. lib. 11. cap. 7. & Iſa. Voſſ. loc. alleg.
(4.) Sive: Jaddi, de quo cap. antec. 7. n. 2. confer. & infr. l. 4. c. 4. n. 18.
(5.) Vid. Eſræ c. 10. v. 16.
(6.) Confer. Joh. Lightfooti Hor. Hebr. in S. Johann. cap. 4. verſ. 20. & autor tractatus Gallici, qui inſcribitur: Hiſtoir. Critiq. des dogmes & des cultes &c. Part. 2. c. 7.
(7.) De quo vid. Nehem. c. 3. v. 1. & c. 13. v. 4.
(8.) De illo vid. cap. antec. 7. n. 2. ibique not.
(9.) Vid. Joſeph. Antiq. l. 11. c. 8.
(10.) Nempe Deuter. c. 27. v. 12.
(11.) Ita dictionem פריצים hic vertere volui, de qua ſupr. l. 1. c. 5. n. 4. & c. 15. n. 1. atque alibi dictum eſt; autor Vulgatæ Danie. l c. 11. v. 14. vocem iſtam tranſtulit: prævaricatores.
(12.) Vid. quæ ſuprà l. 1. c. 20. n. 9. voce שלמים notata ſunt.

detulerunt, relicto Sanctuario Domini, Dei noſtri, quod Hieroſolymis fuit; Templum autem iſtud evaſit opulentiſſimum ac diu ſtetit (13.) usque ad regnum Hyrcani, Simeonis filii, Haſmonæi, qui illud tandem deſtruxit (14.) atque cultum genuinum Templo Hieroſolymitano reſtituit: is ipſe fuit Hyrcanus, qui Idumæos circumcidit eosque ſibi fœdere adjunxit ac circumciſionis vinculis obligavit, ſicuti in libro rerum, præclarè ac fortiter ab illo geſtarum narrabimus. (15.)

ובשלמיה׳ והמה עובדי׳ את מקדש י״י אלהינו אשר בירושלם ויהעשו המקדש ההוא מאד ויעמוד ימים רבים עד מלוך היוקנוס בן שמעון מבני חשמונאי ויהרסוהו וישב העבוד׳ בתמימו׳ אל מקדש י״י אשר בירושלם׳ והוקנוס זה הו׳ הוקנוס אש׳ מל את אדום ויביאהו בבריח ואטרים בכבלי מילה כאש׳ נספר בספר מעשה הקפו וגבורתו׳

CAP. IX.

Sic dicit Joſephus, Gorionis ſacerdotis filius, illis (1.) qui ejus libros vident, cùm Alexander rex, omnium, qui vixere, regum fortiſſimus ac potentiſſimus fuerit, ſicuti egregia illius facta in propatulo ſunt, ego in animum induxi meum, ut hiſtoriam nativitatis ejus jam inde à prima illius origine paucis enarrarem; referam autem de eo ita, quemadmodùm in libris Strabonis Cappadocis, atque Nicolai Damaſceni, (2.) ut & Titi, ſcriptoris Romani, reperi & ſicuti in libro nativitatis Alexandri inveni, quem magi Ægyptii & ſapientes compoſuerunt, qui firmamenti & naturæ rerum creatarum atque aſtrorum aliarumque rerum abſtruſarum, ut & herbarum atque animantium viribus inveſtigandis operam dederunt, quique rerum imagines & arcana ſapientiæ in lucem protulerunt, hi itaque narrationem ſic ordiuntur: Vir quidam Ægyptius, Nectanebus (3.) nomine, Ægypti regno præfuit, hic

כה אמר יוסף בן גוריון הכהן לרואי ספריו למען היות לכסנדרוס המלך מלך נוראי ועצום על כל מלכי הארץ כאשר נודע תקפו וגבורתו אנחתי בלבי לכתב מספורי תולדותיו מראשית מולדתו מעט מזער׳ ואעידה עליו כאשר מצאתי מדברי סט״רבון הכפתור וניקולאוס הדמשקי זטיטוס הסופר הרומי׳ גם כאשר פיצאתי בספר תולדות אלכסנדרוס אשר חברוהו חרטומי מצרים וחכמיה המתעסקי׳ בחכמת הרקיע ובטבעי היצורים החכוכבי׳ ומדות הבהמות ומעשה׳ הצמחים ובעלי החיים והתמונות אשר התיאו לאור העלמות׳ החכמות הנעלמות׳ וזה פרוש הספרי׳ איש היה בארץ מצרים וימלוך עליה׳ ושמו

(13.) Nimirum ducentis annis, ſicuti infrà l. 4. c. 4. n. 19. refertur.

(14.) Vid. dict. l. 4. c. 4. n. 16. & ſeqq.

(15.) In Hebræo hic additur: נשלם הספר הא׳ מספר יוסף בן גוריון הכהן i. e. finem habet liber primus Joſephi, Gorionis filii, ſacerdotis.

(1.) Quæ hoc capite nono ac ſequentibus usque ad librum tertium habentur, ea in Hebræo Munſteri codice, quem cum meo contuli, non leguntur; videntur autem à Judæo interpolatore inſerta eſſe, cum multa contineant fabuloſa.

(2.) De hoc vid. præaliis H. Grotii not. ad lib. 1. num. 16. pag. mihi 209. de Verit. Relig. Chriſt. it. Ejusd. Epiſtol. ad Gallos 117. pag. m. 246. ac ſeqq.

(3.) Juxta Hebræum נקתניבור i. e. Nectanebor, Nectanebi

ושמו נקתניבור והוא היה אבי אלכסנדרוס באמת כאשר נודע אודותיו׳ אמנם שמו הגלוי והנודע לכל העמי׳ הוא אלכסנדרוס בן פוליפוס ולא היה בן פוליפוס באמת והיה האיש הזוא הוא המלך נקתניבוד משכיל׳ וחכם וראש ע״ל כ״ל חרטומי מצרים ואביר המכשפים ומורידי כוכבים הכוכבים ויודעי העתידות׳ וג״ל חן בעיני עמו ומתרצה׳ להם מקטנם ועד גדולם ויגד לו כי מלך פרס הוא ארתחשסתי׳ הכולך נוער להלח׳ ״דבקיע את מדינת מצרים ולהכניע את מלכותה אליו׳ וכשמעו את הדבר הזה וישלח מנאמני שריו ומטובי אנשיו ללכת אל קצה מדינותיו הקדובו׳ למלכי פרס לתור ולחקור על אמתו׳ השמע׳ ולדעת האמת היא אם לא׳ ואחר כן נתבודד הוא בביתו להשקיף בחכמתו במודיד כוכבי׳ הכוכבים לדעת האמת כמשפטי לעמוד על הנסתרו׳ והעתידות׳ ומלא מורק נחושת

hic genuinus Alexandri pater extitit, * cujus rei argumenta minimè dubia adſunt; ſed nomen illius omnibus gentibus innotuit ac manifeſtum fuit, ut Alexander Philippi filius vocaretur; aſt non verus ac genuinus fuit Philippi filius; rex autem ille Nectanebus prudentiâ & ſapientiâ inclaruit, atque omnium Magorum, præſtigiatorum & Aſtrologorum Ægyptiorum, qui futurorum notitiam profitebantur, princeps extitit, & ſubditis ſuis tàm parvis, quàm magnis valdè gratus acceptusque fuit; cùm verò ei nuntiatum eſſet, Artaxerxem, (4.) Perſarum regem, bellum adverſùs Ægyptios moliri eorumque regnum ſibi ſubjugare velle. Nectanebus hac de re certior factus principes quosdam ac viros, quorum fides ac probitas ipſi maximè perſpecta fuit, ad fines provinciarum ſuarum, quæ Perſarum regno vicinæ erant, clàm miſit, ut famæ iſtius certitudinem explorarent & inveſtigarent, utrùm vera eſſet nec ne; ipſe autem ſolus in regia ſua poſtmodùm ſecedens magicis artibus ad vires ſiderum eliciendas operam dedit, ut futurarum & arcanarum rerum eventus inquireret, ſicuti aliàs facere conſveverat: pelvim itaque æneam (5.) aquâ pluviâ, (6.) quam jam antea

ctanebi cujusdam, Ægyptiorum regis, meminit Diodorus Siculus in Biblioth. lib. 15. fol. m. 478. ubi Νεκτανεβὶς vocatur; Id. lib. 16. fol. 531. appellatur Νεκτανεβὶς, Plutarchus in Ageſilao Νεκτανεβὶς nominat, Polyæn. lib. 11. in Ageſilao vocat Νικτανεβὶν, conſer. Cornel. Nep. in Ageſilao cap. 8. n. 6. & Chabria cap. 2. n. 1. vid. & Iſaac. Voſſii Diſſert. de ætate Mundi cap. 10. ac Cluveri Hiſtor. Epitom. in Artaxerxe Mnemone, pag. m. 103. & 105. item in Artaxerxe Ocho, pag. m. 110. & 111. ubi etiam Nectanebi fit mentio, conſer. & num. ſequ. 4 ut & quæ infrà h. cap. 9. num. 9. & n. 11. notata ſunt.

* R. Azarias in Meor enajim Part. 3. c. 19. ſcribit, in Joſepho Romanorum nihil hujus rei relatum eſſe, nam ſecundùm omnes eos, qui veritatem amant, Alexander fuit filius Philippi, quocirca ipſe hanc narrationem à Judæo quodam in expolatore additam eſſe putat.

(4.) Conſer. quæ num. præced. 3. de Arraxerxe dicta ſunt, hunc Artaxerxem Ochum fuiſſe appellatum inter alios ſcribit Diodor. Siculus Hiſtor. lib. 16. fol. m. 531. edit. Græc. vid. & Cornel. Nep. in Iphicrate cap. 2. ubi etiam mentio fit belli, quod Artaxerxes Ægyptiorum regi inferre voluit.

(5.) Vid. Athan. Kircheri Oedip. Ægypt. Part. 1. Syntag. 1. cap. 10. conſer. & infrà num. 11. h. cap.

(6.) Vide, quæ infrà num. 9. h. cap. ex Balſaco adducta ſunt, conſer. & autor tractatus Gallici, qui inſcribitur: Hiſtoire des dogmes & des cultes &c. Part. 3. Traite 2. cap. 5. pag. 472. edit. Amſtel.

נחושת ממי מטר שהוא אפוגי אדור מקרי
למלאכת חקסם · ויקח בידו כפות
תמרים אשר בהתו בזמן ידוע ויתרכם
בהם עם המים עד אשר נראו אליו
המיוני הגדודים העולים עליו ובאשר עמד
על כבדי שב להתרכם ולדעת הוגבר
עליהם אם לא ועדנו מהתרכם בזה ואחר
ממלאכיו הנאמנים אשר שלח להוד את
אודרת אוהחשפתאא המלך בא אליו
ויאמר לו · דעת נקהניבור המלך נאמנה
כי אוהחשפתאא המלך מהאר לעלי
עליך וללכוד את מבצריך ולבבוש את
ממלכתך בגדודי אויבך הקמים עליך
לא נוהר מאנשי מדי ופרס אשר לא
שרת לבו לעזרהו חכמונים ותרכמונים
בלמים וכראפאנים לודים ותוגרמים
כושים וערבים ועוקים וסינין והודיים כלם
נקבצו יחדו ובאו עליך לא נעזד בהם
איש שולף וחרב רומה קשת נושא צנה
ורומה ממחיח שמש מכל ארץ הודו אשר
לא נתאזר עליך בחיילו האלה אמנם
נקבצו עליך בלב ים ובדרך יבשתי ויצחק
נקהניבור המלך בדבריו ויאמר אליו הי
איש חלש ורך הלבב עקב כי יראת ורותת
כי יגורת ודברת באזני כדברים האלה
והלא שבועת אם לא ידעת כי אין הנצחון
ברוב

teà divinandi cauſa ſepoſitam habuerat; replevit atque manu ſua olivarum ramuſculos, qui certo tempore abſciſſi erant, ſumpſit, ac per eosdem in aqua magicas artes exercuit eò usque, donec ſibi copiarum, adverſùs ſe progredientium, imagines apparerent, quò factò Nectanebus indagare ac ſcire voluit, an ipſe copias iſtas ſuperaturus ſit nec ne; eo ipſo autem tempore, quo ille in hoc divinandi opere occupatus erat, ecce unus ex fidis ipſius nuntiis, quos ille ad Artaxerxis regis res inveſtigandas miſerat, ad ipſum properans: notum ſit tibi, rex Nectanebe, inquit, quòd Artaxerxes, Perſarum rex, reverà accinctus ſit, ut tibi bellum inferat & arces tuas deſtruat, regnumque tuum hoſtili exercitu ſubigat nec eſt quiſquam ex omni Perſarum Medorumque populo, qui eidem non promptè auxilium ferre ſibi propoſuerit, nimirùm Tachmonii atque Trachmonii (7.) ut & Belamii ac Craſanii, Luzii quoque & Thogarmii, Æthiopes & Arabes, Arcii atque Sinenſes, (8.) inſuper etiam Indi, hi omnes ſimùl juncti adverſùs te arma movent atque eorum nemo, qui modò gladium gerere, arcum tendere, ſcutum ac haſtam ferre poſſit ab ortu Solis ex univerſa Indorum terra ſupereſt, qui non copiis illis adjunctus arma adverſùs te paret, omnes terra marique ſimul contrà te vires conjungunt; Rexautem Nectanebus nuntii iſtius ſermonem ludibrio excipiens: ô virum, ait, ignavum ac timidum! metus ſanè & pavor hæc tibi verba expreſſerunt, annon audiviſti, nonne tibi notum eſt, quòd non copiarum multitudine, ſed virtute animique robore victoria acquiratur?

(7.) Sic nomina iſta peregrina juxta Hebræum, in quo puncta deſunt, vertere volui, qui verò iſti cœterique populi, quorum hic fit mentio, fuerint, aliis jam inquirendum relinquo.

(8.) Vel: Sinæi, Hebr. סינים, de quibus vide Samuel. Bochart. Geograph. Sacr. Part. 1. lib. 4. c. 36. inter Canaanis filios סיני refertur Geneſ. cap. 10. verſ. 17. Lxx. interpretes verba iſta: סינים quæ Eſai cap. 49. v. 12. habentur, verterunt: ὰπὸ γῆς Περσῶν è terra Perſarum, Targum Jonathanis ibidem habet: מארע דרומא i. e. ex terra Meridionali, ſic & autor Vulgatæ vertit: de terra Auſtrali, vide præ aliis Munſteri, Clerii atque Forarii not. ad Eſai. dict. cap. 49. v. 12. confer. & infrà l. 6. cap. 1. n. 28. ubi de nomine sinenſium nonnulla dicta ſunt.

ברוב חיל אם לא בגבורה ותוקן לב ·
והלא אויתי אותר ישמיד וישועת גדיו
עזים ומלאים לאין מספר ועתה לך לך
ושב בביתך כי לא איש הול אחוז והמלך
נקהניבור קם מכסא מלכותו וישב במקרי
תכמורת הקסם אשר הידה אחור · ויעש
תמונות רבב ופרשים מדהנג וישימם
במים המרובבים בקסם הנמצאי אחו על
כבה · ויאחז בידו כפות תמרים ויתרכם
לדעת הינצח את הקרוי עליו או ינצחהו
הם · ויראו אליו תמונות צלמי חיילותיו
וגדודיו במפלה ובהכנעה לפני תמונות
צלמי גדודי כרס העולים עליו · ויחיאשו
מהתאזר לצאת לקראתם וישב ויתלכם
איבבה

ratur? annon leo unus infinitum ovium atque caprarum gregem vaſtabit & perdet? tu verò jam domum abi, non enim vir fortis es ac ſtrenuus. Poſteà Nectanebus è regio ſolio ſurrexit & ad locum artis divinatoriæ reverſus curruum equitumque imagines ex cera (9.) finxit, easque aquæ, quæ arte magica præparata eamque in rem apud ipſum ſervata erat, impoſuit, prehenſisque manu ſua olivarum ramis (10.) divinatione uſus eſt, ut ſciret, utrum ipſe, an hoſtes ſui ſuperiores ſint futuri; quo facto imagines ei apparuerunt exercitus ſui atque copiarum ſuarum militarium, quæ ab imaginibus exercitus Perſarum, à quibus ipſe bello petebatur, proterebantur, ac vincebantur, quamobrem, cùm ſpem reſiſtendi Perſarum copiis abjeciſſet, conſilium iniit, quanam ratione ſemetipſum ſervaret, ac periculo imminenti ſe ſubduceret; capite igitur, barbâ ac ſuperciliis detonſis vultum mutа-

(9.) Idem ferè refert Baſſac in libro, cui nomen: le Barbon, pag. mihi 365. & ſeq. Le Roy Nectabis aiant eſté averti de la venüe d' une grande flotte ennemie, qui paroiſſoit ſur les coſtes de ſon Royaume, ſans armer pas un de ſes ſujets, ſans donner ſeulement l' allarme aux officiers de ſa maiſon, ſans partir de ſon cabinet, ni méme de ſa ruelle de lict, coula luy ſeul à fonds cétte grande flotte, qui menaçoit ſes Eſtats & voicy comment; il ſe fit apporter une houſſine d' Ebene, un baſſin plein d' eau du Nil & une maſſe de cire vierge, de laquelle il forma quantité des marmouzets, qui repreſenteoint la flotte en petit & à mémes temps, qu' avec la houſſine il renverſa les marmouzets dans le baſſin, l' armée navale des ennemis fit naufrage ſur la mer, quæ ſic interpretor: Nectabis (Nectanebus hic dictus) rex cùm comperiſſet, claſſem hoſtilem, admodùm validam, appropinquare eamque jam in regni ſui littoribus apparere, ipſe ſolus nullis ſubditorum ſuorum auxiliis adjutus neque miniſtris domus ſuæ ad arma vocatis, imò ne conclavi leſtoque ſuo egreſſus, maximam illam claſſem, quæ ditioni ſuæ ruinam minitabatur, ſubmerſit; ſed vide quomodo? ipſe virgam ex Ebeno factam ac pelvim, aqua Nilotica plenam, ut & maſſam ceræ virgineæ afferri juſſit, ex qua ille multas imagines, quæ claſſem hoſtilem repræſentabant, effinxit & ſimul ac ipſe virga iſta imagines in pelvim deturbavit, claſſis hoſtium in mari naufragium fecit, vid. Dan. Caſpar. in Notis ſuis ad Tragœdiam, cui titulus: Agrippina. Cœterùm quod hic de virga ex Ebeno facta dicitur, eidem adſtipulatur etiam Calliſthenes, qui ῥαβδον Ἐβενίνην Nectanebo tribuit, prout Gilbert. Gaulmynus cap. 8. in notis ad librum 1. de vita ac morte Moſis (quem ille ex Hebræo in Latinum vertit,) obſervat ac ſcribit, quòd Æſopus, Calliſthenis interpres ῥάβδον μυρίνην mutavit in Tamariſci virgam & putat, quòd Gorionides inde falſus ſit, cùm enim Græce (Gaulmynus in erratis legendum putat: Latinè) neſciret Gorionides, ipſe Tamariſcum malè interpretatur תמרים i. e. palmas, dum ſcribit: ויקח בידו כפורי תמרים i. e. & accepit in manum ſuam olivarum ramos, confer. & Philonis liber de vita Moſis, vid. infrà c. 19. n. 6. ubi de ligno Ebeno.

10.) Vide, quæ num. antec. 9. ex Gilbert. Gaulmyno in libro de vita ac morte Moſis de virgæ ex Ebeno facta annotavi.

איכבה יוכל להמלט את נפשו׳ ויגלח
את ראשו ואת וקנו ואת גבות עיניו
ויתחפש וילבש בגדים צואים׳ ויברח
נקחניבור המלך ממצרי׳ מחנבר מעורי
לילה וישא עמו ככל אשר יכול מאבנים
יקרות ומזהב ואבני חפץ׳ וישא עמו
עור את כל הצורות המחוכמות והחמונות
היו אתו אשר היו עשויות בחכמת
הכוכבים והקסמים אשר על פיהם הידו
יודע הנסתרות והעתידות וילך ממצרים
אל מדינת בלוטא׳ ויסע משם וילך
אל מדינת אנטוכיא והיא ראשית מדינת
מלכות יון בימים ההם וילבש שם בגדי
לבנים בוץ ומשי כבגדים אשר היו
מיוחנים במשפט הגמוני בבל וכהניה
ויסע משם אל מדינת מקדוניאה׳ ומדינת
מקדוניאה היא העיר המהוללה והיא
היתה

mutavit (11.) laceraque veſte aſſumpta fugam ex Ægypto & urbe ſua noctu arripuit, ac quotquot poterat, lapides pretioſos ut & aurum atque gemmas aſportavit, imagines quoque omnes, affabrè factas & aſtronomica ac divinatoria arte exſculptas, per quas occulta atque futura conjicere conſueverat, ſecum abduxit & relicta Ægypto ad oppidum Peluſium (12.) contendit, quod poſteà etiam reliquit & ad Antiochiæ regionem, quæ regni Græciæ initium eſt, pervenit, tunc veſte lino byſſino contexta, quâ Pontifices (13.) ac Sacerdotes uti ſolebant, indutus inde ad provinciam Macedoniæ profectus eſt, (14.) quæ ſanè provincia celeberrima atque omnium regionum totius regni Græciæ regina exiſtit: in hac Nectanebus commoratus eſt magnoque in honore apud regionis illius ſapientes viros fuit, ipſius quippe prudentia eisdem innotuit & tanquam vates,

(11.) Idem ferè ſcribit Athan. Kircherus Oedip. Ægypt. P. 1. Syntag. 1. cap. 10. ubi hæc refert: Cùm Artaxerxes Ochus in procinctu eſſet, ad Ægyptum occupandam, Nectanebus, cùm per oracula Magica comperiſſet Ægyptiaci imperii deſtructionem, ingenti auri & pretioſorum lapidum vi convaſata ſimulatoque habitu in Macedoniam fugit, ubi Magicis exercitiis Olympiâ, Philippi Macedonis conjuge, faſcinata, cùm ei perſuaſiſſet, futurum, ut ex Deo Hammone filium conciperet, qui univerſo orbi imperaret, ipſe ſub forma dicti Hammonis (cujus ſpeciem Olympiæ per incantationes in ſomno jam exhibuerat) reginæ concumbens generavit filium, qui poſtea ob rerum geſtarum gloriam Alexander Magnus dictus eſt, vid. ſupr. h. cap. 9. n. 5. & infrà c. 11. n. 1.

(12.) Hebr. פלוסיא ita hic legendum ac vertendum puto; eſt autem Peluſium Ptolemæo Ægypti urbs ultima verſùs Arabiam maritima, ad oſtium fluminis Nili ſita; Suidas clavem Ægypti nominat, nunc Damiatam dici nonnulli aſſerunt, alii Heliopolim quondam nunc Damiatam vocari dicunt, vid. Cluveri Epitom. Hiſtor. in vita Friderici II. Imperat. pag. m. 556. vid. infrà h. lib. 2. cap. 13. num. 1. item libr. 5. cap. 1. num. 3.

13.) Sive: epiſcopi, primarii ſacerdotes, ſic vocem הגמוני hic interpretor, de hac infrà lib. 6. cap. 30. num. 24. plura ſunt dicta.

(14.) Diodor. Sicul. Biblioth. Hiſtor. lib. 16. fol. mihi 537. de Nectanebo ſic ſcribit: ἀποχωρήσας δὲ τῆς βασιλείας καὶ τῆς πλείστης τῶν χρημάτων ἀναλαβὼν ἔφυγεν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν, ſpe igitur regni abjecta aſſumtaque maximâ divitiarum parte in Æthiopiam profugit.

היתה אם המלוכה על כל המדינו אשר
היו במלכו׳ ויתנים וישב שם ויכבדוהו
וחכמי המדינה כי הכירו חכמתו וכי היה
כמנבא׳ ביניהם׳ ומגיד לכל אחד מהם
אודותם ויקר בעיניהם וינשאוהו למעלה׳

ואנשי מצרי׳ בראותם כי נפקד ארוניהם
וילכו אל צלם מעלמי הועבותיה׳ ושמו
קראפיש ויזבחו לו זבחים ויקרבו לפניו
קרבנות וישאלוהו הבמיה׳ לאמר אנה
פנה מלכם׳ וישיבם הצלם דבר לאמר
ויאמר להם דעו כי נקחניבור המלך ברח
מפני ארתחשסתא מלך פרס העולה
עליכם לדעתו כי הוא ימלך עליכם
שנים רבות עד בוא בן נקחניבור וימלך
על כל הארץ והיתם אתם ואויביכם
עבדים לו׳ והמצריי כשומעם את דברי
הצלם ויעשו תמונה מאבן שוחרה
כתמונת נקחניבור מלכם ויכתבו בה את
תשובת הצלם להיותם לזכרון להם
ולזרעם אחריהם וישמוה בבית כנסת
יועצי המדינה׳ ונקחניבור היה יושב
במדינת מקדוניאה מכובד ולא נודע מי
הוא ומאי זה עם הוא אנשם מכובד היה
ביניהם מאד׳ ויכבו הימים ויוא פליפוס
מלך מקדוניאה להלחם עם אויביו אשר
באו לצור עליו וילך נקחניבור אל בית
ארמונו

vates, qui, quæ quisque ſcire (15.) deſiderat, indicare ſolet, magno in pretio apud illos habitus eſt nominisque celebritate valdè inclaruit.

CAP. X.

ÆGyptii autem, cùm regem ſuum non adeſſe comperiſſent, imaginem quandam ex idolis ſuis, cui nomen Serapis, (1.) adierunt, huic ſapientes ſacrificia & dona obtulerunt, illudque interrogârunt, quonam ipſorum rex abiiſſet; quibus idolum reſpondit: notum vobis ſit, quòd Nectanebus ob metum Artaxerxis, Perſarum regis, qui jam bellum vobis infert, aufugerit, is ipſe Perſarum rex diu regno veſtro præerit, donec Nectanebus filium procreaverit, qui univerſi terrarum orbis imperiò potietur, huic & vos & hoſtes veſtri ſubjecti eritis. Ægyptii igitur, cùm hoc idoli oraculum audiſſent, imaginem regis ſui, Nectanebi, ex nigro lapide fecerunt, eique idoli iſtius reſponſum inſculpſerunt, ut id tàm ipſis, quàm poſteris ſuis monimento eſſet, hæc imago in ædibus, ubi Senatores illius regionis conveniebant, ſervabatur. Nectanebus itaque in provincia Macedoniæ eximio in honore fuit, nec quisquam ſcivit, quiſnam ille aut unde eſſet, quamvis magnam apud omnes exiſtimationem acquiſiviſſet. Accidit autem multo poſt tempore, cùm Philippus, Macedoniæ rex, bellum adverſùs hoſtes ſuos, qui ipſum laceſſebant, moveret, ut Nectanebus Palatium Philippi regis ingreſſus

(15.) Ita hic אודותם vertere volui, vid. cap. ſequ. 10. num. 3.

(1.) Fuit hoc idolum Alexandriæ ex variis metallorum generibus & ligno confectum, quod numinis loco impii & ſuperſtitioſi Ægyptii coluerunt, hoc dejectum & exuſtum fuit à Chriſtianis ſub Conſtantino, confer. de idolo Serapidis Tacit. Hiſtor. lib. 4. cap. 81. 82. 83. & 84. ubi prolixior ejusdem deſcriptio habetur.

regi-

reginam Nebiras, (2.) Philippi conjugem, inviſeret eamque conſpiciens admodùm amaret; vultu igitur in terram inclinato eandem veneratus atque illius manum oſculatus dixit: Deus te ſervet, regina Macedoniæ! cui illa reſpondit: Deus te, qui arcanorum peritus es, ſalvere jubeat! his dictis regina illum ad dextram ſuam ſedere juſſit, eundemque intuita ſic allocuta eſt: tune es ſenex ille, qui hominibus ea, quæ ſcire (3.) deſiderant, revelas, quique non ita pridem diu è Babylonia in regnum noſtrum veniſti, prout fama mihi innotuit? cui ille reſpondens: is ipſe ſum, inquit, ac ſanè exigua hiſce in rebus ſapientia mea eſt, ſolus enim Deus arcanorum hujus mundi revelator & interpres exiſtit; ad quæ regina: hæc verba, ait, te ſapientem Ægyptium arguunt; ille verò reſpondens: Domina regina, inquit, dum me unum ex ſapientibus Ægyptiis eſſe putas, id honori ac gratiæ tuæ, quam mihi exhibes, acceptum refero, illi enim prudentiſſimi ſunt occultorum ſomniorum interpretes & rerum arcanarum revelatores; quamvis autem inter illos me haudquaquam referam; ſapientiâ tamen iisdem annumerandus ſum, (4.) omnes quippe ſapientes propinquitate quadam ſibi invicem conjuncti ſunt, de qua ſanè cognatione tibi lætus affirmare poſſum, me arcanorum revelatione & futurorum prædictione iisdem non eſſe inferiorem; Nectanebus autem, dum hæc cum regina loquebatur, oculos ſuos nunquam ab illa avertebat; ſed eximiam ejusdem formam vultusque venuſtatem attentè contemplabatur, id quod cùm regina animadvertiſſet: ecquid, ait, tàm ſtudiosè me intueris? cui ille reſpondens: eximia tua pulchritudo, inquit, in mentem mihi

ואמונו לבקר את נביראש המלכה אשתו
וכאשר הביט בה חשקה ויאהבה מאד
וישתחו לה אפים ארצה וישק את ידה
ויאמר אלהים יהיה בעזרך מלכת מקדונא
והעבדו לאמר יברכך אלהים הכם הרוים
שבה לימיני וימר וישב: ויהשב היא
אליו פנוה ותאמר אליו האתה הוא הזקן
המגיד אותות האנשים וקרותיה אשר
באת אל מלכותנו מבבל זה מעט כי כן
הוגד לי: ויען הוא ויאמר אני הוא ואם
חכמתי לא משלה על כל זה כי לאלהים
לבדו פוקדני אדוות העולם ואמר אליה
הן העיד בדברי הכמותיך כי מחכמי מצרים
אתה: ויענה הן בחרתי המלכה בכחכמי
ובחסדך הגדלתני לימור כי מחכמי מצרים
אני כי הם המלומים המחוכמי ופותרי
החלומו הנעלמי והנעי הנסתרות ואם
אני איני מהם והנני מתיחס אליהם בידם
החכמה כי כל הדבמים הלא הם קרובים
גם אקשוך קרובתו כי לא נופל אנכי
מהם בגלוי הרזי וביודעת העתידי
ונקחניבוס בדברו אליה לא הפנה עפעפי
עיניו ממנה ומהביט בה מרוב הדר יפיה
והדר תואר פניה: ותאמר אליו מרי
חטיב להביט אלי בכחי ויענה עקב כי
הוד יפי המונחך מובידני על אשר ידעתי
בחכמת הרוים כי אלוה גדול מאלהת
אנשי מצרים יהשוק במלכת גדולה לעברת
ומי

(2.) Ita hic verto נביראש cœterum nomen hoc uxoris Philippi, Macedoniæ regis, vix alibi invenies apud Hiſtoricos, quibus Alexandri mater, Philippi conjux, Olympias communiter audit, vid. inter multos alios Juſtin. Hiſtor. l. 14. c. 6. vid. quæ ſuprà l. 1. c. 21. n. 28. annotata ſunt, vide & infrà num. 8. h. cap.

(3.) Vid. quæ cap. antec. 9. num. 15. notata ſunt.

(4.) Ita verbum אחיות hic interpretari volui, de cujus ſignificatione vid. Buxtorf. Lexic. hac voce.

ומי יודע אם את היא: והשמע המלכה
את דבריו והאמן בם כי גם היונים היו
אז עובדי אלילים במצרים ויוצא נקחניבוס
מחיקו אבן יקרה משובחם במשבצות מיני
מרגלית מתואר במחוכה מעשה אומן
ובאבן הזאת המונח שלש מעוגלות שלמות
על האותת המצורות המלות שנים עשר
ועל השניות התמות שבעה המיתרתי ועל
השלישית אותות נסיני המולדות במולדי
המלכיו: ויוצא עוד מחיקו אובע אבנים
יקרות מחוקקות בתמונות מהוכמות
בחכמת הרוח בהגדת העתידו והודעת
העסתרות: ויתן את האבנים ההמה
למנחה למלכה נביראש ובאשר ראתה
נביראש המלכה את מנחת נקחניבוד
אליה ואת האבנים ההם היקרות המה
עליו מאין בואו אליו כי הוו מעידים על
כי הוטרו מאוצרות מלכים: אמנם לא
הקרה ממנו על ככה רק קבלה ממנו את
המנה והיטב בעיניה ותאמר אליו הן
הגדלת האל הכמה הלא הגיד היום
והשעה והרגע אשר נולד בו פוליפום
המלך: אם זה תגיד לי אבטחה בחכמתך
ואני כבר יודע זה ובזה אברוך ויגד לה
בפתע את אשר שאלה ממנו על נכון:
ויאמר אליה אם השאלי להגיד אליך
מבלעדי זה ער דבר אגיד: ותאמר לו
אבל

mihi jam revocat, quod arcanâ ſapientiâ mihi revelatum eſt, nimirùm fore aliquando, ut magnus quidam Deus (5.) inter illa numina, quæ Ægyptii colunt, reginam quandam inclytam amore complectatur & cum illa dormiat, forſitàn tu eadem ipſa es: hæc cùm audiſſet regina, illius dictis fidem adhibuit, nam & Græci tùm temporis Ægyptiorum numina colebant; Nectanebus autem lapidem pretioſiſſimum, Sardonichum, (6.) unionibus ſpecioſiſſimis affabrè circumdatum, è ſinu depromſit, in hac gemma trium circulorum integrorum imagines erant, quorum primo duodecim ſignorum cœleſtium ſpecies, ſecundo ſeptem planetarum (7.) figuræ, tertio ſignorum cœleſtium characteres, quibus ortus ac nativitates ſignificantur, inſculpti erant; alios quoque lapides pretioſos, quibus figuræ ſapientiâ arcanâ inſculptæ erant, ac queis futuri rerum eventus atque arcana naturæ indicantur, è ſinu ſuo protulit, has ipſe gemmas reginæ Nebiræ (8.) dono dedit; illa autem Nectanebi munus ac lapides iſtos pretioſos conſpiciens admirabatur, undenam ipſe eosdem acceperit, etenim ex regio theſauro gemmas illas deſumptas fuiſſe ſatis conſtabat; rem tamèn hanc regina accuratius inquirere nolebat, ſed donum quod ab illo acceperat, ipſi valdè gratum erat; poſteà regina eidem dixit: quoniam Deus te hac ſapientia inſtruxit, rogo te, ut diem, horam ac momentum, quo rex Philippus natus eſt, mihi indices, id ſi mihi dixeris, ſapientiæ tuæ credam, licèt ea res jam anteà mihi nota ſit, hoc enim in negotio artis tuæ periculum faciam; Nectanebus autem extemplò reginæ indicabat accuratè omnia, quæ illa deſidera-

(5.) Vid. infrà hoc cap. 10. num. 9.

(6.) Sic vertere hic volui שוהם, Græcis eſt Σαρδόνυξ, eandem gemmam 70. interpretes verterunt ὀνύχιον, Exod. c. 39. v. 13. alibi, ut Exod. cap. 25. verſ. 7. tranſtulerunt Σαρδίον.

(7.) Hæ ſtellæ erraticæ Judæis dicuntur כוכב לבנרי שבעאי צוק מצרים תמרי ונוגרי i. e. Mercurius, Luna, Saturnus, Jupiter, Mars, Sol & Venus, de his vid. infrà c. 12. n. 7.

(8.) Vid. quæ ſuprà hoc cap. 10. num. 2. de hoc nomine annotata ſunt.

derabat, atque hæc insuper verba adjiciebat: si alia, præter ista, ex me scire cupis, hæc quoque tibi indicabo; regina autem respondens eidem dixit: communis rumor inter hujus provinciæ incolas est, quòd rex Philippus, postquam ex hoc bello reversurus est, me ideò repudiare velit, quia nullos ex me suscepit liberos, ad hæc Nectanebus reginæ respondit: rumor iste falsus est ac mendax; id ipsum autem post aliquot annos tibi reverà eveniet, nimirùm, quòd maritus te aliquandiu quidem à se dimittet, posteà autem amore ac desiderio tui iterùm flagrabit; cum hæc audisset regina, eundem rogavit, ut rem illam omnem à principio usque ad finem narraret, seque ope ac consilio adjuvaret, ad evitandam mariti sui iram. Nectanebus igitur sic infit: notum tibi sit, quòd magnus aliquis Deus, de cujus amore in reginam quandam jam anteà (9.) dixi, te amore complectetur tuumque concubitum desiderabit, is ipse Deus in omnibus, quæcunque volueris, auxilio tibi erit; ad hæc regina: ecquis verò Deus ille, inquit, quænam illius est forma? Nectanebus autem respondens: Ammon, (10.) ait, vocatur Deus ille fortis, isque nomen inde adeptus est, quòd robore polleat, eisque omnibus, qui illi adhærent, opem ferat; regina autem: ostende mihi, inquit, illius formam ac faciem, ut eundem, quando venerit, agnoscere possim, cui ille respondit: DEus iste mediocris (11.) staturæ est, isque nec senex nec juvenis cornua instar bovis fronte gerit atque caninam habet barbam, ex hoc filius tibi nascetur; ad quæ regina: si verum hoc erit, ego te non amplius vatem; sed sanctum Dei virum nominabo.

אבר אנשי המדינה מספרים איש אחד
רעהו כי פוליפום המלך יש בלבו לגרשני
בשובו מואת המלחמה כי לא ילדתי לו
בנים וישיבה נקחניבוס לאמר שקר ישמוד
וכוב ידברו ואולם יקרה אליך עמו אחר
שני מקרה והתפטרי ממנו ואחר כך
ישוב לבקש אהבתך נכנע. והפגע בו
להודיעה המקרה ההיי עד סופו ולהיותו
לה לעזרה בחכמתו למלטה מפוליפום
אישהי. ויאמר אליה דעי כי אחד מן
האלוהות הגדולות אשר אמותי לך כי
יחשוק במלכה הוא יחשוק בך וידרשך
להלוות אליו והוא יעזרך בכל אשר
תרצי. ויאמר שמו האלוה, אמון החזק
ונקרא בשם זה כי הוא יחזק ויעזור כל
הנשענים עליו ויאמר הודיעני המונתו
וצורתו כי יבוא. ויאמר אליה האלהים
הזה הוא איש בינוני בקומה לא זקן ולא
בחור ובמצחו קרנים בקרני השור וזקני
כזקן כלב וממנו יולד לך בן. ואמר
אם זה אמת לא אקראנו את שמך
עוד מחנבא כי אם איש אלהים
קדוש.

ויהי אחרי כן יצא נקחניבוס מלפניה
וילך היערה שם להתהכם באסוף שרשי
מעשב לקסום בהם למען הראות המלכי
בלילה והיא שוכבת על מטתה את כל
אשר דבר לה. ויהי ביום השני והשלח
אחריו לספר לו חזיונה ויבא אליה
ותאמר לו כר אשר אמרת אמת וי
הלילה בא אלי מלאך ויאמר כי
הוא שלוחו ובשרני כי הוא יהי לעזרתי.
ויאמר אליה הנה הוא ישוב עוד לבא
אליך בדמות נחש אם יש אחך מקום
בארמונך אלון בו בפארי אחרי כבואו
אליך אודיעך מה תעשי. ותאמר אליו
הנה הארמון לפניך בחר לך פאה כרצונך
ובאשי יאמנו דבריך והיית לאב לבן אשר
יולד והצו ויפנו לו בארמונה לשכב
שם. ובלילה ההוא והוא נהפך לנחש
כמשפט הקוסמים כי יומרו לכל חזיונה
אשר יחפצו בם וילך בצורה הזיא אר
ערשה ויבא אליה ויאמר לה כבלוהו מן
הזרע הזה יהיה לך בן בעל כח וגבורה
מכל אשר היו לפניו. ויהי בבקר ויקח
נקחניבוס משם וילך אר בית מלחנו
וברבות

(9.) Vid. supra hoc cap. 10 n. 5.
(10) Vid. Justini Histor. lib. 11. cap. 11. n. 2. & seqq.
(11.) Ita hic explico איש בינוני, vid. Buxtorf. Lex. Rabbin. voce בין

CAP.

CAP. XI.

ACcidit autem, ut Nectanebus è conspectu reginæ abiens sylvam ingrederetur, atque ibi herbarum radices ad magicas artes colligeret, ut scilicèt regina, noctu somnum capiens & in lectulo suo cubans, omnia, quæ eidem dixerat, videret: regina igitur postero die Nectanebum accersit, ut nocturnum ei visum narraret, quem, cùm advenisset, regina sic allocuta est: omnia, quæ mihi dixisti, vera sunt, nam quidam nocte prærerita angeli specie mihi apparens dixit, quòd Dei legatus sit, ac me læto hoc nuntio affecit, quòd Deus ille mihi auxilio futurus sit; ad hæc Nectanebus reginæ respondens: en Deus ille, inquit, serpentis specie iterùm ad te veniet, si itaque locus aliquis in palatio tuo fuerit, ego in angulo quodam pernoctabo, ut, cùm DEus ille venerit, tibi indicem, quid faciendum sit; regina autem ei respondit: en totum tibi palatium patet, elige tibi, quem volueris, locum, quòd si eventus dicta tua probaverit, ego te filio, qui mihi nascetur, patrem constituam; dein regina præcepit, ut Nectanebo locus aliquis ad pernoctandum in palatio præpararetur; ast Nectanebus nocte illa in serpentem mutatus fuit, more præstigiatorum, qui, quascunque volunt, formas induunt. Hac igitur serpentis specie (1.) ad reginæ lectum veniens Nectanebus rem cum illa habuit, quo facto eandem sic allocutus est: ex hoc semine filius tibi nascetur omnium,

(1.) Vide, quæ suprà cap. 9. num. 9. & 11. sunt annotata, huc faciunt, quæ Dan. Caspar in notis suis d Trogœ lium, quæ inscribitur; Agrippina, ex Balsaci libro, cui titulus est: le Bon, adjunxit, ubi sic legitur: il (le Barbon) rompt la teste à tout le monde des aventures prodigieuses d'un Nectabis ou Nectanebo, Roy d'Egypte, qui par le moyen d'une herbe inconnue & de quelques fleurs enchantées, dont il bailla un bouquet à la Reyne Olympias, luy fit accroire, qu'il estoit Jupiter Hammon & entra sous ce masque dans la plus estroite & derniere confidence, i. e. ipse, Barbonius scil. omnibus negotium facessit propter casus pro ignotos Nectabis seu Nectanebi, regis Ægypti, qui mediante herba quadam ignota ac floribus ei cinò infectis, quorum ille fasciculum reginæ Olympiæ dedit, eidem persuasit, quòd ipse sit Jupiter Hammonius, sub qua ille specie in intimam & arctissimam reginæ familiaritatem pervenit.

mnium, qui antè illum fuerunt, fortissimus ac potentissimus. Posteà Nectanebus illucescente die palatio regio egressus in hospitium suum reversus est; regina autem, cùm aliquo post tempore deprehendisset, infantem in utero suo sese movere, (2) Nectanebum vocari jussit, eique, cùm advenisset, dixit: ecce infans in utero meo se movet, posteà eundem rogavit, ut pro sua prudentia indicaret, quidnam sibi cum Philippo, marito suo, ea de causa eventurum ac quem ea res finem sit habitura? ad quæ Nectanebus reginæ respondens: ne metue, inquit, Deus enim Ammon hac in re tibi auxilio erit, tuamque causam, quæ tibi cum Philippo, marito tuo, intercedet, ad exitum felicem perducet; exin Nectanebus sylvam ingressus herbas ac fruticum radices, quibus ille astrorum vires cœlo deducere ac quæcunque volebat, cuilibet per somnium ostendere & divinandi artem experiri consveverat, collegit, nimirum ut Philippus in loco illo, ubi tunc erat, somnum capiens videret, DEum Ammonem cum uxore sua dormire eumque posteà os matricis illius annulô, cui serpentis inerat species, (suprà cujus caput culter erat, quem sol radiis suis illustrabat) obsignare. Philippus igitur, cùm speciem illam per somnium vidisset, & posteà expergefactus animo consternatus esset, magos & incantatores vocari jussit, quibus somnium suum narravit, id quod illi sic interpretabantur: regina filium, ex divino spiritu ac numine conceptum, pariet, cui vis leonis & callidi-tas serpentis inerit, ejusque regnum ubivis locorum, quos Sol radiis suis illustrat, sese extendet, hoc indicat serpentis forma, quæ annuli signo insculpta est. Post visum istud nocturnum Philippus urbem, quam obsidione cinxerat, cepit; in ipso autem conflictu videbatur ei, ac si serpens pro ipso pugnaret inter manus suas, atque omnes illius urbis incolas, qui cum

(2.) Seu collidere, id enim verbum מתרוצץ, quod hic in Hebræo habetur, significat' confer. Genes. 25. v. 22. ibique R. Salom.

וברבות הימים ותמלכה גביראש הבירה הילד מרוצץ בקרבה ותשלח ותקרי לנקהגיבור והגד לו לאמר הנה הולד מתרוצץ בקרבי והשאלהו להודיעה בחכמתו מה יקרה לה ערל כבה עם פוליפום אישה ומה יהיה משפטה ויאמר אליה אל תיראי כי האלוה אמון הוא יעזרך על כבה ויתן אודותיך עם פוליפום בעליך ויצא משם נך גיבור היראה וילקח עשבים ושרשי הצמרים אשר מנהגו להוריד בהם בחורת הכבבים כמשכנו והיה מראה לכל אחד בחלומו את רצונו להראות ולהתחכם לקסום למען יראה פוליפום בחלומו באשר הוא כי האלוה אמון שכב עם אשתו ואחר כך תתם פי התמה בחות' טבעת בצורת נחש וערל ראשו מאכלת והשמש מטוה אורו עליו. ויראה פוליפום באשר היה כן ויקץ והפקם דוחו ויקרא להרטומי ואשפיו וישפר להם חלומו ויפתרוהו לו לאמ' כי המלכה תלד בן מרוח אלוה מהאלוהות ויהיה לו כח הבפיר ועורת הנחש והפשוט מלבוחו בכל מקום אשר יוחז בו השמש הזה צורת הנחש ופתרון אשר היה הקוק בהחתם הטבעת' אחרי תמראה הזה לכד פוליפום את העיר אשר היה צר עליה ובתוך המלחמה נראה לו כאלו נחש נלחם בעדו בין יריו ומאיים את כל בני המדינה הנלחמי' אתו וממיתם. וכאש' לכד פוליפוס ארת המדינה וישב ארת פניו

פניו וישב אל ארצו מקדוניאה ובבואו לארמונו והנה המלכה יוצאת לקראתו והשא חן בעיניו ויחבקה וינשקה ויאמר אליה אל תיראי מהרינך כי אלוה נלוה אליך ואני ראיתי בחלומי כל אשר קרה לך ואין לי ולא לכל בישר להחטיאך ולהאשימך על המעשה הזה.

cum eo manus conferebant, terreret atque interimeret; (3.) Cùm igitur Philippus subacta urbe in Macedoniam reversus esset & ad palatium suum pergeret, ecce regina obviam ei procedebat, quam ille clementer excipiens complectebatur & osculabatur hæc adjiciens verba: ne metue, quòd gravida sis, nam ex Deo uterum geris, ego omnia, quæ tibi evenerunt, per somnium vidi, proinde nec mihi nec mortalium cuiquam licet, te eam ob causam peccati vel probri insimulare.

CAP. XII.

בימי' ההם ופוליפום יושב ערל כסאו בבית המשתה ושריו ועבדיו לפניו והמלכ' יושב' לימינו ויהחכם נקהגיבור בחכמת הקסם ויהפך לנחש ויבא אל ארמון המלך פנימה אל היק המלכה וינשקה ויחרד על כבה המלך והשרים. ויאמר המלך אליהם ראיתי ראיתי את הנחש הזה בלכדנו ארת המדינה אשר צרנו והוא הרג לכני את איבי הנלחמי עמי והיו נס' מפני ויפלא בעיני ויהי לימים ופוליפום יושב ערל כסאו וירדם והנה בחלומו והפול בחיקו צפור וחפריה ביצה והפול ביצה מחיקו ותשבר ויצא ממנה נחש קטן וילך על גחונו במרוצ' ובראשהו לשוב אל שפופרתו מת טרם הגיעו אליה ויחמה ויאסוף המלך לחכמיו ולהרטומיו לדע' מה זה ועל מה זה ויפתרו לו זת החכמי ויאמרו לו דע כי המראה הזאת בעינן גבואה היא מאת האלהות להגיד כי הבן אשר ילד לך ימשול ערל כל בנפות

(3.) Vid. cap. seqv. 12. n. 1.

(1.) Vid. cap. anteced. 11. n. 3.

num, ut significetur, filium, qui tibi nascetur, universo quidem terrarum orbi imperaturum atque omnia regna subacturum; sed moriturum esse, priusquàm ad natale solum reversurus sit. Cùm itaque pariendi tempus instaret atque regina è partu laboraret, (2.) mundus tenebris obductus ac Sol obscuratus est; (peperit autem masculum) Nectanebus enim præstigiis suis ac magicis artibus terribilia illo die produxerat signa in aëre terræ Macedoniæ, ad terrorem ac metum Philippo injiciendum, quò magis filium observaret, ideò terræ motus facti sunt eo tempore ac fundamenta orbis concussa sunt, cœlum omne fulguribus corruscavit, ac tonitrua remugierunt terraque Macedonica tàm acri frigore obducta fuit, cujusmodi nunquam anteà contigerat. Cùm igitur infans iste in lucem editus atque lætum ejus rei nuntium ad regem perlatum esset, ipse ad reginam pergens eidem dixit: ego quidem mecum deliberaveram, quid de infante isto, qui ex me natus non est, statuerem; sed dum horrenda illa signa, quæ hoc tempore, quo natus est, evenerunt, jam conspexi, certò deprehendi, eundem Diis prognatum esse, ac propterea ipsum servabo vivum eumque studiosè & diligenter custodiam. Posteà infanti Alexandri nomen imposuit & ancillis, quibus regiæ domus cura injuncta erat, præcepit, ut infantem custodirent, nutrirent atque educarent, donec adolesceret; Alexander autem nec patri nec matri similis erat facie, (3.) nam illius quidem capilli leonis referebant pilos; oculi verò prægrandes erant, eorumque alter nigro, alter cœruleo (4) erat colore, dentes quoque magnos (5.) habebat, ejusque vox bovis instar resonabat. Puer igitur paulatim adolescens literarum studiis traditus educa-

(2. Ita hic Latine vertere volui משבר vid. R. Salom. ad Exod. c. 1. v. 16. & ad 2. Reg. cap. 19 v. 3. ubi quid sit משבר, exponitur.

(3.) Vid. infrà cap. 14. num. 14. Arrian. de Expedit. Alexandri M. l. 7. scribit, illum fuisse καλλίστου τὸ σῶμα i. e. corpore pulcherrimum.

4.) Vel hyacinthino, nam in textu hic habetur כמראה תכלת infrà d. cap. 14. n. 16. describitur, quòd fuerit albus, tamquam felis oculus.

5.) Infrà dict. cap. 14. num. 17. dicuntur acuti tanquam canini dentes.

educatusque atque omnis generis doctrinâ ac sapientiâ eruditus fuit, Philippus etiam Nectanebo præcepit, ut ipse quoque Alexandrum informaret: cùm verò duodecim annorum esset, equos tàm aptè regere poterat, ut nemo inter equites ei peritiâ ac robore comparari posset, id, quod Philippus admiratus eidem dixit: ego quidem te, Alexander, unicè diligo & amore complector; sed illud me solicitum tenet, quòd te mihi facie haud similem deprehendo; regina verò id audiens Philippo succensuit ac secum cogitavit, quòd regis animus parùm sincerus ergà se esset, quocircà Nectanebum ea de re consuluit, qui eidem respondit: noli de Philippo, marito tuo, aliquid sinistri suspicari, illius quippe amor ergà te integer est & incorruptus. Hæc Nectanebi verba cùm Alexander audisset, eidem dixit: undenam tibi hæc est sapientia, ac quomodo animum regis nôsse poteris? ad quæ ille respondens: sapientia ista, inquit, ex astrorum ac virium corporum cœlestium notitiâ homini obtingit; (Nectanebus autem unus ex præceptoribus Alexandri erat) cui Alexander respondit: ego sapientiam hanc addiscere valdè cupio, nam omnes alias, quas me docuisti, scientias præ hac sapientia parvi æstimo, cur tu me hactenus in illa erudire distulisti? Nectanebus autem eidem respondens: hæc, ait, ratio est, quia omnis, cui sapientiam hanc quærere animus est, necessariò in sylvis ac desertis locis solus ambulare, astra contemplari aliasque res multas peragere debet, quæ non nisi ab eo, qui solus & ab hominibus separatus vivit, perfici possunt. Posteà Alexander eundem interrogavit: tunc mediante hac sapientia scire poteris vitæ tuæ exitum ac tempus mortis tuæ? cui Nectanebus respondit: sapientiâ hac meâ instructus novi, vitam meam perbrevem fore, atque illum ipsum, qui ex me natus est, me interfecturum esse; ad hæc Alexander: sapientiæ istius, inquit, desiderium animo meo valdè infixisti, nec rationem, qua hanc

conse-

consequi possim, satis perspectam habeo; Nectanebus autem ei respondit: nonne tibi dixi, si sylvam mecum intraveris, te artem hanc, prout desideras, discere posse? convenit itaque inter illos, ut nocte quadam urbe egrederentur in sylvam. Cùm itaq; ad fossas, urbi vicinas, ubi astra contemplabantur, venissent, Nectanebus Alexandro dixit: aspice, mi fili, ac vide stellam Saturni, (6.) contemplare, quomodo lumen ejus subobscurum sit, aspice quæsò Jovis ac Veneris (7.) stellas, quomodo fulgeant & radios emittant; tunc Alexander ait: ostende mihi illas, mi præceptor, Nectanebus igitur ad ipsum propius accedebat, oculosque suos ad astra tollebat, ut eadem Alexandro ostenderet, quo facto Alexander ipsum in foveam protrudebat, hæc adjiciens verba: abi iratis Diis, tali enim supplicio dignus est, qui secreta & arcana regis detegit, atque hoc ipsum ideò tibi evenisse cogita, quia patris mei arcana matri meæ revelâsti; Nectanebus autem hæc audiens, flebili voce è fovea sic lamentabatur: jam miser ego reipsa deprehendo, quòd sapientia mea certum jam eventum sortita sit, tu enim, Alexander, ipse filius meus es, quem vidi, quòd me interfecturus sis; Alexander verò eidem respondens: quomodo ego, inquit, filius tuus sum ac quisnam id tibi dixit? Nectanebus autem: reverà filius meus es, ait, nec ex me jam quære, quomodo id factum sit; his dictis Alexander ad iram commotus lapidem in Nectanebum conjecit, cujus ictu interiit. Dein Alexander pœnitentiâ ductus dixit: fortè vera sunt, quæ iste locutus est, præceptoris igitur interfecti misertus in foveam descendit atque Nectanebi corpus inde extraxit, idque humeris suis ad regium usque palatium portavit; Nebiras autem, illius mater, id cernens eidem dixit: ecquid istud rei est, mi fili? cui ille respondit: hoc Nectanebi, præceptoris mei, corpus est;

(6.) Vide, quæ supra ad lib. 1. c. 2. num. 30. annotata sunt.

(7.) Vid. suprà h. lib. 2. cap. 10. num. 7. ubi Planetarum nomina invenies.

est; illa verò eidem dixit: cur facinus istud perpetrâsti? annon ille pater tuus vel certè parentis loco fuit? cur ei malum pro bono rependisti? ad quæ Alexander respondens: hæc omnia, inquit, ob cordis tui mollitiem & animi tui tenuitatem (8.) tibi evenerunt: regina autem præcepit, ut Nectanebi corpus in Palatio suo sepeliretur.

CAP. XIII.

REx autem Pelusii, (1.) qui provinciis, Macedoniæ vicinis, imperabat atque Philippi amicus & confœderatus erat, eidem eqvum donavit elegantem (2.) ac robustum, cui similis in universo Macedoniæ regno non reperiebatur, eique Bucephali nomen imposuit, huic equo ob robur & ferociam nemo insidere poterat, (3.) omnis enim, qui ei appropinquabat, ab ipso interficiebatur, qua de causa etiam septis (4.) ferreis inclusus regis jussu continebatur, ibique alebatur atque eum, qui mortis reus erat, rex feroci huic equo projiciendum mandabat, quo facto equus hominem illum statim perimebat ejusque ossa comminuebat ac carnem devorabat. His itaque septis equus iste longo satis tempore inclusus coërcebatur, nec quisquam propius

(8.) Vel: Ingenii seu scientiæ tuæ exiguitatem, sic enim juxtà Hebræum etiam vertere possis; redarguit autem Alexander hoc loco studium matris suæ curiosum in exquirendis regis Philippi arcanis, ut sensus sit, nisi tu regina mater Nectanebum consuluisses de regis Philippi arcanis, quonam scil. is animo ergà te affectus esset, ego Nectanebum haud interfeciissem.

(1.) Ita hic verto פלוסיא vid. quæ suprà cap. 9. n. 12. annotata sunt.

(2.) Plinius lib. 8. cap. 42. scribit, Bucephalum sedecim talentis ex Philonici Pharsalii grege emptum fuisse, confer Freinshemii Supplement. in Curtii librum 1. c. 4.

(3.) Plinius dicto loco scribit: hic equus, regio instratus ornatu, neminem alium, quàm Alexandrum recepit in sedem; sine ornamentis verò ac nudus cuilibet equisonij se dedit conscendendum. vid. & Plutarch. in Alexandro.

(4.) Seu: cancellis, hac enim generali appellatione hic uti volui, posses juxtà Hebræum etiam caveam seu canistrum ferreum interpretari, confer. hic R. Jac. Abendanæ not. ad Zachar. cap. 1. in Michol Jophi, ubi ipse virum illum, equo insidentem, de quo Zachar. dict. cap. 1. vers. 8. agitur, de Alexandro Magno, equo suo Bucephalo insidente exponit. it. Abarbenel. ad Zachar. dict. c. 1. fol. 281. col. 3. med.

us ad illum accedere audebat; Philippus autem simulacrum aliquod ex idolis (5.) suis, magica arte fabrefactum, adiens consuluit, ut sciret, quisnam post obitum suum regno præfuturus esset; vidit autem per somnium idolum quoddam ad se venire, atque ita loqui: quicunque equo tuo, septis incluso, insederit, is te mortuo regnabit; hæc dicta cùm Philippus animo suo volutâsset, nemini ex ministris suis arcanum istud revelavit: Alexander autem decimum quintum agens annum, jamdum omnigena eruditione instructus erat, nam disciplinam (6.) quidem à Callisthene; Philosophiam autem ab Aristotele, (7.) Philosopho; artes verò militares ac fortitudinem à Casbane, (8) fortissimo viro, didicerat. Quamobrem nomen ejus ac virtus inter principes ac duces regni admodùm celebre erat: accidit autem die quodam, ùt Alexander ad ostium septi illius, cui ferox iste equus inclusus erat, accederet, ibique sub ejusdem pedibus ossa hominum craniaque confracta videret, atque ideò ad indignationem admodùm moveretur. Posteà Alexander manum suam per cancellos extendebat equique collum palpabat, quo facto equus respiciens lingvâ suâ Alexandri manum blandè lambitabat; Alexander itaque septum recludi jussit ac manum suam collo equi, qui jam non amplius, prout anteà, hinc inde ferociter respiciebat, sed placidè stabat, imposuit, eique sine capistro ac freno insedit, id quod cùm Philippus vidisset (nam ea res ei nunciata erat) admodùm gavisus est & Alexandrum læto excipiens animo dixit; laus sit Deo Optimo Maximo, qui vera de te per nuntios suos divinos prædixit; dein rex Alexan-

את בשורו׳ ויהי הסוס אסור בחוך
הכלוב ימים רבים ואיש לא יכול לקרוב
אליו׳ ופוליפוס הלך אל אחד מצלמי
התעבותיו הנעשים בחבמ׳ על ידי הרטומו
ואשפיון לדרוש ממנו להראותו מי ישב
על כסאו אחריו׳ וירא בחלומו והנה
אחר מהצלמים בא אליו ויאמר האיש
אשר ירכב עליו הסוס האסור אשר לך
הו׳ ימלוך אחריך׳ וישמור פוליפוס את
הדבר בלבו ולא גלה סודו לאח׳ מעבריו׳
ויהי כהגיע אלכסנדרוס אל ט״ו שנה
והוא כבר נשא ונתן בכל חכמה ולמד
חכמת המוסר מקלס״תאנס וחכמת
בפלוסופיא מארי״סטו הפלוסוף׳ וחכמת
הזיון והגבור׳ מכשבא ש הגבור ויגדל
שמו בין השרי׳ ויגבר בטבטיטי המלכות
ויומם ודמה יום אחד והוא עובר על
פתח מאסר הסוס המוסר׳ והנוב׳ ויפן
אליו וירא והנה עצמות אנשים בין רגלי
הגלגלות שבורות ויחר לו מאד׳ וישט
ידו מתוך חלוני הכלוב וימשש את צואר
הסוס ויפן הסוס וילחך את ידו בלשונו׳
ויצו אלכסנדרוס ויפתחו את הכלוב
ויפשוט ידו על צוארו ולא פנה הסוס
אנה ואנה וירכב עליו אלכסנדרוס מבלי
אפסר ורסן׳ ובראות פוליפוס זה בי
הגידו אליו וינשהו וישמח עליו מאד׳
ויאמר

(5.) Autor sive interpolator Judæus gentium idola hic vocat תועבות i. e. abominationes.

(6.) Sive eruditionem, sic vocem מוסר hic vertere possis, quâ cæteræ artes, præter studium Philosophicum, intelliguntur.

(7.) Vide, quæ infra cap. 18. n. 1. & c. 24. n. 6. annotata sunt.

(8.) Ita hic interpretor: כשבאנש quisnam verò ille Casbanes fuerit, aliis jam inquirendum relinquo; certè nec Q. Curtius nec Arrianus de expeditionibus Alexandri Magni istius

ויאמר ההולה לאל אלהי האלהים כי
נאמנו עליך דברי האלוהות שלוחיו ואנ
ספר לו את אשר נרא׳ לו בחלום
הלילה׳ ויענהו אלכסנדרוס לו נתת לי
חיל ורכב ופרשים לצאת ולהלחם באשר
רצונך להלחם כי אז האמנת בחזיונך
וישיבהו המלך עשה בני כטוב בעיניך
ובחר לך מגבורי כרצונך ודגדג אני
צויתי לתת לך מאוצרי מ׳ אלפים זהובים
לעדה לדרך׳ ויבחר לו מאה פרשים
גבורים מגבורי המלך וישריה ויצו להוליך
עד ימינו את הסוס בוספאל ויצא
אלכסנדר עם הגדוד ועמו פאסתיום הסופר
ליוען׳ ויפגע בדרך את ניקולאס מלך
אנדריאש בא בחיל כבד ובראות ניקולאש
אלכסנדר וישאלהואלאמר מי אתה ויענהו
בגאוה ובוז אני אלכסנדרוס בן פוליפוס
המלך ויאמר אליו והלא שמעת מי אני
ואיכה תרים קולך למולי לענות בגאוה
ובוז׳ ויענהו מכיוך אני כי אתה הוא
ניקולאש מלך אנדריאש ואל יגבה לבך
בהיותך בשורה להשוב כי לברך חמשרה
כי גם אני מבנה לאוזני אבי המלך
האדיר׳ והלא ידעת כי הגבוה מפיל
ומשפיל את בעליו והשפל והצעיר גובר
על הרב המתגאה׳ ויאמר לו ניקולאוס
לו תתתור לנים מפני היה טוב לך׳
ויענהו אלכסנדרוס כמשפק עליו נשו׳
הלאת

Alexandro ea, quæ ipse per somnium viderat, narravit, ad quæ Alexander respondens: utinam, inquit, pedestres copias, ut & currus ac equites mihi des, ut egrediens adversùs eos, quos velis, pugnare possim! tunc majorem certè fidem haberes viso illi nocturno, quod tibi dormienti apparuit; rex verò eidem respondit: fac, mi fili, prout tibi visum fuerit & ex militibus, quoscunque volueris, tibi elige, en ego præcepi, ut expeditionis instruendæ causa quadraginta aureorum millia ex thesauro meo tibi suppeditentur. Alexander itaque centum equites fortissimos eorumque præfectos ex regis militibus delegit, eisque, ut equum Bucephalum sibi adducerent, injunxit, dein cum exercitu suo egressus & cum illo Phasthius, (9.) scriba, quem sibi consiliarium adjunxerat, obvium habuit Nicolaum, (10.) Andriæ (11.) regem, qui grave agmen secum trahebat, hic, cùm Alexandrum conspexisset, ac quisnam esset, interrogâsset, ille contemptim ac superbè respondit: ego sum Alexander, Philippi regis, filius; ad hæc Nicolaus: annon, inquit, audisti, quisnam ego sim? cur adeò superbè ac contemptim coràm me vocem attollere haud veritus es? Alexander verò eidem respondens: novi te, ait, quòd sis Nicolaus, Andriæ rex; sed noli propterea superbire, quòd magna potentiâ præditus sis, nec te solum putes esse, qui imperiò valeas, nam ego quoque patri meo, regi potentissimo, proximus sum, annon tibi notum est, quòd superbia eum, qui elato est animo, dejiciat ac deprimat; humilis autem & parvus superbum vincat? ad quæ Nicolaus respondens: utinam, ait, tu aliquò loci abires ac temet è conspectu meo absconderes, id enim satius tibi foret! Alexander verò

(9.) Sic nomen: פאסתיום hic vertere volui, fortè Hephæstionem intelligit Judæus interpolator.

(10.) Quisnam hic rex fuerit, jam aliis inquirendum relinquo; certè nec Q. Curtius nec Arrianus de expeditionibus Alexandri Magni istius Nicolai ullam faciunt mentionem.

(11.) Hebr. אנדריאש sic in Hebræo hic legitur; est aliàs Andros insula Samo vicina, Asiæ adjacens.

rò illum veluti ludibrio excipiens: procùl hinc abscede, inquit, mi homo, quisnam tu es ac quis ego? (12.) ast Nicolaus iterùm minitans ei dixit: utinam è conspectu meo temet auferres, id enim tibi expediret! Alexander autem eundem deridens: procùl hinc, inquit, abscede, mi vir, quisnam tu es ac quis ego? (13.) hæc cùm audisset Nicolaus, ad iram valdè commotus fuit, inprimis, quòd Alexander illum non appellâsset regem, quamobrem Alexandro dixit: tu sanè, ô stolide ac fatue, nimiùm superbis nec reges honorare didicisti, certè si servis meis præciperem, ut sputa in te conjicerent, annon illi te sputis suis submergerent? sed parco stultitiæ tuæ, quia adolescens es ac stolidus. Dein Nicolaus Alexandro valdè succensens sputum in illius faciem conjecit his dictis: sic fiat stupido, tui simili, cui nullus supereſt pudor! Alexander autem propter hoc factum haudquaquam animo commotus fuit; sed eundem miti responso excipiens: tu sanè insipienter, inquit, egisti, nec te alium, quàm stolidum, deprehendo, utinam certum mihi constitueres diem, quo certamen inire & adductis copiis ambo manum conserere possimus! tunc sanè constabit, quis canis aut leo sit; cùm itaque inter utrumque de die, quo congrederentur, convenisset, ad urbem suam unusquisque intereà reversus est; præfinito autem tempore ambo copias suas contraxerunt ac sublato clamore gravissimum excitârunt prælium, quod tàm diu duravit, donec Nicolai copiæ ab Alexandri exercitu in fugam conjectæ essent; quo facto Alexander Nicolaum persecutus est, eumque in pugna deprehensum interfecit atque ejusdem exercitui fugienti eò usque institit, donec in mediam Nicolai provinciam perveniſſet, quam cùm Alexander sibi subjecisset eidemque duces & principes præfecisset, in patriam suam rediit, regiam coronam capite gerens.

הלאה אתה בן אדם ומי אתה ומי אני׳
ויאמר ל׳ ניקולאוס שניה׳ לו תתאר
לברוח מפני הי׳ טוב לך׳ ויענהו
אלכסנדר במשחק עליו נטה הלאה אתה
בן אד׳ ומי אתה ומי אני׳ ויהי בשמעו
ניקולאוס את דבריו ויחר לו עד מאד
כי לא קראו בשם מלך ויאמר אליו הוי
כסיל וכער אתה מחצאה בעצמך ולא
הודע כבוד המלכים ולו צויתי לעבדי
לרוק עלך הלא הטבע ברוקם׳ אמנם
אחמול על הלללחיך כי נער ובער את׳
ויקצוף עליו עד מאד וידק בפניו ויאמר
לו ככה יעשה לכסיל כמוך אשר אין לו
בשת ואלכסנדר לא שת לבו למעשהו
ויען ויאמר לו במעטה רק מעשה כמו נבל
עשית ולא אמציאך כמוהו אולם אם
העידות בי יום אחד אשר נתראה פנים
להלחם בגדודנו שנינו אז ידע מי הכלב
ומי האריה ויועדו שניהם להקבץ יחד
ליום מועד׳ וישב כל אחד מהם לעירו
וליום הבוא נאספו שני הגדודים ותעל
זעקתם וילחמו מקצת היום עד אשר נם
חיל ניקולאוש מפני חיל אלכסנדר׳ וירדוף
אחריו אלכסנדרוס עד אשר הדביקו
במערכה וירדוף אחריו וידביקו והרגהו
במערכה וירדוף אחר החיל עד באו אל
תוך מוינת ניקולאוש וימלוך עלי׳ ויפקוד
שם שרים ועבדיו וישב את פניו לשוב
אל ארץ מולדתו וכתר המלכות בראשו
ובבאו לארצו מקדוניאה מצא פיליפוס
אביו נשא אשה אחר׳ על נבא׳ המלכה
אמו

(12.) Sim. est, ac si diceret: te sane præ me parvi vel nihili æstimo, vid. num. sequ. 13.

(13.) Vid. quæ num antec. 12. annotata sunt.

אמו כמקומה ושנה קליאו׳פטר׳ ויעש
משתה גדול ושריו ועבדיו מסובין לפניו
ובבא אלכסנדר ויראהו המשתה ענת ויאמר
הנני מבשרך אדני בכתר הנצוח והגבורה
אשר נתן לי אלהים בראשית מלחמתי
ואני מבקש לנביאנרש אמי מלך אשר
אשיאנה לו ולא אקראך לחתן בבית
המשתה הזה׳ וישיבהו סליגאוס שר
צבא פיליפוס אשר היה מיסב שם ויאמר
המלך פיליפוס נשא אשה שתלד לו בן
אשר ידמה לו כתארו וישיבהו על כסא
מלכותו אחריו׳ בשמוע אלכסנדר את
דבר׳ סליגאוס הרע׳ לו עד מוה ויכהו
במטה אש׳ בידו על ראשו וימות׳ ויראהו
פיליפוס כי סליגאוס שר צבאו מרע
בעיני בו תמהו ויקם על פני אלכסנדר
במאבר׳ אשר בידו להכותו ובקומו
אחותהו פלצ׳ ובעתתהו רוח רעה ויפל
ע׳ פניו ארצה ויצא אלכסנדר מאצלו
בחרי אף ויבולע המשתה ויותר פיליפוס
חולה ויבקרהו אלכסנדר ביום השלישי
ויאמר לו אלכסנדר פיליפוס לא היה נכון
לי לקרוא לך בשם וגם לא אבוך בכנוני
כן לאביו אמנם כבנוי האח לאחיו ועתה
שמע בקולי איעצך והשיבה את אשתך
שלא תריעה מעליה׳ ואתה הרעות
מעליך לקחת אשה אחרת בלעדיה ואל
תרשיאני בהרגי סליגאוס שר צבאך
אחיו

rens. Posteaquàm verò in Macedoniam venit, comperit à Philippo, patre suo, aliam in Locum Nebiræ reginæ matris suæ, ductam esse uxorem, (14.) quæ Cleopatra vocabatur. Philippus autem magnum apparaverat convivium, in quo principes illius & magnates coràm ipso accubuerunt; hunc convivii apparatum ac festivitatem cùm Alexander superveniens conspexisset; en lætum, inquit, tibi, Domine rex, affero nuntium victoriæ ac fortitudinis coronâ cinctus, quam mihi Deus in principio belli dedit; sed alium jam Nebiræ matri meæ regem quæro maritum, ad cujus convivium te haudquaquam vocabo, sicuti nec ipsa à te ad hoc convivium vocata est; Seleucus (15.) autem, quem Philippus exercitui præfecerat, ac qui tunc temporis convivio intererat, Alexandro respondit: Philippus rex uxorem duxit, quæ ei filium, vultu ac formâ patri similem, pariat, quem ipse sibi successorem regio solio imponet; ad quæ Seleuci dicta Alexander adeò irâ commotus fuit, ut baculum, quem tunc manu gerebat, illius capiti impingeret eumque interficeret; Philippus autem, cùm Seleucum, exercitus sui præfectum, interemptum vidisset, facinus istud tàm indignè tulit, ut cultro, quem manu tenebat, Alexandrum peteret, quò eundem interficeret; dum verò surgebat Philippus, subito tremore correptus ac malo turbatus spiritu in terram procidit, quo factum est, ut Alexander irâ inflammatus evaderet ac convivium turbaretur; cùm verò Philippus in morbum incidisset, Alexander tertio pòst die regem invisens eidem dixit: Philippe, non æqum mihi est, ut te (patris) nomine vocem, neque etiam te, ut patrem filius; sed ut frater fratrem compellabo, jam meum audi

(14.) Justinus Histor. lib. 9. cap. 5. scribit, quòd Philippus Attali sororem, expulsa Alexandri matre, Olympiade, propter stupri suspicionem in matrimonium receperit, confer. Ejusdem Justin. eod. l. 9. cap. 7. n. 2, & infrà hoc cap. 13. num. 16.

(15.) Ita hìc vertere volui סליגאוס Justinus verò Histor. lib. 9. cap. 7. scribit, quòd Alexander in convivio primum cum Attalo, mox cum ipso patre jurgatus sit, Plutarchus quoque in Alex. cap. 15. refert, Alexandrum in ista contentione scyphum in Attalum conjecisse.

di consilium atque uxorem tuam (quæ nullam tibi injuriam fecit, sed tu potius eidem contumeliam intulisti, dum aliam illius loco uxorem duxisti) in domum tuam revoca, nec me peccati insimula, quòd Seleucum, exercitus tui ducem interfecerim, nam morte sanè dignus fuit, dum me verbis tàm acerbis, te præsente & audiente, laceravit nec tibi convenit, ut contrà me surgeres atque Seleuci mortem vindicares, jure enim meritoque illum interfeci. Cùm hæc Alexandri verba Philippus audisset, in lacrymas prorupit & unà cum illo Alexander, qui posteà egressus ad Nebiram, matrem suam, venit eique dixit: noli ob Philippi facinus ac peccatum in te admissum, irasci; nam delictum, quod tu clàm perpetràsti, propalàm tulit fructum, prodest sanè fœminis, ut maritorum suorum jugum ferant: his dictis Alexander matrem suam manu tenens ad Philippum deduxit, qui illam placido vultu excepit ac propiùs accedens eandem amplexus atque osculatus est, inque solio pristino, expulsâ uxore (16.) nuper ducta, collocavit.

אחרי אשר היה בן מות בדברו אלי בדברים האלה באונך ולא היה לך לקום עלי להנקם מיתה סלוגיאום כי כן עשיתי בפגעו בו׳ כשמוע פיליפוס דברי אלכסנדר בבה בבי גדול ויבך אלכסנדר עמו ואחרי כן יצא ויבא אל נבארש אמו ויאמר אליה אל יחר אפך בגלל מעשה פליפוס ואשמתו עמך כי התעא אשר עשית בסתר עשה פרי בגלוי וטוב מאד הוא לנשים לסבול עול בעליהן׳ ויקחה אמו נבארש בידה ויביאה לפני פיליפוס ויהי כראותו נשאה חן בעיניו ויקרבה אצלו ויחבקה וינשקה וישיבה על כסאה ויגרש את האשה אשׁ לקח עליה׳

CAP. XIV.

POsteà Darius, Persarum rex, legatos ad Philippum misit, ut tributum quotannis pendi solitum ab eo exigerent; Alexander autem nequaquam pernisit, ut illis aliquid solveretur, posteà legatos sic allocutus est: abite & Domino vestro Dario ita dicite, Philippus cùm nullos haberet liberos, gallinam aluit, quæ aurea peperit ova; sed ex quo filius ei natus est, gallina illa parere desiit; hoc Alexandri dictum legati inter sese admirati, quomodo id in illius animum venisset, abierunt: Cùm verò iidem domum reversi essent, Philippo nunciatum fuit, Armeniam & Carasenam, (1.) è regio-

ויהי לימים וישלח דריוש מלך פרס מלאכים אל פיליפוס לבקש ממנו המס אשר הוו משיבי לו מדי שנה בשנה׳ ויחשך אלכסנדרוס מזה להם מאומה׳ ויאמר אלכסנדר למלאכי לכו אמרו לאדוניכם דריוש כי פיליפוס בעת היותו מבלי בנים היתה לו התרנגלת מטילה ביצי זהב וכאשר נולד לו בן עמדה התרנגולת מלדת ויחמדו המלאכים איש אל רעהו איך מלאו לבו להשיב כדברים האלה

(16.) De quâ suprà h. cap. 13. n. 14.

(1.) Ita hic כראפנא verto; alii codices habent אסנא ס sed nomen istud corruptum puto, ac, qualis illa fuerit provincia aliis inquirendum jam relinquo.

האלה וילכו לדרכם׳ ובשוב מלאכי דריוש והנה מגידים באו ויגידו לפוליפוס כי ארמיניאה וכראסנא מארצות המערב למקדוניאה אשר היו תחת ממשלת פוליפוס מרדו בו ויאמנו להתיו לו מס כמשפטם ויאמנו פוליפוס לאלכסנדרוס אמור המרכבה ועלה עליה׳ למלחמה׳ ויצא אלכסנדרוס בחיל כבד ויצר על המדינות הקשרות על אביו ויבניעם לפניו וישיבו ויחנו לו מס כמשפטן׳ והיה כנסעו על המדינות החן קשרו על פוליפוס אנשי ברטניא ויצא בראבונים מלך ברטניאה בחיל כבד לעלות על מדינת מקדוניאה ולמלוך עלי׳ לבעבור לקחה את נבארש המלכ׳ אם אלכסנדרוס כי תשקה זה ימים׳ ויהן במדינת אגאניא הקרובה למקדוניאה וכשמוע פוליפוס את שמע קול מדנהו ויצא אליו בראשית גדודיו וכראותו כי רב היולו הסב את פניו לשוב למקדוניא ולבלתי הלחם עמו וירא אנשאנים אדון אגניאה העובר לברסנים כי גם פוליפוס וידיק אחריו וידבק אותו מול עיר מקדוניאה והגבר המלחמה ביניהם ויך אנשנים את פוליפוס על ראשו ויפול מעל מרכבתו ארצה במת׳ ויבהיה את חול פוליפוס עד שער העיר

(2.) Sic interpretor hic אנשי ברטניא; sed etiam hoc in nomine errorem intervenisse puto.

(3.) Hebr. כראבונים sic in nostro habetur codice, posses & vertere: Crabones; alia exemplaria legunt כראבונים; Verùm hic quoque in nomine erratum esse existimo, confer. quæ suprà lib. 1. c. 2. n. 15. & 20. hac de re dicta sunt.

(4.) Ita hic verto אגאניא; sed & hoc nomen corruptum puto.

(5.) Præter istas scilicet, quas Alexander in expeditione adversùs provincias rebelles secum duxerat, de quibus paulò antè.

(6.) Hebr. אנשאנים, ita hic habetur: sed paulò post idem vocatur ישנים i. e. (uti equidem exprimo) Josanes, sic Judæi in nominibus propriis parùm curiosi esse solent, vid. quæ num. ant. c. 3. & num. sequ. 7. annotata sunt.

regionibus Macedoniæ occidentalibus, quæ sub Philippi erant ditione, ab eo defecisse, nec tributum pendere velle, sicuti hactenus facere consveverant, quo cognito Philippus jussit, ut Alexander currum conscenderet & exercitum contrà provincias illas educeret; cui mandato ipse morem gerens grave agmen secum duxit, ac regiones istas, quæ contrà patrem suum conspiraverant, subjugavit easque ad officium redegit, ut scilicèt tributum, hactenus pendi solitum, deinceps solverent; intereà autem, dum Alexander in expeditione adversùs provincias illas occupatus erat, Britanni (2.) in Philippum conjurârunt & Cerabones, (3.) Britanniæ rex, ingentes copias ad subigendam Macedoniæ provinciam eduxit, ut reginam Nebiram, Alexandri matrem, quam ille longo jam tempore deperibat, in potestatem suam redigeret. Quare castra in provincia Agania, (4.) quæ Macedoniæ vicina erat, posuit; Philippus autem, cùm ejus rei fama ad ipsum perlata esset, reliquas copias (5.) adversùs illum eduxit; sed, dum ingentes copias istas hostiles vidit, in Macedoniam redire nec cum hoste dimicare statuit; Verùm Osanes, (6.) Aganiæ dominus, qui ad Carasenos transierat, cùm animadvertisset, Philippum fugam adornare, eundem persequens non procùl ab urbe Macedoniæ deprehendit, hinc grave certamen inter ipsos obortum est, in quo Osanes Philippi caput vulneravit, quo facto Philippus è curru provolutus in terram mortuo similis cecidit; Osanes verò, cùm Philippi exercitum ad portas usque urbis persecutus esset

esset, copias suas arci admovit eamque expugnavit ac Nebiram solicitè quæsivit, ut illâ potiretur; sed frustrâ: ipsa enim in turrim munitissimam, quæ ibidem erat, sese receperat; intereà verò, dum Osanes, (7.) turri isti expugnandæ intentus erat, Alexander ex Armenia, quam sibi subjugaverat, reversus cum exercitu supervenit; de cujus adventu cùm Osanes certior esset factus, relictâ Macedoniâ ad Jonum (8.) provinciam, non procùl inde sitam, sese recepit, ubi cum exercitu suo Alexandri copiis obviam ire constituit; Alexander autem omnia, quæ hostis moliebatur, edoctus in mediam illius aciem impetum fecit, atque Osanis capiti grave vulnus inflixit eumque gladio interemit, quo facto Osanis exercitus in fugam versus fuit; Alexander verò ad locum pugnæ, in qua Philippus ipsius pater ceciderat, venit eumque lamentabili voce procùl adclamavit, cui Philippus adhûc spirans respondit: nonne hæc vox tua est, mi fili, Alexander? jam mortem haud timeo, quia te hostium meorum ultorem fore scio, hæc cùm dixisset Philippus, magno gemitu emisso, ibidem exspiravit; (9.) ast Alexander super Philippi faciem procidens eundem deflevit ac præcepit, ut demortui corpus regio more aromatibus condiretur, (10.) dein Philippus defunctus terræ mandatus fuit; cùm verò tempus luctûs præteriisset, Alexander regium occupans solium toti Græciæ imperavit omnesque principes ac ministros suos vocari jussit, quos Alexander præsentes sic allocutus est: audite, principes Macedoniæ, Tarsiæ ac Thalasiæ (11.) ut & Græciæ universæ, ad me respicite dictisque meis animum advertite, nec ullam in viribus humanis, sed

העיר ויבא אל בירת מקדוניאה ויכבשה
ויבקש את נביארש לקחת׳ ולא יכול כי
עלתה׳ באות׳ המבצרי אשר היו שם׳
ובבוא יושנים אל בירת מקדוניאה הגיע
חיל אלכסנדרוס בשובו מארמניאה אחרי
כבשו אות׳ וידע יושנים בבואו ויצא
ממקדוניאה׳ ויבא אל מדינת יואנים
הקרובה אליה ויאזר לצא׳ לקרא׳ אל
אלכסנדרוס וידע אלכסנדרוס את כל
אשר עשה וילך לקראתו ויבא אל תוך
מחנהו ויכה׳ בחרבו ערֶל ויאש יושנים
ויחיתהו וינס הילו וילך אל מקום
תמעוד׳ אשר בו נפל פוליפוס אביו
ויקראהו מרחוק ויבך׳ ופוליפוס עדן
נשמה בו ויענהו ויאמר הזלך זה בני
אלכסנדרוס עתה לא אראג על מותי כי
ארע כי תשיב נקם לצרי ויאנה אנחת׳
גדולה ויפח שם׳ ויפול אלכסנדר ערֶל
פני פוליפוס ויבך ויצו ויחנטהו במשפט
חמלכי׳ ויקבירהו שם׳ ויתאבל עליו עד
עבור ימי בכיתו ויהי׳ בעברם וישב
אלכסנדר על כסא המלכות וימלוך על
כל ארץ יון וישלח ויקרא לכל שרי
ועבדיו ויבאו לפניו ויאמר אליהם׳
שמעו אלי שרי מקדוניא ותארסיה
ותלאסיא וכל פאות היונים והביטו ואזנו
כי ושימו לבבכם באמרותי ואל תבטחו
בגבורת

(7.) Vel: Josanes, יושנים Vide, quæ num. antec. 6. de hoc nomine notavi.
(8.) Ita hîc vertere volui יואנים est enim Jonia Græciæ regio.
(9.) Justinus Histor. lib. 9. c. 6. Philippi mortem longè aliter refert, quàm autor noster vel potius Judæus interpolator hîc adducit.
(10.) De verbo חנט, quod hic occurrit, vid. Commentar. ad Genes. c. 50. v. 2. & seq.
(11.) Ita hîc verto תארסיה ותלאסיא, fortè legendum erit literis transpositis תראסיה ותסאליא i. e. Thracia & Thessalia, etenim nomina propria in autore nostro corruptissima sunt.

בגבורת׳ אדם בלתי בשם יהברך לבדך
והוא יושיעכם מכף כל הקמים עליכם
ויפיל את אויביכם חללים לפניכם ואל
ירך לבבכם במות פוליפוס אבי והתנחמו
בי ואת׳ בעלי דעו למשו איש חרבו
ואיש חניתו והאיש אש׳ אין אתו כלי
קרב יקנה לו כי אני אשכיר חצי מדם
אויביכם ולא אשקוט ולא אנוח בי לא
נאה המנוחה למלכים׳ ויענו וקני גדודיו
ויאמרו כבר יגענו ונלאינו בימי אביך
ואין בנו כח לשאת עתה כלי רב כי
קפצה עלינו זקנה והחרב׳ מלחמת
נבונים לילדים ולבחורים׳ ויענם הוא
אנחנו צריכים אל הוקנים ואל הישישים
מאד מהנערים והילדים כי הילדים בוטחים
על גבורת ילדותם ויביאו את נפשם
במבוא המות ועצת הזקנים תנחלם
והנחם׳ ובשמוע ההמון את דברי
אלכסנדר ישרו בעיניהׄ מאד ויקדו
וישתחוו לו וישיבהו טוב והד׳ אשר
דברת׳ מאד הנני ועשינו כאש׳ דברת׳
ויפקוד על העם זקנים וישישים לעשרת
ערֶ פיהם כל דבר ויעמד כן. וימלך
אלכסנדר תחת אביו ותהי בן עשרים
שנה במלכו תחת אביו ותהי גבור מלחמ׳
חכם ושם רבו המלמדו להועיל
אריסטוטוליס החכם׳ ותאהו בהיותו
בן עשרי׳ לא דמה לא לאביו ולא לאמו
וגם ביום הולדת אותו היה כן׳ ותהי
צורתו

(12.) Huc faciunt, quæ Justin. Histor. l. 11. c. 6. n. 4. adducit.
(13.) Consentit Justin. Histor. lib. 11. cap. 1. n. 9.
(14.) Vide, quæ suprà cap. 12. num. 3. annotata sunt.

sed in solo Deo spem ponite, is vos ab omnibus inimicis vestris liberabit hostesque vestros interfectos pedibus vestris subjiciet, nolite ob mortem Philippi, patris mei, animum abjicere; sed in me solatium ac fiduciam vestram collocate, robore estote instructi gladiosque vestros & hastas acuite; cui arma desunt, is sibi illa comparato, ego enim sagittas meas hostium sangvine tingam, nec langvido aut remisso ero animo, otium quippe regibus minimè convenit. Ad hæc seniores exercitus eidem respondérunt: jam anteà vivo adhûc patre tuo laboribus & molestiis defatigati sumus, nec vires nobis jam suppetunt, ut arma gerere possimus, nam ætate graves sumus; arma verò ac studia bellica juvenibus & ætate florentibus conveniunt: Ast Alexander iisdem respondens: jam magis, inquit, nobis opus est veteranis & senioribus, (12.) quàm juvenibus & adolescentibus, hî enim ætatis suæ viribus confisi sæpè vitam suam mortis periculo exponunt; seniorum verò prudentia eosdem regit ac moderatur; hæc Alexandri dicta cùm multitudo audisset, eidem valdè placuerunt ac prono in terram vultu ipsum venerati responderunt: optimè dixisti, ecce parati sumus, ut omnia, quæ jusseris, faciamus. Posteà Alexander militibus præfecit senes & veteranos, ut illorum dictis audientes essent, quod & ipsi promptè executi sunt; Alexander autem patri suo successit, cùm viginti annos complesset, (13.) nec fortis solùm, sed etiam prudens in bello fuit ac præceptorem habuit Aristotelem, sapientem virum, qui illum ad quævis præclara facinora instruebat; cœterùm Alexander, vigesimum ætatis annum agens, nec patri nec matri similis erat facie, (14.) idque jam inde ab ipsa nativitate: nam vultu leonem referebat atque oculi ejus turbidi & obscu-

obſcuri (15.) erant; dexter quidem nigro colore deorſùm inclinabat; ſiniſter verò albus, tanquàm felis oculus (16.) erat ac ſurſùm reſpiciebat; dentes, perinde ut canis, acutos (17.) habebat & leonis inſtar à prima pueritia promptus (18.) erat.

צויתו בצורה פני אריה ועיניו עבורות ומעורבו עינו הימנית שחורה ומבטרת למטה והשמאלית היתה לבנה כעין תהול ומבטרת למעלה ושניו הרוחות בשתי הלבב והיה מזיר באריה מלדותו׃

CAP. XV.

ALexander autem, ſtatim atque bellum gerere cœpit, exercitum patris ſui ejusque copias luſtravit & recenſuit, ac Macedonum quidem haſtatorum viginti quinque millia; inter quos octies mille & ſeptingenti erant ſagittarii, numeravit; eorum verò, qui gladios gerebant, viginti millia ac quingentos recenſuit; cœterorum autem hominum, qui armis quoque ferendis apti erant, trecenta (1.) & ſex millia ac ſexcenti erant; (2.) ex theſauro verò ſuo quinque millia talentorum aureorum deprompſit eaque ærarii præfecto (3.) expeditionis maturandæ cauſa tradidit; alia inſuper quinque millia talentorum argenteorum aulæ præfecto (4.) dedit, ut ea ſecum, quocunque irent, duceret; ipſe verò inter milites ſuos tantum auri argentique, quantum quisque voluit, diſtribuit, centum (5.) quoque bellicas (6.) naves ac totidem actuarias (7.) fabricandas curavit, quibus etiam aurum

בראשית מלחמותיו חשב ופקד אנשי מלחמו אביו וגדודיו וימצ׳ מקרונים שני׳ רבוא וחמשת אלפים אנשי חניח ובהם אנשי מלחמה בחצים ח׳ אלפים ו׳ מאות ואנשי הרב שנים רבוא ות״ק ושאר העם יודעי במלחמה ל׳ רבוא ו׳ אלפים שש מאות׃ ויוציא מאוצרותיו חמשת אלפי כברי זהב ויתנם לבעל חדרו להוצאה וחמשת אלפים ככרי כסף נתן לסוכן להוליך בדרך ויתן כסף וזהב לצבא כחפצם ויעש אניות וצי׳ אדיר׳ ק׳ ואניו׳ משוט ק׳ ויתן כסף וזהב גם לאניו׳ להוצאה ויעבר אותם באי סיציליאה לעבור באיטליאה׃ וישמעו גדולי רומה את שמעו וישלחו לו כתר מוכתר

במרגליות

(15.) Permixti, confuſi, id enim vox מעורבות ſignificat.
(16.) Vide, quæ ſuprà cap. 12. num. 4. dicta ſunt.
(17.) Ita hic verto תהותות, vid. ſuprà d. cap. 12. num. 5.
(18.) Velox, celer, id enim verbum מהיר, quod hic occurrit, ſignificat.
(1.) Hebr. לי רבוא i. e. 300000. ſic in noſtro codice.
(2.) Juſtinus Hiſtor. lib. 11. c. 6. n. 2. longè minorem copiarum numerum recenſet, vide notas Bongarſii ad dict. c. 6. n. 2.
(3.) Seu Theſaurario, ſic enim vertere poſſis בעל חדרו, qui regio cubiculo ſeu conclavi, ubi theſauri aſſervabantur, præerat, Chaldæis גזבר dicitur, vid. Eſiæ c. 1. v. 8. & c. 7. v. 21. ibique R. Salom.
4.) Ita communiter vertunt vocem סבן vid. Eſaiæ c. 22. v. 15.
(5.) Quoad numerum navium, vid. Juſtin. Hiſtor. lib. 11. c. 6. n. 2.
6.) Prævalidas, magnas, id enim ציי אדיר hic denotat, ita & R. Salomo ad Num. cap. 24. v. 24. exponit: ברניות גדולות naves magnas.
(7.) Minores, quæ remis aguntur, ſic אניות משוט hic interpretor.

במרגליות וזהבו לאדון ומושל ויקבלהו בשמחה׃ ומשם עבר וילך אל ארץ אפריק׳ ויצא לקראתו שר צבא אדון האר׳ ויודהו לאדון וישם מם על הארץ׃ ויעבור משם בארץ לביאה ויכנע אותה התחיו׃ ויעבור בארץ בארבריאה ויכבשה ויסע משם הלוך ונסוע עד לבוא הנהר היוצא מים אוקיאנוס ויראה את ממיו זכים וצחים ויחרץ בהם וירעו לו המים ויכאב ראשו ויחלה מאד וידפאהו פוליפוס הרופא במשקים ובחמרוקים׃ ויעבור משם בארץ מדי ויכניעה׃ ויעבור בנהר פרת וילך בארץ בקטריאני ויכבשה׃ וישמע דריוש וישלח אליו ספרים לאמר הלא ידעת כי אני הוא דריוש מלך המלכים ואדון כל גויי הארץ ואלהי השמים המליכני והכין את כסאי׃ ועתה אין מלאך לבך לעבור את הים ואת למלוך על גוי מקדון בלתי רשיני גם באת וכבשת מקומות מארצי ולא הכנעת את נפשך לפני להנצל העבר לפני אדוני׃ ולכן מהר בוא והשתחוה לפני ואם את פי תמרה איסרך במוסר מורת׃

ואם

aurum argentumque impoſuit atque easdem in Siciliam deduci juſſit, ut in Italiam trajiceret; cùm verò ad Romanorum principes Alexandri fama perveniſſet, auream illi coronam, pretioſis lapidibus (8.) diſtinctam, eidem miſerunt, ipſumque regem ac dominum ſalutârunt atque illum læti exceperunt: (9.) inde profectus in Africam, obvium habuit illius regionis principem, exercitus ducem, qui eundem quoque pro domino recepit. Poſteà Alexander, cùm tributum iſti provinciæ impoſuiſſet; exercitum in Lybiam traduxit eamque ſubegit, exin profectus in Barbariam (10.) eandem ſubjugavit, poſteà caſtris crebrò motis tandem ad flumen, quod ex Oceano originem ducit, pervenit, ubi, quùm illius aquas limpidas (11.) ac puras vidiſſet, lavandi deſideriò ductus fuit, quo facto capitis dolore correptus graviter ægrotavit; ſed Philippus medicus eundem ſanavit; exinde copiis in Mediam ductis eandem ſubegit, poſteà trajecto Euphrate Bactrianorum terram in ſuam redegit poteſtatem: Darius autem, cùm ejus rei fama ad ipſum perlata eſſet, literas ad Alexandrum miſit in hanc ſententiam: annon tibi notum eſt, quòd ego Darius rex regum atque omnium gentium totius orbis dominus ſim & quòd Deus cœlorum regnum mihi dederit ſoliumque meum firmârit? cur igitur in animum tuum induxiſti, ut mare trajiceres, atque Macedoniæ regnum

(8.) Seu margaritis, id enim vox מרגליות, quæ hic occurrit, etiam ſignificat.
(9.) Ariſtus & Aſclepiades ex iis, qui de Alexandri rebus geſtis ſcripſerunt, referunt, e iam à Romanis legatos fuiſſe miſſos ad Alexandrum, audita eorum legatione, jam tum de futura Romanorum potentia aliquid auguratum eſſe, uti ſcribit Arrian. de expedit. Alexandr. Magni lib. 7. pag. mihi 476. conſer & Juſtini Hiſtor. lib. 12. c. 13 aſt Livius lib. 9. c. 18. refert, Alexandrum Magnum ne famâ quidem populo Romano cognitum fuiſſe.
(10.) Hoc recentioris ævi nomen autorem vel potius interpolatorem Judæum recentem eſſe arguit, prout exiſtimat Gerhard. Joh. Voſſius lib. 2. de Hiſtor. Græc. cap. 8. confer. quæ in Præfatione mea num. 21. notata ſunt.
(11.) De periculoſo Alexandri morbo, cùm natandi cauſa ſeſe in Cydnum flumen conjeciſſet, vid. Arrian. de Exped. Alex. lib. 2. pag. mihi 89. & Juſtin. Hiſtor. lib. 11. c. 8. ac Curt. l. 3. c. 5. & 6.

citrà voluntatem meam occupares? neque id tibi satis fuit, sed etiam regiones ditionis meæ subegisti, prætereà non eam animi humilitatem, quâ servus dominum suum colit, ergà me geris; quocircà celerrimè hûc propera ac temet coràm me prosterne, quòd si id recusaveris, ego te morte mulctabo; si verò ad me veneris, noli timere, nam adolescentiæ tuæ ignoscam crimenque tibi condonabo. Verùm Alexander, perlectis Darii literis, illius mandatum parvi fecit, quin potius irâ inflammatus exercitum suum in loco campestri instruxit, ut cum Dario acie decerneret, nam & hic maximas ac validissimas copias in campum eduxerat: constituto itaque prælii die ambo acerrimam inierunt pugnam & ingens utrimque conflictus obortus est, quo multi ceciderunt; eodem illo die sol obscuratus ac tonitru vehemens auditum fuit, cujus fragore perterriti Persæ in fugam semet conjecerunt, ipse quoque Darius curru armisque relictis (12.) equum conscendit ac fugâ salutem quæsivit; Alexander autem quadraginta dierum itinere fugientem persecutus illius uxorem & liberos vivos in potestatem suam redegit; ast Darius noctu aufugiens milites suos Alexandri iræ ac cædi reliquit, qui interemptorum corpora humo contegi jussit; Macedonum quidem interfectorum tàm equitum, quàm peditum numerus fuit centum & novem millium ac quingentorum, (13.) è quibus centum & octoginta vivi capti sunt; ex Persarum verò agmine 120000. (14.) tàm pedites, quàm equites ceciderunt; principes 4000. vivi capti fuerunt; è Ma-

ואם אלי תבוא לא הוירא כי אחמול על
נעורותיך ואשלח ערל חטאתיך ויקרא
אלכסנדרום את כפורו ולא שת לבו
לרבויו וימלא חימה. ויערוך את צבאו
בארץ הערב בשדה לעורך מלחמה עם
דריוש וגם דריוש הוציא אל השדה צבא
רב ועצום ויועדו יום למלחמה ויערכו
מלחמה גדולה ביום מועד ויכו אלה
באלה ויפלו אלה מאלה רבים. ותחשך
השמש ביום ההוא ויהי רעם הוק ויברוח
הפרסים מקול הרעם ודריוש עזב את
מרכבתו בכלי נשק ויוכב על סוס ויברח
וירדפהו אלכסנדרום מהלך ארבעים יום
וידבק את אשתו ואת בניו ויהפשם
היום ודריוש ברח לילה ויך אלכסנדרום
את חיל דריוש לפי חרב ויצו אלכסנדרום
אחרי כן לקבור את ההרוגים ויעל מספר
ההרוגים מן המקדונים מאה ושלשים
אלפים וחמש מאות בן רגלי ורוכבי
סוס. ויהפשום חיי מאה ושמונים איש
ומספר ההרוגים מהפרסים ק״ב רבוא
בן רגלי ורוכבי סוס. ויהפשו מהם
היום ארבע אלפים שרים ומן מקדוני
מאה ושמני איש ויאסוף עוד דריוש
מחנה גדול מן הראשון אחרי אשר ברח
וישלח

(12.) Vid. Arrian. de Exped. Alex. l. 2. pag. mihi 109. ut & Curtii ac Justini Histor. locis jam num. anteced. 11. adductis.

(13.) La perte bien grande pour une armée victorieuse, jactura sanè magna exercitus victoriosi; errorem itaque in numero hic subesse puto. Justinus Histor. lib. 11. c. 6. narrat in prima congressione in campis Adrastiis sive ad Granicum amnem de Alexandri exercitu novem pedites, centum vigimi equites cecidisse, sed Arrianus lib. 1. de Exped. Alex. Magn. pag. mihi 47. variat quoad numerum interemptorum, vid. Joh. Freinshem. Supplem in Curtii lib. 2. c. 5.

(14.) Justinus eod. cap. 6. numerum non exprimit; sed magnam Persarum cædem fuisse scribit, vid. Arrian. lib. 1. & Freinshem. Supplem. loco alleg.

וישלח אלכסנדרום מרגלי לראות ארץ
הצבא. וישלח גם אלכסנדרום את שרי
צבאו אנטיפטורום ואסקתנדרון לאסוף
חיל מארצות ממלכותיו וילכו ויבואו אליו
בחיל גדול מאד מאד. וילך בארץ
אבסיא ויכבשה ומשם עבר בארץ ברטואה
ויכבשה. וילכוד את ארץ אולינטון
ויכניעה. ויעבור בארץ כנען ויכניעה.
וילך בארץ מאוטין ויכבשה. ויהי רעב
בארץ ההיא וימותו רבים מהמקדונים
ברעב עד שאכלו רבים מהם את מותיהם
ויסע הלוך ונסוע כבוש ולכוד ממלכה
אל ממלכה עד לבוא מלכות לוקיום
ויכבשה. ומשם עבר אל ארץ אקרקנטום
בסיקליא ויכבשה ויבא אל היכל
אפולינום להתפלל שם ויעבור עד ארץ
מצרי ויכבשה וישלח את אנשי אניוחיו
דרך ים לתמות את כל יושבי טריפולי
כי בגדו בו. וילך הלוך ונסוע עד עיר
קרטגיניאה היא עיר הגדולה לאלהים
והיא ראש לכל מדינות מלכות אפריקא
ומדת העיר עשרים וארבע מיל ושלש
מאות ושמונה כפות רגל. וילך משם
ויעבור

è Macedonibus autem non nisi 180. in hostium potestatem venerunt. Intereà Darius, postquàm in fugam conjectus erat, majorem, quàm anteà, exercitum collegit, quem ut exploraret Alexander speculatores ablegavit exercitusque sui principes, Antipatrum & Ascatandrum (15.) in regni sui provinciam ad copias contrahendas misit, qui etiam maximis cum viribus ad Alexandrum venerunt; posteà exercitum in Abesiam (16.) duxit Alexander eamque sibi subjecit, exinde in Britanniam (17.) transvectus eandem sibi subjugavit, regionem quoque Olinton in potestatem suam redegit; inde in Cananæam terram transgressus eandem perdomuit, Mæothin etiam regionem sibi subjectam reddidit: in hac provincia Alexander fame laboravit adeò, ùt multi Macedones illâ absumerentur, ac non pauci equos suos famis necessitate adacti comederent. Dein Alexander castris subinde motis multisque regnis subjugatis tandem ad Lucium regnum pervenit, quod & ipse subjugavit; inde in terram Acarcanthum, (18.) in Sicilia sitam, transvectus eandem in suam potestatem redegit, posteà Apollinis templum ingressus est, ut ibidem oraret, deinde ad Ægyptiorum usque regionem pervenit eamque subjugavit, milites quoque suos navibus imposuit iisque præcepit, ut mare trajicerent atque omnes Tripoleos (19.) incolas interficerent eò, quòd ab

(15.) Sic vertere hic volui אסקתנדרון; sed nomen istud corruptum puto, uti pleraque alia nomina propria, quæ apud autorem nostrum habentur, fortè intelligit Cassandrum, qui Antipatri fuit filius, teste Arriano lib. 7. de Expedit. Alex. pag. mih. 500.

(16.) Ita hic verto אבסיא sed hoc quoque corruptum puto, nisi fortè Habessinorum regionem hoc loco indicare velis, quæ Habascia Italis, Lusitanis Abex, origine Arabica Habash dicitur, de cujus gentis moribus, regimine regionisque indole luculentam scripsit Historiam illustris vir Hiobus Ludolfus, qui etiam e jusdem Historiæ commentarium in lucem edidit.

(17.) Hebr. ברטואה, sic quædam exemplaria legunt; alia, prout & codex noster habent ברטיאה, quod vertere possis Berthiam vel Barthiam, fortè Parthia hìc innuitur.

(18.) Fortè hoc nomine Agrigentum, quod Græcis Actagas, oppidum in Sicilia situm intelligit autor noster.

(19.) Hoc recentioris ævi nomen arguit, librum istum à Judæo quodam, qui multo post Josephum Historicum tempore vixit, interpolatum esse, vid. quæ suprà lib. 1. cap. 3. n. 44. annotata sunt.

ויעבור את נהר טיגרס הלוך וכבוש והוא
נהר הקדם׳ ומשם עבר עוד בארץ
מצרים עם כל מחנהו׳ ויוסף את צבאו
עוד ללכת אל ארץ פרס וישמעו השמועה
כל שרי דריוש ויכתבו כתבים אליו
ויודיעהו זה׳ ויקרא דריוש את
הכתבים וירא מאד׳ ויהי בקרוב
אלכסנדרוס בארץ פרס וירא כי הומות
המוניו בצורו׳ וגבוהות מאד צוה לקחת
צאן רב ולקשור בסביבותיהם עשבי
השדה וענפי שיחי הארמה ולגהלם
בהפזון לעפר עפר ולהעלות אבק רב׳
ויעשו כן ויעל האבק עד לשמים ויראו
הפרסיים את האבק מרחוק ויחשבוהו
לאבק פרטות סוסים ויחמ לבם בקרבם
ויגורו מאד וישלחו מלאכים אל דריוש
ויודיעהו זה׳ ויקח אלכסנדרוס סגן את׳
ושמו אוימולן איש גבור חיל ונאמן
עמהם שלשה סוסים׳ וילך עמו ויעבור
בנהר ארסטגן והנהר נקפא מן הקרח
והכפור עד אשר היו הסוסים והעגלות
עוברים עליו׳ ויהחפש וילבש אלכסנדרוס
בגד שרי מקדון ומגבעת על ראשו
במגבעות של מקדוני׳ ויעבור הנהר
והבו

ipso defeciſſent; poſteà caſtris crebrò motis ad Carthaginenſium urbem pervenit, quod oppidum ampliſſimum atque omnium provinciarum regni Africæ metropolis viginti quatuor milliaria (20.) & 308. pedes in circuitu (21.) complectebatur. Dein Tigrim fluvium, qui etiam Chidekel dicitur, tranſiens eundem ſui juris fecit, dehinc univerſum exercitum ſuum iterum in Ægyptum traduxit eumque inſtruxit, ut Perſarum regnum denuò invaderet; omnes autem Darii principes, cùm ejus rei fama ad illos perlata eſſet, literas ad Dominum ſuum ſcripſerunt, quibus expeditionem Alexandri eidem notam fecerunt, his literis perlectis Darius valdè perterritus fuit. Intereà Alexander, cùm in Perſiam veniſſet atque urbes præaltas & munitas vidiſſet, multas oves congregari atque iisdem herbas agreſtes ac fruticum ramos alligari easque cum impetu agi præcepit, quò magnum pulverem excitarent; Perſæ autem, cùm ingentem illum pulverem, qui ad cœlum usque attollebatur, procùl conſpexiſſent eumque ab equorum ungulis excitatum eſſe putaſſent, animis cadentes admodùm timuerunt, miſſisque ad Darium nuntiis, eundem de tota re certiorem fecerunt. Poſteà Alexander fidum quendam ac fortem ex principibus ſuis, qui Avæmolon (22.) nominabatur ac ſimùl cum eo tres ſibi equos elegit, hoc ſocio comitatus ad fluvium Araſtagan, (23.) qui tunc frigore ac glacie adeò conſtrictus erat, ut equis & plauſtris ferendis idoneus eſſet, pervenit, ea indutus veſte, quâ princi-

(20.) Conſtantinus l' Empereur in præfatione Itinerarii R. Benjaminis refert, Ebræos milliare bis mille cubitis circumſcribere, cui & autor verſionis Germanicæ ferè conſentit, qui aſſerit מיל milliare eſſe תחום שבת i. e. terminum ſabbathi, qui bis mille paſſus continebat, vid. Buxtorf. Lex. voce תחום.

(21.) Ita hìc vertere volui vocem מדה, quæ aliàs menſuram denotat.

(22.) Sic אוימולן hìc verto; ſed nomen iſtud corruptum puto, quod in autore noſtro non raro deprehendere licet, prout jam ſæpe dictum eſt.

(23.) Hebr. ארסטגן Ita hìc in noſtro codice legitur; nonnulli habent איסטגר, quod poſſis vertere Iſtagran; ſed & hoc nomen corruptum exiſtimo, vid. quæ ſuprà hoc cap. n. 15. & ſequ. ut & num. antec. 22. & infrà eod. hoc cap. num. 28. annotata invenies; cæterum Tartariæ urbs celebris eſt Aſtracan, propè oſtia Volgæ, de qua vid. inter alios Philip. Cluveri Geograph. l. 5. c. 4. n. 3.

ורהבו מיל ויבוא עד שער מדינת דריוש׳
וישאלהו השוער מי אתה ויענהו מלאך
שלית נאלכסנדרוס אל המלך דריוש
הוליכני אליו ואודיעך עמו ויוליכהו
אליו וימצא את דריוש יושב על כסא
לובש לבוש מלכות וכתרו על ראשו
ושבט המלכות בידו ויפלא אלכסנדרוס
מהודו פניו׳ וישתחו לאפיו וישאלהו
דריוש מי אתה ויענהו מלאך שלוח
מאת אדוני המלך אלכסנדרוס אני והוא
שלחני אליך לאמר כי התראה עמו עוד
פני׳ והלחם עמו ואם לא הלחם עמי
מהלת לב יש לך ויקצוף דריוש ויאמר
לו אולי אלכסנדר אתה כי הדבר אלי
בדון ויאמר לא כי שלוחו אני ויענהו
לאמר אכול על שולחני ושתה עם השרי׳
ואחרי כן אשיבך מלין׳ וישב ויאכל
וישת וכל כלי זהב אשר בו ויו משקים
אותו היה מתביאו בחיקו׳ וישאלהו
דריוש מה זה תעשה כן׳ ויאמר אליו
בה משפט אדוני אלכסנדרוס לעשות
לכל שליח הבא אליו מאת המלך כל
כלי זהב וכסף כי ישקוהו בו כי ואכל
באוכלי שלחנו לא ישוב עוד אל
השולחן והיה לשליח ואחשוב אני כי
בה משפטיך גם אתה אדוני המלך׳
ויענהו דריוש לאמר תגדיל לעשות בזה
אלכסנדרוס ארונך׳ ויהי כאשר שמע
אחר משרי דריוש מהעומדים לפניו את
קול אלכסנדרוס והר׳ כבר ראהו כי
שלוח

principes Macedoniæ uti conſveverant, pileumque (24.) capite gerens more Macedonum, ſic flumen illud, cujus latitudo milliare (25.) æquabat, tranſiit Alexander & ad portam urbis Darii acceſſit; cuſtos autem portæ eundem, quisnam eſſet, interrogavit, cui ille reſpondit: ſe ad regem Darium ab Alexandro miſſum eſſe ſimulque petiit, ut ad illum duceretur, quò cum ipſo loqui poſſit; quod cùm impetrâſſet Alexander, invenit Darium in ſolio ſedentem, regia veſte indutum atque coronam capite geſtantem ac manu ſceptrum regium tenentem: quo viſo Alexander illius majeſtatem, ex regio vultu elucentem, admiratus pronâ in terram facie eundem adoravit; Darius autem illum interrogavit: quisnam tu es? cui ille reſpondens: ego, inquit, Domini mei Alexandri legatus ſum, is me miſit, ut tibi indicarem, quòd tecum prælio iterùm certaturus ſit; ſi verò iſtud recuſaveris, ſcias, quòd pro timido atque ignavo te habeat, cui Darius admodùm iratus reſpondit: forſitàn tu ipſe es Alexander, quia tàm ſuperbè me alloqui audes; ille autem: non ipſe ſum Alexander, ait, ſed ejusdem legatus; poſteà Darius eidem dixit: ede ſuprà menſam meam ac cum principibus meis bibe, dein reſponſum tibi dabo. Alexandet itaque aſſidens edit ac bibit omniaque vaſa aurea, quæ ipſi ad potum oblata erant, in ſinum ſuum condidit; id, quod cùm Darius conſpexiſſet, Alexandrum interrogavit: cur ita facis? ille verò reſpondens eidem dixit: ſic Alexander, dominus meus, ergà omnes, qui ab aliquo rege ad ipſum miſſi ſunt, facere conſvevit, cuncta enim vaſa aurea & argentea, quibus potus offertur ei, qui regiæ aſſidet menſæ, non reponit legatus, ſed ſibi retinet; quocircà exiſtimavi, eundem apud te, Domine rex, morem ſervari; ad hæc Darius reſpondens: magnificum

(24.) Hebr. מגבעות communiter exponunt tiaras, vid. Exod. cap. 29. v. 9. & Joſeph. Antiqu. l. 3. c. 8. it. Aben Eſr, Exod. c. 28. v. 37. alleg. Buxtorf. in Lex. hac voce.

(25.) De voce מיל ſuprà hoc c. 12. n. 20. aliquid dictum eſt.

שלחו דריוש אליו לשליח ויכירהו ויאמר
אל הושבי למולו והלא זה הוא
אלכסנדרוס המלך ולמה לא יחפשהו
אדונגו המלך׳ ויאמרו לו הושבים הס
כי לא להוכיר דברי הוללי איכה
ההשוב כי אלכסנדרוס יבא פה׳ ויבן
דבריהם אלכסנדרוס כי למענו היו
מדברים ויפתם בדברים ויאמר לושבים
למולו דרך אנשים לי אקום ואשוב
ויאמרו לו קום׳ ויקם ויברח פתאום
מפניהם וכלי הזהב בחיקו ויחגם לשוער
הבירה במחנה ויפתח לו לצאת׳ וילך
אל שער העיר פתאום וימצא את שוער
העיר יושב ויפלא עליו ויאמר מה זה
ויענהו ללא דבר׳ ויהי כראותו את
השוער מבקש להשוך אותו מצאת
מהשער ויבהו וימיההו ויצא׳ ומשרתו
עם סוסו היה חוץ לשער העיר והוא
רוכב על סוס וסוס אלכסנדרוס בידו׳
ויכב אלכסנדרוס על סוסו ויברח
והמלך ידע הדבר ויצו לרדוף אחריו
וירדפו הפרסי׳ אחריו ולא הדביקוהו
ויבא בנהר איסתרגן לעבור ובאש׳ עבר
תמס הנהר׳ ויראו הפרסים כי נמס
הנהר ולא יכלו לעברו וכי נושע
אלכסנדרוס וישובו הפרסי׳ נכלמים וילך
הוא רגלי כי סוסו נטבע בנהר בעברו
ומת׳

cum sanè, inquit, hac in re se exhibet Alexander, dominus tuus; accidit autem, ut princeps quidam ex Darii ministris, coràm ipso stantibus, Alexandri vocem audiens (viderat autem jam anteà princeps ille Alexandrum, quia ad ipsum missus erat à Dario legatus) diceret iis, qui ex adverso sedebant: nonne hic ipse est rex Alexander? cur eum dominus noster non comprehendit? illi verò, qui assidebant, ei dixerunt: desine tàm stolida loqui, ecquid tibi in mentem venit, ut Alexandrum hûc venisse dicas? Alexander autem animadvertens, illos de se loqui, rem astu colens dixit iis, qui unà accumbebant: naturæ opus (26.) mihi peragendum est, surgam ergò ac statim revertar; postquàm igitur surgendi facultatem impetravit Alexander, confestim sese in fugam conjecit, aurea vasa in sinu gestans, quæ ille arcis custodi donavit, qui eidem portam aperuit, ut inde egrederetur. Alexander igitur illicò ad urbis portam properans ejusdem excubitorem, ibidem sedentem, reperit, qui, cùm Alexandri festinationem admiratus eundem, quid istud rei esset, interrogàsset, Alexander autem ipsi nihil respondisset, exeunti repagulum opponere voluit; Alexander verò istud conspiciens, janitorem percussit eumque interemit: quo fàcto (27.) urbe egressus ministrum suum cum equo deprehendit, qui suo quidem insedit equo; Alexandri verò equum manu tenuit, quem ille conscendens fugam arripuit; Darius autem, cùm ea de re certior esset factus, præcepit, ut Alexandro fugienti insisterent; sed frustrà, illum quippe consequi non potuerunt: postquàm verò Alexander ad fluvium Istargam (28.) pervenit, eumque transiit, ejusdem glacies

(26.) Ita hic exponere volui דרך אנשים Genes. 31. v. 35 habetur similis ferè phrasis, nempe דרך נשים quam 70. interpretes verterunt τὰ καθ' ἑθισμὸν τῶν γυναικῶν, i. e. ea, quæ juxtà morem mulierum (fiunt.)

(27.) Historiam hanc seu potius fabulam credat Judæus Apella.

(28.) Hic fluvius suprà hoc cap. 15. num. 23. aliter appellatur, quare patet, exscriptorum vitio vel Judæi interpolatoris errore nomina propria variè mutata esse, ut de iis ferè nihil certi statui possit, nisi alios Historicos fide dignos consentientes habeamus.

ומת׳ וילך בעבר הנהר וימצא את סוסו
באשר הניחו עם שני סוסים ורכבי
שניהם וילכו ויגד לגדודיו את כל אשר
קרהו׳ ויאספו עוד את הלו וילחם עם
דריוש והלו ויפלו הפרסים הללי לפניו
ויברח דריוש עם מתי מספר׳ ויעבור
את הנהר וידו כאשר חמו שאר צבאיו
לעבו׳ בנהר וימסו מימיו ויגרפם כלם
בעברם על הקרח ויבא דריוש אל בירת
מלכותו ויפול על הארץ ויבך בכי גדול
ויכתוב ספר אל אלכסנדרוס לאמר חנני
והשב לי את אשתי ואת בני ואת בתי
ואת החריב את ארצי ואתן לך וזהב
לרוב ומטמוני מלכותי ושבעים פלגשים
בנות מלכים אשר אתי בשושן הבירה׳
ויקרא אלכסנדרוס את הספר באזני כל
שרו ויצחק עליו ויאמר אם יגצחנו אין
והבו שוה לי בלום אבל אם אנצחנו
כל זהבו בידי׳ ויעמד בארץ פרס כל
הסתו ויחטוב עוד דריוש לעיניך אחו
מלחמה וישלח אל פורוס מלך הודו
לעזרו ואלכסנדר הלך וקרב אל
מדינת תמלכות וילך אל ארץ
מדי כי שמע כי הלך דריוש אל
ארץ באטנין וידוע אחריו אלכסנדר
ושרי

(29.) Ita hic verto באטנין fortè Bactrianorum vel Parthorum terram intelligit Judæus interpolator, nam Arrianus de Exped. Alex. lib. 3. pag. mihi

cies statim resoluta est; quo viso Persæ, cùm Alexandrum servatum vidissent nec flumen transire possent, quia glacies jam soluta erat, cum ignominia ac pudore reversi sunt: Alexander autem pedes incedebat, nam illius equus, dum flumen transibat, in eodem submersus interierat; postquam autem fluvium transgressus erat, ministrum suum cum duobus equis eo in loco, ubi illum reliquerat, invenit, ambo igitur equis insidentes ad exercitum venerunt, cui Alexander omnia, quæ sibi evenerant, narravit; dein copias suas iterùm contraxit & cum Dario ejusque militibus prælium iniit, in quo, cùm Persæ victi prostratique essent, Darius cum paucis in fugam se conjecit fluviumque transiit; exercitus autem ejus reliquiæ, cùm etiam flumen transire conarentur, omnes aquis haustæ perierunt; nam glacies, suprà quam incedebant, frangebatur ac solvebatur: Darius autem, cùm ad palatium regium venisset, humi procidens omnia fletu complevit, dein Alexandri clementiam, scriptis ad eundem literis, imploravit petiitq; ut uxorem filiumque ac filiam sibi redderet, nec terram suam amplius vastaret, id si feceris, inquit, maximam vim auri regiosque thesauros ac prærereà septuaginta pellices, regiâ prosapiâ ortas, quas in arce Susan habeo, tibi dabo; Ast Alexander perlectis Darii literis coràm omnibus principibus suis eundem derisit hæc adjiciens verba: Si quidem Darius me vicerit, illius divitiæ nihil mihi proderunt; si verò ipsum superavero, omnes illius thesauri in potestate mea erunt. Alexander itaque cum omnibus copiis suis in Persîde substitit; Darius autem, cùm secum constituisset, ut cum Alexandro iterùm pugnaret, ad Porum, Indiæ regem, misit, quò sibi auxilium ferret; Intereà Alexander ad regni provinciam propiùs accedens exercitum in Mediam duxit, audierat enim, Darium in regionem Bathenin (29.) sese contulisse,

ושרי דויש כשמעם כי הגיע אלכסנדר
ויהרגו את דויש ויהי בהרגם אותו
וילכוד אלכסנדר את מדינת המלכות
ויבא אליה ומצא את דויש
ועוד רוח חיים בו ויבך עליו בכי
גדול ותצא נפשו בחיקו ואלכסנדר
צוה את הרופאים ויחנטוהו ויקיננוהו
ותוא ושריו ויגו ויהרגו את האנשים
אשר המיתוהו

se, quare eundem persequi non destitit: Darii verò principes (30.) eundem interfecerunt, postquàm Alexandrum appropinquare audierant; interfecto autem Dario Alexander regiam provinciam subjugavit, quam cùm intrâsset, Darium quidem adhûc spirantem invenit; (31.) sed is paulò post obiit animamque in Alexandri sinu (32.) exhalavit. Alexander autem maximo fletu eundem prosecutus est & medicis suis præcepit, ut defuncti corpus aromatibus condirent; (33.) quo facto tàm ipse, quàm ejusdem principes Darii mortem deplorârunt atque illius interfectores Alexandri mandato ultimo supplicio affecti sunt.

CAP. XVI.

ויהי כאשר העביר אלכסנדר את כל
הארץ תחתיו ויעבור מארץ מדי ודך
המדבר הגדול עם רבים מיושבי הארץ
ההיא ויבאו עד בקעה עמוקה לרוב וילכו
בה ה' ימי' וימצא שם חיות משונות
ופיחות רבות וימצאו שם אנשים הנקראים
פיתיקוש בלשון יון והם גנוטים ויבקש
להפוש חיים ויברחו וימיתו אנשיו מהם
מאה ועשרים והם המיתו מאנשיו שלשה
אנשים

ALexander verò posteaquàm omnem illam regionem in suam redegerat potestatem, relictâ Medorum provinciâ, in desertum vastissimum pervenit ac multis regionis istius incolis secum ductis in vallem quandam admodùm profundam descendit, ubi quinque dierum itinere confecto varia animalium & multa frugum genera deprehendit, pygmæos (1.) quoq; quos Græci Pithecas (2.) vocant, ibidem reperit, horum nonnullos Alexander vivos capere voluit, sed illi aufugerunt; ex quibus Alexandri milites centum ac viginti interfecerunt, post-

mihi 205. scribit, Darii consilium fuisse, ut in Parthiam & Hyrcaniam usque ad Bactra sese reciperet.

(30.) Arrianus de Exped. Alex. lib. 3. pag. mihi 211. scribit, quòd Satibarzanes & Barsaëntes Darium, abs se graviter vulneratum, reliquerint, qui non multò post interierit, confer. Curtii lib. 5.

(31.) Vid. Arrian & Curt. loc. jam alleg. ubi res paulò aliter refertur, confer. & Freinshemii Supplementa, in calce Curtiani operis adjecta.

(32.) Imò vero Arrianus d. lib. 3. pag. mihi 212. scribit, Darium acceptis vulneribus obiisse, πρὶν ἀφθῆναι Ἀλεξάνδρῳ i. e. priusquam ab Alexandro visus esset.

(33.) Arrianus ibidem refert, Alexandrum Darii corpus ad Persas misisse, ut in regiis Mausoleis more aliorum regum, qui Darium antecesserant, conderetur.

(1.) Nanos, ננסים, prout hic in Hebræo vocantur.

(2.) Hebr. פיתיקוש, sic in autore vel interpolatore nostro habetur, πίθηκοι; Græcis, qua voce pumiliones & nani appellantur, nam Suidas βραχεῖς ἀνθρωπίσκους vocat πίθηκας, vid. Caspar. Schotti Physic. curios. lib. 3. c. 7.

אנשים ויאכל מפרות המקום ההוא וילן
שם בלילה ההוא וילך משם אלסלואקין
וימצא שם אנשים פראים שובבי ביעים
דומים לענקים ופניהם כאריות גבורי חיל
אזורי במחגיהם באווזות עור ואין אתם
כלי מלחמה ויהרגו מאנשיו באבנים
ובעצים ק"ג איש ויצו אלכסנדרוס ויבעירו
אש ביער ויברחו הפראים מפני האש וילכו
עוד וימצאו חיות גדולות ארך קומתם
ד' אמות בעלי ג' עינים מנוקדת בחבורות
וימצאו עוד פרעושים גדולים כמו
שילוניא והם בני יונה ויעבור משם
במקום אחר ויפגע באיש את' בעל שער
גדול ויתתר לחפשו ולא יכול לו ויצו
ויפשטוהו אשה אחת ויוליכוה אליו כי
אמר אולי יפנה לתאות יצרו ונתפשהו
ויקח הוא את האשה ויאכלנה וירדפו
אחריו לתפשו ויבא עד יער ויהי בלשונו
ויצאו מן היער אנשי כמוהו בלא מספר
ויצו אלכסנדרוס ויבעירו את היער באש
ויברחו מפני האש ויתפשו מהם ת"ק
איש ולא היה לה' דעת בבני אדם
והיו נובחים ככלבים ויזדמנו ויעבור
משם וימצ' אילנו יצמחו מן האר' מהיות
השמש עד ו' שעו' מהי' ומשש שעו'
ולמטה היו נבנסי לארץ ותהי שרף
מהם

poſtquàm tres viri ab illis interempti erant; Alexander autem ejusdem loci fructus comedit atque ibidem pernoctavit: exinde in (regionem) Alseluacin (3.) movens homines admodùm feros istic invenit, qui in sylvis (4.) habitabant & gigantibus similes leoninos vultus habebant roboreq; validierant eorum lumbi ferarum pellibus tegebantur, his nulla erant arma præter saxa & fustes, quibus centum ac quinquaginta milites Alexandri interfecerunt; quo facto sylvam incendi jussit Alexander, unde feri isti homines ignem metuentes in fugam conjecti sunt; dehinc Alexandri milites ulteriùs profecti ingentia animalia deprehenderunt, quæ altitudine sua quatuor cubitos æquabant, & tribus oculis prædita atque maculis distincta erant: pulices (5.) quoque, qui columbarum pullos magnitudine sua referebant, ibidem invenerunt; exinde in aliam regionem profectus Alexander virum reperit prælongis crinibus, quem vivum capere conabatur; sed frustrà: quare fœminam quandam nudam ad virum istum deduci præcipiebat, existimans, fore, ut desiderio mulieris captus in potestatem redigi possit; ast ille fœminam istam comprehendens eandem devorabat. Alexandri itaq; milites virum illum capere volebant; sed ipse in sylvam se recipiebat ac lingva sua vocem edebat, quo facto alii viri innumeri, qui eidem similes erant, egrediebantur; Alexander verò sylvam incendi præcipiebat, quamobrem viri isti ignis terrore in fugam conjecti & centum ac quinquaginta ex illis capti sunt: sed nullum rationis humanæ signum in ipsis deprehendi potuit, nam canum instar latrâ-

 runt,

(3.) Vel: Alesluacin, sic Hebræum: אלסלואקין hic vertere posses; videtur autem hæc vox ex Græco ἄλσος, quod nemus seu lucum significat, desumpta atque hic corruptè posita esse, vid. infrà h. cap. num. 7. posses etiam vertere istud: אלסלואקין divisim, nempe: אל i. e. ad סלואקין Selvacin; quæ verò hæc fuerit regio vel qui populus, aliis jam inquirendum vel potius divinandum relinquo; sunt enim nomina propria in codice nostro Hebræo corruptissima.

(4.) Vide, quæ num. antec. 3. dicta sunt, cæterum de Gigantibus confer. ejusd. Caspar. Schotti Physic. curios. l. 3, c. 8.

(5.) Seu muscas, sic enim quidam פרעושים etiam interpretantur, vid. infrà cap. 18. num. 11. ubi eadem de pulicibus referuntur.

מהמן טוב הזית מאד ושמו איסבוקטין
וחכמו כרם מקטרין בו ארז צלמיהם
המהוכמים · ויצו המלך להתוך מהם
גם לאסוף משרפיהם והאנשים אשר
קרבו להתוך הובו בשוטים ולא היו
נודעים המכים גם היו שומעין קול
לאמר לא תזעזכו מהם ואל הלקטו
שרפיה כי חמותו וימצא שם נהר ובו
תנינים גדולי ודגים ולא יבושלו כי אם
בעזים חיים · והיו בו עוד תרנגולים
כרמיון הנמצאים אהבו וכל אדם הקרב
להפש וישליכוהו עליו אש להבה מגופם
וישרפוהו · וימצא שם עוד חיות בעלי
ה' רגלים וג' עינים וו' אמות קומתם ·
וימצא שם עוד חיות גדולי בחמור יער
הו' עזוד בעלי שש עינים ולא יראו כי
אם בשתים מהם וקומתם ה' אמות ·
וימצא עוד שם אנשים בלתי ראש
ועיניהם עם פיהם בחזוהם ומדברי
בלשונם ומאכלם דגי · ויראו שם עוד
פרמנים גדולים כספינות קטנות ·
ויעבור משם אל מדבר אחר ולא מצא
שם כי אם ים ושמים וארץ ויבא בספינה
אל אי מאי הים ההוא וימצא בו
אנשים מדברים בלשון יון ואמנם היה
שומע

runt; Alexander itaque eosdem reliquit & ulterius progressus arbores reperit, quæ ab ortu solis usque ad sextam diei horam crescebant; sed à sexta ac deinceps rursùs in terram sese recipiebant, (6.) hæ resinam stillabant odoris svavissimi, cujus nomen est Iscoktin, (7.) quam Persarum sapientes simulacris suis affabrè factis adolere solebant. Alexander itaque nonnullas ex arboribus istis cædi resinamque colligi præcipiebat; sed viri, qui ad arbores illas cædendas accedebant, flagris percutiebantur; nec tamen percutientes cerni poterant, solummodò vox audiebatur dicentis: nolite arbores istas cædere nec resinam ex illis colligite, ne fortè malo leto pereatis; fluvius etiam ibidem reperiebatur, ingentibus draconibus ac piscibus plenus, qui non nisi aquâ vivâ coqui poterant; galli (8.) quoque nostratibus similes ibidem erant, qui igneam flammam in eum conjiciebant, qui illos capere volebat, unde ipse comburebatur; animalia etiam, quæ quinque pedes & tres oculos habebant, ac sex cubitos altitudine æquabant, ibi reperiebantur: ingentia quoque animantia, onagris similia, eodem in loco deprehendebantur, quæ sex oculis instructa erant, quorum duobus solummodò cernebant eorumque statura quinque cubitorum erat; homines etiam sine capite (9.) ibidem reperiebantur, qui oculos & ora, pectori infixa, gerebant & lingvâ loquebantur piscibusque vescebantur; prætereà cancros ingentes, qui magnitudine sua naviculas æquabant, ibidem videbat Alexander, qui posteà in aliud desertum delatus nil,

(6.) Credat Judæus apella.

(7.) Ita hic Hebræum איסבוקטין vertere volui, fortè corrupto hoc vocabulo סטאכטון Judæus interpolator in elligere voluit, vid. quæ suprà h. cap. n. 3. annotata sunt.

(8.) Fortè Basilicos intelligit Judæus interpolator, quos Galli speciem referre & ex ovo Galli gallinacei novem annorum per rubetam nasci vulgò credunt.

(9.) De his vid. Caspar. Schotti Physic. Curios. lib. 3. cap. 11. §. 4. ubi inter alia S. Augustini verba ex illius Sermone 37. ad fratres in Eremo adducit: Ecce ego jam episcopus Hipponensis eram & cum quibusdam servis Christi ad Æthiopiam pe rexi, ut eis sanctum Christi evangelium prædicarem; & vidimus ibi multos homines ac mulieres, capita non habentes; sed oculos grossos fixos in pectore &c.

שומע לקולם ואותם לא יראה וישלח
מאנשיו את דאני וידלג עליהם כרגע
אחד וינער מהם המשי איש ויוציא
מאד מהם · וילך משם דרך שני ימים
ויבא עד הרי השך ושם לא יאיר השמש
לאור יומם ויתפרץ ללכת עד מקו בני
יונדב בן רכב וקצת השבטי הדוי
יחד אחרי הרי השך · ויקרא מגדודיו
אלף וג' מאות גבורים וילך הלוך
ונסוע · ויקח עמו אתון מיניקי עיר
ויאסור את העיר בגי במבוא
המקום ויבא שם ויעמ' איוד המקום
מעונן בעלטה ואיד ולא ראו איש
את אחיו והארץ ההוא מלחלחת
בטיט ויפגעו בעופות גדולים ופניהם
פני

nil, nisi mare, cœlum ac terram ibidem deprehendebat: dein ad insulam quandam illius maris navibus venit, ubi homines Græcè loquentes inveniebat, horum vocem quidem audiebat, ipsos verò non conspiciebat; certos itaque homines ad insulam illam misit Alexander; sed cancer ingentis magnitudinis eosdem adoriebatur & ex illis quinquaginta viros submergebat, quocircà Alexander metu perterritus bidui itinere ad montes tenebrosos (10.) pervenit, ubi Sol interdiu non lucebat: posteà desideriô ductus fuit proficiscendi ad locum illum, ubi Jonadabi, filii Rechab, (11.) posteritas & nonnullæ tribus (12.) Israëliticæ post tenebrosos illos montes (13.) simùl habitabant: vocavit igitur mille & trecentos fortissimos milites eosque unà cum asina, pullum lactante, secum duxit atque illius pullum ad locum introitus religavit. (14.) Cùm itaque eò venissent, aërem loci istius tàm spissum, nebulosum ac vaporibus plenum deprehenderunt, ut se invicem

(10.) Vide, quæ suprà lib. 1. cap. 2. num. 3. it. lib. 6. c. 1. n. 26. annotata sunt, vid. & num. sequ. 12. confer. etiam Lightfoot. Append. c. 3. p. 268. editi. Lipsi.

(11.) De hoc vid. 2. Reg. cap. 10. v. 15. & Jerem. cap. 35. v. 6.

(12.) In libello, cui titulus: Decem Judæorum captivitates, qui Josippi libro de Bello Judaico annexus est, scriptum reperitur, quòd Deus duas tribus, Judæ & Simeonis, posuerit בחרי חושך i. e. in montibus tenebrosis; hùc facit Paraphrasis Chaldaica in 1. Paralipom. cap. 5. v. 26. ubi Hebræum הרא vertitur טורי קבלא i. e. montes tenebrarum, ad quem locum Matth. Fried. Beckius sic notavit; quod scil. voce Hebraica הרא videatur intelligi הראה, quæ Ptolemæo est Aria, vid. Jac. Golius in Lex. Arab. pag. 110. Septuaginta interpretes Græci id planè omiserunt, Targumista appellativè pro montibus tenebrarum accipit, de quibus multæ sunt recentiorum Judæorum fabulæ, cum quibus Targumista cum unum cornu sufflet, videri possit & ipse recentioris ævi, Jerem. cap. 13. vers. 16. quod in Hebræo est הרי נשף i. e. montes tenebrarum, Chaldæus Paraphrastes vertit: טורי קבל quem sequuntur commentatores R. Sal. Jarchi & R. David Kimchi, qui similiter exponunt הרי חושך montes tenebrarum. Eadem historia seu potius fabula de Alexandro cum iisdem ferè circumstantiis in tractatu Talmud. תמיד cap. 4. fol. 66. fac. 1. Edit. Venetæ; plenissimè autem in libello Judaico שבט יהודה recenseri dicitur, hactenus Frieder. Beckius.

(13.) Hos montes tenebrosos vel potius Utopiam fabulosa Judæorum superstitio ideo finxit, ut regnum aliquod populi Israëlitici adhuc superesse hominibus persuaderent, de quo etiam R. Benjamin in Itinerario suo fabulatur, contrà quam opinionem inter alios disserit Hornbeck de convincendis Judæis lib. 2. c. 1. p. mihi 129. & seq. vid. & suprà lib. 1. c. 21. n. 23.

(14.) Idque eo consilio, ut, si fortè per tenebras errarent, asinæ ductu ad priorem locum, ubi ingressi erant, reverti possent, vid. quæ num. 17. h. c. dicta sunt.

פני אדם ומדברים בלשון יוני׳ ויאמרו
אליו אלכסנדרוס שוב לך כי לא הוכל
לדרוך בארץ עובדי אלהים אינך יכול
לבוא בית אלהים ובית עבדיו שוב
לך כי לא תוכל לדרוך באיים הישבים
שם קדושי אלהים וזרע אברהם עבדי
ואל תחתר לעלות במרום השמים אשר
נסוך לעלות ויאמר אליו עוף אחר
התבשר כי הכבוש מלכות הודו והרוג
את פורום מלך הודו׳ ויודע אלכסנדרוס
מפני העופות וישב נסוע אחור דרך
עשרי יום וימצא את מחנהו באשר
עזבו׳ ויבן שם בנין עצום ויסגר את
מבוא המקום ויכתוב באבנים גדולות
כל אשר ראה׳

vicem conſpicere non poſſent, terra etiam cœno polluta fuit, aves autem ingentis magnitudinis iisdem occurrebant, quæ hominum gerebant vultus & Græcè loquebantur, (15.) atque Alexandrum ita compellabant: revertere & abi, (16.) non enim terram ſervorum Domini calcare vel ad templum Dei & ad domum eorum, qui ei inſerviunt, accedere tibi licet; recede atque abi, nam ad inſulas, quas ſancti viri ac poſteri Abrahami, ſervi Dei, incolunt, pervenire non poteris, noli celſum aſcendere cœlum, quod hactenus petere conatus es; tunc alia volucris Alexandro dixit: hoc tibi lætum fero nuntium, quòd Indiæ regnum ſubjugaturus & Porum, ejusdem regem, interfecturus ſis. Alexander igitur avium ſpecie perterritus viginti dierum itineris veſtigia retrò legit (17.) atque exercitum ſuum (18.) eo in loco, ubi illum reliquerat, invenit arcemque munitam (19.) ibidem exſtrui curavit; aditum verò loci illius obſtrui ac lapidibus magnis ea omnia, quæ ipſe viderat, inſcribi juſſit.

(15.) Credat Judæus appella.

(16.) Ut hoc nonnihil illuſtremus (inquit Frider. Beckius in notis ad Pariphraſin Chaldaicam in 1. Paralipom. cap. 5. v. 26.) referunt hiſtoriæ, in ultima Aſia Alexandrum reſponſum accepiſſe: usque quo Alexander? vide Tabb. Peuringerianas, ſegm. 8. hoc dicere hic vult Gorionides, quando Alexandrum à ſuſcepto ulteriori itinere à volucribus, humana præditis facie ac voce, revocatum eſſe nugatur; ſimilem avem fabuloſus peregrinator, R. Petachias, in Mauſoleo Ezechielis prophetæ ſe vidiſſe inter complures alias fabellas nugatur in Itinerario ſuo סבוב העולם dicto.

(17.) Ductu nimirum aſinæ, ut puto, cujus pullum Alexander ad locum introitus religaverat, de quo vid. num. antec. 14.

(18.) Hebr. את מחנהו, ſic in noſtro codice: את משנהו i. e. vicarium ſuum ſeu proximum à ſe; cæterum de voce משנה infrà cap. 19. num. 11. & cap. 22. n. 6. ut & alibi, dixi.

(19.) Vel: ingentem ſtructuram ſeu molem, nam etiam ſic vertere poſſis בנין עצום Videtur autem Judæus interpolator Pylas Caſpias ſeu Portam ferream hic innuere, quæ hodiernum דר בנד der Bend i. e. porta vinculi dicitur. De quibus veræ vel certè veriſimiles Hiſtoricorum relationes extant (quas in notis ad Tudelenſis Itinerarium edendis ſe producturum eſſe promiſit Frider. Beckius in commentario ad Paraphraſin Chald. in 1. Paralip. c. 5. v. 26.) ſed has lepidiſſimis figmentis Gorionides hic mirè corrumpit, dum tribus ſuos contribules de decem tribuum Iſraeliticarum poſt montes tenebrarum ſeu portas Caſpias extantium, imperio erigere voluit, vid. Frid. Beckius d. loco, it. quæ infrà lib. 6. c. 56. n. 3. notata ſunt, confer. & Abarbenel. ad Michæ cap. 7. fol. 267. col. 1. med.

CAP.

CAP. XVII.

וילך משם אל ארץ הודו וישמע פורום
המלך את שמעו וישלח אליו ספר
לאמר ברח לך מארצי פן אמיתך בחרב
ולא אבה אלכסנדרוס לעשות כן ויקבץ
פורום את חילו וגם אנקי שנתבים וחיות
רעות ללחום עם היונים ויגר אלכסנדרוס
מאד מפני הארי כי לא נסה להלחם
עם חיות׳ וילך הוא עצמו למרגל את
ארץ הודו ויעש את עצמו כטוחר קונה
וימצאוהו ויוליכוהו אל פורום מלך
הודו וישאלהו לאמר מי אתה ואמר
אליו מיוצאי צבא אשר לאלכסנדרוס
אני ויהר אפו עלי וישלחני מאתו
ואבואה אליך לשוחחך׳ וישאלהו על
אלכסנדרוס לאמר מה עושה ואיך
ימלאהו לבו להלחם עם מלך גדול
כמוני׳ וירא את החיות אשר הבין מלך
הודו להלחם בם עם אלכסנדרוס וישאל
לאנשיו לאמ׳ ממה יבחדו החיות ואמרו
לו לא יבחדו כי אם מאש ואלו ידע
זה אלכסנדר כבש את ממלכתנו ויעזבם
וישב אלכסנד׳ לדרכו את מחנהו ויצו
ויעשו האומנים צלמי נחשת כזאר בני
אדם וחמה חלולים וידליקום באש עד
אשר יהיו שורפים כגחלים והיה מגדיר
אותם באומנות בכלי ברזל על הודותיהם
ואשר קרבו שני המלכים בגדודיהם
להלחם ויוציאו את הצלמים ופורום
בשדה והחיו׳ כי ראו את הצלמים בלחי
מהנועים

CAP. XVII.

EXinde Alexander in Indiam exercitum ſuum duxit, quod cùm Porus, Indiæ rex, audiſſet, literas miſit ad Alexandrum hujus ſententiæ: recede à terra mea quàm celerrimè, ne te gladio interficiam; cùm verò Alexander id facere recuſâſſet, Porus exercitu coadunato, ut & elephantis atque cæteris belluis congregatis, cum Græcis pugnare conſtituit; Alexander autem beſtiarum iſtarum metu haud mediocriter perculſus (non enim cum ejusmodi belluis decertare hactenus conſveverat) ipſe ad Indiam explorandam pròfectus eſt & mercatoris habitum induit; ſed deprehenſus & ad Porum, Indiæ regem, deductus fuit, qui ipſum interrogavit: quisnam tu es? Alexander verò reſpondens? ego, inquit, miles quidam ſum ex Alexandri copiis, is enim irâ adverſùs me commotus cingulum militare mihi ademit, quamobrem hùc veni, ut operam meam tibi offerrem. Dein Porus eundem de Alexandro interrogans: quidnam ille, inquit, agit, cur in animum induxit ſuum, ut me, regem maximum, bellô aggrederetur? (1.) Poſteà Alexander, cùm beſtias illas, quas Indiæ rex ad prælium inſtruxerat, vidiſſet, interrogavit adſtantes, quanam ratione belluæ iſtæ fugari poſſent? illi verò reſponderunt: non niſi ignis metu in fugam conjici poſſunt, id ſi notum eſſet Alexandro, facili is negotio regnum noſtrum in poteſtatem ſuam redigere poſſet; quo cognito Alexander ad caſtra ſua reverſus artificibus præcepit, ut imagines æneas easque cavas ad humanæ formæ ſimilitudinem conficerent, atque illas tamdiu igne calefacerent, donec prunarum inſtar canderent, quas poſteà inſtrumentis ferreis, artificioſo molimine, ad beſtias illas deduci juſſit. Cùm itaque utriusque regis copiæ ſibi invicem ad præli-

um

(1.) Hic nullum habetur Alexandri reſponſum ad Pori, Indorum regis, interrogationem.

מהנועזים ויחוצו עליהם לנשבם והיו
גשרפים פיותיהם וגופותיהם מפני האש
ויברחו מהחיל · וילחמו שני הגדודים
וינצחו גדודי היונים לגדודי ההודים
ובתוך המלחמה נפל בוציפלאס והוא
סוסו של אלכסנדרוס אשר היה ואשר
דומה לראש שור בערמת מלך הודו
ויתעצב אלכסנדר על סוסו מאד · והיה
המלחמה ביניהם ג׳ יום ויתעצו חיל
אלכסנדרוס למסרו ביד מלך הודי
ואלכסנדרוס הבין עצתם · וישלח אל
מלך הודו לאמר למה נשחית את אנשי
גדודינו בא ונלחמה שנינו והמנצח
ימלוך · ויטב דבריו בעיני פורוס וישמח
על הדבר הזה כי קומת אלכסנדרוס לא
היתה השובה בעיניו לבלום להיות ארכו
המש אמות וקומת אלכסנדרוס ג׳ אמות
וילחמו שניהם לבדם ויהי ועקה גדולה
בתוך מחנה הודו ויסב פורוס את פניו
למחנהו לראות מה׳ קול הצעקה ויכהו
אלכסנדרוס אל השוקים וימיתהו · וימלוך
אלכסנדרוס על מלכות פורוס כי נצחו
ויקח את כל ארצו · וילך משם אל
ארץ אוקפרקוס הם האכרמיין ויבקש
לראו׳ חכמת אנשיה כי היו חכמים עד
מאד והיו יושבים עומדים במחברת
ובמחלוקת עפר ובשמעם את שמעו
וישלחו

um ineundum appropinquarent, Alexander imagines illas educi eosque hinc inde in campo constitui curavit, quo facto belluæ, simulacra illa immobilia conspicientes, in ipsa maximo cum impetu invectæ sunt, ut illa morsu dilacerarent; sed bestiarum ora & corpora fœdè combusta atque exinde in fugam conjecta sunt ita, ut exercitus hisce nudaretur. Posteà acerrimum utrimque prælium commissum fuit, in quo Indi à Græcis superati sunt; Alexandri verò equus, Bucephalus, qui taurum referebat capite, Indorum regis fraude cecidit, (2.) cujus interitum Alexander ægrè admodùm tulit; cùm autem per triduum continuum pugna inter utrumque regem durâsset, consilium ab Alexandri militibus initum fuit, ut ipsum potestati regis Indiæ traderent, quo cognito Alexander legatos ad Indorum regem misit, qui suis verbis dicerent: cur copias nostras ita perdimus? ehodum ambo certamen ineamus & uter fuerit victor, is solus regnum obtineat. Hoc consilium Porus approbavit animoque lætatus est propterea, quòd Alexandri statura cum magnitudine sua haud quaquàm comparari posset, nam ipse quinque cubitos, (3.) Alexander autem tres solummodò ulnas corporis sui staturâ æquabat, sic ambo inter se soli certabant; durante autem certamine maximus clamor in castris Indorum oriebatur, ad quæ cùm Porus oculos suos convertisset, ut videret, quid clamor iste sibi vellet, Alexander hac occasione usus illius crura vulneravit ipsumque posteà interemit. (4.) Quo facto Alexander Pori devicti regnum subjugavit atque omnem illius ditionem in potestatem suam redegit. Exinde in Ocaphardicorum,

(2.) Consentit Curtius lib. 8. c. 14. Arrianus autem de Expedit. Alex. l. 5. pag. mihi 350. scribit, hunc Alexandri equum non ab aliquo vulneratum; sed laboribus pariter & ætate fractum interiisse.

(3.) Consentit ferè Arrianus de Exped. Alex. lib. 5. pag. mihi 348. ubi scribit, quòd ejus magnitudo ὑπὲρ πέντε πήχεις i. e. quinque cubitis procerior fuerit.

4.) Aft Arrianus eod. lib. 5. pag. mihi 349. scribit, quòd Alexander Poro devicto regnum Indorum restituerit, & ultrà pristinum imperium aliam ei regionem, vetere ampliorem, adjecerit.

וישלחו אליו החכמים עם ספרים לאמר ·
אם הבא להלחם אתנו לא יועיל לך זה
מאומה כי אין בכל מאומה אתנו השלול
ואם החפץ לראות חכמתינו מה לך
לחיל ולכה בא תבא אלינו ברגל
בדברי רבים ואנחנו לא נצרך אתך
מלחמה כי המלחמה והקטטה יאותו
לך ולך נאה המלחמה ולנו נאה החכמה
וילך אליהם אלכסנדרוס עם ג׳ גבורים
ויראם עדותי׳ נשים ואנשים וילדים על
פני השדה בצאן וישאל לאחד מהם
ויאמר היש אתכם קברו׳ ויו גרפי גו
קבורותינו ובהפוך נשמותינו מגויתינו
נהיה · וישאל לאחר לאמר מי הם
הרבים המתים או החיים ויענהו אצלבם
המתי׳ ואנחנו כלנו חיים גם כי העניים
והמתים רבים מאד בכל דור מעשירים
וחיים · וישאל לאחר מי הוא עדות
וחכם בין האדם וחוות השדה ויאמר
לו האדם וישאל לאחר ויאמר לו מי
הוא אשר לא יכזב ויאמר האל האמת
שיודע האמת וישאל אחר לאמר אי זה
צד מהאדם יותר טוב היושן או השמאל
ויענהו אצלינו השמאל ואצלכם הימין ·
גם כי השמאל הכי נבבד כי הוא משכן
ללב שהוא שורש לחיים האנטיים ·
והאשה

rum, (5.) qui etiam Acarmayn (6.) dicuntur, regionem profectus incolarum istius terræ sapientiam, quâ cœteros anteibant, explorare voluit; habitabant autem nudi in tabernaculis ac speluncis terræ. Cùm itaque Alexandri fama ad illos perlata esset, sapientes ad eum viros ablegârunt cum literis hujus sententiæ: si quidem ad bellum nobis inferendum hûc venisti, nihil inde percipies utilitatis, non enim quidquam prædæ apud nos invenies; si verò sapientiam nostram explorare cupis, quid tibi tot tantisq; copiis, ac viribus opus est? placidus & mitis ad nos veni, non enim bellum adversùs te gerere animus nobis est, bellum quidem ac prælia te decent; nobis verò sapientia convenit. Alexander itaque cum tribus fortissimis viris ad illos ivit eosque vidit nudos & tàm viros, quàm mulieres unà cum infantibus suis invenit suprà terram ovium more jacentes; dein unum ex illis interrogavit: num etiam sepulcra habetis? ille verò: corpora nostra, inquit, sepulcra nobis sunt; aft cùm animæ nostræ à corporibus separatæ fuerint, tunc vivemus; alium posteà interrogavit Alexander: An major mortuorum, quàm vivorum est numerus? cui ille respondens: apud vos, ait, mortui sunt; nos verò omnes vivimus; id tamen certum est, quòd pauperum & mortuorum quovis tempore major sit numerus, quàm divitum ac viventium; alium interrogavit Alexander, an callidior & prudentior esset homo, quàm bestia agri? cui ille respondit: homo; alium interrogavit: quisnam est, qui non mentitur? ad quæ ille respondens: DEus est veritas, inquit, ac veritatem

(5.) Sic אוקפרקוס hic vertere volui; quænam verò hæc gens fuerit, aliis jam inquirendum relinquo, fortè Gymnosophistas seu Brachmanes intelligit Judæus interpolator, hi enim sapientes inter Indos habiti sunt, de quibus vid. inter alios Arrianus de Expedit. Alex. lib. 6. pag. mihi 409. & seq. vid. n. seq. 6 ibique notata.

(6.) Hebr. אכרמיין ita hic in nostro codice; alii habent: ארכרמיים Arcarmaym, fortè legendum ברכמיים Brachmanes, de quibus vid. num. anteced. 5.

והאשה כי תחל להניק את בנה התר
מצד שמאל· והמלכים ישאו את שבט
המלכות כיד שנא"· ויהי בשאלו
אותם שאלות רבות ויאמר אליהם שאלו
מה אתן לכם ויוציא בלם ויאמרו חנר
לנו חיי עולם· ויאמר אלהים לא אוכל
עד זה ומי יתן ויכולתי לנפשי ויאמרו
אליו ואם בן איפה למה תיגע להלחם
לשלומ שלכ ולבוז בז ולהבניע את
העולי תחתך ולא תורע מי יהכ את
כבודך אחרי מותך· ויאמר להם כה גזר
האל יתעלה להיותנו אנחנו משרתי
לאחרים הבאים אחרינו והבאים אחריהי
כי לכך נוצרנו היום והאילנות לא
יגיעו בלא רוח וכן האדם לא ישקוט
ולא ינוח ולא יצלח מובלי רשיון
עליון· ואני אוחפץ לשקוט ואדון
הכל אשר בידו נפש כל חי לא
יניחני ואחר הרבוי האלה קרא
אלכסנדרוס אליהם לשלום ויפרד מהם
וילך לדרכו·

tem novit; alium interrogavit: quodnam hominis latus melius eſt, dextrum, an ſiniſtrum? cui ille reſpondens: apud nos quidem, ait, ſiniſtrum eſt; apud vos verò dextrum, certè major honos ſiniſtro lateri debetur, quia cor ibidem habitat, quod principium eſt vitæ humanæ, prætereà dum mulier infantem lactat, à ſiniſtro incipit latere, reges etiam ſceptrum regium ſiniſtra manu tenent. Tandem Alexander, cùm illos ſatis multa interrogâſſet, dixit: petite à me donum quoddam, quod vobis largiar; ad hæc omnes uno ore clamârunt: da nobis vitam æternam; Alexander verò illis dixit: certè id non eſt in poteſtate mea, atque utinam, inquit, illud mihi ipſi dare poſſim! tunc ei reſponderunt: Quandoquidem res ita ſeſe habet, cur tantum laboris ſuſcipis, ut bellum geras & ſpolia ac prædam facias, orbemque terrarum ſub poteſtatem tuam redigas; cùm neſcias, quisnam poſt mortem tuam gloriæ tuæ hæres & ſucceſſor futurus ſit? Ad hæc Alexander iisdem reſpondit: ita ſupremum numen decrevit, ut poſteritati inſerviamus & rurſùs poſteri iis, qui poſt ipſos futuri ſunt, proſint, ad id enim creati ſumus, ac ſicuti mare & arbores absque vento non moventur, ita cum homine comparatum eſt, ut nec tranquillus eſſe nec quieſcere nec rem proſperè agere poſſit, niſi ei Deus vires & facultatem dederit; ego quoque quietè vivere vellem; ſed omnipotens ille Dominus, qui omniùm mortalium animas in ſua poteſtate habet, me quieſcere non ſinit; his dictis Alexander omnia fauſta iisdem precatus (7.) diſceſſit & ad ſuos reverſus eſt.

(7.) Vel pacem iisdem indulgens, ſic etiam Hebræum vertere poſſis.

CAP.

CAP. XVIII.

ויכתוב אנחות רבות אל אריסטו רפו
ומלמדו הגדול ויגד לו את אשר קרהו
בארץ הודו ויכתב בה לאמר כאשי
באתי בארץ פרסיאקון היא מדינת
ארץ הודו באתי באיי הים ושם מצאתי
בני אדם דומים לנשים ואוכלין דגים
חיי ומדברים בלשון בני אדם בלשון
יונית ויאמרו לי ראה כי בתוך זה האי
קבר מלך קדמון ושמו קינן בן אנוש
שהיה קודם המבול מולך על כל העולם
כלו והיה האיש ההוא חכם ומבין בכל
החכמות ומושל ברוחות ובשדי ובמזיק
ויבן בחכמתו כי השם יתברך יביא
מבול על הארץ בימי נה ויכתוב את
העתיד להיות מזה על לוחות אבן הצם
שם והכתב כתב עברי· ויכתוב עוד
בכתב ההוא כי בימיו הציף אוקיאנוס
שלישי של עולם ובן עשרה בימי אנוש
בן שת בן אדם הראשון· ויבן באי
ההיא מדינה גדולה מאד מוקפי חומה
ושש

ALexander autem epiſtolas multas ad Ariſtotelem, (1.) præceptorem ſuum, ſcripſit, in quibus eidem narravit, quæ ſibi in India evenerint, inter alia ſic ſcripſit: Ego, poſteaquàm regionem Perſiacon, (2.) quæ Indiæ provincia eſt, intravi, ad maris inſulas perveni atque ibidem maſculos reperi fœminis ſimiles, qui vivis piſcibus veſcebantur & humana lingva loquebantur eâque Græcâ, hi mihi dicebant: ecce in hac inſula ſepulchrum eſt regis antiquiſſimi, qui Kainan appellabatur & Enoſi filius erat, (3.) is ante diluvium univerſo terrarum orbi imperavit atque omnigenâ ſapientiâ inclaruit, & ſpiritus ac dæmones malosque genios (4.) in poteſtate ſua habuit; hic ſapientiâ ſuâ, qua præditus erat, intellexit, quòd Deus ille Benedictus diluvium Noachi ætate inducturus ſit, quocircà id, quod poſteà eventurum erat, tabulis lapideis inſculpſit, quæ hodienùm ibidem extant; (5.) ſcriptura autem Hebraicis literis exarata erat; idem quoque ſcripſit, quòd Oceanus tertiam mundi partem ipſius ætate inundaverit, quod etiam tempore Enoſi, Sethi filii, qui Adami primi parentis filius fuit, accidit.* In eadem inſula Kainan urbem condidit ampliſſimam, muris cinctam ſimulque arcem (6.)

R 2 ingen-

(1.) Vide, quæ ſupra cap. 13. num. 7. & infra cap. 24. num. 6. annotata ſunt.

(2.) Sic פרסיאקון hic exprimere volui, poſſes etiam aliter pro ratione punctorum vertere.

(3.) Vid. Geneſ. c. 5. v. 9.

(4.) Ita מזיקין hic reddere volui eò, quòd mali genii damnum inferant mortalibus.

(5.) Credat Judæus apella; cæterum de Sethi annis columnis à Joſepho, Hiſtorico, Antiq. l. 8. c. 3. memoratis vid. inter alios D. Moynii, Theologi Leydenſis, Var. Sacr. Tom. 2. pag. 564. ut & Bocharti lib 1. Phaleg. cap. 14. & Urſin. de Zoroaſtre, it. Sentiments de quelques Theologiens de Hollande ſur l'Hiſtoire Critique du P. Richard Simon, Lettre 4. pag. mihi 73. confer. & autor tractatus Gallici, qui inſcribitur: Hiſtoire Critiq. des dogmes & des cultes &c. Part. 1. c. 4. p. 22. edit. Amſtel

* Meminit iſtius diluvii, quo tertia pars mundi inundata fuit, etiam R. Salomo ad Eccleſiaſtæ cap. 3. v. 14. & ad Amos cap. 5. v. 8. confer. Id. R. Salom. ad Geneſ. c. 6. v. 4. & ad Hiob. 12. v. 15. it. ad Deuter. c. 32. v. 7.

(6.) Sic vocem מגוש hic vertere malo, quàm ſuburbium.

ויעש בה מגרש גדול מאבני שיש ויאצור בו אבני טובות ומרגליות ואוצרות זהב וכסף לזוב מאד ושם הוא בנה מגדל על קברו להיותו לו לזכרון ואין איש יכול לבוא שם כי הוא בנוי על פי שבעה המשרתים ועל פי הכונת הקסם והבוא שם אל תומותיר ימות ברגע • ובאשר ספרו לי זה הלבו להם ויניחו אנוותיהם לי שנים עשר אניות • ואוא שם היות גדולות בים ונוצץ בהם וחטפו מאנשי וישקיעום בי' ומיעב הדאגה שהיה לי מזה הייתי שם שמנה ימים • ואחר נצחו את דריוש והבנעתי את כל הארץ הלבתי ל מדינה אחת בהודי והוא יושב' בתוך הנהר ובו קני' ארובי' משלשים אמות עבים ב' אמות וחמחות המדינה על הקנים • ומי הנהר מרים כלענה ובאו מאנשי בתוך הנהר לילך אל המדינה ויצאו מן הנהר והות אשפטמי והמשפר מאנשי מ"ד אנשים ויהרגום • ונסעתי משם ולפנות ערב באתי אל מקום אחד ומצאתי בו מעין מים מתוקי' כדבש ואלינה שם בלילה ההוא • וירעדו אנשי כי באו הרחות מן היער לשתות מים ועמהם עקרבים לבנים ואדומים ובעלי קרנים והנינים ונחשים בעלי קרנים וארוות וראבים וחזירים ונמרים

ingentem ex marmore ædificavit, in qua gemmas, uniones atque auri argentique vim maximam recondidit; prætereà turrim excelsam suprà sepulcrum suum exstruxit, ut sibi esset monimento; ad hanc verò nemo mortalium accedere poterat, quia astronomica septem planetarum (7.) arte ac vi magica ædificata erat, quicunque enim muris ejus appropinquabat, is repentina morte interibat. Hæc quum mihi insulæ istius (8.) incolæ narrâssent, ipsi abierunt & naves suas, quæ duodecim erant, mihi reliquerunt; in eodem mari ingentes belluas vidi, quæ, cùm à nobis clamoribus essent excitatæ, nonnullos ex militibus meis abripuerunt, eosque in mari submerserunt, quamobrem præ timore, quo perculsus fui, octiduò ibidem substiti. Posteaquàm verò Darium devici, omnemque illius ditionem in potestatem meam redegi, ad urbem quandam Indiæ, quæ medio in flumine sita erat, perveni, ubi arundines nascebantur, quæ longitudine sua triginta cubitos, densitate autem tres ulnas æquabant, atque iisdem arundinibus urbis illius fundamenta innitebantur; aqua verò fluminis istius amara erat instar absinthii; hoc flumen milites quidam mei versùs oppidum trajicere tentârunt; sed animalia, quæ Apipothmi (9.) dicuntur, flumine egressa, quatuor ac quadraginta viros abripuerunt eosque interfecerunt: quamobrem relicto illo loco ad regionem quandam vesperi veni, ubi fontem aquarum dulcium instar mellis reperi, ibique pernoctavi; milites autem mei non mediocri metu exterriti fuerunt, dum bestias, ex sylva ad bibendum egredientes conspexerunt, inter quas scorpii (10.) fuerunt albi rubeiq; colo-

(7.) Ita hic: שבעה המשרתים vertere volui, dicuntur etiam שבעה כוכבי לכת i. e. septem stellæ errantes.

(8.) In Utopia, ut puto, sitæ; sed hic Judæorum mos est, ut ad firmandas traditiones suas fabulis utantur probationis loco.

(9.) Hebr. אפיפשמי sic corruptè, ut puto, legitur, nam ἱπποπόταμοι sine dubio hic intelliguntur, de quibus vid Aristot. lib. 2. Histor. Animal. cap. 7. & Ammian. Marcellin. lib. 22. confer & Caspar. Schotti Physic. curios. lib. 3. c. 1. §. 1. & seq.

(10.) Quidam עקרבים lacertas interpretantur.

ונמרים ושנהבים ועמהם עוד אנשי בעלי שש ידים וימיהם כאנשי רבים ולולי כי הבערנו אש ביער במרחי גדולי' ובות כמעש הם השמידונו כלנו ובאשר הבערנו האש הוו השרצים רצי' ונופלים באש ונשרפי' והיה סרחונם לנו למוקש • ובבא עלינו חיה גדולה והשאג הדיה וימותו מגבווי חמשים ושמה גבורים מפחדם משאגתה ואחרים מגבווי התאזרו והמיתו את הדה' אחרי אשי' המיתה מהם ס' גבורים ויגררו את הדוה ממקומה מהה עד מקום המדינה שי' גבורים ושם מצאנו פרעושי' ביונים ועטלפים כתווי' גדולי' ולהם שינים כשיני אד' ולא היה לנו שם מזון זולתי כי היינו צודים העופו' בגין הרא' והדאה והעורבים למזוינו' ומשם הלבנו לארץ קפסיאקין ובשעה התשיעית ליום נשבה רוח גדולה ולא היה כח לאיש ממנו לעמוד על רגליו ונפלנו על פנינו ארצה עד אשר שקטה הרוח • ואלבה את מדינה המלכות מארץ קפסיאקין והיא המדינה אשי' שמה קפסיאקין והד' ואל למלכות הודו • ואמרו לי יושבי הארץ כי שם אוא נפלאות

coloris, cornibus instructi, his immixti erant serpentes & dracones cornigeri atque leones, ut & monocerotes, apri, ursi ac elephanti, cum iisdem viri erant seximani, à quibus non pauci ex militibus meis interfecti sunt, ac, nisi sylvam maximis pyris incendissemus, omnes ferè ad internecionem deleti essemus; sylvâ autem accensâ reptilia ista in ignem se conjecerunt eoque interierunt; sed eorundem terrimus fœtor multis perniciem attulit; præ cœteris autem immanis bellua impetũ in nos fecit horribili clamore, cujus metu sex & quinquaginta ex militibus meis perierunt; alii verò milites mei illis auxilio venerunt ac bestiam illam, postquàm sexaginta milites interemerat, tandem interfecerunt, ejusque cadaver trecenti milites eo ex loco, ubi monstrum peremptum erat, ad castra traxerunt; pulices (11.) quoque ibidem invenimus columbis magnitudine similes, ut & vespertiliones, (12.) turturibus prægrandibus pares, quibus dentes erant humanis similes; nullum verò cibum eo in loco deprehendimus præter cornices, milvos (13.) & corvos, has volucres venati sumus, ut nobis alimento essent. Inde in terram Caphsiacon (14.) castra movimus, ubi horâ diei nonâ ventus tàm vehemens exortus est, ut nemo nostrum pedibus stare potuerit; quamobrem in faciem procidere atque tamdiu humi jacere coacti fuimus, donec venti impetus resedit; in eadem provincia urbem cepi regiam, quæ Caphsiacus (15.) appellabatur, atque regni Indiæ metro-

(11.) Seu muscas, prout quidam vocem פרעושים interpretantur, vid. suprà cap. 16. num. 5.

(12.) Ita nonnulli עטלפים vertunt, sicuti & 70. interpretes νυκτερίδας exponunt, alii hirundines explicant, vid. Sam. Bochart. Hiero Zoic. part. 2. lib. 2. c. 32. confer & Caspar. Schotti Physic. curiof. lib 9. c. 73 ubi scribit, vespertilionum variam esse magnitudinem, in novo orbe columbas adæquant in Brasilia monedulas; circà Urabum turtures.

(13.) De vocibus ראה & ראם vid. interp etes ad Levit. cap. 11. v. 14. & Deuter. cap. 14. v. 13, confer. etiam Bocharti ead. part. 2. l. 2. c. 7.

(14.) Sic verò hic vocem קפסיאקין, posses etiam pro ratione punctorum aliter legere ac vertere, vid. num. sequ. 15.

(15.) Vid. num. antec. 14. quæ verò hæc urbs atque provincia ejusdem nominis fuerit, jam accuratius inquirere haud vacat.

נפלאות אלהים׃ ויוליכוני אל גן אחד
וראיא בו אולנות מדברים בבני אד׃
ובהם ישמי השמש והירח׃ ומהם שני
אילנות ועל אחד צורת השמש ועל
האחר צורת הירח ואילן השמש הי׃
זכר ותארו ודעתו כתואר ודעת הזכר
ואילן הירח נקבה ותארו ודעתו כתואר
ודעת הנקבה ופירותיהם כפירות האילנות
הנמצאים במצרים הנקראים מורבליטון
ובאורו תפוחי גן עדן ושם האילן הזכר
שמש ושם הנקבה ירח והאולנות הי׃
מדברים בלשון הודו כבני אדם ויאמרו
מוה מות אמה הרשת ולעת בא השמש
יצא קול מן האילן הנקב שמש בלשון
הודו וידב דברי ולא רצו אנשי הודו
לבואם לי כי יראו ממני׃ ואשבע להם
כי לא יגורו מוה ויאמרו לי באור
הרבדים הוא כי האילן מבשרך אשר
מוהיה המות עד ידי אנשיך וקרוביך׃
ואכרע על ברכי נגד האילנות ואתפלל
לאמר מתי יהיה קצי׃ ויצא קול
מאולן הירח ויאמר אלי בלשון הודו
הוי סבל כי הזהור לדע׳ דבר אשר
לא יובלו הנביאים לדעתו׃ ויהי
בלילה לעת זהות הירח ואתפלל
ואשאל לאמר אם אשובה אל ארצי
ואראה את ארצי ואת עמי ואת אמי
ואת אוהבי׃ ובבקר לעת זהות השמש
שבתי

polis erat; regionis incolæ mihi dixerunt, quòd admiranda Dei ibidem visurus sim; posteà in hortum me deduxerunt, ubi arbores humana voce loquentes (16.) reperi, ex quibus duas vidi, quarum altera Solis, altera lunæ habebat figuram, cui Solis inerat species, mas erat, forma & ratione masculo similis; quæ verò lunæ speciem referebat, fœmina erat, figura ac mente mulieri similis, harum arborum fructus similes erant fructibus, qui in Ægypto reperiuntur & Morblithon (17.) appellantur, hos poma Paradisi (18.) interpretari possis; mascula autem arbor Solis nomen habebat, fœmina verò lunæ, & humana voce, Indica scilicèt, loquebantur, dicentes: ô mors quantum terroris adfers! dum verò Sol vesperi occidebat, vox ex arbore illa, quæ Solis nomen habebat, egrediebatur & Indorum lingvâ verba quædam proferebat, quæ mihi Indi interpretari nolebant, quia me timebant; ego verò illis juravi, quòd nullum propterea periculum sustinebunt, illi igitur dixerunt: hæc verborum est interpretatio: arbor illa tibi indicat, quòd brevi moriturus sis & quidem amicorum ac propinquorum tuorum manibus; ego verò corâm arboribus in genua procidi & oravi: ecquando finis meus appropinquabit? dein vox ex arbore lunæ egrediebatur atque Indica lingvâ me alloquebatur: cur id, ô stolide, scire desideras, quod ne prophetæ quidem scire potuerunt? cùm verò nox appropinquaret & luna oriretur, ego preces fudi atque interrogavi, an in patriam meam reversurus, populumque meum us & matrem atque amicos meos visurus sim? easdem ego preces, quas noctu fuderam, manè oriente Sole repetii & in oratione matutina hanc etiam interrogationem adjeci: an diebus vitæ meæ exitus in-

(16.) Credat Judæus apella.

(17.) Sic verò hic מורבליטון nonnulla exemplaria légunt: אורכליטון; quinam verò hi sint vel fuerint arborum fructus, aliis jam inquirendum relinquo, fortè aurantia poma vel mala aurea intelligit Judæus interpolator.

(18.) Sic communiter vertunt עץ הדעת, de quo vid. interpretes ad Genes. c. 2. v. 8.

שבתי עוד ואתפללה׃ בשאלת השמש
והוספתי בשאלת הבקר להודיעני אם
ספו וכלו ימי חיי׃ ויצא קול כפול
מבין שני האילנות משמיע דברים בלשון
הודו לאמר המו שנותיך וספו ימי חייך
ולא תשוב עוד אל ארצך לעולם׃ ואחרי
מותך יהמו קרוביך ובני משפחותיך וישתו
זכר ולא תוסיף לשאול עוד בי לא
תענה׃

stat & finis? tunc vox inter duas illas arbores iterùm egrediebatur atque Indicâ lingvâ hæc verba proferebat: anni tui finiti sunt atque exitus vitæ tuæ instat, nec unquam in patriam tuam reverteris, post obitum quoque tuum cognati & proximi tui deficient eorumque memoria interibit; tu verò noli amplius interrogare, nullum enim responsum accipies.

CAP. XIX.

ואסע מארץ הודו ואבואה אל מלכות
הסמידים והנהגת המלכות על יד אשה
מולכת עליהׄ ושמה קונדקי והיא אשה
יפה עד מאד ואשלח אליה אגרת
לאמר׃ הנה האלהה אמון מקומו בהר
הגדול מהרי מלכותך ואנחנו עובדיו
ועתה יש את נפשי ללכת אל ההר
ההוא להשתחוות לו כי הוא היה בעזרי
כי שמעתי באשר הבנעתם ולקחתם
ארץ עמון לקחתם גם אלהי עמון עמכם
ואם לא תשלחו אותי אלי אלך עליכם
למלחמה ותעננני כבר ידעתי כי הוא היה
בעזרך כי עת מולדתך בהלקו וידעני בן
מי אתה ועתה לא נוכל לשלוח לך
אלהי עמון וכהניו יש את נפשם לשלח
לך

CAP. XIX.

POsteà castra ex India movi & in regnum Semidemim (1.) perveni, quod fœminæ imperio regebatur, cui Condace (2.) erat nomen, hæc formæ pulchritudine insignis erat, ad quam literas misi hujus sententiæ: Ecce Deus Ammon in monte quodam excelso, qui in regno tuo situs est, habitat, cujus nos servi sumus; ad montem illum accedere volo, ut numen istud adorem, quod mihi auxilio fuit: audivi enim, quòd posteaquàm Ammoniam regionem subegistis & in potestatem vestram redegistis, Deum quoque Ammonium vobiscum abduxeritis, is nisi ad me missus fuerit, bello vos persequar; ast regina mihi respondit: jam anteà notum nobis est, quòd numen illud auxilio tibi fuerit, nam in nativitatis tuæ tempore partem sibi vendicat ac probè novimus, cujus tu sis filius; sed ut Deum Ammonium jam tibi mittamus, non est in nostra potestate; sacerdotes autem ejus aliquo te munere honorare volunt, quamobrem legatos tuos mitte,

(1.) Ita hic verto סמידים sed quodnam hoc regnum fuerit, aliis inquirendum relinquo.

(2.) Sic exprimo hic: קונדקי nonnulli codices habent קנדקי quod Candacem reddere possis, vid. infrà hoc cap. num. 7. Cæterum Candacis nomen regnis Æthiopiæ commune fuisse docet Plinius lib. 6. cap 29. Hùc facit cap. 8. vers. 27. in Actis Apostol. ubi Beda & Scaliger de tempor. emendat. lib. 7. inter alios videri possunt, confer. & Munsteri, Erasmi atque Joh. Drusii not. ad Actor. dict. c. 8. v. 27.

לך תשורה ושלח את מלאיך וישאו׳
אלך והשלח לי הוא למנחה מאו׳
בפוח זהב מופז משקלם מאו׳ ליטרין
ומרגליו׳ יקרו׳ מאתים ומרגליות נקובו׳
לעדי ענקים שמונים ובמו הן בלתי
נקובו׳ שמונים ומעגורות אלות אמון
אשר אתה עטרת אחת באבנים יקרו׳
ערכה מאה ליטרין זהב׳ ונערים בושים
בלחי בע׳ וקן ת״ק והמד׳ נושאים
חבות מעשה שן מלאות אלפנטים ת״ק׳
ובמרים י״ג וארויות ששה׳ ופנטרים
הם היות משונות י״ד וכלבים אוכלי
אדם השעים פרים בעלי מלחמו׳ מ׳
פילים ג׳ עיוים ש׳ ראמים מאו׳
מנורת עשוית מעץ אובנוס אדום
ושזור בקרן עזים וזה שמונת אלפים׳
ובמנחה הזאת לא הגיעה למלך לעולם׳
והעידו סופרי רבים מסופריה על המלכה
הזאת כי לסוף ימיה מלכה ערב בע׳
העולם׳ ואפנה אל לבי ללכת אצלה׳
והמלכה קנדקי שמעה את מנהגי איש׳
הייתי נוהג לרמות את המלכי וללכת
אתם בערמה ובמרמה׳ ותצו ראש
מלאכיה אשר שלחה אלי עם המנחה׳
הנזכרת

mitte, qui donum illud ad te ferant; ipsa verò regina centum acerras (3.) auri purissimi, quæ centum libras pondere æquabant, ut & uniones pretiosissimos ducenos, præterea margaritas octoginta, in usum monilium perforatas, & totidem, quæ nondum perforatæ erant, muneri mihi misit, coronam quoq; insignem, gemmis distinctam, unam scilicèt ex iis, quas illa Deo Ammonio dicaverat, quæque centum libras auri valebat, mihi donavit; pueros etiam Æthiopes imberbes quingentos, qui totidem arculas eburneas, pretiosissimis aromatibus (4.) plenas, ferebant, mihi muneri misit, præterea pardos tredecim ac sex leones, ut & Pantheres (quæ mira sunt animalia) quatuordecim, nonaginta etiam canes, qui homines devorant, ut & quadraginta juvencos, bellico usui aptos, ac quinquaginta (5.) elephantos pullos insuper trecentos ac centum monocerotas, ut & octies mille lectos ex ligno Obono (6.) confectos; est autem lignum istud rubrum atque nigrum ac nitore suo arietis cornu æquat, dono mihi misit, cujusmodi sanè munus nulli unquam regi oblatum fuit. Multi autem scriptores, qui reginæ illius res memoriæ prodiderunt, testati sunt, illam postremis vitæ suæ temporibus universo terrarum orbi imperâsse. Hujus itaque videndæ desiderio ductus fui; regina verò Candace, (7.) cùm audisset, me sæpè mutatis vestibus reges decipere atque eosdem astu tractare consveviſſe, præcipuo ex legatis, quos ipsa cum dicto

(3.) Seu acetabula, in Hebræo est כפורי, quod alii cochlearia exponunt.

(4.) Sic vertere hic volui vocem: אלפנטים quam nonnulli interpretantur משמים, i.e. aromata, videtur autem vox Hebræa, quæ hic habetur, desumpta ex Græco ἀλειφὴ, quod unguentum denotat, confer. infrà num. 19. h. cap. ubi alia istius vocis habetur significatio.

(5.) Hebr. ג ita hic in nostro codice reperitur, quædam exemplaria habent ב, i. e. tres; sed prior lectio præferenda videtur.

(6.) Sic אובנוס hic vertere volui, quo nomine Ebenum seu Hebenum lignum a Judæo interpolatore intelligi puto, de quo Virgilius: Sola India nigrum fert Hebenum; Plinius in media Africæ Hebenos virere tradit, cujus generis putant esse lignum Indicum, quod Guaiacum & Guajacanum dicitur, vid Andr. Matthioli Herbar. lib. 1. c. 26. & cap. 85. confer. etiam, quæ suprà cap. 9. num 9. de virga ex Ebeno facta annotata sunt.

(7.) Ita hic verto: קנדקי vid. quæ supra hoc cap. n. 2. notata sunt.

הנזכרת להקיק ולהתחר עד לוח ארז
צורתו ולהביאה אליה׳ ויעש כן ויבא
אליה את צורת תמונתי הקוקה עד
לוח ותקח הצורה ותשימהו בחדרה׳
וילך קנדקיס בן המלכה קנדקי את
מחנה׳ אלכסנדרוס ויקדמהו השומרים
ויוליכו אל המשנה הלמידה׳ ויאמר
אליו מי אתה ועונתו בן המלכ׳ קנדקי
אני ואני הייתי בא לשאת פני אלכסנדרי׳
המלך ולכבדו ועמי אשתי ומעט צבא
כי לא למלחמה׳ הייתי הולך כי סוד
גדול יש לי מפי הנשים הנקראים
אמזונס ויפגע בי שר הנשים הנקראות
אמזונס ויקח את אשתי ויהת רבי׳
מאנשי ועתה׳ יושיענו אדוני המלך כי
פורע ומוראו על כל העמים׳ וילך
המשנה ויגד לאלכסנדרוס המלך הדברים
שעברו ויאמר לו קח נא את בגדי
מלכותי את עטרת ראשי ושב על כסא
מלכותי והיה תחתי מלך כמוני ועשרה
בערמה וקרא אלי אנטיגנוס כשמך׳
ויעש אנטיגנוס המשנה כאשר צוהו
אלכסנדרוס

cto munere ad me miserat, injunxit, ut faciem meam in tabula depingi (8.) eamque ad se deferri curaret, id quod ille etiam effectui dedit, meamque effigiem, in tabula depictam, (9.) ad reginam detulit; illa verò eandem in conclavi suo reposuit. Posteà Candacles, reginæ illius filius, ad Alexandri castra pervenit; quem custodes regis comprehenderunt, & ad Tolmidam, (10.) secundum à rege, (11.) duxerunt; hic à Tolmida interrogatus, quisnam esset, respondit: ego Candacis reginæ filius ad venerandum colendumque regem Alexandrum hûc veni; uxorem etiam meam parvamque manum mecum duxeram (non enim belli gerendi causa domo profectus eram, quia magnum mihi arcanum de mulieribus, quæ Amazones appellantur, dicendum est;) sed mulierum istarum dux me aggressus est atque uxorem meam abstulit, multosque ex militibus meis interfecit; nunc itaque opem nobis ferat rex, quem omnes populi metuunt ac timent. Cùm hæc secundus (12.) à rege Alexandro narrâsset, ille sume tibi regias vestes, inquit, capitisque mei coronam tibi impone, & in regio sede solio ac mei loco regem age meque tuo nomine astutè compella Antigonum. Antigonus igitur, secundus à rege, Alexandri mandato obtemperans egressus est regio indutus amictu, atque coronam capite gestans: Dein Canda-

(8.) Vel tabulæ imprimi aut insculpi, nam etiam sic vertere possis juxtà Hebræum, quod hic habetur, confer. num. sequ. 9.

(9.) Vid. quæ num. antec. 8. dicta sunt.

(10.) Hebr. טלמידה si. in exemplari nostro hic legitur, quod nomen haud incommodè possis vertere Ptolemæum, nam Judæi Ptolemæum nominant טלמי, de quo vide inter alios præfationem Josephi Athiæ ad Biblia ipsius curâ Germanicè versa; idem Ptolemæus paulò post à Judæo interpolatore vocatur Antigonus, sic enim & infrà cap. 23. n. 4. scribitur, quòd Ptolemæus etiam Antigonus appellatus sit; sed malè & per errorem, vid. not dict. n. 4. c. 23. Cæterùm de Ptolomæi nomine vid. quæ lib. 3. c. 2. n. 1. ut & infrà n. 12. h. c. it. cap. 22. num. 7. notata sunt.

(11.) De voce משנה in notis ad ipsum autorem & quidem ejusd. lib. 1. cap. 8. num. 3. & cap. 16. num. 6. ut & alibi dixi, confer. & infrà cap. 22. num. 6.

(12.) Alius nempe à Tolmida seu Ptolemæo, cujus paulò ante mentio facta est; ita hæc cum antecedentibus concilio, ne Judæus interpolator sibi contradicat, vid. num. antec. 10.

Candaclem vocari jussit, qui, cùm ad Antigonum venisset eumque vidisset, valdè meruit, ne fortè pro speculatore haberetur atque innocens interficeretur; ast princeps ille adstantes per simulationem ita allocutus est: vocate mihi legatum meum fidelem, Antigonum; quùm igitur illi Alexandrum vocâssent, Antigonus eundem callidè hunc in modum compellavit: annon tibi notum est, quòd vir iste, Candacis reginæ filius, hûc venerit, ut nobis honorem exhiberet, quòdque dux Amazonum (13.) bellum ei intulerit, ipsumque damno, de quo suprà dictum est, affecerit? ad hæc Alexander eidem respondit: ego, si tibi ita visum fuerit, copias adversùs ducem illum educam ipsumque bello persequar, ac viri hujus injurias ulciscar ejusque uxorem ex illius manibus eripiam; ast secundus à rege (14.) eidem respondit: legatum ad illum mittamus, qui ei pacem offerat & ab ipso postulet, ut viro isti uxorem restituat, priùs, quàm ei bellum denuncietur, si igitur ad pacem inclinaverit & viro huic uxorem suam reddiderit, pace fruatur; si verò pacem rejecerit, tunc eundem bello petamus & tamdiu persequamur, donec sub potestatem nostrã redigatur; ad hæc Alexander, respondens: ego, inquit, ad illum ibo; data itaq; eundi facultate Alexander tridui iter clàm ingrediens ministrum quendam ad Amazonum ducem misit, qui Alexandri verbis nuntiaret: redde Candacli uxorem, ille enim ad me venit meumque auxilium imploravit, si id facere recusaveris, indica jam, ut sciam, quid mihi faciundum sit; hoc audito Amazonum dux uxorem Candaclis reddidit legato, qui eandem ad locum, ubi Alexander clàm substiterat, deduxit; legatus autem in itinere Candaclis uxori dixit: jam te ad secundum ab Alexandro rege ducam, qui nos post montem exspectat, rex enim non ipsum principem suum mittere voluit, sed principis ministrum;

אלכסנדרוס ויצא המשנה לבוש בגדי
מלכות ועטרת על ראשו וישלח אותו
קנדקלים לבוא אתו ובבואו אליו ויראה
אותו ויירא מאד כי אמר אולי יחשבני
למרגל ויצוה להרגני ואני נקי׳ ויאמר
במרמה לעומדים לפניו קראו לי את
מלאכי דנאמן אנטיגנוס וילכו ויקראו
את אלכסנדרוס ויאמר אליו אנטיגנוס
בעמוד כדברים האלה׳ הלא ידעת
כי האיש הזה בן המלכה קנדקי היה
בא להדר פניהו ושר אמזונם פגע בו
ויעש לו כה וכה׳ ויעמדו אלכסנדר
אם הנזור עלי אלהה לי אליו בצבא
ואלחמה עמו ואנקום נקמת האיש הזה
ואצילה את אשתו מידו׳ ויענהו המשנה
אכן נשלחה מלאך אליו לקראו לו
לשלום טרם מלחמה ונבקש ממנו
להשיב אשת האיש׳ והיה אם שלום
יענה וישב אשת האיש והיה זה שלום
ואם לא יאבה לשלו׳ ועלינו עליו ונצור
עליו עד רדתו׳ ויאמר אלכסנדר אלהה
לי אני אליו ויענהו לך׳ וילך אלכסנדר
ויתהבא שלשת ימים וישלח עבר מעבריו
ל השר אמזונם לאמר כה׳ אמר
אלכסנדרוס השב אשת קנדקלים כי אלי
היה בא ואם לא הגידה לי וארעה מה׳
אעשה לך׳ ויתן לו את האשה ויביאה
אל המקום אשר היה שם אלכסנדרוס
נחבא׳ ויאמר אל׳ ה בדרך כי הוא
יוליכה אל משנה המלך אשר הוא
ממתינו אחרי ההר כי לא רצה המלך
לשלוח

(13.) De his infrà cap. 21. num. 1. quædam annotata reperies.

(14.) Antigonus scilicet sub Alexandri persona.

לשלות את משנהו השר כי אם את
עבר משנהו ותשמע האשה ותאמן
בדבריו׳ והיה כאשר הביאה לפני
אלכסנדרוס ותפול על׳ רגליו ותשתחו
אפים ארצה׳ ויאמר אליה קומי ואל
תפלי על׳ פניך לפני כי הכבוד הזה׳
אצלנו לא נעשהו כי אם למלך והיה׳
כאשר תבואי לפני המלך ושם אישך
ועשית לפניו את כל הכבוד הזה׳ וידו
ביום הג׳ ויבואה אל אנטיגנוס היושב
על׳ כסא המלכות ויראו קנדקלים את
אשתו וישמח׳ ויאמר אלכסנדרוס אל
אנטיגנוס אדוני המלך השר אמזונם
מוריעך כי הוא איש שלומך והנה הוא
לך לעבד ולמשרת׳ ולו ידע כי אליך
היה בא קנדקלים לא נשא אליו עיניו
לראותו ותשתחו האשה׳ ותפול על׳
פניה׳ לפני אנטיגנוס ותאמר אליו
השואת תן לאדוני המלך כי העיל את
נפשי מיד אויב׳ וקנדקלים תפק את
אלכסנדרוס אשר היה בעיניו המשנה׳
וינשקהו ויפל על׳ צווארו ויאמר אליו
כדברים האלה האמן לי ובאה עמי אל
אמי ואני אתן לך מתנות גדולות׳
ויענהו איך אוכל ללכת בלתי רשות
המלך שאל אותי ממני ואם המלך יתן
לי רשות על׳ ככה אני שמח וגם אני
מתאוה לראות את אמך ויבא קנדקלים
אל המשנה׳ והוא בעיניו אלכסנדרוס
ויפל לפניו ארצה׳ ויאמר אליו אדוני
המלך אמצא חן בעיניך וילך משגין
עמי עד בואי אל׳ אמי ואשובה עמי׳
ויאמר

ויאמר אליו ראה קנקנדלים גם על זה
אשא פניך כי מצאת חן בעיני׳ רנה
אני אשלחהו עמך אל אמך ברכך
ואהה השיבהו אלי שלם כאשר משיבך
הוא אל אמך עם אשתך שלם׳ ויאמר
קנקנדלים עלי אדוני המלך לכבוד
ולנשאו ואעשה כדבר המלך׳ ויקומו
משם וילכו שניהם יחדו קנקנדלים
ואלכסנדרום וקנקנדלים היה חוקב כי
ההולך עמו הוא משנה המלך אלכסנדרום
והיה שמו נוטע אליו אנטיגנום בשם
המלך׳ ויהי כבואם אל חצר המלכה
אמו ותהום כל העיר לאמר הנה
קנקנדלים בא עם אשתו נושע ושלם׳
וירוצו אמו ואחיו לתבקו ולנשקו ולהלל
לאלהים בעד שלומו׳ ויאמר אליהם
ברוך ונשקו ותבקו את האיש כי הוא
הושיע אותי ואת אשתי מיד האויב׳
וישאלהו מי האיש הלזה ומה שמו כי
חדע׳ ויענם שמו אנטיגנום והוא
המלאך הנאמן אשר למלך הגדול
אלכסנדרום והוא משנה לו וישאלהו
איך הושיעך הוא׳ ויגד להם המעשה
ויספ׳ להם אודות קורותיו׳ ויעשקוהו
ויתבקוהו אחיו ואמו ויכבדהו וישבו עמו
לאכל ולשתו בעדו׳ וקנדקי הבינה כי
הוא אלכסנדרום בנפשו וחדום׳ ויהי
בבקר והלבש קנדקי בגדי מלוכה והבא
את אלכסנדרום והדרה והדרה בנוי
מאבני

verò eundem incolumem ad me iterùm duc eodem modo, quò ipse te salvum unà cum uxore ad matrem tuam deducet; cui Candacles respondit: meum erit, Domine rex, ut illum debito honore afficiam ac gloriâ extollam, atque id, quod rex mihi dixit, ad effectum deducam. Sic ambo simùl profecti sunt, Candacles scilicèt & Alexander; Candacles autem comitem suum putabat esse secundum à rege Alexandro, eumque Antigonum appellari existimabat. Cùm igitur ad aulam reginæ matris pervenissent, universa civitas læta acclamatione eosdem excepit, hæc adjiciens verba: Ecce Candacles cum uxore sua salvus & incolumis advenit; mater autem ejusq; fratres eidem obviam progressi, ipsum complexi & osculati sunt Deumque laudibus celebrârunt, quòd illum salvum & incolumem reduxisset; Posteà Candaclesillis dixit: istum colite virum eumq; complexu & osculo excipite, qui me atq; uxorem meam ab hostium manu liberavit; illi verò Candaclem interrogârunt: quisnam est vir iste, ac quomodo appellatur, quia id probe nosti? quibus ille respondit: Nomen ejus est Antigonus, hic ipse fidus est legatus magni regis Alexandri ejusqne proximus. Postea eundem interrogarunt: quomodo igitur ab illo servatus es? tunc Candacles omnia, quæ sibi evenerint, ordine narravit, quo cognito mater illius ac fratres hospitem amplexi & osculati sunt maximoq; eum honore affecerunt, ac vesperi eundem conviviô excepterunt; Candaces verò probè sciebat, ipsum esse Alexandrum; sed id secretum penes sese habebat. Postéro autem die ipsa regio amictu induta Alexandrum in conclave suum, lapidibus pretiosis aureisque tabulis (15.) & trabibus ornatum deduxit, ubi lecti erant strati iique auro gemmisque, nimirùm Smaragdis (16.) & adamantibus (17.) distincti, quibus

(15.) Sic verto hic vocem: תעי׳ posses & asseres interpretari.

16.) Ita Onkelos vertit מגופר alii Chrysoprasum reddunt; R. Salomo ad Ezech. cap. 27. v. 15.

interpretatur Gallicè: Escarboucle i e. Carbunculum.

(17) Sic communiter exponunt יהלום alii vertunt: uniones, vid. cap. sequ. 20. num. 8.

מאבני זהב ורעפיו וקורותיו זהב׳ ושם
מטות מוצעות עשויות בזהב באדרת שש
והמה מנוקף ויהלום וכהם צורות הנינים
משוהם ואבנים יקרות פורפוריטו וצורות
מרכבות מסוסים עם כלי מלחמה וברגלי
הסוסים היו צורות אלפנטים עשויות
מאבנים יקרות ונגדם נהר מזהב מופץ
ובגבוהיהם אילני זהב עם פירותיהם
מזהב ויסעדו שם ביום ההוא עם בני
קנקנדלים ואחיו׳

quibus draconum effigies inerant, quæ ex Sardonychibus aliisque lapidibus pretiosis, qui porphyrites (18.) appellantur, confectæ erant, curruum quoque & equorum ad bellum instructorum imagines ibidem conspiciebantur; ad equorum autem pedes elephantorum (19.) species pretiosis lapidibus expressæ erant, è quarum regione fluvii imago erat, ex auro purissimo confecta, ubi arbores aureæ cum fructibus suis itidem aureis circumcircà conspiciebantur. Hoc in loco Alexander & regina unà cum Candaclis liberis & fratribus illo die ad prandium sedebant.

CAP. XX.

ויהי ממחרת לקחה קנדקי המלכי את
אלכסנדרום ותראהו חדרים גדולים בנויים
מאבני חפץ הם האבנים הנקראים
אזמראטום בלשון יון ומגולתם למלאת
חפצי נושאיהם לטוב׳ והיה נגה השמש
ואורו עובר באבנים אל החדרים׳ ויאמר
לה אלכסנדרום כל זה היה ראוי ליונים
ולא לכם ומה תעשו אתם בו׳ ותענהו
בחמה היי אלכסנדרום הסכלת לדבר
ומי אתם ומה ראוי לכם והלא בלכם
חסרים מכל טוב׳ ויהי כשמעו כי
קראתו בשמו ויחרד האיש הרדה גדולה
ויחזק לבו ויאמר אליה׳ גברתי המלכה
לא

Postéro autem die Cadaces Alexandro amplissima conclavia, ex pretiosis lapidibus, qui linguâ Græcâ Airati (1.) appellantur, confecta, ostendebat, quorum lapidum ea vis (2.) erat, ut eorum, qui illos habebant, desideria bono implerent, (3.) hos lapides Solis splendor & fulgor in conclavibus istis illustrabat; Alexander autem, cùm hæc vidisset, reginæ dixit: ista omnia Græcis, non vobis, conveniunt, & quid rei vobis est cum splendidissimo hoc ornatu? tunc regina ad iram commota dixit: stultè locutus es, Alexander, quinam vos estis & quidnam vobis convenit? annon omni bono destituti estis? Alexander autem, cùm suo se nomine appellari audisset, valdè perterritus fuit; animum tamen sumpsit atque reginam hunc in modum allocutus est: Domina mea regina, ego non

(18) Hebr. פורפוריטו ita hæc vox in nostro codice occurrit, quam sic, uti vides, vertere volui; est autem Porphyrites Plinio lapis Ægyptius rubens, candidis destinctus punctis.

(19.) אלפנטים, sic in Hebræo hic habetur, alia hujus vocis significatio suprà num. 4. h. cap. occurrit.

(1) Hebr. אזמראטום, ita hic in codice nostro, forte legendum cum אזמראטום i. e. ἀδάμας, invisibilis, si quidem in Hebræo vox non est corrupta.

(2.) Virtus, peculiaris efficacia, sic verti hic potest סגולת quæ vox alias peculium denotat.

(3.) Id est: ut gemmarum istarum possessores voti compotes fierent, vel; eorum desideria bonum sortirentur finem.

non Alexander sed Antigonus, qui Alexandri legatus est, appellor, cur me regem nominas meque capitis reum constituis regi? annon legatus sum regis, qui per me literas ad te misit unà cum filio tuo ejusque uxore? cur me tàm perfidum arbitraris, ut me regio nomine compellari sustineam? regina autem respondit: veni mecum, vir callide, ut dictis meis testes adducam, quos non poteris mendacii arguere; cùm itaque Alexander conclave intrâsset, regina imaginem ejus, tabulæ impressam ac parieti suspensam, ipsi ostendit dicens: nonne imaginem hanc tuam, quam possideo, agnoscis? cur ita ad verba mea expavescis? annon tu vir ille es, qui Persarum atque Indorum regionibus terrorem incutis? qui Medorum omniumque gentium bellis finem imponere potes, ubinam est jam sapientia & fortitudo tua? nunc enim sine hasta & gladio ac sine ulla pugna in manum fœminæ traditus es & conclusus teneris, ut discas, te nondum ad solidam pervenisse sapientiam & ut scias, viri sapientis esse, rem antè considerare, ut posteà prudentior evadat, sed fac, neminem illi similem esse, cogitare tamen debet, alium esse se sapientiorem; (4.) Alexander autem sibimet ipsi succensens ac dentibus frendens se atque reginam interficere voluit; sed Candaces ei dixit: cur dentibus frendes? ecquid facere cogitas? ubinam est sapientia tua, dum & te & me interimere cupis? nonne imprudenter agis ac nihil proficis? nam te interfecto multarum gentium salutem in discrimen vocabis, ecquid facere poteris? noli timere & expavescere, nam quia te tàm benignum exhibere voluisti, ut filium meum atque nurum servares, ideò ego quoque ab omni casu adverso te tutum præstabo; en Berberon (5.) filius meus natu minimus, Pori, Indiæ regis, gener nuper ad me venit & semestre jam spatium est, ex quo in regno meo

לא אלכסנדרוס שמי כי אם אנטיגנוס
מלאך אלכסנדר ולמה תקראני בשם
המלך ותחשב את ראשו למלך׃ הלא
אני מלאכי השלוח לפניך עם סנדר
ועם בנך ועם אשתו ואיך תחשבני
לבוגד כי אסכול להקרא בשם המלך׃
ותענהו הוי איש ערמה בא אלי ואעידה
עדים על דברי ולא תוכל להכחישם ויבא
עמה החדרה ותראהו תמונת צורתו
תקוקה ע"ל לוח תלויה בקיר׃ ותאמר
אליו הלא תביט כי זו היא תמונתך
ואתי היא ולמה תבהל מדברי והלא
אתה הוא המרגיז והמרעיש ארץ פרס
והורד והמשבית מלחמות מדי וכל הגויים׃
ועתה איה חכמתך וגבוריך כי נסגרי
ביד אשה בלא חרב ובלא חנית ובלא
מלחמה למען הדע כי לא שלמת בחכמה
גם כי תדע שחכם יחשוב דבר וחכם
אחר ואם לא יהיה במוהו ויתחכם יוהר
ממנו׃ ויקצוף אלכסנדרוס ע"ל נפשו
ויחרוק את שיניו ויחפוץ להמית את
עצמו ואותה׃ ותאמר אליו קנדקי
המלכה למה תחרוק שיניך ומה תחשוב
לעשות ואיה חכמתך כי המית אותי
ואותך הלא השגה ולא יועילך ותשחית
נפשך ונפשות עם רב׃ ומה תוכל
עשות׃ אל תירא ואל תחת כי למען
היה עם לבבך לעשות חסד להציל את
בני ואת כלתי גם אני אצילך מכל פגע
רע׃ הנה ברברון התן פורוס מלך
הודו הוא בני הקטן ובא אלי הנה
מקדוב

(4.) Ita locum hunc satis obscurum, si quidem corruptus non est, vertere volui.

(5.) Vel: Barbaron, sic vertere posses ברברן quod nomen hic in Hebræo occurrit.

מקדוב ולו היום במלכותי חצי שנה׃
ואתה ידעת כי אתה הכית בחרבך את
חתנו פורוס מלך הודו ואלו ידע כי
אתה הוא אלכסנדרוס יקח את נפשך
ולו ימות בעד מותך׃ אבל אני לא
אגלה סודך לאדם ואקראה את שמך
אנטיגנוס לפני בני ולפניו׃ ותצא קנדקי
מהחדר עמו אל קנדקלים בנה עם אחיו
ואל כלתה אשת קנדקלים ועמהם
ברברון התן מלך הודו׃ ותאמר אליהם
הנה האיש הזה אנטיגנוס הפץ ללכת
אל אדוניו ואתם ידעתם את חסדו אשר
גמלנו כי הציל אותך קנדקלים ואת
אשתך מכף האויב ומהמות׃ ועתה
חפצי ביקרו לכבוד אדוניו המלך
אלכסנדרוס מה תאמרו לעשות לו והלא
לולי הוא לא הייתי רואה פני קנדקלים
ופני אשתו לעולם ומה מחנות אתן לו׃
ויענה ברברון בנה הקטן גברתי המלכה
קנדקי צדקת בכל אשר אמרי אמנ׳ אשתי
הפצה להמיתו כי שליח אלכסנדרוס
הוא והוא המית את אביה מלך הודו׃
ותענהו ומה יועיל לכם כי ימות הוא
התנצחו את מלכו במותו ויען קנדקלים
ואחיו האחרים ויאמרו השלוח ישוב אל
מלכו לשלום ולא נשלם לו כי אם גמול
טוב׃ ולו ידענו כי אלכסנדרוס נאמר
במיתתו ותשקוט הארץ ויענהו ברברון
לא אבל ימו׃ כי מלאך נכבד הוא
בעיני אלכסנדרוס גם כי הוא משנהו
ויצר לו בעדו ונקח נקמה ממנו׃ וקנדקלים
אמ׳ אשר יבקש את נפשו יבקש את
נפשו

meo commoratur; tu verò probè scis, quòd fecerum illius, Porum, Indiæ regem, gladio interfeceris, si igitur ei innotuerit, te esse Alexandrum, dubio procul te vitâ privabit morteque tua illius morti parentabit; ego verò secretum tuum nemini revelabo teque Antigonum coràm filio meo eodemque Pori genero appellabo. Candaces igitur unà cum Alexandro conclavi egressa ad Candaclem, filium suum, ut & ad illius fratres ac nurum suam, Cadaclis uxorem & unà cum illis ad Berberon, Indiæ regis generum, pervenit eosque sic allocuta est: Ecce vir iste Antigonus ad regem suum redire vult; jam verò notum vobis est beneficium, quod ipse in nos contulit, nam te, Candacles, uxoremque tuam ab inimici manu ac morte liberavit, quamobrem Dominum illius, Alexandrum regem, pretiosis muneribus honorare mecum decrevi, ecquid igitur vobis faciendum videtur? certè absque illo si fuisset, nunquam Candaclis ejusque uxoris vultum amplius vidissem, quænam ergò munera ei danda censetis? Tunc Berberon, filius ejus natu minimus, respondit: omnia benè dixisti, Domina regina; sed uxor mea Antigonum huncce interimere vult, quia legatus est Alexandri, à quo pater ejus, Indiæ rex, interfectus est; regina autem ei respondit: ecquid vobis proderit, si illum interfeceritis? numquid ejus morte victoriam de rege Alexandro reportabitis? Candacles autem cœterique illius fratres dixerunt: legatus ad regem suum salvus & incolumis redeat nec ullum ei malum, sed potius præmium & beneficium rependamus; certè si illum Alexandrum esse sciremus, eundum morte afficeremus, ut terra à bellis quiesceret; aft Berberon eidem respondit: imò verò moriatur, quia legatus iste ab Alexandro valdè diligitur, quia proximus ab ipso est: sic maximo afficietur dolore, sic vindictam de illo sumemus; Candacles autem dixit, quicunque mortem huic legato struit, is meum quoque interitum quærit; his dictis

Canda-

Candacles gladium ſuum ſtrinxit ac contrà ſtetit; ſed & Berberon ſuum nudavit gladium; regina verò illis præcepit, ut è conſpectu ſuo abirent eisque dixit: quieſcite filii mei, donec diſpiciam, utrùm Berberonis conſilium de interficiendo hoc viro ſequar; an verò Candaclis ſententia de ipſo incolumi demittendo amplectenda ſit; ſi enim temerè ac feſtinanter eundem interfecerimus, quid poſteà nobis proderit conſilium? (6.) Tunc Candaces Alexandrum manu prehendens in conclave deduxit, eique ſecretò dixit: expedi quæſò hac in re conſilium tuum, nam vides, quòd filii mei propter te adeò irâ exarſerint, ut ſe invicem interficere velint; Alexander autem reginæ dixit: duc me ad illos, ego cum ipſis loquar; Candaces itaque Alexandri conſilium probavit, atque eundem ad filios ſuos eduxit, hæc adjiciens verba: audite, quæ vir iſte vobis dicet, ipſe enim inimicum veſtrum poteſtati veſtræ tradet, ſic nos effuſi ſanguinis nullam contrahemus culpam, nec jurejurando, quod Candacles regi præſtitit, amplius obſtricti erimus; ſed coràm Deo & hominibus culpâ carebimus. Illi igitur legato dixerunt: ecquid tu ais? ille verò iisdem reſpondens: en, inquit, in manu veſtra ſum, interficite me, ſi ita vobis videtur, profectò me interempto Dominus meus haud dolebit, quia plures & honoratiores cum illo ſunt principes, quòd ſi fortè Alexander necem meam ægrè tulerit, certè graviſſimo bello vos perſequetur, terramque veſtram vaſtabit; ſi verò me incolumem & muneribus honoratum dimiſeritis, ego Alexandrum, cùm abiero, decipiam, ipſumque ad vos deducam, ut ad hunc usque locum veniat ac ſe vobis conſpiciendum præbeat, modò vitæ meæ pepercerit. Hæc cùm viri illi audiſſent, legato fidem habuerunt, eumque incolumen dimiſerunt. Poſteà Candaces dixit: certè viri iſtius conſilium non eſt ſpernen-

נפשי וישלוף חרבו ויעמוד וישלוף גם ברברו את חרבו ותצו המלכה עליהם וילכו מלפניה. ואמר אליהם דומו בני עד אשר אראה בעצתי אם הכון עצת ברברון להמית האיש או אם הכון עצת קנקנדלים לשלחו לשלו. ואם נמיתהו בחפזה פה תועיל לנו עצה אחרי כן. ותקח קנדקן את אלכסנדרוס ותביאהו החדרה ותאמר לו בסתר הבה נא עצה ודבר הלום כי ראית בי בעבורך בני הצפים להרוג זה לזה. ויאמר אליה הרציאני אליהם ואדברה עמהם. ותאמר עשה כחפצך. ותוציאהו אליהם ותאמר להם שמעו דברי האיש כי הוא ימסור את אויביכם בידכם ונקינו אנחנו מדמו ומשבועתינו אשר נשבע קנדקלים למלכו ולא נהיה חטאים בעיני אלהים ואדם. ויאמרו אליו מה האמר אתה ויאמר אליהם הנני בידכם הרגוני אם הרצו אמנם אם תחרגוני לא יצר לאדוני כי אהו שרים רבים ונכבדים ממני ואם יצר לו יעלה עליכם בחרב הקשה והרעה ארצכם. ואם תשלחוני לשלום והנני לי מחנות אלכה לי ואפתיעו ואבי אנו אליכם עד יבא במקום הזה ותראהו לפניכם רק כי תשמרו את נפשי וישמעו האנשים את דבריו ויאמינו בו ויעזבוהו ותאמר קנדקלים עצת האיש הזה נבונה ובזה נבנע את אויבינו והשקוט הארץ מכהרי. ואני עוד אדבר אליו ואעצהו כעצתי מה יעשה כי יקרב לבוא אליו עמו

(6.) Id eſt conſilium poſt rem afferre, ait loquitur Tacitus Hiſtor. lib. 3. c. 8. n. 7. Conſiglio doppo il fatto è ſenza frutto.

והיה כי ישלים מעשהו יהיה שר צבא מלכותנו וגדולה עמו שלום ושקטים. ויענה בניה לאמר גברתנו המלכה ואמנו הטובה לראות בעצתך עשה כטוב בעינך והביאהו קנדקן המלכה עוד התודה ותאמר לו עתה ידעתי כי חכם אתה והאלהים עזרך ותתן לו עטרה משמר ערכה ב׳כברי זהב ושריון קשקשים מאבן אנך הוא אוניאון ומאבן יהלום והוא בגליאון ומעיל ארגמן מרוקם ברקמת זהב והשלחהו וילך באתה לשלום. ויבא אל מתנהו עם אנשיה אשר הלכו אתו. ויחי ממותה וישימו בתר מלכות בראשו ולבישהו בגדי מלכות וישב על בסאו ויראו אנשי קנדקן אותו כי ישב על בסא המלכות ויתמהו האנשים מאד מאד. ויאמר אליהם גשו נא אלי ויגשו ויאמר אליהם אני הוא אלכסנדרוס מקדון המולך על כל הארץ ואתם תדעו כי ניקיתי משבועתי׳ אשר נשבעתי לכם לאמר כי אציב את אלכסנדרוס המלך לפני אדוניכם וכבר עשיתי כן ואתם לכו לשלום כי נשבעתי לגבירתכם להלחי ארץ לכם. ארת כל זה ראיתי ותחן את לבי אדוני ומלמדי להודיעך בנאמני׳ כאשר עלי לעשות כזאת.

(7.) Autor vocem אוניאון hic ipſe explicat: Græcè ὀνύχινον.

(8.) De voce יהלום ſuprà cap. 19. num. 17. dixi; autor noſter ſeu potius Judæo interpolator יהלום hic exponit: בגליאון, quam vocem autor Germaniæ verſionis interpretatur: concham, quâ uniones continentur, Germ. Perlenmutter / unde pro בגליאון legendum videtur in Hebræo כנכיליאון vel כונכיליאון i. e. Conchylium.

ſpernendum, hac enim ratione hoſtem noſtrum ſuperabimus atque ita orbis terrarum illius metu liberatus, quieſcet; ego verò virum iſtum, inquit regina, conſilio meo inſtruam, quid ei faciendum ſit, quando ipſe unà cum rege Alexandro ad nos venerit. Si itaque rem ad effectum deduxerit, totius regni noſtri exercitus fiat imperator; nos verò quieti & tranquilli cum ipſo vivamus: ad hæc filii ejus omnes uno ore reſponderunt: optimum ſanè conſilium dediſti, regina, Domina noſtra & mater, fac, prout tibi viſum fuerit. Candaces igitur Alexandrum denuò in conclave deduxit eique dixit: jam novi, quòd vir ſis prudens atque Deo propitio & adjutore utaris; his dictis regina coronam, adamantibus ornatam, quæ duo auri talenta valebat, ei dedit, ut & loricam ſquamatam, onychibus (7.) & adamantibus (8.) diſtinctam, atque pallium purpureum, opere Phrygionico ex auro confectum, his donis ipſum incolumem dimiſit. Alexander itaque unà cum hominibus illis, quos ei regina dederat comites, ad caſtra ſua rediit; poſtero autem die corona regia capiti ejus impoſita fuit atque ipſe regio indutus amictu in ſolio conſedit: cùm itaque viri illi, quos Candaces Alexandro dederat comites, eundem in regio ſolio ſedentem vidiſſent ac propterea in admirationem rapti eſſent, Alexander illis dixit: accedite quæſò ad me; quò facto eosdem ſic allocutus eſt: ego ſum ille Macedonum rex, Alexander, qui univerſo terrarum orbi impero ac vobis notum facio, quòd jurejurando, quò me obſtrinxi, ut Alexandrum regem Dominis veſtris ſisterem, non amplius obligatus ſim, quia eidem jam ſatisfeci; vos autem ſalvi & incolumes hinc diſcedite, reginæ quippe

כחובה * החבוני בנפלאות העולם
והתפלל בעדי אל יי אלהי
השמים *

quippe veſtræ juravi, quòd nullô vos malô afficiam. Hæc omnia (9.) vidi mihique propoſui, ut iſta tibi, Domino ac præceptori meo, (10.) prout verè geſta ſunt, nota facerem, ad id enim me obſtrictum eſſe exiſtimo; tu verò admiranda mundi conſidera ac pro me preces ad Deum, cœlorum Dominum, funde.

CAP. XXI.

ויהי אחרי הקורות האלה וילך אלכסנדר
אל איי הנשים הנקראות אמזונם וישלח
אליהן ספר לאמר האלא שמעתם כי
נצחתי את כל המלכות וראיתי להרג
עליכן מם ולהכניע אתכן לעבודתי כי
התפללו בעד שלומי אל האלהים העליון
ואם לא תרצו לעשות כן אלך ואחריב
אתכן ואת ארצכם * ותשיבנה אליו
בספר לאמר הלא שמעת אם לא ידעת
כי גם אנחנו מלומדות למלחמה ואנחנו
יושבות בנהר אמזוניקון ויש בתוך
הנהר אי גדול ומהלך סביבו תאי מהלך
שנה תמימה והנהר מסבב אותו האי
ואין דרך לעבור אלינו כי אם במשעול
אחד * ולנהר ההוא אין ראש להשים
למקום אחר לבל יבא לסבות אלינו
והנשים הבתולות יושבות כלן באמצע
האי * והבעולות על שפת האי במקום
בושעול

AC cidit autem, ut Alexander poſteà ad inſulas fœminarum, quæ Amazones (1.) dicuntur, profiſceretur, ac literas ad illas mitteret hujus ſententiæ: annon fama ad vos pervenit, quòd omnia regna à me ſubacta ſint? nunc itaque tributum vobis imponere vosque meæ poteſtati ſubjicere animus mihi eſt, ut pro incolumitate mea ſupremo numini ſupplicetis, id ſi facere recuſaveritis, ego vos bello perſequar terramque veſtram devaſtabo; aſt illæ per epiſtolam Alexandro ſic reſponderunt: annon fama ad te quoque perlata eſt, quòd etiam nos belli peritæ ſimus & intrà fluvium Amazonicum, (in quo maxima inſula ſita eſt, cujus circuitus integri anni ſpatiô demum finitur) habitemus? flumen autem iſtud hanc inſulam ita cingit, ut nulla ad nos via pateat, niſi per anguſtam quandam ſemitam; iſte quoque fluvius nullum habet principium ſeu ſcaturiginem, ut is aliò averti poſſit, quò minus inſulam circumfluat: virgines autem omnes medium incolunt inſulæ; quæ vero maritis junctæ ſunt, hæ inſulæ illius litora, per quæ ſemita ad eam patet, inhabitant nec ulli mares inter ipſas reperiuntur, iſti enim

(9.) Jam finit epiſtolam Alexander, quam Ariſtoteli præceptori ſuo ſcripſerat.
(10.) Ariſtoteli ſcil. de quo vid. ſuprà cap. 18. h. libr. num. 1.
(1.) Confer. Juſtini Hiſtor. lib. 12. cap. 3. num. 5. & Curt. lib. 6. c. 5. Strabo lib. 11. putat, fabuloſa eſſe omnia, quæ de Amazonibus referuntur, licet alii aliter ſentiant, vid. & Arrian. de Exped. Alex. lib. 7. pag. mihi 469. & ſeq. confer. & ſuprà cap. 19. num. 13. Juſtin. Hiſtor. lib. 12. cap. 3. ſcribit, quòd Amazonum regina, Thaleſtris ſive Minithæa Alexandro occurrerit cum 300. mulieribus.

משעול האי ושבילו ואין אתם זכרים כי
האנשי' יושבי' מעבר הנהר עם הצאן
והמקנ' והבקר ושם רועי' ולא יוכלו
לבא אלינו כי אם מרי מספר מהם
כרצונינו * וזה כאשר הגמולנה הנשי'
המניקות את ילדיהן עד היות בני ז'
שנים ואז יבאו אליהן בעליהן לבד כי
תשלחנה אליהם ספר בם זה מלבתנו
וכאשר ההרין הנשים ישובו הזכרים
לדרכם * ואיך יעלה על לבך או על
לב זולתך לבוא אלינו בח ה גם כי
תשתדר עלינו לאמר תתי נו והתריב
ארצנו ודע כי אנחנו נוכח סוסים בכל
שנה לעבודת אלהי זיאום ואלהי
פורינום שלשי' יום בכל שנה והם הם
יעזרוני מכל צר ואויב * גם כי אנחנו
באשר יבא עלינו צר ואויב ומלך
למלחמה נרכב על סוסי י"ב רבואות
גבורות ונערוך אתו מלחמה ושאר
הנשים שומרות את משעול מבוא האי
ושבילו מכרינו רודפים אז אחרינו
רגלים כאשר נהיה בעבר הנהר להביא
אלינו צדה ומזון ואם נגעת אנחנו
כמנהגנו ובמשפטינו לעשות עד היום
הזה עם כל מי אשר עלה על לבו לעזר
עלינו יוצא לנו שם ושבת גדול אל כל
המלכי אשר ישמעו את שמענו * ואם
יבעתנו אויבינו אשר לא נהיה ערין
זה לא יהיה להם שם ושבת בזה כי
אנחנו נשי' והם אנשי מלחמה ומי
יתהלל

enim trans fluvium cum ovium grege, armentisque ac bobus habitant, quæ ibidem paſcunt nec ad nos pervenire poſſunt, præterquam pauci, quos ſcilicèt admittere lubet; quando verò fœminæ infantes ſuos ablactârunt atque illi ſeptimum attigerunt annum, tunc earundem mariti ſoli adveniunt, quia ex mandato reginæ noſtræ literas ad illos mittunt; hi igitur poſtquàm gravidas reddiderunt mulieres, ad locum ſuum ſe recipiunt: quomodo igitur tibi vel alii cuiquam in mentem venit, ut vim adverſùs nos parares imperiumque in nos affectares, ac temet jactares, quòd nos terramq; noſtram vaſtaturus ſis? præterea ſcias, quòd DeoZiom ac numini Porinos (2.) quotannis triginta diebus equos ſacrificare ſoleamus, hæc ſanè numina nos contrà omnem vim hoſtilem protegent; præterea, ſi rex vel alius quilibet hoſtis adverſùs nos arma movere audeat, nos quoque equos conſcendimus armis inſtructæ 120000. numero præliumque inimus; cœteræ autem fœminæ ſemitam illam, quâ ad inſulam patet acceſſus, cuſtodiunt: Aſt viri noſtri, poſtquàm flumen transgreſſæ ſumus, pedibus nos ſequuntur cibumque & commeatum nobis adferunt, ſi igitur victoriam reportaverimus (prout hactenus quemlibet, qui nos aggredi auſus fuit, ſuperare conſvevimus) maximam ſanè laudem & gloriam apud omnes reges, ad quos fama noſtra perveniet, adipiſcemur; ſi verò ab hoſtibus noſtris victæ fuerimus, (quod tamen ad hunc usque diem nondum contigit) nullam ſanè iſti gloriam vel laudem exinde conſequentur, quoniam nos fœminæ ſumus; illi verò viri bellatores exiſtunt & quisnam fortitudinem ſuam ea in re deprædicabit, quòd vir fœminam devicerit? de omni igitur rerum noſtrarum ſtatu te certiorem jam eſſe factum ſcias, quòd ſi pacem nobiscum colere animus tibi

(2.) Sic verto hic זיאום ופורינום; quæ verò hæc fuerint idola, aliis jam inquirendum relinquo; nonnulli codices pro זיאום habent זיאוס i.e. Zius, forte ξεὺς intelligitur, ac pro פורינום ſequunt: פורנום, Pornos vel Purnus, pro ratione punctorum.

יתהלל בגבורה לאמר אני נצחתי אשה׃
ועתה דע לך כי אנחנו החדענוך על כל
ענייניו ואם הרצה את שלומנו אנחנו
רוצי׳ את שלומך ואם לא הנך תמצאנו
מזומנות בהרים לערוך עמך מלחמה עד
אשר תשבע׃ ואמנם עם כל זה אנחנו
הסכמנו לשמוע כבודך לעובדך במס
כרצונך ואהה השב לנו תשובה בהסכמת
עציתך והיה זה שלום׃ ויקרא אלכסנדרוס
את הספר ויצחק מאד ויצו לכתוב ספר
ולשלחה אליהן לאמור הרביהן לדבר
ועתה אם תרצו שאחריב אתכם עמוד
בהרים מזומנות למלחמה׃ ואם התפצו
החמים ממני עברו הנהר ובואו אלי ולא
אדע לכם גם שלחו מכן אלי נשי
ורבבות ע״ל סוסי מלומדות מלחמה
ואני אתן שכר לכל אחת מהן ברצונות
בסף או זהב׃ והשלחנה אליו עוד ספר
לאמר אך אם אתה לו שמענו ועבור
הנהר ובא וראה ארצנו ונתן לך
מאה בבר׳ זהב גם נתן לך ת״ק נערות
יפות לפלגשי׳ ואם הרצונה הן להנשא
אל אנשיך אנחנו נתן לך אחותנו
תתהנן׃ גם נתן לך ק״ב פתו׳ חוקים
וגבורים בסוסך בחספרל אשר אברת
ואנחנו שמענו אדת שמעו׃ וילך
אלכסנדרוס ויעבור אל האי הראשא
ויראה את הנשים הנן יפות תואר מאד
ובגדיהן בבגדי התנועות ויקח מהן מס
ויחנו

eſt, nos quoque eandem amplectamur; ſi verò illam recuſas, ecce in montibus nos paratas deprehendes, ut tecum prælio tam diu certemus, donec ejus rei te capiat ſatietas. Sanè nominis tui celebritate commotæ unanimi conſenſu decrevimus, ut tibi certa mercede (3.) pro lubitu inſerviamus, nunc igitur communicato priùs conſilio reſponſum nobis transmitte, idque pro pacis ſigno habebimus. His literis perlectis Alexander ad maximum riſum commotus aliam epiſtolam ſcribi eamque ad fœminas transmitti juſſit in hanc ſententiam: nimiæ (4.) fuiſtis verbis, nunc itaque ſi vultis, ut vos devaſtem, ſubſiſtite in montibus inſtructæ ad bellum; ſi verò clementiam meam experiri mavultis, flumen tranſite & ad me venite, ego nullum vobis malum inferam, nonnullas quoque ex vobis fœminas equis inſidentes bellique peritas ad me mittite, quarum cuivis ego argentum vel aurum pro lubitu ſtipendii loco dabo; ad hæc illæ per literas Alexandro reſponderunt: etiam atque etiam te rogamus, ut flumen tranſeas & ad nos venias terramque noſtram videas, id ſi feceris, centum tibi talenta auri ac præterea quingentas puellas formoſiſſimas, tibi pellices dono dabimus; quòd ſi illæ viris tuis nubere velint, alias tibi pro illis mittemus, equos etiam centum ac viginti tam præſtantes & robuſtos, quàm fuit Bucephalus tuus, quem amiſiſti, (de quo fama ad nos pervenit) tibi dabimus. Alexander itaque ad inſulam illam tranſiit & fœminas pulchritudine corporis inſignes, quarum veſtitus Græco ſimilis erat, contemplatus eſt, atque tributum aliaque, quæ promiſerant, ab illis accepit. Inde ad flumen Anthelantha (5.) pervenit, ultrà quod gentes & animantia mira ſpecie invenit, nam homines ibidem repe-

(3.) Vel it.: ut tibi tributum pendamus.
(4.) Redarguit hic Alexander commune vitium mulierum, loquacitatem ſcilicet.
(5.) Vel: Athlentha, ſic vettere poſſis אתלנטא; ſi quidem nomen hoc non corruptum non eſt.

reperit, qui Græcè Cynocephali (6.) appellantur eò, quòd canina habeant capita; alios quoque ſine capite, qui ora atque oculos in pectore gerebant, ibidem deprehendit; exinde in aliam terram profectus eſt, quæ ſeptem milliarium ſpatio in mari ſita erat, ubi oppidum invenit Helium, id eſt, Solis urbem, cujus muri centum & viginti milliaria in circuitu complectebantur ejusque turres auro & pretioſis lapidibus, qui Smaragdi (7.) dicuntur, ornatæ erant, hanc urbem viri ſapientiâ eximii incolebant, in qua maximum templum exſtructum erat, cui Æthiops, Sacerdos ſummus, præerat, ubi Soli ſacra fiebant, quem cultum etiam Alexander ibidem peregit ac Soli ſacrificia obtulit, inde bidui itinere pervenit ad locum, ubi meræ erant tenebræ (8.) ſine ulla luce; poſteà ad regiones Cares & Cariceſem, (9.) quæ Perſarum regibus ſubjectæ erant, profectus eſt, ubi domos urbesque multas, auro, argento aliisque rebus pretioſis refertas, cepit.

ויהנו לו כאשר נדרו׃ ומשם הלך אל
נהר אנטלנטא וימצא מעבר הנהר גוי
וכוריות משונות ושם מצא האנשים
הנקראים בלשון יון קינוקפלום וראשיהם
כראשי הכלבים׃ וימצא אחרים בלתי
ראשים ופיהם ועיניהם בחזיהם ומשם
הלך אל ארץ אחר׃ והארץ ההיא בתוך
ים שבעה מילים ובא לשם ומצא עיר
אליאום היא עיר השמש ומדות חומת
העיר סביבות ק״כ מילים ומגדולותיה
מקושטי׳ מזהב ומאבן יקרה היא אסמירלא
ובה חכמי׳ גדולים והיכל גדול וכהן
ההיכל כושי ובו יעבדו עבודה לשמש׃
ויעבור שם אלכסנדרוס את עבודתם ויזבח
זבחים לשמש׃ וילך משם דרך שלשת
ימים וימצא חשך ולא אור ומשם הלך
אל מדינת כרש וקריקסם מלבי פרס
ויקח מאתם בתים רבים וערי׳ מלאים
מזהב וכסף ודברים חמודים׃

CAP. XXII.

ויהי אחר הדברים האלה הוסיף עוד
אלכסנדרוס לחפש העולם וילך עד קצות
הארץ והמדבריות והימים ויעל על ההר
לעלות׳ למחם באויר השמים ולחדת
לקרקעות הים התהול והלך לקצי הארץ
והמזרחית והימים וישם את פניו ויבא
בבלה

ACcidit autem poſteâ, ut Alexander deſiderio flagraret ulterius perſcrutandi orbem, unde ad fines usque terræ ac deſertorum, ut & ad aquarum terminos profectus eſt; libido quoque illum cepit alta petendi atque per aërem ad cœlum usque aſcendendi & ad Oceani magni ima penetrandi. Cùm itaque & terræ ac deſertorum, ut & aquarum fines usque penetrâſſet, tandem reverſus

(6.) De his vid. inter alios Plinius lib. 7. & Gell. Noct. Attic. lib. 4.
(7.) Ita hic interpretor אסמירלא Itali lo Smeraldo nominant, Germani etiam Schmarat ſive Schmaragd appellant.
(8.) Hic quoque tenebras Judæo interpolatori cbortas puto, ne ulterius in fabulis narrandis pergeret.
9.) Sic nomina Hebræa, quæ hic habentur, verto; quænam verò hæ provinciæ fuerint, aliis jam inquirendum relinquo, corrupta autem videntur hæc nomina, ut & alia pleraque.

בבלה ויעש כן על פי נלאכות נורא ת
והכמות נפלאות בכתוב בספר תולדות
אלכסנדרוס וקורותיו אשר הבראהו חרטומי
מצרים והכמיהו ויכתוב עוד אלכסנדרוס
אגרת ויודיע את כל זה למלמדו להועיל
ארסטו׳ ויהי אחרי כן חשב בלבו
אנטיפטארוס שר צבאו להמיתו במשקה
סם המות בבבל׳ וירקח את המשקה
מסם המות וישימהו בכלי עופרת כי
לחזקו לא מצא כלי ישימהו בו ולא
ישבר רק כלי עופרת׳ וינסהו בכלי ברזל
ונחשת וכלי חרס וזכוכות לא היה כלי
אשר לא נבקע מרוב הריפותו׳ וישלח
המשקה ההוא לאחיו אליאוס והוא שר
המשקים לאלכסנדרוס׳ ויהי ביום מימי׳
ויקצוף המלך על אליאוס שר המשקים
ויכהו בשבט על ראשו׳ וישטום ראיש
את המלך בלבו וינטור את האיבה
בלבו ולימים אחדי עשה המלך אלכסנדר
משתה גדול לכל שריו ויועציו את
משאת השועתו לנשאת ממלכות הודו׳
ושר המשקי אשר לו זכר את אשר קצף
עליו ואת אשר הכהו על ראשו וישקהו
ממשקה הסם המות בין וישת המלך
את היין ולא הביר ובעבור שעה אחדה

Babylonem venit. Hæc omnia autem Alexander admirabili ſtudio, labore ac ſapientia peregit, prout in libro, quo ejusdem nativitas atque res ab ipſo geſtæ continentur, (quem MagiæÆgyptii ac ſapientes compoſuerunt) memoriæ proditum eſt. De quibus omnibus Alexander præceptorem ſuum, eximium Ariſtotelem, per literas ſecunda vice ſcriptas certiorem fecit. Poſteà Antipater, (1) dux exercitus conſilium iniit, ut Alexandrum in urbe Babylone venenô tolleret, potionem itaque veneno mortifero, quod vaſe plumbeo (2.) continebatur, miſcuit, nam ea veneni hujus vis erat, ut nullo alio, quàm plumbeo vaſe ſervari poſſet; tentatum quidem fuit, an venenum iſtud ferreo vel æneo vel fictili vel etiam vitreo vaſe contineri poſſet; ſed nullum ex illis vas extitit, quod non prævalida iſtius veneni vi rumperetur aut frangeretur. Hanc igitur potionem Antipater fratri ſuo Ælio, (3.) qui præcipuus erat Alexandri pocillator, miſit. Nam Alexander die quodam pocillatorum principi Ælio ſuccenſens (4) baculum illius capiti impegit, unde vir iſte odium ergà regem animo ſuo concepit, idque alta mente repoſtum ſervavit; cùm verò paucis poſt diebus Alexander ſplendidum convivium cunctis principibus ac conſiliariis ſuis exhibuiſſet propterea, quòd re bene geſta ſalvus & incolumis ex Indiæ regno reverſus eſſet, pocillatorum princeps, memor injuriæ atque iræ, quâ commotus Alexander illius caput baculo percuſſerat, venenatam ac mortiferam

(1.) Venenum ab Antipatro datum fuiſſe Alexandro, aſſerit etiam Arrianus de Exped. Alex. lib. 7. pag. mihi 500. Item Juſtin. Hiſtor. lib. 12. cap. 13. & c. 14. & Curt. lib. 10. cap. 10. num. 14. Plutarchus tamen in Alexandri vita hæc confiſta eſſe ſcribit.

(2.) Juſtinus eod. lib. 12. cap. 14. num. 7. ſcribit, hujus veneni tantam vim fuiſſe, ut non ære, non ferro, non teſta contineretur nec aliter ferri, niſi in ungula equi, potuerit.

(3.) Ita hic verto אליאוס; ſed legendum videtur איולס vel איולא Nam Arrianus eod. lib. 7. de Expedit. Alex. pag. mihi 501. ſcribit, per Jöllam, minorem Caſſandri fratrem, qui regi à poculis erat, venenum traditum eſſe Alexandro, cui & Juſtinus Hiſtor. lib. 12. cap. 14. ferè adſtipulatur, vid. & Curt. lib. 10. cap. 10. num. 14. & ſeq.

(4.) Aliam rationem affert Arrianus loc. alleg. ubi vide.

באב גדול בכבד ובפתע פתאום צעק
צעקה גדולה כאלו בחץ דכהו בלבו
וישם ידו על לבו ויצו ביתו וימת בבבל׳
ויצו החכם משנהו ושמו איפטולמואום
והו׳ תלמי ויחנטוהו וישימוהו על עגלת
ויוליכוהו מצרימה ויקברוהו בעיר
אלכסנדריא אשר בנה ע״ש שמו׳ ושני
ימי אלכסנדרוס ל״ב שנה ובן י״ח שנה
התחיל להלחם והחזיק בן ב״ה שנה
נצח כ״ב מלכים והכניעם תחתיו׳ ויכנע
את כל הגוים כלם לעבדיהו׳ ויום מולד
אלכסנדרוס הזה כחדש הנקרא פיחורי
בלשון מצרים והוא חדש אייר ברביעי
בו ביום רביעי כזרוח השמש׳ ובחדש
ההו׳ ברביעי בו ביום רביעי בבוא השמש
מת והוא מצא ממכתב נקחניבו׳ אשר
היה אביו באמת את משפט מולדו
ואת רשם היום והשעה והרגע דק את
קצו

ram potionem, vino permixtam, Alexandro præbuit, quam cùm rex, nequidquam mali ſuſpicatus, hauſiſſet, ab initio quidem nihil ſenſit; (5.) ſed interjecto horæ ſpatio ſummo dolore affectus fuit ac repentè, veluti ſagittâ confixus, maximum gemitum emiſit manumque cordi appoſuit, dein domui ſuæ ea, quæ poſt mortem ſuam fieri vellet, præcepit, atque ita Babylone diem obiit ſupremum. Poſteà prudens ille & proximus (6.) ab Alexandro princeps, Ptolemæus, (quem nos Tolmai (7.) vocamus,) juſſit, ut Alexandri corpus aromatibus condiretur, quod deinde currui impoſitum & in Ægyptum deductum atque in urbe Alexandria, (8.) (quam in nominis ſui gloriam Alexander condiderat) terræ mandatum fuit; vixit autem duos & triginta annos, (9.) cùm decimum octavum attigiſſet annum, bellicam ſuſcepit expeditionem; anno verò ætatis ſuæ vigeſimo quinto jam duos & viginti reges devicerat ac ſubjugaverat; poſteà omnes gentes imperio ſuo ſubjecit; cœterùm dies, quo natus eſt Alexander incidit in menſem, qui Ægyptiis Pichot, (10.) Judæis Ijar (11.)

(5.) Juſtinus Hiſtor. lib. 12. c. 13. num. 8. ſcribit, Alexandrum accepto poculo media potione repente veluti telo confixum ingemuiſſe, cui & Arrianus eod. lib. 7. pag. mihi 501. ferè conſentit, dum refert, Alexandrum ſtatim poſt hauſtum poculum vehementem dolorem ſenſiſſe ita, ut convivio excedere coactus fuerit, confer. hic Abarbenel. ad Zachar. cap. 1. fol. 281. col. 3. med.

(6.) De voce משנה ſuprà cap. 19. n. 11. ut & alibi dixi.

(7.) De hoc nomine itidem ſuprà dict. cap. 19. n. 10 quædam notata ſunt.

(8.) Conſentit Ælianus lib. 12. c. 64. dum ſcribit, Alexandri corpus à Ptolemæo Alexandriam deportatum eſſe, cui & Diodorus lib. 18. c. 28. & Strabo lib. 17. adſtipulantur, Juſtinus Hiſtor lib. 13. cap. 4. refert, Alexandri corpus in Hammonis templum deductum fuiſſe. Q. Curtius lib. 10. cap. 10. tradit, Alexandri corpus à Ptolemæo, cui Ægyptus in ſortem ceſſerat, Memphim & inde paucis poſt annis Alexandriam translatum eſſe.

(9.) Ita nonnulli tradunt Hiſtorici, qui præter-eà menſes octo ejusdem ætati adjiciunt; Juſtinus autem Hiſtor. lib. 12. cap. 16. ſcribit, Alexandrum menſem unum, annos tres & triginta natum deceſſiſſe, cui & Cicero Philip. 5. c. 17. adſtipulatur.

(10.) Sic interpretor hic פיחורי qui menſis etiam παχὼν ni fallor, Ægyptiis dicitur, vide Tabulam menſium Ægyptiorum, quæ Criſpini Lexico Græco-Latino annexa eſt, juxtà quam menſis iſte Majo noſtro ferè reſpondet, confer. & Alſted. Chronol. cap 5. ubi de Kalendariis agit, imprimis pag. 76. Ælianus Var. Hiſtor. lib. 2. cap. 25. ſcribit, ſextam diem menſis Φαρμαθιώθος i. e. Aprilis (ſeu Maji, uti quidam exponunt.

קצו לא הגיד לו אנגם הגיד לו לאמר
כי לא ימות מיתת נחה רוח אבל מיתת
בהלה וחפזון ומיתה זרה וכן היה ויהי
דברי אלכסנדרוס המלך החכם וגבורותיו
וכל אשר עשה הנם כתובים על ספרי
מדי ופרס ועל ספ׳ ניקולאוס ומטיוס
וסטרבון ועל ספר הולזות אלכסנדרוס
וקורותיו אשר בהבורו הרטומי מצרים
והבמיה בשנת מות אלכסנדרוס המלך׳
וימי מלכותו היו י״ב שנה כי בן כ׳
מלך ובן כ׳ היה כשמת פיליפוס אביו
וימליכוהו ועיניו רואות אותו וישב עי״ל
כסא המלכות׳

(11.) dicitur; hujus menſis die quarto, ſub ortum Solis, natus eſt Alexander atque eodem die quarto ejusdem menſis ſub occaſum Solis mortuus eſt, (12.) atque id ipſum Nectanebus, qui verus ac genuinus Alexandri pater fuit, ſcriptum reliquit modumque nativitatis ut & diem, horam ac momentum indicavit; ſed vitæ finem illi non aperuit; hoc tamen eidem prædixit, nimirùm fore, ut non placidam, ſed turbulentam, feſtinam ac miſeram mortem obeat, quod etiam evenit. Cæteras autem res ab Alexandro geſtas ut & egregia ejusdem facinora ac quæcunque denique perpetraverit, ea in libris Medorum & Perſarum atque apud Nicolaum, Titum & Strabonem, ut & in libris nativitatis Alexandri rerumque ab ipſo geſtarum, quos Magi ac ſapientes Ægyptii eo anno, quo Alexander deceſſit, compoſuerunt, ſcripta reperies. Regnavit autem duodecim annos, nam vigeſimo ætatis ſuæ anno, quò Philippus, pater ejus, mortuus eſt, ad regnum pervenit atque vivente etiamnum patre ac vidente in regio ſedit ſolio.

ponunt, vel, ut alii, Februarii) multis fauſtam fuiſſe, ubi inter alia exempla etiam refert, Alexandrum Magnum eodem die καὶ γενέσθαι καὶ ἀπελθεῖν ἐβίω i. e. & in vitam introiiſſe & è vivis exceſſiſſe, vid. num. ſequ. 12.

(11.) Hic menſis אייר eſt Aprilis, uti communiter explicant, licet is aliquot etiam dies ex menſe Majo ſecum trahat, prout ex Judæorum Calendariis conſtat, vid. num. antec. 10.

(12.) Vide, quæ paulò antè n. 10. ex Æliano adduxi; idem in Talmud de Moſe refertur, quòd nimirum ſeptima die menſis Adar natus & illa ipſa ſeptima menſis Adar mortuus ſit, בשבעה באדר נולד משה ובשבעה באדר מת משה vide R. Salomo ad Deuteron. c. 31. v. 2. confer. & Dn. Wagenſeil. Tractat. Sota Excerpt. Gemar. 42. cap. 1. De Poëta Antipatro Sidonio refert Valer. Maximus lib. 1. cap. 8. Extern. num. 16. quòd omnibus annis uno tantummodo die, quo genitus erat, febri implicatus ſit cumque ad ultimam ætatem perveniſſet, natali ſuo certo illo circuitu morbi conſumptus ſit.

CAP.

CAP. XXIII.

ויהי אחרי מות אלכסנדרוס מקרין והחלק
מלכותו להלקי רבים׳ וילך אנטיפאטרוס
שר צבאו ראש באוליריא בארץ היוני׳
בממלכת פטרום אשר היתה תחת
ממשלת אביו ויקראה פטרוס ע״ל שמו
ויהי עליהם למלך ואיפטולמיאוס משנהו
הגדול והוא הנקרא אנטיגונוס גם נקרא
אולגוס מלך במצרי׳ ובאלכסנדריא
ובכנותיהן׳ ופוליקום אוליקטור מלך
בארץ ארם ותחפשטו מלכותו עד בבי״
ועד

POſt mortem verò Alexandri regnum ejus in plures partes (1.) diviſum fuit; Antipater enim dux exercitus in Illyriam, Græcorum regionem, in regnum Pathros, (2.) quod ſub imperio patris ſui fuit, qui illud Pathros de nomine ſuo appellavit, profectus eſt eiq; præfuit; Ptolemæus autem, (3.) magnus ille ſecundus (à rege Alexandro) qui & Antigonus (4.) ac Lagus (5.) dictus fuit, Ægypti, Alexandriæ ac cæterarum urbium regnum occupavit; Seleucus verò Nicator (6.) Syriæ regnum, quod usque ad Babylonem, Medos & Perſas ſeſe extendit, adeptus eſt; (7.) Roxin (8.) autem, quæ etiam Roxanes (9.) nominatur, Darii filia,

(1.) De provinciarum inter Principes Alexandri diviſione, à Perdicca facta, vid. Juſtin. Hiſtor. lib. 13. cap. 4. & R. Salomo ad Daniel cap. 7 v. 6. & cap. 11. v. 4. ut & Joſeph Antiqu. l. 12. c. 1. it. Curt. lib. 10. cap. 10.

(2.) Quodnam hoc regnum fuerit, accuratius jam inquirere non vacat; Patram quidem, civitatem in Achaia ſitam eſſe ſcribit Ælianus Var. Hiſtor. lib. 13. cap. 46. Pathros etiam fit mentio in Sacris & quidem Eſa. c. 11. verſ. 11. Jerem. cap. 44. v. 1. Ezech. cap. 29. verſ. 14. & cap. 30. verſ. 14. de Pathruſæis verò vid. etiam Sam. Bochart. Geograph. Sacr. part. 1. lib. 3. cap. 27 ubi plura invenies, confer. ſuprà lib. 1. c. 21. n. 29. & infrà l. 6. c. 1. n. 36.

(3.) Quæ hoc capite 23. ut & ſeqv. 24. continentur, ea valdè confuſa ſunt & à Judæo interpolatore ſatis imperito adjecta videntur, vid. dict. cap. ſeq. 24. num. 2.

(4.) Errat hic Judæus interpolator, neque enim Antigonus idem cum Ptolemæo fuit, hi enim duo inter ſe bellum geſſerunt, teſte Juſtino Hiſtor. lib. 15. cap. 1. num. 6. vid. infrà h cap. num. 13. confer. & ſuprà cap. 19. n. 10. ibique notata.

(5.) Hebr. לאגוס ſic enim legendum puto, nam quod hic in Hebræo habetur nomen, corruptum videtur, vid. num. ſequ. 6. Cæterum hic Ptolemæus etiam Soter ac Magnus dictus fuit, confer. id. num. ſequ. 6. & Joſeph. Antiqu. lib. 12. cap. 1.

(6.) Hebr. סליוקום ניקסור ita hîc legendum exiſtimo, quandoquidem nomen proprium, quod hoc in loco habetur, corruptum eſt, vid. quæ num. antec. 5. notata ſunt, idem Seleucus etiam Nicator dictus fuit.

(7.) Juſtinus Hiſtor. lib. 15. cap. 4. n. 7. ſcribit, Seleucum poſt mortem Alexandri, occupato orientis regno, urbem condidiſſe, quam ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocârit; Appianus Syriac. 124. refert, ſua ætate adhûc extitiſſe eam, quæ eſt ſub Libano monte, ſuper Orontem fluvio, Syriæ metropolis.

(8.) Hebr. רוקסין ſic enim per Reſch, non per Daleth, uti hactenus, legendum puto, vid. quæ infrà lib. 2. c. 25. n. 55. ut & num. ſeq. 9. & 10. annotata ſunt.

(9.) Sic רושאנן hic explico, vid. num. ſeq. 10. ac 12. ut & dict. lib. 2. c. 25. n. 35. & 55.

ועד מדי ופרס • והוקסין ונקרא שמו
עוד ירושאנן והוא בת דיוש והוא
היתה אשת אלכסנדרוס ותשאר הדה
בלכהו אל ארץ הודו מלכה על
בוקדוניאה בעצת ברדאקוס הזקן אשר
היה בעל לאחותה וחלד דוקסין בת
דיוש הוא ירושנאן אשת אלכסנדרוס
בן ויקראו את שמו המקדונים אלכסנדרוס
על שם אביו המת • וימת איפטולימיאוס
אולגום גם נקר׳ אנטיגנוס וימלוך התחת
דימטריאוס פוליאיקיטו׳ וילבד אדת
עיר שומרון • וימת דימטריא׳ ויקבר
בעיר דימטריאד אשר בנה על שמו
בארץ

filia, (10.) Alexandri uxor, quæ gravida fuit relicta eo tempore, quo Alexander expeditionem in Indiam suscepit, Perdiccæ (11.) senioris, (qui Roxanæ sororem in matrimonium duxerat,) consiliô Macedoniæ regnum occupavit filiumq; peperit, quem Macedones in memoriam defuncti patris Alexandrum (12.) appellârunt; mortuo autem Ptolemæo Lago, (13.) qui & Antigonus dictus fuit, Demetrius Poliorcetes (14) in regno successit (15.) Samariamque in suam redegit potestatem, hic vitâ decedens in urbe Demetria, (quam à nomine suo ita appellaverat & in Idumæa condiderat) sepultus est atque successorem habuit Ptolemæum, Philadelphum (16.) dictum, Ptolemæi Lagi filium, qui 38. annos (17.) regnavit. Hic turrim Pharum in portu Alexandriæ (18.) exstruxit, ubi ad hunc usque

(10) Imo Oxyartis Bactrii, (quem Diodorus lib. 18. c. 3. regem appellat) filia fuit, vid. Arrian. de Expedit. Alex. lib. 4. pag. mihi 284. & lib. 7. pag. 447. Curtius lib. 8. cap. 4. scribit, fuisse filiam Cohortani, satrapæ; idem tamen Curtius lib. 10. cap. 3. Oxatris Persæ filiam eam nominat.

(11.) Ita פרואקום hic interpretor, nam Hebræi aliarum gentium nomina pro linguæ suæ genio ac more inflectere solent, vid. num. antec. 9 item quæ infrà lib. 2. cap. 25. num. 52. annotata sunt.

(12.) Sic & Pausanias in Atticis & Bœoticis Alexandrum vocat Roxanis filium, vid. & Diodor. lib. 19 cap. 52. Alius hic fuit ab Alexandro illo, Cleonidis reginæ filio, quem illa ex connubii u Alexandri conceperat eumque Alexandrum nominavit, qui posteà Indorum regnum adeptus est, de quo vid. Justin. Histor. lib. 12. c. 7. Cœterum Alexander Magnus, alium quoque ex Barsene captiva, Darii filia, suscepit puerum nomine Herculem, vid. Justin. Histor. lib. 11. cap. 10. & lib. 13. cap. 2. confer. Arrian. de Exped. Alex. lib. 7. pag. mihi 447. & Plutarch. Alexandr. c. 36. Hic Alexandri filius in Josippi Epitome pag. mihi 3 vocatur אירקולש, quod nomen in Latina Munsteri versione ibidem exponitur Atkolas; sed vertendum fuit Hercules, vid. quæ num. antec. 11. dixi. hunc Alexandri filium Josippus dicto loco scribit veneno fuisse sublatum ab ejusdem nutricio.

(13.) De hoc suprà num. 4. & 5. quædam dicta sunt.

(14.) Hebr. פוליאורקטים sic enim legendum puto, nam in exemplari nostro Hebraico nomen istud paulò aliter & quidem literis transpositis legitur.

(15.) Imò Justinus Histor. lib. 16. cap. 2. scribit, Ptolemæum Lagum filio suo natu minimo, Ptolemæo scil. Philadepho, qui D. Hieronymo φερεσφόρος dicitur, regnum reliquisse.

(16.) Hebr. פילאדלפוס ita enim cum Daleth; non verò cum Resch, uti hactenus in exemplaribus Hebraicis, legendum puto.

(17.) Josephus Antiqu. lib. 12. cap. 1. scribit, ipsum regnâsse ἔτη ἐνὸς δέοντος μ' i. e. annis undequadraginta seu 39. annis.

(18.) R. Benjamin in Itinerario suo pag. mihi 215. scribit, aggerem ad portum Alexandriæ per integrum milliare intrà ipsum mare ductum fuisse, ubi turris magna exstructa fuerit, quæ Megraa; Arabicè verò Megar Alexandriæ dicta sit, in cujus fastigio vitreum fuerit speculum, ita, ut naves omnes, quæ illam è Græcia vel Occidente oppugnatum ac læsum venirent, ubi diebus quinquaginta

בארץ אדום וימלוך התחתיו איפטולימי
הנקר׳ פילארלפוי בן איפטולימיום
אוגלום ל״ח שנה והו׳ בנה את מגדל
פארון אשר בגמל אלכסנדר׳ אש׳ יראו
בו עד היו׳ נפלאו׳ כי בו מראה יכירו
בה כל אניה או אנו׳ אשר תבואנה
ממרחק לגיא אמון והוא המגדל אש׳
ההוא אלכסנדרוס לבנותו ואחריו
איפטולמיאום אביו ולא השלימו • והמגדל
ההוא נבנה על פי חכמת הקסם ומורד
כחות הככבים ויתבוננו בו המביטים ויכירו
בו אותות הכמה נוראים ו א הביא
החלה את ספרי היהודים מארץ אליהאה
ששם עלו שבטי׳ רבים לשכון ושם אותם
באוצרו באלכסנדריא ויבקש להעתיקם
ולהרגמם מלשון עבריית אל לשון יונית
ומימיו יצאו היהודים אשר במצרים הפיהם
וישקטו מעול המלכות ויוחו ואו שלח
הוא אל ירושלם ויקח משם את אלעזר
הכהן הגדל אחי שמעון הכהן התכם
ויפתור לו את כל ספרי היהודים מלשון
יהודית אל לשון יונית • וימת הוא וימלוך
התחתיו

usque diem miranda conspiciuntur, nam speculum, (19.) ex quo naves omnes, quæ è longinquo ad vallem Ammon veniebant, prospici poterant, ibidem fabrefactum fuit: hujus turris fundamenta primùm Alexander (20.) jecit, posteà Ptolemæus, Philadelphi pater, opus illud continuavit, sed non perfecit. Hæc turris magica arte (21.) ac virtute Astronomica ædificata fuit, in cujus speculo sapientes, qui artis illius periti sunt, miranda cognoscunt. Hic ipse Ptolemæus primus Judæorum libros (22.) ex Illyria, ubi multæ tribus tunc temporis habitabant, adduci, eosque Alexandriæ in thesauro suo reponi jussit, quos posteà ex Hebræo in Græcam lingvam per interpretes transferri curavit; ejusdem ætate Judæi, qui Ægyptum incolebant, liberi dimissi sunt (23.) ac quietè absque jugo regio vitam transegerunt; Idem Ptolemæus viros quosdam Hierosolymam misit, qui Eleazarum sapientem, Simeonis Sacerdotis magni fratrem, inde ad se deducerent, qui omnes Judæorum libros (24.) ex Judaica in Græcam lingvam transtulit; Mortuo autem Philadelpho Imperator (25.) Cæsar successit, qui non

(19) De hoc vid. quæ num. antec. 18. dicta sunt.

(20) Turris hæc ingens albo lapillo exstructa fuit à Sostrato Cnidio, Ptolemæi Philadelphi auspiciis, teste Plinio lib. 38. cap. 12. vid. & Strabo lib. 17. ac Luciani Dialog. Quomodo sit scribenda Histor. Tom. 2. pag. mihi 426.

(21.) Lucianus eod. Dialog. turrim hanc vocat μέγιστον καὶ κάλλιστον ἔργων ἀπάντων i.e. maximum & pulcherrimum operum omnium.

(22.) Idque suppeditante Demetrio Phalereo, qui regis Bibliothecis præerat, vid. Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 2. confer, quæ infrà libro 3. cap. 2. num. 1. annotata sunt.

(23.) Consentit Joseph. Antiq. lib. 12. c. 2.

(24.) Vid. Joseph. dict. lib. 12. c. 2. ut & infrà lib. 3. c. 2. num. 15.

25.) Ita hic verò אוגוסטוס Cœterum juxtà fidem Historiarum Ptolemæo Philadelpho successit filius Ptolemæus Evergetes, non verò imperator Cæsar; Romani quidem & ex his Cæsares Ægypti regnum adepti sunt; sed id longè post Philadelphi mortem contigit.

solùm Romæ, Ægypto atque Hierosolymis ; sed & Macedoniæ, Babyloniæ, Medis ac Persis imperavit.

CAP. XXIV.

ANno imperii (1.) sexagesimo (2.) Romani Calabriam (3.) subegerunt Messinamq; provinciam (4.) suæ ditionis fecerunt, atque hæc quarta fuit Messinæ captivitas ; eodem anno Æleranus Aphthus (5.) Siciliam Romanorum imperio subjecit ; his ipsis diebus Aristoteles (6.) Romæ commorans consilium dedit, ut numisma (7.) æneum ibidem cuderetur : nam ab initio res etiam vilissimi pretii (8.) Romæ non nisi nummis argenteis monetaque argentea emebantur ac vendebantur. Anno Imperii (9.) centesimo vigesimo quarto Romani Syracusas (10.) oppugnârunt atque ceperunt ; eodem anno gentes Carcabrones (11.) bellum adversùs Romanos in Sicilia gesserunt ; (Carcabronia (12.) autem, unde gentes illæ originem duxe-

(1.) Romani scil. prout hic vocem אימפראום explico ; forsitan Judæus interpolator hoc nomine intelligit Olympiada, vid. quæ infrà lib. 5. cap. 1. num. 19. annotata sunt, it. nuum. 9. h. cap.

(2.) Quæ hîc à Judæo interpolatore adducta sunt, ea cum historiis temporum parum conveniunt, vid. cap. antec. 23. n. 3 ibique not.

(3.) Sic interpretor hic : קלבריא, quæ est Italiæ regio, Siciliæ proxima.

(4.) Seu : urbem, nam & hoc quandoque significat vox מסינא quæ hic in textu occurit.

(5.) Ita hic verto : איליאנוס אפטוס sed nomen istud corruptissimum puto ; Livius lib. 25. cap. 24. & seq. scribit, Syracusas, primariam Siciliæ urbem, à Marcello captam fuisse, vid. num. seq. 10.

(6.) An Aristoteles unquam Romæ fuerit, valde dubito, unde vel ex hoc loco Judæi interpolatoris, & quidem satis imperiti, manus agnosci potest, confer. suprà cap. 18. num. 1. & cap. 20. num. 10.

(7.) Sic verto hic vocem : זוז (ita enim legendum erit ; non verò זוז, prout hactenus in plerisque exemplaribus) Buxtorf. in Lex. Rabbin-Philosoph. vocem זוז vertit denarium, olim quadrans fuit sicli argentei.

(8.) Juxtà Hebræum sic verti potest : usque ad pretium grani hordeacii עד ערך גרגר שעורי.

(9.) Seu Olympiadis, vid. quæ suprà hoc cap. n. 2. & infrà n. 20. annotata sunt.

(10.) Ita hîc exprimo : סרקוסטרא, vid. num. antec. 5. ubi etiam de Syracusarum urbe agitur.

(11.) Vel : Cercebrones, sic reddere hic possis קרקברונין sed & hoc nomen corruptum puto, vid. num. sequ. 12.

(12.) Sive : Cercebronia, posset quis hic suspicari, Carthaginem hoc nomine intelligi ; sed illam ideò non innui puto, quia paulo post num. 18. Carthaginis conditæ fit mentio.

duxerunt, in regno Africæ sita erat ;) sed Romani in bello superiores evasserunt ; eodem anno Imperator Cæsar Ambrithum (13.) in Ægypto regem constituit ; qui ei Imperavit viginti septem annis ; circà idem tempus Nicodemon (14.) magnam illam urbem Nicodomeniam (15.) exstruxit ; eodem tempore Antigonus junior, (16.) Athenarum (17.) rex, relicto Athenienstum populo, urbem Carthaginem (18.) ad flumen Origantum (19.) mandatô Cæsaris Imperatoris Romani condidit. Anno Imperii (20.) centesimo trigesimo quarto (21.) ego Josephus Sacerdos, Gorionis sacerdotis filius, natus sum, idem ille, qui Josippus Judæus nominatur, de quo dicitur, quòd librum bellorum Domini scripserit, qui sexta (22.) pars est hujus libri ; in parte illa, sexto nimirùm libro, verum hujus rei testimonium à me dictum invenies. Iisdem diebus Romani quadraginta millia Galatarum (23.) interfecerunt ; Eodem anno Josua, Sirachi filius, (24.) vir primarius ac Judæorum princeps,

(13.) Ita hic verto אמברים, sed istud quoque nomen valdè corruptum existimo ; cæterum Judæus interpolator hoc in loco historias temporum rerumque ac personarum nomina mirè confundit, ita, ut ferè nihil certi inde colligi possit.

(14.) Hebr. ניקומיון sic in nostro codice, forsitan per transpositionem literarum legendum est ניקומידון i. e. Nicomedon seu Nicomedes, à quo Nicomedia condita est, vid. num. sequ. 15.

(15.) Hebr. נקדומיניאה ita habetur hic in nostro exemplari ; alii codices habent : ניקומימיניאה i. e. Nicodimenia, sed videtur legendum esse ניקומידיאה i. e. Nicomedia, vid. num. antec. 14.

(16.) Sic vocem חקטון ad ætatem refero.

(17.) Ita vocem אתינס vel, ut alii codices, אתינס hic verto ; sed hoc etiam in loco Judæus interpolator in historiam temporum impingit.

(18.) Vide, quæ suprà h. cap. num. 12. hac de re sunt notata ; cæterum hanc urbem ab Elissa, quæ postea Dido cognominata est, post Trojanum bellum conditam esse plerique consentiunt ; vid. tamen Euseb. Chronic. num. 804. & num. 971. ibique Scaliger. & Salmas. Exercit. Plinian. pag. 322.

(19.) Quodnam hoc flumen fuerit, aliis inquirendum relinquo ; neque enim in nomina hæc, quæ sæpè corruptissima in codice nostro occurrunt, jam inquirere otium mihi est aut animus.

(20.) Seu : Olympiadis, vid. quæ suprà h. cap. n. 1. & n. 9. annotata sunt, it. infrà num. 25. h. cap.

(21.) Vide infrà lib. 5. c. 1. n. 8. it. num. 20. & 21. ibique not.

(22.) Confer. & hic, quæ infrà dict. lib. 5. cap. 1. n. 8. annotata sunt.

(23.) Gallos seu Gallogræcos fortè intelligit hic Judæus interpolator, de quorum origine & quomodo eosdem Cn. Manlius Volso devicerit, vid. apud Livi. lib. 38. c. 17. & seq.

(24.) Hic rursus contrà χρονολογίαν peccat Judæus interpolator, dum ad Josephi Historici tempora refert Josuam, Sirachi filium, quem Simonis primi, Oniæ filii, ætate atque ita longè antè Josephi tempora, vixisse Historiarum scriptores communiter ferè asserunt.

ceps, vixit. Anno Imperii (25.) centesimo ac quadragesimo Ptolemæus, Philopator (26.) dictus, septendecim annos in Ægypto regnavit; eodem anno Imperator, Cæsar Romanus, Marcilium (27.) & Itulmum (28.) misit, qui Syracusas devastârunt & Capuam ceperunt atque universam Siciliam (29.) Romanorum imperio subjecerunt, quia illius incolæ à Romanis defecerant. Anno centesimo quadragesimo quarto Imperatoris (30) Cæsaris Antiochus Magnus sex & triginta annos, mandato Cæsaris Imperatoris Romani, Antiochiæ regnavit atque primo regni sui anno adversùs Syriæ regem bellum movit ejusque terram subjugavit; dein Philopatris (31.) ditionem bello petiit eumque regno expulit (32.) ac vivum in potestatem suam redegit: hic est Antiochus (33.) ille rex magnus, qui Judæos à religione ac fide sua dimovere & ad Græcorum superstitionem perducere vi ac dolo conatus est: is ipse Judæos, dum ei hac in re obtemperare noluerunt, magna vi iratoque animo invasit âtque multos ex illis interfecit, urbemq; sanctam Hierolymam devastavit; hæc tertia fuit Hierosolymæ captivitas; idem Antiochus divitias Templi thesaurosque Domini abstulit ac perdidit; tandem filii Hasmonæi (34.) sacerdotis arma contrà illum ejusque exercitum sumpserunt, eoque devicto octoginta & octo millia militum interfecerunt.

ארבעת רבוא באלאטיאוש ובשנה הרא
הוא יהושע בן שיוך שר הגדול ע"ל
היהודים: ובשנת ק"מ לאמפראום מלך
אפטלמום הנקרא פילאטום במצ' י"ז
שנה ובשנה ההיא שלח אמפראום קיסר
רומי את מרקליאום ואת איטולמום
ויחריבו את סרקוסטה וילכדו את קפו את
ובניעיו עיד את כל אסקלאה הזהת יד
הרומיים כי בגדו עמה בהם: ובשנת
קמ"ד לאמפראום קיסר מלך אנטיוכוס
הגדול על אנטוכיא במצות אמפ' אום
קיסר רומי והיו ימי מלכותו ל"ז שני
ובשנ' הראשונ' למלכותו בא ע"ל ארם
וילכוד את ארצו ויעל אל ארץ
פילאפטוריא וילחם בה ויוצא את
פילאפטורי מלכה וילכדה חי' הוא
אנטיוכוס המלך הגדול אשר שמה ופהה
את היהודי להוציאם מאמונתם ולהאמין
באמונת היונים ולא אבו לשמוע לו
ויקצוף עליהם ויבא עליהם בחיל גדול
וימת יהודים רבים וידר' את ירו' לם
עיר הקדש והוא גלות יהושלם השלישי
ויקח את עושר ההיכל ואת אוצרות מי
הההיב

runt. Anno centesimo ac quinquagesimo Imperii (35.) Cæsarei bellum ingens in Sicilia exortum est, dum servi adversùs dominos suos, insulam incolentes, conjurârunt, multosque ex illis interfecerunt: quâ calamitate atque injuria commoti domini viros quosdam Romam miserunt, qui calamitatem hanc suam Romanis indicarent; illi igitur facinus istud ægrè ferentes Lucanum, (36.) exercitus sui imperatorem, miserunt, qui feroces servorum spiritus compressit belloque finem imposuit. Eodem anno Hyrcanus, Summus Sacerdos, urbem Samariam, quam Græci Sebasten (37.) vocant, oppugnavit eamque subegit ac funditùs delevit; sed Herodes eandem postea instauravit & Sebastiam (38.) appellavit. Circà idem tempus Capitolium, (39) arx Romana, incendio conflagravit, atque Tigranes, Armeniæ rex, Mithridatis (40.) filiam uxorem duxit & ingentem exercitum copiasque penè infinitas adversùs Antiochum Magnum, Syriæ regem, eduxit eumque prælio devicit atque regno expulit, omnemq; regionem illius usq; ad terram Philistim, quæ Arabicè Palestion (41.) vocatur, in potestatem suam redegit; ab hoc tempore Armenii (qui sunt Amalecitæ) Romanis subesse iisque tributa pendere cœperunt, Anno centesimo ac septuagesimo septimo Imperii (42.) Cæsaris Romani

החריב והשמיד ובאחרונ' עמדו עליו ועל
אנשיו בני חשמונאי הכהן וינצחו ויהרגו
היהודים מהם פ"ח אלף בגבורים: ובשנת
ק"נ לאימפראום היתה מלחמה גדולה
באי סיציליא כי עמדו עבדי ישבי האי
על אדוניהם ויהרגו מהם רבים וישלחו
להודיע צרתם לרומיים וישמעו הרומיים
את הדבר הרע הזה ויתאבלו וישלחו
את ליקונום שר צבא מלכי רומי ויבוש
ותשבת המלחמה: ובשנה ההיא הזה
הוקנום הכהן הגדול נלחם על עיר
שומרון הנקרא בלשון יונים סיבסטין
וילכדה ויחריבה עד היסוד ואחרי כן
בנתה עוד על ידי אוהדום זנקרא שמה
סבסטיא זאז נשרף מקום קפרטולאים
והוא מבצר בעיר רומה ואז לקח טגרנים
מלך ארמיניקום את בת מטרידטום לאשה
ויצא בצבא בחיל גדול בחול אשר על
שפת הים וילחם עם אנטיוכוס הגדול
המלך בארם וינצחהו ויעבידהו ממלכתו
ויכנע הזה ידו את כל הארץ ההוא עד
ארץ פלשתים הנקרא בלשון ערב
פלשטין: ומהשנה ההיא והלאה

הארמיניים

(25.) Vel: Olympiadis, vid. num. antec. 20. & infrà num. 30. it. cap. sequ. 25. num. 23.

(26.) Sic exprimo hic: אפטלמום פילאטום, legendum quippe videtur פטולומאום פילופאטור confer Justini Histor. lib. 2. cap. 1. & 2. vid. infrà h. cap. n. 31.

(27.) מרקליאום sic in Hebræo, sed legendum puto מרקליאוס i. e. Marcellus; Livius enim lib. 25. c. 24. & seq. scribit, Syracusas, primariam Siciliæ urbem, à Marcello captam esse.

(28.) Cum in Hebræo hic corrupta habeantur nomina, ideò non nisi corrupta versio inde provenire potuit, Livius lib. 26. cap. 14. scribit, Capuam, de qua hic etiam sermo est, à Q. Fulvio & Ap. Claudio Coss. captam esse.

(29.) Hebr. סיקליאה sic enim legendum ac vertendum puto.

(30.) Vide, quæ num. antec. 25. dicta sunt, confer. etiam num. 35. h. cap.

(31.) Confer hùc, quæ suprà hoc cap. num. 26. annotata sunt.

(32.) Consentit Josippi Epitome, pag. mihi 9.

(33.) Vid. Joseph Antiqu. l. 12. c. 7. & seq.

(34.) Vel: Asamonæi, prout alii; videantur de his Maccabæorum libri, ut & Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 8. & seq.

(35.) Vid. suprà num. 25. & num. 30. ibique not.

(36.) Sic ליקונום hic vertere volui; sed nomen istud corruptum puto.

(37.) Græcis est Σεβαστὴ i. e. Augusta, vid. num. seq. 38.

(38.) Idem refert Josephus Antiq. lib. 15. c. 11. qui scribit, Samariam ab Herode è fundamentis exstructam & in honorem Augusti Cæsaris, Sebasten i. e. Augustam nominatam fuisse, vid. cap. sequ. 25. num. 46.

(39.) Hebr. קפיטולין sic enim legendum puto, nam quod hic in Hebræo habetur nomen, corruptum est; De Capitolio Vitellii imperatoris tempore incenso vid. Tacit. Histor. lib. 3. c. 71. & 72. ubi plura, confer & Livii Epitomen libr. 98.

(40.) De Mithridatis societate cum Tigrane inita vid. etiam Justini Histor. lib. 39. c. 3. ubi scribit, Cleopatram filiam à Mithridate Tigrani in matrimonium datam fuisse.

(41.) Hæc est Palæstina, quo nomine Herodotus Syriam uni versam quondam appellavit.

(42.) Vid. suprà hoc cap. num. 25. n. 30. & 35. ibique notata.

ni

ni urbs Pompeja (43.) à Pompejo rege (44.) condita fuit. Eodem anno Romani Almabeniam (45.) & Iberiam (46.) Colossiamque terram atque Arabiam omnem subjugârunt. Iisdem temporibus Pompejus rex (47.) Hierosolymam in potestatem suam redegit ac populum Israëliticum durô servitutis jugo pressit.

CAP. XXV.

ROmani autem eodem anno Hierosolymam receperunt, nam copias suas contrà Pompejum eduxerunt atque cum illo pugnârunt captumque interfecerunt, (1.) eò, quòd Judæos inclementer tractâsset. Circà idem tempus Aristobulus, Hyrcani primi filius, sub Pompeji imperio Hierosolymis regnavit; sed Romani eundem (2.) captivum abduxerunt, propterea, quòd ille Pompejo confisus (3.) post mortem patris sui à Roma-

(43.) Pompejopolis fuit urbs Ciliciæ, postea Trajanopolis dicta, teste Solino.

(44.) Pompejus non quidem rex fuit; regia tamen potestate, utpote dux Romanus, ferè usus est, vid infrà hoc cap. num. 47. & cap. sequ. 25. n. 6. & n. 10.

(45.) Sic vertò hic אמבניא forè omisso ם legendum erat אלבניא quod vertere possis Albaniam, cui Livii Epitom. lib. 101. consentit, ubi scribitur, quòd Iberi Albanique à Pompejo prælio fuerint victi, vid. num. seq. 46.

(46.) Ita hic interpretor איבריא quo nomine sæpè tota Hispania appellatur; licet propriè illius tantummodo pars sit intrà Iberum fluvium sita, vid. num. antec. 45.

(47.) Vide, quæ suprà n. 44. dicta sunt, it. infrà lib. 3. c. 16. num. 3.

(1.) Cn. Pompejus quùm Ægyptum petiisset, jussu Ptolemæi regis pupilli, auctore Theodoto præceptore, cujus apud regem maxima erat autoritas) & Photino, occisus est ab Achilla, vid. Livii Epitom. lib. 112.

(2.) Imò non Aristobulus, Hyrcani primi, sed Aristobulus, Alexandri Jannæi filius à Pompejo vinctus Romam missus fuit, de quo vid. Joseph. Antiq. lib. 14. cap. 8. & in autore nostro & quidem Ejusd. lib. 4. cap. 24. confer & infrà hoc cap. num. 72. De Aristobulo Johannis cognomento, Hyrcani filio, vid. in autore nostro & quidem lib. 4. cap. 7. & seq. ut & Joseph. Antiqu. lib. 13. c. 19.

(3.) Josephus tamen alleg. lib. 14. cap. 8. factum istud aliter refert, cui & ipse autor noster & quidem dict. lib. 4. cap. 24. consentit, ut hinc quoque agnoscere liceat manum Judæi interpolatoris: etenim Pompejus Aristobulum cunctantem & promissa non præstantem in vincula conjecit eumque cum filiis duobus totidemque filiabus vinctos Romam misit, qui deinde in ejusdem triumpho Asiatico currum victoris comitari sunt. vid. loca jam allegata, ut & num. antec. 49.

(4.) Seu Olympiadis, vid. quæ suprà hoc cap. n. 1. n. 9. & n. 25. hac de re dicta sunt.

(5.) Hæc Cleopatra videtur potius fuisse filia Ptolemæi, qui Auletes dictus est, vid. Alsted. Chronol. Tit. 18.

(6.) Seu potius dux Romanus, vid. cap. præced. 24. num. 44. confer & infrà num. 10. h. cap. item lib. 6. c. 19. n. 13. ibique not.

(7.) Vide infrà lib. 4. cap. 26. ubi dicitur, quòd M. Crassus, non verò Cassius, templum Hierosolymitanum spoliaverit, confer. dict. lib. 4. c. 26. n. 2.

(8.) Rhodum nimirum insulam.

(9.) Romani scil. vid. tamen quæ cap. præced. 24. n. 1. ac n. 9. dicta sunt.

(10.) Sic vertere hic volui vocem מלך, de qua capite præced. 24. n. 44. & c. 25. num. 6. fuit autem Antonius unus ex triumviris, quos Romani constituerant.

(11.) De hac vide inter alios Livii Epitom. libr. 130. & 131. item infrà lib. 5. c. 8. n. 2.

(12.) Vel potius in Parthiam, vid. quæ infrà lib. 4. c. 4. n. 2. & lib. 5. c. 8. n. 10. ea de re notata sunt.

Romanis defeciisset, quamobrem regnum ademptum fuit Aristobulo; atque hæc quarta est urbis Hierosolymæ captivitas. Anno quater millesimo, quadringentesimo ac septuagesimo à mundi creatione vel, secundùm gentium supputationem, anno centesimo, octogesimo quarto imperii (4.) Cæsaris Romani regnavit Cleopatra, Antiochi Magni, Syriæ regis (qui Ægypto viginti ac duobus annis præfuit) filia, (5.) quæ etiam Hierosolymæ ac Judæis imperavit; clementer tamen illos tractavit nec patrem suum ulta eosdem durè habuit. Anno vigesimo secundo regni Cleopatræ Cassius rex, (6.) mandato Cæsaris Romani Asiæ oppida vastavit, Hierosolymam quoque urbem oppugnavit ac cum Judæis bellum gessit, eosque sub potestatem suam redegit ac templum spoliavit, (7.) atque hæc quinta fuit Hierosolymæ captivitas. Idem Cassius etiam insulam, quæ Rhodus dicitur, aliasque maris insulas devastavit & multas circà illam (8.) urbes delevit, nam Rhodon, Rex Rhodi è vita decedens regnum suum Romanis reliquerat. Anno Imperii (9.) centesimo octogesimo quinto Antonius, primarius vir (10.) inter Romanos ac Cæsaris familiaris, amore captus reginæ Cleopatræ, (11.) cujus eximiæ pulchritudinis laus ad ipsum pervenerat, Româ egressus in Persiam (12.) profectus est eamque subegit atque

בו שם היתה קליאופטרה אז׳ ובשמוע
קליאופטרה את שומעו יצאה ממדינת
טרסוס הגדולה לקראתו ותקבלהו בשמוח
והביאתו אל המדינה וילכו שניהם יחד
באלכסנדריא המדינ׳ ושם נשא אנטוניוס
את קליאופטרה לאשה ומשם הוליכה
עמו אל רומה ויגדש את אשתו אוקטביאה
הראשונ׳ אחות קיסר המלך אוקטביאוס
עם בניה מביתו ומלבי דרומיים כאיד
שמעו את הרעה והחרפה אשר עשת
אנטוניוס קיסרם בי נשא אשה על אחר
המלך אוקטאביאוס ויסבימו להסיר את
כתר הקיסרות ממנו ויעשו כן ויוליכו
לקיסר על כל מלבי הרומיי את אנטוניוס
ואת אוקטביאוס ואחי אוקטביאה וישאר
אנטוניוס מלך לבד ולא קיסר והיו
מלחמה עצומה בין אגוסטוס הקיסר ובין
אנטוניוס המלך על אש׳ גרש אחותו
ויגבר דקים׳ אגוסטוס על אנטוניוס המלך
ויהרגהו ויהרוג את קליאופט׳ ואת
ניאוס וקיסריוסים בניה ויפקוד אגוסטוס
הקים׳ במצרי׳ את קיסליואוס למלך
ותרי

atque ibidem imperavit; cùm verò in terram Tarsis (13.) abire vellet, in qua tunc temporis Cleopatra versabatur, illa de Antonii adventu certior facta, relictâ Tarsis provinciâ amplâ, eidem obviam processit, atque illum læto excipiens animo in provinciam deduxit; exinde ambo Alexandriam intrârunt, ubi Antonius Cleopatram matrimonio sibi junxit eamque secum Romam duxit atque priorem uxorem, Octaviam, Cæsaris Octavii Imperatoris (14) sororem ejusque liberos domo expulit; principes autem Romani cùm indignum istud facinus ac flagitium, quod Antonius, ipsorum imperator, perpetraverat, (dum spreta Octavii Cæsaris sorore aliam duxerat uxorem) audiissent, unanimi consensu decreverunt, ut Antonium ab imperatorio munere (15.) removerent, id, quod etiam effectui dederunt; Octavium verò Augustum, Octaviæ fratrem, super universum Romanorum imperium Cæsarem declarârunt, sic Antonius princeps (16.) solùm, non Cæsar, (17.) remansit; quo facto gravissimum inter Augustum Cæsarem & Antonium principem, exortum est bellum propter Octaviam, Augusti sororem, quæ ab Antonio expulsa fuit; Augustus autem Antonium principem devicit eumque interfecit & simùl Cleopatram (18.) ejusque filios, Nium & Cisidisum, (19) interemit atque

(13.) Ita hic verso טרסוס, est autem Tarsis regio Judææ, de qua apud Prophetam Jonam, & quidem ejusd. cap. 1. vers. 3. nonnulli marehoc nomine intelligunt, vid. inter alios R. Salom. dict. c. 1. vers. 3. confer. & Psalm. 48. vers. 8. Nisi fortè Tarsum, Ciliciæ metropolim, hic indicari velis.

(14.) In Hebræo hic habetur vox מלך de qua cap. præced. 24. n. 44. & 47. it. h. cap. 25. n. 6. n. 10. num. 16. & n. 17.

(15.) Ita hic כתר הקיסרות vertere potius volui, quam juxta Hebræum: coronam Cæsaream, quæ Antonio nunquam imposita; sed solummodo dux Romanus fuit & cum cæteris triumviris imperium administravit.

(16.) Sic interpretor hic vocem מלך, de qua jam suprà præced. cap. 24. num. 44. ac 47. it. h. cap. 25. n. 10. & n. 14. dictum est.

(17.) Vel potius Imperator seu dux Romanus vid. num. antec. 16. ibique not.

(18.) De Antonii & Cleopatræ morte vid. inter alios Plutarchus in vita Antonii & Liv. Epitom. lib. 133.

(19.) Sic nomina, quæ hic in Hebræo habentur quæque corrupta puto, interpretari volui, in Livii Epitom. eod. lib. 133. dicitur, (u) Cleopatra duos ex Antonio filios habuerit, Philadelphum scil. & Alexandrum.

ותהו מלכו׳ מצרים מאז לרומיים רע״ד
שנה׳ ואז נלחמו הרומיים באי קנדיאה
הוא האי הגדול מכל האיים הקרובים
אליו אשר המה שבע׳ איים בגבולו
ולא היה למלכו׳ רומו אז אי יוהר נכבד
ממנו׳ ובשנת קפ״ח שנה לאמפראום
מלך הורודום בן אנטיפטרום האשקלוני
על היהודים ועל ירושלים ומרוד ויבגוד
במלכות רומה ויעל עליו אגוסטום
הקיסר ויצותהו ויתפשהו וי ויאסרהו
וישלחהו אל רומה בבבלי ברזל וילך
אגוסטוס הקים׳ אל ארץ קטרוס וילכדה׳
ובשנת ק״ע שנה לאמפראום בנה
תיבריאוס שר צבא אגוסטוס את עיר
טבריומינין

atque Certilium, (20.) Ægypti præsidem fecit; ab hoc tempore regnum Ægypti annis ducentis & nonaginta quinque penes Romanos fuit. (21.) Circà idem tempus Romani in Candia (22.) insula bellum gesserunt, quæ sanè inter omnes insulas finitimas, quarum septuaginta eandem circumjacent, maxima est, nec ulla majori in pretio tunc temporis apud Romanos habita fuit, quàm hæc insula. Anno centesimo octogesimo octavo Imperii (23) Herodes Antipatris Ascalonitæ (24.) filius, Judæorum regno atque Hierosolymis potitus est & à Romanorum imperio desciv it; (25.) Augustus autem Cæsar copias suas adversùs illum eduxit eumque devicit ac vivum in potestatem suam redegit, vinctumque catenis ferreis Romam misit. (26) Posteà Augustus Cæsar Cantabriam (27.) invasit eam-

X 2 que

(20.) Ita nomen קרטיליאוס quod etiam corruptum existimo, hic vertere libuit. Ex Historiis id constat, Petronium Herodis Magni ætate ab Augusto Ægypti præsidem fuisse constitutum, de quo vid. Dio. lib. 53. & Joseph. Antiq. l. 12. cap. 13. & lib. 15. cap. 12. vid etiam quæ infrà libro 5. cap. 24. n. 9. annotata sunt.

(21.) Ex hoc loco Judæi interpolatoris manum cognoscere licet, nisi forte in numero annorum error commissus sit. Nam Flav. Josephus ætate Titi, Imperatoris vixit, quod tempus in annum Christi 80. circiter incidit; hîc verò Judæus interpolator dicit, à tempore Augusti, quo is Ægyptum in provinciæ formam redegit, eique præsidem præfecit, regnum Ægypti 295. annis sub Romanorum potestate fuisse, quod sane tempus in Diocletiani Imperatoris ætatem præter propter incidit, quo sanè tempore Fl. Josephus diu vitam finierat, vid. infrà n. 31. h. cap.

(22.) Hoc quoque nomen, utpote recentioris ævi, arguit Judæi interpolatoris manum interveniss e, nam Candia olim Creta dicta fuit, quod nomen etiam usque ad S. Pauli tempora mansit, qui Epistolam suam πρὸς Τίτον, τὸν τῆς Κρητῶν ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα i. e. ad Titum, primum Cretensium Ecclesiæ episcopum ordinatum, scripsit; postea verò insula illa Candia fuit nominata vel à montibus ejus occiduis, qui λευκὰ i. e. candidi dicti sunt, Strabone teste, vel à Candace metropoli, ut quidam putant, vid. Cluveri Epitom. Histor. in Othone Magno pag. mihi 475.

(23.) Romani scil. vel potius Olympiadis, vid. quæ præced. cap. 24. num. 1. n. 9. & n. 25. dicta sunt, confer & Isaac. Vossii Chronolog. Sacr. cap. 13. & Ejusd. Canon. Chronolog. pag. mihi 230.

(24.) An Herodes natione Ascalonita, an verò Judæus vel Idumæus fuerit, dissentiunt Historici; vid. Euseb. n. 1908. & ibi Scaliger. ac Iate Salian. in ann. 3989. n. 12. 12. & ann. 4017. n. 14. & seq.

(25.) Imò verò à Romanorum imperio non desciv it, sed ab initio Antonii partes secutus, postea autem Cæsari Augusto reconciliatus & ab eodem in amicitiam receptus est, vid. quæ in ipso auctore nostro & quidem illius lib. 5. c. 21. n. 15. annotata sunt.

(26.) Imo non Herodes ille Magnus, Antipatris filius, sed Aristobulus, Alexandri Jannæi filius à Cn. Pompejo vinctus Romam missus est, vid. & Joseph. Antiq. lib. 14. cap. 8. it. suprà hoc cap. 25. num. 2. & num. 3. ut & infrà lib. 4. cap. 24. num. 1. etiam hic Judæi interpolatoris & quidem satis imperiti manum agnoscere licet, cui solenne est, temporum ac personarum circumstantias confundere.

(27.) Hebr. קנטברום sic legendum ac Cantabriam vertendum puto; nam ab Augusto Cantabriam

טברומינין ומצארנין והמלך הראשון
אשר קראוהו בלטינים אימפיריאום ובאנגלי
קיסר והוא הקיסר הראשון אשר ראיתיו
אני והוא אשר השיב חק הקיסריות פעם
שלישי במדינת רומה כי מלך עליה
ברוק והוא המלך יוליאוס אשר מלך
ברומה בחוקה והתחזק מלכותו להוריש
גבורת ממלכות וימלוך על רומה מאשר
חדש אב ובאב גם כן גולד ולכן קראו
שם החדש יוליאוס כשמו ועל ידו גברת
מלכות רומי עד כאן הממלכות ואחריו
נקראו מלכי רומה האמפריוסים קיסרים
כאשר נעיד על זה עוד בעדות נאמנת
בספר הששי הנקרא מלחמות יי והוא
השלק הששי מספרנו זה והוא המלך
הכתם

que perdomuit. Anno imperii (28.) centesimo nonagesimo Tiberius, dux exercitus Augusti Cæsaris urbes Thebrominim & Mezaronim (29.) ædificavit. Hic primus rex (30.) fuit, qui Latinè Imperator, id est Cæsar, appellatus est; is ipse primus extitit Cæsar, quem ego vidi; (31.) hic Cæsaream potestatem (32.) tertia vice (33.) in urbem Romam introduxit, populumque Romanum potentiâ ac vi continuit, ipse fuit imperator ille Julius, (34.) qui Romæ dominatus est & imperium in alia regna per vim exercuit, quique Julii (35.) mensis principio Romæ imperavit, quo etiam mense ille natus est eumque propterea à nomine suo appellavit Julium: sub ejusdem potestate imperium Romanum omnia regna superavit, quare etiam post illius mortem Romani principes nominati sunt Imperatores Cæsares, prout hujus quoque rei verum testimonium in libro sexto, (36.) qui est de bellis Domi-

fuisse devictam refert Sueton. in ejus vita c. 20. & 21. ita Horatius lib. 3. Od. 14. laudavit Augustum, ex Hispania devictis Cantabris revertentem, confer & Cluver. Epitom. Histor. in vita Cæsaris Octav. Augusti pag. mihi 247.

(28.) Seu potius Olympiadis, vid. quæ præced. cap. 24. n. 1. n. 9. & n. 25. dicta sunt.

(29.) Sic nomina Hebræa, quæ hic occurrunt, vertere volui, ea tamen corrupta puto, cùm nec Tacitus, scriptor rerum à Tiberio gestarum diligentissimus, nec Suetonius, in vita Tiberii illarum urbium ullam mentionem faciant, quin potius Suetonius in Ejusdem vita scribit, quod Tiberius princeps nulla opera magnifica fecerit & quòd etiam Augusti templum post tot annos imperfectum reliquerit.

(30.) Imò non Tiberius, sed Julius Cæsar primus non quidem regium nomen assumpsit, vim tamen ac potestatem regiam sub Dictatoris perpetui nomine exercuit, de quo vid. Sveton. in Ejus vita.

(31.) Atqui Josephus in descriptione vitæ suæ dicit, se anno primo imperii Caji Cæsaris, qui Caligula dictus est, atque ita post Tiberium Cæsarem, natum esse, vid. quæ infrà lib. 5. c. 1. n. 3. & n. 20. annotata, sunt, confer. suprà n. 21. h. cap. sic imperita Judæi interpolatoris manus hic manifestò deprehenditur.

(32.) Ita hic interpretor חק הקיסריות, posses etiam vertere autoritatem seu Majestatem Cæsaream, vid. quæ infrà dict. lib. 5. c. 1. n. 18. & 35. annotata sunt.

(33.) Tiberius tertius quidem ordine fuit Imperator seu Cæsar Romanus; sed impropriè admodùm hic dicitur, quòd tertia vice Cæsaream potestatem Romam introduxerit.

(34.) Hic iterùm imperiam suam prodit Judæus interpolator, dum Tiberium Imperatorem cum Julio Cæsare confundit, vide, quæ num. antec. 33. annotata sunt.

(35.) Sic mensem אב, qui in Hebræo hic occurrit, communiter exponere solent.

(36.) Ita quidem in editione Hebraica, quæ Venetiis prodiit, & quâ in vertendo usus sum, sextus est liber; sed cùm is in Munsteri codice, (quem certis de causis, secutus sum,) liber sit quintus, ideò eundem quoque servavi ordinem, vid. quæ infrà, lib. 5. c. 1. n. 17. annotata sunt.

החכם בחכמת התכונה והמספר יותר
מכל המלכים אשר מלכו ברומה לפניו
והוא עשה וחשבון עבור השנים לנוצרים
וליונים ויהי במלכותו ר' שנים וה'
תדשי' והקיסר הגדול והוא אגוסטוס
אשר וכרנוהו הוא דמה אל יוליאוס
בחכמו ובגבורתה ומבני בניו היה וימלוך
אגוסטוס הקיסר במלכותו נ"ו שנה וימלוך
אורודוס על פי אגוסטוס הגדול ל"ד שני
ויהי אוהב נאמן לישראל ויום החלת
מלכותו היה ד' אלול ויקרא את שם
החדש אגוסטוס על שמו והו' בנה את
הזיכרל אש' בירושל' אשר התריבו
אנטיוכוס ויבנהו אורודוס פי שני ביופין
וגדלו בארך ורחב וגובה' גם הוא
בנה את עיר שומרון התלה ויקר' שמה
סבסטין ופתרון זה השם עזריאה אשר
בתבנו למעלה בספר השני בטופו בי
אחוז

Domini, quique libri hujus nostri sexta continetur parte, ampliùs producemus. Hic (37.) sapiens ille Imperator fuit, qui Astronomicâ & Arithmeticâ scientiâ omnes, qui antè illum Romæ fuerunt, Imperatores longè superavit quique supputationem (38.) annorum, quâ & Nazareni (39.) & Græci utuntur, instituit; præfuit autem imperio quatuor annis & quinque mensibus. (40.) Cœterùm Augustus, magnus ille Cæsar, (cujus jam anteà mentionem fecimus) sapientiâ ac fortitudine par fuit Julio Cæsari, ejusque nepos (41.) extitit. Hic quinquaginta & sex annos imperavit; ejusdem consensu ac voluntate Herodes septem & triginta annis (42.) regno Judaico præfuit, populumque Israëliticum sincerè amavit; (43.) dies autem, quo Herodes regnare cœpit, fuit principium mensis Elul (44.) quem à Cæsaris nomine Augustum vocavit. Idem Herodes templum Hierosolymitanum, ab Antiocho vastatum, duplò (45.) ornatius & majus tàm longitudine, quàm latitudine & altitudine exstruxit urbemque Samariam è fundamentis instauravit, eamque Sebasten, (46.) quæ per interpreta-

 tionem

(37.) Nimirum Julius Cæsar, de quo paulò antè dictum est.

(38.) Ipse enim Julius Cæsar annum ad Solis motum ordinavit, ut is trecentorum sexaginta ac quinque dierum esset, quâ etiam supputatione adhuc utimur. Posses etiam hic עבור השנים interpretari embolismum seu annum intercalarem, Hebræis enim embolismus dicitur עבור & annus intercalaris iisdem vocatur שנה מעוברת, vid. Buxtorf. Lexic. Rabbin. Philos.

(39.) Sic interpretor hic נוצרים, quo nomine Christiani à Judæis communiter appellari solent.

(40.) Quinquennium Imperii eidem communiter attribuitur ea nimirum ratione, qua annus cœptus pro completo haberi solet.

(41.) Julius Cæsar enim Cn. Octavium Augustum, sororis suæ Juliæ nepotem, testamento hæredem instituerat & in familiam nomenque adoptaverat, teste Suetonio in vita Julii Cæsaris cap. 83.

(42.) Consentit Josephus Antiq. lib. 17. c. 10. vid. quæ infrà libr. 5. c. 40. n. 22. annotata sunt.

(43.) Imò propter crudelitatem, impietatem & hypocrisin Judæis, quicunque veræ pietatis sensu tangebantur, fuit exosissimus, vid. in ipso autore nostro id. lib. 5. c. 41. & seq. confer. & Joseph. Antiqu. lib. 17. c. 1.

(44.) Hunc mensem Augustum communiter exponunt, prout etiam in ipso habetur textu.

(45.) Sic in Hebræo hic habetur מי שנים, Josephus Antiq. libr. 15. c. 14. & lib. 6. de Bell. Jud. c. 16. scribit, templum Hierosolymitanum novum idque majus & ornatius, quàm Zorobabelis ædificium fuerat, ab Herode exstructum fuisse; quod tamen quibusdam de instauratione & exornatione solùm intelligendum esse videtur, quæ de re latè Salian. in ann. 4035. vid. quæ infrà lib. 5. c. 26. & cap. 27. dicta sunt.

(46.) Vid. cap. præced. 24. num. 37. &

אחרי נצח אלכסנדרוס מוקדון ארץ
דריוש ואחרי משלו על כל העול וקרבו
ימיו למות ומת המיתה אשר תורעעוד
שם ואחרי מותו בחלקה מלכותו לד'
ראשים גדולים ממשפחתו ובו הראש
האח' מהם הית' ברדקו' וזקן מוקני
מקדוניא' אש' משל על כל עם מקדוניאה
עם משואן אשתו וגם שמ' דוסקין
אגוסטוס הקיסר הגדול הוה נבר ברדאקוס
וקן מקדוניאה אשר היו ישראל בשלוה בכל
מקומות ממשלת עצהו' ואמנם החלקים
האחרים

tionem est Cæsarea, (47.) nominavit, prout suprà in libro secundo (48.) circà finem scripsimus; (49.) nam postquàm Alexander Macedo Darium devicerat (50.) ac totum terrarum orbem sibi subjugaverat mortisque ejus appropinquaverat tempus, quo diem obiit supremum, (51.) qua de re suo loco diximus, regnum ejus ipso defuncto inter quatuor magnos principes, ex illius gente ortos, divisum fuit, quorum præcipuus Perdiccas, (52.) Macedonum senior unà cum Mesuana, (53.) ejusdem (54.) uxore, quæ etiam Roxanes (55.) appellata fuit, universæ Macedonum genti præfuit. Augustus, magnus ille Cæsar, nepos (56.) fuit Perdiccæ,

(47.) Urbs tamen Cæsarea diversa est ab hac Sebaste, quam propriè Augustam vertere possis; Cæsarea autem Turris stratonis antea dicta fuit, vid. infrà lib. 5. c. 24 num. 2. & 3.

(48.) Vid. cap. præced. 24. num. 37. & 38.

(49.) Confer. hic, quæ num seqv. 50. notata & ex Munsteri codice adducta sunt.

(50.) In codice Munsteriano locus iste paulò aliter legitur, cujus versionem Latinam, (nam Hebræa hùc transcribere nimis prolixum foret,) hic adjicere volui: factum est, postquàm Alexander Macedo devicit Darium, obtinuit imperium super totum Orientem, & cùm agnosceret diem mortis suæ, divisit terram quatuor cognationis suæ principibus, propagatis ex Græcia ipsa. Et hi quidem devorassent populum Judæorum, nisi DEus noster stetisset in confractione & excitasset sacerdotes suos, tunc, inquam, interiissent memoria Judæorum; postquàm autem Alexander divisit terram, clausit cognationes Aquilonares vectibus ferreis & ædificiis fortissimis, porrectis usque ad mare, ne unquam egressi perderent terram & dominium ejus; mortuò verò Alexandro in Oriente, successerunt ei in dominio quatuor principes & Seleucus quidem regnavit in civitate regia Macedoniæ fuitque vir clemens & mitis, tractans populum Judaicum humaniter nec quidquam in eum exercuit tyrannidem, tunc temporis nebulones quidam &c. vide sequentia in libro 3. c. 1, ibique n. 5.

(51.) Confer. hic 1. Macc. cap. 1. v. 6. & seqq. ac Justin. Histor. lib. 12. c. 16.

(52.) Sic verò hic פרוקוס vel, uti alia habent exemplaria: פרואקוס, vide, quæ suprà h. lib. 2. c. 23. num. 11. notata sunt.

(53.) Ita hic exprimo משואן, fortè legendum רושאן i.e. Roschanan seu Roxanes, nam duo ista nomina: רוקסין & רושאן quæ hic in nostro codice habentur, etiam alibi in eodem hoc exemplari conjunguntur, vid. num. 55. h. cap. ibique not.

(54.) Alexandri scil. vid. Justin. Histor. dict. lib. 12. c. 15. n. 9. & lib. 13. c. 2. n. 5. confer etiam suprà h. lib. 2. c. 23. n. 10.

(55.) Hebr. רוקסין, sic enim hic cum ר Resch ab initio legendum puto, non cum ד Daleth, uti in vulgatis hactenus exemplaribus habetur, eadem duo nomina etiam suprà h. lib. 2. c. 23. n. 9. conjuncta reperiuntur, ubi ita legitur: ורוקסין ונקרא עוד רושאנן i. e. & Roxin, quæ etiam Roschana (Roxanes) appellatur, confer. num. 53. h. cap.

(56.) Hebr. נכר, quæ vox communiter vertitur: nepos; graviter autem impingitur hic in fidem Historicam ab autore nostro vel potius illius interpolatore, dum ille Augustum Cæsarem Perdiccæ nepotem fuisse scribit, norum quippe est ex Svetonio in vita Augusti cap. 1. & 2. quod Augustus ex gente Octavia, quæ quondam Ve-

האחרים אשר הגיעו לישלטת הראשי
האחרי ממלכות אלכסנדרוס אחרי מותו
הם המה אשר אבלו את עם יהודה
וירושלים ויבלהו לולי אלהינו אשר
עמד לגדור פרצותינו והעיר אשר רחם
כרצונו החשמוני לנקום נקמות עמו בי
כמעט אבד זכר עם יהודה וירושלם
כאשר נכתוב בספר הד'

diccæ, senioris Macedonum, sub quo populus Israëliticus in omnibus locis ditionis ejus quietè vitam transegit; cœteræ autem partes, quæ ad tria reliqua in regno Alexandri capita (seu principes) post mortem ejus pervenerant, illæ ipsæ fuerunt, quæ populum Judaicum atque Hierosolymitanum attriverunt, quem etiam penitus delevissent, nisi DEus noster oppressionibus & irruptionibus restitisset, animumque sacerdotum suorum Hasmonæorum excitâsset, ut populi sui injurias ulciscerentur; nam parum abfuit, quin memoria populi Judaici & Hierosolymitani funditùs extirparetur, prout in libro quarto (57.) scriptum reperitur.

litris præcipua fuit, ortus sit, confer. quæ lib. 3. cap. 1. num. 2. dicta sunt.

(57.) Juxtà divisionem seu partitionem librorum, à me recens factam, est is liber tertius, in quo hæc referuntur, vid. infrà lib. 3. c. 2. num. 10.

LIBER

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

POst mortem Perdiccæ ſenioris, qui Macedoniæ regno præfuit quique populum Iſraëliticum amavit, Seleucus, ipſius filius, (1.) ei in regno ſucceſſit, is pater fuit Auguſti, (2.) Cæſaris benigni, cujus jam anteà (3.) mentionem fecimus, Seleucus quoque vir mitis ingenii fuit, nec Macedoniæ ſolùm, (4.) ſed etiam Hieroſolymæ gentisque Judaicæ regnum obtinuit, quod etiam manſuete ac clementer ergà populum Judaicum exercuit, nec eum ullâ laceſſivit injuriâ aut durô preſſit jugô. Tunc temporis nebulones (5.) quidam improbi & homines nequam è populo noſtro ad Seleucum (6.) profecti eidem dixerunt: ecce hûc advenimus, ut Templi Hieroſolymitani theſauros tibi indicemus, nam infinita ibidem eſt auri, argenti & lapidum pretioſorum copia: hæ autem divitiæ Palatio tuo, Domine Rex, meliùs conveniunt, quàm Templo Hieroſolymitano, quod nullam inde utilitatem percipit. Quibus verbis rex Seleucus inductus unum ex principibus ac familiaribus (7.) ſuis, nomine Heliodorum, (8.) Hieroſolymam miſit, ut aurum & argentum

(1.) Errat hic Judæus interpolator, dum Seleucum ſcribit fuiſſe Perdiccæ filium, Seleucus enim Antiochum habuit patrem, vid. Juſtin. Hiſtor. lib. 15. cap. 4. n. 3. & n. 8. confer. & Munſteri not. h. loc.

(2.) Vide, quæ de hoc errore lib. 2. c. 25. n. 56. notata ſunt.

(3.) Nempe dict. lib. 2. cap. 25. ubi vid. n. 56.

(4.) Imo Syriæ potius, vid. Juſtin. Hiſtor. lib. 13. cap. ... & lib. 15. c. 4. confer. & Munſteri not. h. l. ..

(5.) Ita hic cum Munſtero dictionem פריצים, quæ ... ro apud autorem noſtrum occurrit, vertere volui; alii vertunt: prædones ſeu graſſatores, vid. quæ ſuprà lib. 1. c. 5. n. 4. & eod. lib. 1. c. 15. num. 1. ac lib. 2. c. 3. num. 11. hac de re dicta ſunt.

(6.) Vid. 2. Maccab. c. 3. ubi etiam iſtius rei fit mentio.

(7.) Seu cognatis ſuis, nam etiam ſic cum Munſtero vertere poſſis dictionem: משפחתו, quæ hic in noſtro codice habetur.

(8.) Hebr. אילאודורום, ſic in Munſteri codice Hebraico, quem hic potius ſecutus ſum, quàm noſtrum, ubi ſine dubio corruptè legitur: אליאדורום, vid. 2. Maccab. cap. 3. v. 7. & ſeqq.

& argentum lapidesque pretioſos, qui in Templo Domini erant, auferrent. Quapropter princeps ille ſubito Hieroſolymam veniens ſummum tunc temporis Sacerdotem (9.) vocari juſſit, is, cùm advenisſet, Heliodoro dixit: ecquid Dominus à ſervo ſuo poſtulat, cur tàm repentè huc veniſti? ſalutaris ſit nobis adventus tuus! cui Heliodorus reſpondens: propter aurum, inquit, & argentum lapidesque pretioſos, qui in Templo ſunt veſtro, quique Domino noſtro, regi, detecti ſunt, huc veni, ut theſauros illos ad ipſum deferrem; ad hæc Summus Sacerdos reſpondens dixit: cur rex in animum induxit ſuum, ut aurum, quod eſt in Templo Dei magni, cujus în manu omnes ſunt mortalium animæ, diriperet? certè nihil aliud ibidem reperitur, niſi quod Medorum ac Perſarum reges aliique poſt ipſos monarchæ ac principes Deo noſtro conſecrârunt ejusque theſauris inferri curârunt, ut nimirùm ædes ſacra inde reſtaurarentur & viduis ac pupillis alimenta præberentur, eorundem quoque regum liberalitatem Dominus ac rex noſter, Seleucus, imitatus eſt, pro cujus ſalute ut & liberorum ac proximorum ejus incolumitate quotidiè ad Deum noſtrum in Sanctuario hoc, quod ex nomine illius appellatum eſt, preces fundimus. Heliodorus autem hæc Sacerdotis dicta parum curans cuſtodes Templo circumdedit usque ad craſtinum diem; quo facto univerſa civitas nocte illa conturbata fuit maximusque clamor & acerbiſſimus fletus in ea obortus eſt; Sacerdotes verò populum univerſum, principes, ſenes, juvenes atque pueros maſculos ac fœminas convocârunt iisque præceperunt, ut ad Deum clamarent: omnes itaque incolæ capita ſua cineribus conſperſerunt ac jejunio aliisque modis unà cum parvulis corpora ſua afflixerunt, infantes quoque à lacte abſtraxerunt & unanimiter

(9.) Is Onias nominatur dict. lib. 2. Macab. c. 3. vid. & Joſeph. Antiq. lib. 12. c. 5. it. Euſeb. Chron. confer. & infr. h. cap. 1. num. 11.

nimiter ad Dominum clamârunt eumque precibus rogârunt, ut thesaurum, in æde sacra reconditum, protegeret, ne decus Templi in hostium manus deveniret; virgines quoque in paternis ædibus sedentes per fenestras (10.) manibus suis in cœlum protensis ad Dominum clamârunt. Ananias (11.) autem, Pontifex, cinere conspersus ac sacco indutus, scissis vestibus unà cum cœteris Sacerdotibus Templi stetit passisq; ad cœlum manibus Deum oravit, si fortè is misereri dignaretur; accidit autem sequenti die, ut Heliodorus principum suorum catervâ stipatus (12.) Templum Domini intraret & eo usque pedetentim ambularet, donec ad Sanctum Sanctorum (13.) perveniret; sed Deus tonitruum fragore maximo & ingenti terræ motu tàm ipsum, quàm illius comites adeò exterruit, ut omnes ejus satellites ac qui cum illo venerant, præ metu maximæ illius commotionis ac tonitru diffugerent & sese, quo quisque poterat modo, occultarent solumque relinquerent Heliodorum, qui sublatis oculis virum quendam in Sanctuario vidit aspectu valdè terribilem, veste, quæ auro & gemmis coruscabat, indutum armisque accinctum aureis & equo generoso ac prævalido insidentem, qui insiliendo & incursando in Heliodorum subinde impetum faciebat, tandem etiam appropinquans eundem pedibus percutiebat atque in terram prostratum conculcabat; is verò, qui equo insidebat, duobus juvenibus, (14.) qui linteis induti erant vestibus ac flagra manibus gestabant, præcipiebat, ut continuis verberibus hostem cæderent: hi itaque dicto audientes alter ab hoc, alter ab isto latere Heliodorum sine ulla commiseratione flagellis adeò vehementer percutiebant, donec ipse attonitus, absque ulla voce ac

(10.) Vid. 2. Maccab. c. 3. v. 19.
(11.) Seu Onias, de quo vide, quæ hoc cap. 1. num. 5. annotata sunt.
(12.) Vide 2. Maccab. c. 3. v. 23. ubi etiam res ista narratur.
(13.) Ita hîc cum Munstero κατ' ἐξοχὴν intelligendum puto מקום הקדש i.e. locum sanctum sive sancti (templi.)
(14.) Vid. 2. Maccab. dict. c. 3. 26. ubi idem narratur.

ac semimortuus relinqueretur; quo facto juniores sacerdotum accedentes humeris suis impositum Templo exportabant & in tabernaculum ad suos deferebant, ubi suprà lectum procidens mutus jacebat, nec verbum loquebatur nec quidquam comedebat. Tunc seniores Macedoniæ (15.) ac principes, qui cum illo venerant, Ananiam, Pontificem, accedentes flebili voce rogârunt dicentes: obsecramus te, Domine, ut pro servo tuo Heliodoro, ac pro nobis principibus omnibus, qui cum ipso venimus, ores, ne moriamur; sed vivi ac superstites maneamus, cognovimus enim, nullum esse in toto terrarum orbe Deum, præter Deum vestrum, si quidem ipse universum creavit mundum & in illius manu omnis viventis anima posita est; gentium verò Dii inanes sunt ac vani. Cùm itaque Pontifex preces ad Deum fudisset, & holocâusta ac sacrificia pro Heliodoro obtulisset, duo illi juvenes, qui eum flagris cecideranr, noctu per somnium eidem apparentes dixerunt: Deus Deorum preces Sacerdotis, pro salute tua intercedentis, exaudivit, nunc igitur surge & ad Ananiam, Pontificem, vade atque eundem humi procumbens venerare, nam propter illum tui misertus est Dominus, ecce prodigium videbis, nam statim atque illucescet, loquendi facultatem recipies. Heliodorus itaque manè vocis usu recuperato surrexit & pedibus ad Ananiam, Sacerdotem, accedens prono in terram vultu ipsum veneratus est, Deoque Israëlis ac Sacerdoti benedixit, argentum quoque & aurum thesauro Domus Domini ac Pontifici muneris loco obtulit; postero autem die surgens currum celeriter conscendit, populoque, quem secum adduxerat, comite in Macedoniam ad regem, Seleucum, rediit, qui eum salutans: ecquid, ait, tamdiu Hierosolymis egisti? cui Heliodorus respondit: si tibi, Domine rex, inimici sunt, qui vitæ tuæ insidias struxerunt, hos mitte Hierosolymam, ut Templum

(15.) Vid. 2. Maccab. eod. c. 3. v. 31. ubi etiam istius rei fit mentio.

ac Sanctuarium, quod ibidem eſt, ingrediantur, ſi enim eò venerint, certam ibi perniciem ac mortem invenient, magnus quippe Deus ille eſt ac potens, qui Judæorum urbisque Hieroſolymæ hoſtes perdet. Poſteà Heliodorus omnia, quæ ſibi evenerant, quæque viderat, regi narravit, principes etiam, qui cum ipſo profecti erant, eadem, quæ ille, regi retulerunt; quamobrem Seleucus maximâ admiratione ductus nebulones iſtos populi Judaici, qui illum ad facinus iſtud patrandum induxerant, conquiri, ac quoſcunque ex illis deprehendere poterat, acerbiſſimo ſupplicio affici juſſit; nec quenquam amplius Hieroſolymam ablegavit, qui malum urbi huic inferret, quin potius quotannis munera in honorem Templi Hieroſolymitani miſit, quamdiu vixit, omnes quoque orbis terrarum reges dona ad venerationem Sanctuarii, quod Hieroſolymis extitit, lubenti miſerunt animo.

אם יש לאדוני המלך אויבים אשר יבקשו את נפשו ישלח אותם אל ירושלם ויבואו אל מקדשה ואל המיכל אשר בו כי אם בא יבואו אליו שם ימותו כי אלוה גדול ואדיר הוא אלוהי והוא ישחית את כוחי יהוזה וירושלם׃ וספר למלך את כל אשר קרהו ואת כל אשר ראוהו וגם השרים ההולכים אתו סכרו למלך כמוהו ויפלא הדב׳ ויפלא ופלא בעיני המלך סליקוס׃ ויהפש את פריצי עם ישראל אשר פתוהו לעשות כן וכל אשר באו תחת ידו מהם וידרגם בהרג עו׃ ולא יסף עוד סליקוס לשלוח בירושלם להרע ואולם מדי שנה בשנה שלה מנחה לכבוד ההיכל אשר ליו׳ בירושלם כל ימי חייו ויאהכו כל מלכי הארץ לשלוח מנחה לכבד את ההיכל אשר בירושלם׃

CAP. II.

וחלמי המקדוני משנה המלך אלכסנדרוס מקדון אשר המלך על מלכות מצרים ואגפיה במות המלך אלכסנדרוס היה איש תכף וגבון ואוהב לקרוא בספרים מאו

PTolemæus (1.) autem Macedo, Alexandri, Macedoniæ regis, proximus, (2.) qui Ægypti regno ejusque exercitui poſt mortem Alexandri præfuit, vir erat prudens ac ſapiens, librosque cujuscunque artis, diſciplinæ aut gentis diligenter evolvebat, ac deſiderio flagrabat colligendi volu-

(1.) Videtur hic autor de illo Ptolemæo loqui, qui Lagus ac Soter, item Magnus dictus fuit, huic enim poſt mortem Alexandri in diviſione Ægyptus & Africæ Arabiæque pars ſorte obvenit, teſte Juſtino Hiſtor. lib. 13. cap. 4. n. 10. Verum huic non rectè attribuitur cura verſionis Bibliorum, Ptolemæus enim Philadelphus, Lagi filius natu minimus, qui D. Hieronymo φερνοφόρος dicitur, jam fieri curavit, vid. Iſaac. Voſſ. de 70. interpr. cap. 2. & ſeqq. conſer. Juſtin. Hiſtor. lib. 16. c. 2. num. 7. & Munſter. hic in notis, ubi regum Ægypti ut & Pontificum tunc temporis ſucceſſionem ac ſeriem enumerat, vid. etiam, quæ ſuprà lib. 2. c. 19. num. 10. de Ptolemæi nomine notata ſunt, it. dict. lib. 2. c. 23. num. 22. & lib. 4. c. 9. n. 13.

(2.) Sive ſecundus à rege, משנה ita hic in Hebræo, de qua voce ſuprà lib. 1. cap. 8. num. 3 & eod. lib. 1. c. 16. n. 6. quædam annotata ſunt.

מאו זה הבמה יהיו ומאי זה דת ומאי זה עם יהיו׃ ותשאל נפשו לקבץ ספרי הדתות אשר יובל למצוא בכח מלכותו למתן בהם דעות אנשי העולם ככל אש׳ יוכלו לקבץ ושם האש׳ אריסטיאוס ושם השני אנדריאוס וילכו ויקבצו ספרים הרב׳ מספרי מדי ופרס ומילכי שאר חלשונות ויבואו אל המלך׃ ויאמר להם המלך כמה ספרים בידכם ויענוהו השע מאות והשעים וחמשה׃ וישמח המלך עד מאד וישחק ויאמר הבה ונוסיף עוד חמשה ויהיו בידינו אלף ספרים ונבחן בהם אלף דעות ואלף הסכמות מבני העולם׃ ויאמרו לו אריסטיאוס ואבירו אנדריאוס ושרוי וחבמיו ארוננו המלך דעה כי לשוא עמלנו ויגעינו ללבת לסבוב את רוב העולם ולקבץ את רוב הספרים אשר הביאונו אליך כי כלם באשר הם ספרי הבל ואין בם מועיל׃ ואם על המלך טוב יכתוב אל ירושלם אל הכהן הגדול והוא ישלח איך מחכמי היהודים אשר בירושלם היודעים לשון יונית והמה יבארו לך את ספ׳ התור׳ אשר אתם ושאר ספרי הנביאי׳ הנמצאי׳ עמהם כי הספרים ההם הם כספרי הקדש באמת וכל הספרים הנמצאים בעולם באודות הדתות בלחם ספרי תודו תכבל המות׃

volumina juris alteriusve doctrinæ, quoscunque regio ſtudio conquirere poterat, ut ex illis artes ac diſciplinas hominum totius mundi addiſceret; duobus itaque principibus ſuis præcepit, ut multos colligerent libros, (3.) quoscunque invenire poſſent, horum principum alter Ariſtæus, (4.) alter Andreas nominabatur, hi, cùm multa hinc inde volumina ex Medorum, Perſarum aliorumque regnorum libris congregâſſent, tandem ad regem reverſi ſunt, ac Ptolemæo interroganti, quotnam haberent libros, reſponderunt: nongentos ac nonaginta quinque; quamobrem rex admodùm lætus ac ſubridens: eja, inquit, addamus illis quinque ita, ut mille poſſideamus libros, in quibus mille artes ac diſciplinas hominum inveniemus; tunc Ariſtæus ejusque ſocius Andreas cæterique principes ac ſapientes dixerunt: notum tibi ſit, Domine rex, quòd fruſtrà laboraverimus ac defatigati ſimus circumeundo diverſas terrarum orbis partes multosque libros colligendo, quos ad Te detulimus, omnes enim libri illi vani ſunt ac nullius utilitatis; aſt, ſi tibi ita viſum fuerit, ſummo ſcribe Sacerdoti Hieroſolymitano, ut ad te ſapientes Judæos, Hieroſolymis habitantes, ac Græcæ lingvæ peritos mittat, qui librum legis cœteraq; prophetarum volumina, quæ apud illos reperiuntur, tibi explicent, hi enim libri reverà ſancti ſunt; cœteri verò omnes, quicunque in hoc mundo repeuntur, cujuscunque ſint artis & diſciplinæ, præter illos, nihili ſunt ac vani. Hoc ſecutus conſilium (5.) rex literas ac munera Summo Sacerdoti, qui tunc temporis Hieroſolymis erat, miſit & ab illo hanc rem petiit. Pontifex itaque ſeptuaginta (6). ſacerdo-

(3.) Hebr. ויצו לשני שריו לקבץ ספרים הרבה ככל אשר על יד׳ Ita ex Munſteri codice ſuppleví, quæ hic in noſtro exemplari Hebræo omiſſa ſunt.

(4.) De hoc vid. Joſeph. Antiqu. lib. 12. c. 2. & Iſaac. Voſſius de Lxx. interpret. cap. 4.

(5.) In Joſippi Epitome pag. m. 4. refertur, legem Moſaicam Ptolemæi juſſu ideò in linguam Græcam translatam fuiſſe, ut cauſam quæreret & occaſionem contrà Judæos להוציאם מן הכלל i. e. quo illos à religione eximeret, ſicuti Munſterus ibidem vertit.

(6.) Illos è qualibet tribu ſex atque ita 72. fuiſſe ſcribit Joſephus Antiq. l. 12. cap. 2 (conſer. & Joſippi Epitom. dict. pag. 4. & ſeqq.

המה׳ ויעש המלך כן וישלח ספרים
ומנחו׳ אל הכהן הגדול אש׳ היה בירושלם
בימים ההם ויבקש ממנו את הדבר ה׳ ה׳
וישלח אליו הכהן שבעים וקנים כהנים
חכמים ואת אלעזר הכהן בראשם הוא
אלעזר הכהן החכם אשר בהן ונוסדו
בנסיונות המות על ידי פוליפים הרשע
בימי אנטיוכום המלך האכזר ונהרג על
קדושת תורת יי׳ ככתוב בספר הרביעי׳
ויהי בבוא אלעזר הכהן הנזכר עם
השבעי׳ וקנים הכהנים החכמי׳ המליצים
במצרי׳ ויקבלם המלך בכבוד גדול׳
ויתן להם הלמי המלך שבעים בתים
ויבדל איש מרעהו ויתן לכל אחד מהם
סופרי יונים יודעים לשון יונית ומכתבה
והכמותה במשפטה׳ ויצום לאמר כתבי
בספרים בכבד אשר יורו אתכם הכהנים
ואל הפנו לנטות ממליצת דבריהם ימין
ושמאל׳ ויבאורו הכהנים את ספר
התורה

cerdotes Seniores ac ſapientes ad illum miſit, inter quos præcipuus erat Eleazarus (7.) Sacerdos, idem ille, qui à Philippo impio, (8.) Antiochi, regis crudeliſſimi, ætate, mortis experimentis tentatus, probatus & tandem pro ſancta Domini lege interfectus eſt (9.) ſicuti in libro quarto (10.) infrà (11) ſcriptum reperitur. Cùm itaque Eleazarus, Sacerdos, cujus jam mentionem fecimus (12.) unà cum ſeptuaginta ſenioribus Sacerdotibus, qui ſapientes erant interpretes, in Ægyptum veniſſet, rex magno eum honore excepit, & ſeptuaginta domos (13.) illis aſſignavit eosque à ſe invicem ſeparavit (14.) ac cuivis illorum ſcribas Græcæ lingvæ artisque ſcribendi peritos ritè attribuit, hoc adjectô mandatô, ut omnia, quæ ſacerdotes explicarent, in libros referrent & ſcriberent, nec ab illorum interpretatione vel minimùm recederent. Sacerdotes itaque illi declaraverunt librum legis ac cœtera Scripturæ Sacræ volumina, viginti ſcil. quatuor (15.) libros, & verterunt illos ex lingvâ ſanctâ (16.) in Græcam lingvam, eaque regi, Eleazaro duce, obtulerunt; cùm verò uniuscujusque interpretatio, præſente ac jubente rege, perlecta eſſet, ecce una omnium

(7.) Alius hic fuit Eleazarus a Pontifice ejusdem nominis, ad quem Ptolemæus Philadelphus literas ac legatos miſit, de quo vid. Joſeph. Antiq. dict. lib. 12. cap. 2. conſer. infra num. 12. h. cap.

(8.) De hoc Philippo vid. 1. Maccab. cap. 4. verſ. 14. conſer. etiam infra h. lib. 3. cap. 4. n. 1.

(9.) Vid. 2. Maccab. cap. 6. verſ. 18. & ſeq. ubi idem narratur.

(10.) Is ſecundùm noſtram diviſionem eſt liber iſte tertius, conſer. ſuprà lib. 2. c. 25. n. 57.

(11.) Vid. infrà h. lib. 3. c. 4. n. 1. ubi etiam Philippi iſtius improbi fit mentio.

(12.) Nimirum hoc cap. 2. n. 7.

(13.) Alii cellas ſive cellulas exponunt.

(14.) Vid. quæ infrà h. cap. num. 18. annotata ſunt, conſentit hic & Joſippi Epitome pag. 4. ubi ſcribitur, quòd Ptolemæus, rex, ſeptuaginta ſenes ſeparaverit, ponens unumquemque ſeorſum in propria domo.

(15.) כ״ד, ita hic in Hebræo, ſic etiam num Judæi univerſam Scripturam veteris Teſtamenti communiter vocant עשרים וארבע i. e. viginti quatuor, ſcil. libros, conſer. infra lib. 4. cap. 16. num. 15. nonnulli tamen ſolos Moſis libros à Lxx. interpretibus in Græcam linguam translatos fuiſſe exiſtimant, de quo vid. inter alios Iſa. Voſſ. de Translat. Lxx. interpr. cap. 7. conſer. ſuprà lib. 2. cap. 23. n. 24. & S. Hieronym. Procem. Quæſt. Hebr.

(16.) Id eſt, Hebraica, conſer. Id. Iſa. Voſſius, qui de hac Lxx. interpretum verſione peculiarem Tractatum ſcripſit.

והתורה ואת שאר ספרי המקרא כ״ד
ספרי וימליצום מלשון הקדש ללשון
יונית ויביאום לפני המלך ואלעזר בראשם
ויצו המלך לקרוא באזניו את אשר
המליצו אחר אחד מהם את אשר המליץ
ונתנה מליצה אחת ודעת אחת באחד
אחר לכלם׳ ויטמח המלך מאד על זה
ויאמר אל אריסטיאוס ואנדריאוס שה
האלהים בעזרכם אשר יעצתם אחרי על
אמרת נבון כי עזה ידעתי אשר ספרי
היהודים בדת הם ספרי האמת מכל
ספרי אדות הדיחות ובלב מביגים תנות
חכמה׳ ויהי ספרי הדיחות אשר לאומרי
העולם הלא המה הבל זהתו ושוא ואין
בם מועיל ונביאיהם דזו שוא וחפלי ויצו
ויעציאו מאוצרותיו כסף והב ויתן
לאלעזר הכהן הוראש לכהנים הבאים
אליו וגם לע׳ הכהנים הבאים את אלעזר
נתן מתנות מכסף והב ובגדי מלכות
וישלחם ירושלימה ויתן לכל א׳ וא׳ מהם
ק׳ דרכמונים והב׳ ועוד שלח חפשי׳
ביום ההוא מהיהודים הנרורים מהם
לאוצרותיו ק״ג אלף איש מיהודה׳ וגם
לכהן

mnium inventa fuit interpretatio, (17.) ſenſus idem & conformis expoſitio, (18.) unde rex valdè lætatus Ariſtæo & Andreæ dixit? propitius ſit vobis Deus, qui mihi hac in re verum & rectum dediſtis conſilium, jam enim novi, quòd Judæorum libri, qui legem complectuntur, omnibus aliis libris, cujuscunque illi ſint ſcientiæ ac diſciplinæ, veritate præcellant & quòd in illorum animo, qui hoſce intelligunt, ſapientia reſideat, cœteri enim legum libri, quos gentes hi jus mundi poſſident, vani, inanes & mendaces ſunt, nec ulla iis ineſt utilitas, quia gentilium vates vana viderunt ac falſa. Dein rex è theſauris ſuis argentum & aurum (19.) depromi atque Eleazaro, Sacerdotum, qui ad regem profecti erant, principi, ut & reliquis ſeptuaginta ſacerdotibus, qui cum Eleazaro venerant, aurea & argentea munera veſteſq; regias (20.) præberi juſſit, & eosdem Hieroſolymam remiſit, datis unicuiqui illorum centum drachmis aureis, eodem quoq; die centum & quinquaginta millia (21.) Judæorum, qui in provinciis (22) ejus adhûc captivi detinebantur, libertate donavit, Pontifici etiam maximo, qui ea tempeſtate Hieroſolymis erat, aurea & argentea dona ex theſauro regio mittenda curavit, Deo quoq; noſtro munus & ad ornandam ejusdem domum menſam, * ex auro optimo confectam, vaſa etiam auri puriſſimi eaque regia dono dedit; (omne pondus auri mille talen-

(17.) Tredecim tamen locos legis Moſaicæ à 70. interpretibus mutatos eſſe traditur in Joſippi Epitome pag. m. 4. & ſeqq. ubi loci illi recenſentur.

(18.) Idem miraculum refert etiam Juſtinianus, Imperator, in Novell. 146. cap. 1. confer. & Iſa. Voſſius in dict. Tractat. de Lxx. interpr. Translat. cap. 25. ubi verſioni illi Θεοπνευστία ab eodem adſtruitur, vid. & Joſippi Epitom. dict. pag. 4. & ſeqq. it. quæ ſupra num. 14. notata ſunt.

(19.) Vid. Joſeph. Antiq. l. 12. cap. 2. & Joſippi Epitom. pag. m. 9.

(20.) Conſentit Joſippi Epitome dict. pag. 9.

(21.) Joſephus loc. alleg. ſcribit, centum & viginti millia Judæorum à ſervitutis vinculo liberata fuiſſe, quapropter apud autorem noſtrum pro כ״ק videtur legendum eſſe ק״כ facili literæ כ in ק mutatione.

(22.) Hebr. לאוצרותיו, ſic enim hîc legendum puto, non לאוצרותיו i. e. theſauris ſuis, quæ ſanè ſignificatio huic loco parum quadrare videtur.

* De hac menſa ſive tabulâ à Ptolemæo dono data vid. etiam autor tractatus Gallici, qui inſcribitur: Hiſtoire du Cuke Leyit. Part. 2. c. 6. pag. 252. edit. Amſtel.

talentorum aureorum fuit) rex autem Ptolemæus menſæ aureæ, quam dono miſerat, effigiem totius Ægypti ac fluminis Sichor (23.) rivorumque (24) Ægyptiorum, quomodo ſcilicèt fluvius iſte in eosdem ſeſe exoneret & univerſam Ægyptiorum terram irriget, inſculpi præcepit, tæniam (25.) quoque menſæ circumdari juſſit, cui omnia Judaicæ regionis oppida atque ipſa Hieroſolyma inſculpta erant, (26.) huic menſæ nulla ſimilis in toto terrarum orbe conſpecta fuit: hanc igitur Ptolemæus rex dono miſit Hieroſolymam, ut in Templo magni illius ac potentis Dei, ſuper alia omnia totius terræ numina tremendi, (hic noſter eſt Deus, univerſi mundi dominus) aſſervaretur.

CAP. III.

POſt multum deinde temporis ſpatium Ptolemæus ille ſapiens, Ægypti rex, diem obiit ſupremum, cui filius ejus, Ptolemæus, (1.) in regno ſucceſſit; id, quod tamen non diu poſſedit, etenim

(23.) Id eſt: Nili, ſic enim inter alios R. Salomo ad Joſuæ cap. 13. v. 3. & ad Jerem. c. 2. v. 18. exponit, confer. & Joh. Lightfoot Chorograph. Marco præmiſſa, cap. 1. §. 4. it. Dn. Hiob Ludolphi Commentar. ad Hiſtor. Æthiop. lib. 1. c. 8. n. 56. ubi plura de Nilo.

(24.) Sic dictionem יאור, quæ hic in codice noſtro habetur, cum eod. R. Salomone ad Exod. c. 7 verſ. 19. interpretari volui, nempe rivum ſeu aquæ ductum, hominum manibus ex labio fluminis majoris ad agros irrigandos factum, quapropter etiam Nilus יאור vocatur, quia per innumeros rivos ſeſe in univerſa Ægypto diffundit. vid. Id. R. Salom. ad Geneſ. c. 41. verſ. 1. Munſterus hic divertigium tranſtulit, forte divertidium ſcribere voluit; cœterùm de Nilo, meo: Auguſto exundante & quomodo ad columnam marmoream aquæ Nili excreſcentes ac decreſcentes notentur, vid. inter alios Benjamin Itinerar. pag. m. 206. & ſeqq. vid. & Dn. Ludolph. loc. alleg.

(25.) Sic dictionem מנורה communiter interpretantur, vid. Exod. cap. 25. v. 25. Latini etiam ſubſcudes vel ſubcudes appellant, Germanicè Leiſten.

(26.) In Munſteriano codice hic additur: ויקשר על השלחן כל אבן יקרה i. e. & infixit (includi juſſit) menſæ omnis generis gemmas.

(1.) Hic Evergetes dictus fuit; qui ab autore noſtro cum Ptolemæo Philometore hic male confunditur, is enim ab Antiocho, avunculo ſuo, bello petitus fuit, non Evergetes, vid. Juſtinus Hiſtor. lib. 34. c. 2. n. 7. confer. & num. ſeq. 2. & n. 4.

tenim Antiochus iſte impius, Macedoniæ rex, ex quo patrem ejus mortuum eſſe audivit, excitatis turbis Ptolemæum (2.) invaſit ipſumque interfecit, atque univerſum illius regnum occupavit omnemque Ægypti provinciam cepit & in ſuam redegit poteſtatem; (3.) cœteras quod attinet res, à Ptolemæo geſtas ejusque ſapientiam ac fortitudinem & quæcunque perpetrarit, ea in Græcorum, ut & Medorum ac Perſarum libris ſcripta reperies; iisdem diebus, (4.) ſtatim atque Antiochus Ægypti regnum adeptus eſt, maxima & atrociſſima ſuſcitari cœperunt bella adverſùs populum Judaicum. (5.) Antiochus enim ille impius, (6.) cùm regem Ægypti interfeciſſet, ejusque regnum occupâſſet, elato admodùm animo eſſe cœpit. Auream quippe imaginem ingentem, (7.) quæ illius effigiem exprimebat, confici juſſit decretumque per omnia ditionis ſuæ loca & ad unumquamque gentem miſit, ut imago illa adoraretur. Omnes itaque gentes ad illum venerunt & imaginem iſtam adorârunt, nonnulli etiam improbi è populo noſtro, nimirùm Alcimus (8.) ejusque ſocii (9.) in Ægyptum ad regem venerunt

(2.) Philometorem dictum, prout Munſterus in notis ſuis exiſtimat, vid. num. antec. 1. & num. ſequ. 4.

(3.) Conſentit Joſippi Epitome, pag. mihi 9. & ſeq.

(4.) Anno centeſimo trigeſimo ſeptimo regni Græcorum, uti habetur 1. Maccab. c. 1. v. 11. regnavit in Syria poſt Seleucum, fratrem, Antiochus Epiphanes, rex Ægypti, genuitque ex ea Ptolemæum Philometorem, hunc Philometorem interfecit avunculus ejus Antiochus illuſtris eumque tota Ægypto ſpoliavit, ac deinde converſus contrà Judæos, multiplici eos calamitate vexavit, ut ex ſequentibus patebit: in ſecundo quoque Maccabæorum libro c. 5. & 6. horrenda ſcribuntur, quæ Antiochus intulit Judæis, ita hic Munſterus in notis ſuis, vid. num. 1. & n. 2. h. cap.

(5.) In Joſippi Epitome pag. 10. cauſa adducitur, nempe, quia Iſraelitæ Ptolemæum adjuverant in bello contrà Antiochum.

(6.) Cui nomen fuit Epiphanes ſeu illuſtris, Nobilis vocatur 1. Maccab. c. 1. qui, ubi Ægyptum quoque imperio ſuo adjunxit, in ſuperbiam elatus, quod ei incertâ bellorum proſperaviſſent, ritus Hebræorum negligi, miniſteria quoq; eorum profanari juſſerat, idque poſtulantibus plerisque Judæorum, prout ſcribit Egeſippus de Bello Judaico ſeu Excidio urbis Hieroſol. lib. 1. cap. 1.

(7.) Vide Joſippi Epitom. pag. mihi 10.

(8.) De hoc vid. 1. Maccab. c. 7. v. 5. ut & infrà h. lib. 3. cap. 21. num. 2.

(9.) Hi vocantur in codice Munſteriano: Menelaus & Simeon, vid. & Joſeph. Antiqu. lib. 12. cap. 6.

מהאלהים ביהושלם עיר הקדש כי ראו בה מ' יום בין השמים ובין הארץ דמות סוסי אש ורוכביהם נושאים בידם כלי מלחמ' אשר לזהב לזהב ואשר לכסף לכסף ואשר לברזל לברזל ואשר לנחשת לנחשת ותלחמי אלת למול אלה מ' יום ויפתרו חכמי ישראל את הפתרון המופת לאמר כי זה אות אש' צוררי יהוד' וישראל יבחנו ומן השמים ילחמו עם אויבינו ואנחנו נחרוש ואנטיוכוס הרש' מזהה יפול בחרב כי יהרגוהו מבני עמנו וינקמו את נקמת ישראל ממנו' ויבאו מרשעי ישר' מפרוצי עמנו אל המלך אנטיוכו' ואמרו אליו בדברים לאמר נראה מוכת בירושלם כה' וכה' וישמרו עמה בו והמה אומרים זה מבשר כי אנטיוכוס המלך מחרה ימות ויהי מגדולתו והם ישמחו על מפלת אדוננו המלך' ויקצוף המלך מאד ויבוא אל ירושלם פתאום וילכדה ויכה את עמה לפי חרב ויהרוג הרג רב וגדול בירושלם ויוצא בגלות עם רב וגדול ויפור את כל עדת החסידים והחכמים אשר בתוכה' וינסו העירה וישבו שם ויאבלו עשבים בבתמות ויתחבאו בחורות ביער.

runt atque imaginem adorârunt (10.) regemque inſtigârunt, ut populo Iſraëlitico malum inferret. Per idem tempus portentum (11.) quoddam ſuprà urbem ſanctam, Hieroſolymam, divinitus apparuit: nam per quadraginta dies inter cœlum àc terram equorum igneorum ſpecies viſæ ſunt, (12.) & equitum, qui manibus ſuis partim aurea, partim argentea, partim ferrea atque ænea arma gerebant & inter ſeſe pugnabant quadraginta diebus; hujus prodigii interpretationem ſapientes è populo Iſraëlitico explicuerunt, dicentes: hoc ſigno indicatur, fore, ut Judæorum ac populi Iſraëlitici hoſtes exſcindantur ac bellum cum hoſtibus noſtris cœlitùs geratur, nobis quieſcentibus, Antiochus etiam impius mox occumbet gladio, nonnulli enim è populo noſtro ipſum interficient ac gentis Iſraëliticæ vindictam de illo ſument. Tunc improbi quidam Judæi (13.) & homines nequam è populo Iſraëlitico ad regem Antiochum profecti ei dixerunt: Portentum Hieroſolymis apparuit, quo viſo Judæi admodùm læti dicunt, hoc ſigno indicari, brevi fore, ut Antiochus rex moriatur & potentiâ ſuâ privetur, quamobrem gaudio exultant ob Domini regis noſtri interitum. Antiochus itaque irâ valdè commotus Hieroſolymam ſubitò venit (14.) eaque captâ cives illius gladio interemit atque maximam ibi cædem perpetravit, multos etiam in captivitatem abduxit, cœtumque piorum ac ſapientum, qui in urbe erant, hinc inde diſperſit, qui in ſylvam ſeſe receperunt ibique degentes herbis, pecudum inſtar, vitam tolerârunt ac tanquam feræ in ſylvis latitârunt.

(10.) Confer. Joſippi Epitom. d. pag. 10.
(11.) Hunc ex autore noſtro locum allegat etiam R. Salomo ad Za har. c. 9. v. 14.
(12.) Vid. 2. Maccab. cap. 5. v. 2. ubi idem narratur.
(13.) Vid Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 1. ubi etiam iſtius rei fit mentio.
(14.) Vid. Joſeph. Antiq. lib. 12. c. 7. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 1.

CAP.

והמלך הרשע הזה אנטיוכוס לא רב לו אשר הרג והגלה והעביר אבל בצאתו מארץ יהוד' עוד בה משורו לעגות את עם יהודה. ויפקד המלך את פוליפוס הרשע עליה' ויהידהו ללחוץ' את עם ישראל ויהודה והוא איש גבור חיל ויצוהו לאמר כל אשר יאות מהם למצותי וישתחוה אל צלם הנזונתי אש' הימותי ויאבל בשוא חזיר ויצא מדת תורת משה יחיה וכל ממאן בזה יהרג בלי תמלה. ויצוהו עוד לאמר מנע את העם מלשמור שבתותיהם ומלחוג את חגיהם ומלמול את בניה' ובזה הכניעם ברצונך. וישאר פוליפוס פקיד על כל ארץ ישראל והמלך אנטיוכוס הראיל ללכת להרבו מקדוניאה. ופוליפוס איש חיל וגבור ויסבוב את כל ארץ יהודה וירושלם ויעש כדבר המלך. ואנטיוכוס עודנו בירושלם וימנע את העם מלשמור את מצו' התורה ומשמרת אלהינו וזיזה את רשעי עמנו ואת הפריצים ויהרוג רבי מעדת החסידים. ביומים ההם נמצאו ב' נשים אשר מלו את בניהן אשר ילדי וילשתנו אותן את פוליפוס אנשים מפריצי עמנו ויצו פוליפוס ויהלו את

CAP. IV.

ANtiochus verò impius cæde ac captivitate Judæorum nondum ſatiatus principes quosdam, cùm ipſe Judæâ egreſſus eſſet, ibidem reliquit, qui populum Judaicum affligerent, iisque Philippum (1.) impium præfecit eique injunxit, ut Iſraëlitarum gentem opprimeret; Philippus enim vir fortis ac ſtrenuus fuit, cui rex ita præcepit: quicunque ex Judæis mandato meo obtemperaverit & coràm ſtatuâ, ad imaginem mei fabrefactâ, quam erigi curavi, prociderit ac carnem ſuillam comederit legemque Moſaicam deſeruerit, hunc vivum ſerva; quicunque verò id facere recuſaverit, eum absque ulla miſericordia interfice; hæc quoque mandatis ſuis rex adjecit: Interdic Judæis, ne Sabbatha (2.) ac feſta ſolennia celebrent, aut filios ſuos circumcidant, qua in re eosdem arbitrio tuo cogendos relinquo. Cùm itaque Philippo totius Judææ præfectura eſſe commiſſa, Antiochus rex in Macedoniam reverſus eſt; Philippus autem vir fortis ac ſtrenuus Judæam omnem atque Hieroſolymam circumiens mandatum regis effectui dedit. Antiochus etiam, cùm adhûc Hieroſolymis eſſet, populum prohibuit (3.) Judaicum, ne præcepta legis ac mandata DEI noſtri obſervaret; quapropter impios ac defectores populi noſtri vivos & incolumes dimiſit, è piorum verò cœtu multos interfecit. Per eosdem dies duæ repertæ ſunt mulieres, quæ filios ſuos, quos peperant, circumciderant, has improbi quidam è populo noſtro apud Philippum detulerunt; ille verò matres iſtas uberibus (4.) ſuſpendi & unà cum ipſis infantes

(1.) De hoc ſuprà h. lib. 3. capite 2. n. 8. & num. 11. quædam dicta ſunt, vid. 1. Maccab. 6. v. 14 it. Joſippi Epitom. pag. mihi 10.
(2.) Conſentit Joſippi Epitom. d. pag. 10.
(3.) Vid. Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 1.
(4.) Vid. 2. Maccab. c. 6. v. 10. ubi Hiſtoria illa quoad ſupplicii genus paulò aliter narratur, ut & in codice Hebraico Munſteri, quem videas licet.

fantes interfici jussit, quo facto tàm matres, quàm parvuli pereuntes morte occubuerunt. Eodem tempore & Eleazarus, (5.) sapiens ille, sacerdotum princeps, (is ipse, de quo suprà libro tertio (6.) scriptum est, quòd Ptolemæi ætate in Ægyptum profectus sit, ut libros sacros interpretaretur, prout ibidem pluribus dictum est) comprehensus & ad Philippum deductus fuit, qui eum ita allocutus est: Nonne tu, Eleazare, Sacerdos, vir sapiens es ac prudens? ne quæsò mandatum Domini, regis nostri, transgredere; sed imaginem ejus adora atque carnem sacrificii illius cõmede, sic vitam servabis nec morte afficieris: Eleazarus verò ei respondens: absit, inquit, ut præcepta Dei mei, qui Dominus est tàm præsentis, quàm futuri seculi, violem ac mandata regis Antiochi, cujus vita umbræ transeunti similis est, perficiam. Tunc Philippus illum seorsùm abduxit eumque sic compellavit: annon probè nõsti, quòd te diu amore & honore prosecutus sim, ab eo scilicèt tempore, quo Ptolemæi regis minister fui, ad quem olim venisti, ut legis vestræ & prophetarum libros eidem interpretareris? nunc itaque vitæ ac canitiei tuæ parcere cupio, ne quæsò animum meum eò impellas, ut aliquo te malo afficiam, cape igitur paululum carnis sacrificii vestri, quod vobis comedere licet illudque spectante populo comede, (7.) ut dicant, quòd de sacrificio imaginis regiæ comederis, sic vitam tuam servabis nec morieris; Eleazarus autem Sacerdos, cùm hæc audisset, consideratâ sacerdotii sui sanctitate ac sapientiæ, quâ pollebat, gloriâ, ut & nominis sui celebritate ac ministerii, quod gesserat, præstantiâ atque dignitate, Philippi verba contempsit eique dixit: audi me jam, Philippe, regis Antiochi præfecte, ego hodiè nonaginta annorum senex ab ineunte ætate per omne vitæ meæ tempus timore ac fide Domino, Deo Israëlis, adhæsi,

את היולדות ואת בניהן וילדיהן עמהן וישמטו אותן ואת ילדיהן וימותו׃ ואז נתפש אלעזר הכהן הראש שר הכוהנים והוא אלעזר הכהן אשר נבחר בספר הג׳ כי הלך אל מצרים בימי תלמי להמליץ אליו את ספרי הקדש בכתוב שם׃ ויביאו את אלעזר הכהן לפני פוליפוס ויאמ׳ אליו פוליפ׳ כדברי השלשה אלעזר הכהן הלא איש חכם ונבון אתה אל נא תעבור את מצות אדוננו המלך עבור בצלמו ואבול מבשר זבחו והחיה ולא תמות׃ ויען אליו ויאמר חלילה לי להפר את מצות אלהי שהוא אלהי העולם הזה והבא ולעשות את מצות המלך אנטיוכוס איש ימיו כצל עובר׃ ויקחהו פוליפוס בסתר ויאמר לו הלא ידעת כי אוהביך וכבדתיך זה לי ימים רבים מזמן היותי משרת להלמי המלך כי בארת אליו להמליץ לו את ספרי התורהם ובואב׳ ועתה חמלתי על נפשך ועל שיבתך ולא תסבול נפשי להרע אליך׃ זקה נא מעט בשר מבשר זבחיכם אשר אתם אוכלי׳ מהם ויתן לפני העם והאבלהו ויאמרו מובדע צלם המלך אכלת ותחיה ולא תמות׃ ויהי כשמוע אלעזר הכהן את דבריו ויתבונן בקדושת כהנתו ובתפארת חכמתו ובגדולת יהודתו ובהוד עבודתו וילעג על דברי פוליפוס ואשר לו שמעני היום אתה פוליפ׳ כקיד המלך אנטיוכוס׃ בן תשעי שנה אנכי היום ותדבק נפשי

מאז ליראה את יי׳ אלהי ישראל כל הימים באמונה ואיך אבא היו׳ ליראת אותו במרמ׳ ולהכר ברוחו כי ארמה בני אד׳ לאבד נפשותיה׃ כי אם כה אעשה אותטא את ישר׳ ויאמרו הבחורים הנה אלעזר הכהן בן צ׳ שנה עזב את תורת יהיו והפר בריתו והדבק נפשו בתור׳ העתועי צלם המלך ועתה מה לנו עוד חלק ונחלה בתורת יי׳ ויפרו גם הם תורת יהיה׳ ויעזבו את תוריתו וילכו נפשותיהם לאבדן ולמהומה רבה׃ ועת׳ הלילה לי לטנף את קדושתי ולטמא את טהר שיבתי ולתת במרמ׳ לבחורים האלה אשר אתי רפיון ידים באמונת הורת יי׳ כי יאמרו הנה אלעזר הכהן בן צ׳ שנה פשע מתחת ידי אלהיו ובחר לו להות עובר להבלי הגוים ותעתועי צלמיהם׃ ועתה בואו ונעשה גם אנחנו כמוהו ונהפה אחריו׃ והנה אתם לכם יכולת להמית החיים ולהעזיר מהם חיי העולם הזה׃ כי תהרגו וכי תמיתו אבל אין בידכם יכולת על המתים לשפטם או להציל אותם מן האבדן אף כי להחזיחם׃ ואני ברמלימי את נפשי היו׳ מידכם כי אעשה רצונכם איך מיד אלהי אנצל ואמלט ואין לי מנוס אנוס אלו מידו לא חי ולא מת׃ והלא הוא ממשלתו על החיים למות׃ ועל המתי׳ להושיב אמותה הפעם את המות הזאת ואעזבה אחרי גבורה לעמי ולבחורי ואתם תמיתוני פה׃ ואלהי ישראל יזיניני שם׃ והבחורים בראותם את

adhæsi, quomodo igitur hodiè in animum meum inducam, ut Deum quidem fraude ac simulatione colam ejusque fœdus violem; homines autem seducam, quò animas suas perditum eant, si enim mandato tuo morem gererem, certè populo Israëlitico peccandi ansam præberem, dicerentque juniores: en Eleazarus, sacerdos nonaginta annorum, relicta Dei lege spretoque ipsius fœdere animum suum erroneo imaginis regiæ cultui addixit, quid igitur jam amplius Legi Divinæ adhæremus? quare & illi Legem Dei transgredientur ejusque præcepta contemnent atque ita animas suas in perniciem & interitum trahent sempiternum. Absit igitur jam à me, ut sanctitatem meam contaminem ac senectutis meæ puritatem polluam meaque simulatione efficiam, ut juvenes illi, qui mecum sunt, in fide Legis Divinæ firmiter amplectenda manus remittant ac dicant: Ecce Eleazarus, Sacerdos nonagenarius, à Deo suo defecit atque vanum gentilium cultum erroresque idolorum amplexus est, faciamus & nos idem, quod ille, ejusque exemplum sequamur. Jam quidem in manu vestra situm est, ut eos, qui vivunt, interficere vitamque præsentis seculi illis auferre possitis; sed non mortuos judicare aut ab æterno interitu eosdem vindicare, multo minus vitam illis restituere vobis integrum est; ego verò, etiamsi vitam meam hodiè è manu vestra liberarem, vestram adimplendo voluntatem, quomodo manum Dei effugere atq; evadere possem? nulla enim mihi nec vivo nec mortuo facultas est aufugiendi è manu illius, nonne in ejusdem arbitrio positum est, tàm vivos interimere, quàm mortuis vitam restituere? nunc itaque morte hac extremum conficiam diem, ac fortitudinis exemplum populo meo atque juvenibus post me relinquam. Vos quidem me hic interficietis, sed Deus Israëlis ibi vitam mihi restituet, juvenes etiam, cùm me hic à vobis ideò interemptum viderint,

(5.) Vid. dict. c. 6. Maccab. v. 18. seqq.
(6.) Vid. sup. à lib. 3. c. 2. n. 8. & 9.
(7.) Vid. 2. Maccab. cap. 6. v. 21. ubi etiam istius rei fit mentio.

rint, quòd fœdus Divinum relinquere noluerim, ipsi itidem pro veneranda Dei nostri lege mortem oppetere non recusabunt, atque ita nos omnes, tàm ego, quàm illi æternùm vivemus. Philippus autem, cùm hæc ejus verba audisset, in crudelitatem versus fuit, atque omni conatu universum populum Israëliticum afflixit, ac pium quemque è populo percuti, castigari, contaminari ac pollui, Eleazarum quoque, Sacerdotem, verberibus ac flagris cædi atque omni spurcitiei genere contaminari, inquinari ac pollui jussit: Eleazarus autem variis plagis absq; ulla commiseratione percussus emisso gemitu dixit: Domine Deus, qui me ad hanc senectutem deduxisti, tu nôsti, quòd vitam meam ab hoc mortis supplicio liberare potuerim, sed ob amorem tui noluerim; illi quidem flagris acerbissimis, quibus sustinendis impar sum, me cædunt, sed ob nominis tui amorem ac timorem hæc omnia contemno ac nihili facio fortique animo ea sustinebo: Tu verò propter benignitatem tuam miserere cœtus populi Israëlitici & è manu cujusvis inimici atq; hostis eundem eripe iramque tuam remitte, pœniteat te tandem affictionis populi tui! Has ad DEum preces cùm fudisset Eleazarus, eodem die januam vitæ suæ claudens exspiravit animamque deposuit ac partem suam in altera vita acquisivit, atque constantiæ fortitudinisq; exemplum juvenibus & populo suo post se reliquit.

CAP. V.

PEr idem tempus etiam septem (1.) fratres ejusdem matris, quæ Hanna (2.) nominabatur, comprehensi & unà cum matre ad regem Antiochum crudelem deducti sunt, qui nondum procul

(1.) Vid. 2. Maccab. c. 7. ubi quædam habentur, quæ hic non inveniuntur & vice versa, confer & Joseppi Epitomen pag. mihi 11.

(2.) Vid. infrà lib. 6. c. 42. n. 10. simile exemplum de Mirjam seu Maria, Tanchumi filia refertur in Jalkut. Part. 1. fol. 301. col. 4. med.

procul ab urbe Hierosolymitana discesserat, ut videret, quomodo præfectus ejus, Philippus, judicium in populo Israëlitico atque Hierosolymis exerceret; rex verò crudelis Deoque invisus Judæos, quia carnem suillam abominabantur, & ab illius esu abhorrebant, crudeli mortis genere interficiebat. Primus igitur ex fratribus isque natu maximus coràm rege productus fuit, qui eum multis verbis inducere conatus est, ut à fœdere Dei deficeret legemque populi sui desereret; ille verò regi respondens: ecquid, inquit, verborum prolixitate opus est, ut nos cultus tui errores doceas, jam anteà à patribus nostris legem Domini didicimus, ecce nos parati sumus, ut ad Deum ascendamus & pro ipso ejusque lege mortem subeamus, ita enim patribus nostris spopondimus ac promisimus: quid ultrà verbis opus est? saltem, ut ocyus nos interficiant, jube, quò ad Dominum, Deum nostrum, abeamus. Hisce ejus dictis rex valdè iratus ferream sartaginem afferri eandemque igni imponi præcepit, dein adolescentis lingvam, manus ac pedes præcidi atque cutem capite ejus detrahi & in sartaginem, igni superpositam, coràm fratribus ac matre ejus, ipsisque adeò inspectantibus conjici; reliquum verò corpus ingenti aheno, cui ignis subjectus erat, imponi jussit: atque, dum morti vicinus erat juvenis, rex Philippo injunxit, ut ignem aheno subtraheret, ne statim moreretur, idque rex eo fecit consiliò, quò mater & fratres illius isto supplicii genere deterrerentur suoque dicto audientes essent; ast illi, cùm fratrem suum pro Domino mori viderent, se invicem cohortati sunt & alter alteri animum addidit hisce verbis: en hoc est vaticinium illud, quod Dominus per Mosem, servum suum, locutus est, quòdque Moses, servus Domini, in Cantico suo dixit: (3.) Dominus populum suum judicabit

(3.) Deuteron. cap. 32. v. 36. & Psalm. 90. v. 13.

cabit ac ſervorum ſuorum miſerebitur (4.) pretioſæ ſunt (5.) animæ noſtræ coràm Domino, ô quantus eſt honor, quòd ſervi ejus futuri ſimus! nunc itaque Dominus alium ergà nos induet animum (6.) in omni calamitate, quam populo ſuo inferre decrevit ejusque miſerebitur. Sic primus ex fratribus mortuus eſt; poſteà ſecundum adduxerunt eumque principes ac miniſtri regis ita allocuti ſunt: Tu verò jam mandato regis obtempera, cur tàm acerbis cruciatibus, quibus frater tuus interemtus eſt, mortem oppetes? ille verò: accelerate, ait, ignem, citò adferte gladium, & in me, quod vobis placuerit, perficite, nec quidquam ex iis omnibus, quæ in fratre meo perpetràſtis, in me omittite, neq; enim pietate, puritate animi ac timore Dei ipſo inferior ſum: tunc rex præcepit, ut omnia illius membra præciderentur eaque ſartagini, cui ignis ſubjectus erat, imponerentur atque ipſe eodem, quô frater ejus, modo excruciaretur; ille verò regi reſpondens: væ, inquit, væ tibi, qui crudeliſſimè in vitam noſtram ſævis! num putas, te animas noſtras, à corpore ſeparatas, accipere ac veſtibus tuis includere easque pro lubitu tractare poſſe? en illæ ad Deum, qui easdem dedit & ad locum illum magnæ lucis, quæ apud Dominum eſt, hinc abeunt, ubi vitam vivemus ſempiternam, omni carentem fine ac termino, quando Deus noſter mortuos populi ſui ſervosque ſuos interemptos ad vitam reducet; anima autem tua ad Tartarum (7.) deſcendet; ſic etiam ſecundus ex fratribus vitam finivit: dein tertius quoque

אחיו הנה ואת היא הנבואה אשר דבר
יי ביד משה עבדו אשר דבר משה עבד
יי בשיחתו לאמר כי ידין יי עמו ועל
עבדיו יתנחם וגפלה נפשנו בעיני יי
ומה יקרה כי נהיה עבדיו • אף כי יתנחם
בנו עתה על כל הרעה אשר דבר לעשות
לעמו וירחם עליהם• ויסרו הראשון
מהאחים• ויביאו גם את השני ויאמרו
לו שרי המלך ומשרתיו שמע נא את
מצות המלך ולמה תמות ביסורים גדולים
כאשר מת אחיך • ויען אליהם ויאמר
מהר האש ומהר החרב ועשו בי
ברצונכם וע תגרעו לי דבר מכל אשר
עשיתם לאחי כי לא נופל אנכי ממנו
בחסידות ובטהרת הנפש וביראת אלהים•
ויצו המלך לכרות את כל איבריו ולהשים
אותם על המדבת אשר על האש ולעשות
בו כמשפט אשר עשו באחיו• ויען הוא
ויאמר אל המלך הוי ואוי עליך אכזר
על נפשותינו התחשוב כי תקח את
נפשותינו והצרור אותן בבגדיך לעשות
בהן כחפצך • הן הנה העלכות את
האלהים אשר נהנן ואל מקום האור
הגדול אשר עם יי • ועוד נהיה חיים
ואחיו אש לא יהיה לי סוף וקץ
בהקיצו

(4.) Ita mihi cum D. Luthero ac Vulgata Latina verbum יתנחם hic vertere viſum fuit, cui etiam R. Salomo conſentit, qui ad Deuteron. dict. cap. 32. v. 36. ita notavit: יתנחם הק״ב על עבדיו i. e. aliam ſuſcipiet cogitationem (ſic enim idem R. Salomo verbum iſtud יתנחם ibidem exponit) Dominus de ſervis ſuis, ut revertatur (ab ira ſua) eo: umque miſereatur, Munſterus hic ita tranſtulit: in ſervis ſuis conſolabitur ſe, vid. num. ſeq. 6. & cap. ſequ n. 10. ibique not.

(5.) Sic verbum נפלה hoc loco interpretari volui, quod interdum idem ac נפלא notat, vid. præ aliis id. R. Salomo ad Eſaiæ cap. 28. v. 29. eſt alioqui locus hic ſatis obſcurus.

(6.) Vid. quæ paulo ante num. 4. de verbo: יתנחם notata ſunt.

(7.) Sive perniciem æternam, ita hic interpretor dictionem: דראון, quæ in noſtro codice habetur, reſpi-

בהקיצו אלהינו את מחי עמו ואת
הדגי עבדיו ואת נפשך הלך לדראון
עולם• ומת גם השני מהאחים • ויביאו
את השלישי ויען אליו המלך להביט
בו• ויען הוא אל המלך ויט ימינו
למולו ויאמר לו הני צר ואויב מה לך
להפחידני בבל את לא נראנו ולא ידע
לבבנו כי ידענו שכל זה רצון האלהים
בנו לכפר בנו על עמו ישר• ומן
השמים באנו ומשם הגיענו כל המשפט
הזה וגם את הבל נקה ונקבל באהבה
ועתה אתה בוחר ונקלה בעינינו וכאין
הם נגדנו כל ייסוריך ומשפטיך כי מאת
אלהינו נקוה כבוד וחן והוא יתן לנו
את שכר פעולתנו ואתה לשמה תהיה•
ויהמה המלך וכל שריו על גודל הנפש
אשר הראה הבחור הזה ויפלא בעיניהם
ויסרו גם השלישי מהאחי• ויביא
הרביעי לפני המלך ויאמר אל המלך
אל תדבר אלי דבר אכזר כי לא תועיל
ולא הצליח מחשבתך איש בליעל לא
תאריך עלי בדברים עשה רצונך בגויתי
ונשמתי תלך אל אלהי תשועתי ואנחנו
נמות

quoque productus fuit, ad quem rex converſus eſt, ut illum intueretur; aſt ipſe regem aſpiciens dextrà adverſùs illum protenſâ eundem ita allocutus eſt: ô hoſtis & inimice, quid ita terrorem nobis incutere paras? nos enim hæc omnia nequaquam timemus nec animo frangimur, quia iſta cuncta Dei voluntate nobis evenire certò ſcimus, ut populo ſuo Iſraëlitico per nos placetur, (8.) quia hæc cœlitùs nobis immiſſa ſunt, unde judicium iſtud divinum ad nos venit, quapropter hæc omnia lubenti animo ſuſcipimus & ſuſtinemus; te vero abjectum & vilem reputamus atque cruciatus hoſce omnes & tormenta nihili facimus, nam gloriam atque gratiam à Deo expectamus, is laboribus noſtris (9.) mercedem præſtabit, tu verò in deſolationem eris; (10.) his dictis rex ejusque principes omnes adoleſcentis animi magnitudinem admirati & quaſi in ſtuporem conjecti ſunt, ita & tertius ex fratribus exſpiravit; mox quartus coràm rege productus eundem ſic allocutus eſt: ne verbis exaſperes crudelitatem, vir improbe, id enim te nequidquam juvabit, nec quod cogitas, ad effectum deduces, quapropter deſine multa loqui & in corpore meo, quod tibi viſum fuerit, perpetra, anima enim mea ad Deum, ſervatorem meum, migrabit: nos autem pro lege Domini noſtri mortem oppetemus, is nos iterùm ad vitam reducet, ut coràm illo conſiſtamus; tu verò nec reſurrectionis (11.) nec vitæ beatæ particeps eris. Sic

reſpicitur autem ad Eſaiæ cap. 66. verſ. 24. ubi autor Vulgatæ tranſtulit: ſatietatem viſionis, Lxx. ὅρασιν, confer. ibid. R. Salom. & num. 10. h. cap.

(8.) Propitius reddatur, id enim verbum: כפר, quod hic in codice noſtro habetur, denotat; aſt non homo pro homine, prout Judæi deliriant, expiatio ſeu placamentum eſſe poteſt, vid. Pſal. 49. v. 8. & 9. ſed Chriſtus unico paſſionis ſuæ ſacrificio Deum nobis placatum & propitium reddidit, hic ille ἱλασμὸς eſt, de quo 1. Johann. c. 2. v. 2. & ad Rom. c. 3. v. 25. vid. cap. ſequ. 6. n. 1.

(9.) Conſer. hîc, quæ R. Salomo ad Eſaiæ c. 32. v. 20 notavit.

(10.) Vel: in æternum peribis, ita enim hic interpretor: לשמה תהיה, vid. quæ ſuprà h. cap. n. 7. notata ſunt.

(11.) Judæi enim nonnulli impios non reſurrecturos credunt, de quo vid. inter alios Joh. Hoornbeck de Convinc. Jud. l. 8. cap. 4. & R. Dav. Kimchi ad Pſalm. 1. v. 5.

Sic mortuo ex fratribus quarto, quintus coràm rege productus ita locutus eſt: noli exiſtimare, Deum ideò nos in manum tuam tradidiſſe, ut te magnificaceret, aut quaſi ad hanc rem te opus haberet, neq; illum puta id circò nos in judicium iſtud deduxiſſe, ac ſi nos odio habeat; ſed propter amorem, quo ille nos complectitur, ad hanc gloriam nos perdux it; tu verò fruſtrà cogitas, te imaginis tuæ cultum hac ratione ſtabilire poſſe, quia Deus ideò tàm acerbo mortis ſupplicio nos tradidit, ut & tuum & generis tui nomen penitùs deleret, atque iræ ſuæ furorem in te tuamque domum univerſam evomeret ac vindictam exacueret; hæc cauſa eſt, propter quam te excitavit, ut in nos ita ſævires, quia de te tuoque ſemine capiet ultionem; ſic etiam quintus ex fratribus diem obiit ſupremum.

CAP. VI.

DEin ſextus coràm rege productus fuit, is, ante quàm rex loqui inciperet, ita dixit: improbitatem ſanè & iniquitatem noſtram patrumque noſtrorum agnoſcimus & fatemur, quòd in Deum noſtrum peccaverimus; nunc autem Dominus populo ſuo propter mortem noſtram propitius erit, (1.) ecce nos quidem moriemur; tu verò, qui tàm crudeli ſupplicio nos Dei ſervos interficere ac bellum contrà illum ſuſcipere cogitâſti, ipſius quoque vim ſenties & ab eo è terra viventium exſtirpaberis; ſic etiam ſextus ex fratribus mortuus eſt. Poſteà ſeptimus, qui parvus erat puer, coràm rege productus fuit: Sancta autem filiorum mater, pia illa Hanna, cùm ſeptem filios ſuos tàm acerbo mortis genere una die interemptos vidiſſet, nequaquam

(1.) Vid. quæ cap. antec. 5. n. 8. hac de re dicta ſunt, it. num. 11. h. cap.

quam perterrita aut pavore concuſſa vel animo propterea conturbata eſt; ſed ſuper unoquoque filiorum ſuorum cecinit, dicens: læta filiorum mater, halleluja, (2.) ſic forti animo juxtà filiorum ſuorum, ſacerdotum interemptorum, cadavera eorumque membra, hinc inde humi projecta, ſtetit, hoc accinens præconium: ó filii mei, haud equidem ſcio, quomodo ventrem meum ingreſſi ſitis neque ego corpora veſtra in utero meo formavi nec ſpiritum aut animam vobis dedi nec augmentum & incrementum vobis præbui, Deus certè, Deus Iſraëlis, is vos creavit, hic veſtra ædificavit oſſa, ipſe nervos veſtros texuit (3.) & carnem vobis ſuperinduxit eamque cute, pilis hiſpidâ, obtexit atque auram vitæ naribus veſtris inſpiravit, vosque in lucem hujus mundi atque aërem produxit; nunc itaque, quoniam vitam veſtram pro ſancta Dei lege brevi mortis ſupplicio objeciſtis, & à fugaci hac vita ſeparati eſtis, is animas veſtras vobis reſtituet ſpiritumque ac vitam reddet, & ab æterna vos morte liberabit, vitam quoque ſempiternam vobis poſſidendam tradet, præter omniá iſta etiam mercedem laboribus veſtris, ô filii mei, præſtabit, ô vos beatos & parentes veſtros! ſit Dominus ita vobiscum, prout fuit cum patribus veſtris! (4.) His dictis rex fortitudinem animi & conſtantiam mulieris valdè admiratus eſt: Philippus autem admodùm confuſus fuit, quòd ab una muliere victi eſſent, dein rex, adducite, inquit, mihi ſeptimum, forſitàn, quia parvus adhûc puer eſt, blandis illum verbis inducere poſſum, ut mihi obtemperet, ne mulier iſta de me gloriari ac dicere queat: vici Antiochum regem non ſolùm conſtantiâ meâ, ſed animum quoque filiis meis addidi, ut pro lege Dei noſtri fortiter mortem oppeterent: quapropter ad regem adductus fuit ſeptimus ex fratribus,

(2.) Vid. Pſal. 113. v. ult. confer. etiam infr. l. 6. c. 42. n. 11.

(3.) Sic verbum ארג, quod hic in Hebræo habetur, communi ſignificatione vertere volui.

(4.) Vid. 1. Reg. cap. 8. v. 57. ad quem locum hîc reſpicitur.

בדברים לעשות רצוני ולא תחפר עלי
האש' הזארת לאמ' כי נצחתי את
אנטיוכוס המלך בחזקי ואמצי את בני
למות ער תורת אלהינו ויגישו את
השביעי למלך והוא הנער ויחן אותו
ויאמר אליו עשה רצוני ואני נשבע לך
להפקידך למשנה לי ולהמשילך בכל
מלכותי והיה עשיר בכסף והוב ובעבודי'
רבה מאד ויבו הנער את דב' המלך
ויאמר לו הוי מלך זקן וכסיל איכה
תחפר ותתהלל במתת שקר ואתה לא
תדע מה ילד יום הזה בך ומה יהיה
מחרתך ואז ענהו המלך קשות ויפורדהו
לאמ' כי כה וכה יעשה בו משפטים אם
לא יאבה לעשות רצוני· ויענהו עוד
הנער מה תתהלל ברעה הגבור חסד אל
כל היום מהר ועשה בדברך בי ואל
תאחרני ויי הצליח דרכי ללכת אליו·
וישמע המלך את דברי הנער הקטן ויפלא
בעיניו מאד ויקרא את אמו לבוא לפניו
והבא אליו ותעמוד וידיה אסורות·
ויאמר אליה המלך אשה טוב' חמול נא
ער הילד הזה ורחמי את פרי בטנך
ופתי אותו בדבריך לעשות רצוני והיה
זה לך לפליטה וגם את תזכי ולא
האבדי· ותאמר אליו הנוהו לי ואחזק
מכם מעט ואראה אולי אוכל לפתותו·
ויתנהו אל אמו ותוליכהו מעט מעמהם
ותשק

tribus, qui parvulus admodùm erat, idcircò rex misericordiâ ergà illum commotus, si mihi, inquit, morem gesseris, sanctè juro, te mihi proximum (5.) ac totius regni mei præfectum, prætereà auro argentoque divitem ac multo famulitio instructum fore; ast puer spretis regis verbis eidem dixit: ô senex ac delire rex, quomodo fallaci isto dono temet jactas & gloriaris, cùm nescias, quid serus vesper vehat (6.) ac quid crastinus tibi ferat dies; tunc rex asperis illum verbis increpans minatus est dicens: acerbissimis te cruciatibus interficiam, nisi voluntati meæ obtemperaveris; puer autem iterùm respondens: ecquid gloriaris, inquit, in malitia tua, potens, gratia Dei tota die permanet? (7.) accelera ac, quod dixisti, in me perfice nec cunctare, Deus viam meam, quâ ad illum eo, secundet! hæc parvuli dicta cùm rex audisset, valdè miratus est ejusque matrem vocari jussit, quæ, postquàm advenit ac vinctis manibus stetit, rex ei dixit: parce quæsò, bona fœmina, huic parvulo, & fructus ventris tui miserere atque verbis tuis illum permove, ut voluntati meæ morem gerat, hac enim ratione & ipsum servabis & vitam tuam à pernicie ac interitu liberabis. ad hæc mulier: tradite eum mihi, ait, ut ipsum paululùm à vobis abducam & experiar, an illum in regis sententiam adducere possim: cùm igitur illum matri tradidissent, ea parvulum ab ipsis parumper abstrahens illis inspectantibus osculata est & in contemptum regis ejusque ignominiam subridens puero dixit: adverte, mi fili, dictis meis & intellige, desere omnia ista, ego novem mensibus temet in utero meo gestavi atque biennió lactavi, & ad hunc usque diem cibo ac potu nutrivi, te quoque, prout captus

tuus

(5.) Secundum, id enim dictio משנה notat, de qua dictum est suprà lib. 1. c. 8. num. 3. & eod. l. 1. c. 13. n. 3.

(6.) Hùc facit illud Livii lib. 45. c. 8. in secundis rebus, inquiens, nihil in quenquam superbè ac violenter consulere decet, nec præsenti credere fortunæ, quum, quid vesper ferat, incertum sit; is demum vir erit, cujus animum nec prospera flatu suo efferet, nec adversa infringet, confer. & Syrach. c. 18. v. 26.

(7.) Vid. Psal. 52. v. 3. ad quem hic respicitur.

ותשק אותו לפניהם והשחק על בוית
המלך ועל כלותו ואמ' אל בנה בני
שי לבך לדברי והבינם עוד כל ואת
אשר אני נשאתיך בבטני ט' חדשים
ושתי שנים מחלבי הניקותיך ובחלב
ומזון עד היום כלכלתיך· וגם מיראת
אלהי ותורתו בפי יהללך וכפי שניך
למדתיך· ועתה בני פקח עיניך ואראה
השמים והארץ הים והיבשה המים ואש
ורוח ויתר הנבראי' ודעתבונן בהם
לדעת כי בדברי י' נעשו ואחר יצר
האלהים את האדם להיותו חמי' לעבודתו
ולדבקה אחריו ולקבוע בלבו את יראתו
והוא נתן שכר לפעולתו· והבטוח
האר' הכל ותזהו לא הועיל ולא תצליח
והבל נגר העולם הקים באין· ועתה
בני אל יבטח אותך האבוד הזה בדברי
שקר ול תשען על רוח פיו כי אין מר
יתן לך ומה יתן לך איש אשר לא
ישלוט בנפשו ואין ממשלה לו בגופו
אבל כי ראה כי הרשיע אלהים בהרגו
את אחיך מתגולל למציא עלילה אולי
יכופ לי עונם והישב כי אם הפחדתי
ברברו ולא תמות הוא לא ישפט לכני
האלהים בעוני כי יחם עליך· ועתה בני
אם תנצל לפי שעה ממשפטו איך תנצל
ממשפט האלהים כי תמיד הוחזו
בתעיתיו והוא הוא המיפור ברוחך
ונשמתך ברצונו אליו יאספך ואם ירצה
יכלה אותך עם כל הנבראים בלם ברגע
חלילה לך מעשו' זה אך שמע בקולי
ומות

tuus atque anni ferre poterant, in timore Domini ejusque lege erudivi; nunc itaque, mi fili, aperi oculos tuos & cœlum ac terram, mare & siccum, aquam ac ignem, ventum & cœteras creaturas aspice, contemplare illas, ut scias, verbô Domini hæc omnia facta esse, (8.) posteà Deus hominem creavit, ut integritate vitæ ei serviret ipsique adhæreret atque illius timorem animo infixum haberet, is ipse laboribus ejus mercedem præstabit; fiducia quippe in homine posita vana est & fallax, nequidquam adferens utilitatis aut prosperitatis, certè omnia, si cum futuro seculo comparaveris, nihili sunt æstimanda: nunc itaque, mi fili, noli confidere vanis viri istius crudelis promissis nec verbis ejus fidem habe, quia nihil præstabit & quid quæsô dare tibi poterit is, qui nec animæ nec corporis sui dominus est? dum igitur impius iste videt, se fratrum tuorum cædis coràm Deo reum esse, ideò id agit, ut modum inveniat, quô Deum peccatis suis propitium reddat, quia secum cogitat, si te verbis suis pellicere possit, ne mortem oppetas, se ea re effecturum, ut improbitatis suæ condemnationem coràm Deo effugiat eò, quòd tui misertus sit; tu verò, mi fili, etiamsi jam condemnationem regis ad tempus evites, quomodo judicium Dei evades, si illius legem propter imaginis cultum spreveris, is spiritus tui Dominus est, ipse, quandocunque voluerit, animam tuam ad se recipere & si ei ita visum fuerit, te unà cum omnibus creaturis momento perdere poterit; absit à te, ut regi hac in re obtemperes, me potius audi & mortem pro Domino oppete & ad fratres tuos abi, utinam mihi videre jam liceat, mi fili, eximium illud gloriæ vestræ locum, ubi nos omnes lumen illud Dei intuebimur ac lætabimur, & simùl in eo gaudebimus! ego verò, ô filii mei, eum in locum ad vos veniam & non secus, ac si diem vestrum nuptialem celebrarem, lætabor, utinam sanctitatis & justitiæ vestræ sim particeps!

(8.) Vid. Psal. 33. v. 6. ibique R. Dav. Kimchi not.

ceps! dum itaque mater adhùc cum puero loquebatur & sermonem continuabat, ille: ecquid me, inquit, in via retardatis nec me ad fratres meos sanctos proficiscì sinitis? nam regi obtemperare nequaquam mihi animus est, & nec ipsum nec omnia illius verba moror, sed promissa ejus nihili facio: legi autem, quam Moses, Doctor noster, (9.) (qui in pace quiescat!) sancto populo Israëlitico dedit, obtemperabo eique memet subjiciam; dein mater puerum ad regem adducens: eccum, inquit, in manu tua, nam in sententiam tuam illum pertrahere non potui; tunc rex eundem denuò allocutus: ô stolide puer, ait, cur consilio meo obtemperare recusas? amplectere voluntatem meam, ut mortem evites; ast puer ei respondit: ô delire senex, crudelis & hostis Domini, ecquid temet extollis ac cogitas, quòd Deum verbis & insipienti tuâ sapientiâ superare possis? ego septennis puer te septuagenarium senem propter stultitiam tuam derideo, quamvis contemni nolis, ego legi Domini Dei nostri, quam tu & verbis & factis spernis ac probro afficis, firma fide adhæreo, nec unquam ab illa ad errores tuos ac cultus tui vanitatem deflectam: væ autem tibi, rex demens! quonam à spiritu Dei nostri abibis & quonam tu, vir inimice, hostis & improbe, à conspectu ejus aufugies? en ipse sempiterna nos gloriâ & honore extollet, animasque nostras æternâ beabit vitâ; ast tibi, qui servis Domini superbas intulisti manus, satius fuisset, si ex impuro illo matris tuæ stolidæ, quæ te insipientem & fatuum peperit, ventre egressus non esses, quia malum tibi ipsi intulisti; nos autem bonô affecisti, nam, licèt acerbissimos, quos nobis jam infers, cruciatus hoc in mundo sustineamus; ad æternam tamen vitam & ad locum lucis, ubi nullæ sunt tenebræ & ad locum vitæ, ubi nulla reperitur mors, migramus; tu verò omnibus creaturis abominandus & execrandus à Deo nostro separa-

ומות על יי' ולך עם אורך ומי יתן בני וראיתי עתה גדולה מקום תפארתם ונאוד כלנו באור יי' נגילה ונשמחה יהדו בו. ואני בני אבוא אליכם שמה ואשמח בכם כאלו ראיתי יום התנחתם ויהי לי חלק בקדושתכם וצדקתכם עוד היא מדברת עמו ומוכה לדבר אליו ויען הנער ויאמר למה תאחרני ללכת ולא תעזבני ליסע אל אחי הקדושים כי אין בלבי לשמוע אל המלך ואינני שומע לו ודבריו בלם ובעתונו הגם באין נגד דעתי. אמנם אשמע ואבוא להור' אלהינו הנחונה ביד מרע"ה אל ישראל עם הקדש. ותשיבהו האשה אל המלך ותאמר אליו הנו בידיך לא יכולתי לפתותו. ויוסף עוד המלך ויאמר לנער הוי נער ובער למה לא השמע לעצתי ותעשה רצוני ולא תמות. ויאמר אליו הנער הוי מלך וקן וכסיל אבור ואויב לי' על מי התנשא לאמר כי הנצחתה בדבריך ובפתוי טכלוחך אני בן ד' ואהה בן ע' ואני מלעיג על הוללותך ומאנת הכלם. אני מאמין בתורת מי אלהינו אשר הרפת וגדפת בדבריך ומעשיך ולא אחיש להתעוניך והבלך. ואתה המלך הסכל אוי לך אנה מלוה אלהינו הלך ואנה מפניו תברח איש צר ואויב איש הבליעל הנה הוא אותנו יפאר וירומם ויגדל לנצח וחזה לנצח את נפשותינו לעולמי עד הלך אשר ודרת לשלוח יד בעבדיו היה טוב שלא יצאת ממקו' טנוף

(9.) Ita hic abbreviaturam סר"ע interpretor, confer. Buxtorf. Abbreviatur.

טנוף האולת אמך אשר ילדה בער וסכל כמוך ואהה הרעות לעשו' לנפשך ולנו הטיבות ואם פה נסבול מכאובי משפטיך האל' בעולם הוה הנני הולכים לחי עד ולמקום האור אשר אין בו חשך ולמקום הזיים אשר אין בו מות. ואתה תשאר פגרי עד כל הבריות ומתועב ומרודף לאלהינו כי יעשה בך נקמה. ובנגעים רבים ומכאובים קשים המות במיתה משונה ממיתות הבריות בשאול תחתיה תרד במקום אשר אין בו לא אור ולא חיים אבל הוא מקום חשך וצלמות ולא תמצי שם לנפשך מרגוע ולא מנוחה אמנם צרה וצוקה יסובבוך ואש וגפריח יקיפוך כי זה הלקך מאת שהי זה גורלך מאת יי' אלהינו במשפט איש הדמי ואיש הבליעל. ויי' אלהינו יחם עד עמו ויחם עד חסידיו ועד הנה היתה קצף חמתו עלינו ומעתה לא יוסיף לקצוף עוד על עמו כי יתנחם בנו על כל אשר עשה כי עשה באמת ובצדקה ואנחנו הרשענו לפניו ודו' ישוב ירחמנו ויכבוש עונותינו למען שמו ויקבל משפטינו לכפרה על כל ישרי ואת נשמותנו יחיה לחי עלם. ויקוף המלך מאד על אשר לא עשה רצונו ויצו ויוסף על זה מכות גמרצות ואכזריות מכל אשר

separaberis, quando ultionem de te capiet; tuque multis doloribus & gravissimis cruciatibus mortem horrendam ac præ cœteris mortis generibus mirabilem obibis, & ad infernum descendes profundissimum, ad locum, ubi nec lux est nec vita; sed meræ tenebræ & umbra mortis, nec ullam ibi animæ tuæ quietem invenies; angustiæ verò & auxietates te undique prement, ignis ac sulphur te circumcingent, hæc à Deo parstua, hæc sors tua erit à Domino Deo nostro, hac enim pœna dignus est homo sangvinarius & vir improbus: Deus autem populi sui miserebitur ac pios in gratiam recipiet, etenim hucusque fervente quidem irâ in nos accensus fuit; sed imposterùm non amplius populo suo succensebit; verùm omnium eorum, quæ nobis fecit, pœnitentia ducetur. (10.) sanè jure meritoque nobis iratus est, quia impiè coràm eo egimus; sed ille nostrûm denuò miserebitur atque iniquitates nostras propter nomen suum delebit ac supplicio nostro placabitur (11.) universo populo Israëlitico, animasque nostras æternâ beabit vitâ: rex autem, cùm hæc audisset, valdè iratus est, quia voluntati suæ puer non obtemperavit, qua propter acerbioribus illum & sævioribus cruciatibus, quàm quos fratres ejus perpessi erant, affici jussit; sic septimus quoque ad mortem adactus fuit. Tunc sancta illa, pura, pia & justitiæ laude conspicua in populo Israëlitico mater, Hanna, juxtà truncata filiorum suorum cadavera & membra hinc inde humi sparsa stetit & expansis ad cœlum manibus fusisque precibus ita locuta est: exultavit (12.) cor meum in Domino, exaltatum est cornu meum in Deo meo, (13.) quia per

(10.) Animum mutabit, aliam induet mentem, vid. quæ suprà h. l. 3. cap. 5. num. 4. de verbo יתנחם notata sunt.

(11.) Vid. quæ eod. cap. 5. n. 8. hac de re notata sunt, ut & num. 1. h. cap.

(12.) Hæc & sequentia, usque ad: præterea Hanna &c. desunt in codice Munsteriano, vid. infrà h. cap. n. 19.

(13.) Vid. 1. Samuel. c. 2. v. 1. & seqq. unde hæc verba desumpta sunt.

אשר עשה לאחיו וימרו גם השביעי׃
ואז חנה אמם הקדוש והטהור והחסידה
היחידה בצדקת בישראל עמודה עד
גלמי גויותיהם המושלכות ארצה ופרוש
כפיה השמימה ותתפלל הנה ותאמר
עלץ לבי ביי רמה קרני באלהי כי רצוי
להתנחם על עמו בבני ולהשיבם לו
לעבדים׃ רחב פי על אויבי כי לא יכלו
לפחות אחד מבני לפנות אל מעשה
תעלוליהם אשר לא יעשלו ולא יצילו בי
תוהו המה׃ אין קדוש כיי ואין בלתו
מושיע לנפשות החוסים בו׃ אל תרבו
הדברו גבוהה אויבי יי וצודדי יהודה
וישראל ולא יצא עתק מפיכם לאמר כי
נאחתם בבתכם וישבת לאלהיכם אמנם
אל דעות יי ולו נתכנו עלילות ואשר
שפטנו בעוותיהנו ובעונות אבותינו כי
ישוב ירחמנו אלהי תשועתינו וצודדי
יהודה וישראל יכרתו׃ ותאמר עוד אלהי
האלהים הנשגב והנורא אלהי עולם יי
אנא יי הושיע׳ נא אנא יי הצליח׳ נא
לאמתך חנה ואסוף נשמתי אליך ואל
יפגעו

per filios meos populo ſuo placari voluit, eosque ſervos ſuos fieri dignatus eſt, dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos, quòd ne unus quidem ex filiis meis induci potuerit, ut errores gentilium amplecteretur, qui nec adjumento nec auxilio eſſe poſſunt, quia nihili ſunt ac vanitates; non eſt ſanctus, ſicuti Dominus, (14.) nec eſt præter ipſum quisquam, qui animas eorum, qui ſpem in illo reponunt, ſervare poſſit; nolite multiplicare loqui ſublimia, (15.) ô hoſtes Domini, oppreſſores populi Iſraëlitici, nec fortia (16.) prædicate facta, gloriâ ſublati, quaſi viribus veſtris victoriam reportaveritis, & propterea Deos veſtros laudibus extollere obſtricti ſitis; Dominus enim reverà Deus eſt omniſcius (17.) ipſe dirigit (18.) cogitationes hominum, & quemadmodum ob noſtra patrumque noſtrorum peccata debitô affecti ſumus ſuppliciô, ita Deus, ſervator noſter, miſericordiâ ſua nos iterùm complectetur, Judæorum autem ac populi Iſraëlitici hoſtes exſcindentur; præterea Hanna ſic locuta eſt: (19.) ô Deus Deorum, excelſe ac terribilis, Deus æterne, ſerva, quæſô, Domine, (20.) obſecro, Domine, felicem da mihi, ancillæ tuæ, Hannæ, exitum, ſuſcipe animam meam nec permitte, ut hoſtes me tangant atque incircumciſi mihi illudant aut me polluant, oſtende mihi locum illum, quem ſervis tuis,

(14) Vid. 1. Samuel. dict. cap. 2. v. 2.
(15.) Sic autor Vulgatæ Latinæ verba illa 1. Sam. c. 2. v. 3. tranſtulit; poſſes etiam ita vertere: ne multi ſitis in magniloquentia ſive ſuperbiloquentia, prout Cicero 4. Tuſculanar. loquitur, hæc enim dictio benè exprimit Hebr. רבו גבוהה Græc. μεγαληγορία, vel, uti Lxx. d. c. 2. v. 3. verterunt: μεγαλορρημοσύνη.
(16.) Ita Hebr. עתק hic vertere volui, prout & R. Salomo ad 1. Samuel. c. 2. v. 3. exponit: חזק i. e. forte, Latinis ejusmodi homines dicuntur: grandiloqui, glorioſi.
(17.) Sic interpretor hoc loc. dictionem יעורי, eodem ferè modo R. Salomo ad dict. c. 2. v. 3. explicat: יודע מה׳ בלבבכם i. e. qui ſcit, quæ (ſint) in cordibus veſtris, Deus enim eſt καρδιογνώστης, Vulgata Latina ibidem habet: quia Deus ſcientiarum Dominus eſt, ſecuta Lxx. verſionem, ubi: ὁπόθεὸς γνώσεων κύριος.
(18.) Sic interpretor locum hunc cum R. Salomone in not. ad 1. Samuel. cap. 2. v. 3. aliisque, qui pro לא ibidem legunt: לו, Vulgata Latina habet: ipſi præparantur cogitationes, Lxx. ὁ Θεὸς ἑτοιμάζων ὑπονοήματα αὐτῷ, Deus præparat ſtudia ejus, (adinventiones ſuas.)
(19.) Hic ſit continuatio textus in codice Munſteriano, vid. ſupr. h. cap. n. 12.
(20.) Hæc ex Pſalmo 118. v. 25. deſumpta ſunt.

יפגעו בי אויבים ואל יתעללו בי ערלים
ולא יטמאוני והראני את תמקים אשר
הבינות לעבדיך בני המתים על קדושת
ורוחך והנחילנו חלק מעט עמהם שם
ויהללוך כל מעשיך ותסיריך יברכוך
וגם אני עמהם׃ וידי בכלותה להתפלל
ולשפוך שיחה אל יי יצאה נפשה׃
ברברה עוד ותצא רוחה ותפול על גלמי
גוויות בניה׃ ותושלך גם היא בארץ
עמהם׃

ויהי אחרי הדברים האלה׃ ויכע מלך
אנטיוכוס בשוב הלוך ונסוע ללכת
למקדוניא׃ לדרכו ויצו אל פוליפוס
הפקיד ואל השוה׳ אשר עזב בארץ
יהודה לאמ׳ מרה תמחה את זכר ישראל
ויהודה מעל כל הארץ ואשר יזכור את
שמו יהודי הרגזהו אשר יאות להיות
מעמי ויזכור שמו וגוי חיזהו ויעשו בן
פוליפוס והשוים אשר עמו וישחיתו
כל אשר מצאו מעם יהודה וישראל וימת
כל אשר מצא שומר התורה מהם׃ רק
אשר ברחו עם מתתיהו בן יוחנן כהר
המודעית נמלטו שם עמו כי מתתיהו בן
יוחנן

tuis, filiis meis, pro ſancta lege tua jam interfectis, præparâſti & aliquam mihi hæreditatis particulam unà cum illis ibidem concede, tunc omnia te laudabunt opera tua atque ſancti tui tibi benedicent, ego quoque ſimùl cum ipſis te celebrabo, dum hæc dicebat Hanna & ad Dominum orabat, animam ſuam inter loquendum emiſit ſpiritumque exhalavit (21.) ac ſuper filiorum ſuorum cadavera corruens unà cum illis humi projecta jacuit.

CAP. VII.

POſteà Antiochus, rex, è Judæa profectus in Macedoniam reverti conſtituit atque interim Philippo, Judææ præfecto, cœterisque principibus, quos in ea provincia reliquerat, præcepit, ut memoriam populi Iſraëlitici ex omni regione illa penitus exſtirparent atque omnem eum, qui ſe Judæum profiteretur, interficerent; illum verò, qui ſeſe regis populo adjungeret ac ſe Græcum nominaret, ſalvum & incolumem dimitterent, Philippus igitur ac principes, qui cum illo erant, mandato huic regio obſecuti quoscunque ex Judaico & Iſraëlitico populo deprehenderant, interemerunt omnesque, quos legem Dei amplecti didicerant, è medio ſuſtulerunt, iis ſolùm exceptis, qui cum Mattathia, (1.) Johannis filio, in montem Modaith (2.) profugerant, hi enim unà cum illo ibidem ſervati ſunt, nam Matta-

(21.) In libro 2. Maccab. c. 7. v. 41. juxtà Vulgatam ſic legitur: noviſſimè autem poſt filios & mater conſumpta eſt, in Græco habetur: ἐσχάτη δὲ τῶν υἱῶν ἡ μήτηρ ἐτελεύτησε, Baduel ius ibidem id ſic expoſuit: poſtremo ſupplicio affecta (mater) vitam finiit.
(1.) Vid. Joſeph. Antiqu. l. 12. cap. 8. & l. 1. de Bell. Jud. c. 1. it. Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 1. c. 1. ut & Joſippi Epitom. pag. m. 11. & ſeqq.
(2.) Μωδεὶμ nominat Joſephus dict. c. 8. Modin appellatur 1. Maccab. c. 2. vid. & infr. h. lib. 3. cap. 23. n. 12. & l. 6. c. 6. num. 5. in Joſippi Epitome p. 11. ſcribitur, quòd Judæi etiam ad urbem Jericho profugerint.

יוחנן הכהן הגדול הרפת הגוים לא נשא
וישם את פניו לברוח מפניהם׳ ויהי
כראותו את שבר ישראל ואת צרתו
ויקנא ליי אלהי ישראל ויבך ויאמר אני
לי אמי כי ילדתיני לראות את שבר
עמי ונפלתי ולא אוכל קום׳ וישלח
את יהודה בנו בכל ערי יהודה בסתר
לאמר מי בכם ירא יי ומי ליי אלי
ויאספו עדת החסידים אליו ביד הזקן
ויבאו עמו אל מתתיהו אביו׳ ויאמרו
להם נותיתנו שלום בואכם מה לנו עוד
להרבות דברי עצות ואין פה כי אם
להתפלל לאלהינו להושיע את שאריתנו׳
ועתה חזקו ונתחזקה במלחמה ונמות
במלחמה באנשי ואל נמות כצאן לטבח
יובל׳ ויתחזק כלם על דברי מתתיהו
ואמרו איש אל רעהו איה שלחך יהודה
כי מושל בארץ גוי מקדון ומלך
אנטיוכוס

Mattathias, Johannis filius, (3.) ſummus Sacerdos, Gentilium opprobrium non tulit; ſed eorundem furorem fugâ evadere ſibi propoſuit, cùm itaque miſeriam & calamitatem populi Iſraëlitici animadvertiſſet, ad Zelum pro Domino, Deo Iſraëlis, commotus fuit ac lacrymans dixit? (4.) Heu mihi, mater mea, cur me peperiſti, ut calamitatem populi mei viderem atque ita caderem, ut reſurgere haud poſſim! dein filium ſuum, Judam, (5.) ad omnes Judææ civitates clanculùm miſit, ut diceret: quicunque ex vobis Deum metuit eumque colit, is ad me veniat, tunc multitudo piorum, (6.) valida manu congregata, Juda duce ad Mattathiam, ipſius patrem, venit, qui, poſteaquàm illis de felici adventu gratulatus eſt, eosdem ſic allocutus eſt: ecquid nobis multis verbis atque polixa oratione opus eſt? hic aliud nihil agendum erit, quàm ut ad DEum preces fundamus, quò reliquum populum ſervet, nunc itaque forti eſtote animo, bellum ſtrenuè geramus & in prælio, ut viros decet, occumbamus nec, ſicuti oves ad mactandum ductæ, moriamur, hiſce Mattathiæ dictis omnes ſumpſerunt animum ac ſe invicem cohor-

(3.) Hic Johannes filius fuit Simeonis, filii Hasmonæi, facerdos de vice Jobab Hieroſolymitæ, ab abavo ergo ejus Mattathias & poſteri ejus Hasmonæi plerumque in Hebræo vocantur; Maccabæi verò appellantur à Juda, Mattathiæ filio, qui Maccabæus fuit congnominatus, ſic Munſterus hìc in Not. in libro priecum Jud part. 2. p. mihi 47. col. 2. princ. editionis Amſtelodamenſis in Quarto חשמנאי dicitur, quod fuerit בן יוחנן i. e. filia Johannis, conſer. & ſuprà lib. 1. c. 21. num. 30. vid & infr. h lib. 3. cap. 9. num. 8. ubi plura de Maccabæi nomine.

(4.) Conſer. hic Joſippi Epitom. pag. m. 12.

(5.) Mattathias quinque habuit filios, nempe Johannem, qui cognominabatur Gaddis, Simonem, qui etiam Mathathias dictus fuit, Judam, cognominatum Maccabæum, Eleazarum, qui & Apphus & Jonathanem, qui appellabatur Abaron. vid. Joſeph. Antiq. l. 12. cap. 7. ac Munſter. in Not. h. loc. conſer. & cap. ſeq. 8. num. 8. & Joſippi Epitom. pag. 13.

(6.) Dum miſeri Judæi per præfectos, quos Antiochus per Judæam conſtituerat, ſic affligebantur, ut etiam multi propter timorem præcepta regis ſequerentur, probatiſſimi & generoſi, qui in Hebræo: חסידים i. e. pii, appellabantur, deteſtabile facinus execrantes patriis legibus adhæſerunt, mortem glorioſam magis eligentes, quàm ignominioſam vitam, inter quos fuerunt ſeptem fratres & Hanna, mater eorum, & mille illæ animæ, quæ in ſpelunca fumo fuerunt extinctæ, quod videntes Samaritæ negaverunt, ſe eſſe Judæos aut cognatos eorum & templum, quod in honorem Dei cœli in monte Garizin ſub Alexandro Magno conſtruxerant, jam in favorem Antiochi Cretæo conſecrarunt Jovi, vid. Joſeph. Antiq. dict. l. 12. c. 7. & 8. alleg. Munſter. in Not. h. loc. conſer. & cap. ſeq. 8. n. 9. & infr. c. 21. n. 3.

אנטיוכוס רב לך צרה בוה הדה תירבך
עם יהודה וראה איך תציל נפשך מגוי
מקדון ופרקית עולו מעל צואריך ומיי
העצה הזיי והלאה נפרק עול גוי מקדון
מעל עם יהודי כאשר הראה מנפלאות
אלהים המושיע אותם מידו׳ ויהי בשמוע
פוליפוס ושרי המלך הדבר הזה וכי
הפרוצי הגידו להם לאמר קצר מתתיהו
ובניו קשר על מלכות גוי מקדון ויכתו
את עם יהודה להתחזק להלחם עמם
והנם מחאוים על כבה׳ וישעו מאשר
היו שם ולבו אליהם לעלות אל הרר
בחיל כבד מאד׳ ויהי הם הולכי
ובלכתם מצאו בדרך במערה אחת עם
מיהודה כאלף איש ונשים וטף לרוב
והמה במערה ההיא שומרי את יום
השבת׳ ויבאו על פי המערה ההיא
ויאמרו להם צאו פה וחללו את השבת
ועשו את מצוי המלך וחיו ולא תמותו׳
ויענוהו לא נצא ולא נחלל את השבת
כי עדי עלינו היום השמים והארץ
כאשר קבלנו בסיני לקיים מצות תורתנו
ועתה אם יש את נפשכם להמיתנו
המיתנו כי לא נעשה מצות מלככם׳
ויצו פוליפוס ויכרתו עצים מהרר ויביאם
אל פי המערה ויתנו בהם אש ויצעקו
המערה פגיומה וימותו כלם בעשן׳

cohortati dixerunt: ubinam Deus tuus, Juda? nam Macedonum gens in terra tua dominatur & Antiochus, rex, te multis calamitatibus affligit, acue igitur gladium tuum, gens Judaica, ac diſpice, quomodo vitam tuam contrà populum Macedonum protegas & jugum collo tuo excutias. Quapropter ab eo die, quo conſilium iſtud initum fuit ac deinceps, gentis Macedonicæ jugum à populo Judaico diſruptum fuit, prout ex admirandis Dei operibus, quibus Judæos à Macedonum gente liberavit, videre licet: Cùm verò ad Philippum cœterosque principes regios ejus rei fama eſſet parlata (7.) atque improbi ex populo Iſraëlitico eis nuntiaſſent, quòd Matthathias ejusque filii adverſùs regnum gentis Macedonicæ conſpirâſſent & populum Judaicum incitâſſent, ut bellum contrà Macedones forti ſuſciperent animo jamque ad id parati eſſent, tunc caſtris ex eo loco, ubi erant, motis adverſùs Judæos profecti ſunt, ut montem illum ingenti exercitu coadunato ſubjugarent; accidit autem, cùm illi in itinere eſſent, ut in ſpelunca quadam (8.) mille homines ex populo Judaico, tàm viros, quàm mulieres unà cum parvulis multis deprehenderent, qui diem Sabbathi ibidem celebrabant, Macedones igitur ad os ſpeluncæ accedentes iisdem dixerunt: egredimini inde ac Sabbathum profanate regisque mandato obtemperate, ut vivatis nec moriamini: illi verò reſponderunt: non egrediemur nec Sabbathum profanabimus, nam cælum & terra hodiè teſtes ſunt nobis, quòd in monte Sinai præceptorum legis noſtræ obſervationem ſuſceperimus, quapropter ſi vobis viſum fuerit, ut nos morte afficiatis, interficite nos, præcepto enim regis obtemperare nolumus. Philippo igitur jubente arbores ex monte cæſæ & ad os ſpeluncæ admotæ ſunt, quibus dein ignis injectus fuit, unde ſpelunca interior fumo repleta eſt, quo omnes ſimùl extincti ſunt.

CAP.

(7.) Conſer hic Joſippi Epitom. pag. 12.

(8.) Vid. 1. Maccab. cap. 2. v. 31. & ſeqq. ac Joſeph. Antiqu. l. 12. c. 8.

CAP. VIII.

POsteà Philippus regiique principes inde progressi ad Mattathiam, sacerdotem, (1.) qui in monte Modaith fuit, pervenerunt, eumque armis instructum unà cum fratribus ac filiis suis paucisque piis ex populo Judaico deprehenderunt, quia cœteri fratres abierant, ut uxores & liberos suos in montem Modaith adducerent & quæ ad bellum necessaria essent, ibidem pararent atque instructi essent: Philippus autem præfectus & principes Antiochi, regis, primò quidem Mattathiæ pacis conditiones obtulerunt hisce verbis: audi, quæsò, Mattathia, Sacerdos, qui in honore & existimatione es (2.) apud populum tuum, obtempera regis Antiochi mandato, sic vitam servabis mortemque evitabis: sed Mattathias excelso respondens animo: ego, inquit, præceptum regis mei facio, vos regis vestri mandatum exequimini, sicuti is vobis præcepit; hæc ejus verba cùm regii principes audissent, contemptui illa habuerunt & risu ac subsannatione exceperunt nec ullo ea responso dignati sunt, quia id solùm agebant ac moliebantur, quanam ratione illum caperent & interimerent, prout cœteros pios interfecerant; unus verò ex improbis illis Judæis, filiis nequam, (3.) qui cum regiis principibus erant, dixit: valdè miror, quòd vos, regis principes ejusque milites tamdiu taciti sedeatis & Mattathiam, qui mandato regis adeò præfractè obtemperare recusat, inultum sinatis, hæc cùm dixisset, improbus iste evaginatô gladiô caput porci præcidit idque super altare, quod in templo regis Antiochi exstructum erat, in sacrificium obtulit & suprà aram posuit

וילך משם פוליפוס ושרי המלך אל מתתיהו הכהן בהר המודעית וימצאוהו חגור כלי קרב ואחיו ובניו עמו ומתי מעט מעדת ישראל התחזקים בי הלבי שאר אחיהם להביא את נשיהם וטפם בהר המודעית ולהתחזק שם ולהתאזר למלחמה׃ ויקדמו את מתתיהו הכהן הפקיד פוליפוס ושרי המלך אנטיוכוס ברברי שלום לאמר שמע נא מהתיהו הכהן אתה איש נכבד בעמך עשה את מצוי אנטיוכוס והחיה ולא תמות׃ ויען מתתיהו בגובה לבו ויאמר אני את מצות מלכי אני עושה ואתם עשו את מצות מלככם באשר צוה אתכם׃ ויהבולו שרי המלך את דבריו וישחקו וילעגו עליהם ולא ענוהו דבר כי אם היו הושבים ומשתאים איכה ילבדוהו ויהרגוהו כאשר הרגו יתר החסידים׃ ויען אחד מהיהודים הפריצים ובני הבליעל אשר היו עם שרי המלך ויאמר המה אני מאד משרי המלך ומחילו עד מהו תתרושו למתתיהו ולא העשו נקמה בו אשר העז פניו לבלתי עשות מצות המלך׃ ובדברו כן הפריץ וישלוח את חרבו ויהו ראש הזוי אחד ויקחהו וילך אל המזבח אשר בב להיכל המלך אנטיוכוס לזבוח עליו וישם

(1.) Confer. Egesipp. de Bell. Jud, seu Excid. Hierosol. lib. 1. cap. 1.

(2.) Convenit ferè hic Josippi Epitome pag. m. 13. & seq.

(3.) Vid. 1. Maccab. c. 2. v. 23. & Joseph. Antiq. l. 12. c. 8. confer. etiam Josippi Epitom. p. 14. & seq.

וישם את ראש החזיר על המזבח ויקטר אותו לפסילי אנטיוכוס ולצלמיו ויעלהו על המזבח ההוא וישרפהו כמשפט העולות אשר הוו נקרבות על מזבח הקדׁ ומתתיהו צופה מהתר ודואה׃ וירא מתתיהו את מעשה הפרין ויקנא לאלהיו ויקצוף וחבער בו חמתו וישלוף חרבו וילך על המזבח ההוא ויבה את הפרין בחרבו על צואריו ויגבה את ראשו לעוף השמים למעלה ויפול הראש לפני שר המלך אשר נגש לדבר עם מתתיהו וגויפו נפל על המזבח אשר היה עומד עליו להקטיר וישרוף באש בו עם גוף החזיר׃ ואת השר שדי העומד שם שסע מתתיהו בחרבו וארץ יתר השרים שהיו אתו הכריה ורבים מהמונם אשר שם הפיל׃ ויתקע מתתיהו בשופר ויזעק את עם יהוׁ לבוא אליו ויהן אורׁ מלחמׁ וגבורה הוא מתתיהו הכהן הגדול אשר הרי יד התלה במלכי יון והוא אשר צוה את ישראל להלחם בשבת והיא יעמד לנו מלין והוא אשר עמר להושיע מגוי מקדון בימים הזהם׃ והוא בתר עוד

posuit illudq; in honorem idolorum Antiochi ejusque imaginum adolevit atque eodem ritu, quo sacrificia suprà sanctum altare offerri solebant, incendit, Mattathia, qui in monte erat, inspectante atque oculis suis cernente; Mattathias autem, cùm improbi istius factum videret, Zelo Dei & irâ commotus gladium eduxit & ad altare prosiliens improbum istum interemit (4.) atque caput cervice abscissum volucribus cœli in sublime exposuit, quod posteà ad pedes regii principis, qui accesserat, ut cum Mattathia loqueretur, provolutum est; ipsum verò improbi istius truncum corpus suprà altare, juxtà quòd ille sacrificaturus steterat, cecidit & simùl cum corpore porci igne consumptum, fuit, Principem quoque (5.) ibidem stantem gladio interfecit Mattathias, atque cœteros principes, qui cum illo erant, in fugam vertit multosque ex eorundem satellitibus, ibidem stantibus, interemit populumque Judaicum tubæ clangore convocavit, ut ad se veniret, hoc belli & fortitudinis signum ab eo datum fuit, hic est ille Mattathias, Summus Sacerdos, qui primus Græcorum regno sese opposuit, is ipse populo Israëlitico præcepit, ut die Sabbathi (6.) bellum gererent, hic sese intercessorem (7.) pro nobis constituit, denique is ipse fuit, qui populum Judaicum à Macedonum gente tunc temporis liberavit, prout amplius in libro sexto, qui verus Josippi liber est, quem Josephum, Sacerdotem, Gorionis, Sacerdotis

(4.) Consentit Josippi Epitom. pag. 15. confer. & Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 1.

(5.) Hunc Appellem, seu, ut alii codices, Apollonium fuisse dictum scribit Josephus Antiqu. lib. 12. c. 8. in Josippi Epitome pag. 16. refertur, quod ipse Philippus à Mattathia interfectus sit: sed Josephi narrationem veriorem puto.

(6.) Vid. Josephi Antiq. l. 12. c. 8. & Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 1.

(7.) Sic dictionem מליץ, quæ hic habetur, vertere volui, communiter interpretantur: oratorem, legatum, interpretem, &c confer. Genes. c. 42. v. 23. & 2. Paralipom. cap 32. v. 31. ac Esai cap. 43. v. 27. ibique R. Salom. & Lxx. interpretes Munsterus locum hunc ita transtulit: se (Mattathiam scil.) rationem redditurum pro nobis, posses etiam dictionem hanc Græco μεσίτης vocabulo hic non incommodè exprimere, hùc facit 1. ad Timoth. cap. 2. v. 5 & ad Galat. c. 3. v. 19. sic Christus, mediator noster, advocatus & intercessor est apud Deum patrem, ὃς ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, ad Rom. c. 8 v. 34. vid. infr. l. 5. c. 7. num. 6. & c. 38. n. 3. it. l. 6. cap. 20. n. 15.

עוד על הספר השני הוא ספר יוסיפון באמרת הנקרא בשם יוסף הכהן בן גורין הכהן׳ ויצא מהתידו ממבצריו ובניו חמשה עמו ועמהם עדה מהחטופים גדולה מאד׳ וירדפו מההר וירדפו אחרי הפריצים הפריצים ואת החטאים המחטיאים את ישראל ויכום ויכתום עד בלי השאיר להם שריד ופליט בארץ׳ ויחולו כל הילדים הנמצאים או בעם יהודה וישראל ויעש יי תשועה גדולה לישראל על ידו׳

tis filium vocant, ſcriptum reperitur. Mattathias itaque & quinque (8.) filii ejus ac præterea magna piorum (9.) turba ſimùl cum illis ex locis munitis egreſſi relicto monte in planitiem deſcenderunt atque improbos illos graſſatores, qui populum Iſraëliticum ad peccandum induxerant, perſecuti ſunt eosque ita conciderunt & attriverunt, (10.) ut nullæ iisdem ſupereſſent reliquiæ & effugia in terra Judaica; pueri autem omnes, qui tunc temporis in populo Judaico & Iſraëlitico reperiebantur, circumciſi fuerunt, (11.) ſic Deus Iſraëlitis magnam ſalutem per Mattathiam attulit.

CAP. IX.

ויקרבו ימי מתתיהו למות ויקר׳ את המשרת בניו ויהוקם ויאמצם בדבריו ויאמר להם בני אני ידעתי כי עתה יתגדו מלחמות גדולות ביניכם על אשר קמנו ונתעוזר להלחם בעד עמנו ובעד יתר פליטתינו ובעד ערי אלהינו ועתה בני קנאו קנאת אלהיכם וקנאת מקדשו ולא תגורו מן המות כי אם תמותו במלחמת יי׳ תקבלו שכרכם והייתם באדץ החיי עם אבותינו גם כי הנחלו חלק וגחלה בגורל הלקם כי כל אבותינו קנאו

Mattathias autem morti vicinus (1.) quinque filios ſuos convocavit iisque animum addidit (2.) hiſce verbis: Ego, ô filii mei, probè novi, quòd atrociſſima jam vobis inſtent bella, quia pro populo noſtro ejusque reliquiis, quæ adhûc ſuperſunt, & pro urbibus Dei noſtri arma cepimus, nunc itaque, filii mei, Zelo ergà Deum veſtrum ejusque Templum animati mortem nequaquam timete, ſi enim in præliis Domini occubueritis, mercedem veſtram accipietis & in terra viventium cum patribus noſtris eritis & in ſorte hæreditatis illorum vos quoque partem ac poſſeſſionem accipietis, omnes enim patres noſtri Zelum ergà Dominum habuerunt, Deus quoque noſter iisdem gratiam

(8.) Eorum nomina vid. 1. Maccab. c. 2. v. 2. & ſeqq. ac Joſeph. Antiq. lib. 12. c. 8. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 1. vid. & ſupr. h. lib. cap. 7. num. 5. & Joſipp. Epitom. pag. 16.

(9.) Hi Aſidæi juxtà Hebr. חסידים vocantur ab Egeſippo lib. 1. de Bell. Jud c. 1. confer. & ſupr. h. l. 3. cap. 7. n 6. & infr. cap. 13. n. 1.

(10.) Vid. Joſippi Epitom. dict. pag. 16.

(11.) In eod. Joſippi Epitome pag. 16. additur, quòd Mattathias etiam templum Hieroſolymitanum purgaverit & Dei cultum reſtauraverit.

(1.) Vid. 1. Maccab. c. 2, v. 49. & ſeq. ac Joſeph. Antiq. l. 12. c. 8 & Egeſipp. de Bell. Jud. l. 1. cap. 1. ac Joſippi Epitom. pag. 17.

(2.) Exhortatio Mattathiæ ergà filios ſuos paulo prolixior habetur 1. Maccab. cap. 2. confer. & Munſter. hic in not.

קנאו לי׳ ויתן להם שלומי הן וכבוד והלא תדעו כי פנחס אבינו על קנאתו לאלהו ישראל בדרגו את זמרי עם המדינית קבל ברית מלח עולם והיה׳ בהנתו לו ולזרעו אחריו ברית עולם תחת אשר קנא לאלהיו ויכפר על בני ישראל וי׳ אלהינו על בבה נשאו עד כל בני אדון אבינו הראשון ויתן לו את בריתו שלום גם כל אבותינו אשר קנאו לאלהינו נתן אלהים שברם וימאנו תן בעיני יי׳ ועתה בני הוקו ואמצו ואל תראו ואל תערצו מפני הגוים השמאים ואלה׳ כי הם יבטחו בבהם הבלה ובגבורתם הספה ואתם הבטחו בבח יי׳ אלהינו אשר לא יבלה ובעזו גבורתו אשר לא תסוף׳ גם כי הם יבטחו ברוב גדודיהם וחילם ואתם הבטחו ביי׳ אשר אתו אומץ וכח להושיע רב או במעט ושקר כח הסים להכזיבה כי ליי׳ התשועה׳ הקבצו בני והיו באיש אחד ובלב אחד וקנאו לאלהי ישר׳ כאשר עשו אבותיכם החסידים ויי׳ אלהי מעזכם הוא יתן פחדכם ומוראכם על אויביכם׳ ויקרא לשמעון בנו הגדול ויצוהו ויאמר אליו בני אני ידעתי כי נתן יי׳ חכמה ודעת בלבך ועתה תכויב ברצון שלם את עצתך לעצמך ולעם הקדש ול נא תחשוך עצתך ועצתך מאת העם תהה והיית לאזניך לאב ואליך ישמעו

tiam atque gloriam dedit, annon cognitum vobis eſt, quòd Pinehas, (3.) pater noſter, qui Zelo Dei Iſraëlis animatus Zimrim cum Midianitide interfecit, in æternum fœdus receptus ſit & tàm ipſi, quàm illius poſteritati ſacerdotium perpetui pacti nomine datum ſit, quia Zelum pro Deo ſuo ſuſcepit eumque hac ratione populo Iſraëlitico placatum reddidit, quare etiam Dominus, Deus noſter, eundem omnibus Aaronis, primi parentis noſtri, filiis prætulit illumque pacis fœdere ſibi junxit, Deus quoque patribus noſtris, qui Zelum pro eo habuerunt, mercedem præſtitit illosque in gratiam ſuam recepit; nunc itaque, filii mei, viros vosmet præſtate ac fortem gerite animum nec metuite aut formidate gentes illas impuras, hæ enim in viribus ſuis, quæ fluxæ ſunt, & in potentia ſua, quæ vana eſt, ſpem habent poſitam, vos autem potentiæ Divinæ, quæ nunquam deficit, ejusque præſtanti fortitudini, quæ nunquam finitur, confidite, illæ in multitudine copiarum ſuarum atque militum ſperant; vos autem in Deo, qui tàm multis, quàm paucis copiis ſervare poteſt, fiduciam reponite, nam robur equi ſæpè fallit (4.) nec ſaluti eſt; à Domino verò ſalus venit, (5.) concordes eſtote, filii mei, atque unanimes Zelumque pro Deo Iſraëlis gerite, prout pii patres veſtri fecerunt, ſic Dominus Deus, fortitudo veſtra, hoſtes veſtros metu & pavore conſternabit. Poſteà Simeonem, filium ſuum, natu maximum, vocavit eumque ſic allocutus eſt: novi, mi fili, quòd Dominus ſcientiam ac ſapientiam cordi tuo indiderit, nunc itaque prompto animo & te & populum ſanctum conſilio adjuva nec temet conſiliumque tuum populo iſti ſubtrahe; fratribus autem tuis ſis parentis loco, ipſique in omnibus tibi obtem-

(3.) De quo vid. Numer. cap. 25. verſ. 7. & ſeqq. ibique R. Salom. not.

(4.) Vid. Pſalm. 33. v. 17. ad quem hic reſpicitur.

(5.) Vid. Proverb. cap. 21. verſ. 31. qui locus hic allegatur.

ישמעו לכל דבר כי עצה וחכמה וגבורה
נתן בך יי אלהינו׳ ויאמר עוד מתחית
קראו לי את יהודה בני ויקראהו אליו
ויעמוד לפניו׳ ויאמר לו בני יהודה
הנקרא שמך מכבאי ע״כ גבורתך שמע
לעצתי ובכל אש׳ תפנה השכל ותצליח
אני ידעתי כי איש מלחמות אתה׳
והאלהים נתן בך כח וגבורה ולבן כלב
האריה אש׳ לא ימס ולא יגור׳ ועתה
בכד ארץ יי׳ מבחך אשר נתן לך כי
ממנו הכל ונצא ולחום ארץ מלחמ היך
בלתי עצלה ואל התעצל ללכת בכל ויזח
ובכל פאה במזרח ובמערב בצפון ובדרום
בארץ הקדושים לקדת נקמה מיד הגוים
המטמאים אותה והיה לעם הקדש שר
צבא ולמשוח מלחמה׳ ויען יהודה את אביו

obtemperent, (6.) Dominus quippe, Deus noſter, conſilio ſapientiâ ac fortitudine te inſtruxit. Dein Mattathias ampliùs dixit: vocate mihi Judam, filium meum, (7.) qui, quùm vocatus coràm ipſo ſtetiſſet, eundem ſic allocutus eſt: Juda, mi fili, qui nomine tuo Maccabæus (8.) propter fortitudinem tuam vocaris, audi conſilium meum, ſic in omnibus, quæcunque aggreſſus fueris, prudens ac felix eris, novi, quòd vir bellicoſus ſis, quodque Deus robur ac fortitudinem tibi dederit & quòd cor tuum ſit inſtar leonis, qui non formidat nec metuit, nunc itaque fortitudine hac tua, quam Dominus tibi dedit, eundem honora, ab illo enim omnia proveniunt, egredere igitur & bella ejus impigrè gere ac ſine mora ulla ad omnes terræ ſanctæ angulos atque oras orientem, occidentem, ſeptentrionem ac meridiem verſùs proficiſcere gentesque, quæ illam polluunt, ulciſcere & in ſancto hoc populo ducis & imperatoris bellici (9) munere fungere, ad hæc Judas

(6.) Sive: audiant, alluditur autem hic in Hebræo ad nomen Simeonis, quod audicum & obedientiam denotat.

(7) Confer. Egeſipp. de Bell. Jud. ſeu Excid. Hieroſol. lib. 1. cap. 1. ac Cornel. Gualterus in Ejusd. Egeſippi Præfat. ubi principum & Pontificum ſeriem poſt mortem Jechoniæ regis recenſet.

(8.) Hebr. מכבאי, ita hic apud autorem noſtrum; Munſterus ſine א legit: מכבי, unde autem vox iſta Hebraica derivetur, non conſtare ſcribit idem Munſterus hic in notis ſuis, neque enim in Hebraiſmo aut Chaldaiſmo כבא vel מכב aut נכב invenitur ſignificare fortitudinem; quòd autem Simeon & poſteri ejus usque ad Herodem, Idumæum, Maccabæi vocentur, id non eſt à Jehuda Maccabæo, cum ab eo non deſcenderint; ſed propter fortia & egregia facta nomen iſtud retinuerunt, Hebræi conſtanter eos vocant Haſmonæos; nonnulli nomen iſtud per abbreviaturam, quæ ר״ת abpellatur, Judæ inditum ex eo putant, quia ejus teſſera militaris fuerit dictum illud: מי כמוך באלים יהוה i. e. quis ſicut tu inter Deos, ô Domine, ubi ſingulæ litteræ initia les conjunctæ efficiunt מכבי, confer. Buxtorf. in Abbrev. & Fuller. lib. Miſcell. Sacr. 2. cap. 23. vid. & ſupr. h. lib. 3. c. 7. num. 3. & n. 14. h. cap. alia nominis iſtius ratio adducitur in libro Precum Jud. part. 2, p. m. 47. b. med. editionis Amſtel. in Quarto.

(9.) Ita hic Latine exprimere volui משוח מלחמה i. e. unctum belli vel ad bellum, Gloſſa Judaica ad hunc locum ita notavit: mos fuit apud patres noſtros, ſtante adhuc templo, ut duo Pontifices ungerentur, alter ſummus fuit Sacerdos, ſicuti in lege ſcriptum reperitur: & ſummus Sacerdos ex fratribus ejus &c. alter fuit unctus ad bellum משוח מלחמה, hic ſemper cum populo Iſraëlitico in bellum profectus eſt, contra hoſtes atque Urim & Tumim arcamque fœderis ſecum portavit, ejusmodi ducem ſeu imperatorem Mattathias hic conſtituit filium ſuum, Judam Maccabæum, qui propterea dictus eſt משוח מלחמה, hactenus Gloſſa illa, confer. & infr. h. lib. 3. cap. 13. num. 14. & lib. 6. c. 19. num. 2. it. quæ Wilh. Schikard. in jure Reg. Theor. 18. fol. 140. notavit.

אביו ויאמר הנני אדוני אבי ועשיתי ככל
אשר צויתני׳ ויצו ויביאו אליו את פך
השמן וישפוך על ראשו וימשחהו לנגיד
ולמשוח מלחמה ויריעו כל העם תרועה
גדולה ויתקעו בשופר ויאמרו יחי הנגיד
גם יחי המשיח׳ ויוד כבלותו מתחיתו
הכהן לצור׳ את בגוד ויגרע ומשח ויאסף
אל עמיו׳ ויקם יהודה בנו הגבור מבני
ע״כ שם גבורתו תחתיו מבניו לנגיד
ולמשיח ועזרהו אחיו וכל בית אביו
וכל עדת החסידים ויקבור את אביו
בכבוד גדול׳ ואחרי כן לבש יהודה
שריון קשקשים בגבור ויחגר את כלי
מלחמותי ע״כ מתניו וירד על העירים
התחנים כביצורה תחר אשר באו עליו
ללכדו ויך בהם ח׳ אלפים ומאתים
גבורי מגבוריהם וישפוט את ישראל
בחרבו ויבריח מהם הפריצים ויכלם
וימשם לארץ הזרים אשר בכל גבול
ישראל׳ ויתעמו הרשעים מפחדו
ויתבהלו כל עושי על ממראו ותיח כי
יצעק ויהי קולו כקול שאגת אריה ביום
אשר ישאג לטרוף טרף וישמח כל
ישראל

das patri ſuo ita reſpondit: en me paratum, Domine parens, ad omnia peragenda, quæ mihi præcepiſti; Mattathias igitur cornu (10.) oleo repletum adferri juſſit idque ſuper caput Judæ effudit (11.) atque illum in ducem & imperatorem unxit, quo facto tubarum clangor ac læta univerſi populi acclamatio exorta eſt, dicentis: vivat dux, vivat imperator! Mattathias autem, Sacerdos, cùm hæc filiis ſuis præcepta dediſſet, exſpirans diem obiit ſupremum (12.) & ad populum ſuum collectus eſt. (13.) Judas itaque, filius ejus, ob fortitudinem ſuam Maccabæus (14.) dictus, eidem in ducis & imperatoris munere ſucceſſit; fratres autem ejus & univerſa domus paterna omnisque piorum multitudo ipſi fuit auxilio; ille verò patrem ſuum magnâ funeris pompâ extulit eumque terræ mandavit. Poſteà Judas loricam induens ſquamatam, uti virum fortem decuit atque enſem lateri accingens, è monte, qui ab incircumciſis undique obſidebatur, quemque ipſi in ſuam redigere poteſtatem conabantur, deſcendit factoque in illos impetu octo millia ac ducentos viros fortiſſimos interemit: ſic populum Iſraëliticum gladio ſuo tutatus eſt, (15.) eumque ab improbis repurgavit, & alienigenas, qui per omnes populi Iſraëlitici fines diſperſi erant, humi conculcavit atque interfecit; quapropter illius terrore impii fuerunt conſternati omnibusque improbis pavor injectus fuit, nam Judæ inclamantis vox erat inſtar rugi-

(10.) Lenticulam olei ſic communiter vertunt Hebraica: פך השמן in Joſippi Epitome pag. 17. nominatur קרן השמן, i. e. cornu olei.

(11.) Confer. Joſippi Epitom. dict. pag. 17.

(12.) Vid. Joſeph. Antiqu. l. 12. c. 9.

(13.) Illius principatus uno duravit anno, qui à conſtructione templi ſecundi fuit annus duocentesimus & duodecimus, ita Munſterus hic in not. confer. etiam Joſippi Epitom. pag. 17.

(14.) Confer. id. Joſeph. dict. cap. 9. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 1. it. Egeſipp. de Excid Hieroſol. lib. 1. c. 1. vid. etiam, quæ ſupr. h. cap. 9. n. 8. notata ſunt.

(15.) Juxta Hebræum: וישפוט: judicavit, Joſephus Antiqu. l. 12. c. 9. ſcribit, Judam patri ſuo ſucceſſiſſe in gubernatione rerum anno centeſimo & quadrageſimo ſexto, regni ſcil. Græcorum, idem habetur & in Vulgata editione Latina, vid. Munſterus in Not. h. loc.

ישראל בפעלו וישישו במעשדו ויבה׳ העולם משמעו׳ אז נבהלו מלכים גדולים ואדירים ממנו ואילי הארץ ומלביה׳ אחומו רעד ויצא שמו בגוים עד סוף כל הארץ׃ ויגיעו ספורי נפלאותיו מלחמותיו וגבורותיו גבורותיו עד קצות הארץ וכאשר נאמף את עמו הללוהו ובבדוהו כל ורץ ישראל ויאמרו לאמר רוח י׳ הניחנו וישב בסחר עליון ובאל שדי יהלונן החת עין החיים׃ וילך מעיר לעיר ויהרוג את כל הרשעים אשר בעם יהודה המכלים את עם ישראל׃

rugitus leonis, prædæ inhiantis. Univerſus itaque populus Iſraëliticus ob præclara illius facinora gaviſus atque lætatus eſt: cœteri autem homines ad ipſius famam conturbati ſunt & maximis ille regibus ac potentiſſimis principibus terrori fuit ejusque nomen per totum terrarum orbem inclaruit, & bellorum rerumque ab ipſo egregiè ac fortiter geſtarum fama ad fines usque terræ pervaſit; poſteaquàm verò diem obiit ſupremum, (16.) omnis eum populus Iſraëliticus honore ac laudibus extulit, hoc præconio: quieſcat in ſpiritu Domini & in occulto altiſſimi ſedeat (17.) atque in umbra fortiſſimi ſub arbore vitæ recumbat! ille autem, dum adhùc in vivis erat, in ſingulas urbes profectus, improbos omnes in populo Judaico, qui Iſraëlitas lacesſebant, interfecit.

CAP. X.

וישמע אפולאנוס שר צבא מקדון את הדברים האלה ויפלא בעיניו ויאמר מי הוא זה אשר מלאו לבו למרוד עם אדונינו המלך אנטיוכוס׃ ויאסוף עם רב מגבורי מקדון ויבא עמהם להלחם ביהודה ועדת החסידים ויצא יהודה לקראתו ויתגר מלחמ׳ גדולה בין גוי מקדון ועדת החסידי ויהי בהלחמם ויראה יהוד׳ את אפולאנוס עומד בתוך גושאי גם מקדון והגלם׃ וירץ אליו בחמת כחו

ApOllonius (1.) verò, exercitus Macedonici dux, cùm ejus rei fama ad eum eſſet perlata, valdè admiratus dixit: ecquisnam iſte eſt, qui in animum induxit ſuum, ut contrà Dominum noſtrum, regem Antiochum, arma caperet? quapropter ille collecto ex fortiſſimis Macedonibus ingenti exercitu, adverſùs Judam piorumque cœtum profectus eſt, ut cum eo manus conſereret; quo cognito Judas quoque copias contrà illum eduxit, unde atrociſſimum inter Macedonicam gentem piorumque cœtum exortum eſt prælium; Judas autem, cùm in conflictu Apollonium inter eos, qui vexilla Macedonum eorumque ſigna ferebant, ſtantem conſpi-

(16.) Hæc & quæ ſequuntur usque ad finem hujus capitis in Munſteri codice non leguntur & videntur ab interpolatore Judæo adjecta eſſe.
(17.) Vid. Pſal. 91. v. 1. ad quem hic reſpicitur.
(1.) אפולאנוס i. e. Apolianus, ſic in noſtro codice; ſed cum Munſtero legendum puto: אפולוניאוס i. e. Apollonius, ita & 1. Maccab. 3. & apud Joſephum lib. 12. Antiq. c. 10. vocatur, ac ſcribitur, Apollonium iſtum fuiſſe ducem Samariæ; in Joſippi Epitome pag. 18. nominatur פלוניאוס; ſed & ibidem præmittenda erit, conſer. & Munſter, Not. h. loc. & infrà lib. 3. c. 13. n. 21.

כהו בתוך עמק המלחמה ויך במקדונים מימינו ומשמאלו ולפניו ויפל את גבורי מקדון באשר יפל הקוצר את שלומיהו ואת עמרי קציריו ויבא עד אופליאנוס ויכהו בחרבו וימת׃ והנו יונים ערף ליהודה וינוסו וירדפום יהודה ועמו ויכום מכה רב׳ ויקחו את כל שללם׃ ויקח יהודה את הרב אפולאנוס וילחם ברב כל ימי חייו׃ וישנוע עוד פרון שר צבא מקרון את שמע יהודה ויאמר אעשה לי שם ואלחם ביהודה ואלחם ביהודה ואשוף את כל עמו והילו ויבא עד בית חורון׃ ויגד ליהודה ויאמר יהודה אין לנו להתאחר נצא אליהם ואף כי הלכו אחינו מעדת החסידים מעמנו ואם נקוה עד בואם הנר׳ עתה׳ יאמרו צרינו כי אנחנו יראים מהם׃ וילך יהודה לבוא אליהם כל הלילה׳ ויהי לאור הבקר וירא לפניהם עם רב ועצום והמון גדול׃ ויאמר אל יהודה אנשיו התולים אתו איכה נוכל להלחם בהמון הרב הזה ואנחנו מתי מעט׃ ויאמר אליהם יהודה קראו אל י׳ התושעו כי ליי׳ המלוכ׳ והושועד׳ ויבא יהוד׳ פתאום המחנה וילג עליהם פתאום ויחגר בם מלחמה ויבא בתוך מחניהם ויצעק אל י׳ הושועה ויתבהל סרון ובל עמו ויגס וירדוף יהודה אחריו ויבוקהו ויכהו גם סלה

conſpiceret, animi fervore concitatus ſummis viribus adverſùs illum in confertiſſima hoſtium turba impetum fecit, & ab utroque latere ſimùl & à fronte Macedones percutiens fortiſſimos quosque ex illis proſtravit, non ſecus, ac meſſor manipulos & ſpicas demetere ſolet, & ad Apollonium usque perrumpens eundem gladio interemit; (2.) quo facto Græci terga Judæis obverterunt fugamque arripuerunt: aſt Judas ejusque populus eosdem perſecuti maximam illis cladem intulerunt omnique eorum prædâ potiti ſunt; Judas verò Apollonii gladium nactus eo per omne vitæ ſuæ tempus in bello uſus eſt. Verùm Seron (3.) exercitus Macedonici (4.) dux, cùm Judæ fama ad illum perlata eſſet, dixit: faciam mihi nomen & cum fortiſſimo Juda prælium inibo, quapropter univerſo populo ſuo ac militibus congregatis ad Bethoron usque progreſſus eſt; Judas verò, cùm id ei nuntiatum eſſet, dixit: haud quaquam nobis cunctandum eſt, egrediamur adverſùs eos, etiamſi nonnulli fratrum noſtrorum è cœtu piorum abierint, ſi enim, donec illi hùc redierint, exſpectaverimus, hoſtes noſtri factum iſtud ignaviam interpretabuntur & ipſorum metu id fieri dicent: quamobrem Judas, ut illos repentè invaderet, tota illa nocte iter fecit, illuceſcente autem die populum ingentem ac validum vidit, & maximam vim hominum conſpexit; tunc viri illi, qui cum Juda venerant, ei dixerunt: quomodo adverſùs copias haſce tàm numeroſas pugnare poterimus nos, qui pauci admodùm ſumus? Judas autè iisdem reſpondens: invocate, inquit, Dominum, is vos ſervabit, nam penes illum regnum eſt ac ſalus; his dictis Judas hoſtium aciem à latere repentè adortus prælio cum ipſis dimicavit & in media illorum caſtra perrumpens cla-

(2.) Conſer. hiſt. Joſippi Epitom. pag. 18.
(3.) Vid. 1. Maccab. c. 2. v. 13. & Joſeph. Antiq. l. 12. c. 10. hunc Seronem inferioris Syriæ ducem fuiſſe idem ſcribit Joſephus dict. loc.
(4.) Hebr. קדון, ſic in noſtro codice; ſed Munſterianus habet: ארם i. e. Syriæ, quæ lectio etiam alteri præferenda videtur, vid. num. antec. 3.

mavit: penes Deum salus est; hinc Seron ejusque exercitus omnis consternatus & in fugam conjectus est, dein Judas Seronem persequens comprehendit eumque interfecit & fortissimum quemque ex illius militibus prostravit, humumque multis interemptorum cadaveribus replevit, ac terrorem omnibus gentibus (5.) injecit.

CAP. XI.

ANtiochus autem rex, cùm hæc audisset, irâ commotus (1.) universum populum suum omnesque gentes, quæ sub imperio ejus erant, collegit, maximas sanè ac validissimas copias, totamque multitudinem atque exercitum dividens dimidiam quidem illius partem ipse secùm in Persiam duxit; (2.) (nam Persarum gens, cùm audisset, populum Judaicum contrà Antiochum arma sumpsisse, à Macedonum defecerat imperio) alteram verò partem Lysiæ, qui magnæ vir autoritatis (3.) ac regiæ cognationis ex gente fuit Macedonica, tradidit, eique mandata dedit hisce verbis: notum tibi est, quid Judas, Mattathiæ filius, adversùs me duosque duces meos præstantissimos (qui mihi in universa ditione mea auxilio erant atque emolumento) & adversùs eorundem copias perpetraverit; nunc itaque omnem Judæorum terram devasta eorumque urbes everte, en filius meus, rex Eupator, (4.) tecum erit; ego verò in Persiam proficiscar, exterminaturus incolas ejus, quia à me defecerunt. Antiochus itaque rex in Persiam belli gerendi causa abiit; Lysiam verò, filii sui nutricium, (5.) reliquit

(5.) Hebr. אשר התהר ממשלתם i. e. quæ sub eorum imperio erant, ita in Munsteri codice hic additum est.

(1.) Vid. 1. Maccab. c. 3. v. 27. & Joseph. Antiq. l. 12. c. 11.

(2.) Anno centesimo quadragesimo septimo, ita Josephus dict. lib. 12. c. 11.

(3.) Confer. Josippi Epitom. pag. 18.

(4.) De hujus rebus gestis vid. 2. Macc. b. c. 10. v. 10. & sequ. it Joseph. lib. 1. de Bel. Jud. c. 1. confer. & cap. seq. 12. n. 10.

(5.) Munsterus dictionem: אומן quæ hîc in Hebræo habetur, vertit: pædagogum.

סלה את כל אבירי מחנהו ויפל מהם פגרי מתים רבי ויפל פחד יהודה על כל הגוים׃

וישמע אנטיוכוס המלך את הדברים האלה ויקצוף מאד ויאסוף את כל עמו ואת המון כל הגוי אשר תחת ממשלת ידו עם רב ועצום מאד ויחלק את כחו עמו ויחילו ויקח לו את חצי החיל וילך אל ארץ פרס כי אז פשע גוי פרס מהתחת יד מקדון בשמעם כי פשע עם יהודה באנטיוכוס׃ ואת חצי החיל נתן אל ליסיאה והוא היה איש גדול ממשפחת המלך מורע המקדונים ויצודע ויאמר לו אתה ידעת את כל אשר עשה לי יהודה בן מתתיה ואשר עשה לשני שרי הגדולי אשר היו לי בכל ארצי לעזר ולהועיל בבל מלחמה ואשר עשרה לצבאותיהם׃ ועתה לך והכית את כל ארץ יהודה והחרמת את עריה׃ והנה עמך מלך באופטר בני ואני אלך אל ארץ פרס ואגרש את גוי פרס תת׳ אשר פשע

quit eique præcepit, ut in Judæorum terra bellum gereret. Quapropter Lysias, cùm expeditionis illius comites Ptolemæum, (6.) Nicanorem, (7.) ac Gregorium, (8.) viros fortissimos, elegisset, è Macedonia cum tribus hisce principibus præstantissimis profectus est, ac castris subinde motis tandem ad fines terræ Judaicæ pervenit: cùm igitur non procùl à regione illa abessent, Lysias cum tribus illis viris fortissimis 40000. pedites (9.) ac 7000. equites, lectissimos juvenes, misit, ut Judæorum terram invaderent, eisque Nicanorem, principem, præficiens præcepit, ut quamprimùm cum Juda prælium inirent; ipse verò in Macedoniam reversus est, quia secùm cogitaverat, certè terræ Judaicæ pulvis haud sufficiet ungulis equorum exercitus illius, quem eò misi, cur itaque hic otiosus sedeam? præterea copiis istis accessit quicquid erat virium in Syria ac Palæstina, hæ omnes copiæ simùl ad vastandam Judæorum terram venerunt. Judas verò cunctique seniores populi Israelitici, cùm id audissent, in maximo fuere luctu, atque jejunium indixerunt, & saccos (10) induti cineribusque capita conspersi ad Dominum clamârunt; Jejuniô autem peractô Judas universum recensuit populum, eisque tribunos, (11.) centuriones, quinquagenarios principes (12.) ac decuriones (13.) præfecit & exercitum in campum eduxit, ut Macedonum genti obviam iret: postea in

ויסע בי׳ וילך אנטיוכוס המלך את פרס להלחם בה׳ ויעזב המלך את ליסיאה אומן לבנו ללכת להלחם בארץ יהודה׃ ויבחר ליסיאה את טולמיאוס ואת ניקנור ואת גריגריאוס ללכת עמו והמה אנשים גבורים ויסע ליסיאה׃ מקדוניאה עם ג׳ השרים הגבורים הנזכרים ללכת הלוך ונסוע עד בואם אל גבול ארץ יהודה׃ ויהי כקרבם אל הארץ הרי וישלח ליסיאה עם ג׳ הגבורים הנזכרים ללכת הלוך ונסוע עד בואם אל גבול ארץ יהודה ומ׳ אלף איש בהורים רגלים עושי מלחמה׃ ושבעת אלפים פרשים׃ ויפקד עליהם את השר ניקנור ויצום ללכת להלחם ראשונה עם יהודה׃ והוא שב למקדונים כי את׳ לא יספק עפר ארץ יהודה לרגלי סוסי החיל אשר שלחתי ולמה אשב פה׃ ויתחברו אליהם עוד כל חיל אדם וכל חיל פלשת וילכו כלם אל ארץ יהודה להשחיתה׃ וישמע יהודה וכל זקני ישראל עמו את הדבר הזה ויתאבלו ויקראו צום ולבשו שקים וישימו עפר על ראשם ויצעקו אל

(6.) Hic Macron cognominatur 2. Maccab. c. 10. v. 12. item, Dorymenis filius, 1. Maccab. c. 3. vers. 38. vid. & Joseph. Antiq. l. 12. c. 11.

(7.) Confer. Josippi Epitom. pag. 19. & seq.

(8.) Hic Gorgias dicitur dict. lib. 2. Maccab. 10. v. 14. & 1. Maccab. c. 3. v. 38. sic etiam Munsteri codex Hebræus legit: גורגיאס it. Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 11. in Josippi Epitom. p. 19. nominatur בגרים i. e. Begris; sed dubio procul ibidem corruptum est nomen, vid. cap. sequ. 12. num. 1. ibique not. & infrà h. lib. cap. 19 num. 1.

(9.) Confensit Josephus dict. libr. 12. c. 11. vid. tamen Josippi Epitom. p. 19.

(10.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 11. it. 1. Maccab. c. 3. v. 45. & seqq.

(11.) Sive: Chiliarchas, hi enim sunt שרי אלפים, i. e. principes super mille, quæ verba hic habentur.

(12.) Sic interpretor hic: שרי חמשים, Græci: πεντηκοντάρχας, pentacontarchos, qua voce autor Vulgatæ usus est 1. Macc. 3. v. 55.

(13.) Seu: Decarchos, vel, uti Munsterus vertit: decanos.

castris præconis voce proclamari jussit: (14.) quisnam est ex vobis, (15.) qui vineam plantavit novamque exstruxit domum ac fœminam sibi desponsavit, aut quisnam timidus est animoque parùm forti? (16.) is abeat domumque revertatur; tunc multi è populo reversi sunt, quia ingentis illius multitudinis, quæ cum Macedonibus adventârat, strepitum præ animi timiditate audire non poterant, ita, ut 7000. tantummodò viri (17.) lectissimi è juventute Israëlitica cum Juda remanerent, qui omnes bellicosissimi erant, unus contrà centum, quos nullus incessebat pavor cujuscunque exercitus. Judas igitur castris inde motis Nicanori obviam progressus est: Nicanor autem multos secum adduxerat è Macedonia mercatores, (18.) eô animô, ut pueros puellasque judaicas illis venderet, multos enim captivos è terra Judaica se abducturum sperabat, quapropter hostes maxima tumidi ferociâ contrà Judam perrexerunt; Judas autem animo quidem humilis ac pavens, sed in Domino, Deo Israëlis, spem ponens obviam eis processit, dixerat enim: hic Deus servator meus est, is mihi auxilio erit; posteà ipse, relicto piorum, qui secum erant, cœtu, seorsùm à castris humi in faciem procidit & ad Dominum clamans sic oravit: Deus Deorum, excelse ac terribilis, qui jam inde ab initio imperâsti & ad hoc usque tempus regnas, tu suscitas bella eaque finis, in manu tua facultas est ac potentia extollendi ac deprimendi, propter misericordiam tuam magnam respice nos atque istam hostium superbiam coràm humili populo tuo, qui gratiæ tuæ confidit, comprime, tu enim populos nobis subjicies (19.) ac gentes subter pedes nostros sternes. Postquàm

(14.) Confer. Josippi Epitom. pag. mih. 19.
(15.) Vid. Deuter. c. 20. v. 5. & seq. it. 1.
(16.) In Hebræo: ורך לבב i. e. mollis corde, Ital. codardo.
(17.) Et quingenti, ת"ק, sic in Josippi Epitome hic additur, vid. ibid. pag. 19.
(18.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 11.
(19.) Respicitur hic ad Psalm. 47. v. 4. & Psalm. 18. v. 48. ubi quoad significationem verbi תדבר vid. Commentar. imprimis R. Salomonis Not. ibid.

quàm Judas orationem hanc ac preces finivit, Sacerdotes sacras inflârunt buccinas, populusque magnum excitavit clamorem; Judas autem in prælium atque aciem Nicanoris irruens (20) magnam ibidem edidit stragem, nec hostes illius impetum diutius ferre potuerunt, sed in fugam versi sunt, quos Judas cum copiis suis persecutus subinde cædendo ac prosternendo novem millia (21.) fortissimorum Macedonum, Syrorum ac Palæstinorum vespere illo interfecit; dein Judæi à cæde hostium reversi omni eorum prædâ atque auro, quod mercatores ad coëmendos pueros puellasque Israëliticas secum attulerant, potiti sunt, quæ postmodùm spolia inter pauperes distribuerunt, & in loco pugnæ Sabbathum celebrârunt, nam prælium istud sexto die commissum fuit.

CAP. XII.

EXinde Judas castra movens, duobus fortissimis Macedonum principibus, qui provinciæ Syriæ præerant, Bachidi (1.) nimirùm ac Timotheo, obviam progressus est, cum quibus (2.) atro-

(20.) Hæc paulo aliter referuntur 1. Maccab. cap. 4. v. 1. & seqq. it. Josephi Antiq. l. 12. c. 11.
(21.) Consentit Josippi Epitom. pag. 20. vid. & 1. Maccab. c. 4. v. 15. ac Joseph. Antiq. dict. lib. 12. cap. 11. ubi 3000. hostium occubisse narratur; Munsterus in notis ad hunc locum, ut autores conciliet, scribit duas pugnas, quas Judas cum hoste habuit, uno numerò hic ab autore nostro absolvi, in prima cecidisse 3000. in secunda 5000. (forte legendum 6000. ut numerus 9000. qui hic apud autorem nostrum habetur, compleatur) vid. 2. Maccab. cap. 8. v. 24. ubi idem, quod hic, præprimis quoad numerum cæsorum, legitur.
(1.) Ita juxta Munsteri codicem, ubi בכירים habetur, vertere volui, cui & 1. Maccab. c. 7. v. 8. & 19. consentit, nam quod hic habetur nomen, בגרם, corruptum est ac pro ר sive Resch legendum erit ד Daleth, interjecto, hoc modo: בגדים, quanquam Munsteriana lectio præferenda videatur, confer. quæ de nominibus corruptis c. antec. 11. n. 8. dicta sunt.
(2.) Sic locum hunc, qui hic omissus est, supplere volui

ויהיו אחריהם יהודה ולא דבק אותם
כי באו בעשתרות ויהי באשׁ׳ קרב יהודה
אליו ויטׂ פוליפום מן הדרך ויבא
בבית אחר ויבא אתריו יהודה ויצרׂ
יהודה׳ ארׂ הבירׂ באשׁ וישרפו אותה
במקום ההוא וינקום את נקמת אלעזר
הכהן ואתׂ נקמׂ דמי החסידים אשר
שפך בארץ יהודה׳ וישב יהודה משם
ויפשוט את החללים וישלח את שללם
יהושלימׂ ויצו לחלקו לעניי יהושלם
ולאביונים׳ וניקנור בחר וימלט כי פשט
את בגדי הארגמן אשר הוׂ עליו וילבש
בגדי עני ועל כן לא הבירוהו אנשי חיל
יהוד׳ גם לא הבירו יהודה׳ ויבא ש
מקדוניאה ויספר אלׂ ליסיאה את כלׂ
אשר קרהו׳ בעת ההיא שב אנטיוכום
המלך מארץ פרס בבלימה ובהרפה כי
הבירוהו אנשי פרס׳ ויהי בבואו מארץ
פרס ויגידו לו את כל אשר עשה יהודה
לשויו ולעמו ואתׂ אשר הכם והמיהם
וימלא אנטיוכום חמתׂ ויחרׂ ויגרׂ
לאלהיו ויאמר אלכׂ ואבואהׂ אלׂ
ירושלם ואעשנה קברות מהיׂ כי אמלאנה

מפגרי

atrociſſimum inivit prælium ac viginti millia fortiſſimorum Macedonum interemit; Bachidem autem ac Timotheum, in fugam verſos, Judas perſecutus eſt; ſed eosdem comprehendere non potuit; nam Aſtaroth (3.) ingreſſi ſunt; Philippum (4.) verò aſſecutus eſt, illum ipſum, qui terram Judaicam clade afflixerat; accidit autem, cùm Judas ei appropinquaret, isque à via declinans ad domum quandam ſecederet, ut Judas quoque eò veniret domumque illam incenderet, quô factô Philippus ibidem combuſtus fuit, ſic Eleazarum, ſacerdotem, piorumque ſanguinem, quem Philippus in terra Judaica effuderat, ultus eſt Judas, (5.) qui poſteà reverſus interemptorum cadavera ſpoliavit prædamque Hieroſolymam miſit, adjectô mandatô, ut illa inter pauperes & egenos diſtribueretur: Nicanor autem fugâ ſalutem quæſiverat, nam veſte purpureâ, quâ ornatus erat, abjectâ, vilique habitu indutus ac propterea nec ab exercitu Judaico, nec ab ipſo Juda agnitus evaſit & in Macedoniam veniens omnia, quæ ſibi eveniſſent, Lyſiæ narravit. Eodem tempore rex Antiochus (6.) cum ignominia & dedecore è Perſia reverſus eſt, expellentibus eundem Perſis; cùm igitur ex Perſide rediiſſet, (7.) omnia ei narrata ſunt, quæ Judas adverſùs principes ejus populumque perpetrâſſet ac quomodo ipſos interfeciſſet: quapropter Antiochus irâ commotus in probra ac contumelias adver-

volui, ex 2. Maccab. c. 10. v. 24. & ſeqq. ut & ex Munſteri codice, ubi ita legitur: ויחנך מלחמתׂ גדולהׂ כי אלף נבחרי מקדון הציע בטלחמתׂ i. e. & prælium cum illis iniit maximum 20000. milites Macedones in pugna interemit; Bachides autem & Timotheus fugerunt & perſecutus eſt eos &c.

(3.) In Munſteri codice hic additur: קרנים id eſt, Karnaym, confer. Joſippi Epitom. pag. 20. & Joh. Lightfooti Chorograph. Lucæ præmiſſ. cap. 1. Sect. 3.

(4.) Ita & hunc locum ex Munſteriano codice ſupplere volui, ubi ſic legitur: ידבק יהודה אתׂ פוליפוס הוא אשר עשׂה אתׂ הרעה בארץ יהודהׂ ויהי כאשר וכ׳ i. e. & aſſecutus eſt Judas Philippum, eum ipſum, qui fecerat malum in terra Judaica; accidit autem, cum &c. ſequentia vid. hic in ipſo textu noſtro.

(5.) Hûc facere videntur, quæ 2. Maccab. cap. 8. verſ. ult. habentur, confer. & Munſteri Not. h. loc.

(6.) Vid. 2. Maccab. c. 9. it. Joſeph. Antiqu. lib. 12. c. 13. ut & Joſippi Epitom. p. 21.

(7.) Ecbatana. Hebr. אקבטנא ita hic in codice Munſteriano additum reperitur; urbs autem illa Mediæ majoris metropolis eſt Straboni.

מפגרי חללים׳ ויאסוף את כל עמו את
הרכב ואת הפרשים עם רב ועצום מאד
אשר לא יספר מרוב ויקׂא יי לעזרו
ויחמל על עמו וירדוש את דמי החסידים
מיד אנטיוכום ויבדו יי אלהינו בשרון
רע ובהולי מיעים ובכלׂ ואת לאׂ שב
אפו ממנו ולאׂ נכנע ועוד ידו נטוי׳
לאמר אלך ואחריב את ירושלם ואשיתה
בחרׂ׳ ויאמר מהרו הרכב והפרשים
והחל ואלכה לי אל ירושלם כי אעשה
את רצוני ואשר׳ דבר פי יקום ואין מי
יעמוד לפני ומי יעמוד לפני נהים והיבשה
לי המרׂ ולי כח ויחלׂ להמיר בריתם
כרצוני כי אעשה מהם ארץ ומהארץ
ים כאשר אחפוץ׳ ויוׂ כלותו לדבר
ויוכׂ וילך עם הלוׂ חיל גדולׂ מאד
ועמו פילי רבים יודעי מלחמה ומחנהׂ
כבד מאד׳ ויהי בדרך ויעבור הרכב
מעל פיל ויצעק הפיל וירגזו הסוסים
וידלגו ויקצפו ויהפכו את הרכב ויפולׂ
אנטיוכום מעליו וישברנה כל עצמותיו
כי היה איש עב בריא שמן וכבד׳ ויוׂך
יי מכה על מכתו ויבאש על בשרו כרוח
כשר הלׂ המושלך עלׂ פני השדהׂ
בימי

adverſùs Deum ſuum (8.) prorumpens dixit: Hieroſolymam proficiſcar & ex ea mortuorum ſepulcrum efficiam, eamque interfectorum cadaveribus replebo. Omnem igitur populum ſuum, currus & equites, ingentem, prævalidum & innumerabilem exercitum collegit; (9.) aſt Deus Zelo pro urbe ſua (10.) commotus populo ſuo pepercit, ac ſanguinem piorum de manu Antiochi requirens graviſſimis eum ulceribus atque inteſtinorum doloribus percuſſit; ſed ne ſic quidem ab ira deſtitit rex nec ſuperbiam depoſuit; verùm in propoſito (11) perſeverans: proficiſcar, inquit, & Hieroſolymam deſtruam eamque ſolo æquabo; dein, adducite mihi, ait, quàm celerrime currus, equites & militares copias, ut Hieroſolymam invadam & propoſitum meum exequar, ac quod ore locutus ſum, ad effectum deducam, ecquis mihi reſiſtere poterit? nam & mare & ſiccum ſubjecta mihi ſunt, & in manu ac poteſtate mea ſitum eſt, eorum naturam (12.) pro arbitrio meo immutare, ut mare in terram ac vice verſa terram in mare, prout mihi libuerit, vertam: his dictis currum conſcendit & cum exercitu ſuo profectus eſt; erant autem cum illo copiæ ingentes multique elephanti, (13.) prælio apti, ac gravis belli apparatus: accidit autem, cùm in itinere currus regius elephanto cuidam occurreret, qui equos clamore ſuo terrebat, ut illi pavore conſternati calcitrare & efferari inciperent, mox ipſum everterent currum atque Antiochum inde excuterent; (14.) quo

(8.) Hebr. לאלהיו, ita hic in noſtro codice; ſed abſunt iſta à Munſteriano.

(9.) Conſentit Joſippi Epitome pag. 21.

(10.) Ac templo ſuo: ולהיכלו, ſic in Munſteriano codice hic additum reperitur.

(11.) Manus ejus adhûc extenſa fuit, ita juxta Hebræum.

(12.) Hebr. בריאתם, ſic in Munſteriano codice, quem hic potius ſecutus ſum, quam noſtrum, ubi legitur בריתם i. e. fœdus eorum, quamvis etiam hæc dictio commodam recipere poſſit interpretationem.

(13.) lique tantæ magnitudinis ac roboris, ut duodecim viri ſuprà unum elephantem pugnare potuerint, prout in Joſippi Epitome pag. 21. habetur.

(14.) Confer. hic Joſippi Epitom. pag. 22.

בימי הקין לתם השמש וישאוהו עבדיו
על שכמם מעט כי לא יכול לרכוב:
וישליכהו ארצה וינוסו מעליו כי לא
יכלו לגשת אליו מפני הריח הרע היוצא
מבשרו הנבאש ויאמר איש אלהים הלא
כמשפט באה המכה הזאת לאיש הזה
כי הוא היה מחרף את אלהי כל ויהי
עויב לאלהי השמים ויהי כאשר נלאו
כל אנשי הדור מאנטיוכום מריח רע
היוצא מבשרו וידע כי יד יי׳ נגעה בו
וישפל ויכנע ויאמר צדיק הוא יי׳ המשפיל
גבוהים אש׳ השפילני והבניעני רשע
כמוני היום הזה תחת אשר עשיתי רעות
גדולי לעמו ולחסידיו הביא יי׳ עלי את
כל הרעות האלה: ויהד נדר ליי׳ ויאמר
אם ירפאני יי׳ מחלי זה אבואה אל
ירושלם ואמלאנה מכסף וזהב ובגדי
ארגמן אציע בכל ארצות ואתן לה
את כל אוצרות אבותי הקדמונים
המקדונים אל מקום האלהים הגדול
והקדוש הזה ואמול את בשר עולתי
ואלכה לי אל כל ממלכות הארץ מכרז
ואומר אין כיי אלהי ישראל בכל העולם:
ולא שמע יי׳ להפלתו ולא האזין אליו
כי לא היה לבבו האבוד שלם עם יי׳
אמנם בכל ארץ וארץ אשר הלך האבוד
אנטיוכום מאז לבקש בעד חליו היה
נקרע

quo casu omnia illius ossa confracta sunt, (crassò enim & obeso erat corpore) dein Dominus plagam plagæ addidit, (15.) ita, ut caro ejus instar cadaveris, in campo jacentis & æstatis tempore ad calorem Solis putrefacti, teterrimum exhalaret fœtorem; ac servi quidem illum humeris suis paululùm portabant, (neque enim equo vel curru vehi poterat) sed mox eundem in terram projiciebant & ab ipso aufugiebant, quia nemo ob fœtorem gravissimum, è carne illius putrefacta egredientem, ad ipsum accedere poterat; tunc vir quidam pius (16.) dixit: nonne plaga hæc jure meritoque isti contigit homini, qui Divinum contempsit numen & hostis Dei, cœlum inhabitantis, evasit? cùm verò omnes Antiochi milites teterrimum fœtorem, è corpore ipsius egredientem, ægrè ferrent, (17.) tunc demum plagam hanc divinitùs sibi immissam agnoscens Antiochus humili ac demissò animò dixit: justus est Dominus, qui superbos dejicit ac me quoque depressit, hodieque me impium reddidit humilem, is ipse enim, quia magnis calamitatibus pios populumque ejus afflixi, mala ista omnia mihi intulit; tunc votum fecit Domino: si Deus, inquiens, hanc infirmitatem meam sanaverit, ego ipse Hierosolymam proficiscar eamq; auro & argento implebo & per omnes illius plateas vestes sternam purpureas atque cunctos majorum meorum, Macedoniæ regum, thesauros Templo Dei maximi & sanctissimi libenti animo offeram, præputium quoque carnis meæ circumcidam & omnia totius orbis regna peragrabo, sonorâ prædicans voce: in universo mundo non est quisquam similis Domino, Deo Israëlis; ast Dominus orationem ejus non exaudivit

(15.) In dicta Josippi Epitome loc. alleg. scribitur, quod Deus non solum Antiochum; sed & universum illius exercitum scabie sicca & sanie aliisque morbis percusserit.

(16.) איש אלהים, vir Dei, sic juxta Hebræum.

(17.) In Munsteriano codice hic additur: וגם הוא נלאה מריח i. e. nec ipse fœtorem ferre potuit.

נקרע בשרו מעל עצמותיו ונופל בארץ
עד אשר לא נשאר בשר בכל עצמותיו
ולקץ ימים נפלו מעיו ארצה וימת
בבושה ובכלימה בארץ נכריה וימלך
אאופטר בנו תחתיו:

vit, (18.) nec illum voti compotem fecit, nam sævus ipsius animus non erat sincerus & integer coràm Deo; quocunque igitur tyrannus iste, Antiochus, morbi curandi causa proficiscebatur, ibi ossa ejus carne, paulatim in terram decidente, subinde destituebantur, donec omnibus illius ossibus nihil omninò carnis relinqueretur & tandem ejusdem quoque viscera in terram effunderentur: sic cum ignominia & dedecore in peregrino solo vitam finivit (19.) Antiochus, cui filius ejus, Eupator, (20.) in regno successit.

CAP. XIII.

ויהודה בן מתתיה הכהן הגדול וכל
עדת החסידי׳ אשר היו עמו באו אל
ירושלם וידרשו את כל המובחות אשר
בנו העמים ויטהרו את הבית מגלולי
הגוים ויבנו מזבח חדש ויהנו בשר וזבח
עליו ויערכו עצים ואש קדושה לא
מצאו: ויצעקו אל יי׳ ויקראו אליו ותצא
אש מן האבנים אשר על המזבח ויעדבו
עצים עליה ויקטירו את זבחם ויהי האש
על המזבח עד הגבלה השלישית: ויעשו
חנוכת המזבח בחדש כסלו בכ״ה בו:
וישימו את לחם הפנים על שלחן יי׳
וידליקו

JUdas autem, Mattathiæ, Summi Sacerdotis, filius atque universus piorum cœtus, (1.) qui cum ipso erat, Hierosolymam venerunt & altaria omnia, quæ gentes exstruxerant, diruerunt, ac Sanctuarium à sordibus gentilium repurgârunt (2.) novamque ædificârunt aram, cui sacrificiorum carnes imposuerunt lignorumque struem fecerunt; sed ignis sacer defuit, quapropter fusis ad Dominum precibus ignis è lapidibus, aræ impositis, exiliit, (3.) in quem ligna conjecerunt ac sacrificium peregerunt, hic ignis suprà altare ad tertiam usque captivitatem servatus est; dedicârunt autem altare die vigesimo quinto mensis Kisleu, (4.) ac panes propositionis mensæ Domini imposuerunt lucernasque in candelabro Domini aptè atque ordine accende-

(18.) Consentit Josippi Epitom. p. 23.

(19.) De Antiochi interitu vid. 1. Maccab. c. 6. v. 8. & seqq. it. 2. Maccab. c. 9. ac Joseph. Antiq. l. 12. c. 13.

(20.) Hebr. אאופטר in nostro codice nominatur. in Josippi Epitom. pag. 23. dicitur אופישיר, de hoc vid. & cap. antec. 11. n. 4.

(1.) Vid. quæ supra cap. 8. num. 9. annotata sunt. Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 1. pios illos nominat Asidæos.

(2.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 12. cap. 11. & 1. Maccab. cap. 4. it. 2. Maccab. cap. 10. v. 1. & seqq.

(3.) Consentit Josippi Epitom. pag. 23. & seq.

(4.) Hic mensis ex Buxtorfii sententia incipit à novilunio Novembris nostri; Munsterus hic in notis suis scribit, mensem Kislef esse tertiam lunationem ab æquinoctio autumnali; in Josippi Epitome pag. mihi 24. dicitur, id accidisse vigesimo quinto die mensis Elul, qui Augusto nostro ferè respondet.

וידליקו את נדות המערכה על מנורת
יי ויהללו את יי במקרא ההלל ה' ימים
ויהי אחרי הנוכח ישראל וילך יהודה
אל ארץ אדום לקראת גרגדיאש
ויהנבר יהודה עליו ועל חילו וינוסו
מפניו וירדוף אחריהם יהודה ובהרוף
וסלה ביום ההוא יהודה וכחוריו מאדום
וגויות כ' אלף גבורים והנשארי נסו
מפחדו וילכוד הוא את ארץ אדו וישם
עליהם מס וגרגדיאש גם וילך אל
חמתיאום בארץ הערב כי הוא הפקיד
המלך על כל ארץ מערב ויצא המתיאים
לקראתו בק"כ אלף אנשי מלחמ' מחיל
מקדון ומחיל ערב ויהרוג בארץ הגלעד
רבי מעם יהודה ויצר להם. וישלחו
אגרת אל יהודה בבכי ובתחנוני לאמר
עלה אלינו והושיענו כי כלנו אנשי
תמתיאום ואנשי מלך הערב גם אנשי
הגלגל שלחו אליו לאמר עלה אלינו
והושיענו כי כלנו אנשי צור וצידון
ואנשי מקדון היושבים בה. ויהי כשמוע
יהודה את הדברים האלה ויאמר לשמעון
אחיו לך אתה הגלגלה ואני אלך
הגלעדה. ויבחר לו יהודה מכל גבורי
החסידים ה' אלפים גבורים וימהר וילך
ויעבור

runt Dominumque laudibus & præconiis per octiduum celebrârunt. Finitâ autem dedicatione, à populo Israëlitico celebratâ, Judas in Idumæam adversùs Gregorium (5.) profectus, prælium cum ipso ejusque exercitu iniit eosque terga dare coëgit, quô factô Judas cum militibus suis fugientes persecutus viginti millia Idumæorum fortissimorum eodem die prostravit; reliqui verò metu consternati fugâ salutem quæsiverunt, sic Idumæam subjugavit Judas eamque fecit sibi tributariam; Gregorius autem fugiens in Arabiam pervenit ad Timotheum, qui universæ regioni occidentali à rege præpositus erat; is exercitum 120000. militum tàm Macedonum, quàm Arabum (6.) in terram (7.) Gilead eduxit atque multos interfecit Judæos eosque clade afflixit; illi verò missâ ad Judam epistolâ cum lacrymis ac precibus eum rogârunt (8.) hisce verbis: ascende ac serva nos, nam Timothei copiæ regisque Arabiæ milites nos admodùm premunt, Galilæi (9.) quoque ad Judam literas miserunt in hanc sententiam: veni ac protege nos, quia Tyrii, Sidonii & Macedones, ibidem habitantes, nos perditum eunt. Judas itaque, cùm hæc audisset, Simeoni, fratri suo, dixit: (10.) abi in Galilæam, ego in terram Gilead proficiscar, posteà Judas 5000. fortissimos (11.) milites, ex universo piorum cœtu electos, absque ulla mora Jordanem (12.) trajecit, ut in regionem Gilead perveniret, Simeon quoque, frater ejus, ductis secum 3000. Judæis fortissimis in Galilæam abiit,

(5.) Hic Gorgias dicitur 2. Maccabæor. cap. 10. v. 14. Munsteri quoque codex Hebraicus habet גורגיאס vid. suprà h. lib. 3. cap. 11. num. 8. it. infrà eod. libro 3. cap. 19. num. 1. confer. & Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 11. ut & Iosippi Epitom. pag. mihi 25.

(6.) Confer. hic Josippi Epitom. pag. mihi 24.

(7.) Hebr. גלעד i. e. Manasse ac Gilead, ita Munsteri codex.

(8.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 11. in fin. & cap. seq. 12.

(9.) De Galilæa vid. inter alios Joh. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmissa cap. 59. it. c. 62. & 63.

(10.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 12.

(11.) Josephus eod. lib. 12. cap. 12. sci. it, Judam μὴ τεσσαρακοντα χιλιαδων ἐκλεκτους ἐμπεσαι εἰς τὴν γαλαδιτιν i. e. cum 8000. militibus in Gilead profectum esse.

(12.) De Jordanis fonte Panea vid. inter alios Joh. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmissa cap. 67. & 68.

ויעבור את הירדן ללכת גלעדה. וישמעון
אחיו גם הוא לקח עמו ג' אלפי מגבורי
יהודה וירן בגלגלה ויחגר מלחמה גדולה
באנשי צור וצידון ואנשי מקדון הושבים
ביניה. וישלך ארצה מהם ביום ההוא
אלפים גבורים וישע את אחיו בגלגל
ויקח את שלל האויבים ויביאהו אל
ירושלם ויהודה משוח מלחמה עבר את
הירדן ויבא בגלעדה על תמתיאום וימצאהו
והו' בלחם על העיר אשר בהר הגלעד
ויחגר בו מלחמה ויהי שם מלחמה
גדולה מאד ביניהם ויעמדו אלה לנכח
אלה ויהי עם תמתיאום עם רב ועצום
מאד ועם יהודה מהי מעט ויקרא יהודה
אל יי מחוך עומק המלחמה ויצעק
ויאמר יי הרשיעה נא ויאבר עוד הושע
יי את שארית ישראל ותן בידי הגוי
העצום הזה ביום הזה ויהי הוא קראו
וצעק אל יי וישא עיניו וירא ה' בהויי
גבורים רוכבים סוסים אש וכל לבושיהם
זהב. ושנים מהם עומד' מול יהודה
מזה אחד ומזה את' ומגני אחד במגניה'
והשלשה מהם ראה והנם נלחמי למול
מחנה תמתיאום ויהי כראותו אותם
יהודה ויבשר את עדת החסידים אשר
אתו ויען ויאמר הלא מן השמים שולחו
לעזרת החסידים ובאו לעזרנו ויחזק
ויאמץ בבשורתו את לב בחורי הגבורים
וילחץ

it, ubi acerrimum commissum fuit prælium, in quo 2000. (13.) Tyrii, Sidonii & Macedones, qui inter illos habitabant, occubuerunt, hoc itaq; modo Simeon in Galilæa fratribus suis auxilio fuit, hostiumque prædâ potitus eandem misit Hierosolymam; Judas autem, imperator, (14.) Jordanem trajiciens in terram Gilead exercitum contrà Timotheum duxit, qui eodem illo tempore urbem, in monte Gilead sitam, oppugnabat, (15.) tunc gravissimum inter illos atque anceps obortum est prælium, nemine locum hosti cedente, etenim cum Timotheo ingens ac validus erat exercitus; ast pauci admodùm cum Juda pugnabant, qui in ipso certaminis fervore ad Dominum clamans ita dixit: Serva quæsò, Domine; paulò post ingeminans ait: serva, obsecro, Domine, reliquias populi Israëlitici & validam hanc gentem in manus meas hodiè trade; accidit autem, illo adhûc Deum invocante, ut oculis sublatis quinque juvenes (16.) præstantissimos, equis igneis insidentes, ac vestibus aureis indutos, conspiceret, è quibus duo Judæ adstantes, alter à dextro, alter à sinistro latere, clypeis illum protegebant; tres autem reliqui adversùs Timothei exercitum pugnantes à Juda visi sunt, quod gratum oculis spectaculum ipse lætus piorum cœtui, qui cum ipso erat, notum fecit, nonne hi, inquiens, cœlitùs in piorum auxilium missi sunt nobisque subsidio venerunt? his dictis animum addidit militibus suis fortissimis & Timothei copias premens tandem illas in fugam vertit, (17.) eodemque die 20500. hostes interemit; Timotheus autem Jordanem versùs fugam arripuit, cujus tergo cùm Judas subinde cædendo ac persequendo inhæsisset, tandem Timotheus ad litus maris

Dd 3

(13.) Hebr. אלפים ח', sic enim hic punctandum puto, Munsteri codex Hebr. habet ח' אלפים i. e. octo millia.

(14.) In Hebræo habetur: משוח מלחמה, de quo suprà h. l. 3. c. 9. n. 9. dictum est. confer. & infrà c. 17. h. lib. 3. n. 4.

(15.) Vid. Joseph. antiq. lib. 12. c. 12.

(16.) Vid. 2. Maccab. 10. v. 29. ubi etiam istius rei fit mentio.

(17.) Vid. Joseph. antiqu. lib. 12. c. 12.

וולחץ הוא וגבוריו את צבא המיטיאוס
ויכה יהודה מצבאו ביום ההוא כ' אלף
איש ות"ק וינס תמתיאוס בשם דרך
הירדן ויהודה רדף אחריו הלוך והכות
ומשם ברח דרך חוף הים ויבא עזרי'
ויחזק מעמד המתיאוס במקום ההוא
ויערוך מלחמה עם יהודה כי נא־פו
אליו כל גדודי חיל פלשת הנשארים.
ויקרב יהודה במקום המלחמ' ויקפוץ
עליו בקפוץ האריה על עדרי צאן ויהפך
תמתיאוס את ערפו לנגס ונפוצו מעליו
כל הילו· וירדפו אותם צבא החשמונים
ויכום ויכהם עד התומה אשר לעזר·
ויבא תמתיאוס בעזה ויסגרו השער בעדו
וילחם מעל החומ' עם יהוד'· ויהודה
וכל בתוויו החשמונים נגשו אל העיר
וילחמו עליה ה' ימים ולא יכלו לה ויהי
ביום החמישי ויעלו אנשי תמתיאוס על
המגדל הגדול ויקללו ויחרפו את ממוה
המלחמה וידברו בתרופים וגדופים על
אלהינו אשר לא יאות למפר בם· אז
קנאו כ' בחורים מבחורי החשמונ' על
דבר החרפות אשר חרפו המחרפים
ויקחו את מגניהם בשמאלם ואת
החרבותיהם בימינם ויחצו למול החומה
פתאום ויעל אחד מהיה אל החומה
ואחריו אחר כי הימו פתאום סולם על
החומה וידלגו עליה וילחמו עם העומדים
על החומה וירחיבו מקו' לחביריה' ויעלו
כלם

ris properans Gazam pervenit, ubi collectis iterùm viribus (nam omnes Palæstinorum copiæ, quæ adhûc superstites erant, ad illum venerant) prælium cum Juda inire constituit, qui etiam nihil cunctatus in aciem descendit & in hostem non secus ac leo, in greges ovium irruens, impetum fecit; Cùm verò Timotheus tergum dedisset & in fugam conjectus esset, omnes ejus milites dispersi fuerunt, quos Hasmonæorum copiæ insecutæ percusserunt atq; obtriverunt usque ad mœnia (18.) urbis Gazæ, è cujus muris Timotheus, postquàm in urbê intraverat portaq; clausa erat, pugnavit cum Juda; ille verò simul cum universo Hasmonæorum exercitu ad oppidum accedens quinque diebus id oppugnavit, sed capere non potuit; die autem quinto, cùm milites Timothei in turrim quandam præaltam ascendissent & conviciis ac probris Judam, imperatorem, (19.) insectati essent inque Deum nostrum contumelias atque blasphemias, quas hic referre minime convenit, jactâssent, viginti juvenes Hasmonæi (20) ob maledicta illa & opprobria ab hostibus prolata, Zelo accensi ac clypeos sinistrâ, gladios dextrâ gerentes repentè in muros impetum fecerunt, quo facto unus ex illis statim mœnia conscendit, quem alii mox secuti (nam scalas sine mora admoverant muris) tandem mœnia superârunt & acerrimum cum propugnatoribus certamen ibidem inierunt sociisque suis spatium dederunt, qui omnes, postquam mœnia conscenderunt, statim ad portam urbis properârunt, juxtà quam foris & intrà gravissima oborta est pugna, intereà universus Hasmonæorum exercitus forinsecus ad portam illam accedens eandem igne succendit; cadente igitur portâ urbem intrârunt atque ita Gazam ceperunt, ubi blasphemi illi conviciatores vivi capti, ac postquam contumelias ac probra,

(18.) Hebr. עד התומה אשר לעזה ita hic in notho autore; ast Munsteri codex solummodo legit: עד כלה i.e. ad internecionem, prout ipse Munsterus vertit, confer. & 2. Maccab. c. 10. v. 32. & seqq. it. infrà cap. 17 n. 10. ibique not.
(19.) Vid. quæ suprà hoc cap. 14. notata sunt.
(20.) Vid. 2. Maccab. dict. cap. 10. vers. 35. ubi idem narratur.

כלם ויבואו השערה וילחמו על השער
מבית ומחוץ וכל צבא החשמוני מחוץ
נגשו אל שער העיר וישרפוהו באש
ויפל השער וילכדו את עזה ויתפשו את
המחרפי' חי' והם הם אשר החרי כי
חרפו את ש־מינו ואת משה המלחמד·
וישרפתם באש ויכו את עזה לפי חרב
ויתרגו את כל־ הכורה ושני ימים לא
חדלו להרוג בי עם רב היה בה ויברח
המתיאוס ויחזקא באחד הבורות ולא
נמצא וימצאו את אחיו והם בראו
ואפוליאנוס ויביאום אל יהודה חיים
ויצו יהודה ויחיו את ראשם· ויקחו
את כל שלל העיר ויבואו ירושלימ· בשיר
ובהלל ובתודות ומהללי' את יי ע"י שיר
דוד מלך ישר' ע"ה והוא שיר הנדו לי'
כי טוב כל"ח·

CAP. XIV.

ויהי בשמוע אופטר בן אנטיוכוס
הרשע הוא אנטיוכוס אשר עשה הרעה
הגדולה בירושלם ויהודה אשר הרג את
החסידים וימרו בנגעים בחולים כאשר
הודענו למעלה בספר הזה· כי יהודה
גבר

probra, in Deum nostrum & imperatorem jactata, confessi sunt, igne combusti fuerunt; Gaza autem ferrô deleta & masculi omnes interfecti sunt, quæ cædes biduò duravit; (ingens enim populi multitudo ibidem fuit) ast Timotheus fugâ salutem quærens in fovea quadam semet occultavit nec deprehensus fuit; fratres verò ejus Chæreas (21.) & Apollophanes vivi capti & ad Judam deducti sunt, cujus mandatô capita eis amputata fuerunt; prædam autem omnem, quam in urbe Gaza ceperant, Hierosolymam deduxerunt cum canticis, laudibus & gratiarum actionibus, celebrantes (22.) Dominum hoc Davidis, regis piæ memoriæ, Psalmo: (23.) laudate Dominum, quia bonus est, quoniam in æternum misericordia ejus.

(21.) Ita hic 2. Maccab c. 10. v. 37. & Hebraicum Munsteri codicem, qui habet: כיראז sequi volui potius, quam nostrum, qui corruptè legit בראו ואפוליאנוס i.e. Berao & Apolianus, ut ego quidem verto, confer. supr. h. lib. 3. c. 10. n. 1. ibique not.
(22.) Vid. Joseph. antiqu. lib. 12. cap. 12. circà fin.
(23.) Sic Psalm. 136, v. 1. & seqq. habetur.

(1.) Eadem ferè, quæ hic recensentur, habentur infrà h. lib. 3. c. 20. num. 1. & seqq. unde interpolatoris manus videtur interveniisse.
(2.) Hebr. הנקרא שמו אפיפנים i.e. qui & Epiphanes nominatus est, ita hic Munsteri codex, vid. idem Munsterus hic in notis suis, confer. & Josippi Epitomen pag. mihi 25.
(3.) Nimirum cap. 8. & seqq.

גבר במקדונים ובי החשמונים השמידו
את המקדונים מדארץ הקדושה וישלח
ארת ליסיאה בן דודו בחיל כ׳ אלפים
פרשים וכ׳ פילי עמדם יודעי מלחמ׳
ברעש ועז׳ ויבאו ביהודי וביהושלם
וילחמו בראשונה על ביתר ויבנו עליה
דיק סביב ויחלו להכות ולנגף את חעיר
באלי ברזל ובאבני סוללה׳ ויהודה
וברל צבא החשמוני׳ יושבים ביערות
ובהרים ומתחבאים מפני פחדם מפני
הרל יון העצום׳ ויאמר יהודה אל
בחוריו הפה נקדמה את פני יי אלהינו
בצום ובתחנונים ונלכה ערל צבא יון
הגלחמים בביתר ועינהו הננו ועשינו
במצותיך׳ ויבא יהודה עם בחוריו במקר׳
ויקראו צום ועלו עולות ושובחי שלמים
ויקראו אל יי׳ ויעקו אליו גדולים
וקטנים לאמר הושע יי׳ את עמך ארת
שאירית ישר׳ ויחי לאחר הצום ויתקע
יהודה בשופר פחאום ויתן אות מלחמה
וילך הוא וכל בחוריו עמ לעזרת אחיהם
אשר בביתר׳ ויהי בצאתם מיושל׳
ללכת אליהם ולהלחם במחנה יון ויאמר
יהודה אל בחוריו הזק ונתחזקה בעד
עם

ab Hasmonæis expulsos esse, ipse Lysiam, patruelem suum, cum exercitu 80000. (4.) equitum misit, quos octoginta elephanti, ad bellum instructi, (5.) sequebantur, ut hostibus terror injiceretur ac pavor. Hæ igitur copiæ cùm in Judæam Hierosolymam versùs pergerent, primò urbem Bither (6.) fossis & aggeribus circumdatis oppugnârunt, ejusq; muros arietibus ferreis & lapidibus jaculatoriis (7.) pulsare cœperunt; Judas autem atque omnes Hasmonæorum copiæ ob metum tàm numerosi ac validi Græcorum exercitus in sylvis ac montibus habitârunt ac delituerunt; dein Judas ad suos: agite, inquit, placemus primò Dominum jejuniò ac precibus, posteà adversùs Græcorum, qui Bither oppugnant, exercitum proficiscamur, ad quæ illi responderunt: en parati sumus, ut mandato tuo obtemperemus. Judas itaque ac qui cum ipso erant Sanctuarium ingressi, jejuniò indictò, sacrificia & holocausta obtulerunt, Dominumque invocârunt omnes, unanimi voce dicentes: Serva, Domine, populum tuum, reliquias Israëlis; dein peractò jejuniò Judas repentè tubas inflari jussit, datoque belli signo cum omnibus copiis abiit, ut fratribus suis, qui in urbe Bither erant, subsidio veniret; cùm verò Hierosolymis egrederentur, ut cum Græcorum exercitu pugnam inirent, Judas suos ita cohortatus est: forti estote animo, ac viriliter pro populo Domini Deique nostri urbibus pugnemus atque simùl cum ipsis intrepidè mortem oppetamus, ne calamitates gentis

(4.) Copiarum numerum aliter describit Josephus antiqu. lib. 12. cap. 14. Id. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 1.

(5.) Munsteri codex hic addit: ועם רב ועצום i. e. ac populus multus atque robustus.

(6.) Seu Bæther, uti Munsterus hic vertit; hæc urbs 2. Maccabæ. c. 11. v. 5. Bethzura dicitur; fuit autem castellum seu vicus, Græcis dicitur Βήθσηρα, vid. Joseph. eod. lib. 12. cap. 14. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 1. vid. & infrà h. lib. 3. cap. 20. num. 4. it. lib. 6. cap. 59. n. 8. confer. & Joh. Lightfooti Chorograph. Marco præmissa cap. 8. §. 6. & Chorograph. Matthæo præmiss. cap. 52. vid. etiam Josippi Epitom. pag. 25. & seq.

(7.) Ita hic cum Munstero vertere volui: אבני סוללה, quo nomine ii intelliguntur lapides, qui ballistis emittebantur, de quibus Lipsius lib. 3. Poliorcet. Dialog. 3.

עם יי׳ ובעד עירי אלהינו ונמוחה יחד
עמה׳ בגבורה ולאל נראה ברעה אשי
תמוצא את עמנו׳ ויהי כדברו אליהם
כדברים האלה וישא את עיניו ויראה בין
השמים ובין הארץ איש לבוש בלבוש
זהב ורוכב על סום ורמות הסום כמראה
להב׳ וביד האיש רומה ואחוריו נגד
צבא החשמונים ופניו ולדבו נגד מחנה
יון המקדוני׳ ויהי נטויה להכו׳ למחנה
יון׳ ויאמר יהודה אל בחיריו אל תראי
ואל תערצו מפני הערלים השמאים
האלה כי׳ אלהינו הוא הנלחם עמהם
בעדנו הנה מלאכו אתנו׳ ויאמר עוד
יהודה וברוך יי׳ אלהי ישראל אשר שלח
מלאכו להושיע את עמו ולהכו׳ במחנה
אויביה׳ ויאמר עוד יהודה לגבוריו רוצו
אחרי כי אתנו השועת יי׳ ויהי אחריו
ויבואו אל בתוך וידלגו פתאום בתוך
מחנה׳ מקדון ויבחילו את המחנה
וישליכו הללים ביום ההוא מפגרי
מקדון יי״א אלף רגלי ואלף וג׳ מאות
רוכבי סום וגם ליסיאה ובל מהנהו
בבושה ובבלימה וידע ליסיאה כי יי׳
נלחם לישראל ויברות ברית עם יהודה׳
ויהי טרם שוב ליסיאה אל ארצו
מקדוניאה וישלח אנשת אל יהודה לבקש
ממנו ברית ושלום וידבר נדר ליהודה
לאמר כי הוא ישלים את מלך מקדוניאה
הנא

gentis nostræ aspiciamus. Hæc cùm dixisset Judas, sublatis oculis virum quendam in aëre vidit indutum veste aurea, insidentem equo, cujus species flammæ igneæ similis erat; vir autem ille manu hastam gerebat, ac tergum quidem Hasmonæorum castris, faciem verò ac flammam Græcorum Macedonumq; copiis obvertebat, ejusque manus extensa erat ad percutiendum Græcorum exercitum. Tunc Judas ad suos conversus: nolite, ait, metuere aut perhorrescere impuros istos & incircumcisos, Dominus, Deus noster, pro nobis adversùs illos pugnat, ecce angelus ejus nobiscum; præterea dixit: Benedictus sit Dominus, Deus Israëlis, qui angelum suum misit, ut populum suum servaret, exercirum verò hostium percuteret. His dictis fortissimum quemque cohortatus: sequimini me, inquit, nobiscum enim est salus Domini, illi itaque celeriter eundem secuti ad urbem Bither (8.) venerunt, & in castra Macedonum repentino impetu irruentes eisque pavorem incutientes, in fugam conjecerunt hostes suos, atque 11000. pedites & 1300. equites Macedonum illo die humi straverunt; Lysias autem atque omnis ejus exercitus cùm turpiter & ignominiosè fugam arripuisset atque cognovisset, Dominum pro populo Israëlitico pugnare, fœdus (9.) cum Juda iniit ac priusquàm in Macedoniam reverteretur, eidem epistolam misit, qua fœdus ac pacem ab illo petiit eique promisit, se effecturum, ut pax inter Eupatorem, Antiochi filium, Macedoniæ regem, atque Judæos coiret, & ut Eupator ipsis amicus fieret ac socius, quamvis pater ejus Judæos vastaverit & perdiderit. Judas igitur, accepta Lysiæ epistolo-

(8.) Josephus antiq. lib. 12. cap. 14. scribit, Judam castra collocasse ἐν τινι τόπῳ Βεθζαχαρίᾳ λεγομένῳ i. e. in loco quodam Bethzacharia dicto, ubi & prælium commissum fuisse idem refert, vid. & Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 1. ut & Josippi Epitom. pag. 26. de Bethzacharia vid. etiam Joh. Lightfooti Chorograph. Marco præmissa c. 2. §. 4. n. 2.

(9.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 14. in fin. & 1. Maccab. c. 6. v. 58. & seqq.

epistolâ, cùm illius promissa intellexisset & quòd pacem ac fœdus à Judæis petiissèt, per duos viros sibi fidos literas pacis ad Lysiam misit; legati autem erant Johannes & Absalom, Judaici principes, quos alii Judæi, eorundem ministri, comitabantur. Verba epistolæ, quam Judas fœderis ac pacis testem Lysiæ, Eupatoris duci ac principi, misit, hæc erant: Notum tibi sit, Lysia imperator, quòd tuas perlegerim literas & ex iis intellexerim, te pacem ac fœdus petere; nunc itaque te certiorem facio, quòd hodiè fœdus tecum pepigerim, paxque inter nos sincera sit futura, si promissa tua effectui dederis. Lysias autem, cùm viri illi ad ipsum venissent ac literas Judæ attulissent, iisdem perlectis valdè gavisus est, legatosque à Juda missos honore affecit atque eosdem principibus suis prætulit, posteà scribæ suo præcepit, ut Judæ atque Judæis responsum scriberet; epistolæ autem, quam Lysias, dux ac princeps Eupatoris, filii Antiochi, Macedoniæ regis, miserat, hæc erant verba: Imperatori, Judæorum principi ac Servatori, Lysiæ, ejusque populo, Salutem! Notum vobis sit, quòd literas vestras per Johannem & Absalonem, legatos vestros, acceperim &, quæcunque illi mihi dixerunt, fecerim, vestramque epistolam amicè perlegerim, atque omnia, quæ in ea scripta sunt, effectui dederim cunctaque, quæ mihi misistis, vestro nomine regi perscripserim; responsum verò Johanni & Absaloni dedi, qui vobis oretenus omnia narrabunt, legatis quoque, quos jam ad vos mitto, mandatum dedi, ut sinceram vobis pacem offerant, hi voluntatem nostram amplius vobis declarabunt, Valete! Domino quoque, Deo vestro, votum nuncupavi, me non prius è terra vestra profecturum nec in patriam meam reversurum esse, quàm regis advenerint literæ, quò omnia, quæ ab ipso vestrûm causa petii, perficiam. Cœterùm epistolæ, quam Lysias, Eupatoris dux, regi, Domino ac patrueli suo, Judæorum

orum causâ miserat, hæc erat sententia: notum tibi sit, Domine rex, quòd Judæi in omnibus præliis fortitudine insignes sint, quæ res illis in omni bello saluti fuit, id cùm animadvertissem, propositum mihi fuit, ut pacem ab illis ac fœdus regis nomine peterem; nunc igitur dispice, quid tibi faciendum sit, nam ego ad hanc usque diem tuo nomine pacem & fœdus cum illis inii, jam itaque tibi consule (10.) ac pacem elige, ne parentis tui peccato, quod ipse in Judæos commisit, involvaris, eaque res tibi sit exitio. (11.) Post aliquot dein dies Eupator, rex, Lysiæ patruelis sui literis respondit; epistolæ autem regiæ hæc erant verba: Eupator Lysiæ, patrueli ac fratri meo salutem! Notum tibi sit, quòd literas tuas, quas ad me Judæorum causâ misisti, acceperimus, easque læto animo perlegerimus, te igitur certiorem facio, quòd, posteaquàm pater meus è vivis excessit ac supremum obiit diem, propositum mihi sit, cum omnibus regni mei subditis pacem colere atque cunctis bellis finem imponere, omnigenâ pace introductâ. Audivi etiam, quòd Judæi patri meo morem gerere recusarint, ut legem suam desererent & quòd propterea arma ab illis contrà nos sumpta sint, principesque patris mei, ut & ii, qui apud illum in honore erant ac fortitudine præcellebant, ab ipsis interfecti fuerint. Nunc itaque dextram tuam illis porrige ac fœdus meo nomine cum iisdem pange pacemque firma, eisque indica, quòd sciens ac bona fide, non dolosè ac fraudulenter pacem cum illis colere atque fœdus inire velim, lubenti quippe animo facultatem ipsis concedo, ut legem suam, prout eis placuerit, servent, vos igitur, tu atque illi Valete! Hæ autem fœderis ac pacis fuere conditiones, quas Eupator, Antiochi regis filius, ad Judam, Judæorum principem & ducem, misit: A rege Eupato-

(10.) Vel: tu igitur jam consenti, in pacem scilicet.

(11.) Laqueo למוקש, sic juxta Hebræum.

patore, Antiochi, Macedonum regis, filio, principi Judæorum ac duci, Judæ, atque universo populo Judaico Salus ac pax! Notum vobis sit, quòd per omnes imperii mei provincias & inter cunctas gentes, ditioni meæ subjectas, edictum de Judæis evulgârim regnique mei subditis interdixerim, ne ullô vos malô afficiant, sed permittant, ut legem vestram servetis; quodcunque autem pater meus ab initio adversùs vos patravit, id ignorantiâ fecit & errore; vos itaque errorem istum ei condonate, quòd si etiam nos per errorem aliquid contrà vos commisimus, date quæsò veniam facto ac pro nobis apud Dominum, Deum vestrum, intercedite. En proximum meum, Menelaum, cum literis ad vos misi, qui conditiones pacis sincerumque fœdus vobis declarabit. Menelaus igitur ad Judam profectus literas regis Eupatoris ei tradidit, quibus perlectis tres illi, nempe, Judas, Lysias ac Menelaus, fœdus & pacem inierunt; Lysias autem in Macedoniam reversus Eupatori coràm expositi, quæ sibi evenerint, referens inter alia, quòd cœlitus ab angelis adversùs omnes populi Israëlitici hostes punatum sit; quapropter pavor ingens ac metus Eupatori, Macedonum regi, incussus fuit.

וגבוריו ועתה תן ימינך להם וכרות ברית עמהם בעדי וקיו עמהם שלום והודיעם כי מדעתי ומטוב לבבי ולא במרמ' וערמה אני רוצה ובוחר בשלומם ובאהבתם כי מדעתי אמשילם לשמור את תורתם כרצונם ואתה והם שלום ואלה דברי הברית והשלום אשר שלח אאופטר בן אנטיוכוס המלך ליהודה שר היהודים ומשוח מלחמה מאת המלך אאופטר בן אנטיוכוס המלך המקדונים אל נגיד היהודים יהודה משוח מלחמה ולכל עם היהודים ברית ושלום ידוע יהיה לכם כי מזהי גזר בכל מדינה ומדינה ממדינות ממשלתי וכבל עם ועם ממשלת ידי על היהודי להודיה את בני ממלכתי לבלתי לתיץ אתכם ולעזוב אתכם לשמור את משמר' תורתכם וכל אשר עשה אבי בתחלה בשגגה עשה ואתם כפרו לו על שגגיתיו גם אם אנחנו שגגנו נגדכם כפרו לנו והתפללו ליי אלהיכם בעדנו והנה שלחתי אליכם מנילאם קרובי עם אגדתי והר' ידבר לכם דברי שלום ובריות אמת ויבא מנילאם ליהודה ויבא לו אגרות המלך אאופטר ויקראה ויקימו שלשתם יהודה וליסיאה ומנילאם הברית והשלום וילך ליסיאה לארצו מקדוני ויספר לאאופטר עוד פה אל פה אשר קרהו ויגד לו כי מן השמים גלחמי המלאכים עם כל אויבי ישר ויבא אאופטר מלך מקדוניאה ויצר לו מאד מאד׃

CAP.

CAP. XV.

ויהי בימים ההם החל יי לגדל ולהנשא יהודה מלכות רבעית על מלכי שלישית היא מלכות רומי אשר נהעודו עד מלכי יון ויגדל שמה על כל המלכיי והיא החיה הרביעית אשר נבא דניאל עליה ואמר בעדה אבלה ומדקה וישארה ברגלה רפסה כך הגוי הזה רומיים עלו למעלה וגברו חיל הרבה מאד עד אשר אבלו והדיקו את כל מלכיות וכני המלכות הזאת הם אש' נצחו אנטיוכוס הגדול מלך יון וישבדהו במלחמה ויכניעהו לתת להם מס והם הם אשר הכניעו את דון אניבל מלך אפריקאה אשר מלך בעיר קרטגינה כי בא אניבל בעם כבד וב כחול אשר על שפת הים ליוב ועמו כל חיל באוי׳ברי וכל חיל כוש ופוט וחיל גוים אחרי רבים ויעבור את הים הקצר אש' בין אפריקה ובין ספרד ויבא בספרד ויכנע את גאון גוי גיתום ויסע משם וילך בכל ארץ גרמניא

IIsdem diebus, ætate nimirùm Judæ, Deus cœpit suprà regnum (1.) tertium, Græcorum scilicèt, extollere & inclytum reddere quartum illud, quod est Romanum, cujus nomen ipse præ omnibus regnis celeberrimum reddidit. Hæc est quarta illa bestia, de qua Daniel (2.) vaticinatus dixit, quòd devorârit & comminuerit ac pedibus suis cætera conculcârit; sic gens ista Romana viribus crevit atque bello admodùm invaluit adeò, ut regna omnia devoraverit ac comminuerit; is ipse populus fuit, qui Antiochum magnum, Græcorum regem, superavit ac bello devicit, eumque tributarium sibi fecit; hi fuerunt, qui Hannibalis, Africæ ducis, Carthagine imperium tenentis, ferociam compresserunt. Cùm enim Hannibal ingentem exercitum ac numerosum arenæ instar, quæ in litore maris jacet, secum duxisset (cui omnes Barbarorum, Æthiopum, Lybiorum aliarumque gentium plurimarum copiæ sese adjunxerant) atque angustum illud fretum, (3.) quod Africam ab Hispania dividit, trajecisset, & in Hispaniam profectus Geticæ (4.) gentis ferociam ibidem fregisset atque castris inde motis universam peragrâsset Germaniam, (5.) quæ terra est occidentalis, Britonesque (6.) in mari Oceano habi-

 tantes,

(1.) Monarchiam vulgo vocant; cæterum pleraque, quæ hoc capite 15. narrantur, à Judæo, ut puto, interpolatore, inserta sunt, vid. quæ cap. seq. 16. n. 3. annotata sunt.

(2.) Vid. Daniel. cap. 7. v. 7. it. dict. cap. sequ. 16. n. 4.

(3.) Fretum Herculeum istud vocari notat Munsterus in observationibus suis ad hunc locum.

(4.) Ita hic dictionem Hebr. גיתום interpretor; Getica tamen gens non Hispaniæ, sed Thraciæ populus fuit, Dacis vicinus; Munsteri codex habet: גוחום, unde ipse vertit: Gothorum gentem; puto autem Celtiberos hic intelligi, qui Hispaniam incoluerunt, quorum crebra apud Livium fit mentio, nam Gothos tunc temporis in Hispania inclaruisse haud puto; confer. quæ in Præfatione num. 20. ea de re notata sunt; cæterum de Gothorum origine vid. inter alios Alstedii Chronol. Tit. 20. & Cluveri Antiqu. German. lib. 3. c. 34.

(5.) Hebr. גרמניה, sic juxtà Munsteri codicem hic lego, nam dictionem גומניא quæ hic habetur, corruptam puto.

(6.) Hebr. תברתונים sic in nostro codice hic legitur, Munsterianus habet בריטניה i. e. Britannia; cæterum

tantes, ſubegiſſet, tandem in Italiam profectus bellum cum Romanis geſſit, qui eidem obviam progreſſi acerrimum inierunt prælium, & innumeri Romanorum eo die occubuerunt; ſed iidem collectis poſteà viribus integrum decennium cum Hannibale pugnârunt, & octodecim præliis cum ipſo dimicârunt, in quibus omnibus Hannibal ſuperior evaſit; tandem extremo bello Romani omnes fortiſſimorum militum copias eduxerunt eisque duos præfecerunt imperatores, (7.) quorum alter Æmilius (8.) alter Varus (9.) vocabatur, qui exercitum adverſùs Hannibalem eduxerunt, cumque eundem in oppugnatione Canuſii, (10.) urbis magnæ (11.) occupatum deprehendiſſent, inſtructa ibidem ad Aufidum (12.) amnem acie, ingens utrimque atque atrox prælium commiſſum fuit, in quo nonaginta millia (13.) Romanorum fortiſſimorum illo die occubuerunt, inter quos ipſe quoque Romanorum imperator Æmilius, vir fortiſſimus,

גומניא היא ארץ מערב ויכנע את
הברהונים היושבים על ים אוקיאנוס׃
ויסע משם וילך אל ארץ איטליא וילחם
ברומיים ויצאו רומיים לקראתו ותהי
מלחמה גדולה ביניהם ויפלו ביום ההוא
מהרומיים לאין מספר׃ וילחמו עוד
הרומיים עם אניבל בעשר שנים ויעכבו
עמו י״ח מלחמות ולא היתה להם
תקומה לפני אניבל באחת מהם׃
ובמלחמה האחרונה הוציאו ממלכות רומי
כל צבא הגבורים ויפקדו בראשיהם את
שני הפריצים הגדולים אשר היו במלכות
רומי שם האחד אימליאוס ושם השני
ברום וילכו ויבאו להלחם באניבל
וימצאוהו נלחם על קנוסניא היא העיר
הגדולה ויערכו שם מלחמה אתו על נהר
אופרום

terum an Hannibal Germaniam peragraverit ac Britannos ſubegerit, prout hic narratur, ſit fides penes autorem noſtrum vel potius interpolatorem Judæum, multi non ſubleſtæ fidei ſcriptores Britanniam ante Julium Cæſarem ignotam fuiſſe tradunt, unde, cum retexiſſet Julius, novus & alter orbis exiſtimata fuit, vid. Flor. lib. 3. cap. 10. idem ferè de Germania dixeris, ac nemo Latinorum, prout etiam Munſterus hic notavit, unquam ſcripſit, quòd Annibal Germaniam peragraverit & ad Britannos venerit; ſed omnes dicunt, illum ex Hiſpania recta per Galliam Narbonenſem ſuperatis cum magna difficultate Alpibus in Italiam penetrâſſe.

(7.) Ita hic verto פריצים, quæ dictio in noſtro codice habetur, Munſterus legit ערצים ac vertit: duces, confer. ſupr. l. 1. c. 5. n. 4.

(8.) Is fuit Æmilius Paulus, Conſul, teſte Livio l. 22. c. 45. & ſeqq.

(9.) Hic Terentius Varro fuit, de quo idem Livius dict. l. 22. cap 45.

(10.) Ita hic interpretor קנוסניא quod nomen in noſtro codice habetur, Munſterus legit קנס unde ille vertit: Cannas, quæ etiam lectio alteri præferenda, nam ad Cannas Æmilio Paulo & Terentio Varrone Coſſ. & ducibus cum maxima Romanorum clade pugnatum eſſe inter alios ſcribit Livius lib. 22. cap. 47. poſtea autem Canuſium militi exercitus Cannenſis profugium fuit, referente eod. Livio dict. lib. 22. cap. 50. confer. num. ſequ. 11. ibique not.

(11.) Cannæ non magna fuit urbs, ſed ignobilis Apuliæ vicus, teſte Livio ac Floro, inſignis autem facta fuit clade Romanorum; Canuſium autem munitam fuiſſe urbem vel ex eo conjicere licet, quod poſt Cannenſem cladem reliquiis exercitus Romani ea urbs profugium fuerit, prout jam ante num. 10. dictum eſt; Cannas tamen à Ptolemæo l. 3. cap. 1. etiam Canuſium dici ſcribit Munſterus, vid. num. 15. ibique not.

(12.) Hebr. אופירום, ita hîc Livium lib. 22. c. 44. & Munſteri codicem ſecutus legere malui, quàm אאופרום, quod nomen in noſtro habetur & procul dubio corruptum eſt.

(13.) Hebr. צ׳ א״ף, ſic apud autorem noſtrum, qui numerus ferè convenit cum eo, quem Livius lib.

mus, cecidit & in militum ſuorum ſtrage exſpiravit; (14.) Varus autem profugiens in urbem Veſthiam, (15.) montibus quidem cinctam, ſed in planitie, quæ quinquaginta milliaria (16.) complectebatur, ſitam, pervenit: Verùm Hannibali quoque haud incruenta victoria fuit, nam ex illius copiis quadraginta millia (17.) militum eo in prælio ceciderunt; Hannibal autem Romanorum exercitum ad portas usque Romæ perſecutus eſt, urbemque octodecim annis oppugnavit (18.) exſtructis antè portas tabernaculis, in quibus Hannibalis milites degerunt urbemque arctiſſimè obſederunt; tunc Senatores urbis habito inter ſe conſiliô dixerunt: agedum portas aperiamus & Hannibalis jugum ſuſcipiamus fœdusque cum ipſo pangamus, ut vitam ſervemus nec mortem oppetamus; hæc dicta cùm omnes approbâſſent, unus adoleſcens, (19.) nomine Scipio, è medio civitatis ſurgens trecentos (20.) ac viginti Senatores urbis ita compellavit:

אאופרום והיו שם מלחמה גדולה ועצומה
ביניהם מאד מאד ויפלו ביום ההוא
מגבורי רומיים צ׳ אלף ואז הוכרח
אימליאוס ראש הרומי׳ והוא היה איש
גבור היל ורומרת בקרב המלחמה ויברח
ברום וימלט ויבא אל בסטיאה והיא
העיר היושברת בין הרים וארץ מישור
ותמשים מיל תסבוב וגם מאנשי אניבל
נפלו במלחמה ההיא מ׳ אלף איש
חללים וירדוף אניבל היל רומיים עד
שערי רומה וילחם על העיר י״ח שנרה׃
ויבן בתים לפני שערי רומה וישכנו בם
גבוריו ויצרו על העיר מאד ויאמרו יועצי
העיר איש אל רעהו הבה נפתחה השערים
ונעבוד את אניבל ויכרו לנו ברית ונחיה
ולא נמות ויאמרו כלם לעשות כן׃ ויקם
נער

lib. 22. cap. 49. refert, Munſteri codex habet מ׳ אל״ף i. e. 40000.

(14.) Sic etiam Livius dict. lib. 22. cap. 49. ſcribit, Paulum Conſulem, jamjam moriturum, ita Cn. Cornelio dixiſſe: tu me hac ſtrage militum meorum patere exſpirare, ne ut reus interream.

(15.) Hebr. בסטיאה ſic in noſtro codice reperitur, Munſterus in exemplari Conſtantinopolitano ſcriptum invenit בסתיאה; ſed ſcribendum putat בנוסיאה i. e. Venuſia, Livius enim dict. lib. 22. cap. 49 ita refert: Conſul alter ſeu fortè ſeu conſilio nihil fugientium inſeſtus agmini cum quinquaginta ferè equitibus Venuſiam profugit. Ptolemæus lib. 3. cap. 1. in fin. utriusque loci & Venuſiæ & Cannarum meminit; vocat tamen Cannas Canuſium, ſic Munſterus hic in notis, confer. num. 11. ibique not.

(16.) In codice noſtro hic habetur dictio מיל, quam nonnulli exponunt תחום שבת i. e. terminum Sabbathi, qui bis mille paſſus continet, vid. Conſtant. L'Empereur Præfat. in R. Benjamin. Itinerarium, & Buxt. Lexic. voc. תחום.

(17.) Hebr. מ׳ אל״ף, ſic in noſtro codice; Munſterianus verò ſolum mille habet, Livius lib. 22. c. 52. Pœnorum cæſorum ad octo millia fuiſſe ſcribit.

(18.) Quod hîc de oppugnatione urbis Romæ refertur, de eo ſilent Hiſtorici Romani, octodecim quidem, vel, ut alii, ſexdecim annos Hannibal populum Romanum in Italia variis cladibus afflixit, vid. Liv. lib. 30. ipſam tamen urbem tanto temporis ſpatio non obſedit aut oppugnavit, quin potius idem Livius lib. 22. c. 51. ſcribit, Maharbalem, cum Hannibali ſuaſiſſet, ut quamprimum Romam adiret isque cunctaretur, dixiſſe: vincere ſcis, Hannibal, victoria uti neſcis.

(19.) Quæ hîc de Hannibalis jugo ſuſcipiendo referuntur, ea aliter à Livio lib. 22. cap. 53. narrantur, nempe, quòd non Romæ de urbe tradenda; ſed Canuſii de deferenda Republica & Italia actum ſit.

(20.) Munſterus ſolùm habet כג i. e. viginti tres.

lavit: (21) an firmum hoc ſtat vobis conſilium, ut Hannibali ſerviamus? abſit quàm longiſſimè turpiſſimum iſtud conſilium ac factum; ecquid igitur, inquiunt illi, agamus, cùm in decimum octavum hunc annum ei reſiſtere non potuerimus? ille verò: conſilium conferte, ait, & quinque legiones militum mihi date, ut in Africam, Hannibalis patriam, proficiſcar, ibique bellum geram eamque devaſtem, fortè is hac ratione à vobis recedet & contrà me exercitum ducet, ut patriam ſuam è manu mea liberet, qua re vobis quies parabitur. Id Scipionis conſilium ſecuti triginta millia (22.) fortiſſimorum Romanorum eidem tradiderunt, cum quibus ille in Africam, Annibalis patriam, profectus Hasdrubalem, ipſius fratrem, prælio vicit, ejusque caput abſciſſum Romam tulit; poſteà in mœnia aſcendens Hannibalem vocavit eumque ita allocutus eſt: cur noſtram petiiſti terram nec abiiſti, ut patriam tuam è manu mea eriperes? en caput fratris tui ejus rei teſtimonium: hoc dicto caput fratris ejus è muro projecit, (23.) aſt Hannibal, cùm illud agnoviſſet, rem iſtam ægerrimè tulit animumque obfirmans contrà ſtetit juransque dixit: non abſiſtam ab hac urbe, donec illam capiam, quapropter urbem Romam longo tempore arctiſſimè obſedit,

נער אחד מתוך העיר ושמו שיפיאון
ויאמר לשלש מאות ועשרים ויעצי העיר
אמת עצתכם היא כי נעבוד את אניבל
חלילה לנו מעשות כן ויאמרו אליו ומה
נעשה כי אין לנו תקומה לפניו היום
י"ח שנה׳ ויאמר אליהם הבו עצה יחד
ותנו לי חמשת לגיוני גבורים ואלכה
לי אל ארצו ל ארץ אפריקא ואלחמה
עליה ואשחית אוהה אולי ילך מעליכם
ויבוא אלי להציל את ארצו מידי ואז
יגוה לכם׳ ויעשו כן ויהנו לו שלשי
לף גבורי מגבורי הרומי׳ וישא רגליו
וילך אל אפריקאה ארץ אניבל ויהרוג
את אסדרובל אחיו במלחמה ויקח את
ראשו ויבא אותו אל רומה ויעל על
החומה ויקרא את אניבל ויאמר לו
מרוע תמדת את ארצנו ולא באת להציל
את ארצך מידי כי השחתי אוהה והנה
לך ראש אחיך לעד וישלה אליו את
ראש אחיו מעל לחומה ויבו אניבל את
ראש אחיו ויקטה את רוחו ויחזק ויעמד
וישבע ויאמר לא אהדל מעל העיר
הזאת עד לכדי אותה ויצו עוד על עיר
רומא ימים רבים׳

(21.) Scipionis verba aliter referuntur à Livio dict. lib. 22. cap. 53. quæ ibidem videas licet.
(22.) Munſterianus codex habet: triginta quinq; millia.
(23.) Imò verò non Scipio, ſed C. Claudius Conſul, quum in caſtra, devicto Hasdrubale, rediiſſet, ejus caput, quod ſervatum cum cura attulerat, projici antè hoſtium ſtationes juſſit, referente Livio lib. 27. c. 53. in fin.

CAP.

CAP. XVI.

וילך עוד שיפיאון ל אפריקא וישחת
כל ארץ אפריק׳ וילך ל קרטגינא ויצו
עליה וישלחו אנשי קרטג׳ אגרת אל
אניבל והוא ברומה לאמר מדוע תמדת
ארץ נכריה ומאסת בארצך והיא נלקחת
מידך ואין מושיע לה׳ ועתה דעה אם
לא תמהר לבוא להושיענו מיד שיפיאון
נפתחה השער ונתן בידו את העיר וכל
אוצרות ביתך׳ ויהי כהגיע האגר׳ הזאת
אל אניבל ויקראה ויזדעזע מעל רומא
ויבא אל האופירום בי שם הוו עומדות
ספינות רומה ויהרוג שם מהרומיים עד
אין מספר אנשים ונשים וטף מן השביה
אשר היתה עמו׳ ויבא בספינה וילך
אניבל עם חילו וילך שיפיאון לקראתו
ויהי ביניה׳מלחמה גדולה ויגצח שיפיאון
לאניבל ויברחהו וירדוף אלפים רבות׳
ביום ההוא מהלו ועד שלש פעמי׳ רבהו
במלחמ׳ ויברח אניבל מפני שיפיאון וילך
מצרימ׳ אל תלמי המלך׳ ואת שיפיאו
היה משרת ושר להלמי המלך וישא
את אניבל ממנו בעד שיפיאו אריו ויאמר
אליו בתוב אגרת ושלח אותה לאוזך
ויבוא

SCipio autem denuò in Africam trajiciens omnem illam regionem vaſtavit & Carthaginem ipſam obſedit; quocircà Carthaginenſes ad Hannibalem, qui tunc Romanæ obſidioni intentus erat, literas miſerunt hujus ſententiæ: cur alienam appetis terram, tuam verò negligis, quæ tibi erepta eſt nec quisquam eam ſervare poteſt? Nunc igitur id ſcias, quòd, niſi celeriter hûc veneris nosque è Scipionis poteſtate eripueris, portam ei aperiemus ipſique tàm urbem, quàm theſauros domus tuæ trademus. Has literas cùm Hannibal accepiſſet easque perlegiſſet, ab urbe Roma abſceſſit, & in Epirum, ubi tunc Romana claſſis ſtabat, profectus innumeros ibidem Romanos, tàm viros, quàm fœminas puerosque, quos captivos ſecùm duxerat, interfecit. Sic Hannibal conſcenſâ nave exercitum ſuum traduxit, cui Scipio occurrens acerrimum cum illo prælium iniit eumque in fugam vertit, ac multa hoſtium millia (1.) die iſto proſtravit, poſteà eundem tribus prælиis ſuperavit, quibus omnibus Hannibal victus & à Scipione in fugam verſus tandem in Ægyptum ad Ptolemæum regem (2.) pervenit; Scipionis autem frater tunc temporis inter miniſtros ac principes Ptolemæi regis agebat, is fratris ſui, Scipionis nomine Hannibalem à rege poposcit, cui rex: ſcribe, inquit, ac mitte literas ad fratrem tuum, ut ipſe hûc ad me veniat, tunc Hannibalem ei tradam, modò mihi juret, ne eundem interficiat; ſed

(1.) Munſterianus codex ſolùm habet אלף איש i. e. mille viros, Livius lib. 30. cap. 35. ſcribit, in prælio, quo Scipio Hannibalem devicit, Carthaginenſium ſociorumque cæſa eo die eſſe ſuprà millia viginti.
(2.) Quæ hic de Hannibalis fuga ad Ptolemæum regem ejusque in manus Scipionis traditione ac morte referuntur, Hiſtorici Romani & inter illos Livius lib. 39. c. 51. longe aliter narrant, nempe, quod Hannibal, cum à Pruſia Bithyniæ rege, ad quem victo Antiocho confugerat, dederetur Romanis, qui ad expoſcendum illum T. Quintium Flaminium miſerant, veneno ſibi mortem conſciverit.

sed illum perinde ac unum è principibus sibi proximis honoret atque colat: quo cognito Scipio in Ægyptum profectus est, cui rex Ptolemæus Hannibalem tradidit, præstito tamen prius à Scipione jurejurando, ne illum malo aliquo afficeret; sed honoraret ac coleret. Scipio itaque Hannibalem ex Ægypto in Africam magno cum honore deduxit; Hannibal autem, cùm in patriam suam reversus esset, hausto venenô mortem sibi conscivit, ibique sepultus est; (3.) Ast Scipio Africam universam omnemque locum, ubi auri argentique venæ erant, (nam multæ ibi auri atque argenti fodinæ reperiebantur) in suam redegit potestatem, ex eo tempore populus Romanus omnes totius orbis gentes magnitudine superavit; atque hæc est bestia illa, quam Daniel, vir Deo acceptus, vidit, de qua scripsit, (4.) quòd devorârit & comminuerit ac reliquum pedibus suis conculcaverit; hi ipsi fuere Romani, qui devorârunt ac consumpserunt populum Judaicum atque Hierosolymam devastârunt.

ויבוא אלי פה ואני אסגירהו בידו רק כי ישבע לי לבלתי יהרגהו אך יכבדהו בא׳ משריו המשנים לו וידע שופיאו את הדבר הזה וילך מצרים ויתן הלמי המלך את אניבל ביד שיפיאו וישביעהו לבלתי ירע לו וכי יכבדהו וישבע לו על הדבר הזה ויביא שפיאו את אניבל בארץ אפריק׳ ממצרים בכבוד גדול׳ ויהי כבוא אניבל אל ארצו וישת שם המות ויסר בו ויקבר שם בבירת מלכותו וילכוד שיפיאו כל ארץ אפריק׳ וכל מקום אשר בו מקום הכסף והזהב בי בארץ אפריקא מקוד הכסף ומוצ׳ הזהב׳ ויגדל או גוי הרומיים על כל גויי הארץ והוא החיה שראה דניא איש חמודות וכת׳ עליה אכלה ומדקה ושארא ברגלה רפסה והם הם הרומיים שאכלו וכלו עם יהודה והחריבו ירושלם׳

CAP. XVII.

ויהי כשמוע יועצי רומה ויקניה את הגבורה אשר נתן יי׳ ליהודה ולעמו ויועצו להתחבר עם יהודה ועם עמו ולכתוב לו אגרת שלום ואגרת בחית׳ ויעשו כן ואלה דברי האגרת אשר שלחו הרומיים

SEnatores autem Romani, cùm fortitudinem, quam Deus Judæ ejusque populo dederat, audissent, fœderis cum Juda (1.) ejusque populo ineundi consilium inierunt, literasque pacis ac fœderis ad Judam scripserunt; epistolæ verò, quam Romani ad Judam, summum Sacerdotem, Mattathiæ, Pontificis, filium, Judæorum principem ac ducem,

(3.) In codice nostro hic additur: בבירת מלכותו i. e. in domo regni sui, sive in domo sua regia, nim irum in palatio suo, nam dictio מלכות ac מלך accipitur non semper apud Hebræos propriè pro regno vel rege, sed interdum pro eo, qui alios supereminet, ac ducis vel imperatoris munere fungitur, confer. lib. 2. cap. 24. n. 44. & 47. it. cap. 25. num. 6. dict. lib. 2. ibique not. cæterum in Munsteri codice verba ista: בבירת מלכותו non leguntur & videntur à manu Judaica, prout alia multa, inserta esse, vid. cap. antec. 15. n. 1. ibique not.

(4.) Vid. Daniel. cap. 7. v. 7. it. cap. antec. 15. n. 2. ibique not.

(1.) Judas autem prius ad Romanos amicitiæ petendæ causa miserat Eupolemum, Johannis filium, & Jasonem, uti refert Josephus Antiqu. lib. 12. cap. 17. vid. & 1. Maccab. c. 8. v. 17.

הרומיים אל יהודה הכהן בן מתתיה הכהן נגיד ושר על היהודים וכהן משוח מלחמה מאת קינעיום מימיאום ותיציאום ושפיאום ומגיליאום שרי רומה אל יהודה רנגיד ומשוח מלחמה ואל כל זקני וישראל שלום׳ ידוע יהיה לכם כי אנחנו שמענו את שמע גבורתכם ומלחמותיכם ושמחנו מאד מאד׳ ועתה ברתו ברית עמנו וכתבו והודיעו לכל היהודים באשר הם כי ברית עולם ביניני וביניכם׳ וגם אנחנו נכתוב ג״כ בארצותינו ונאה לכם להיותכם חברים ורעים טובים לנו ולא ליונים אשר ענו אותכם׳ ורעה אנחנו עולים באנטוביא למלחמה ולבן מרדו לשלוח לנו אגרת ולהודיענו מי ומי אוהביכם׳ ואלה דברי הברית אשר כרתו הרומיים עם יהודה קיימו להיותם אוהבי׳ ועזרי׳ זה לזה בים וביבשה לעולם ואם העמוד מלחמה בגוי הרומיים יעזרום כפי בחם ולא יחנו לאויבי הרומיים כלי מלחמה ולא חטים ולא כל מוהיר׳ ויקיימו היהודים כל זה כאשר גזר ובקש הישיש

cem, miserunt, hæc erat sententia: Q. Memmius (2.) ac Titius, (3.) Scipio & Manlius, principes Romani, Judæ duci atque imperatori (4.) omnibusque Senioribus Israëlis salutem! Notum vobis sit, quòd fama virtutis vestræ in bellis gerendis ad nos pervenerit, quæ res nobis maximæ fuit lætitiæ; nunc itaque fœdus nobiscum pangite ac Judæos omnes, ubicunque illi habitaverint, scriptô certiores facite, quòd æternum inter nos atque ipsos fœdus sit, nos quoque eadem de re ad provincias nostras scribemus: vobis itaque convenit, ut fideles socii & amici nobis sitis, non Græcis, qui vos afflixerunt; nos quidem in eo jam sumus, ut Antiochum bello persequamur, quamobrem celeriter ad nos mittite literas, ut sciamus, quinam vestri sint amici; conditiones autem fœderis, quod Romani cum Juda inierunt, hæ erant: Nimirùm convenit (5.) inter illos, ut alter alteri amicus sit, auxilium terra ac mari ferat in perpetuum, quòd si bellum Romanis inferatur, Judæi pro viribus subsidio eisdem venient, hostibus quoque Romanorum nec arma nec triticum nec alium quemvis commeatum præbebunt, hæc omnia servent Judæi, prout constituit & requirit Consul (6.) cum trecentis ac viginti Senatoribus; Judas autem unà cum principibus suis atque consiliariis ita constituit ac pactus est: Si Judæis bellum infera-

(2.) Q. Mutius nominatur 2. Maccab. cap. 11. vers. 34.

(3.) Hebr. ותיציאום, sic in nostro codice, quod tamen nomen abest à Munsteriano, ut & dict. cap. 11. v. 34. libri 2. Maccab. Forte pro Titius legendum: Titus, quod nomen in Munsteriano codice Scipioni præponitur, in eodem verò capite 11. vers. 34. lib. 2. Maccab. Titus prænomen est Manlii.

(4.) Sic vertere volui משוח מלחמה, i. e. qui unctus seu consecratus est ad bellum, sic Munsterus hic vertit, vid. quæ suprà h. lib. 3. cap. 9. num. 9. ea de re annotata sunt, it. suprà c. 13. h. lib. 3. num. 14.

(5.) Vid. Joseph. Antiq. l. 12. c. 17. it. 1. Maccab. c. 8. v. 23. & seqq.

(6.) Sic dictionem הישיש, quæ in nostro habetur codice, vertere volui cum Munstero, posses etiam transferre principem Senatus, de quo vid. Livius lib. 34. cap 43. seu dictatorem, quem Romani ingruente belli necessitate eligere consueverunt, dum hic in singulari Senis sit mentio, neque enim unus, sed duo Consules quotannis eligebantur, prout ex Historia Romana notum est, vid. supra lib. 1. cap. 4. num. 27. & infrà lib. 4. c. 4. n. 23. & n. 27. it. cap. 21. n. 2. dict. lib. 4. ibique not.

feratur, Romani quoque genti Judaicæ pro viribus subveniant atque hostes Judæorum nec armis nec frumento aliove ullo commeatu juvent, præterea Romani, si quando Judæis in periculo ac necessitatibus auxilium tulerint, nullum ab illis commeatum (7.) accipiant, sed Romani subsidio venientes commeatum ipsi secum ferant; si verò Judæi Romanis suppetias tulerint, Romani Judæos commeatu rebusque omnibus necessariis juvent atque hæc omnia servent Romani, prout decrevit ac requirit Judas ejusque consiliarii. Convenit etiam inter illos, ne conditionibus hisce quidquam adderetur aut detraheretur, sed illæ per omnia servarentur, prout Consul cum trecentis & viginti Senatoribus decrevit, & sicuti Judas cum principibus Judæorum eorumque consiliariis statuit. (8.) Ita terræ Judaicæ pax rediit; quæ tamen vix in octavum duravit mensem. Iisdem diebus Judas Maccabæus (9) improbos è populo suo perdere ac delere cœpit; in omnibus autem terræ Judaicæ oppidis & in litore maris ab urbe Gaza (10.) ad Acconem (11.) usque Judæi tunc temporis simùl cum Macedonibus habitabant; accidit autem, ut incolæ urbis Japho (12.) & Jabnæ, (13.) qui Judæis permixti vivebant, illos invitarent, ut unà cum uxoribus & liberis

דרשיש ושלש מאות וב' יועציו וכאשר
גזר עליהם יהודה עם שריו ויועציו ואם
העמוד מלחמה בגויי יהודה יעזרום ג"כ
הרומיים בפי בהם ולא יתנו לאויבי
היהודים לא כלי מלחמה ולא חטים
ולא כל מחיה וגם לא יקחו כל מחיה
מהיהודים כי יבאו בעזרתם לצדה אשר
תהיה ליהודים: ואמנם כאשר יבואו
הרומיים לעזר היהודים המה יביאו
מזונים עמהם וכאשר ילכו היהודים לעזר
הרומיי יתנו ליהודים כל מהייתם ועליהם
יהיו כל צרכם: ויקיימו הרומיים כל זה
כאשר גזר ובקש יהודה ויועציו ואמנם
כי לא יוסיפו אלה"ר על אלה"ר ולא
יגרעו כאשר גזר הושיש וג' מאות
וב' ויעציו וכאשר גזר יהודה עם שרי
היהודים ויועציהם: וידי אחרי כן
והשקיט הארץ בשמנה"ר הרשי בימים
ההם החל יהודה מכבי להרשיע ולהשחית
את הרשעים מקרב עמו: וידי בעת
ההיא בכל עיי יהודי ובתוך הים מעזה
עד

(7.) Id est, Romani sumptibus suis militent & auxilium Judæis ferant, prout paulo post sequitur.
(8.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 17. it. 1. Maccab. c. 8. v. 30.
(9.) Vid. quæ suprà h. lib. 3. c. 9. n. 8. de hoc nomine dicta sunt.
(10.) Hanc urbem Hebræi Azam vocant, prout Munsterus hic notavit, confer. & supr. h. lib. 3. c. 13. n. 18 ibique not.
(11.) Hæc postea Ptolemais appellata est, ut Strabo & Stephanus tradunt, vid. Joseph. lib. 2. de Bell. Jud. c. 17. it. infrà lib. 4. cap. 9. num. 14. & cap. 15. num. 7. confer. & Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmissa c. 64. S. Hieronymus Tom. 1. ad Eustochium, Epitaph. Paulæ Matris fol. mihi 171. urbem hanc Ptolemaidem antea Corh dictam fuisse scribit, ubi Erasmus in notis observavit, quosdam codices habere: Cob, confer. suprà lib. 2. c. 6. n. 2. & lib. 6. c. 13. n. 2.
12.) Hæc Joppe nominatur 2. Maccab. cap. 12. v. 3. appellatur etiam Gapha à R. Benjamin in Itinerar. pag. m. 89.
(13.) Hebr. יבני sic in codice nostro, Jamnia vocatur 2. Maccab. c. 12. v. 8. ab eod. R. Benjamin dict. p. 89. appellatur Jafne, quam sua ætate Ebalin dictam fuisse scribit ibidem, vid. & Joseph. Antiqu. lib. 12. cap. 12. circà fin. & Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmissa cap. 15. confer. & infrà lib. 6. cap. 5. num. 6. & cap. 31. num. 21. it. cap. 59. num. 7 ibique not.

עד עכו היו יושבים יהודים עם הקדמונים
יהוד ואנשי יפו ויבנה היושבים עמהם
רצו לעלות אל"ר משפחותיהם עם נשותם
ובניהם ובנותיהם וללבת לשתוק עמהם
בים ואמינו היהודים בהם ויעלו עמהם
בספינותיהם וירד כבואם אל מקום עמוק
בים ויטביעו מהם נפשות מאתים ויזכר
ליהודה ויכך ויצעק ויקרא צום ויקרא אל
יי' לאמר הושיעה יי' וילך אל יפו ויצר
עליה ויהגה אלהים בידו ויבדל מהתהה
את היהודי ויך כל העיר לפי חרב מאיש
ועד אשה מעולל ועד יונק וישרוף אר"ת
העיר וככר"ה עשרה ליבר"ה: וישרוף
הספינו' שמצא ביפו ואש' מצא ביבנה
ויבא העשן עד ירושלם וילך כח העשן
ושוחפה והלהבה מאתים וארבעים רים
ויקום אז יהודה רמי הילדים ורנשי
אשר טבעו בים כי שרף בספינות בר"ל
הילדים והנשי אשר הכריתו מקרונים
אליהם למלחם מיד יהודה ולא יכלו:

וילך משם ויבא אל מדבר ערב ויך את
גוי"הערב וכלה כל אבירים וישם עליהם
מס ויפן לשוב לארץ יהודה: ויעבור
על עיר אשר שמה"ר ושם העיר בספין
והעיר

(14.) Munsterianus codex habet: קפ"מו i. e. ducenta & quadraginta sex stadia, quæ decem serè milliaria Germanica, hoc est, iter duorum penè dierum efficiunt, prout Munsterus hic in notis suis observavit, vid. & 2. Maccab. 12. v. 9.
(15.) Ita dictionem רים, quæ in Hebræo habetur, cum Munstero & Constant. L'Empereur in Præfat. Itinerarii R. Benjamin exponere volui, confer. & Joh. Lightfoot. Hor. Hebr. in S. Johannis cap. 11. vers. 18. it. Ejusd. Chorograph. Marco præmissa cap. 8. vid. etiam cap. seq. 18. n. 4. & num. 13. & infrà lib. 6. c. 17. n. 8. ibiq; not. it, dict. l. 6. c. 53. n. 35.
(1.) Vid. 2. Maccab. c. 12. v. 10. & seqq.

liberis suis easdem conscenderent naves, & in mari cum ipsis luderent, quibus Judæi fidem habuerunt eorumque navigia ingressi sunt; illi verò, cùm in altum vela dedissent, ducentos ex Judæis submerserunt: Hæc res cùm ad Judam esset perlata, ille fletu lachrymisque interemptos prosecutus jejunium indixit ac precibus ad Deum fusis oravit: opem fer Domine! dein Japhonem profectus eam obsedit & in potestatem suam, Deo auxiliante, redegit atq; civitatem omnem, separatis prius Judæis, ibidem habitantibus, ferrò percussit, nullâ nec sexus nec ætatis misericordiâ ductus, eamque incendio delevit; eodem pœnæ genere etiam in urbem Jabnam animadvertit, omnes quoque naves, quæ in earundem urbium portibus deprehendebantur, exussit, ita, ut fumus Hierosolymam usque perveniret & flammæ, incendii ac fumi vis ad ducenta (14.) ac quadraginta stadia (15.) porrigeretur. Sic mulierum liberorumque, in mari submersorum, sangvinem tunc ultus est Judas, dum mulieres liberosque omnes (quos Macedones ad se fugientes receperant, ut eosdem è manu Judæ eriperent, sed id efficere haud poterant) simùl cum navibus combussit.

CAP. XVIII.

POsteâ Judas, cùm in Arabiæ desertum venisset, gentem illius loci concidit (1.) ac fortissimum quemque ex iisdem prostravit eisque tributum imposuit; dum autem in Judæam reverti constituit, ad urbem quandam, ibidem sitam, nomine

והעיר עיר מבצר גדולה והזק׳ מאד כי מבל הגוי׳ אשר מלכו מאז על כל ארצו׳ הערב ועל ארצו׳ דמשק וטוראה ועל כל ארצות יהודה לא יבאו ולא עלה על לב גוי לצור עליהם ויהי רוא הולך ועובר וישבי העיר בטחו על מבצרם ויקללו את יהוד׳ וידברו דברים על עם יי׳ ועל אלהינו אשר לא יאות לדב׳ בם ויש׳ יהוד׳ את עיניו וירׄ את העי׳ מהחוק והעי׳ בצורה עד למאד ויקר יהודה ש יי׳ ויאמ׳ ש שדי אש׳ נהה את ירושו ביד יהושע עבדך בקלות הרועות עמך הנה בידינו היום הזה את העיר הזאת ואנקמה מהם על ההרפות אשר חרפו את עמך ואלהיו כי בטחו במבצרם ואנחנו בך בטחנו ויקח יהודה מגינו בשמאלו וישלוף את חרבו וירדׄ וירׄ אל שער העיר ויוצו אחריו כל בחורי החשמונים ויטיחו את השער בופת ובו מעורבי׳ קוצי מדבר ויהנו בהם אש וישרפו השער ויפול לאר׳ טרם חשוב יושבי העיר כי זה המעשה יעשו ויחן האלהים את העיר בידם ויהרגו בה הרג רב אשר לא נהיה מימי קדם בי מהלך ב׳ ימים באורך ומהלך שני ימים ברוחב הלך אגם הדם אשר יצא מן העיר ויהיה כאגם מים׳ ויסע משם וילך שבע מאות וחמשים ימ׳ עד עיר טמתיאום ויצא

mine Caſpin, (2) in tranſitu pervenit; urbs autem illa maxima erat ac munitiſſima, quam nemo ex Arabiæ, Damaſci, Syriæ ac Judææ regibus aggredi eamque oppugnare hactenus auſus erat, hanc cùm Judas præteriiſſet, incolæ urbis munitionibus ſuis confiſi eidem maledixerunt, ac probra, quæ dicere nefas eſt, in populum Domini ipſumque Deum noſtrum jactârunt; Judas autem ſublatis oculis urbem, quæ valdè munita erat, contemplatus, Dominum invocavit (3.) hiſce verbis: Deus omnipotens, qui quondam urbem Jericho per populi tui clamorem tubarumque clangorem poteſtati Joſuæ, ſervi tui, ſubjeciſti, da quæſò hodie in manus noſtras urbem hanc, ut de illa pro maledictis iſtis, quæ in populum tuum ejusque Deum conjecerunt, ultionem capiam; ipſi quidem munimentis ſuis confidunt, nos autem ſpem noſtram in te poſitam habemus; his dictis Judas clypeum ſiniſtrâ, ſtrictum gladium dextrâ gerens ad portam urbis curſu contendit, eum fortiſſimi quique Haſmonæorum ſecuti picem admixtis vepribus ac ſpinis, ex deſerto ſumptis, portæ admoverunt eamque incenderunt; ſic porta urbis, priusquàm incolæ rem illam animadverſiſſent, humi prolapſa eſt, Deusque oppidum illud in manus Judæorum tradidit, ubi tantam patrârunt cædem, quantam prioribus temporibus factam eſſe haud conſtat, interfectorum quippe ſanguis urbe egreſſus lacum effecit duorum ſtadiorum longitudine ac latitudine. Poſteà Judas caſtris motis & itinere ſeptingentorum ac quinquaginta ſtadiorum confectô ad urbem, in qua Timotheus tunc temporis erat, (5.) venit, is urbe egreſſus contrà Judam exercitum centum millium pedi-

(2.) De hac vid. 2. Maccab. dict. cap. 12. v. 13. & ſeqq.

(3.) Vid. 2. Maccab. c. 12. v. 15. ubi etiam iſtius rei fit mentio.

(4.) Vid. 2. Maccab. dict. cap. 12. v. 16. & cap. antec. 17. num. 15. ubi de dictione ריס quædam dicta ſunt, vid. & infrà num. 13. h. cap.

(5.) Hæc res paulò aliter refertur 2. Maccab. c. 12. v. 18.

טמתיאום לקראתו במאה׳ אלף רגלי וחמשים אלף כרשים׳ ויתפלל יהוד׳ אל יי׳ ויצעק ויאמ׳ הושיעה יי׳ וילך לקראת שבתיאום בעשרת׳ אלפים איש בחור מיהודה ויתגר בו מלחמה׳ ותהי מלחמה׳ גדולה׳ ביניה׳ וישלך יהוד׳ מחיל טמתיאום חללי בארׄן שלשי׳ אלף גויות גבורים ויהרוג גם סוסיפטר שר צבאו ויפנו גדודי טמטיאום עורף לנוס ולברוח והוא עמדם וירדפו בחורי ישראל אחרי טמתיאום ולכדודו׳ דו ויבואו׳ אל יהודה ויצו יהודה להסיר את ראשו מעליו ויכך טמתיאום ויפול׳ על פניו ויתחנן בבכי גדול לפני יהודה אל נא תרגני כי ידודים רבים יושבי׳ בארצי ולמה לא תפדה נפשי׳ רבות בנפש אחת אף כי תפדה נפשות רבות יהודיות קדושות בנפש ערל א׳ טמא ואם לא תרגני אשבע לך כי היטב אוטיב עם כל היהודי׳ כל׳ ימי חיי ולא ארע להם לעולם ויאמר השבעה לי ושמור נפשך מאר פן תחלל את שבועתך וישבע לו תמטיאום עד הדבר הזה ויתמול עליו יהודה ולא הרגו וישלחהו וילך לו אל׳ ארצו ולא יסף עוד טמטיאום להרע ליהודי׳ כל ימי חייו וישמור את השבועה כאשר נשבע׳ ויסע משם יהודה׳ וילך דרך מרׄ בערב ויפגע בחיל מלך מקדון אשר

peditum (6.) ac quinquaginta millium equitum eduxit; Judas autem ad Deum clamans oravit: opem fer, quæſò, Domine! his dictis adverſùs Timotheum decem millia lectiſſimorum militum duxit aciemque inſtruxit, quô factô atrociſſimum inter ipſos prælium exortum eſt, & ex Timothei copiis triginta millia fortiſſimorum militum ceciderunt, inter quos etiam Soſipater, (7.) dux exercitus, interemptus jacuit: Timotheus autem cum reliquis tergum obvertit hoſti, ut fugâ ſalutem quæreret; ſed milites Judæi (8.) eundem perſecuti vivum ceperunt & ad Judam deduxerunt, qui, poſteaquàm Judas caput ejus amputari juſſit, flens in faciem procidit, multisque lachrymis coràm Juda effuſis eundem ſupplex rogavit hiſce verbis: ne quæſò, Domine, me interfice, nam multi Judæi in provincia mea habitant, cur igitur unius vitâ multorum animas non redimes? id ſi feceris, multas Judæorum animas ſanctas unius incircumciſi & impuri vitâ ſervabis; ſi itaque vitæ meæ pepercerit, ſanctè tibi juro, me, quamdiu vixero, omnibus Judæis benefacturum nec ullo eos malo in perpetuum affecturum eſſe: cui Judas: jura, inquit, mihi & cave tibi admodùm, ne jusjurandum violes, cùm igitur Timotheus eam in rem juràſſet, Judas ei pepercit ipſumque ſalvum & incolumem in provinciam ſuam remiſit: (9.) Timotheus itaque ab hoc die ac deinceps nullam amplius cladem Judæis intulit, quamdiu vixit, ſed juramentum, Judæ præſtitum, ſtudioſè ſervavit. Judas autem caſtris inde motis in deſertum Arabiæ copias ſuas duxit, ubi exercitui regis Macedoniæ, qui Arabibus auxilio venerat, occurrens eundem acie ſuperavit & in fugam vertit, cæſis

25000.

(6.) Differt numerus, qui 2. Maccab. c. 12. v. 20. habetur, nec Munſteri codex certum refert numerum, ſed indefinite ibidem narratur, quod Timotheus Judæ occurrerit בעם רב i. e. cum populo multo.

(7.) Etiam hæc res paulo aliter refertur 2. Maccab. c. 12. v. 24.

(8.) Hi nominantur Doſithæus & Soſipater. 2. Maccab. dict. 12. v. 24.

(9.) Vid. 2. Maccab. c. 12. v. 25. ubi idem narratur.

25000. fortissimis viris, (10.) posteà cùm ad urbem magnam, Ephron, (11.) pervenisset, eandemque obsedisset & in potestatem suam, Deo auxiliante, redegisset, viginti millia (12.) ibidem trucidavit, dein castris motis & sexcentorum stadiorum (13.) itinere confecto ad urbem Scythopolim (14.) venit, cujus incolæ metu Judæ perterriti (15.) eidem obviam progressi eumque lachrymis deprecati sunt hisce verbis: Domine imperator & dux Judæorum, interroga quæsò Judæos, qui apud nos habitant, de nostra ergà ipsos benevolentia, quomodo nimirùm ætate Antiochi, crudelis istius regis, iisdem benefecerimus, cùm multi ad nos Judæi profugissent, quos salvos & incolumes servavimus; Judæi igitur, qui apud illos habitabant: ea de re interrogati id verum esse Judæ affirmârunt, quapropter ipse laudato illorum studiò ab iisdem destitit nec illos bello lacessivit; posteà, cùm Hierosolymam esset reversus, festum Pentecostes (16.) celebravit.

אשר הורה בא בערב לעזרתם ויכם
ויברחו וישלך מהם חללים לארץ כ״ה
אלף גברים׃ ויסע משם וילך אל עפרוני
העיר הגדולה ויצר עליה ויתנה אלהים
בידו ושלה בקרבה עשרים אלף גברים
ויסע משׁ׳ וילך שש מאו׳ רים עד עיר
שטופלים ויראו מאד אנשי עיר שטופלים
מיהודה ויצאו לקראתו בבכי ותחנונים
ויאמרו אליו אדוננו משׁ׳ מלחמה וגניד
היהודים שאל נא את היהודים היושבים
עמנו מה מעשינו עמהם כי הטיבונו להם
בימי אנטיוכוס האכזר אשר ברחו
ונמלטו אלינו יהודים רבים ואנחנו החיינו
אותם ועתה היהודי׳ אשר עמהם ליהודה
כי כן האמרו ויברכם יהודה ויחתך
מעליהם ויפן יהוד׳ לבוא לירושלי לחוג
את חג השבועו׳

CAP. XIX.

HAc solennitate peracta contrà Gregorium, (1.) Idumæorum ducem, arma vertit, is (2.)

ויהי אחרי הדבר ויצא על גריגוריאוס שר
צבא אדום וילך אליו בל׳ אלף רגלי
וח׳

(10) Vid. 2. Maccab. c. 12. v. 26. ubi etiam istius rei fit mentio.
(11.) Vid. 2. Maccab. dict. c. 12. v. 27. hæc urbs Ἐφρών nominatur à Josepho Antiq. lib. 12. cap. 12. nisi fortè ibidem Ἐφρών legendum, confer. Joh. Lightfoot. Chorograph. Johanni præmissa cap. 7. §. 1.
(12.) Viginti quinque millia referuntur Maccab. eod. c. 12. v. 28.
(13.) De voce רים suprà h. l. 3. c. 17. n. 15. quædam annotata sunt.
(14.) Hebr. שטופלים, sic in nostro codice, Munsterianus habet סופלים, de hac urbe vid. infr. lib. 4. cap. 5. n. 6. ir. 2. Maccab. c. 12. v. 29. & Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 12. ubi scribit, urbe n Bethsanam à Græcis dici Scythopolim, confer. Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmissa cap. 60. & Chorograph. Marco præmiss. c. 7. §. 2. in Josippi Epitome pag. 24. nominatur שיפולי i. e. Sipoli; sed corruptè.
(15.) In eadem Josippi Epitom. pag. 25. refertur, quod Godolias obviam progressus sit Judæ cum muneribus eique Scythopolitarum benevolentiam erga Judæos indicaverit.
(16.) Seu Septimanarum, in Hebr. חג השבועות; vid. 2. Maccab. c. 12. v. 32. & Joseph. Antiqu. l. 12. c. 12. circa fin.
(1.) Hebr. גריגוריאוס, ita hic, in nostro codice, Gorgias nominatur 2. Maccab. c. 12. v. 32. vid. suprà h. lib. 3. c. 13. num. 5. it. Joseph Antiqu. lib. 12. c. 11.

וח׳ מאות פרשים ויתגר בם מלחמה
ויפלו מגבורי החשמונים ב׳ גבורים ביום
הראוא ואז דוסיתיאוס שר צבא אש׳
לגריגוריאוס רוכה ויתאזר עם וה׳ לרדוף
את החשמוני׳ וכמעט השיב אחור וירא
יהוד׳ את מפלת בחוריו ויתפלל אל ה׳
ויצעק ויאמ׳ הושיע ה׳ ותוק את לב
בחוריו וידלג לפניה׳ וך במחנה
גריגוריאוס וישלך מהם ארצה הרוגים
רבים ויקרא בקול גדול ויאמר אליך
גריגוריאוס וידלג עליו ויט את ימינ׳
להכותו ויהפוך גריגוריאוס אחור לברוח
וינס מפני יהודה וישלך מעליו את כלי
מלחמתו ויברח וימלט ולא עוד עוד
לא חי ולא מת ואנשים הגידו ליהודה
מעם אדום כי אז הוכה במלחמה על יד
גבור מגבורי יהודה וינס מוכה אל מדבר
מרשת אשר במדבר אדום ויעמ׳ שם׃
ויפן יהודה ויך את כל ארץ אדום וירדום
את כל עריהם וישימם למס עובר ואז
נמצאו מפסילי אלהי הגוים מוהב הפחי׳
בבגדי

(2.) 30000. pedites (3.) ac quadringentos equites contrà Judam eduxit, unde atrox inter illos exortum est prælium, in quo quinquaginta viri fortissimi (4.) ex Hasmonæis eo die ceciderunt, Dositheus (5.) quoque, dux exercitus Gregorii, tunc percussus fuit; hostilis autem exercitus adeò invaluit, ut Hasmonæorum acies inclinare ac tantum non pedem referre inciperet; sed Judas conspecta suorum cæde ad Deum clamavit: Serva, Domine! animumque militibus suis addidit & antè illos procurrens multos ex Gregorii copiis interemit atque humi prostravit, dein magnà inclamans voce: ad te, ait, Gregori, (6.) & simùl in ipsum insiliens dextram suam extendit, ut illum percuteret; sed Gregorius tergum obvertens Judæ aufugit armisque projectis evasit, nec compertum est, utrùm vivus, an mortuus fuerit; Idumæi tamen nonnulli Judæ narraverunt, illum à milite quodam Judaico vulneratum in desertum Idumæorum Maresah (7.) profugisse ibique mortuum esse: Judas autem reversus omnem Idumæorum terram vastavit, atque cunctas illorum urbes evertit, eisque tributum imposuit; tunc temporis aurea Deorum gentilium idola (8.) vestibus quorundam militum populi Judaici, qui in prælio adversùs Gregorium occubuerant, insuta

(2.) Ita numerum illum exercitus ad Gregorium sive Gorgiam juxta 2. Maccab. c. 12. v. 33. refero, quamvis ibidem solummodo 3000. pedites habeantur, quia in codice nostro ambigua est locutio, quæ tam ad Gorgiam, quam ad Judam referri potest, sicuti etiam Munsterus in versione suâ Latina exercitus hujus numerum Judæ attribuit, confer. num. sequ. 3. h. cap.
(3) Hebr. ל׳ אלף, sic in codice nostro, Munsterianus dictionem אלף non legit & ל׳ sive literam numeralem ad vocem מאות refert, ita, ut numerus ille ibidem tria millia efficiat, qui etiam conformis est ei, qui 2. Maccab. 12. v. 33. habetur, vid. num. antec. 2.
(4) Ita hic litera numeralis כ׳, quæ 50, significat, repetitur; apud Munsterum, ut & 2. Maccab. c. 12, vers. 34. numerus casorum non habetur; sed paucos interemptos fuisse ibidem refertur.
(5.) Hebr. דוסיתיאוס, sic enim hic legendum puto, pro דוסתיאוס, quod nomen corruptè in nostro codice habetur, confer. 2. Maccab. cap. 12. vers. 35. ubi Dositheus inter præcipuos Judæ milites referri videtur. vid. & infr. l. 5. cap. 23. n. 18. & c. 28. n. 8. ibique not.
(6.) Id est, te provoco, te quæro.
(7.) 2. Maccab. c. 12. v. 35. Gorgias quoque narratur Moresam profugisse.
(8.) Vid. 2. Maccab. dict. c. 12. v. 40. ubi idem narratur.

suta reperta sunt, quæ cùm ad Judam delata essent, ipse cognovit, illos ob peccatum istud in bello cecidisse; quapropter flexis genibus ac protensis in Cœlum manibus dixit: Benedictus sit Dominus, Deus Israëlis, arcanorum revelator, qui secreta ista detexit, ut meum populique animum solaretur, ne Deum existimemus à nobis avertisse faciem suam salutarem, id quod longissimè absit! tunc Judas populum cohortatus, ut Deum sancto ac puro coleret animo, (9.) Hierosolymam reversus est.

בבנרי בחורי הגבורי' עם יהוד' אשר הוכו ונפלו במלחמה גרעוניאים ויביאום אל יהודה: וידע יהוד' כי בגלל העון הזה נפלו ויכרע על ברכיו ויפרוש את כפיו השמימ' ויאמר ברוך יי' שלחי ישרא' המגלה הסתרים אשר גלה הנסתרות האלה לנהם את נפשי ואת נפש עמי לבל נחשוב כי הסתיר פני ישועתו ממנו חלילה: ויחזק או יהודה את לב העם לעבוד את יי' בקדושה ובטהרה וישב אל ירושלם:

CAP. XX.

EUpator autem, Antiochi filius, (1.) cùm omnium præliorum, quæ Judas fecerat, ut & urbium, ab ipso captarum, fama ad illum perlata esset, fœdus cum Juda initum rupit, & adversùs eundem cum ingenti exercitu (2.) arenæ instar, quæ est in litore maris, venit, ac currus, equites & elephantos, ad bellum instructos, centum & viginti duos (3.) secum duxit, Lysiam quoque patruelem suum, & cum illo gentem prævalidam, ex insulis maris collectam, penes se habuit. Hi igitur terram Judaicam ingressi ad urbem Bither (4.) castra locârunt eamque obsederunt: tunc Judas omnesque populi Israëlitici seniores indictô jejuniô, supplicationibus & lachrymis Dominum invocârunt

וידי כשמוע אאופטר בן אנטיוכו' את בר' המלחמו' שעשה יהודה וכל העמ' שלקח ויפר הבריח אש' היה לו עם יהוד' ויבא עליו בחיל גדול בחול אש' על שפת הים ועמו רכב ופרשים ופילים ידעי מלחמה קב"ב ועמו ליסיאה בן דודו ועמו עם עצום מאי הים ויבאו ע' ארץ יהודה ויחנו על ביחר ויצורו עליה: ויקראו יהודה וכל זקני ישראל אל יי' בצום ובתחנוני' ובבכי ויעלו עולות ויזבחו זבחי שלמים ויצעקו ביום ההוא כלם

(9.) Hic nulla fit mentio precum pro defunctis, quæ 2. Maccab. cap. 12. v. 44. & seqq. habentur, Munsterus in notis suis ad hunc locum existimat, quod coronis ista de oratione pro defunctis per audaculum aliquem adjecta fuerit, cum illius nec in exemplari Constantinopolitypis vulgato, quò hodierni Judæi passim utuntur, ulla fiat mentio.

(1.) Vid. 1. Maccab. 6. v. 28. & seqq. & 2. Maccab. c. 13.

(2.) Vid. quæ suprà h. lib. 3. cap. 14. num. 1. dicta sunt.

(3.) Munsteri codex viginti duorum tantùm elephantorum meminit, cui & Josippi Epitome pag. 26. ferè consentit, ubi dicitur, quod Eupator viginti elephantos in exercitu suo habuerit.

(4.) Munsterus vertit: Berhar, hæc urbs 2. Maccab. cap. 13. v. 19. dicitur Bethzura, vid. suprà h. lib. 3. cap. 14. num. 6. & Josippi Epitom. pag. 25.

runt, & holocausta ac sacrificia pacifica (5.) obtulerunt cunctique senes una cum pueris illo die uno ore clamârunt: Serva nos, Domine, Deus noster! Eadem nocte Judas omnem Hasmonæorum exercitum secum ducens improvisò regis castra adortus est, & quatuor millia fortissimorum militum exercitus regii maximumque ex omnibus elephantis interemit; illucescente autem die rex aciem contrà Judam direxit validissimam, undeatrox exortum est prælium, cumque Judas unum ex elephantis, cœteros omnes, qui cum rege erant, magnitudine superantem, quo vir quidam aureâ indutus loricâ vehebatur, conspexisset, existimans, regem eidem insidere, exclamavit, dicens: quisnam inter vos juvenis est robore præcellens? hoc dicto Eleazarus, (6.) frater ejus, unus ex militibus Hasmonæorum fortissimis prosiliens: en me, inquit, Domine; cui Judas: videsne, ait, coràm te ingentem hunc elephantum cum viro eidem insidente? dispice jam, quid tibi faciendum sit: Eleazarus igitur contra elephantum procurrens obvium quemque ex militibus regiis humi prostravit & tàm à fronte, quàm ab utroque latere hostem feriens maximam hominum stragem edidit multosque interfecit, ac semetipsum in confertissimam hostium aciem inferens inter pedes elephanti venit eundemq; gladiô, in umbilicum impactô, transfixit; elephas autem corruens mole sua Eleazarum oppressit, (7.) sic ille mortem pro Domino ac populo suo oppetiit; præclarô quidem virtutis & fortitudinis nomine apud homines, ad quos ejus rei fama pervenit, acquisitô, luctu verò ingenti apud populum suum relictô: ceciderunt autem eo die octingenti è principibus ac nobilibus regis, præter cœteros milites, quorum in hoc prælio ingens multitudo occubuit

כלם פה אחד גדולים וקטנים הושיענו יי' אלהינו: ויהי בלילה הזוא ויקח יהודה עמו כל בחורי החשמונאי ויבא לילה פתאום את מחנה המלך ויהרוג מגבורי המלך ארבע' אלפים גבורים ואת הגדול בכל הפילים המיר ויהי לאוד הבקר ויערך המלך מלחמה חזקה לקראת יהודה והחזק המלחמה מאד ויראה יהודה א' מדפולי' והוא גדול מכל הפילים אשר עם המלך ועליו רוכב בטורין זהב ויחשוב יהודה כי המלך רוכב עליו ויקרא ויאמ' מי בכם בעז וגבור וידלג לעזר אחיו לפניו ויהוא אחד מבחורי החשמונים הגבורים ויאמר הנני אדוני: ויאמר לפניך דפיל הזה הגדול עם רוכבו ראה מה העשה וירו למוד הפי ויפ' ארצ' כל הב' לקראתו מגבורי המל' ויך בה' מימינו ומשמאלו ולפניו ויפלו לפניו הרוגי רב': ויטבע עצמו בתוך עמק המלחמ' ויבוא בין רגלי הפיל ויזקרהו בחרבו על טבורו ויפל הפיל עליו וימת ש' ה' ועל עמו ויעזוב שם כח וגבור' לשומעיו ואבי גדול לעמו ויפלו ביום הרו' משועי המלך וישוו ת"ח שרים מלבד יהו' העם אשר נפלו בקרבו המלחמה רבים מאד ויהרל המלך ביום ההוא מן המלחמה וילך לאהלו לנוח: ויגבר לו לאמר הגה פוליפר מרד בן ומתריב את ארצך וגם דימיתריאי בן

(5.) Seu: eucharisticà, sic nonnulli זבחי שלמים vertunt, vid. supr. l. 1. c. 10. num. 9. & lib. 2. c. 8. n. 12. ibique not.

(6.) Hic Mauro cognominatus fuit, vid. Joseph. Antiqu. l. 12. c. 14. & 1. Maccab. c. 6. v. 43. it. Joseph. l. 1. de Bell. Jud. cap. 1. confer. & Josippi Epitom. pag. 26.

(7.) Consentit Josippi Epitome pag. 27.

בן סליקום בא עליך מעיר דומה והאל
גדול עמו ומבקש לקחת את ממלכות
מידך ושמע המלך את הדברים האלה
ויירא מאד ויעש שלום עם יהודה
ויכרות ברית עמו וינשקהו הוא וליטואה
בן דודו וישבעו אליו ויאמור לו לאמר
לא נוכיף עוד לבוא על ארץ היהודי
ולא ליהושלם למלחמה כל ימי חייו
ויוצא המלך מנגדו וחב לדוב ויש מנחה
אל בית יי אשר ביהושלם ויכבד את
מנליאוס הפרין והוא היה איש יהודי
הוא אשר הביא אנטיוכוס אביו על
יהושלם לעשות את כל הרעה אשר עשה
וגם את המלך דוד אאופטר הוא העירו
והביאו ויקנוף המלך עליו ויאמר הפשהו
ויתפשהו ויהי מגדל במקום ההוא גבוה
ג' אמה ולגדו אפר רשן לאין שיעור
ויסקר ויצו המלך ויעלו את מנליאוס
הפרין על המגדל ויאמרו ידיו ורגליו
וישליכהו מהמגדל אל האפר והדשן
ויטבעוהו בעמק האפר ויומת וי' המיתו
באבזוניהו ובעוונותיו כי הרבה הפשיע
והרשיע לעשות חועבות רבות לפני
מזבח יי אשר דשנו ואפרו קדש ולכן
נשפט

buit & rex quidem illo die à prælio ceſſavit & ad tentorium ſuum quietis cauſa ſemet recepit; poſteà verò eidem nuntiatum fuit: ecce Philippus (8.) à te defecit terramque tuam devaſtat; Demetrius (9.) quoque, Seleuci filius, cum ingenti exercitu ab urbe Roma adverſùs te venit regnumque tibi eripere conatur. His auditis rex valdè perterritus pacem cum Juda fecit (10.) fœdusque cum eo iniit, & uterque, tàm rex, quàm Lyſias, ejusdem patruelis, illum oſculati ſunt atque jurarunt, ſeſe, quamdiu vixerint, nolle amplius ad terram Judaicam & ad urbem Hieroſolymam belli cauſa accedere, dein rex ingentem vim auri è theſauris ſuis depromens donum Sanctuario Dei, quod Hieroſolymis eſt, obtulit ac Menelaum, latronem, (11.) hominem Judæum, cepit, is Antiochum, Eupatoris patrem, induxerat, (12.) ut omnia illa mala, ab ipſo perpetrata, Hieroſolymæ ac populo Judaico inferret, ipſum quoq; Eupatorem ad bellum Judæis inferendum impulerat, quapropter rex iratus eundem comprehendi juſſit; fuit autem turris quædam in illo loco, (13.) altitudine ſua ad quinquaginta cubitos aſcendens, juxtà quam immenſus erat pulveris ac cineris acervus, ſuper hanc turrim improbus iſte Menelaus mandatô regis deductus ligatisque manibus ac pedibus in congeriem illam cineris & pulveris præcipitatus ejusque profundô hauſtus interiit; iſto mortis genere Deus illum ob crudelia atque improba facinora, quæ perpetraverat, punivit, cùm enim ſuprà modum impius extitiſſet multaque abominanda antè altare Domini, cujus cinis ac favilla ſancta ſunt, commiſiſſet, ideò improbus iſte condemnatus fuit, ut in pulvere ac cinere ſuffocaretur. Juſtus eſt Dominus, qui illius meritis dignum rependit ſupplicium ac debitum factis fructum ei retribuit. Rex itaque Eupator in Macedoniam reverſus eſt; Judas autem princeps ſuprà populum Dei conſtitutus judicium exercere & jus atque juſtitiam adminiſtrare cœpit.

(8.) Vid. 2. Maccab. c. 13. v. 23. & Joſeph. Antiqu. l. 12. c. 15
(9.) Vid. Joſeph. d. l. 12. c. 16. & Joſippi Epitom. pag. 28.
(10.) Vid. 2. Maccab. cap. 13. v. 23. & Joſeph. Antiq. lib. 12. c. 15. confer. & Joſippi Epitom. pag. 27.
(11.) Improbum, graſſatorem, ſic dictionem פריץ quæ crebro apud autorem noſtrum reperitur, hic vertere volui. conſer. & ſupr. l. 1. c. 5. n. 4. & c. 15. n. 1. ibique not.
(12.) Vid. Joſeph. Antiq. lib. 12. c. 15. ubi etiam iſtius rei fit mentio.
(13.) Joſephus Antiqu. lib. 12. cap. 15. ſcribit, quòd rex Antiochus Eupator Menelaum Berrocam, Syriæ oppidum, miſerit, eumque ibidem interfici juſſerit. vid. 2. Maccab. cap. 13. verſ. 4. & ſeq.

נשפט הרשע הזה למות במתק האפר
והדשן׳ צדיק הוא יי׳ כעונין לו כדרכיו
וכפרי מעלליו וילך המלך אאופטר לדיכו
מקדונה׳ ויהודה הגבור על עם יי׳ החל
לשפוט עמו ולעשות צדק ומשפט׳

CAP. XXI.

CIrcà hæc tempora Demetrius, Seleuci filius, Romanorum copias ſecum ducens in Macedoniam pervenit ac bellum cum Eupatore, Antiochi filio, geſſit eumque devicit, (1.) ipſiusq; exercitum unà cum fortiſſimo Lyſia, regis patruele, interemit, & Antiochiæ, quæ eſt in Macedonia, regnavit; ad hunc Alcimus, (2.) Sacerdos, vir nequam, (qui Antiochi, crudelis iſtius, ætate carnem porcinam comederat legemque Dei violaverat,) ſeſe contulit, atque Demetrium regem ita allocutus eſt: vivat Dominus rex in perpetuum! quousque ſervis tuis, in Judæ, Mattathiæ filii, terra habitantibus, jus non reddis? Judas enim iſte, cui Judæi, qui Haſidæi (3.) vocantur, adhærent, ferrô prævaluit nosque perdidit, ideò, quòd Antiochi regis tempore ab ipſorum lege defecerimus veſtramque religionem amplexi ſimus; præterea multa alia mendacia protulit

בשנת הרביע בא דימיטריאוס בן סליקום
אל מקדוניאה ועמו חיל הרומי וילחם
עם אאופטר בן אנטיוכוס וינאחרו וידרוג
את הילו וליסיאה הגבור בן דודו וימלוך
באנטוכיא אשר למקדון וילך אליו
אלקימוס הכהן איש הבליעל אשר אכל
חזיר והמיר דתו בימי אנטיוכוס האכור
ויאמר לקימוס הכהן ל׳ המתריאוס המלך
אדוני המל׳ יחיה לעד עד מתי לא
תעשה משפט לעבדיך אשר היו בארץ
יהוד׳ בן מתתיהו כי גבר יהוד׳ בן
מתתיהו בהרבו ועמו היהודים הנקראים
חסידים ויהרגונו וישמידונו עקב אשר
אני מרדו בתוהם בימי אנטיוכוס המלך
ונבא

(1.) Vid. 2. Maccab. c. 14. v. 1. & ſeqq. ac Joſeph. Antiq. l. 12. c. 16. princ.
(2.) Vid. 2. Maccab. dict. cap. 14. v. 2. & ſeqq. & Joſeph Eod. lib. 12. cap. 16. ac Joſippi Epitom. pag. 28. confer. etiam ſuprà h. lib. 3. cap. 3. num. 8.
(3.) Hæc vox non Latina eſt, quaſi illi aſſiduè cultui divino vacârint, uti Nicolaus de Lira deliravit; ſed Hebræa eſt, ſignificat enim חסיד pium in Deum & proximum, ſic Haſidæi vocantur Judæi, qui conſtantes permanſerant in obſervatione legis Divinæ, ſicuti contra רשעים i. e. impii, vocabantur transfugæ Judæi, qui gentilium ritibus conſentientes à lege Dei recedebant, ita Munſterus hic in notis, confer. & Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. cap. 1. & 1. Maccab. cap. 2. v. 42. ubi refertur, quomodo ſortes de Synagoga Aſidæorum, quæ erat Hieroſolymis, ſese Maccabæis conjunxerint, vid. etiam Cornel. Gualter. in notis ad Egeſipp. dict. lib. 1. cap. 1. confer. & ſupr. h. l. 3. c. 7. n. 6. & inſiâ n. 10. h. cap.

וגבא להאמין בחותכם ודבר אליקימוס
זה כזובים רבים לדמיטריאוס ויבעמהו׳
וישלח דמטריאוס את נקנור שר צבאו
ועמו חיל כבד מאד ופילי׳ ודעי מלחמה
ג׳ מאות׳ ויגליהם להחזים לאין מספר
ויבאו ירושלם וישלח אל יהודה דברי
שלום לאמר לכו׳ אתי ונהראה׳ פנים
באהבה ובשלום ונדבר יחד דברי שלום
שניעו או אלך אליך אני אם תרצה ולא
נבהל יהודה מדבריו וילך אל ניקנור׳
ויצא ניקנור לקראתו ויחבקהו וינשקהו
וישאל לו לשלום ויאמר שלום׳ ויבואו
כמאות׳ וישימו לפניהם וישבו עליהם
ויאמרו דברי שלום׳ ויהודה צוה לבחורי
החשמונים וגבוריהם להקריב את בלי
מלחמתם עמהם וגם את בלי מלחמתו
ישאו לפניו כי אמר פן ילגו עלי העזים
כאחם ולא יהיו אתי בלי מלחמ׳ ויעמדו
עליו בחורי כאשר צום ויעמדו מע׳
הכמאות וידי כאשר דברו שניהם יחד
ניקנור ויהודה דברי שלום ואהבה ויקומו
מעל הכמאו׳ וישבו שניהם בירושלם
בשלום ואהבה ולא התגרו מלחמו׳
ויאהב ניקנור את יהודה אהבה רבה׳
ויאמר לו הלא נאה מעתה לאיש כמוך
לקחת אשה ולהוליד בנים וישמע יהודה
לעצתו ויקח לו אשה ויהר והלד לו בן
וירא אליקימוס אהבת ניקנו׳ ויהודה׳
וילך

Alcimus, quibus Demetrium ad iram provocavit: is itaque Nicanorem, (4.) exercitus sui ducem, cum maximis copiis ac trecentis elephantis, ad bellum instructis, quos innumeri pedites sequebantur, misit, hic, cùm Hierosolymam venisset, quosdam ablegavit, (5.) qui ipsius nomine de pace cum Juda in hunc modum loquerentur: veni ad me, ut mutuò fruamur conspectu & amicè de pace colloquamur, vel, si tibi ita visum fuerit, ego ipse ad te ibo. Judas igitur ad illius verba haud conterritus intrepidè ad Nicanorem ivit, qui eidem obviam progressus (6.) illumque amplexus & osculatus est atq; pacificè ipsum salutavit; posteà allatis & coràm positis sedilibus ambo confederunt ac de pace collocuti sunt; Judas autem militibus Hasmonæis præceperat, ut armis instructi adessent, ipse quoque arma sua antè se portari jusserat, eô consilio ne hostes subitò impetum in se facerent, atq; imparatum armisque destitutum opprimerent, quapropter milites eidem adstiterunt, sicuti præceperat; cùm verò ambo pacificè & amicè inter se collocuti essent, è sedilibus surrexerunt & Hierosolymam pacatis animis ac mutuâ benevolentiâ reversi sunt, nec se invicem ferrô lacessiverunt, Nicanor quoque Judam arctiori complexus amore (7.) dixit: convenit certè, ut tantus vir, qualis tu es, uxorem ducat ac liberos procreet, Judas igitur consilium istud secutus uxorem duxit & ex ea filium suscepit; Alcimus autem (8.) utriusque, nimirùm Nicanoris & Judæ, mutuam amicitiam animadvertens denuò iter ad regem suscepit, eique rem omnem exposuit; rex itaque missis ad Nicanorem literis eidem sic minitatus est: nisi Judam, Mattathiæ filium, catenis vinctum

(4.) Vid. 1. Maccab. cap. 7. v. 26. & 2. Maccab. c. 14. v. 12. it. Joseph. Antiqu. l. 12. c. 17.
(5.) Vid. 1. Maccab. dict. c. 7. v. 27. & 2. Maccab. cap. 14. vers. 9. & seqq. ac Josippi Epitom. pag. 28.
(6.) Consentit Josip. i Epitom. pag. 29.
(7.) Vid. 2. Maccab. c. 14. v. 25. & Josippi Epitom. pag. 29.
(8.) Confer. Josippi Epitom. dict. pag. 29.

וילך עוד אל המלך ויגד לו כדברים
האלה ויכתוב המלך אל ניקנור לאמר
אם לא תשלח אלי את יהודי׳ בן
מתתיהו אסור בחשתי דע כי מות תמות
ויגידו ליהודה את אשר שלח דמטריאו׳
מלך למיקנו׳ שר צבאו ויצא מן העיר
לילה׳ ויבוה ויתקע בשופר ויהן אות׳
מלחמה ואספו אליו כל צבאות
החשמונים וכל בחורי החזיזים וילך
עמהם שמונה וישב שם ויבא ניקנו׳ אל
מקדש י׳ ויאמר אל הכהנים הוציאו לי
את האיש אשר בזה הלילה׳ מיד
ואשלחנו ל דמלך אסור בנחשתים כי
דמלך קצף עלי להמיתני אם לא כן
אעשה ואני לא אמיתנו אבל אבתוב
למלך עליו טובות כי איש שלומי ואודבי
הוא ואתם ידעתם זה׳ וישבעו לו
הכהנים ויאמרו אליו לא בא הנה ולא
ראינוהו מחמו׳ שלשום ויחרף ניקנור
את היכל י׳ וגם ירוק ירק למולו ויאמר
אהרוס את ההיכל הזה ולא אעזוב בו
אבן על אבן גם אחפר באר׳ ואהפוך
את כל יסודותיו וילך בחרי אף ויבכו
הכהנים בין האולם ולמזבח ויאמרו י׳
אלהים צבאות אשר שכנת בבי׳ הזה׳
מימי קדם ועד עתה הלא הנה כמאן
בארץ הנה הרום ונגלך לכל עבודתיך
וניקנור

(9.) Vid. 1. Maccab. c. 7. v. 30. & 2. Maccab. c. 14. v. 30. it. Joseph. Antiq. l. 12. c. 17. ac Josippi Epitom. pag. 29. & seq.
(10.) Vid. quæ supr. h. cap. 21. n. 3. notata sunt.
(11.) Confer. 2. Maccab. c. 15. v. 1. & Josippi Epitom. pag. 30. cæterum de urbe Samaria vid. plura inter alios apud Joh. Lightfoot. in Chorographi. Matthæo præmissa cap. 56.
(12.) Vid. 1. Maccab. c. 7. v. 35. & 2. Maccab. c. 14. v. 31. & seqq.
(13.) Confer. Josippi Epitom. pag. 30.
(14.) Vid. Joseph. Antiq. l. 12. c. 17. it. 1. Maccab. 7. v. 35. & 2. Maccab. 14. v. 33.

ctum ad me miseris, scias, te morte mulctandum esse; Judas autem cognitô Demetrii regis mandatô, quod is Nicanori, exercitus sui duci, dederat, noctu clàm (9.) ex urbe profugit tubâque inflatâ signum belli dedit, quo facto omnis Hasmonæorum & Hasidæorum (10.) exercitus ad illum convenit, cum quibus ipse Samariam (11.) abiit ibique mansit; Nicanor autem Sanctuarium Domini ingressus Sacerdotibus dixit: (12.) educite ad me virum istum, qui noctu è manu mea aufugit, ut illum catenis vinctum ad Demetrium mittam, rex enim mortem mihi minatus est, nisi ita fecerim; ego verò ipsum haud interficiam, sed regi benevola de illo scribam, nimirùm quòd ipso usus sim amico pacisque amante, quod etiam vobis ipsis perspectum est ac cognitum; ast sacerdotes eidem jurantes dixerunt: certè Judas ad nos non venit, neque eum heri aut nudiustertius vidimus; Nicanor autem probra in Templum Domini jactans & contrà ipsum exspuens dixit: destruam Templum istud nec lapidem super lapidem in eo relinquam; (13.) sed omnia illius fundamenta diruam ac subvertam, his dictis irâ flagrans abiit; Sacerdotes autem inter vestibulum & altare plorantes ita clamârunt (14.) ad Dominum: Domine, Deus exercituum, qui in domo ista jam inde ab antiquis temporibus ad hunc usque diem habitâsti, nonne tua hæc est sedes in terra & scabellum pedum tuorum, ubi omni cultus genere te veneramur? Nicanor autem, incircumcisus iste & impurus, domum tuam & Sanctuarium gloriæ tuæ probris afficere ac jactare ausus est, quòd

Tem-

Templum istud destruere ejusque fundamenta penitùs subvertere velit, & nos quidem, quid faciendum nobis sit, haud scimus; te verò solum oculi nostri respiciunt, ut vindictam de isthoc homine sumas. Nunc itaque Domine, Deus noster, Zelum pro magni nominis tui gloria & Sanctuarii tui honore indue atque impium istum ulciscere, ut omnes sciant gentes, quòd, quia stolida locutus est, ut stultus (15.) etiam perierit: Dominus autem, Deus exercituum, (16.) animum addidit Sacerdotibus, per angelum dicens; exaudivi preces vestras, & sicuti rogâstis, faciam, propter nominis mei gloriam & Sanctuarii mei honorem.

וניקנור הערל דטמא מלאו לבו לחרף
את בֵּיתך ואת מקדש תפארתך והוא
מהנשא לאמר בי יהרום את ההיכל ובי
יהפוך בארץ והפיך את יסודותיו ואנחנו
לא נדע מה נעשה כי אם אליך נשאנו
את עינינו לעשות בו נקמה׃ ועתה יי
אלהינו קנא לכבוד שמך הגדול ולכבוד
בית מקדשך ועשה בו נקמה וידעו כל
הגוים כי בעבור שר דבר נבלה על כן
ימות בנבל׃ ויבטח יי אלהי הצבאות
את הברגים על ידי מלאך לאמר שמעתי
את תפלתכם וכן אעשה כדבריכם למען
בבוד שמי ובכבוד בית מקדשי׃

CAP. XXII.

Nicanor autem per omnes domos Hierosolymæ Judam quæsivit ac quingentos misit milites ad Ricresii (1.) ædes; ut ipsum comprehenderent, quia unus fuit ex principibus Judæorum Hasidæorum; Ricresius verò è domo sua profugerat, quia secum cogitaverat, fortassis incircumcisi isti & impuri me comprehendent, cùm Judam in ædibus meis non invenerint, quapropter Samariam pervenit ad Judam eique omnia Nicanoris facta narravit; incolæ autem Samariæ & Hasidæi eundem (2.) læti ac hilares exceperunt, quia Antiochi tempore probatus & integer repertus fuit, multa enim verba ac cruciatus perpessus erat, quapropter etiam pater Judæorum & Judex

ניקנור היה מחפש את יהודה בכל בתי
ירושלם וישלח ת״ק גבורים אל בית
ריקריסיאום לחפשו כי הוא היה משרי
היהודים החסידים ויברח ריקריסיאום
מביתו כי אמר אולי יפגעו בי הערלים
הטמאים כי לא ימצאו את יהודה בביתי
וילך לו שמרונה אל יהודה ויגד לו את
כל מעשה ניקנור׃ וישישו וישמחו בו
האנשים והחסידים כי בחון בימי
אנטיוכוס תמצי שלם כי קבל עליו מכות
ויסורים הרבה ונקרא אב ליהודים ושופט
בירושלם׃

(15.) Hebr. נבל, sic in Hebræo hic habetur, quod Munsterus vertit: ut Nabal stultus.
(16.) Hæc & sequentia usque ad finem hujus capitis 21. in codice Munsteriano non leguntur & videntur a Judæo interpolatore adjecta esse.
(1.) Hebr. ריקריסיאום, ita hic in nostro exemplari Munsteri codex habet ריקסיום, & vertitur ibidem: Ricasius, 2. Maccab. c. 14. v. 37. & seqq. senex ille, qui seipsum interfecit, appellatur Razias.
(2.) Ricresium scilicet, vel Ricasium, prout Munsteri codex.

Judex Hierosolymæ nominatus est: postea verò senex ille Ricresius domum suam reversus est, quia credidit, quòd Nicanor nullo se malo affecturus sit, postquàm Judam in ædibus suis haud deprehendisset; ast improbi quidam è populo Israëlitico Nicanori dixerunt: ecquid frustrà laborem suscipis, ut Judam quæras ac vindictam de eo sumas? neque enim ipsum comprehendere potes, en Ricresius, unus ex principibus Hasidæorum populi Israëlitici, Judæorum pater nominatus, jam sese domi tenet, mitte igitur quosdam, qui illum inde extrahant, atque ipsius suppliciô Judæos ulciscere; nam etiam Antiochus vindictam de illo sumere voluit, sed è manibus ejus evasit. Hæc cùm audisset Nicanor, optimum, ait, consilium mihi dedistis, quod etiam effectui dabo: Nicanor igitur odium adversùs Judæos animô conceptum ostensurus misit, qui illum ad se deducerent; Ricresius autem id cernens valdè timuit ædesque suas obstruxit atque animo firmato ad eos, qui ad ipsum missi erant, egredi noluit, quapropter illi domum circumdederunt, ut eundem comprehenderent; ast senex, cùm animadvertisset, mortem suam ab illis expeti, statim occupans arrepto gladio ventrem transfixit seque in mediam turbam militum, quos Nicanor miserat, præcipitavit; (3.) milites autem, dum illum præcipitem & è tecto in terram cadentem viderunt, hinc illinc cesserunt spatiumque cadenti dederunt, ita, ut ille procidendo militum turbam haud contingeret; quapropter ipse è terra, ubi ceciderat, consurgens super lapidem quendam magnum stetit ac propter multitudinem sangvinis, è corpore egressi, in furorem versus ambabus manibus cruorem, è visceribus suis manantem, hausit; (4.) aliqvam verò ejusdem partem super

בירושלם׃ ויהי אחר הדברים האלה
והזקן ריקריסיאום שב לביתו כי האמין
בניקנור כי לא ירע לו אחרי אשר
לא תפש את יהודה בביתו ויגידו פרצי
ישראל לניקנור לאמר מה לך ולידוד׃
לבקשו לעשו׳ בו נקמה׃ ואתה לא
יכולת להפשו דנה ריקריסיאום תשיד
מחסידי ישראל הגדולים והוא אב
ליהודי׃ והנו בבית שלח וקחנו משם
ועשה בו נקמה׃ מהרהרים כי גם
אנטיוכוס רצה לעשות בו נקמה וימלט
מידו׃ ויהי כשמוע ניקנור את דבריה׃
ויאמ׳ הטבתם לראות בעצתכם וכן
אעשה׃ ויהי באשר בקש ניקנור לראות
האיבה אשר היתה בלבו על היהודים
וישלח להביאו אליו ויראו הוא כי שלח
ניקנור אחריו ומהרו היה כבד בלבו
ויתחז׳ ויתאזר בביתו ולא אבה לצאת
אל שלוחיו ויסגרו את ביתו ללבדו
וכראותו היושיב כי נפשם עליו להמיתו
וימהר הי׳ ויקח את החרב ויתקע בבטנו
וישמט את עצמו בתוך גדודי ניקנור
ושלוחיו ויראהו אנשי הגדוד כי רואה
נשמט ונופל מן הגג ארצה וינתזו הגה
והנה וירדיבו לו מקו׳ ויפול ארצה ויעמוד
את מקום הגדודים בנפלו וידי בנפלו
ארצה ויעמוד על אבן את גדולה
ומרוב הדם אשר יצא ממנו נהפך לדעת
אחרת וישת בשתי ידיו מדמו היוצא
מבני

(3.) Vid. 2. Maccab. c. 14. v. 43. & seqq.
(4.) Hæc 2. Maccab. cap. 14. v. 46. paulo aliter referuntur, in Munsteri codice narratur, ipsum manibus suis viscera extraxisse eaque super milites projecisse.

מבני מעיו וישלך גם על הבדודים ויעקם
ויקרא אל יי ויאמר יי הרשיעה וימרה
ויאסף אל עמיו יודי כשמוע יהודה את
הדברים האלה והבעיר בו חמתו וישלח
על ניקנור לאמר מדוע אתה מתאחר לצאת
אלי צא לך השודה ואראך הנה ארץ
ראיש אשר בקשת התרדה הבה הואא
מעפה אותך בבקעה ומישור ידה שלי
ויאסוף ניקנור את כל חולי וילך לקראת
יהודה ביום השבת ההודים אשר באו
עם ניקנור דברו אליו לאמר כי אדוני
אל נא העשה בודון להלל את יום
השבת ותן כבוד לנותן השבת ויאמר
ניקנור ומה הוא השבת ומי נתנו ויאמרו
לו השבת הוא יום קדוש לאלהים
חיים אשר בשמים מוסבו וממלכתו
על כל העולם הוא נתנו ויחרף ניקנור
את אלהי השמים וידבר בודון דברים
אשר לא יאותו לבתבם וישמע יהודי כי
ניקנור בא עליו ויאמר אל בחוריו עד מתי
נתעצל ללבת למלחמה ולעשות נקמה
במדיתך ומגדף יהודה כי מי הוא הכלב
הזה הזה דמושלך המופגר אשי חרף
את עיר תפארי ישראל וידע יהודה כי
ניקנור בא אליו ויאמר אל בחוריו עד
מתי נתעצל מלכת למלחמה ולעשות
נקמה וילך אל ניקנור בחורי אף ובקנאה
גדולה ויצא ניקנור לקראתו בעם כבד
ובוד

(5.) Vid. 2. Maccab. c. 15. v. 2. ubi etiam istius rei fit mentio.

(6.) Referuntur illa 2. Maccab. cap. 15. v. 3. & seqq.

(7.) Hic repetuntur in Hebræo eadem, quæ paulò antè habentur, verba, nimirum: Judas autem, super milites sparsit magnaque exclamans voce: Domine, ait, serva me! his dictis vitam finivit & ad populum suum collectus est. Judas autem, cùm hæc audisset, admodùm exanduit & ad Nicanorem misit, qui dicerent: ecquid cunctaris nec copias tuas adversùs me educis? egredere & in campum descende, ut te conspiciam; ecce vir ille, quem intrà conclavia quæsivisti, te in convalle ac planitie expectat, descende ad ipsum. Nicanor itaque copiis suis omnibus contractis die Sabbathi Judæ obviam ivit; Judæi autem, qui cum Nicanore advenerant, eidem dixerunt: (5.) ne quæsò, Domine, animi superbiâ elatus diem Sabbathi viola, sed eum, qui Sabbathum dedit, honora; ast Nicanor: quid est Sabbathum, ait, & quisnam illud dedit? illi verò responderunt: Sabbathum dies est Deo dicatus, ac Dominus ille, cujus sedes in Cœlis est & qui universo imperat mundo, is diem illum instituit; ast Nicanor in Deum cœlorum blasphemias jactans elato animo ea protulit verba, quæ hic scribere haud convenit; (6.) Judas autem, cùm Nicanorem adversùs se copias educere audisset, milites suos ita allocutus est: quousque cessamus nec pugnam capessimus, ut blasphemum istum conviciatorem ulciscamur? quisnam est canis hic mortuus, abjectus ac putridus, qui probra adversùs eum, qui robur ac decus est Israëlis, jactare audeat? (7.) his dictis Judas irâ fervidâ magnoque Zelo commotus adversùs Nicanorem progreditur, qui & ipse copias maximas ac validissimas contrà Judam eduxit; is ad Dominum clamans ita precatus est: Domine, Deus cœlorum, (8.) qui in castra Sancheribi, cujus legati extrà urbem Hierosolymam probra adversùs te evomentes stabant,

(8.) Vid. 1. Maccab. 7. v. 40. & 2. Maccab. c. 15. v. 22.

וביד הזקה ויקה יהוד' אל יי ויצעק
ויאמר יי שלח השמים אשר שלחת את
המלאך במחנה סנחריב אשר עמדו נעריו
מחרף לעיר ויחתפון והבית מהם מאה
ושמונים וחמש אלף הרוגים והדורג לא
ראינוהו עד היו' הוד ואל אותו כמה
וכמה איך תסבול את הכלב המת הערל
הטמא האיש הבלעל הוד אשר עמד
בביתך ויהרף עדך ותפארתך ותהגר ביום
ההוא מלחמו גדולה ועצומה ביעודם
ויהי במלחמה ויראו יהודה את ניקנור
וחרבו שלופה בידו ויקרא יהודה אליו
ויאמר אליך ניקנור ויין אליו בבת
חמתו ויהפוך ניקנור את שכמו לנוס
מפני יהודה וידבק אותו יהודה ויכרד
בחרבו ויכריתהו לשנים וישליכהו ארצה
ויפלו ביום ההו' בקרב מעם מקדון
שלשים אלף ותשארי נסו וירדפם
יהודה ובהויה הלוך ותקוע בשופר והמה
נסים ויצאו מכל ערי ישראל לקראתם
ויכום ויבתום ולא נמלט מהם עד אחד
ויבואו לפשט את החללים וימצאו הם
ואבני יקרה וארגמן לרוב ויתיזו את
ראש ניקנור ואת הזרועות אשר נטה על
ההיכל ויהללו אותם נגד השער על כן
קראו שם השער ההוא שער ניקנור עד
היום

stabant, angelum misisti, per quem ex illius copiis 185000. una nocte percussisti, nec tamen percussorem in hunc usque diem vidimus; quomodo tolerabis & inultum patieris canem istum mortuum, incircumcisum & impurum, virum nequam, qui in domo tua stetit & decus ac robur tuum conviciis proscidit? his dictis aciem contrà hostem direxit, eoque die acerrimum utrinque prælium commissum est, in quo cùm Judas strictum gerens gladium Nicanorem conspexisset, magna exclamans voce dixit: te peto, Nicanor, ac simùl in illum maxima accensus irâ impetum fecit: Nicanor autem tergum obvertens Judæ fugam arripere voluit; sed Judas fugientem persequens gladio percussit (9.) & in duas dissectum partes humi projecit: in hoc prælio è Macedonum exercitu triginta (10.) millia eo die ceciderunt; Judas autem cum copiis suis fugientibus insistens, tubam inflare jussit, (11.) quo signo audito omnes Israëlitæ ex urbibus suis egressi fugientibus obviam iverunt eosque percusserunt ac contriverunt, eo usque, donec nemo ex illis superesset: reversi igitur à persequendo interfectorum cadavera spoliarunt, & ingentem auri vim, lapidesque pretiosos atque purpuram maximâ copiâ invenerunt: Nicanoris verò caput (12.) & brachia, quæ ille contrà templum extenderat, abscissa è regione portæ suspensa fuerunt, quæ propterea Nicanoris porta in hunc usque diem dicta fuit; populus itaque, in maximam effusus lætitiam Dominum laudavit cantico Davidis (13.) Regis Israëlitici, dicens:

(9.) Vid: 1. Maccab. 7. v. 43. it. 2. Maccab. 15. v. 28. & Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 17. aliud tamen refertur in Josippi Epitome pag. 31. nempe, quod vivus comprensus ac dimissus sit, nisi forte error in nomine ibidem intervenerit, vide, quæ infrà lib. 4. c. 1. n. 9. de Bachide referuntur.

(10.) Triginta quinque millia numerantur 2. Maccab. c. 15. v. 27. Joseph. dict. lib. 12. cap. 17. aliter numerum refert, quem vide.

(11.) Vid. 1. Maccab. c. 7. v. 45. it. Joseph. Antiqu. eod. lib. 12. c. 17.

(12.) Vid. 1. Maccab. c. 7. v. 47. it. 2. Maccab. cap. 15. v. 30. cæterum Nicanoris portæ inter alios meminit etiam R. Salomo ad Levit. cap. 14. v. 11. ut & autor tractatus Gallici, qui inscribitur: Histoire Critiqu. des dogmes & des cultes &c. Part. 2. cap. 6. pag. 222. edit. Amstelodam.

(13.) Est Psalm. 136.

הזה ושמח העם מאד ויהללו את
יי׳ על ידי שיר דוד מלך ישואל ברוך
לי׳ כי טוב כי לעולם חסדו׳ ומדוים
הרוא והלאה עשו את היום הרוא חג
ו״ט ומשתה דין ושמחה והיום הרוא
הוא יום י״ג לחדש אדר לפני הפרים
יום אחד וישפוט יהודה את כל עמו
באמת ובחמים כל היומם ויעש משפט
וצדקה בארץ׳

Laudate Dominum, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus. Ab illo tempore & deinceps Judæi diem hunc festum celebrarunt eumque conviviis atque hilaritate transegerunt; dies autem ille decimus tertius fuit mensis Adar, (14.) qui dies proximè antecedit Purim; (15.) Judas verò universum populum suum integro finceroque animo judicavit, quamdiu superstes fuit, & judicium ac justitiam in terra exercuit.

CAP. XXIII.

וידי לתקופת השנה ויקהבו ימי יהודה׳
למות ויצו יי׳ על יהודה לסגור את יומו
ולאסוף אותו אל עמיו והחסידים ולהמיתו
על קדושת שמו׳ ויבואו עליו בקרוים
אשר היה אז מלך על המקדונים ושלשים
אלף מבחוריו מקדון עמו׳ ויבא פתאום
על יהודה והוא יושב בעיר לשם ועמו
כשלשת אלפים איש מלחמה מעם יהודה
ויהיהו כל עם יהודה מאתו וישאר הוא
ואחיו

ACcidit autem, revoluto anno, ut tempus mortis instaret Jehudæ, eique decretorius à DEO appropinquaret vitæ terminus, quô ad populos suos, Hasidæos, colligeretur ac pro sancto DEI nomine mortem obiret: Bachides (1.) enim, qui tunc Macedonum Rex fuit, (2.) triginta millia (3.) Macedonum fortissimorum contrà Judam secum duxit eumq; improvisò adortus est, cum is in urbe Læsem (4.) cum tribus millibus (5.) militum, è populo Judaico collectorum, esset, & ab illo omnes profugissent, ita, ut ipse solus cum fratribus

(14.) Hic Februario nostro respondet, vel potius Martio, Josephus enim lib. 12. Antiqu. cap. 17 scribit: Mensem Adar apud Macedones dici Δύστρον, quem communiter Martium exponunt: Sciendum verò est, mensem hunc Adar apud Judæos partimex Februarii, partim ex Martii diebus constare, quodex hodiernis ipsorum calendariis (quorum nonnulla apud me sunt) patet; Munsterus in notis suis ad hunc locum exponit Adar lunationem proximè æquinoctium vernum antecedentem, confer. supra l. 2. c. 2. n. 2.

(15.) Vid. 1. Maccab. c. 7. v. 49. & 2. Maccab. 15. v. 37. it. Joseph. dict. lib. 12. c. 17.

(1.) Ita hic cum Munsteri codice lego: בקירם cui & 1. Maccab. c. 9. v. 1. & sequ. consentit, nam in nostro codice corruptè, ut puto, legitur בקירום i. e. Bachirus.

(2.) Vide dict. cap. 9. Maccab. ubi Bachides non rex dicitur, sed quod à Demetrio rege dux missus fuerit contra Judæos, confer. Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 18. it. 1. Maccab. 9. v. 1. & sequent.

(3.) Numerus aliter refertur à Josepho Antiqu. lib. 12. c. 18. & 1. Maccab. c. 9. v. 4.

(4.) Laisa dicitur 1. Maccab. c. 9. v. 5. Josephus autem lib. 12. Antiqu. c. 18. vocat vicum hunc βαιζηθὼ, siquidem corruptum non est nomen, vid. idem Joseph lib. 1. de Bell. Jud. c. 1. in fin.

(5.) Ita etiam 1. Maccab. c. 9. v. 5. ast Josephus Antiqu. lib. 12. c. 18. scribit: Judam misse saltim milites secum habuisse.

ואחיו ושמונה מאו׳ בחור עמו מבחורי
יהודה ולא הסבו פניהם ולא נחנו עורף
לנוס מכל אלה׳ ואלה הבחורים הם
הם אשר היו חביבי יהודה ודם דמה היו
בהנים וצופי בכל מלחמות יהודה
אשר עשה בגוים ויבא בקירום בט״ר
אלף איש ויערוך מלחמה ליומן יהודה
ויהפוך משמאלו את יתר העם ט״ו אלף
ויריעו על יהודה מימינו ומשמאלו וירא
יהודה המלחמה פנים ואחור כי כבדה
מאד ויאמר אמוחה הפעם אזרי השבעי
ארת חרבי ואשכור הצי מדם רעולים
הטמאים האלה ויכר יהודה את בקירום
עומד מימינו כי שם היו גבוריו וקרן
דומנית עמו׳ ויריע יהודה וידלג בקרב
ויתחברו עמו מקצת גבורי החשמוני וילך
על בקודי ויתגר בו מלחמ׳ גדולה ועצומה
מאד ובראשית המלחמה טלה מגבוריו
ארצה׳ שנים אלפים פגרים ויהי בעמק
המלחמה ויוא יהודה את בקירום עומד
בתוך המלחמה׳ אצל העם וירץ ש״ל
בכח חמתו ויראדו מעוטר בגבורים סביבו
ויך את גבוריו וישלך ארצה מדם הרוגים
רבים ושלה אז כל דבא מדם לפניו
מימינו ומשמאלו לאין מספ׳ ויהבו חללי
יהודה אשר הפיל לארץ הרוגים בהם
הרוא עד אין מקום רק להרוזק כי על
הרוגים דרך יהודה ועליהם צעד הולך
ובא ויגש מול בקירום בהרבו שלופה׳
מלאה דם ויוא בקירום את פני יהודה׳
ותנה פניו בפני הארוה ויום עומדו לפני
טוחפו

tribus suis & octingentis militibus Judæis relinqueretur, hi soli ex universo populo illo pedem non retulerunt nec terga dederunt, ut fugerent, hi ipsi fideles erant socii ac comites Judæ, in omnibus ipsius præliis, quæ cum gentibus inierat, exercitati ac probati. Bachides igitur quindecim millibus militum dextrum Judæ latus, ac sinistrum cum totidem millibus instructa acie circumdans ab utroque latere (6.) militarem sustulit clamorem simulque impetum in ipsum fecit; Judas autem, cum & à fronte & à tergo se gravissimâ pugnâ premi cerneret: jam, inquit, moriar, postquàm gladium ac sagittas meas in incircumciforũ istorum atq; impurorum sangvine tinxero; Judas igitur Bachidem à dextro latere stantem conspiciens (quia ibidem fortissimi quique cum ipso in dextro cornu constituti erant) sublato clamore cursu in prælium contendit, quem cum fortissimi quidam ex Hasmonæis secuti ac Bachidem adorti essent, maxima & acerrima exorta est pugna, & in primo quidem conflictu duo millia hostium in terram prostrata sunt; posteà Judas in mediam sese aciem conferens Bachidem penès suos stantem ac fortissimis militibus cinctum vidit, contrà hunc irâ inflammatus totis contendit viribus, ipsiusque milites cædens multos interfecit & obvium quemque à fronte & ab utroque latere percutiens innumeros trucidavit hostiumque à Juda eo die interfectorum tanta erat multitudo, ut nullum Judæ relinqueretur spatium standi aut progrediendi, nisi super interemptorum cadavera, per quæ ipse incedere cogebatur; cùm verò ad Bachidem pervenisset, strictum tenens gladium, qui multo conspersus erat sangvine, Bachides vultum ejus, non secus ac leonis, prædæ inhiantis, ac metum terroremque undique spargentis, intuitus est: quapropter timore perculsus tergum obvertit arreptâque fugâ urbem

(6.) Vid. 1. Maccab. 9. v. 11. & Joseph. Antiqu. lib. 12. c. 19.

Asdod (7.) petiit; aſt Judas fugientis inſiſtens veſtigiis, omnes, qui cum Bachide erant, trucidavit, interfectorumque numerus ad 15000. aſcendit; Cùm itaque Bachides ad urbem Asdod profugiſſet & eò incolumis perveniſſet, alter Bachidis exercitus, qui Judæ tergo inhærebat, tàm ipſum, quàm milites ejus feſſos deprehendit ac laſſos; poſteà ipſe quoque Bachides urbe egreſſus adverſùs Judæ copias, quæ illum ſequebantur, prælium inſtauravit, dum igitur utraque hoſtilis acies Judam undique cingebat ac premebat, (8.) acerrima denuò pugna commiſſa fuit, in qua multi Bachidis milites interfecti occubuerunt; aſt Judas quoque, Mattathiæ filius, ſuper multorum à ſe fortiter interemptorum cadavera (9.) cecidit, (10.) quem poſteà fratres illius, Simeon ac Jonathan, (11.) ſuſtulerunt maximâque pompâ terræ mandârunt apud patres ſuos in monte Modaith, (12.) omnes quoque Iſraëlitæ eundem multis diebus defleverunt.

וסופו ואומ׳ ועד בכניו׳ ויהרוק בקיהם את ערפו לנוס וינם דרך אשדוד וירדפהו יהודה ויך לפי חרב את כל אשר היו עמו וישלך לארץ ט״ו אלף פגרי בקרב דציע ויברח בקיהם וינלט באשדוד ובהיל אשר היו אחרי יהודה רדפו אחריו וימצאו את יהודה עיף ויגע ואנשיו עמו עייפים ויגעים ובקיהם גם רואא יצא מן העיר לקראת אנשיו כי ידע אשר אחרי יהודה הם באים׳ ויהגרו ביהודה מלחמה אלה מזה ואלה מזה׳ מכל עבר ויהודה בתוך ויפלו עוד חללים רבים מגדוד בקיהם ויפול גם יהודה בן מתתיהו עד הללי גבורתו הרבי׳ אשר הפיל והשליך לארץ את הדרוגים אשר המית ויקחו אותו שמעון ויונתן אחיו ויקברוהו עם אבותיו בכרי המורעית בבבור גניל ויבבו אתו כל ישראל ימים רבים׳

(7.) Asdod mons dicitur 1. Maccab. c. 9. v. 15 Joſephus lib. 12. Antiqu. c. 19. montem hunc vocat ἄζα, i. e. Aza, confer Joſippi Epitomen pag. 32.

(8.) Videatur Joſippi Epitomæ, pag. 32. & Egeſſipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 1.

(9.) Mors Judæ aliter refertur 1. Maccab. c. 12. v. 40. & ſeqq. vide & Joſippi Epitom. pag. 33. ut & Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 1.

(10.) Cum principatum una cum ſummo ſacerdotio tribus annis, vel ſecundum Joſippum, ſex annis tenuiſſet, vid. Munſterus hic in notis ſuis, it. dict. Joſippi Epitome pag. mihi 33.

(11.) Vid. 1. Maccab. c. 9. v. 19. & Joſephi Antiqu. lib. 12. c. 19.

(12.) Hic Modin dicitur 1. Maccab. 13. v. 25. & 30. vid. & Joſeph. eod. lib. 12. c. 19. ubi τὴν μωδεὶμ κώμην, i. e. vicum Modiim nominat, vid. ſuprà h. lib. 3. cap. 7. n. 2. ibique not.

LIBER

LIBER QVARTUS.

CAP. I.

וידי אחרי מות יהודה ויבבו אויבים על עם יי׳ מאחד ומקדם ויאזר יונתן את שרחת אחיו ויכהן ז׳ שנים ויבא יונתן ירושלימה ויקבל את שרחת אחיו על פי זקני יהושל׳ ויקראו את שמו יהרונתן וילך במהי מעט על הירדן וידוף אחזו בקידי׳ בוזל כבד ויבא עליו ביום השב׳ וילחצהו על הירדן ובראות יהרונתן כי לחץ אחז בקיהם ש דמים ויעבר במי׳ הוא ואנשיו ויעבור אחריו בקיהם וכל חילו וישיגהו עם אנשיו ויתגרו בם בכל עבר ויט יהונתן את ימינו להבות את בקיהם ויחתב לו מקו׳ לעבור ולברוח ויברח יהונתן וילך בבאר שבע אשר במדבר ויבו׳ את מפלת העיר וישב ברח הרו׳ ושמעון אחיו עם בני החשמונים אשר

POſt mortem Judæ, cùm multi adverſùs populum Domini (1.) hoſtes excitarentur eumque undique premerent, Jonathan (2.) fratris ſui principatum adeptus ſeptem annis ſummo ſacerdotio præfuit; Nam Hieroſolymam profectus & à Senioribus populi Iſraelitici principatum conſecutus, Jehonathan (3.) appellatus eſt; is cùm ad Jordanem paucis comitatus perveniſſet, Bachides eundem cum valido perſecutus exercitu die Sabbathi invaſit (4.) & in anguſtias deduxit; Jonathan autem id animadvertens cum militibus ſuis Jordanem tranſiit; ſed Bachides cum omnibus copiis ſuis eidem inhærens tandem ipſum unà cum militibus ſuis conſecutus totisque viribus adortus eſt; aſt Jehonathan, cùm dextram ſuam extendiſſet, ut Bachidem percuteret, elabendi & aufugiendi invenit ſpatium (5.) atque in urbem Beerſeba, (6.) quæ eſt in deſerto, fugiens pervenit, ejusque ruinas inſtaura-

(1.) Confer. Joſippi Epitom. pag. mihi 33. & ſeqq. ubi ſcribitur, populum Iſraëliticum quatuor menſibus valde preſſum fuiſſe à Græcis.

(2.) Vid 1. Maccab. c. 9. v. 23. & ſequent. it. Joſeph. lib. 13. cap. 1. Id. lib. 1. de Bell. Jud. c. 2. it. Egeſipp. de Excid. Hieroſol. lib. 1. c. 1. confer. & Joſipp. Epitom. pag. 34.

(3.) Nam honoris cauſa litera ה adjecta fuit, prout etiam in aliis nominibus ſacræ Scripturæ fieri conſuevit, notantibus Rabbinis. vid. infrà lib. 6. c. 50. n. 12.

(4.) Exiſtimans ſcilicet, Jonathanem propter legem eo die non pugnaturum eſſe, vid. Munſter. hic in Notis ſuis.

(5.) Ἀποπηδήσας μετὰ τῶν ἱππέων εἰς τὸν πολεμὸν διεπήξατο, dum ſcilicet ipſe (Jonathan) una cum ſociis ſuis in fluvium (Jordanem) ſeſe projiciens tranavit, ita Joſeph. lib. 13. Antiqu. c. 1. vid. 1. Maccab. c. 9. v. 48. Munſteri codex hic addit: ויבקע יהונתן את מחניה בקיהם i. e. & perrupit Jehonathan caſtra Bachidis, idque non ſine hoſtium damno: Nam, ut 1. Maccab. c. 9. v. 49. dicitur, ceciderunt illo die mille; vel, ſecundum Joſephum, duo millia hoſtium, videatur Munſter. hic in notis ſuis.

(6.) Bethbeſa vocatur 1. Maccab. c. 9. v. 62. Joſeph. Antiqu. lib. 13. c. 1. vocat Βηθάλαγαν i. e. Bethalagan, ſi quidem corruptum non eſt nomen.

אשר אתו ויבא עליה בקידו' ביד רמה׳
ויכבוש על העיר דיק ויצר על העיר ימים
רבי' ויצר להם מאד ויאמר שמעו' ליהונתן
אחיו עד מתי נבחרה בחיי הרעי' האלה
הלא נבחרה לנו מות תצא אל צרינו
וכי מות נמות הטובים אנחנו מיהודה׳
אחינו שמת במלחמ' על קדושת יי' אלהינו
ויצא יהונתן בלילה ההוא ויך את אהל
בקידו' וידרוג את אדיריה' ואחיו שהיו
עם בקידו' ויפתח שמעון את השער ויד
חוקה עמו מבחורי החשמוני' ויצא ויך
במחנה בקידו' גם הוא מבה רבה וישוזף
את האילי' וכל הסוללות וכל כלי הדיק
אשר בנו מול העיר' ויבחו בקידו'
וימלט במדבר וידדפוהו יהונתן ואחיו
וישיגוהו ויחנן אליהם בקיום לבלתי
ירדפוהו ויאמר להשיב את כל השביה׳
אשר שבה מארץ יהודה׳ אנשים ושף
לריב וישבע להם על הדבר הזה ואז
הלך מעליו וילך בקיום לירכו ולא
יסף עוד לבוא אל ארץ יהודה וישב
את כל השביה' ובעת ההיא נתהוקה
השורה׳ ביד יהונתן וישפוט את עמו
וישב לבטח וילחם מסביב בכל אויבי'
ואנשיהם הו' אש' נשאר משרי מוקדון
לקוץ מכאיב לעם יהודה ויתנשא לאמר
אלך ואשמיד את עם יהודה ולא יהי
יהודו

stauravit, ibique cum fratre ſuo Simeone, ut & Haſmonæis, qui cum ipſo erant, habitavit: Bachides autem cum valida manu urbem aggere obſedit, cùmque eam diu oppugnâſſet, atque in maximas adduxiſſet anguſtias, Simeon fratrem ſuum, Jehonathanem, ita allocutus eſt; quousque miſeram hanc tolerabimus vitam, nonne ſatius eſt erumpendo ac contra hoſtes pugnando mortem oppetere? an meliores ſumus fratre noſtro, Jehuda, qui in prælio pro Sanctuario Domini, DEI noſtri, occubuit? his dictis Jehonathan nocte illa egreſſus (7.) in Bachidis tabernaculum irruit ejusque principes (8.) ac fratres, qui cum ipſo erant, interfecit; Simeon quoq; portâ patefactâ cum valida Haſmonæorum manu egreſſus in Bachidis caſtris magnam edidit ſtragem arietesque & aggeres omnes atque munitiones, quibus urbs oppugnabatur, incendit; Bachides autem in deſertum profugiens evaſit, ſed Jehonathan ejusque fratres eundem perſecuti comprehenderunt; (9.) ipſe verò mortem depreeatus promiſit, ſe omnes captivos, è Judæâ abductos, tàm viros, quàm fœminas puerosque reſtituturum eſſe; præſtitô itaque eam in rem juramento incolumis fuit dimiſſus: ſic Bachides abiit atque Judaicam regionem non amplius invaſit, ſed omnes, quos promiſerat, captivos reſtituit. Eodem tempore principatus per Jehonathanem firmatus fuit, ipſeque judicium in populo ſuo exercuit, ſecurè habitans bellumque adverſus omnes hoſtes ſuos circum circà gerens. Cæterum Antiochus, (10.) qui è principibus Macedonicis ſuperſtes, tanquàm ſpina pungens populo Judaico relictus erat, elato dixit animo: abiens populum

(7.) Vid. 1. Maccab. c. 9. v. 65. & Joſeph. Antiqu. lib. 13. c. 1. circa fin. ubi hæc res paulo aliter refertur.

(8.) Ita verto: אדיריה quæ vox hic occurrit; Munſterus habet אדרהן ac vertit nomine proprio: Adarahan, & alii: Odomiram tranſtulerunt; Odarem vocat autor lib. 1. Maccab. 9. v. 66.

(9.) Hæc quoque res paulò aliter refertur à Joſepho Antiqu. lib. 13. c. 2. vid. & 1. Maccab. 9. v. 70. item ſuprà lib. 3. cap. 22. num. 9. ibique not.

(10.) Vid. Joſeph. Antiqu. lib. 13. cap. 13. confer. & Munſter. in notis ſuis ad hoc caput, ubi ſucceſſorum Antiochi magni refert ſeriem.

יהודן בארן׳ ויבא אנטיוכוס לארן
יהודה ויבאו מהם לעזרה אנטיוכוס השו
לאן מספר וישלה יהונתן את שמעון
אחיו ואת בניו להלחם באנטיוכוס באשר
הוא כי אמר אליו כדברים האלה שמע
נא שמעון הלא אתה הוא אשר תכהן
בישראל אחרי ואתה תנהג את שרותי
ויצא שמעון למלחמה לקראת אנטיוכו'
ובל בניו עמו וילך הוא מהפאה האחת
ובניו מהפאה האחרת למען יהודה
אנטיוכוס עם גדודיו בזניהם בתוך ולא
ימלט איש מהם׳ וילכו עם בניו מגבורי
החשמוני' ט' אלפים גבורי' מהפאה׳
האחת והוא הלך מהפאה האחרת ביתר
העם וישוב על אנטיוכוס וישרו׳ ויבואו
שרי אנטיוכוס ועמו על שמעון למלחמה
בפאת שמעו' ובניו ויצאו מהפאה האחרת
עם ט' אלפים הגבורים ויהיו אנטיוכו'
וישרו בתוך בין שמעון ובין בניו ויכו
בהם אלה מזה ואלה מזה והם בתוך
ויך שמעון כל חול אנטיוכו' הכא עלין
ולא נמלט מהם עד אחד מלבד אנטיוכוס
אשר ברח לבדו עם ב' רוכבים ויבואו
שמעו' אל יהונתן אחיו בהלל ובתודה
לאלהים ויהונתן יצא לקראתו עם זקני
ישר' והסיריהם ובהגי עליון ויהד לשמעו'
ולבניו מרוס ההו' והלאה יד ושם בישר'
באש'

pulum exſcindam Judaicum nec ullum relinquam in terra Judæum, profectus igitur in Judaicam regionem innumeras ſecum duxit copias auxiliares; Jehonathan autem fratrem ſuum Simeonem ejusque filios miſit, ut prælium cum Antiocho, ubicunque locorum is deprehendi poſſet, iniret; quamobrem fratrem ſuum hiſce allocutus eſt verbis: audi quæſo, Simeon, nonne tu is ipſe es, qui mihi in ſummo Sacerdotio ſuccedes ac principatu meo potieris? tui ſanè (11.) muneris erit, populum defendere Judaicum; Simeon igitur ejusque filii omnes in prælium contrà Antiochum profecti ſunt, & ipſe quidem ab una, filii autem ab altera parte iter ſic inſtituerunt, ut medium haberent Antiochum ejusq; exercitum, ne quis elaberetur: erant autem cum Simeonis filiis novem millia fortiſſimorum Haſmonæorum ab una parte; ab altera verò Simeon cum reliquis copiis profectus Antiochum ejusque principes circumdedit: Antiochi igitur principes ejusque exercitus contrà Simeonem, quâ ipſe veniebat, aciem direxerunt; Simeonis autem filii ab altera parte cum 9000. militibus progreſſi medium tenuere Antiochum ejusque principes: facto itaque ab utraque parte impetu Simeon univerſum Antiochi exercitum ita delevit, (12.) ut ne unus quidem ſupereſſet, præter Antiochum, qui cum duobus equitibus fugâ ſalutem quæſivit: Simeon itaque ad fratrem ſuum, Jehonathanem, eum laudibus ac celebrationibus Domini venit; Jehonathan autem cum Senioribus populi Iſraelitici omnibusque piis ac Sacerdotibus DEI optimi maximi, obviàm ei progreſſus eſt. Ab hoc itaque die ac deinceps Simeon

(11.) Hæc verba: tui ſanè &c. usque ad Simeon igitur, &c. licet in Hebræo hic non reperiantur, melioris tamen ſenſus cauſa ſupplere volui.

(12.) Quod hic de Antiochi exercitu deleto habetur, in libro 1. Maccab. non invenitur, id verò in fine capitis 10. libri 1. Maccab. ſcribitur, quod Jonathan & Simeon, frater ejus, exercitum Apollonii, ducis Demetrii, clade maximâ afflixerint, cæſis ferè octo millibus, vid. Munſter. hic in notis ſuis.

כאשׁ׳ דבר לו יהונתן אחוו כי בעצתו
דלך וישב ישרא׳ לבטח כל ימי יהונתן
איש תחת גפנו ואיש תחת תאנתו
וימת יהונתן ויאספ׳ אל עמיו זקן ושבע
ריצון וטובה׳ ויזי אחרי מות יהונתן
ויכהן שמעון אחוו וינהג את השורה
על ישראל הוא ובניו והלמי דתן שמעון
הרג את שמעון במשתה הוין ויקח את
אשתו וארת שני בניו ויאסור אותם
בנחשתים והימם אשר משׁ שמעון
בעם יי שמונה שנים וימת ויאספ אל
עמיו׳ ויהי דבריו ומלחמותיו
אשו הלא הם כתובי׳ על ספר יוסף
בן גוריון הכהן ועל ספר החשמונים ועל
ספרי מלכי דומה גם האגרות אשר
שלחו החשמוני׳ ל הרומי׳ ואל גוי פרס
והם אליהם לא כתבנום פה והנה
כתובים עׄל ספרי הרומי׳ ועׄל ספרי
הפרסים׳

meon ejusque filii inclytum adepti sunt locum ac nomen in populo Israëlitico, dum consilium, quod Jehonathan dederat, secuti sunt. Populus igitur Judaicus, quamdiu Jehonathan vixit, confidenter habitavit, unusquisque sub vite ac ficu sua: obiit autem Jehonathan (13.) & ad populum suum collectus est, senex atque omni felicitatis cumulo plenus: (14.) Post mortem verò Jehonathanis Simeon, frater ejus, sacerdotio (15.) functus est ac penès ipsum ejusque filios principatus fuit; Sed Ptolemæus, (16.) Simeonis gener, eundem in convivio (17.) interfecit ejusque uxorem duosque filios abductos (18.) catenis ligavit æneis: Præfuit autem Simeon principatui populi Judaici octo (19.) annis mortuusque ad populum suum collectus est. Cœterùm reliqua ejus facta ac bella, tàm ab ipso, quàm à fratribus ejus gesta, (20.) nonne illa in libro Josephi, Gorionis Sacerdotis filii, ut & in Hasmonæorum regumque Romanorum libris scripta sunt: literas verò, quas Hasmonæi ad Romanos & ad Persas (21.) ac vicissim hi ad illos miserunt, narrare hic supersedemus, cùm illæ in Romanorum Persarumque libris scriptæ reperiantur.

(13.) Postquam sex annis principatum tenuit, uti refertur in Josippi Epitome, pag. 34.

(14.) Obitum Jonathanis aliter refert Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 2. vid. & 1. Maccab. c. 12. v. 50. & c. 13. v. 23. it. Egesipp. de Bello Jud. lib. 1. c. 1. confer. & Josippi Epitom. pag. mihi 34.

(15.) Confer. Josippi Epitomen dict. pag. 34. & sequ.

(16.) Hic Ptolemæus rex Ægypti vocatur in Josipp. Epitome pag. 35.

(17.) In dicta Josippi Editome pag. 35. dicitur, quod Ptolemæus ab Antiocho, Græcorum rege instigatus Simeonem percusserit.

(18.) Hos inter hospitales epulas sublatos esse scribitur 1. Maccab. 16. v. 16. vide Joseph. lib. 13. cap. 14. Id. lib. 1. de Bell. Jud. c. 2. it. Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. cap. 1. It. Josippi Epitom. pag. 36.

(19.) Ita in nostro autore, cui & Josephus Antiq. lib. 13. cap. 14. consentit; Munsteri autem codex habet: שנים ז׳ id est, septem annos. In dicta Josippi Epitome pag. 36. scribitur, quod Simeon octodecim annis principatum super populum Israeliticum gesserit.

(20.) Vid. Joseph. lib. 13. Antiqu. cap. 3. seqq. usque ad c. 15. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 2.

(21.) Spartanos fortè hic autor noster intelligit, qua de re vid. 1. Maccab. 12. v. 2.

CAP.

ולשמעו׳ בן מתוזיהו שני בני׳ שם האחד
והוא הגדול הורקנום ושם השני והוא
הקטן יהונן והם הם אשר היו אסורי׳
ביד הלמי בעל אחותם ויהרוג הלמי את
הורקנום בן שמעון וישלח יד להרוג את
יוחנן בן שמעון ויברח מפניו וימלט הוא
יוחנן הנקרא גם הוא הורקנום כי ברוחו
הלמי את הורקנו׳ בן שמעון הגדול
מבניו ויקראו זקני ישראל את בן שמעון
השני הקטן הורקנו׳ על שם אחיו הגדול
לכתר ולגבורתו׳ ויהי כשמוע הורקנום
והוא יוחנן כי נהרג אחיו הגדול וינס
עזתה וירדפהו תלמי בעזה ויבא לפני
שער עזה ויסגרו אנשי עזה את השער
ולא נתנו את תלמי לבא העירה להרע
לורקנו׳ ויברח מעו׳ וילך עד העיר
הנקרא שמה דגונה וישב שם׳ ויהי
אחרי

CAP. II.

SImeoni verò Mattathiæ filio, duo extitere filii, quorum natu major, Hyrcanus; minor verò Johannes appellabatur, (1.) hi ipsi à Ptolemæo, sororis suæ marito, vincti tenebantur; Ptolemæus autem Hyrcanum, Simeonis filium interfecit ac præterea homines misit, qui alterum quoque ejusdem filium Johannem, è medio tollerent; ille verò aufugit atque incolumis evasit: is ipse Johannes etiam Hyrcanus nominatus est; (2.) cùm enim Hyrcanus, Simeonis filius, natu major, à Ptolemæo interfectus esset, Seniores populi Israëlitici alterum Simeonis filium, minorem natu, vocârunt Hyrcanum, fratris majoris nomine, (3.) ob virtutem illius ac fortitudinem. Hyrcanus itaque, qui & Johannes nominatus est, cùm audisset, fratrem suum natu majorem interemptum esse, Gazam profugit; (4.) Ptolemæus autem eundem persecutus ad portam usque urbis Gazæ pervenit; sed illius incolæ portis clausis Ptolemæum ab ingressu urbis prohibuerunt, (5.) ne malum inferret Hyrcano, relictâ igitur Gazâ ad urbem, quæ Digona (6.) appellatur, perve-

(1.) Horum nomina aliter referuntur, 1. Maccab. cap. 16. v. 14 Munsteri quoque codex à nostro hic non parum recedit, vid. Joseph. Antiqu. lib. 13. c. 14. & 15. it. Josippi Epitom. pag. 36. & seq.

(2.) Vid. Joseph. Antiq. dict. lib. 13. cap. 14. qui scribit, Johannem tertium fuisse Simonis filium, τέτρα δὲ ἦν ὑρκανὸς ὄνομα i. e. huic & Hyrcani nomen fuit, vid. Id. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 2. it. Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. cap. 1. confer & Josippi Epitomen pag. 37. vid. num. seq. 3 ibique not.

(3.) In Munsteri codice Hebraico alia hic adducitur cognominis hujus causa, scribitur enim ibidem, quòd Johannes, cum occidisset Hyrcanum, regem quendam magnum, tempore Simeonis, patris sui, ab eodem patre Simeone vocatus sit Hyrcanus, ob robur ac virtutem; huc faciunt, quæ infra h. lib. 4. c. 3. n. 2. & 23. it. l. 6. c. 6. n. 12. annotata sunt.

(4.) Vid. 1. Maccab. c. 16. v. 21. & Joseph. Antiqu. lib. 13. c. 14.

(5.) Vid. Joseph. dict. cap. 14. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 2. & Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 1.

(6.) Ita Munsterum secutus, transtuli, in quibusdam exemplaribus legitur per Resch: דגונה sed præferenda est Munsteri lectio, cui & Josephus Antiq. libr. 13. c. 15. ferè consentit, à quo locus ille Δαγὼν dicitur, vid. Idem Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 2. it. Josippi Epitome pag. 37. confer. num. 10. h. cap.

pervenit, (7.) ibique habitavit: Posteà principatum Simeonis, patris sui, accepit Hyrcanus à Senioribus ac Sacerdotibus, obtulitque holocausta & Sacrificia; (8.) quibus peractis contrà Ptolemæum, sororis suæ maritum, exercitum eduxit eumque prælio devicit; (9.) cùm verò is se mœnibus urbis Digonæ (10.) texisset, Hyrcanus, fortissimus juvenis, (qui principatum populi Israëlitici vero sinceroque gessit animo) admotis omnis generis machinis bellicis, ariete nimirùm ferreo, aggere, aliisque id genus armis perniciosis urbem illam oppugnavit eamque arctissimè obsedit: Tunc Ptolemæus Hyrcani matrem ejusque sororem (11.) suprà murum, qui juxtà turrim erat, deduxit, easque ipso inspectante, ligavit ac flagris cæsas acerbissimis & exquisitissimis cruciatibus affecit; (12.) Hyrcanus autem juvenis, cum matris suæ atque sororis tormenta, quæ propter obsidionem à se susceptam sustinebant, conspexisset, misericordiâ ductus flebilique voce lacrymisque effusis dixit: propter vos, mater ac soror mea, ab oppugnatione urbis desistam, ne hostis dicat, quòd fortitudine ejus metuque deterritus oppugnationem omiserim. Hyrcanus itaque belli flammam compressit ejusque incendium restinxit & ab urbis oppugnatione destitit: Venerabilis autem Hyrcani mater atque honoranda protensis è regione Hyrcani manibus, (13.) inclinata humi facie eidem dixit: non ideò huc venisti, mi fili Hyrcane, ut parceres (hosti) ejusque misereris; sed ut te virum præstares, ac strenuum ducem, hostemque tuum

(7.) Ptolemæus (scilicet, postquam is clausas reperit portas Gazæ.

(8.) Principatus enim Judaicus tunc temporis summo sacerdotio conjunctus fuit, quia honor sacerdotii firmamentum potentiæ assumebatur, ut inquit Tacitus Histor. lib. 5. cap. 8. num. 6.

(9.) Consentit Josippi Epitome pag. 37.

(10.) Vid. num. antec. 6. & Joseph. eod. lib. 13. c. 15. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 2.

(11. Fratres, sic Josephus dict. lib. 13. c. 15. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 2. it. Egesipp. de Bell. Jud lib. 1. c. 1.

(12.) Confer Josippi Epitomen pag. mihi 37. & seq.

(13.) Vid. Joseph. Antiqu. dict. lib. 13. c. 15. it. Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. cap. 2. ut & Josippi Epitom. pag. 38. & seq.

tuum vinceres, qui ergà uxorem suam, ergà me patrisque tui progeniem tàm perfidè egit; annon perspectum tibi est, quòd is vitæ tuæ insidias struxerit, ut scilicèt eam tibi perinde ac fratri tuo eriperet? DEus autem Cœlorum animam tuam ab insidiis pestiferi istius viri, qui malitiæ & improbitati suæ etiamnum indulget, liberavit; nonne ignominiam istam, opprobrium, & indignissimum ejus facinus, quod in uxorem suam ac socrum coràm populo ac principibus commisit, cernis? & quid spei ulterius in illo est? num filiis ipse meis, quos interemit, vitam reddere aut honorem meum & decus domus meæ, quam coràm populo, principibusque ac te ipso nefariè polluit, restituere poterit? Nunc itaque, mi fili, exercitum non ideò hûc deduxisti, ut clementiam aut misericordiam exerceres, non certè eum in finem principes populi Israëlitici te secuti sunt; sed ut ipsi vindictam caperent, incendium facerent, hostili atque terribili clamore omnia replerent, arietem adducerent, mœnia quaterent, aggerem struerent, multiplices jactarent lapides, fundas pararent, arcûs tenderent, sagittas spargerent, homines interimerent, muros urbis undique suffoderent atque dejicerent, hostemque caperent, atque illum ulciscerentur, quo omnes, qui ex inimicis Domini & hostibus populi ejus supersunt, pœnam audiant ac vindictam, quam de scelerato isthoc homine sumpsisti, atque metuant, ac deinceps superbire desinant: si verò acerbissimis istius hominis cruciatibus me mori contigerit, læto propterea sum animo, mi fili, dum mortem meam te ipsius supplicio ultum ire spero, ego quoq; morte mea vindictam (14.) de illo capiam, quandoquidem te gladiô in ipsum animadversurum ejusque animam divino judicio subjiciendam fore certò credo. Jam itaque, mi fili, si me hono-

(14.) Existimabat enim Heroica illa fœmina, mortem sibi immortalitatis loco futuram, quâ maritus vindicaretur, & gener impius pro scelere immani pœnam exolveret, uti loquitur Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 2.

honore afficere amoremque ergà me tuum oſtendere cupis, obtempera quæſo mihi, nec ullâ ob mortem meam miſericordiâ flectere, neque enim alio deinceps mortis genere mortem hanc commutare animus mihi eſt: Tu verò, chariſſime atque exoptatiſſime fili, virum te præſta atque urbem hanc ſtrenuè oppugna eamque ſubverte, ac ſancti patris tui vindex ſupplicium ſume de ejusdem generi, inimico iſto ac peſſimo hoſte, qui illum in ipſo ætatis flore violenta peremit morte eique invito dulcem abſtulit vitam nec ob matris ſororisque tuæ commiſerationem obliviſcere cædis patris tui ſancti fratrisq; dilecti: ſi enim ob matrem ſororemque tuam hoſti peperceris, & patris fratrisque tui oblitus fueris, peccatum in DEum committes. Hyrcanus autem, cùm clamorem matris ſuæ ejusque verba audiſſet, admodùm flevit, fletuque ſuô univerſa caſtra commovit; poſteà juvenis ille irâ inflammatus præcepit, ut clamorem tollerent, buccinas inflarent, caſtrenſem excitarent tumultum, arietem muros quatientem adducerent, aggeres ſtruerent, munitiones excitarent, fundis crebrò jacularentur, arcus tenderent, jactarent lapides ſagittasque emitterent, arietem quoque ferreum admoveri eôque muros ac turrim concuti juſſit: quô factô, cùm urbs ruinæ proxima eſſet, ejusdem incolæ maximum ediderunt clamorem; Ptolemæus autem in ſummis anguſtiis conſtitutus, Hyrcani matrem ejusque ſororem ſuper terrim illam, quæ ferreo quatiebatur ariete, conſtitui easque ſæviſſimis & atrociſſimis verberibus cædi atq; è muris præcipitari juſſit, niſi ab oppugnatione urbis ceſſaretur. Hyrcanus igitur juvenis verbera intuitus ac cruciatus matris ſororisque ſuæ ingemuit, earum quippe commiſeratione ducebatur, ſicuti anteà ſæpiſſimè; aſt mater ejus iterùm: nè lachrymas, ait, profunde nec animi molitiei ſuccumbe, neque hoſti propter nos parce; ſed bello inſta, fortiter age, virum te præſta ſtrenuique ducis officium imple,

ואמץ מלחמותיך על העיר והרום אוהה ונקום נקמת אביך הקדוש מאת ההנוּ הצר האויב הזה ויוליכהו בדמי ימיו וילך בלא חמדה ובגלל המלהך עלי ועל אחותך לא השכח הריג אביך הקדוש ואחיך הנעים ואם התמהמה עד אמך ואחותך והשכח אביך ואחיך ורטאת לאלהיך׃ ויהי כשמוע הורקנוס צעקת אמו ואת דבריה ויבך בכי גדול ויהם את מהנהו בבכיו והבער בו חמתו ויצו הבחור להריע ולהקיע ולהגביר שאון המחנה ולהעלות את האיל המנגח ולהקיר את המוללי׳ ולבנות דיק ולהרבות לקלוע קלעים ולדרוך קשתות ולהשליך אבנים ולירות החצים ויגש את איל הברזל ויך את החומה ואת המגדל וינגח׳ והקיר העיר לנפול ויעקר העם מתוך העיר׃ ויצר להלמי מאד ובראו לו העלה את אם את הורקנוס ואת אחותו על המגדל אשר נגח באיל הברזל ויך אותן בייסורין רעים וזרים ויאמר להשמעון מהחומה הוצה אם לא יחדל מעל העיר וידא הבחור הורקנוס את מכות אמו ואחותו ויסוריה׳ ויבך כי נכמרו רחמיו עליהם כפעי׳ ויאמר לו עוד אמר בני אל תבך ולא ירך לבבך ואל יהום עינך עלינו ולהום מלחמותיך והתאזר והתגבר והתחזק והתאמץ ללבוד את אויביך ולא ירע לבך וכי יכמרו רחמיך על אמך ועל אחותיך מדוע לא ידמו מעיך והזכור את הריגת אביך הקדוׄ ואויבי הנעים והנקום נקמתם מהאויב׃ וידו

וידו בהזכירה את אביו ואת אחיו ותבער בו רחמיו וילבש קנאה׃ וילחץ את העיר ביד רמה וברואתו עוד את אמו ואת אחותו בלחץ השיב ידו מבלע ומהשחית בזמלו על אמו ועל אחותו ולא ידע הבחור מה יעשה כי בזכרו את הרג אביו ואחיו יבעס ותבער בו חמתו וכראותו מוסר אמו ואחותו ולחצם ויך לבו ויחמל׃ והגבר מלחמת הבחור בלבו ובקרבו יותר מן המלחמ׳ אשר היה נלחם על העיר כי אמר בלבו אם אחמול על האויב ולא אלחצהו הנה אתי עון הרג אבי ואחי כי לא אנקום את נקמת דמם ממנו ולא אפנה לבבודם ולקדושת׳ ואם אלחץ האויב עד לכלי אותו הנה הוא מיסר את אמי ואחותי לעיני בלבו ראבוי ולא יחמול אף כי יאבה להרגן ועלי הוא העון בבל אשר ירע האויב באבוריהו לאמי ולאחותי׳ אמנם האלהים יודע את הום לבבי כי לא מחמלתי על האויב אחדל מדמלחמה גם לא מרצוני להלל את כבוד אבי ואחי הנהרגים על כי אנקום נקמת דמם ממנו ויש לאל יוי לעשות כן רק כי אחשוב אשר אבי ואחי נאספו אל עמם ומה יעץ להם מנקמה במות האויב׃ לכן כה אמר הורקנוס לא תסבול נפשי לראות במוסר אמי ואחותי על יד האויב ואלהי׳ ינקום נקמתנו מיד האויב והבוגד על דרך אחר׃ ואני הנני הרל אני מהמלחמה עם

imple, ut hoſtem tuum capias nec animum abjice. Quod ſi commiſeratione matris ſororisque tuæ tangeris, cur non cædis parentis tui ſancti fratrisque dilecti memor ad miſericordiam flecteris & ultionem de hoſte ſumis? Hyrcanus itaque cum mater illius patrem ac fratrem in memoriam ei revocâſſet, irâ Zelôque commotus ſummis viribus urbem oppugnavit; rurſus cùm matrem ſororemque ſuam cruciatibus affligi cerneret, manum retraxit (15.) à vaſtatione & excidiô urbis, propter matris ſororisque commiſerationem, ſic animi dubius juvenis, quid ageret, neſciebat. Cùm enim paternæ fraternæque cædis recordaretur, ad iram atque vindictam incitabatur; cùm verò matris ſororisque ſuæ cruciatus ac verbera aſpiceret, animus ejus ad commiſerationem flectebatur atque clementiam: ſic gravius certamen intrà ſe ipſum & in pectore ſuô ſuſtinebat juvenis, quàm foris in oppugnatione urbis. Etenim ſecum reputavit, ſi hoſti pepercero neque ipſum devicero, cædis paternæ fraternæque quodammodo reus ero, dum ſangvinis eorum vindictam ab hoſte non expeto nec ſuam illis dignitatem & Sanctitatem aſſero; ſi verò hoſtem eousque, donec in meam perveniat poteſtatem, perſecutus fuero, en ille animô crudeliſſimô matrem ſororemque meam, me inſpectante, excruciabit, neque eis ullo parcet modo, imò, ſi ipſas, prout minatur, interemerit, quicquid ille mali in matrem ſororemque meam perpetraverit, ejus rei culpa ad me redundabit: ſanè Deo animi mei integritas nota eſt, quod non hoſti parcens â bello (16.) deſiſtam, nec gloriam dignitatemque patris ac fratris mei, qui interfecti ſunt, ulla in re contaminari ſinam, eorum quippe ſangvinis vindicta mihi incumbit, cujus rei facultas, Deo opitulante, in me ſita eſt: Verùm illud ſolùm cogito, quòd pater ac frater meus ad populos ſuos collecti ſint & quidnam utili-

(15.) Eadem pene verba refert Egeſippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 1.

(16.) Ab urbis ſcil. oppugnatione.

utilitatis ex ultione hostis interempti ad ipsos perveniet? Propterea Hyrcanus ita secum dixit: animus certè meus non amplius sustinebit, ut cruciatus istos, quos hostis matri ac sorori meæ affert, aspiciat; Deus autem alio modo vindictam de hoste nostro perfido capiet, à bello igitur & oppugnatione urbis desistam, præprimis quia annus jam instat remissionis, (17.) qui Deo sacer est, hoc anno sanguinem effundere (18.) nolo. Paucis post diebus annus ille septimus, (19.) qui remissionis dicitur, advenit, quem Judæi celebrant, ac perinde, ut Sabbathum, observant; hanc ob causam Hyrcanus obsidionem solvit atque Hierosolymam reversus est. Tunc Ptolemæus in crudelitatem versus socrum suam ita allocutus est: Per te, ô impura, non stetit, quò minus vita mea hostis exponeretur ludibrio, nunc itaque senectutem tuam cum mœrore ad inferos mittam, filiam quippe tuam, te inspectante, interimam, posteà temetipsam tanquàm impuram bestiam mactabo: his dictis præcepit, ut mater Hyrcani, socrus sua, & Hyrcani soror, uxor sua, ignominioso mortis genere à servis suis trucidarentur, (20.) quo facto ira ipsius sedata fuit, relictaque urbe Digonâ, (nam secum cogitaverat, jam fama cædis matris sororisque Hyrcani ad ipsum perveniet, isque quavis ratione me in suam redigere potestatem conabitur,) in provinciam Philadelphiæ, (21) quæ

(17.) Ita communiter efferunt שנת השמטה, annum scil. septimum, quo omne opus agriculturæ intermittebatur, sic & Josephus lib. 13. c. 15. vocat τὸ ἔτος ἐκεῖνο, παθὸ συμβαίνει τοῖς Ἰουδαίοις ἀργεῖν i. e. annum illum, quo Judæi ab opere (agriculturæ scil.) cessare solent, vid. Levit. c. 25. v. 4. Idem Josephus lib. 14. cap. 17. vocat σαββατικὸν ἐνιαυτὸν, & lib. 15. c. 1. nominat ἑβδομαδικὸν ἔτος. Id. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 2. appellat τὸ ἀργὸν ἔτος, annum otiosum.

(18.) Cessit pietas religioni, soluta obsidio est, inquit Hegesippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 1.

(19.) Vid. Joseph. dict. lib. 1. de Bell. Jud. c. 2. it. Egesipp. de Bell. Jud. eod. lib. 1. c. 1.

(20.) Consentit Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. cap. 1.

(21.) Ita Munsterianum codicem, qui פילדלפיאה legit, sequi volui, nam quod hic in nostro פירלפיאה habetur nomen corruptum puto, vid. quæ num sequenti 22. annotata sunt.

quæ ad Lathyri (22.) spectat regnum, profugit, (23.) ibique ad vitæ usque finem habitavit.

CAP. III.

PTorrò Antiochus (1.) Macedo, odium fovens adversùs Simeonem & inimicitiam pectore servans, eò, quod is duces suos atque exercitum interfecisset eosque Jonathanis, fratris sui, ætate delevisset, de Hyrcano, ejusdem filio, vindictam sumpturus, cum ingenti multitudine, arenæ instar, contractâ, maximisque viribus in Judæam quarto regni sui anno, qui primus fuit Hyrcani, (2.) Judæorum principis, venit; (3.) Hyrcanus itaque cùm validissimum Antiochi exercitum conspexisset, nec se prælio parem fore animadvertisset, Hierosolymam contendit, seque mœnibus urbis protexit; (4.) Antiochus autem copiis eò adductis Hierosolymam longo obsedit tempore, nec eam ob murorum altitudinem ac validissima munimenta virorumque, qui urbem incolebant, fortitudinem capere potuit. Centum (5.) igitur ac triginta turres fortissimasectis munitas, à septentrionali urbis parte (6.) exstruxit superque eas arietes disposuit ferreos atque exteri-

(22.) Sic nomen לשורו hic vertere volui, fuit enim quidam Ægypti rex hoc nomine dictus, vid. infrà hoc lib. 4. c. 5. num. 11. & num. 15. Josephus Antiqu. lib. 13. cap. 15. scribit, Ptolemæum, interfectis Hyrcani fratribus ex matre, ad Zenonem, cognomento Cotylam τυραννίσαντα τῆς Φιλαδελφέων πόλεως, i. e. Philadelphensium urbis tyrannum, confugisse; idem de Bell. Jud. lib. 1. cap. 2. refert, cui & Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 1. consentit.

(23.) In Josippi Epitome pag. 38. scribitur, quòd Ptolemæus in Ægyptum fugerit.

(1.) Ὁ ἰυσεβὴς seu pius dictus, vid. Joseph. Antiq. lib. 13. cap. 16. ut & Josippi Epitome pag. mihi 39. hic etiam Soter ac Sidetes dictus fuit, vid. Alted. Chronolog. Tit. 18. & infrà h. cap. 3. n. 15. it. Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 1.

(2.) Ita & Josephus Antiqu. lib. 13. cap. 16. vid. idem lib. 1. de Bell. Jud. c. 2.

(3.) Cupiens assurgentes adhuc Hyrcani primitias extinguere, uti Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. cap. 1. scribit.

(4.) Vid. Josippi Epitom. pag. mihi. 39.

(5.)) Josephus Antiqu. dict. lib. 13. c. 16. centum solum turrium τριορόφων i. e. quæ tres habebant contignationes, facit mentionem.

(6.) Huic & Josephus eod. loco consentit, qui scribit κατὰ τὸ βόρειον μέρος τοῦ τείχους i. e. juxtà septentrionalem murorum partem, ubi planities fuit, turres illas fuisse exstructas.

ויגפת בם את חומת ירושלם החיצונה מצפון בק׳ל אילי ברזל אשר על המגדלי ותכול התומה וידו כראות היהודים את התומה החיצונה נופלת ויריעו הרועה על מפולת התומה ויצאו גבורי ירושלם מחרון לעיר ויהאזרו היהודים הגבורי לקראת אנטיוכוס וילחמו בו ויבו ארת כל גבורי מקרון אשר מלאם לבם לבוא העירה ויחזיקו ממפולת התומה ללכת לקראת ואל אנטיוכוי העומד מנגד מהרוק וילכו וילחמו בו׳ ויפילו כגדים רבים ממחנה אנטיוכוס ויבריחו את אנטיוכוס המלך מן המחנה ויפולו ויהרסו ארת המגדלי אשר בנה סביב העיר ויסופו את כלי מלחמתו אשר הכים עליהם ויחזק אנטיוכוס מן העיר ג׳ רים ויתן במחנהו רצותה שם׳ וידי בימים ההם ויבא חג הסוכות אשר בו הוא חק על עם יי׳ להעלי עולות ולהקריב קרבנות ולזבוח זבחים ולהלל את יי׳ בר׳ מיני עציים וישלח הודקנים מלאכים אל אנטיוכוס המלך לאמר לו כדברים האלה אם ראית ארת מופתי יי׳ אלהינו ואוהזתיו והאמנת כי הוא אלוה גדול על כל אלהים ובידו להמית ולהחיות להשפיל ולרוים כבודו גא ותנה לנו אורכ׳ ימי׳ שמנ׳ כי לא תטרידנו במלחמה ונהוג את חג יי׳ צלהינו במשפט וכחק׳ ויען

exteriorem urbis murum à ſeptentrionali parte centum ac triginta arietibus ferreis, qui turribus impoſiti erant, concuſſit (7.) atque mœnia dejecit: Judæi autem, cum exteriora urbis mœnia prolapſa conſpexiſſent, ſublato ad caſum murorum clamore extrâ urbem adverſùs Antiochum progreſſi acerrimum cum ipſo prælium inierunt (8.) omnesque Macedonum milites, qui urbem intrare auſi fuerant, percuſſerunt, longiusque à ruina murorum progreſſi cum exercitu Antiochi, qui procul ab urbe caſtra habuit, dimicârunt, & multa militum ejus cadavera proſtraverunt, ipſumque regem, caſtris exutum, in fugam verterunt; turres quoque, quas circà urbem erexerat Antiochus, disjecerunt ac ſubverterunt, machinasque bellicas, quæ ſuprà ipſas diſpoſitæ erant, combuſſerunt, adeò, ut Antiochus tria (9.) circiter ſtadia ad urbe recedere ibique copias, quæ ei ſupererant, collocare coactus fuerit. Iisdem diebus accidit, ut feſtum tabernaculorum, (10.) quo populus Domini holocauſta offerre, hoſtias ſacrificare, victimas immolare Dominumque quatuor frondium (11.) ſpeciebus honorare conſueverat, appropinquaret; Hyrcanus igitur legatos ad regem Antiochum miſit, qui ſuo nomine dicerent: quandoquidem miracula Domini, Dei noſtri, ejusque ſigna conſpexiſti vereque credidiſti, quòd ipſe Deus ſit excelſus ſuprà omnes Deos & in manu ejus poſitum ſit, vitam adimere eamque reſtituere, deprimere atque extollere, honora quæſò illum, nobiſque octo dierum inducias concede, ne bello nos laceſſas, quò feſtum Domini, Dei noſtri, prout mos ac lex requirit, celebremus: adhæc Antiochus legatis Hyrcani ſic reſpondit: Pax ſit vobis advenienti-

(7.) Joſeph. dict. libr. 13. c. 16. ſcribit, turribus illis στρατιωτικὰ τάγματα ſeu militum ordines fuiſſe impoſitos.
(8.) Conſentit Joſippi Epitome pag. mihi 39. & ſeq.
(9.) Munſterus pro כ׳ רים habet כ׳ ריס i. e. viginti ſtadia.
(10.) Vid. Joſeph. d. lib. 13. cap. 16. it. Joſippi Epitome pag. mihi 40.
(11.) De his vid. Buxtorf. Synag. Jud. cap. 21. pag. mihi 454. vid. & infrà h. lib. 4. c. 7. n. 16. it. c. 11. n. 9. & ſeqq.

ויען ויאמר אנטיוכוס למלאכי הודקנים שלום בואכם ואני אמליא רצון מלככם לכבוד יי׳ אלהיכם וישלח מכתב להודקנים על יד מלאכיו לאמ׳ תנו חגיב׳ ושמחו בשמחתכם וכבדו את יי׳ אלהיכם דק יהיה לי חלק עמכם וישלח אנטיוכו׳ מנחה ליי׳ ער יד מלאכיו עם מלאכי הודקנים פר א׳ וקרניו מלובשו׳ זהב ובראשו עטרת זהב גדולה ורביד זהב באבני יקר׳ על צואוו וישלח עיר כלי כסף וכלי זהב רב׳ מלאי בבשמים למנחה להיכל יי׳ והבא המנחה לפני המלך ויבואה המלך עם מלאכי אנטיוכוס לשער המקד׳ ויקחו השוערים את המנחה מיד מלאכי אנטיוכוס ויביאוה אל הכהנים והכהנים הניפו אותה במקדש לרצון ולכבוד וישובו מלאכי אנטיוכוס בשמחה ובשלו׳ וכבוד ויגידו לו כי קבלו היהודים והמלך הודקנים את מנחתו וכי כבדוה והניפוה לפני יי׳ במקדש לרצון ולכבוד וישמח המלך אנטיוכוס מאד׳ והודקנים עם כל ישראל שמחו בחג הסוכות ההוא שמחה רבה ויהללו את יי׳ אלהי ישראל במשפט ובחק והמלך הזה אנטיוכוס הטיב לעשות מהיום ההוא והלאה עם ישראל גם הטיב לעשות בכבוד בית יי׳ עד מאד׳ גם הצדיק והצלות והתעיק בכבוד יי׳ אלהי ישראל עד למעלה ולא כן עשה אנטיוכוס הרשע הגקר׳ עוד בשם אפיאנס

bus, ego voluntati regis veſtri obtemperabo, ut Dominum, Deum veſtrum, colam, poſteà literas ad Hyrcanum per legatos ipſius in hanc ſententiam miſit: celebrate ſolennitatem veſtram, ac læti feſtum agite, Dominumque, Deum veſtrum, honorate, & mihi quoque partem quandam apud vos concedite. Antiochus itaque per ſuos Hyrcanique legatos Domino taurum, (12.) cujus cornua auro obducta atque caput aureâ coronâ non exigui ponderis cinctum, collumque torque aureo, gemmis diſtincto, circumdatum erat, dono miſit, præterea multa vaſa argentea (13.) & aurea, aromatibus plena, Templo Domini muneris loco obtulit: cum itaque dona hæc coràm Rege Hyrcano allata eſſent, ipſe unà cum legatis Antiochi ad portam Templi eadem adduxit, quæ poſteà janitores è manibus legatorum Antiochi acceperunt eaque ſacerdotibus tradiderunt, à quibus deinceps dona illa in Sanctuario in honorem ac beneplacitum Domino oblata fuerunt: Legati verò incolumes, læti atque honorati ad Antiochum reverſi eidem nuntiaverunt, Judæos eorumque regem Hyrcanum donum benevolè atque honorificè accepiſſe, illudque in Sanctuario coràm Domino in ipſius honorem ac beneplacitum obtuliſſe, quamobrem Antiochus ſummo affectus fuit gaudio; Hyrcanus autem & univerſus populus Iſraeliticus feſtum illud tabernaculorum maximâ cum lætitiâ celebrârunt, ac Dominum, Deum Iſraelis, ſicuti moris eſt ac legis, laudârunt. Ab hoc tempore ac deinceps rex ille Antiochus benigniorem ſe præbuit erga populum Iſraëliticum, Templumque Domini maximo honore affecit atque juſtitiam coluit, gloriamque Domini, Dei Iſraëlis, valdè promovit, qua de cauſa etiam proſpero uſus eſt ſucceſſu: aſt non ita ſeſe geſſit Antiochus ille impius, qui etiam Epiphanes (14.) nominatus fuit, etenim ca-

(12.) Conſentit Joſippi Epitome, pag. mihi. 40.
(13.) Vid. Joſeph. dict. lib. 13. c. 16.
(14.) Ita cum Munſtero hic rectius legitur אפופנים quam

ptâ Hierosolymâ Templum Domini ingressus illud contaminavit ac polluit, ejusque altare carne suilla inquinavit ac conspurcavit, sue quippe in Templo Domini mactatâ altare polluit, ejusque carnem per omnes Templi angulos dispersit, propterea Judæi ab ipso defecerunt neque ei obtemperârunt, Deus quoque maximos ei cruciatus morbosque gravissimos & insanabiles immisit, quibus cum dedecore, ignominia ac contemptu vitam finiit, prout suprà ejus mentionem fecimus: Hic verò Antiochus, qui etiam pius (15.) dictus fuit, vir benignus extitit, Templumque Domini ejusque Domum ex voluntate populi Israelitici honore affecit; Hyrcanus igitur, cùm Antiochi animum ergà Dominum ejusque populum cognovisset integrum ac sincerum cultusque Divini studiosum, legatos ad ipsum misit, qui fœdus cum illo pangerent ac dicerent: haud vanis rerum argumentis deprehendimus, te, Rex Antioche, potentiam Domini agnoscere, ipsum nimirùm DEum esse Deorum, cur itaque ejusdem populum, qui illum timore colit, bello lacessis & ab ejus cultu abstrahis? si integro sinceroque ergà Deum es animo, eja mutuum pangamus fœdus & ambo fratrum instar vivamus, nec populus uterque se invicem lædat, sed communes utriusque gentis persequamur hostes, hæc inter nos pax sit atque fœdus. Antiochus igitur acceptis per legatos Hyrcani literis iisque perlectis, admodùm gavisus est literasque pacis ac fœderis componi curavit, easque ad Hyrcanum in hanc sententiam misit: placet mihi fœdus ac pax, quam obtulistis, securè igitur ac tranquillè, quamdiu regno meo præro, vivatis, Sic Antiochus

אספיאנום בלבדו את ירושלם כי נבגם
ביהוה יי׳ וטמאה ויטנף את המזבח בשר חזיר
ויטמא את המובח בשר חזיר כי החזיר
שרט ביהוה ה׳ וטנף את המזבה וישלך
ממנו בכל פנות ההיכל ולבן מדנו בו
היהודים ולא עבדוהו וינגעהו ה׳ בם
בנגעים גדולים ובחלאים רעי׳ ונאמנים
וימח בהם בחרפה ובליבוה בח באשר
החדענו בזכרו׳ וימלך הוה אנטיוכוס
הנקר׳ עוד בטם פיאוס היה איש חסיד
ובבר ארת בית ה׳ ואת היכלי ברצון
ישרא׳ ויראה הורקנוס את לב אנטיוכוס
כי היה שלם עם יי׳ ועם עמו וכי נתן
את לבו לעבוד ארת יי׳ וישלח אלי
מלאכים לכרות ברית עמו לאמר הלא
תראה ממך אנטיוכוס כי האמין בגבורת
יי׳ וכי הוא אלהי האלהים למה תלחץ
לעמו ויריאו במלחמו׳ ותשביתם מעבודתו
אם יש ארת לבבך שלם עם יי׳ נברתה
ברית אני ואתה והיינו שניהם כאחים
ועמי לא יצר לעמך ועמך לא יצר לעמי
וארדוף את אויבך ותדרוך את אויבי
וזה זה ביניהם שלום׳ ויקבל אנטיוכוס
את מכתב הורקנוס מיד מלאכיו ויקראהו
וישמח מאד׳ ויכתב מכתב קיום לשלום
וברית וישלחהו ארת הורקנום לאמר
אוצה בבריתכ׳ ושלומכם וישבנום בטח
בל

quam in nostro codice Hebræo, ubi corruptè habetur: אספיאנוס vel, ut alii codices, אספסיאנוס confer. Josephum eod. lib. 13. c. 16.

(15.) Hic à profanis autoribus Sedetes, à Josepho verò Soter & pius cognominatur, vid. Joseph. lib. 13. cap. 16. item suprà initio hujus capitis 3. num. 1. vid. etiam, quæ in præfatione, operi huic præmilia, ex Jos. Scaligero de hoc nomine adducta sunt: erat autem hujus Antiocho Soteri frater Demetrius Nicanor; ipsi verò erant filii illius Demetrii, qui fratrem habuit Antiochum Epiphanem, quorum pater fuit Antiochus cognomentò Magnus, vid. Corn. Gualther in notis ad Egesippi lib. 1. c. 1. pag. mihi 7.

כל ימי מלכותי וכרות ברית אנטיוכוס
עם הורקנום ויקימוהו ויצא הורקנום
לקראתו ויקבלהו ויביאהו ירושלימה
ויעש לו ולעבדיו משתה גדול מאד
ויתן לו למנחה מאוצרו ש׳ בכרי זהב
ויקדישם הוא למקדש יי׳ ולבדק ביתו
וילך לו ארצ ארצו׳ והורקנום המלך
שאל ודרש את מטמוני הזהב אשר היו
בירושלם מימי דוד ויאבה לקחת סרס
את אשר ויציא ארצ הצבא הבלתמים
לעזרת עם יי׳ וביהו ויפתח מטמון אחד
ממטמוני דוד מלך ישראל ויקח ממנו ג׳
אלפים ככרי זהב ויעזוב בו עוד זהב
לרוב ויאמר יוסף בן גוריון על זה הדבר
מצאתי עדות מסופרים אחרים אשר כתבו
ספרים נאמני׳ גם הסופר דנאמן ניקולאוס
הדמשקי העיד במוני׳

chus cum Hyrcano fœdus iniit (16.) illudque firmârunt, tunc Hyrcanus Antiocho obviam progressus eundem honorifice excepit atque Hierosolymam deduxit, eique ac servis ejus maximum exhibuit convivium, trecenta (17.) insuper auri talenta (18.) ipsi è thesauris suis dono dedit; quæ posteà Antiochus Sanctuario Domini in restaurationem Domus Dei consecravit, atque in regnum suum deinde reversus est: Hyrcanus autem Rex thesauros aureos, qui jam inde à Davidis (19.) tempore Hierosolymis absconditi erant, inquisivit ac perscrutatus est; militibus enim, qui pro populo Domini ejusque Templo pugnabant, exinde stipendium solvere voluit: unum itaque è thesauris Davidis, legis Israëlitici aperuit atque inde tria millia talentorum aureorum (20.) sustulit, (21.) multum verò auri ibidem reliquit. Josephus (22.) Gorionis filius se dicit reperisse hujus rei testes etiam alios scriptores, qui veras historias literis consignârunt, etiam Nicolaus Damascenus (23.) idem, atq; ego, testatur.

(16.) Consentit Josippi Epitome pag. mihi 41.

(17.) Vid. Hegesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 1. item Joseph. lib. 13. cap. 16. ubi 500. talenta Antiocho soluta fuisse recensetur, quorum trecenta statim fuere numerata, cœterorum nomine obsides dati sunt, inter quos & Hyrcani frater vid. Joseph. eod. loc. it. lib. 1. de Bell. Jud c. 2.

(18.) In Josippi Epitome pag. 41. habentur מאורז לישרום i. e. trecentæ libræ (auri.)

(19.) Consentit & Joseph. d. lib. 13. cap. 16. it. lib. 1. de Bell. Jud. lib. 1. cap. 1. sed hæc ad fabulas Judaicas nonnulli non sine ratione referunt, quis enim credat, Davidem regem pientissimum, tanto studio ad fabricam templi thesauros colligentem immensam pecuniæ summam in sepulchris celare voluisse, aut Salomonem, si ad eum potius hanc occultationem referre velimus, maluisse populum circà extrema tempora tributis exhaurire, quam thesaurum illum imminuere, præsertim cum tantus fuerit, ut etiam Herodes ingentis pretii ornamenta inde auferre potuerit, ut narrat Joseph. lib. 16. cap. 11. quod si credimus Benjamino, illi Judæo, qui circa annum Christi 1173. vixit & Itinerarium scripsit, etiam Palatium subterraneum juxta sepulchrum regum illorum fuit, columnis auro argentoque obductis exornatum, vid. id. R. Benjam. in Itinerar. pag. mihi 78. & seqq. confer. Salian. in ann. 3021. num. 109. & in ann. 3921. num. 8. vid. etiam Abarbenel ad 1. Reg. c. 2. v. 10. fol. m. 199. col. 1.

(20.) Quæ decies octies centena coronatorum millia valere juxta quorundam calculum scribit Corn. Gualther. in Egesipp. lib 1. c. 1.

(21.) Consentit Egesippus dict. lib. 1. cap. 1. de Bell. Jud ubi scribit, quod Hyrcanus, ad levandam facti invidiam, eâ pecunia primus xenodochia, quibus adventum pauperum peregrinorum susciperet, instituerit.

(22.) Ex hoc loco manifestè deprehenditur Judæi interpolatoris manus, quod scilicet non idem cum Josepho fuerit, qui Græcè scripsit.

(23.) Johannes Hyrcanus cum Antiocho contrà Parthos

CAP. IV.

ANtiochus igitur rex, Hieroſolymis diſcedens, ut in regnum ſuum proficiſceretur, cum Hyrcano rege ita locutus eſt: quandoquidem, mi frater, mutuum inter nos fœdus ſancitum eſt, fer quæsò mihi ſuppetias, ecce Arſac (1.) Perſarum (2.) rex, me meumque populum quotidiè bello laceſſit ac vexat, nec, quid mihi faciundum ſit, ſatis ſcio, illius enim potentiam valdè metuo; ſocietatem itaque belli adverſùs ipſum mecum ineas rogo, id ſi feceris, quicquid auri argentique in urbibus ipſius, à nobis ſubactis, inventum fuerit, id omne ſacrum ſit Domino, DEO Sanctuarii veſtri; cui Hyrcanus reſpondens: en, ait, morem tibi hac in re geram, modò fœdus tuum, perinde atque ego, fideliter ſerves. Hyrcanus igitur cum inter exercitum ejus ac principes ingentem auri ſummam diſtribuiſſet ſuasque armâſſet copias, ex urbe Hieroſolyma caſtra movit, ut Antiocho auxilium ferret, (3.)

והמלך אנטיוכוס כאשר יצא מירושלם ללכת אל ארצו ויאמר להורקנוס המלך כדברים האלה׳ אחי היה׳ לעזרתי כי ברית אתך ובריתך אתי דברו אשרק מלך פרס לחזק ומחזק אותי ואת עמי יום יום ולא אדע מה אעשה כי צר לי ממנו מאד לכה אתו וגלחמה עמו ואשר גלבוד מעריו והיה כספם והבם קדש ליי אלהי מקדשכם׳ ויאמר אליו הורקנוס הנני ואעשה כדברך רק את בריתך שמור כמוני ויתן הורקנוס לעבדיו ושויו הב לרוב ויוק את חילו ויסע מירושלם ללכת עם אנטיוכוס לעזרתו ויסעו מירושלם שני המלכים הורקנוס ואנטיוכוס׳ ויבאו עד נהר לוקן ולו מן עם

Patthos militaſſe refertur à Joſepho lib. 13. cap. 16. ubi & Nicolai Damaſceni teſtimonium allegat & in ea expeditione illum Hircani cognomentum eſſe ſortitum ſcribit, vid. cap. antec. 2. n. 3. ibique not.

(1.) Ita hic Munſterianum codicem ſecutus, qui habet: אושק vertere volui, nam apud auctorem noſtrum transpoſitis litteris corruptè legitur אשרק Juſtin. Hiſtor lib. 41. cap. 5. num. 6. ſcribit: omnes Parthorum reges Arſacis nomine nuncupatos fuiſſe, cui & Strabo lib. 15. aſtipulatur & Georg. Monachi Chronicum, (cujus copiam fecit Bongarſio, Fr. Pithœus,) hiſce inter alia utitur verbis: βασιλεύει περσῶν Ἀρσάκης ἀφ' οὗ οἱ περσῶν βασιλεῖς Ἀρσακίδαι ἐχρημάτισαν. i. e. Arſaces Perſarum regno præfuit, à quo Perſarum reges Arſacidæ nominati ſunt, vid. not. ad Juſtin. hiſtor. lib. 41. cap. 4. num. 3. Tacitus quoque Arſacidarum ſæpè mentionem facit, imprimis Annal. lib. 12. c. 10. & lib. 13. cap. 9. it. Hiſtor. lib. 5. cap. 8. confer. & R. Salom. ad Eſiæ cap. 6. v. 4. ubi omnes Perſarum reges ſcribit appellatos fuiſſe Artaxerxes, vid. ejusd. not. ad Pſalm. 34. v. 1.

2.) Parthorum rex fuit, vid. Joſeph. Antiq. lib. 13. c. 16. it. Juſtin. hiſtor. lib. 41. cap. 4. & 5. Perſæ autem cum Parthis ſæpè à ſcriptoribus confunduntur, cujus rei inter alios teſtis ſit locus jam ex Georg. Monachi Chronico num. antec. 1. adductus; vid. infra lib. 5. cap. 8. num. 10. Cœterùm de hoc Antiocho & Arſace, Parthorum rege, Tacitus Hiſtor. lib. 5. cap. 8. ita ſcribit: Poſtquam Macedones præpotuere, rex Antiochus demere (Judæorum ſcilicet populo) ſuperſtitionem & mores Græcorum dare annixus, quo minus teterrimam (Judæorum) gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus eſt, nam ea tempeſtate Arſaces deſciverat, confer. ſuprà lib. 2. c. 25. n. 12.

עם אנדרבו ישר צבא אשרק מלך פרס כי פגעו בו שהיה בא לקראת אנטיוכוס למלחמה ויבריחו את אנדרבו שר צבא מלך פרס ויכו מחיל פרס עם רב ויכן שם אנטיוכוס בין גדול למואה על שם הגבורה אשר עשו שני המלכים האלה בעם פרס ויקרא את שמו בנין גבורה׳ וישלח אשרק מלך פרס כתב בהתבא אל הורקנוס המלך לאמר׳ הלא ידעת כי הפרסיים בנו את מקדשכם והתוירו במעון תפארתכם׳ ועתה למה תרעו לנו בגבורתכם׳ ואנו בלתי תטאים לכם והלא ידעתם כי דומני השמאי׳ טמאו והחריבו את ארצכם ואת מקדשכם׳ מאז ועד עתה ומה תקוה יש לכם בכם ובבריחכם ועתה הרל ממנו וגלומה באויבינו׳ ונשמידם כי טוב לכם בשנאת פרס מאהבת יון ואש׳ הרעותי לנו עד עתה ידענו כי לא נדעונכם עשית׳ כן וקן נפתחכם מהאויב ולכן לא נשית לב עליכם׳ על זה להרע דבריתנו נקיי אתכם והאויב הזה כי לא תהיו את׳ עמו יסור צלו מעליו ונשמידהו ונשב לבטח אנחנו ואת׳ וישלח הורקנוס לאשרק ויודה לדבריו ויסעו משם הורקנוס ואנטיוכוס וילכו מדבי׳ שני ימים וידו ביום

(3.) cum itaque ambo reges Hieroſolymis profecti eſſent, & ad Lycum (4.) fluvium, perveniſſent, prælium cum Andarbo, (5.) Arſacis, Perſarum regis, duce, inierunt, huic enim occurrerunt, dum is adverſùs Antiochum pugnandi cauſa ibat illumque in fugam verterunt, multis è Perſarum exercitu interfectis; deinde Antiochus maximæ molis ædificium, (6.) quod procùl conſpici poterat, ob rem à duobus (7.) illis regibus præclarè ac fortiter geſtam, exſtrui curavit, idque fortitudinis arcem (8.) vocavit: tunc Arſac, Perſarum Rex, ad Hyrcanum, regem, clàm literas miſit, hujus ſententiæ: annon perſpectum tibi eſt, Perſarum reges Sanctuarium veſtrum exſtruxiſſe veſtramque gloriam atque commodum quavis ratione promoviſſe, nunc itaque cur vi militari malum nobis rependitis, qui nulla in re vos læſimus? num ignoratis, Græcos impuros terram veſtram veſtrumque Sanctuarium jam inde à multo tempore in hunc usque diem profanâſſe atque vaſtâſſe, & quidnam ſpei aut utilitatis ex illorum fœdere ad vos redundare poterit? jam itaque copias veſtras à nobis abducite, ut hoſtes veſtros bello perſequi eosque delere poſſimus; etenim plus commodi ex Perſarum odio, quàm ex Græcorum amicitia ad vos perveniet: quæ verò mala huc usque nobis intuliſtis, probè ſcimus, vos invitos ob metum hoſtium ea perpetrâſſe, propterea haud infeſto ergà vos erimus animo, ſed fœdus vobiscum pangemus: quòd ſi hoſtis iſtius ſocietatem deſerueritis, tunc robur & auxilium (9.) ab ipſo recedent

(3.) Vide Joſippi Epitomen pag. mihi 41.

(4.) Ita hic in Hebræo לוקן Munſterus legit: לוקי, alii codices habent: לוקן ſic Joſephus Antiqu. lib. 13. cap. 16. λύκον ποταμὸν nominat, hujus fluminis mentionem fieri apud Solinum notat Gothofr. ad Novell. Juſtiniani 25. cap. 1. n. 17. ubi plura de hoc fluvio.

(5.) Sic in Hebr. hoc loco habetur אנדרבו, Munſteri codex habet: ארנינו unde ipſe vertit: Adanimo, Joſephus eod. lib. 13. cap. 16. Judathim nominat, vid. infrà h. cap. 4. n. 25.

(6.) Arcem ſeu turrim, vid. num. ſequ. 8. idque tropæum fuit ob hoſtes in fugam verſos, erectum.

(7.) Antiocho nimirum & Hyrcano.

(8.) Sic בנין גבורה hic vertere volui, vid. n. antec. 6.

(9.) Ita duobus verbis Hebræam hic exprimere volui vocem: צלו i. e. umbra ejus.

ביום הג' ויאמר הורקנום לאנטיוכום
לכה אתה לבדך עם מחנה היוני' ופגע
במחנ' פרס ואני אבוא אחריך ואהם
אותו ואת מחנהו והוא לא ידע׳ ויטב
הדב' בעיניו וילך לבדו עם מחנהו ולא
הכיר את הורקנו' מלך יהודה לבלתי
תחשב לו גבורה על מלך פרס׳ ויפגע
באשוק מלך פרס וילחם בו ויפל בקרב
ביום ההוא כ"ב היל היוני' לא נשאר
מהם עד אחד׳ והמלך אנטיוכום חתם
קצו ויומו ביו' הדו' ויומ"ת גם הוא
בקרב ההוא וירא הורקנו' כי מ"ת
אנטיוכו' ויחדל ללכ' אל אשוק ויכרות
ברית עמו ויהי זה שלו׳ ויהי אחרי
הדברי' האלה וישׂ' פניו הורקנום בארי
עובד׳ ויבא מידבתה ויצר עלי' ששי"ת
החדשים ויתנה אלהים בידו וישומה למס
עובד ויסע משם וילך אל עיר שמגר
וילכדה וישב ויבוא שכמה ויכה אותה"
כי לא פתח לו ויך את הר גריזי' ויהרי'
את ההיכל אש' עשה סנבלט החורני
חומן מנשה הבהן אוי עדן שר הכהני'
וגדול, ויהרסהו הורקנום אחרי מאתי'
שנה לבנינו ויהפך המלך הורקנו' עד
יסודותיו ויך את הבותים הנמצאים שם
וישמידם

cedent ac facili negotio illum opprimemus; nos autem ambo securè ac tranquillè vivemus: Hyrcanus igitur missò ad Arsacem responso ejusdem dictis morem gessit. Hyrcanus autem & Antiochus castris inde motis bidui iter unà confecerunt; ast tertio die Hyrcanus Antiocho dixit: abi solus cum Græcorum exercitu atque Persarum copias adorire; ego verò te sequar atque Persarum regem ejusque exercitum subito terrore percellam: hoc consilio probato ipse solus cum exercitu suo profectus est, nec Hyrcanum, Judæorum regem, exspectavit, ne fortè is præclarum aliquod facinus contrà Persarum regem sibi attribueret. Arsacem igitur Persarum regem adortus prælium cum illo iniit, sed omnis Græcorum exercitus eo die in acie, ne uno quidem ex ipsis superstite, occubuit, (10.) ipse quoque rex Antiochus (11.) eo in prælio vitam finiit diemq; obiit supremum; Hyrcanus autem auditâ Antiochi morte ab expeditione contrà Arsacem destitit fœdusque cum illo pepigit atque ita pax rediit. Posteà in Syriam (12) Zobam (13.) exercitum duxit Hyrcanus, atque urbem Medabatham (14.) obsidione cinxit, eamque sex mensibus oppugnatam tandem Deo adjuvante sub potestatem suam redegit sibique tributariam fecit, exinde castris motis ad urbem Samgar (15.) venit eamque cepit, posteà oppidum Sichemum aggressus est illudque percussit, propterea, quòd portas sibi non aperuisset; incolas quoque montis Garizim cecidit Templumque (16.) à Saneballato, (17.) Horonita, socero Menassis

(10.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 13. c. 16. in fine & Josippi Epitom. pag mihi 41.
(11.) Justin. Histor. lib. 38. cap. 10. paulo aliter circumstantias prælii ac mortis Antiochi refert.
(12.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 13. c. 17. it. Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 1.
(13.) Bochartus Geograph. Sacr. part. 1. lib. 2. c. 6. scribit, Gorionidem de suo addidisse: Zoba, cum Syriam simpliciter scripserit Josephus.
(14.) Medabam appellat Josephus eod. lib. 13. cap. 17. de Bell. Judaico lib. 1. c. 2.
(15.) Samegam seu Σαμαία nominat Josephus dict. lib. 13. c. 17. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 2.
(16.) In Josippi Epitome pag. mihi 42. dicitur בית תעורת i. e. domus errorum.
(17.) Vid. Joseph. eod. lib. 13. cap. 17. it. lib. 1 de Bell. Jud. c. 2. & suprà lib. 2. c. 7. n. 14. confer. & Josippi Epitom. pag. 42. & seq.

ויטמידם מזה שומרון מלכד מהי מעמ
אשר נסר ונמלטו׳ ויסע משם וילך
לארץ אדום ויך את רבידה ואת מרשה
אשר לאדום ויכנע את גאון אדום
וישימם למס עובד עד הגולה ויאמתם
המלך הורקנום ויקשרם ובבלם בכבלי
מילה וימל את בשר ערלתם׳ ומדיום
דהוא והלאה הוו מעלים ושומרים את
משמרת תורת יהודה וישראל עד הגולה
וכן עשה המלך הורקנום לכל הגוים
אשר כבש ולכד וגבר עליהם׳ וירא
בהצליח יי את דרכו וישלה מלאכי
לדומא לחדש את הברית עם שרי רומ'
אחרי מות אנטיוכו' במלחמ' אשרק מלך
פרס כי אנטיוכום דוה יד הדומי' עמו
בבואו

nassis Sacerdotis, (qui Iddonis (18.) summi pontificis, frater extitit) ædificatum post ducentesimum annum, (19.) ex quo primum istud exstructum fuit, subvertit ac funditùs delevit, Cuthæos (20.) quoque ibidem repertos cecidit, eosque de monte Samariæ delevit, paucis, qui profugiendo evaserant, exceptis, exinde castris motis in Idumæam pervenit ac Debiram (21.) Maresamque, Idumæorum urbes, percussit, eorumque ferociam compressit, impositò eisdem tributo, quod ad tempus usque captivitatis duravit. Hyrcanus quoque rex, circumcisionis (22.) vinculis eosdem constrinxit atque ligavit, carne præputii ipsorum circumcisâ, ab hoc itaque tempore ac deinceps Idumæi fuere circumcisi, Judæorumque observarunt legem, usque ad captivitatem; in hunc modum sese gessit rex Hyrcanus ergà omnes gentes, quas devicit sibique subjugavit. Accidit autem, cùm DEus, felicem illius cœptis successum

(18.) Qui Jaddus dicitur Josepho eod. lib. 13. c. 17. vid. suprà dict. lib. 2. cap. 7. num. 2. & cap. 8. num. 4. In dicta Josippi Epitome pag. 42. scribitur, quod Menasses Simeonis jussi frater fuerit.
(19.) Consentit Josippi Epitome pag. mihi 43 confer. suprà lib. 2. c. 8. n 13. & n. 14.
(20.) Vid. Ioseph. lib 13. c. 17. it. de Bell. Iud. lib. 1. cap. 2. & Iosippi Epitom. pag. 42. & 43. De Cuthæis R. Benjamin in Itinerario pag. mihi 66. ita scribit: Cuthæi legis tantum Mosaicæ observatores sunt, quos Samaritanos appellant, hi sacerdotes habent ex Aaronis sacerdotis, in pace quiescentis, prosapia eosque Aaronæos appellant, qui cum illis matrimonio non junguntur, sed inter se, qui ex sacerdotali sunt genere, ne cum illis confundantur: sunt tamen legis illorum sacerdotes parantque victimas ac offerunt holocausta in illorum congregatione idque in monte Gerizim, quemadmodum in lege scriptum est. Deuter. 11. v. 29. edes benedictionem hanc in monte Gerizim, ideoque hanc esse domum sanctuarii affirmant. Offerunt autem holocausta cum Paschate, tum aliis festis in altari, quod in monte Gerizim ex illis structum fuit lapidibus, quos Israelitæ lardenem transgressi erexerant. Ex Ephraimi tribu se oriundos profitentur & in diœcesi sua habent sepulcrum Iosephi jussi, filii Iacob, patris nostri, qui in pace quievit, secundum illud Iosuæ 24. v. 32. tribus his carent literis ה, ח & ע: ה in nomine Abrahami, patris nostri, unde & desideratur nomen הוד i. e. gloria: ח in nomine Isaaci, patris nostri, unde etiam desideratur nomen חסד i. e. benignitas; ע in nomine Iacobi, patris nostri, unde nec vocem עגות quæ significat mansuetudinem, adhibent, quo circa in his dictionibus utuntur litera א atque hoc indicio ex Israelis posteris non esse cognoscuntur, quia Mosis legem absque hisce tribus literis agnoscunt: hunc locum, quia notabilis est & autorem nostrum aliquatenus declarat, hic integrum adscribere volui, confer. cap. sequ. §. n. 10.
(21.) Joseph. Antiqu. lib. 13. c. 17. has urbes vocat Adoram & Marissum; Idem Joseph. lib. 1. de Bello Jud. cap. 2. priorem urbem vocat Δωρεὰν.
(22.) Vid. Ioseph. eod. lib. 13. c. 17.

cessum dedisset, ut legatos Romam mitteret, qui fœdus cum principibus Romanis renovarent, postquàm Antiochus in bello adversus Arsacem, Persarum Regem, gesto ceciderat (Romani enim Antiocho, cùm is in Judæam irrupisset multasque diripuisset urbes, quas ille populo Israëlitico, quamdiu vixit, haud restituit, sed populo Macedonico easdem subjecit, auxiliares miserant copias) epistolæ autem, quam Hyrcanus, Judæorum Rex, ad Consulem Romanorum principem, (23.) ac trecentos Senatores (24.) miserat, hæc erant verba: Consuli, Romanorum principi ac trecentis Senatoribus totique populo Romano ab Hyrcano, Simeonis filio, Judæorum rege, qui pacem quærit vestram, Salus! notum vobis sit, Antiochum quondam fœdus mecum pepegisse, ut inter nos mutua esset ferendi auxilii societas: cùm itaque adversùs Arsacem, Persarum Regem, unà cum illo profectus essem, Andarbonem, (25.) ingentis Persarum exercitus imperatorem adorti sumus atque cum illo pugnavimus eumque devicimus; posteà, cum contra ipsum Arsacem, Persarum Regem, progredi & cum eo decertare nobis placuisset castraque jam mota essent, Antiochus solus Arsacem aggressus, me non exspectato, prælium commisit, sed victus ab Arsace occubuit; ego verò prævalidum Arsacis exercitum timens ad regnum meum protegendum reversus sum: nunc itaque an mutuum fœdus, pacis veræque amicitiæ causa, nobiscum inire animus vobis sit, nec ne, indicate mihi, ut, quid consilii ea in re mihi capiendum sit, dispicere possim: Cœterùm Dositheus (26.) & Apollonius atque Diodorus regni mei statum

(23.) Ita hic vertere volui הירוש vid. quæ suprà lib. 3. cap. 17. num 6. sunt annotata. Sicuti autem Latini à senex vel senio sena tum appellant; ita Hebræi usurpant dictionem ישיש aliquando pro principe senatus & nonnunquam pro senatu ipso, ita Munsterus in notis ad hunc locum, confer. & n. 27. hoc cap. ibique not. it. infrà l. 5. c. 9. n. 26.

(24.) Vid. Joseph. Antiq. l. 13. c. 17.

(25.) Indatim nominat Josephus Antiq. dict. lib. 13. c. 17. vid. suprà h. cap. 4. n. 5.

(26.) Ita ex Munsteri codice Hebraico, ut & Joseph. Antiqu. lib. 13. cap. 17. nomina hæc propria

בבואו לארץ יהודה ויגזול ערים רבות
ולא השיבם לישואל בימיו וישיבם בעם
מקדוני׳ ואלה׳ דברי האגרת ששלח
הורקנום מלך יהודה אל הישיש ומושל
ברומא עם ש׳ יועציו לאמר אל הישיש
המושל ברומא ואל ש׳ יועציו ולכל עם
רומא שלום׳ מן הורקנום בן שמעון
מלך יהודה הדורש שלומכם ומודיעכם
לאמר אנטיוכוס כרת ברית אתי להיותי
לעזרתו והוא לעזרתי ואלכה לי עמו נגד
אשרק מלך פרס ונפגע באנדרבו שר
צבאו עם חיל רב ונלחמה בו וגנצחהו׳
וברצותנו ללכת להלחם באשרק מלך
פרס ואנו נוספני׳ הלך אנטיוכוס להלחם
את אשרק ולא הכרז אותי וינצחהו
אשרק במלחמה׳ ואני לכוראי נחלץ
אשרק העצום שבתי לארצי לשמחה׳
ועתה׳ אם רצונכם לקיי׳ את דבריה׳
לשלום ולאמת ביניכו הגידו לי האמת
ואם לא הגידו לי ואפני׳ על ימין או על
שמאל׳ ויוסהיאום ואפולביום ותודוס
יודיעו לכם ענין ארצי ומה הרבי עמכם
ואתם שלום׳ וידי כבוא מכתב הורקנום
אל הישיש אשר ברומא ואל יועציו
כבדו ונשאו את שלחיו וכתבו לו
אגרת ברית וישלחה לו מטעם כל זקני
רומא להורקנו׳ בן שמעון מלך יהודה׳
שלום׳

שלום׳ מן דושיש המושל בראש לרומא
מן פניאו׳ בן מרקו׳ משנדו ומן מליאום
בן מנטוניאום שלושו ומן סימפרוניאום
בן פלראנום ויהר שרי הרומים ויועציהם
מן דושיש אשר עמנו ועמו ש׳׳כ יועצים
אל הורקנום בן שמעון מלך יהודה׳
שלום׳ ידוע יהיה לך כי אגריתך קבלנו
וקראנו באהבה ושלומך שאלנו מאת
שלוחיך דיסתיאום ואפלוניאום והודוס
החכמים הנאמני׳ וכבדנו אותם וישבו
עמנו לפני דושיש אש׳ בראשנו וערכו
דבריהם לפניו בחכמה וכל אשר שאלו
מאת דושיש ואנחנו עמו מלא חפצם
ועתה אנחנו כורתים עמכם ברית ואמונה
ומודיעים לכם אשר כל הארצות והעיי׳
אשר גזל אנטיוכו׳ מלך מקדוניאה אשר
הוכה ידינו עמו מארצו׳ הנו לכם ואשר
קיים אנטיוכוס בבריתו אשר כרת עמכם
לטוב יקויים עמנו ואם גזר עליכם גזירה
לרעה ולקלון יופרו דבריו והערים אשר
לכתכם במלחמה׳ אשר דיו מושלי
עליהם עם מקדוני ועם רומא טרם הגיע
אגריתכם

tum ac quomodo egomet ergà vos me gesserim, notum vobis facient; Valete! Hæc Hyrcani epistola cùm ad Consulem Romanum (27.) ejusque senatores esset allata, legati magno honore affecti sunt, fœdusque scripto comprehensum consensu omnium, qui Romæ erant, Senatorum ad eundem in hanc sententiam missum fuit: Hyrcano, Simeonis filio, Judæorum regi, Salutem! A consule, Romanorum principe, à Fanio (28.) Marci filio secundo, à Manlio, Mantonii filio (29.) tertio, à Sempronio (30.) Falerni filio, & à cæteris Romanorum principibus eorumque Senatoribus, unà cum Consule, (31.) qui apud nos est, & simul à trecentis ac viginti Senatoribus Hyrcano, Simeonis filio, Judæorum regi, Salus! Notum tibi sit, quod epistolam tuam acceperimus eamque amicè perlegerimus ac de salute tua legatos tuos, Dositheum & Apolonium atque Diodorum (32.) fidos prudentesque viros, interrogaverimus eosque honoraverimus ac nobiscum ante Consulem, principem nostrum, collocaverimus, coràm quo illi mandata quoque sua sapienter exposuerunt, & quicquid tàm à Consule, quàm à nobis petierunt, impetrarunt. Nunc itaque fidum vobiscum pangimus fœdus (33.) vosque certiores facimus, quod omnes terræ atque urbes, quas Antiochus Macedoniæ Rex, (cui nos auxi-

pria restituere volui, nam illa apud autorem nostrum, sicuti aliis in locis, ita & hic, admodum corruptè leguntur, vid. infrà l. 6. c. 49. n. 18.

(27.) Vid. quæ paulo ante n. 23. dicta sunt, it. suprà lib. 3. c. 17. n. 6.

(28.) Vid. num. sequ. 29. it. infrà h. cap. n. 34.

(29.) Ita hic in Hebr. מנטוניאום alii codices legunt אנטוניאום i. e. Antonius Munsteri codex hic ita habet לוקיוס מנליום בן מנטיוס ut veritur: Lucius Manlius, Memmii filius, apud Josephum Antiqu. lib. 13. cap. 17. locus hic sic legitur: Φάνιος μάρκε ὑὸς ϛρατηγὸς ὕπατος συνέγραψε περὶ ἑνὸς εἰδῶν φεβρουαρίων ἐν καπιτωλίῳ παρόντες λευκίου μαντίου μαπλίου (leg. λευκίῳ ὑῷ μεντίνᾳ) καὶ γαΐου σεμπρωνίου γαΐῳ ὑῷ φωλείρνᾳ; i. e. Fanius, Marci filius, princeps, indixit Senatum in campum octavo Idus Februarias, præsente Lucio Manlio, Lucii filio Mentina & Cajo Sempronio, Caji filio Falerna, prout Gelenius vertit.

(30.) Ita hic Munsteri codicem secutus vertere volui, nam quæ hic in nostro Hebræo habentur nomina, corrupta sunt.

(31.) Jam suprà consulis mentionem fecit autor, unde tædiosa hic habetur repetitio, ab imperito Judæo interpolatore, ut puto, adjecta.

(32.) Vid. quæ de hisce nominibus jam anteà num. 26. annotata sunt.

(33.) Vid. Joseph. dict. lib. 13. c. 17.

אגרותם אלינו יהיו לכם כי אנחנו באמת
ובחמים נרצה בשלומכם ובריחכם
ואתם שלום • והנה אנחנו כחבנו
אגרות לכל גוי דגוי מהגוי אשר נמשול
עליהי לקבל בכבוד ושלו' ועודה ושמוחה
את השלחתי אשר שלחתם אלינו ועוד
שלחנו עמהם שלחתנו ושמו פיניאם
לשמוע מכל פגע רע גם אנחנו נחננו
לו להודיע מזי עמה את כל הגוים
בבריחנו עמכם ובשלומנו אתכם וגם
דברנו לו דבר על פה לדבר לכם והם
דברי ברית שלום ואמת באשר גזר
ישישנו עם ש"ב יועצו והודיע זה
שלחו •

lium tulimus) ditioni veſtræ ſubtraxit, veſtræ ſint ac quodcunque Antiochus in fœdere, vobiſcum i-, nitô, in commodum veſtrum conſtituit, id ratum habeamus; quicquid verò in detrimentum ignominiamque veſtram ibidem comprehenſum eſt, id irritum facimus; urbes quoque, quas bello cepiſtis, quæque ad Macedoniæ gentem populumque Romanum ſpectârunt, antequam literæ veſtræ ad nos venerunt, veſtræ ſint, quia vero ſinceroque animo pacem fœdusque veſtrum amplecti volumus, Valete! ad omnes quoque gentes, quæ imperio noſtro ſubjectæ ſunt, literas dedimus, ut legatos veſtros, quos ad nos miſiſtis, honorificè excipiant, eisque auxilium præſtent ac ſecuritatem, legatum etiam noſtrum Fanium nomine (34.) una miſimus, qui legatos veſtros ab omni caſu adverſo tutos præſtet & incolumes; literas inſuper ei dedimus, quibus pacem fœdusque noſtrum, vobiſcum initum, omnibus gentibus, per quascunque ipſe tranſierit, notum faciat; præterea ei quædam commiſimus, quæ ipſe vobis oretenus exponet, nimirum conditiones pacis ac fœderis, prout Conſul (35.) noſter cum trecentis ac viginti Senatoribus decrevit, iterum valete!

CAP. V.

בימים ההם והי מלחמות מלכי מקדון
איש באחיו והמלך הורקנוס פנע עם
כל מחניו ויחן על שכמיו ויצר עליהי
וינן

Isdem temporibus Macedoniæ reges ſe invicem bello laceſſebant; Hyrcanus autem cum omnibus copiis ſuis Samariam obſidebat (1.) eamq; ſtructo circum aggere oppugnabat, tantaque ibi fames erat, ut Samaritæ ac Cuthæi (2.) cadavera, in viam

(34.) Hebr. פניאום ita cum Munſtero hic legere malui, quam cum noſtro: פיניאום vid. ſupra h. cap. n. 28. it. Joſeph. Antiqu. lib. 13. c. 17. circa medium.

(35.) Seu princeps ſenatus, ſic interpretor hic ישיש de qua dictione ſuprà h. cap. 4. n. 23. & 27. aliquid notatum eſt.

(1.) Vid. Joſeph. Antiqu. lib. 13. cap. 18. it. de Bell. Jud. lib. 1. c. 2. & Egeſipp. de Bello Jud. lib. 1. c. 1. ut & Joſippi Epitome pag. mihi 43.

(2.) De his ſuprà cap. antec. 4. num. 20. plura dicta ſunt, conſer. & Joh. Ligtfooti Chorograph. Matthæo præmiſſ. c. 56. it. Ejusd. Chorograph. Johannis præmiſſ. cap. 4. §. 1. vid. & infrà h. cap. num. 10.

(3.) Conſentit Joſippi Epitome dict. pag. 43.

(4.) Hunc Antiochum Φιλομήτορα seu Cyzicenum vocat Joſephus Antiqu. lib. 13. cap. 1. eundem etiam Aſpondium vocarum fuiſſe refert Egeſippus de Bell. Jud. lib. 1. cap. 1. Hic frater erat Antiochi Griphi, quorum pater fuit Demetrius Nicanor, vid. Corn. Gualther. in not. ad dict. Egeſip. lib. 1. cap. 1. vid. & Munſterus in notis ſuis ad hunc locum, ubi regum Syriæ ſeriem commemorat.

(5.) Conſer Joſippi Epitom. pag. mihi 42. & ſeq.

(6.) Ita cum Munſtero: שישופולי potius, quam פסיפולי, uti hic in noſtro codice habetur, legere ac vertere volui, de hac urbe vid. ſupr. l. 3. c. 18. n. 14. & 2. Maccab. cap. 12. v. 29. it. Joſeph. dict. libr. 13. cap. 18. Id. de Bell. Jud. lib. 1. c. 2. vid. & infra h. lib. 4. c. 22. num. 5. De ditione Scythopolitana, ut & trajectu Scythopolitano vid. Joh. Ligtfooti Chorograph. Johanni præmiſſa cap. 1. §. 3. & 4.

(7.) Qui fuit dies nonus menſis Tisri, qui Septembri noſtro fere reſpondet, quo ſignum hoc notabile contigit, uti refertur in Joſippi Epitome pag. 44.

(8.) Joſephus Antiqu. lib. 13. cap. 18. refert, quod Hyrcanus, pontifex, ſolus in templo ſacra peragens vocem audivetit, quòd ejus filii jam devicerint Antiochum, Cyzicenum ſcilicet.

(9.) Conſer. Joſippi Epitom. p. 45. & D. Wagenſeil.

חגן ויק כביבה ויהי רעב גדול בשומרון
עד אשר אכלו השומרונים והכותיים את
הגבלתי המושלכו' בדרך והמלך הורקנו'
נסע אז משם וילך ירושלימה בעבור
יום צום הכפורים לכפר בעד עם יי כי
מלך וכהן גדול היה • ויעזוב את שני
בניו על הצבא אשר בשומרון שם ואת'
אנטיגנוס ושם השני אריסטובולוס
ויע' עליה' אתי אנטיוכוס מלך מקדון
ויבא בעזרת עיר שומרון כי אמר להציל
את שומרון מיד בני הורקנו' אשר צרו
עליה' וילחם עמהם ויחגר בם מלחמ'
גדולה ויגש אתי אנטיוכוס מלך מקדון
מפני הנערי' בני הורקנו' וימלט בעיר
סטיפולי' ובימים ההוא הית הורקנוס
בירושלם בבית קדש הקדשים ויהפלל
בעד עם ישרא' ואתר כך הזכיר ארז
בניו בתפלתו כי דאג פן יפלו ברעב
מלך מקדון וישמע בבית קדש הקדשים
קול קורא ואומר אל היזא ואל תעצב
ול תדאג ע' בניך כאן הורקנו' גמור
עבודתך

viam projecta, comederent: tunc Rex Hyrcanus inde diſceſſit & Hieroſolymam ob propitiationis diem (3.) jejunio deſtinatum, venit, ut populum domini expiaret, quia ſimul Rex & ſacerdos fuit: duos autem filios ſuos, quorum alter Antigonus, alter Ariſtobulus nominabatur, in caſtris antè urbem Samariam reliquit; hos Antiochi, Macedoniæ regis, frater (4.) qui urbi è manu filiorum Hyrcani, à quibus illa obſidione premebatur, eripiendæ ſubſidio venerat, adortus prælium (5.) cum ipſis iniit, quod cùm acerrimo ſtudio eſſet commiſſum, tandem Antiochi, Macedoniæ regis, frater ab Hyrcani filiis in fugam verſus ad urbem Scythopolim (6.) evaſit. Eodem die (7.) Hyrcanus Hieroſolymis in ſancto ſanctorum pro populo Iſraëlitico oravit, deinde, cùm inter precandum filiorum quoque ſuorum meminiſſet (nam timuit, ne fortè gladio regis Macedoniæ interirent) in Sancto Sanctorum vocem audivit (8.) clamantis ac dicentis: ne metuas neve dolore ac triſtitia temet crucies ob filios tuos, ô Sacerdos Hyrcane, perfice hodiè miniſterium tuum, in pace enim huc veniſti, in pace quoque egredieris; Hyrcanus igitur miniſterium cultus Divini ad finem usque perduxit & è Sanctuario egreſſus rem omnem populo narravit, (9.) populus autem

עבודתך היום כי בארץ בשלום ונצא
בשלום׃ וישלים הורקנוס את מלאכי
עבודת הקר׳ ויצא מן הקדש ויסכר
באוני העם את כל הדברים האלה ולא
האמין לו העם וישלחו ויבכי סוכים
בשומרון אל המחנה וימצאו דברי
הורקנוס כנים ונאמני ככל אשר דבר
ויודו ליי אלהי ישראל׃ וישלחו הבותיי
לבן קליאופטרה מלכת מצרים ועמו
גלימנדר ואיפוקרטים שרי מקדון ויהלו
את פניהם לבוא לעזרת הבותיי להעיל
את שומרון מיד בני הורקנוס וישמע
הורקנוס את הדב׳ הזה ויצא מירושלם
לקראת צבא מצרים ויך בהם מכה רבה
מאד ויפלו מהם פגרים רבים וגם
גלימנדר השר הכה וימת שם וינוסו
הנשארים וימלטו ולא יספו עוד מלכי
מקדון ומלכי מצרים להעיל את שומרון
ואת הבותיים מיד ישראל׃ וישב המלך
ויבא אל שומרון ויצר עליה שנה אחת
ויחנה אלהים בידו ויך את כל זכורה
לפי חרב ויהפוך את כל מושבות
הבותיים עד היסוד והבותיים או היו
עובדי׳ לקליאופטרה מלכת מצרי׳
ובשומרון שר מושל בגללה וגם את
השר

ei fidem non habuit, sed equites ad castra, quibus Samaria circum data erat, misit, qui Hyrcani narrarationem, veritati per omnia consentientem, prout ipse retulerat, deprehenderunt, quamobrem Dominum Deum Israëlis, laudibus celebrârunt. Cœterùm Cuthæi (10.) ad Cleopatræ, reginæ Ægypti filium, (11.) apud quem tunc Callimander & Epicrates, Macedoniæ principes, erant, legatos miserunt, orantes, ut auxilio venirent Cuthæis Samariamque è manu filiorum Hyrcani, eriperent; Hyrcanus autem, cum eam rem Hierosolymis audisset, adversùs Ægyptiorum copias egressus magnam eis intulit cladem, (12.) multaq; prostravit cadavera, ipsum quoq; Callimandrum principem ibidem interfecit; (13.) reliqui autem fugâ salutem quæsiverunt, quô factô Reges Macedoniæ & Ægypti haud amplius Samariam atque Cuthæos è manu populi Israëlitici eripere conati sunt; reversus itaque rex ad urbem, Samariam, eandem integro anno obsedit & tandem, Deo adjúvante, in suam redegit potestatem, interfectisque omnibus masculis cuncta Cuthæorum habitacula funditùs evertit; (14.) Cuthæi autem tunc temporis Cleopatræ, reginæ Ægypti, parebant, cujus nomine etiam princeps quidam ibidem imperium tenebat, hunc quoque principem, quem Cleopatra, Ægypti regina, urbi præfecerat, Hyrcanus à principatu removit, ac principes Ægyptios, quos ille secùm habebat, omnemque exercitum, qui cum iisdem in urbe Samaria erat, interemit. Iisdem diebus Lathyrus, (15.) Cleopatræ Ægypti

seil. Sot. c. 7. Excerpt. Gemaræ 2. p. 688. ubi refertur, tale aliquid etiam Simeoni justo accidisse, vid. Id. pag. 692. n 4.

(10.) Ita vocantur hic Samaritani, vid. quæ de his cap. antec. 4. n. 20. & hoc cap. 5. num. 2. annotata sunt confer. & Joh. Lightfooti Chorograph. Johanni præmissa cap. 4. §. 1.

(11.) Hic Ptolomæus Laturus dictus fuit, vid. Joseph. Antiqu. lib. 13. c. 18. & infrà n. 15. h. c. it. c. 9. n. 16.

(12.) Vid. Joseph. dict. lib. 13. c. 18.

(13.) Joseph. dict. loc. consentit.

(14.) Idem refert Josippi Epitom. pag. mihi 46.

(15.) Seu: Lathurus לשירו, ita hic in Hebr. hoc enim cognomen fuit Ptolomæi, qui una cum matre sua, Cleopatra, regnavit, vid. quæ paulò ante num. 11. item, quæ suprà h. lib. 4. cap. 2. num. 22. dicta sunt.

השר ההוא הוא שר קליאופטרה מלכת
מצרים השיר או הורקנוס ממשלתו ואת
שר מצרי׳ אשר עמו הרג ואת כל
הצבא אשר היה עמהם בשומרון הרג׳
בימים ההם פשע לשירו בן קליאופטרה
המלכה המושלת על מצרים ויעזבו
המצריי את המלכה ויהיו ידם עם לשירו
בנה ויתאזר לשירו לעלי אל ארץ יהודה
להלחם בהורקנוס על אודות העיר
שומרון׃ וישמע הורקנוס את הדב׳
הזה ויקץ את הגניה ואת הלקיה שני
שרים גדולים משרי יהודה ויפקדם על
צבא עם יהוד׳ לצאת להלחם בלטירו
וגדודו׃ ויצאו השרים הגניה והלקיה
עם צבא יהודה וילחמו בלטירו וחילו
ויכניעם ויפילם בקרב ויברח לטירו וילך
אל אי מאי הים וישמו קפרום וישב שם׃
וילחם עוד הורקנוס המלך בבל אשיבו
מסביב ויכניעם ויפילם וישב ישראל
לבטח בימי הורקנוס המלך איש תחת
גפנו ואיש תחת תאנתו וירבו ויעצמו
בבואר מאד׃

Ægypti reginæ, filius à matre sua defecit, cui Ægyptii, relicta matre regina, adhæserunt: is itaque Lathyrus copias collegit, ut in Judæam proficisceretur, bellumque Hyrcano propter urbem Samariam inferret; qua re cognita Hyrcanus (16.) duos è præcipuis Judæorum ducibus, Hananiam scilicet & Helkiam, (17.) armis instruxit eosque exercitui populi Judaici præfecit, ut cum Lathyro ejusque copiis prælium inirent: illi igitur exercitu Judaico educto cum Lathyro ejusque copiis pugnârunt easque devicerunt ac multos eo in prælio interfecerunt: Lathyrus autem profugus ad insulam quandam maris, Cyprum (18.) nomine, pervenit ibique habitavit. Hyrcanus etiam cum omnibus hostibus suis, qui circumcircà habitabant, bellum gessit, eorumque audaciam compressit ac debilitavit; populus igitur Israëliticus Hyrcani regis ætate securè, unusquisq; sub vite ac ficu sua habitavit & in immensum crevit atque invaluit. (19.)

CAP. VI.

בימי ההם כשבת המלך הורקנוס
בירושלם עיר הקדש כהשקטו בבטחה
ויעש המלך משתי גדול לכל שרי
ועבדיו

Isdem diebus rex Hyrcanus, cum in urbe Sancta Hierosolymitana quietè ac securè viveret, omnibus principibus suis ac ducibus exercitus Judaici atque Benjamitici magnum exhibuit convivium

(16.) Imo vero non Hyrcanus, sed Cleopatra, bellum gerens adversùs filium suum, Lathurum, hos duces, Ananiam scil. & Helkiam copiis suis præfecit, uti scribit Josephus Antiqu. lib. 13. c. 18. cui & ipse autor noster consentit infrà hoc l. 4. c. 10. n. 13.

(17.) Vid. infra d. lib. 4. c. 10. eodem n. 13.

(18.) Idem refert Justin. Histor. lib. 39. c. 4. v. 2. vid. & infrà h. libr. 4. cap. 10. n. 12. it. Joseph. eod. lib. 13. c. 18. & c. 20.

(19.) Consentit Josippi Epitome pag. mihi 46.

וְעַבְדִּיו חֵיל יְהוּדָה וּבִנְיָמִן וְיוֹשֵׁב הַמֶּלֶךְ
עַל הַשֻּׁלְחָן עִם חֲכָמִי יִשְׂרָאֵל וְהַמּוֹרֶה
הַפְּרוּשִׁים הַמְפֹרָשִׁים אֶרֶץ הַתּוֹרָה כִּי
הַזּוֹקְנִים הָיָה תַּלְמִיד מִתַּלְמִידֵיהֶם׃ וַיְהִי
כְּטוֹב לֵב הַמֶּלֶךְ הַזּוֹקְנִים בֵּינַיִם וַיֹּאמֶר
לַחֲכָמִי וְהַמּוֹת הַפְּרוּשִׁי אַתֶּם יְדַעְתֶּם כִּי
אֲנִי תַּלְמִידְכֶם וְסוּר לְמִשְׁמַעְתְּכֶם׃ וְעַתָּה
אִם תּוֹאִילוּ אוֹתִי כִּי אִסּוּר מִדֶּרֶךְ הַטּוֹב
הֲרִבִּיתֶנִי וְהִשִּׁיבוּנִי אֶל הַדֶּרֶךְ הַיְשָׁרָה כֵּ
כֵּן נָאֶה לַעֲשׂוֹת וְלָכֶם נָאֶה לְהוֹכִיחַ וְלִי
נָאֶה לְקַבֵּל׃ וַיַּעַן הַפְּרוּשִׁים אֵלָיו וַיֹּאמְרוּ
לוֹ חָלִילָה לְךָ מֵהַדֵּבֵר הַזֶּה כִּי עֲרָיִם
אַנְחְנוּ הַיּוֹם וְזֶה כִּי צַדִּיק אַתָּה וּבְדֶרֶךְ
יְשָׁרָה אַתָּה הוֹלֵךְ וּמֶלֶךְ נֶאֱמָן וְיָשָׁר וְכֵהֵן
גָּדוֹל חָסִיד וְעֹבֵד יְיָ אַתָּה לָךְ נָאָה
הַכָּבוֹד וְהַהוֹד וְיִשְׁמַח הַזּוֹקְנִים עַל
דִּבְרֵיהֶם וַיֹּאמֶר אֲלֵיהֶם אֲנִי אֶשְׁמוֹר אֶת
מִשְׁמֶרֶת יְיָ וּמִשְׁמַרְתְּכֶם כָּל הַיָּמִים׃ וְשָׁם
הָיָה יוֹשֵׁב אֶחָד מִן הַפְּרוּשִׁים וְשִׁמּוֹ אֶלְעָזָר
וְהוּא אִישׁ שׂוֹלֵחַ מְדָנִים וְאִישׁ רַע וּבְלִיַּעַל
וַיַּעַן וַיֹּאמֶר יְדַע הַמֶּלֶךְ הַזּוֹקְנִים לְעוֹלָם
אִם אֲהֻבַת לְהִוֹת צַדִּיק כַּאֲשֶׁר דִּבַּרְתָּ
וְלִקְבֹּל תּוֹכֵחוֹת אֱמֶת כַּאֲשֶׁר הִשְׁמַעְתָּ לָךְ
רַד מִן כִּסֵּא הַכְּהֻנָּה וְרֵב לָךְ בְּסֵא הַמְּלוּכָה׃
וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ אֶל אֶלְעָזָר וְלָמָּה לֹא

תַגִּיד

vium (1.) seditque ad mensam unà cum sapientibus populi Israëlitici, nimirùm Pharisæis, (2.) qui legem interpretabantur, ipse enim unus ex eorum fuit discipulis; Rex autem vino hilarior factus sapientibus, nempè Pharisæis, dixit: notum vobis est, quòd vester sim discipulus ac dictis vestris obediam; si ergò me à recta videbitis viâ recedere, redarguite me & ad rectum reducite tramitem, ita enim fieri convenit, ac vestrum quidem est, redarguere, meum verò, obtemperare: Pharisæi autem respondentes dixerunt: absit à te ea res quàm longissimè, nos enim hodiè testes sumus, te justum esse & rectâ incedere viâ regemque veritatis atque integritatis amantem & pontificem pium Deoque servientem esse, quare meritò gloriâ & honore dignus es; his eorum dictis rex admodùm lætatus: ego, inquit, quamdiu vixero, Dei atque vestra custodiam præcepta; sedebat autem ibi quidam è Pharisæis, nomine Eleazarus (3.) rixarum seminator, (4.) vir improbus ac nequam, qui regem ita alloquebatur: Vivat rex Hyrcanus in æternum! quandoquidem justus esse cupis, prout dixisti, nec veram aspernaris reprehensionem, sicuti pronunciasti, abi & sacerdotii thronum relinque ac regio solio contentus vive; cui rex: cur, inquit, causam mihi non indicas? respondit Eleazarus, (5.) quoniam mater tua tempore Antiochi, Epiphanis, Macedoniæ regis, in captivitatem abducta (6.) atque contaminata fuit, propterea te Sanctum Sanctorum ingredi haud decet: his dictis cùm rex vehementer iratus esset, accidit,

(1.) Idem refertur in Josippi Epitome pag. 46. & seq.

(2.) Ita cum Josepho Antiqu. lib. 13. cap. 18. ut & Munstero hic vertō הפרושים, Judæus in glossa marginali ad hunc locum scribit, eos hodiè nominari תנאים sive אמוראים i. e. Doctores Talmudicos, vid. infrà h. cap. 6. n. 14.

(3.) In Josippi Epitome pag. 47. vocatur אליעזר i. e. Eliezer.

(4.) שונא מדנים, ita in nostro codice, hic & à Josepho Antiqu. lib. 13. cap. 18. vocatur Eleazarus iste κακοήθης ὢν φύσει ἐ κακοῖς χαίρων, i. e. ingenio malignus & seditione gaudens.

(5.) In Josippi Epitome Eleazarus hæc respondisse narratur: quoniam mater tua capta est in monte Modiit.

(6.) Ψευδὴς ὁ λόγος ἦν, sed falsum id erat, inquit Josephus Antiqu. l. 13. c. 18.

הִגִּיד לִי וַיֹּאמֶר אֵלָיו כִּי בְּשִׁבְתִּי הַלְכְדִּי
אִמְּךָ בִּימֵי אַנְטִיוֹכוֹס אֶפִיפָאנוּס מֶלֶךְ מַקְדּ׳
וְהִיא הוֹרָה חֻלָּה וְלֹכֵן לֹא נָאוָה לָךְ
לָבוֹא בְּקֹדֶשׁ הַקָּדָשִׁים׃ וַיִּקְנְאוּ הַמֶּלֶךְ
מְאֹד וַיְהִי בְּךָ שִׁוְּתָם לְאֵבֶל וְשִׁמְחָה לְאַגְרָה
וְלִמְרוּמָה וְאַהֲבָתָם לְאֵיבָה׃ וְשָׁם הוֹרְ
יוֹסֵב אִישׁ עָשִׁיר שַׂר וְגָדוֹל וְהוּא מִן
הַצְּדוּקִים וְשִׁמּוֹ יְהוֹנָתָן וַיֹּאמֶר לַמֶּלֶךְ הֲלֹא
אָמַרְתִּי אֵלֶיךָ אֹל תַּאֲמִן לְדִבְרֵיהֶם כִּי
כּוֹזְבִי בְּפִיהֶם וְעַתָּה הֵם הֵם אֲשֶׁר צִוּוּ אֶל
אֶלְעָזָר לְקַלֵּל אוֹתְךָ וְלִבְזוֹתְךָ בְּעֵינֵי הָעָם
וְהַשָּׂרִים וַיַּעַן וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ לַפְּרוּשִׁים
אִם פִּשְׁעָתָם בִּי עַל הֵקַלְלָה הוֹאִ
הַגְּמוּרָה גַּם כִּי שָׁמַעְתִּי וְשִׂחַקְתֶּם גַּם
אֲנִי אֶפְרַע אֶת גְּדוּתְכֶם׃ וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ
לַפְּרוּשִׁים שִׁפְטוּ אֶרֶץ הַדִּבֵּר הַזֶּה עַל
הַקְּלָלָה אֲשֶׁר קִלֵּל אוֹתִי אֶלְעָזָר וַיַּעֲנוּ
וַיֹּאמְרוּ יֵשׁ עָלָיו חִבּוּט וּמַלְקוֹת רְדֵ לְךָ
כִּי הַפְּרוּשִׁים לֹא יִשְׁפְּטוּ מוֹתׁ׃ וַיַּעַן
יְהוֹנָתָן וַיֹּאמֶר הֲלֹא אָמַרְתִּי לָךְ כִּי
מִדַּעְתָּם וְנִתְפַּצֵם הִתְּרֵ הֵקַלְלָה הוֹאִ
וַיְרִי

cidit, ut eorundem gaudium in luctum, ac lætitia in gemitum & discordiam, amorque in odium converteretur; vir autem princeps idemque dives ac magnæ autoritatis inter Sadducæos, (7.) nomine Jehonathan, (8.) ibidem sedens regem ita compellavit: annon tibi dixi, ne Pharisæorum verbis fidem haberes, quia mendacia proferunt? hi ipsi sunt, qui Eleazarum instruxerunt, ut probra in te jactaret teque coràm populo ac principibus contumelioſè traduceret. Rex itaque Pharisæis dixit: vos acerbissimâ hac contumeliâ rebellionis (9.) adversùs me rei estis, dum ad maledictum istud, quod audivistis, tacuistis, quapropter ego quoque vestra sepimenta (10.) disrumpam; posteâ rex ad Pharisæos conversus dixit: judicate de opprobrio isto, quod Eleazarus mihi objecit, ad hoc illi responderunt: dignus est, qui verberibus afficiatur, (11.) idque tibi sufficiat, (nam Pharisæi neminem ad mortem condemnant) Jehonathan autem regem iterùm sic allocutus est: annon jam tibi dixi, quòd ex illorum consensu ac voluntate maledictum istud provenerit? ab hoc ergò die ac deinceps Hyrcanus à Pharisæorum dictis recessit & ad Sadducæorum partes transiit, factusque est Sadducæus, (12.) mandatum quoque in castris & per omnem populi Israëlitici terram

(7.) Hebr. הצדוקים, ita hic in nostro codice, Judæus, Glossæ marginalis ad hunc locum autor, existimat, illos hodie J. dæis dici קראים, confer. quæ infrà h. lib. 4. c. 13. n. 17. annotata sunt.

(8.) In Josippi Epitome pag. 48. nomen quidem hujus viri omissum est, res tamen eodem ferè modo narratur.

(9.) Seu crimen læsæ majestatis in me commissitis.

(10.) Alluditur hoc nomine ad Pharisæorum traditiones, sicuti & Josephus Antiq. lib. 13. c. 18. vocat τὰ ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων i. e. patrum traditiones, quibus lex Dei quasi sepimento quodam vallabatur, has se abolituram hic minatur Hyrcanus, idem Josephus dict. lib. 13. cap. 18. easdem nominat τὰ ὑπὸ τῶν Φαρισαίων καταβεβλημένα νόμιμα, quæ Josephus ibidem explicat, vid. & infr. h. l. 4. c. 13. n. 19.

(11.) Et vinculis constringatur, sic additur apud Josephum Antiqu. lib. 13. c. 18. ubi τῶν δεσμῶν etiam mentio fit; sed in Josippi Epitome pag. 48. perinde atque in autore nostro מלקות seu verberum solùm fit mentio.

(12.) Vid. Joseph. dict. lib. 13. cap. 18. in Josippi Epitome p. 49. ita habetur: in crastinum diem rex per omnes regni sui urbes divulgari jussit, ut ordinatione Sadochi & Bithi staretur; qui verò eorum præceptis morem non gereret, sed sapientum traditionem observaret, is gladio interficeretur, vid. infr. h. cap. n. 16.

terram promulgari jussit hujus sententiæ: quicunq; filios suos juxtà Pharisæorum legem instituerit, is morte mulctetur: eodem tempore Hyrcanus multos è Pharisæis interemit, atque Eleazarum, (13) gloriæ suæ obtrectatorem, igne cremavit, non paucos etiam ex plebe, quæ cum Pharisæis senserat, interfecit, propterea magnam sibi suisq; filiis ab illo tempore conflavit invidiam, odiumque apud populum Israëliticum tàm ipse quàm illius progenies incurrit. Nunc incipiam (inquit Josephus (14.) Gorionis filius) referre causam, cur illis temporibus divisio ac discordia in populo Dei orta sit; ecce Pharisæi dicebant: observemus legem, quam patres nostri nobis tradiderunt, quamq; sapientes, qui legem explicant, exposuerunt eamq: recipiamus: Sadducæi autem dicebant: non credamus nec observemus ullã traditionem & expositionẽ, præter legem Mosaicam; iisdem diebus Cuthæi (15.) quoq; Sadducæos (16.) sequebantur, (17.) ac Sadducæi quidem in populo Israëlitico unam, pii (18.) autem soli cum populo, eosdem sequente, alteram constituebant partem: ob has itaque divisiones magna exorta sunt bella multumque

ויהי מהיום הזוא והלאה פשע הזוקנים
בדמי הפרושי׳ והחזק עם הצדוקים
ויהי צדוקי׳. ויצו המלך ויעבירו קול
במוצ׳ ובכל ארץ ישראל לאמר כל
מלמד אשר ילמד את בניו מהורת
הפרושים מורת יסורת ויהרוג הזוקנים
מהפרושים ביום ההוא רבי׳ וגם את
אלעזר דמקל בכבודו שרף באש וגם
מדלת העם אשר היתה ידם עם הפרושי׳
הרג רבים׳ ועל כן נהעוררה השנאה
עליו ועל בניו וישנאוהו ישראל אותו
ואת זרעו מהומים זהם׳. ויאמר יוסף
בן גוריון עזה אפרזה שער לספר על
אי זה דבר נפלה המחלוקת והמריבה
בימים ההם בעם וי׳. הנה הפרושים
היו אומרים נשמור התורה אשי מסרו
אבוהינו בידינו מפורשה על פי החכמים
אשר פרשו את התורה לקבלה והנה
הצדוקים אומרים לא נאמין ולא נשמע
לבל

(13.) Hæc & sequentia, usque ad: propterea magnam sibi &c. absunt à Munsteri codice.

(14.) Vid. Joseph. Antiq. lib. 13. cap. 18. Munsterus hic in notis trium hæresium seu Sectarum apud Judæos dogmata præcipua refert; prima autem Secta fuit פרושים i. e. expositorum seu Pharisæorum (alii eos vocant פרושים quasi separatos, ob vitæ scil. sanctitatem, vid. supr. h. cap. num. 2.) Secundum ordinem tenebant הצדוקים id est, Sadducæi tertio loco erant; השנוים seu, ut quidam Hebræorum vocant חסידים id est, Hasidæos seu pios, vid. paulò post num. 18. confer. & Joseph. de Bell. Jud. lib. 2. c. 7.

(15.) Hebr. הכותיים, sic enim cum Josepho Scaligero in Elench. Trihæres. cap. 4. legendum puto, non הכושים, uti hactenus in nonnullis exemplaribus; Cuthæos autem vocant Samaritanos, vid. supr. h. l. 4. cap. 4. num. 20. & cap. 5. n. 10. ibique not.

(16) Samaritas olim Sadducæos fuisse ex eo liliquet, quòd & Sadocus & Baithos vocentur Samaritarum hæresiarchæ in annalibus templi secundi, prout scribit Isa. Vossius in Appendice Responsionis ad Schotanum, confer. & Joh. Lightfoot. Hor. Hebr. in Matth. cap. 3. v. 7. ubi plura de Zadock & Baitho, Sadducæorum principibus, vid. etiam supr. h. cap. n. 12.

(17.) Munsteri codex hic ita legit: וחסידים חלק אחר, quæ sic ibidem vertuntur: fuit & alia Essenorum secta; sed autor noster hic duarum solum mentionem facit, Hasidæos enim Pharisæis annumerat, vid. num. seq. 18.

(18.) Seu Hasidæi, החסידים, sic enim hìc in Hebræo, quo nomine Munsterus tertium ordinem seu Sectam inter Judæos indicari putat, vid. num. 14. h. cap. ac num. antec. 17. confer. & Joh. Lightfoot. Chororograph. Matthæo præmissa c. 6. it. in Lucæ cap. 15. v. 7. & in Chorograph. Johanni præmissa cap. 3. §. 3. vid. & infrà lib. 5. cap. 24. num. 22. it. h. lib. 4. cap. 7. num. 17.

tumque sanguinis in populo Domini effusum fuit, quia plebs à Pharisæorum stetit parte eisque auxilio fuit: potentiores autem ac divites alteram secuti sunt partem, nimirùm regis & Sadducæorum, eisque opem tulerunt.

לבל מכורה ולבל פיחוש כי אם להורות
משה לבד והכוהני הזו באותם דומים
אחרי הצדוקים ויהיו הצדוקים בישראל
לחלק אחד והחסידי לבדם עם העם
הדולך אחריהם לחלק אחר׳. ועל אלה
המחלוקות גברו מלחמות ונשפכו דמים
רבים בעם וי׳ כי דלת העם היתה ידם
עם הפרושים והיו לעזרתם מלבד עשיריו
וגבוריו כי היו עם המלך והצדוקי׳ ולמלך
ולהם היו עזרים׳.

CAP. VII.

ISdem diebus (verba sunt Josephi, Gorionis sacerdotis, filii) Hyrcanus rex Dominum de filiis suis consuluit ac scisitatus est, quisnam ex illis solium suum occupaturus ac post obitum suum regnaturus esset; erant autem ei tres (1.) filii, quorum primus Aristobulus, secundus Antigonus, tertius Alexander vocabatur, & duo quidem illi, Aristobulus & Antigonus, à patre diligebantur; Alexandrum autem rex odio habebat eumque in Galilæam ablegabat, ne patris sui faciem videret: (2.) cùm itaque Hyrcanus Deum ea de re consuluisset atque interrogâsset, Deus noctu per somnium (3.) eidem respondit: leva oculos tuos ac vide filium tuum propè te stantem, qui tibi in regno successurus thronumque tuum occupaturus est, quapropter sublatis oculis Alexandrum, filium suum, vidit penes se stantem; Hyrcanus autem è somno excitatus, ac somnium secum reputans flevit Deumque iterùm consuluit; sed is nullum ei hac de re dedit responsum: posteà dies illi venit decretorius, quem

ואמ׳ יוסף בן גוריון הכהן בימים ההם
שאל המלך הורקנו׳ את פי י׳ וידרשהו
על אודות בניו מי הוא אשר ישב על
כסאו אחריו ומי ימלוך׳ ויהיו לו ג׳ בני׳
שם הא׳ אריסטובלום ושם השני אנטיגנוס
ושם הג׳ אלכסנדר ואריסטבלום ואנטיגנוס
היו נאהבי׳ בעיני המלך ואלכסנדר היה
שנוא בעיניו וידיחהו אל הגליל ולא
ראה את פני אביו ויהי כישאול הורקנוס
אל האלהי׳ ובדרשו אותו על זה וידבר
לי האלהים בחלום הלילה ויאמר אליו
שא נא עיניך וראה את בנך אשר
ימלוך אחריך עומד עליך והוי יושב על
כסאך וישא עיניו וירא והנה אלכסנדר
בני עומד עליו ויקץ הורקנוס משנתו
ותנה חלום ויבך׳ וישאל עוד באלהים
ולא ענהו עוד על זה ויבא יומו ויגוע
ויומת

(1.) Sed non soli, nam quinque filios ei fuisse scribit Josephus Antiqu. lib. 13. c. 18. in fin. confer. & Josippi Epitom. pag. 50.

(2.) Vid. Joseph. Antiq. lib. 13. c. 20. & Josippi Epitom. pag. 50.

(3.) Vid. infr. h. lib. 4. c. 9. n. 12.

וימת ויאסף אל עמיו והימים אשר מלך
הורקנוס על ישראל ויהודה ל"א שנה
ויתר דביריו ומלחמותיו וגבורותיו אשר
עשה במלחמותיו הערי אש' לקח
מארם וגבורתו אש' עשה במקדון ואשר
הבניע את אדום ואש' מל אותם הלא
הם בתובי' על ספר יוחף בן גוריון על
ספר מלכי הרוביים. וידו לפני מותו
ויעבור ארץ פי האלהים וימלוך את
אריסתובלום בנו תחתיו הוא אריסתובלום
המלך הנקרא המלך הגדול והוא אשר
הרחיב את גבול ישראל מאד והוא אשר
להם על צור ועל עזתן ויטפוך דם
נפשו' מהם עד אין מספ' וימל את בשר
ערלתם ויבניעם תחת יד יהודה עד אשר
בא פומפיוס שר צבא רומי והוא
אריסתובלום אשר חלל את הכהונ' על
עצמו ויסירה מאתו וישם כתר מלכות
בראשו ויאמר רב לי בכתר מלכו' ויוח
בשבתו

ipſe ſupremum obiit & ad populum ſuum collectus eſt, cùm regno Iſraëlitico ac Judaico annis 31. præfuiſſet; (4.) cætera autem illius facta ac bella & quaſnam Syris eripuerit urbes ac quæcunque ſtrenuè adverſùs Macedones atque Idumæos, ab ipſo domitos ac circumciſos, geſſerit, hæc omnia in libro Joſephi, Gorionis filii & in libro (5.) regum Romanorum ſcripta reperies: Hyrcanus autem, priusquàm moreretur, Ariſtobulum, filium ſuum, oraculum Domini transgreſſus, (6.) ſucceſſorem ſibi conſtituit; is eſt Ariſtobulus ille, qui rex (7.) magnus appellatus eſt (8.) quique regni Iſraëlitici fines admodùm dilatavit bellumque Tyriis ac Sidoniis intulit, atque innumeros ex illis trucidavit carnemque præputii ipſorum circumcidit eosque Judæorum ditioni ſubjectos tenuit usque ad Pompeji, Romanorum imperatoris, adventum; hic eſt Ariſtobulus ille, qui repudiato per ſeipſum & profanatô ſummô Sacerdotiô regium diadema capiti ſuo impoſuit (9.) ac dixit: ſufficit mihi corona regia; (10.) is ipſe, cùm in regio ſederet throno, in crudelitatem verſus matrem ſuam ac fratres catenis conſtrinxit, (11,) æmulatione quippe regni agitatus

(4.) Idem & Joſephus Antiqu. lib. 13. cap. 18. in fin. ſcribit, cui etiam Joſippi Epitom. pag 50. & Egeſippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 1. conſentiunt, quamvis idem Joſephus lib. 1. de Bell. Jud. c. 3. ſcribat, Johannem Hyrcanum 33. annis regno præfuiſſe, niſi fortè deſcribentium vel typothetarum error ibidem intervenit.

(5.) Id eſt, in Hiſtoriis ſive annalibus Romanis, vid. Joſeph. dict. l. 13. c. 18.

(6.) Quod ſcil. ille de Alexandro ſucceſſore, per ſomnium revelato, acceperat, vid. Joſeph. eod. lib. 13. cap. 20. confer. & infr. h. lib. 4. cap. 9. num. 11.

(7.) Vid. Joſeph. dict. lib. 13. c. 19. princ. it. de Bell. Jud. lib. 1. cap. 3. & Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 12. ut & Joſippi Epitom. pag. 51.

(8.) Ariſtobulus anno 481. & tribus menſibus, poſtquam populus Judaicus ex captivitate Babylonica reverſus eſt, primus regium diadema ſibi impoſuit, prout Munſterus huc notavit; vid. tamen num. ſeq. 9.

(9.) Poſt 575. annos triumque curricula menſium, ex quo de Babylone remeans Iſraël ſervitio exutus in ſuam terram ſeſe receperat, ita ſcribit Egeſippus de Bell. Jud. lib. 1. cap. 2. à quo tamen, quoad numerum annorum, paululum diſcrepat Joſephus lib. 1. de Bell. Jud. c. 3. confer. & num. antec. 8.

(10.) Hegeſippus dict. lib. 1. cap. 2. ſcribit, quod Ariſtobulus principatum Sacerdotii ad regni potentiam verterit ac diadema primus imponere ſibi uſurpaverit.

(11.) Idem etiam Joſephus Antiqu. lib. 13. c. 19. ut & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 3. atque Egeſippus de Excid. Hieroſ. l. 1. c. 2. referunt.

כשבתו על כסא מלכותו ויהפור
באבודירת ויאסור את אמו ואת אחיו
בנחשתים כי דמה מלכא עליהם על דבר
המלובה לאמו אולי יבגדו בו. ויאהב
את אנטיגנוס אחיו הקטן לבדו וילבש
אותו ארגמן ויכבדהו כבוד גדול.
וישלחהו שר צבא על גדודיו ועל כל
צבא גבוריו להלחם על כל גוי אש'
פשע בו וילך אנטיגנוס על כל אשר
מדו והרימו יד במלך אריסתובלוס
וילה' עמהם ויכה מהם פגרים מהם
ושפך דם נפשות מהם לאין מספר וישב
ויכה פניו לבוא ירושלימה בגבורה.
והמלך אריסתובלוס חלה את חליו אשר
ימות בו ויכבד עליו החולי מאד וישמע
אנטיגנוס בדרך כי אחיו המלך חולה
ובי דעליו כבד עליו ויעץ לו מאד ויאמר
ויבא ארץ ירושלם. ויהי באשר בא
הבושר אל העיר לא הלך אל בית המלך
וילך אל היכל יי להתפלל על ישועת
אחיו ורפואתו כי קצרה נפשו בעמל
אחיו. ויהי היום ההוא חג הסוכות
והוא היום אשר הוא חק ליהודים לקבלו
בכבוד ולהללו בז' מיני עצים בהלל
והודות וקרבן. ושם היה המון רב
מדמון ישר ויעבור אנטיגנוס עם גדודיו
בחצר ההיכל בתוך המון העם ההוא
חגור כלי קרב ומלובש שיריון כמף
מוהב

tus eò furoris progreſſus eſt, dum metuit, ne fortè rebellionem contrà ſe excitarent: Antigonum tamen fratrem, natu minorem, ſolùm dilexit eumque purpureâ veſte ornavit magnoque honore affecit, eundem quoque ducem copiis ſuis totique militum ſuorum exercitui præfecit, (12.) ut bellum adverſùs omnes gentes, quæ à ſe defecerant, gereret. Antigonus igitur cunctos, qui contrà regem, Ariſtobulum, arma ſumpſerant, bello aggreſſus proſtravit eosque trucidavit, multoque ſangvine effuſo & ferè innumeris interemptis Hieroſolymam repetere, rebus fortiter geſtis, ſecum conſtituit: rex autem Ariſtobulus tunc temporis morbo, quo etiam deceſſit, graviter decumbebat, (13.) isque indies magis magisque ingraveſcebat; Antigonus autem, cùm in itinere fama ad ipſum eſſet perlata, regem, fratrem ſuum, morbô laborare eumque quotidiè augeri, admodùm indoluit feſtinansque ad urbem Hieroſolymam venit, quam cùm intrâſſet juvenis, non ſtatim ad regiam perrexit, ſed Templum Domini ingreſſus (14.) pro ſalute fratris ſui, ut convaleſceret, oravit, quia ipſius animus ob fratris morbum valdè affligebatur: eodem die feſtum erat tabernaculorum, (15.) quod Judæi ſolenniter celebrare ac quatuor arborum ſpeciebus (16.) honorare idque laudibus & gratiarum actionibus ſacrificiorumque oblationibus tranſigere ſolebant, ad iſtud ingens multitudo populi Iſraëlitici confluxerat. Antigonus igitur armis ſuccinctus & argenteâ loricâ, quæ auro variata erat, indutus cùm per illam hominum turbam in atrio Templi militibus ſuis ſtipatus tranſiiſſet, ob majeſtatem oris corporisque pulchritudinem univerſo populo admirationi fuit; aderat au-

(12.) Contentit Joſippi Epitome pag. 51.

(13.) Vid. Joſeph. Antiq. lib. 13. c. 19. & lib 1. de Bell. Jud. c. 3. atque Egeſipp. de Excid. Hieroſ. lib. 1. c. 2. confer. & Joſippi Epitom. dict. pag. 51. & ſeq.

(14.) Vid. Joſeph. eod. lib. 13. cap. 19. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 3. atque Egeſipp. de Excid. Hieroſ. lib. 1. c. 5. & 6. it. Joſippi Epitom. pag. 52.

(15.) Idem refert Egeſippus dict. l. 1. c. 5.

(16.) Vid. ſupr. h. lib. 4. c. 3. num. 11. & infr. c. 11. n. 11. ibique not.

מוהב ויתמהו כל העם על מראהו ועל יפיו׳ ושם היה איש אחד ושמו יהודה החכם והוא מן ההשובי שבחכמידי וישא את עיניו וירא את אנטיגנוס עבר בתוך הרחוב ויאמר לתלמידיו וגם לאנשים אחרים מהמון ישראל מי יתן מוהי היום הזה טרם אשר אראה במו הרחוב הזה אנטיגנוס כי הנני הואה בהבמתי אשר ימות היום אנטיגנוס במגדל הנקרא סיהטרון׳ ויאמרו לו תלמידיו גם מהמון העם אנשים רבי רבינו הלא כזב יצא מפיך בזה כי הנה מגדל סיהט״רון אשי דברת רחוק מיהושלם דרך ת״ק ריסי וכבר עבר הצי היום ואיך יהיה זה׳ ויען ויאמר להם מי יתן בני והי׳ כזב ויהי כדברך החכם כן ויפול לארץ ויהום בישן ויעף וביגע מהוב הראגה אשר היהה בלבו׳

tem ibidem vir quidam, Jehuda, ſapiens dictus, ex Haſidæis, (17.) vir magnæ exiſtimationis, is cùm Antigonum in atrio Templi tranſeuntem conſpexiſſet, ad diſcipulos ſuos aliosque è turba populi Iſraëlitici converſus dixit: utinam me mori hodiè contingat, antequàm mortem juvenis iſtius, Antigoni, videam! nam prudentiâ meâ hodiè Antigonum in turri, quæ Stratonis (18.) dicitur, moriturum conſpicio: diſcipuli autem ejus multique ex populi turba eidem dixerunt: certè mendacium hac in re dicis, Doctor noſter, nam Stratonis turris, de qua dixiſti, quingentorum (19.) ſtadiorum (20.) iter ab Hieroſolyma diſtat & jam meridies præteriit, quomodo igitur id fieri poterit? at ille reſpondens: utinam, ait, mendacium dicerem, ô filii mei! hæc cùm dixiſſet, ſapiens ille in terram procidit & veluti ſomno oppreſſus ac feſſus multaque ſolicitudine, quam corde gerebat, defatigatus jacuit.

(17.) Joſephus Antiq. lib. 13. cap. 19. Ἐσσηνὸν τὸ γένος, i. e. genere Eſſenum vocat, vid. Id. lib. 1. de Bello Jud. cap. 3. & Egeſippus de Excid. Hieroſ. lib. 1. cap. 6. & 7. Eſſeos autem, id eſt, operarios, dictos à verbo עשה plerique exiſtimant, quanquam Euſebius eos Θεορητικὸς, i. e. ſpeculativos, videatur appellâſſe & tunc à חזה quod eſt: conſiderare ac ſpeculari originem nominis deduxiſſe exiſtimandus ſit, vid. Cornel. Gualther. in not. ad Egeſipp. lib. 1. cap. 6. ubi pluribus refert, quales fuerint Eſſei, confer. cap. præced. 6. num. 18. & infr. lib. 5. c. 24. n. 22. ibique not.

(18.) Hebr. סתרטון, ſic Munſteri codex, quem hic ſecutus ſum, in aliis corruptè legitur סיהטרון, confer. Joſeph. Antiqu. lib. 13. cap. 19. hæc Stratonis turris poſtea Cæſarea, maritima ſcil. dicta fuit, prout & Munſterus hic notavit, olim Accaron appellata eſt, vid. infr. cap. 8. num. 6. & Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmiſſa cap. 57. confer. & S. Hieron. ad Euſtochium virginem, Epitaph. Paulæ matris Tom. 1. fol. m. 171. & ſequ. ubi Eraſmus notavit, Plinium indicare, quòd olim dicta ſit Apollonia deinde ab Herode rege condita Cæſarea nominata ſit, poſtremò eadem colonia prima Flavia ab imperatore Veſpaſiano deducta fuerit, vid. & infr. l. 5. c. 24. n. 3. ibique not.

(19.) Sexcentorum ſtadiorum meminit Joſephus Antiqu. lib. 13. c. 19. ubi ſcribit, τὸ χωρίον ἀπέχειν χ' σταδίους, idem de Bell. Jud. lib. 1. cap. 3. ſcribit, cui & Egeſippus de Excid. Hieroſol. lib. 1. cap. 7. conſentit, confer. cap. ſequ. 8. num. 7.

(20.) De voce ריס ſuprà l. 3. c. 17. num. 15. & c. 18. n. 13. quædam dicta ſunt.

CAP.

CAP. VIII.

והי אחרי כן וילכו בני בלעל ויגידו למלך לאמר הנה אנטיגנוס אחיך בא להרגך והוא עומד בחצר הרחוב הגדול בכלי קרב ועדיו עדי מלחמ׳ גם הוא ערוך עם הגדוד ובלבו לנפול עליך פתאום ולאסוף אותך ואת כל ביתך בחרב׳ ויהרד המלך וישם שומרים בשערים וברחובות ובכל המצדים אשר ילכו מהם אל בית המלך ויצו את השומרי לאמר כל איש אשר ימלאהו לבו לבוא אלי והרי חגור בלי קרב אל השאלוהו ואל תענו אותו דבר כי אם שלפו הרבבם והרגוהו כרגע׳ ויהר העם אשר אין עליהם כלי מלחמ׳ אל תהרגום רק מנעו אותם מלבוא אלי עקב אשר אני חולה זולתי אנטיגנוס אחי הואה לבדו יבא אלי ואשאלהו ואחקרהו על השמועה אשר שמעתי אם אמת היא או שקר בה צוה המלך אל השומרים בעת הזאת והשומרים היו כלם גבורים מלומדי מלחמה ונאמני המלך׳ ויהי אחרי כן וישלח המלך לקרואה לאחיו לאנטיגנוס ולדבר אליו לאמר השלך השוחין מעליך והסר כלי מלחמתיך מעליך ומהר בא אלי ואל תעמוד׳ והמלכה אשת אריסתובלוס הואה ויועציה דרשעים אשר היו לה הפבו את מאמר המלך לאבוריהם על

POſteà improbi quidam (1.) regi nunciârunt: ecce Antigonus, frater tuus, venit, ut te interficiat, nam in atrio Templi armis ſuccinctus & ornamentis bellicis indutus ſtat militibus circumdatus eô animô, ut in te ſubitò irruat ac te ſimùl cum univerſa domo tua ferrô interimat: his dictis rex valdè conterritus (2.) cuſtodes in portis, plateis omnibusque vicis, per quos aditus ad regiam patebat, conſtituit iisque præcepit: quicunque armatus ad me ire auſus fuerit, eum ſtatim ſine ulla interrogatione, nec exſpectato reſponſô, ſtrictis gladiis interficite: reliquam autem multitudinem, quæ nullis armis inſtructa fuerit, haud occidite; ſed eandem ſaltim cohibite, ne ad me ægrotum accedat, excepto Antigono, fratre meo, is ſolus ad me veniat, ut illum interrogem ac de rumore, quem audivi, an verus ſit nec ne, inquiram: rex igitur, cùm mandatum iſtud cuſtodibus ſuis, qui omnes ſtrenui ac robuſti fidoque ergà regem animo erant, dediſſet, fratrem ſuum, Antigonum, vocari eiq; ſuo nomine dici juſſit: exue loricam, quâ indutus es, & arma tua depone, ac citò ſine ulla mora, ad me veni: Regina autem, Ariſtobuli uxor, atque improbi ejusdem conſiliarii præceptum regis adverſùs Antigonum ipſumque regem in crudelitatem verterunt, nam regina nuntium regis ad ſe vocatum ita compellavit: cùm ad Antigonum, regis fratrem, perveneris, dic ei: rex, frater tuus, audivit, te ornamentis bellicis indutum armisque, prælio aptis, cinctum eſſe ac te propter ornatus tui decorem ab hominibus admiratione & gaudiô excipi, quapropter rex te ornamentis hiſce bellicis indutum videre geſtit

(3.)

(1.) Nimirum aſſeclæ reginæ, Ariſtobuli uxoris, qui una cum illa inſidias ſtruebant Antigono, vid. Joſeph. Antiqu. lib. 13. c. 19. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 3. confer. & Joſippi Epitom. p. 52.

(2.) Infirmitas enim metum addiderat, inquit Egeſippus de Bell. Jud. l. 1. c. 6.

(3.) ac præcepit, ut ad se non nisi armis instructus & ornatu militari indutus accedas: nuncius igitur abiens Antigono omnia, quæ ei regina, Aristobuli uxor, præceperat, dixit, qui, dum nuncii verbis fidem habuit, secure incessit, nimirùm amore regis, fratris sui, confisus; sed postquàm per vias angustas, (4.) quæ ad regiam ducebant, ivit & gradum acceleravit, ut eò citius ad regem veniret, (nam urgens mandatum rex nuncio dederat) ornatum gerens militarem armisque bellicis instructus, ecce in vico quodam angusto (5.) turris erat, quæ Straton (6.) vocabatur, eodem nomine, quò turris illa, quæ quingentorum stadiorum (7.) itinere ab urbe Hierosolyma distabat; conjuncta autem erat turris illa Palatio regio; (8.) dum igitur Antigonus turris illius vicum transibat, custodes regis eundem ex improviso adorti interfecerunt ac pulchri illius & innocentis juvenis, qui nihil peccaverat, nec quidquam iniqui commiserat, sanguinem effuderunt (9.) insontemque ac justum juxtà turrim illam trucidârunt, prout sapiens ille Jehudas, unus ex Hasidæis, jam anteà discipulis suis prædixerat. Aristobulus autem rex, cùm ei fratris mors nunciata esset, commiseratione tactus omnia ploratu maximo (10.) & acer-

(3.) Idem refert Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 6.

(4.) Egesippus dict. lib. 1. cap. 6. scribit, quòd Aristobulus stipatores suos cum armis jusserit in hypogeo (loco subterraneo) locari obscuro, qui advenientem Antigonum dolo necarent, confer. num. sequ. 5.

(5.) Hebr. מצרים hic angusti sunt transitus, Josephus lib. 13. cap. 19. expositum locum tenebrosum, patebat enim iter angustum & tenebrosum per turrim Stratonis, ubi insidiæ latitabant, prout Munsterus hic notavit, confer. Egesipp. dict. lib. 1. cap. 7. & num. præced. 4. ibique not.

(6.) Vid. cap. antec. 7. n. 18. & Joseph. dict. lib. 13. cap. 19. ac Josippi Epitom. p. 52.

(7.) Confer. quæ cap. antec. 7. num. 19. annotata sunt.

(8.) Cui nomen primo Baris, postea Antonia fuit, videlicet ab Antonio, triumviro, donata appellatione cum urbis dignitate, prout scribit Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. cap. 6. & c. 13. vid. & infr. h. lib. 4 cap. 15. n. 15. confer. & autor tractatus Gallici, qui inscribitur: Histoire Critiq. des dogmes & des cultes &c. part. 2. cap. 6. pag. 218. edit. Amstelod.

(9.) In Josippi Epitome pag. 52. dicitur, quòd regina, Aristobuli uxor, Antigonum citra consilium regis occidi jusserit.

(10.) Erat in oculis parricidium, perturbatio in animo, non somnus oculis, non quies animo dabatur, serpebat cœco vulnus dolore, coquebantur ægra præcordia ac duræ solicitudines sauciabant, invalidos artus & crebro gemitu pulsabant

& acerbissimo complevit (11.) atque pectus utraque manu percutiens semet in terram projecit, quò factum est, ut ipsius præcordia frangerentur ruptisque sangvinis venis, pectori infixis, sangvis ore exspueretur, quem cùm rex quotidiè in craterem aureum evomeret, accidit, ut die quodam pateram istam, sangvine oppletam traderet puero suo, (12.) quò illam ad medicum deferret, (13.) ut is dispiceret, quid facto sit opus: hunc itaque craterem cùm puer ille sustulisset, ut medico ostenderet, ac fortè per locum illum, ubi regis frater interfectus erat, (cujus pavimentum marmoreum interempti cruore adhuc totum conspersum erat) transiisset, ipse pedibus nutans lubricitate loci in pavimentum illud marmoreum procidit ac craterem, quem manibus portabat, subvertit regisque sangvinem super fratris ipsius interfecti sangvinem effudit (14.) atque ita Antigoni sangvinem cum regio miscuit, (15.) id, quod cùm regii satellites, qui ibidem erant, vidissent, puerum clamore objurgârunt, dicentes: ô improbe, cur sangvinem regis super sangvinem fratris ejus interempti effundis? puer autem respondens: non sponte ait, istud

fabant alta nimis sulpitia, sic bene Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 7. in fin.

(11.) Vid. Josippi Epitom. dict. pag. 52. & Egesippus de Bell. Jud. loc. alleg.

(12.) Egesippus dict. lib. 1. cap. 8. nominat puerum aulicum, qui regiis usibus præbuit ministerium, Gall. page de la Cour Royale.

(13.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 13. cap. 19. & l. 1. de Bell. Jud. c. 3. ac Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 1, c. 8.

(14.) Idem refert Josephus Antiqu. lib. 13. c. 19. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 3. ut & Egesippus de Excid. Hierosol. lib. 1. c. 8.

(15.) Suprà rorantes adhùc fraterni sanguinis maculas percussoris sanguinem effudit, uti scribit Egesippus loc. alleg.

בידו וישפך דם המל' על דם אחיו
הדרוג ויתעב דם אנטיגנוס בדם המלך
ויצקהו בבתי המלך אשר שם על הנער
ויריבו עמו ויאמרו לאמ' הוי דשע מה
זאת עשית לשפוך דם המלך על דם
אחיו הנהרג ויען הנער ויאמר לא
מרצוני עשיתי זה כי אם נדחפו רגלי
ונמעדו על אבני השיש אש' ברצפה
ולכן נהפך האבן בידי ונשפך הדם
באשר ראיתם:

istud feci, sed pedibus vacillans in pavimentum, marmoreis lapidibus stratum, prolapsus sum, ac propterea crater, quem manibus gestavi, eversus & sangvis, prout vidistis, effusus est.

CAP. IX.

וישמע אריסחובלוס את קול צעקת
המריבים עם הנער וישל ויאמר מה קול
הצעקה הזאת ומה קול ההתוכחת
והמריבות אשר אנכי שומע: והדרישו
גבוריו ושריו וסריסיו העומדים לפניו
לשרתו ולא ענהו דבר: וכאשר התרישו
ולא ענהו המלך קצף עליהם ויאמר
אליהם בחזקה הגידו לי מה קול הצעקה
הזאת ומה קול המריבה אשר שמעתי
אם לא תגידו האמת דעו כי מות תמותו
ויענו ויגידו למלך את אשר עשה הנער
אשר שפך את דמו על דם אחיו
ויריבו הגבורים השומרים את בשמרת
בית המלך עמו: ויאנח המלך ויצעק
ויאמר ברוך ה' השופט צדק הדיין
באמת וברוך נוקם נקמת הדם הנקי
אשר סבב ונשפך דם רשע כמוני על דם
אחי

Aristobulus autem, cùm clamorem satellitum, puerum objurgantium, audisset, interrogavit: ecquid clamor iste, expostulationes ac jurgia, quæ ego audio, sibi volunt? ad hanc interrogationem cùm satellites ejus ac principes & eunuchi, qui coràm ipso ministrandi causa stabant, tacuissent, nec quidquam respondissent, rex irâ commotus & vehementer instans: indicate mihi, ait, quidnam clamor iste & objurgatio, quam audivi, sibi velint, si enim mihi verum haud dixeritis, sciatis, quòd morte mulctandi sitis: tunc illi factum pueri, quomodo is sangvinem regis super sanguinem fratris ejus effuderit ac propterea illum milites, regiæ domus custodes objurgârint, regi indicârunt; ad quæ rex ingemiscens exclamavit: benedictus sit Dominus, justus verusque judex, benedictus sit ille, qui sangvinem innocentem ultus est ac sangvinem impii super sangvinem fratris mei justi ac sine causa interempti, effundi curavit; dein rex ad seipsum corpusque suum conversus: quousque, inquit, ô improbum corpus (1.) animam meam

(1.) Eadem penè verba refert etiam Josephus Antiqu. lib. 13. c. 19. & lib. 2. de Bell. Jud. cap. 3. atque Egesippus de Excid. Hierosol. lib. 1. c. 8.

אחי הצדיק אשר נהרג הנם: ויאמר
המלך אל גשמו ואל גופו עד מתי גיף
ישע תעזור נפשי בקרבך ולא הניחנה
לצאת ממך וללכת להשפט עם נפש
הצדיק אזי: אמנם אתה משליך את
דמי יום יום חוץ ותשפכהו כדם זבח
ותהנהו ללחוך אותו השדי אשר דם
הדיחני לעשות כמעשה ואשר עיניהי
ולהאמין הדברים אשר שמעתי מנגי
הבליעל ולסבוב להרוג את אחי: ויהי
כדברו כדברים האלה ויצא נפשו ויפח
ויאסף אל עמיו הדמים אשר נלך
אריסחובלים שנה אותו תמימה ויבכו
אתו כל ישרא וידודה מאד כי ארבורהו
היהודים כי היה רחב ימים ואיש נוצח
כי נצח את הגוי הגדול הנקרא איטוריאים
וימל את בשר ערלתם ויכניעם תחת
יד יהודה: ויקראו הגוים לאריסחובלים
קפאלי לאמר ראש כי היה נכבד ואהוב
לגוים: ויתר דבריו וגבורותיו הלא הם
כתובים על ספר ימיפון כן גוריון דברן
ועל ספר מלכי הרומי ועל ספר
סתרבין

am intrâte contines nec eam egredi & in judicium cum anima fratris mei justi venire permittis? certè tu (2.) sangvinem meum quotidiè ejicis, eumque non secus, ac victimæ sangvinem, effundis, quò dæmones illum delingant, qui me impulerunt, ut facinus istud perpetrarem, atque improborum dictis crederem fratrisque mei interficiendi consilium inirem: quùm hæc dixisset rex, animam efflavit fatoq; functus ad populum suum collectus est, cùm annum integrum (3.) regnâsset: universus autem populus Israëliticus ac Judaicus eundem deflevit, quia ob beneficentiam (4.) prosperumque in bellis successum amavit Aristobulum, nam Ituræos, (5.) gentem prævalidam, devicerat atque illorum præputium circumciderat eosque Judaicæ ditioni subjecerat; Græci autem illum nominarunt Cephalim, (6.) quæ vox caput significat, quia eximio in honore atque existimatione apud Græcos fuit; cætera verò præclarè ac fortiter ab illo gesta, in Josephi, Gorionis filii, Sacerdotis, libro, ut & in regum Romanorum libro atque in Strabonis Cappadocis, (7.) ac Thimagenis (8.) Hierosolymitani, libris scripta, reperies. Aristobulo mortuo Alexander, (9.) frater ejus, in regno successit, quia milites Judæi eundem exsolverant vinculis, quibus à rege Aristobulo, ipsius fratre, ob regni æmulatio-

(2.) Corpus scil. meum, nam de illo loquitur hic rex.

(3.) Confer. Joseph. dict. lib. 13. cap. 19. & l. 1. de Bell. Jud. c. 3. atque Egesipp. loco alleg. in Josippi Epitome pag. 53. refertur, quod Aristobulus duobus annis regno præfuerit, ubi forsitan annus secundus cœptus pro completo accipitur.

(4.) Seu liberalitatem, ita hic interpretor Hebr. רחב ימים i. e. amplus manibus, sic & Josephus Antiq. dict. lib. 13. cap. 19. Aristobulum scribit patriam suam multis beneficiis auxisse, posses etiam verba illa de Aristobuli potentia, quâ regnum dilatavit, exponere.

(5.) Vid. Joseph. loc. alleg.

(6.) Hebr. קפאלי, sic in nostro codice; in Munsteriano legitur: פולאולינו i. e. φιλαλήνου seu Græcorum amator, cui & Josephus dict. lib. 13. cap. 19. consentit; hoc autem nomen suspicionem facit, Aristobulum Græcorum potius, quàm Judæorum moribus vixisse & Judaica religione non ex vera cordis pietate, sed ad populum in officio continendum usum esse.

(7.) Vid. Joseph. eod. lib. 13. cap. 19. in fin.

(8.) Confer. quæ suprà lib. 1. c. 21. n. 40. de isto scriptore annotata sunt.

(9.) Vid. Joseph. dict. l. 13. c. 20. & Egesipp. de Bell. Iud. l. 1. cap. 9.

סחרבון הבפחורי ועד ספר הימגינו
הירושלמי׳ וימלוך שלכנדר אחיו תחתיו
כי התירהו גבורי יהודה מדמאסר אשר
אסרו המלך אויסתובולום אחיו כי קנאא
עליו עד דמלכה הוא אלסכנדר אשר
שנאו אביו הודקנוס ולא רצה להמליכו
ברצונו אבל מרד את פי ו׳ וימלוך
אלסכנדר באשר דבר האלהים בחלום
הלילה להודקנוס אביו וישב עד כאא
המלכות׳ בימי׳ הם בשבת המלך
אלסכנדר על בסא מלכותו ויוצא צבאא
עד תלמידה היא עכו כי פשעו אנשי
תלמידה ביהודה בימים ההם ואו פשעא
גם עזה ביהודה׳ וילך אלסכנדר המלך
אל תלמידה למלחמה ויצר עליה וישלחו
אנשי העיר ארל לטירו בן קוליסטרה
ללכת למצרים לאמר עלה והושיענו
מיד אלסכנדר מלך יהודה הגלחם עלינו
ונחנה עבדיך׳ ויאמן לטירו לבא לעזרה׳
כי ירא להלחם עם היהודי׳ כי זכר את
המכה אשר הכהו הודקנוס מלך יהודה
במלחמה בלכתו לעזרת הכותיים אשר
בשומרון ועל כן חרד לבבו לבוא לעזרתם

nem conſtrictus erat; is ipſe fuit Alexander, (10.) quem pater ejus, Hyrcanus, odio habuit, quemque ille, verbum Domini transgreſſus, (11.) noluit regno potiri; ſed Alexander tamen regnum, prout Dominus noctu per ſomnium (12.) Hyrcano dixerat, adeptus eſt & in regio conſedit throno. Iisdem diebus Alexander, cùm regni ſolium occupâſſet, expeditionem contrà Ptolemaidem, (13.) quæ quondam Acco (14.) nominata fuit, ſuſcepit, nam urbis illius incolæ à Judæis tunc temporis defecerant, eodem tempore etiam Gaza (15.) Judæorum jugum excuſſerat: Alexander itaque rex expeditione adverſùs Ptolemaidem ſuſcepta, urbem illam obſedit; incolæ autem urbis ad Lathyrum, (16.) Cleopatræ filium, legatos in Ægyptum miſerunt, qui dicerent: aſcende ac libera nos è manu Alexandri, Judæorum regis, qui nos oppugnat, tibique ſervie-mus; aſt Lathyrus, metuens bellum Judaicum, eisdem ſuppetias ferre noluit, nam memor cladis, quam ei Hyrcanus, Judæorum rex, commiſſò præliò intulerat, quando ipſe (17.) Cuthæis, qui Samariæ erant, auxilio venerat, præ timore eisdem ſubſidio ire recuſavit; Ptolemaidis verò incolæ rurſus miſerunt, qui ei dicerent: ne metue, quò minus ſervis tuis auxilium feras, ſed feſtinans veni teque nobis ſocium adjunge, id ſi feceris, alios quoque reges nobis adjutores parabimus, nempe Zoilum,

(10.) Alias Jannæus dictus, vid. Joſeph. Antiqu. lib. 13. c. 20. & Joſippi Epitom. p. 53.
(11.) Confer. quæ ſuprà h. lib. 4. c. 7. n. 6. annotata ſunt.
(12.) Vid. Joſeph. dict. lib. 13. c. 20. & ſuprà h. lib. 4. c. 7. n. 3.
(13.) Hebr. תלמידה, ſic enim hic legendum pro תלמירה, nempe Daleth pro Reſch, nam Ptolemæus Judæis nominatur תלמי, vid. ſupr. lib. 3. c. 2. n. 1.
(14.) Vid. Judic. c. 1. v. 31. confer. etiam, quæ ſupr. lib. 3. cap. 17. n. 11. & infrà h. lib. 4. cap. 15. num. 7. ac lib. 5. c. 10. n. 2. it. lib. 6. c. 23. num. 10. annotata ſunt.
(15.) Confer. Joſeph. dict. l. 13. c. 20. & Joſippi Epitom. p. 53.
(16.) Seu Lathurum, id enim Ptolemæi fuit cognomen, prout ſuprà h. lib. 4. cap. 5. num. 11. dictum eſt, confer. etiam Joſeph. eod. lib. 13. c. 20. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 3. it. Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 1. c. 9.
(17.) Lathyrus ſeu Lathurus, de quo paulo antè dictum eſt.

ולא אבה לבא אליהם וישלחו עוד
אנשי הלמידה ויאמרו אליו אל ירך
לבבך לבא להושיע את עבדיך אמנם
מהר ובא והלך עמנו ונוסף עוד לקודינו
מלכים אחרי ויאולום מלך צידון ומלכי
אחרים יעזרונו׳ וידי כשמוע לטירו את
הדברים האלה ובי הבטיחו אומנו רכמי
הלמידה להוות עבדיו ויבא באניה וילך
אלהם׳ וידי כבל הילו שלשים אלף
איש מלחמה ויחדל אלסכנדר מעל
הלמידה ויבא אל הלמידה ולא קבלוהו
כי בא שם איש חכם ושמו דימריאו׳
וידב׳ באזני זקני הלמידה לאמ׳ הלא
טוב לכם לישא עול אלסכנדר אש׳ הוא
יהודי מלחת עליכם איש נבחי׳ ובדברו
עמהם כדברים האלה פשעו בלטירו ולא
קבלוהו ויאמרו לקבל את אלסכנדר
עליהי׳ לאדון ולמושל ולהרת לו מס
ויזבהל מאד לטירו וישלח אל ויאולום
מלך צידון לאמ׳ לכה ונתחברה יחד
ונלך למלחמה על אלסכנדר מלך יהודה
ולא אבה ויאולום לערוך מלחמה נגד
אלסכנדר מלך יהודה וימאן לשמוע בקול
לטירו׳ וישלח עוד למירו מלאכים אל
אלסכנדר לאמר והמלך וישוב לא ידע
ברית ושלום יהיה ביני וביניך ואל תרי
ידך

lum, (18.) Sidoniorum regem, aliosque, que nobis auxilio venient, reges. Lathyrus itaque, cùm hæc audiſſet eique à Senioribus (19.) Ptolemaidis ſpes eſſet facta urbe potiundi, nave advectus ad eosdem ivit; exercitus autem ejus univerſus 30000. militibus conſtabat: (20.) quo cognitô Alexander obſidionem Ptolemaidis ſolvit; cùm verò (Lathyrus) ad urbem Ptolemaidem veniſſet, ab incolis haud receptus fuit, nam vir quidam prudens, nomine Dimerius, (21.) eò vēnit, qui Seniores Ptolemaidis ita allocutus eſt: nonne ſatius vobis erit, Alexandri Judæi, quàm hominis extranei imperio parere? cùm igitur vir ille hæc ad illos locutus eſſet, Lathyrus ab iisdem rejectus ac ſimùl decretum factum eſt, ut Alexandri imperium ſuſciperetur, eique tributum penderetur, qua re Lathyrus valdè perterritus ad Zoilum, Sidoniorum regem, legatos miſit, qui ſuo nomine dicerent: veni atque ſocietatem mecum ini, ut conjunctis armis Alexandrum, Judæorum regem, bello perſequamur: Zoilus autem arma adverſùs Alexandrum, Judæorum regem, capere detrectavit Lathyroque morem gerere recuſavit. Lathyrus itaque legatos ad Alexandrum, clàm Zoilo, Sidoniorum rege, miſit, qui dicerent; age fœdus ineamus ac mutuam colamus pacem, nec Zoilo, Sidoniorum regi, hoſti meo, opem feras, hæc inter nos pax ſit & amicitia, Alexandro quoque, Judæorum regi quatuor millia talentorum auri (22.) muneris loco miſit; quapropter Alexander a-

(18.) Hebr. זואילום, ſic codex Munſterianus, quem hic potius ſequi volui, quam noſtrum ubi corruptè legitur: ויאולום apud Joſephum quoque Antiqu. dict. l. 13. c. 20. legitur Zoilus.
(19.) Sive: Senatoribus, vel: Sapientibus, ſicuti hic in Hebræo habetur.
(20.) Conſentit Joſephus eod. lib. 13. c. 20.
(21.) Hebr. דימריאום, ſic in noſtro codice, alii legunt: דימטריאום i. e. Demetrius, Munſterianus codex habet דימרסום ubi vertitur: Demereius, apud Joſephum dict. lib. 13 c. 20. nominatur: Demænetus, juxta quem in Hebræo legendum erit דימניתום Demænetus.
(22.) Joſephus Antiqu. l. 13. c. 20. ſcribit, Alexandrum Ptolemæo τετρακόσια ἀργυρίου τάλαντα i. e. quadringenta argenti talenta promiſiſſe.

micitiam Lathyri haud aſpernatus contrà Zoilum Sidoniorum regem, copias eduxit, ac prælium cum illo iniit multosque ex militibus ejus proſtravit ipſumque Zoilum in fugam vertit, atque omnem illius ditionem occupavit eamque Judaicæ provinciæ ſubjecit, poſteà Hieroſolymam reverſus eſt, fortitudinis ac victoriæ laude inſignis.

יד לעזרת ואלום מלך צידון אויבי
והיה זרע שלום ואהבה ביניהו וישלח
לטירוס אל אלסכנדר מלך יהודה למנחה
ד' אלפים ככרי זהב' ויקבל אלסכנדר
ארבת לטירוס וילך על ואלום מלך צידון
למלחמה וילחם עמו ויפל אלסכנדר
פגרים רבים ממחנה ויאלום וינס ואלום
מפניו' ויקח אלסכנדר כל ארץ ואלום
מידו וישיבה ליהודה מושלים בה וישב
ובא אל ירושלם בגבורה ובנצחון'

CAP. X.

His rebus geſtis Alexander ad Cleopatram, Lathyri matrem, legatos ſecretò miſit, qui dicerent: ecce filius tuus, Lathyrus, à te defecit ipſeque mihi adverſatur, ſi itaque vindictam de illo ſumere animus tibi eſt, veni hùc quamprimùm cum copiis tuis, ego quoque cum univerſo exercitu meo tibi obviam progrediar, ut illum, prout tibi viſum fuerit, capiamus: Lathyrus autem, cùm hæc audiſſet, fervidâ commotus irâ cum exercitu ſuo in Galilæam ipſo Sabbathi die irrupit ac Sanchetan, (1.) urbem ibidem ſitam, cepit, ejusque populum, incolas nimirùm urbis, quorum numerus ad viginti millia (2.) aſcendebat, in captivitatem abduxit, inde caſtris motis Zephorim (3.) obſedit, ſed habitatores urbis multos ex Lathyri militibus eo in loco proſtraverunt, adeò, ut re infecta inde recedere coactus

ויהי אחרי הדברים האלה וישלח
אלסכנדר ארל קליאופטרה אם לטירוס
מלאכים בסתר לאמר הנה לטירוס בנך
פשע בך והוא יושב נומולי אם טוב
בעיניך לנקום נקמתך ממנו מהרי ובואי
עם צבאך ואני אצא עם כל חילי ונלכדה
באשר תאוה נפשך וישמע לטירוס את
הדבר הזה ויקצוף מאוד ויחר לו ויפשט
בחילו בגליל ביום השבת' וילכוד
סנבתאן העיר אש' בגליל ויהי מספר
העם אשר היה בתוכה אשר נוגש בשבי
כעשרי אלף נפש ומשם נסע וילך ארל
צפורי ואנשי צפורי סלו רבי מחיל לטירוס
במקו'

(1.) Ita סנבתאן, quod nomen in noſtro codice hic habetur verò, Munſterus legit סכן ac tranſtulit: Sachan, Joſephus Antiq. lib. 13. cap. 20. nominat Aſochiton, conſer. Id. Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 3 ubi urbem illam vocat Ἀσωχίν, conſer n. 3. h. cap.

(2.) Περὶ μύριαι i. e. circa decem millia incolarum à Ptolemæo in captivitatem fuiſſe abducta ſcribit Joſephus dict. l. 13. c. 20. in fin.

(3.) Hebr. צפורים, ſic Munſterianus codex, in noſtro legitur צפרי, Sephoram vocat Joſephus loc. alleg. de hac urbe plura vide apud Joh. Lightfoot. in Chorograph. Matthæo præmiſſa c. §2. vid. & infr. h. lib. 4. c. 24. num. 24. & lib. 6. cap. 5. num. §.

במקו' ההוא ולא יכול עליהם ויכן
משם וילך לקראת אלסכנדר למלחמה'
ויהי כשמוע אלסכנדר כי לטירוס בא
אליו למלחמה ויאסוף את גבורי חילו
ג' אלף ויבחר מהם ד' אלפים גבורי
במגיני נחשת איבאהנתא מכי אחד
למאה ויצא המלך אלסכנדר ביום הרוא
מירושלם בגאוה וביד רמה ויפגע את
לטירוס והוא על הירדן' ויאמר אלסכנדר
אל שרי גדודיו הבה ונפול עליהם פתאום
והנהר הנה הרוא יהיה לאויביהם ואם
יעברו לפנינו הנה הנהר יסגור לפניהם'
הדרך ולא תהיה להם תקומה וימהרו
כלם באיש אחד' ויבטח אלסכנדר
בגבורתו ולא בטח על יי אלהי אבותיו
ולא דובקי שם ארל שדי במלחמה'
ויירא לטירוס ואנשיו מאד מפני אלסכנדר
וחילו ויהי איזו איש חכם יודע מלחמות
ואומן להלחם ושמו פילוסתופוס ויהי
כבואו אלסכנדר עם מחנהו על לטירוס
ועל מחנהו ויחלק את הגדודים אשר
ללטירוס ויחגר מלחמה ביהודי פני
ואחור וילחמו עמהם מהנקר עד הצהרי
ויצעקו היהודים וסלו המון רב ממחנה
לטירוס ויכו את רבי מחנהו אשר היה
לפניהם

coactus fuerit, quapropter relicta urbe illa contrà Alexandrum profectus eſt, prælium cum illo initurus; Alexander igitur, cùm id cognoviſſet, quinquaginta millia (4.) militum Judæorum congregavit, è quibus ſex millia (5.) fortiſſimorum elegit, qui æneis ſcutis utebantur, Hecatontamachi (6.) dicti, nimirùm unus contrà centum, Alexander itaque elato animo validaque manu Hieroſolymis egreſſus apud Jordanem (7.) Lathyro occurrit militumque ſuorum duces ita allocutus eſt: agite repentè in hoſtes irruamus, dum flumen à tergo habent, nam ſi hoſtes in fugam verſi fuerint, objectu fluvii via illis adimetur nec reſiſtere poterunt, atque ita omnes internecione peribunt. Alexander itaque, viribus ſuis confiſus, nullam in Domino, patrum ſuorum Deo, ſpem poſuit, nec ullam nominis Divini mentionem in prælio fecit: dum verò Lathyrus ejusque milites Alexandrum ejusque exercitum valdè timebant, vir quidam prudens ac belli peritus artisque militaris apprimè gnarus, nomine, Philoſtephanus, (8.) qui cum Lathyro erat, poſtquàm Alexandrum cum copiis ſuis adverſùs Lathyrum ejusque exercitum venire conſpexit, Lathyri copias diviſit, ita, ut à fronte & à tergo Judæos prælio laceſſerent, quapropter à matutino tempore ad meridiem usque pugnatum eſt, quo temporis ſpatio Judæi ſuperiores fuerunt multosque ex Lathyri militibus proſtraverunt, ac dimidiam quidem hoſtilis exercitûs partem, quæ ipſis à fronte erat, in fugam verte-

(4.) Conſentit Joſephus Antiqu. lib 13. cap. 20. in fin. ubi ſcribit, Alexandrum περὶ πέντε μυριάδας i. e. circa quinquaginta millia militum ſecum duxiſſe.

(5.) Joſeph. dict. lib. 13. c. 21. princ. refert ἑξακισχιλίους i. e. octo millia.

(6.) Hebr. איכחונתמכי ſic Munſterianus codex, quem hic potius ſequi volui, quam noſtrum, ubi corruptè legitur איבאהנתא מכי Munſteriano codici conſentit Joſephus Antiqu. dict. lib. 13. cap. 21.

(7.) Joſephus loc. alleg. ſcribit, Alexandrum περὶ τινα τόπον λεγόμενον Ἀσωφὼν i. e. circà locum quendam, qui Aſophon dictus, Ptolemæo occurriſſe.

(8.) Hebr. פילוסתופנים, i. e. Philoſtophanus ſic in noſtro codice, Munſterianus habet: פילוסתפנים, ubi vertitur: Philoſtephanus, ſic & Joſephus Antiq. lib. 13. cap. 21. nominat Φιλοστέφανον.

verterunt; ad alteram verò partem, quæ tergis ſuis imminebat, animum non adverterunt, Philoſtephanus enim cum dimidia copiarum, à ſe diviſarum, parte Judæos ponè ſecutus nullam ciebat pugnam, donec meridies advenit, tunc Philoſtephanus copias ſuas in aciem adverſùs Alexandrum ejusque milites eduxit, quos cùm labore feſſos deprehendiſſet, facili illos negotio ſuperavit atque maxima clade affecit, ac triginta millia (9.) Judæorum, qui omnes fortiſſimi erant milites, eo die proſtravit; reliqui verò in montem profugerunt: ipſe quoque Alexander è prælio Hieroſolymam evaſit; hæc ingens Judæorum ſtrages eo die idcircò evenit, quia viribus ſuis ac manu prævalida ſuperbè confiſi nullam in Domino, patrum ſuorum Deo, ſpem poſuerant; Lathyrus autem, cùm veſperi in vicum quendam veniſſet ibique mulieres ac pueros deprehendiſſet Judaicos, eosdem interfici ac nonnullos ex illis in aheno coqui juſſit, quò terrorem incuteret Judæis eosque in opinionem adduceret, ac ſi hoſtes ipſorum carne humana veſcerentur. (10.) Eodem tempore regina Cleopatra (11.) adverſùs Lathyrum, filium ſuum, Ægypto egreſſa eſt, ut cum eo prælium iniret, quô cognitô Alexander eidem obviam proceſſit atque ambo copiis junctis Lathyrum bellô perſecuti ſunt; qui, poſtquàm ea de re certior factus eſt, fugâ ſalutem qvæſivit & in Cyprum, (12.) inſulam, nave advectus, pervenit, relictâ in litore maris ingenti militum ſuorum multitudine, quos cùm Hananias & Helkias, (13.) Judæi, Cleopatræ duces, deleviſſent, regina in Ægyptum reverſa eſt; Alexander autem cum omnibus copiis ſuis planitiem

להורותם ולא שחו לב לחציו אשר
אתם אך פילוסתופנוס עם רצי
המחנה אשר חלק ולא נגשו אל
המלחמה עד הצהרים ויהי בצהרים ויצא
פילוסתופנוס עם מחנהו להלחם עם
היהודים ויבא עד אלכסנדר ומחנהו
וימצאם עיפי יון כרם מכה רבה מאד
ומל בימים ההוא מן היהודי ל' אלף
איש מלחמי ארצה כלם גבורים והנשארים
הרה נסו ויגש אלכסנדר מהמלחמה
ויעלם אל ירושלם ותרו מפלת היהודי
ביום ההוא גדולה מאד עקב כי בטחו
על גבורתם בגאותו וביד רמה ולא בטחו
ביי אלהי אבותם ויהי בערב ויבא
לטירו באשר מן דבפרים וימצא שם נשים
וילדים מהיהודים ויצו להרוג אותם ולקחת
מהנשים ומהילדי לבשל אותם בקדירות
להפחיד את עם יהוד למען יאמרו עליה
כי בשר אדם יאכלו בעת ההיא יצאה
המלכ קליאופטרה ממצרים להלחם עם
לטירו בנה וישמע אלכסנדר את שמעה
ויצא לקראת ויתחברו שניהם על לטירו
למלחמה וישמע לטירו ויברח מפניהם
ויבא באניה וימלט אל אי צייפרוס
ויעזוב המון רב ממחנהו בסוף רי
ויהרגם חנניה והלקיה היהודי שרי
קליאופטרה ותשב המלכה מצרימה.

והמלך

(9.) Huic numero conſentit etiam Joſephus dict. lib. 13. cap. 21. conſer. & Egeſipp. de Bell. Jud. l. 1. c. 9.

(10.) Nimirum ut Judæi exiſtimarent, hoſtes ſuos eſſe ταριχοφάγους, prout ſcribit Joſephus eod. lib. 13. c. 21.

(11.) Vid. Joſeph. lib. 13. c. 21. it. Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 9.

(12.) Vid. ſuprà h. lib. 4. c. 5. num. 18. it. Juſtin. Hiſtor. lib. 39. c. 4. Joſephus lib. 13. cap. 21. ſcribit, Ptolemæum Gazæ per hyemem ſubſtitiſſe, poſteà in Cyprum reverſum eſſe.

(13.) Idem ſcribit & Joſephus eod. lib. 13. c. 21. vid. ſuprà h. lib. 4. c. 5. n. 16.

והמלך אלכסנדר נסע עם כל מחנהו
ויכשוט בארץ המישור איש' בארם ויצר
על גדרה אשר לארם ויצר עליה ו' חדשים
ולכוד את גדרה ואת בנותיה ויסע
משם וילך המחה ויחן עליה ויהי בחצי
הלילה ההוא אשר לן המרגה שם ויצא
תיאדוטס וגדודי מחמ' ויפלו במחנה
היהודים פתאם ויטליכו מהם ארבעה
עשרת אלפים גבורי הרוגי ויקומו
היהודי הרדים לאור דבק וילחמו עם
הדריאים ויבריחוהו ויכו במחנה כמה
גדולה מאד ויגם הדריאים מפניהם
וילכוד המלך אלכסנדר את חמת ואת
בנותיה ויסע משם וילך ויחן על
רפים ולכדה ואת בנותיה ומשם נסעו
ויחנו על אנטוכיה ויצר המלך עליה
ולכדה ואת בנותיה וישב ויבא ירושלם.

ויהי להקופת השנה ויצא המלך
אלכסנדר מירושלם ויבא אל עזה ויחן
על

em Syriæ depopulatus Geraram, (14.) urbem ibidem ſitam, ſex menſibus (15.) obſedit eamque tandem una cum vicis illius in ſuam redegit poteſtatem; inde caſtris motis urbem Hamath (16.) obſidione cinxit. Theodorus verò media nocte cum militibus ſuis urbe egreſſus Judæorum caſtra, ibidem poſita, repentè adortus decem millia (17.) hoſtium proſtravit: ſed Judæi manè conſurgentes, quamvis pavidi, aciem adverſùs Theodorum inſtruxerunt prælioque commiſſô eundem in fugam verterunt ac maximam exercitui ejus intulerunt cladem: Theodorô igitur in fugam verſo rex Alexander urbem Hamath unà cum illius vicis ſibi ſubjugavit, exinde profectus caſtra contrà urbem Raphiam (18.) poſuit eamque ſimul cum vicis ejus cepit, dehinc ulterius progreſſus Antiochiam (19.) obſedit, eamque oppugnavit, (20.) atque unà cum illius pagis in ſuam redegit poteſtatem, poſteà Hieroſolymam reverſus eſt.

CAP. XI.

REvoluto autem anno Alexander rex Hieroſolymis egreſſus Gazam pervenit, eamque caſtris ibidem poſitis obſidione cinxit, (1.) qui

(14.) Gadaram vocat Joſeph. Antiqu. lib. 13. c. 21. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 3. Cæterum de hac urbe Gadara vid. inter alios & Joh. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmiſſ. c. 75. & Ejusd. Chorograph. Marco præmiſſ. c. 7. §. 3.

(15.) Hebr. ו' חדשים ita hic in noſtro codice; Munſterianus verò legit: ו' ירחים i. e. decem menſibus, cui & Joſephus eod. lib. 13. cap. 21. conſentit.

(16.) Ἀμαθοῦτα nominat Joſephus dict. lib. 13. cap. 21. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 3. vid. & ſuprà h. l. 4. c. 12. n. 4. it. Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 9.

(17.) Adſtipulatur & Joſephus eod. lib. 13. c. 21. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 3. it. Egeſippus loc. alleg.

(18.) Hebr. רפים, ſic Munſterianus codex, juxta quem pro רפים, quod nomen hic in noſtro habetur, etiam legendum erit רפיח, ita etiam Joſephus Antiqu. lib. 13. c. 21. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 3. nominat ῥάφιαν, Raphiam.

(19.) Hebr. אנטוכיה, ſic in codice noſtro, Munſterus habet: Anthedonem, eamque urbem poſtea ab Herode Agrippiam fuiſſe nominatam ſcribit, ita & Joſephus Antiqu. dict. l. 13. c. 21. & l. 1. de Bell. Jud. c. 3.

(1.) Vid. Joſeph. loc. alleg. & Joſippi Epitomes pag. 53.

על העיר ויצר עליה כי זכר המלך את
העיר אנשי עזה אשר הוו אנשי עזה
עם לכסירו נגד היהודי וילינו שם כל
גבורי היהודים עד אור הבקר ויהי
הבקר אור ויריעו היהודי וילחצו את
אנשי עזה בלחץ המלחמה ויכובו את
העיר וימלאו את כל הרוך מהללי
ישבי עזה ויבנו עלי רוך סביבה ויבא
העיר במצור גדול וישלחו אנשי עזה
מלאכים אל הורס מלך הערב לאמר עלה
אלינו וד ושיענו מיד אלסכנדר מלך יהודה
ומיד היהודים הנלחמים בנו ונהיה
עבדיך ויבא הרהם מלך הערב הוא וכל
עמו לעזרת עזה. ויהי כאשר שמע
אלסכנדרהם כי יבא עליו הרהם מלך
הערב למלחמה ויעזוב נגיד אחד מנגידי
היהודים עם חיל רב לשמור את עזה
ולצור עליה וילך הוא עם יתר גדחיל
לקראת הרהם מלך הערב ויהגר בו
מלחמה וינצח אלסכנדר במלחמה וינס
הרהם

quia rex, memor malorum, quæ incolæ istius urbis unà cum Lathyro Judæis intulerant, omnes copias suas eò deduxit, cumque illæ ad matutinum usque tempus ibidem pernoctâssent, (2.) illucescente die Judæi sublato clamore urbem oppugnârunt ejusque incolas afflixerunt, atque omnes circà urbem vias interfectorum cadaveribus impleverunt, cumque aggere, urbi circumdato, ad maximas illam angustias redegissent, tunc Gazæi ad Aretam (3.) Arabiæ regem, legatos miserunt, qui dicerent: ascendens libera nos ab Alexandri regis Judæorumque, nos oppugnantium, potestate, tibique serviemus: his dictis rex Arabiæ morem gessit atque cum omni populo suo Gazæis subsidio venit, quo cognito Alexander ducem quendam Judæum cum copiis haud exiguis obsidioni urbis continuandæ reliquit; ipse verò cum reliquo exercitu contrà Aretam, Arabiæ regem, profectus prælium cum illo iniit, in quo victor evasit Alexander; Areta autem in fugam versus multis suorum interfectis, ad Petram deserti (4.) sese recepit: Alexander igitur Gazam anno integro obsedit, eodem tempore Lysimachus (5.) facta seditione, fratrem suum, Apollodotum, (6.) principem, urbis Gazæ præfectum, interfecit; incolæ

(2.) Josephus dict. lib. 13. c. 21. refert, quod eadem illa nocte Apollodotus, Gazensium dux, cum 3000. militibus in castra Judæorum irruens non exiguam illis cladem ac terrorem intulerit.

(3.) Sic etiam Josephus loc. alleg. eundem nominat, in codice nostro appellatur הרהם, prout & in Josippi Epitom. pag. 55. ubi Munsterus transtulit: Hartam, forsitan is ipse Erotimus fuit, cujus mentio sit apud Justin. Histor. l. 39. cap. 5. num. 6. confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 12. & infr. h. l. 4. c. 14. n. 7. & c. 18. n. 6.

(4.) Hæc urbs munitissima regum Arabiæ sedes & in rebus dubiis refugium fuit, vid. Joseph. Antiqu. lib. 14. c. 2. & 2. Paralip. cap. 26. v. 7. ibique Lxx. interpret. it. Esai. c. 16. v. 1. ibique R. Salom. confer. & Sam. Bochart. Geograph. Sacr. part. 1. lib. 4. cap. 27. & infr. h. l. 4. cap. sequ. 12. n. 1. & num. 29. it. cap. 18. num. 5. Junius ac Tremellius in not. ad Esai dict. c. 16. v. 1. Petram istam deserti Joktheel, Idumæorum metropolim esse scribunt, de qua 2. Reg. c. 14. v. 7. fuit autem in Arabia petræa sita, uti iidem ad 2. Reg. dict. c. 14. v. 7. notârunt.

(5.) Hebr. לוסימכוס, sic codex Munsterianus, quem hic potius sequi volui, quam nostrum, ubi corruptè legitur: פוסימכוס, Josephus quoque l. 13. c. 21. vocat Lysimachum.

(6.) Sic Josephum dict. loc. fecutus vertere volui, nam in nostro codice vitiosè legitur: פילוחליפוס, alia exemplaria habent פילוסתליפוס Munsterus legit: אפולתפלוס; sed & hoc nomen corruptum est.

הרהם מפניו ורבים מהמוני הושלכו
ארצה חללים וימלט הוא אל המדבר אל
סלע מדברה. וישב המלך אלסכנדר
ויבא עזתה ויצר עליה שנה אחת. ויהי
בעת ההיא ויקם פוסימכוס ויהרוג את
אחיו השר פילוחליפוס נגיד עזה.
ויקומו אנשי העיר להרוג פוסימכוס
וירדפוהו עד השער כי בזרח היה מפניהם
ויפתח את שער עזה ויקוא את המלך
אלסכנדר ואת היהודים לאמר מהרו ובואו
אל העיר וכבשוה. ויקומו היהודים
ויריעו ויבואו אל השער וילכדו את
העיר. ויבא אלסכנדר המלך העירה
עזתה ויצו את חילו להרוג את כל יושבי
העיר עד בלי השאיר ויעשו כן. ויך
אלסכנדר את כל זכוריה לפי חרב וכן
פוסימכוס וכל אנשי ביתו לבדו דחיו
היהודים במאמר המלך ויכפר חמש מאות
שודי משרי העיר ויבואו אל היכל
אפיליניאוס ויגד הדבר לאלסכנדר המלך
וישלח ויציאום מהיכל ויצו וידרגו
בתוך העיר ואת ההיכל שרף באש ואת
כל כרעיו שרף בתוך ההיכל גם את
צלם אפיליניאוס אשר היה מזהב השליכו
בתוך האש במצוי המלך להרפה הלקוח
לצלם וכן לאות ימים לקטו הזהב מן
השריפה. וישב המלך ויבא ירושלים
וישב

colæ autem urbis, dum Lysimachum interimere voluerunt, ad portam usque eundem persecuti sunt; (nam in fugam sese conjecerat) ille verò apertâ urbis Gazæ portâ Alexandrum regem atque Judæos vocavit, ut ad urbem festinarent eamque subjugarent; Judæi itaque, arreptis armis sublatoque clamore, ad portam venerunt urbemque ceperunt: (7.) Alexander autem urbem ingressus militibus suis præcepit, ut omnes incolas urbis absque ulla commiseratione interficerent, quod etiam factum est; sic Alexander cunctos masculos gladiô interemit; solum autem Lysimachum omnemque illius domum Judæi regis mandatô servârunt incolumem: quingenti (8.) autem ex primoribus urbis ad templum Apollinis profugerunt; sed Alexander, cùm ea res ad illum delata esset, eosdem è templo abduci & in media urbe interfici jussit; delubrum verò ipsum omnesque illius sacerdotes simùl cremari præcepit, Apollinis quoque simulacrum aureum regis præceptô in ignem conjectum est, idque in contemptum idoli & opprobrium; sed aurum post dies aliquot ex incendio collectum fuit, posteà rex inde reversus Hierosolymam venit & in regio sedens throno quietè regnavit: accidit autem, cùm festum esset tabernaculorum, ut rex pro more Sacerdotum ad altare ascenderet, & Pharisæi, sapientes illi, pomis citreis, (9.) palmarum ramusculis, virgis ac frondibus (10.) læto hilarique animo ludere inciperent, (is enim Judæorum mos fuit, ut in festo tabernaculorum fructu arboris decoræ (11.) ac frondibus palmarum luderent) tunc quidam ex

Pha-

(7.) Vid. Joseph. dict. lib. 13. c. 21.

(8.) Consentit Josephus loc. alleg.

(9.) Sic dictionem אתרוגים cum Munstero ac Buxtorf. in Synag. Jud. c. 21. hic vertere volui, Josephus quoque Antiqu. l. 13. c. 21. κίτρια nominat, confer. etiam Josippi Epitom. pag. 53.

(10.) Idem Buxtorf. dict. loco accuratam horum nominum expositionem habet & ibidem explicat, quid sit לולב, vid. & Joseph. eod. lib. 13. cap. 21.

(11.) Confer. hic idem Buxtorf. eod. cap. 21. ubi fusius exponit, quidnam sit פרי עץ הדר & quidnam propriè significent כפורי תמרים, vid. & supr. lib. 4. cap. 3. num. 11, & c. 7. num. 16. ibique not.

וישב על בסא מלכותו וימלוך לבטח׃
ויהי בהוות הג הסוכות ויעל המלך על
המזבח בחק הכהני׳ ואז החלו הפרושים
והמה החכמי׳ לשחוק באתרוג׳ ובמקלות
התמרים ובשרביטהם ובכפותיהם בשמחה
ובטוב לבב כי חק הוא ליהודים לשחוק
בחג הסוכות בפרי עץ הדר ובכפות
תמרים׃ ואז ארגז מהפרושי מלאו לבו
להשליך אתרוג על המלך וישלך עליו
אתרוג אחד׃ ויקצפו גדודי המלך על
הפרושים ויאמרו אליהם למה זה התללו
את כבוד המלך להשליך עליו אתרוגים
וכפורת תמרים ויענו הפרושים ויאמרו
אין זה חלול כי חק הוי לנו לעשות כן׃
ויהי כי הרבו להבר באו להיפות וגדופים
ויהרפו הפרושים את המלך׃ ויאמרו לו
הוי בן המזולזלת למה תתגאה ותשתרר
בכהונה גדולה ואתה בן חללה לא לך
נאה הכהונ׳ כי אמך חללה היתה ויקצוף
המלך מאד והבעיר בו חמתו ויט ימינו
מעל המזבח ויאמ׳ הרב על הפרושים׃
וישלפו גדודי המלך את חרביהם וישליכו
ארצה ו׳ אלפים בתוך חצר ההיכל׃ ויצו
המלך ויבנו קיר מעצי שטים בין המזבח
ובין שאר רבית ומרוחם הרוצא והלאה
מנעו את העם מלבוא אל רבית ויעמדו
העם בחצר ההיכל ולן הבהנים באו אל
רבית במשפט׃

Phariſæis malum citreum in regem projicere auſus eſt, id quod ſatellites regii ægrè tulerunt ac Phariſæis dixerunt: cur regis honorem ita contemptui habetis, ut in eum mala citrea & frondes palmarum projiciatis? (12.) Phariſæi autem reſponderunt: non iſte contemptus eſt; ſed ita fert conſvetudo noſtra; dum verò hinc inde verba commutabantur ac multiplicabantur, tandem Phariſæi ad maledicta & opprobria procedentes regem hiſce conviciis (13.) proſciderunt: ecquid temet, ô profanæ mulieris fili, ita extollis, (14.) ut Summi Sacerdotis officiô fungaris? non tibi, profanæ fœminæ filio, Sacerdotium convenit, mater enim tua profana fuit: his dictis rex vehementer commotus atque iræ fervore flagrans dextram ſuam ab altari retraxit (15.) clamans: gladiô, gladiô cædite Phariſæos; Satellites igitur regis ſtrictis gladiis ſex millia (16.) in medio Templi atrio interfecerunt; poſteâ mandatô regis paries inter altare & reliquum Templi ſpatium è lignis cedrinis (17.) exſtructus eſt: ab hoc itaque die & impoſterùm populus prohibitus fuit, ne Templum ingrederetur, ſed in atrio ſtaret, ſolis Sacerdotibus pro more ingredientibus.

CAP.

(12.) Vid hic Joſippi Epitom. pag. 54.
(13.) Hæc paulò aliter referuntur à Joſepho Antiqu. l. 13 c. 21.
(14.) Conſentit Joſippi Epitom. pag. 54.
(15.) Vid. Joſippi Epitom. dict. loc.
(16.) Conſentit Joſephus eod. l. 13. c. 21.
(17.) Sic communiter exponunt עצי שטים, R. Salomo quoque ad Exod. c. 25. v. 5. שטים interpretatur ארזים i. e. cedros, Lxx. ξύλα ἀσηπτὰ, ligna imputribilia, Joſephus dict. lib. 13. c. 21. parietem illum nominat ἀμφιπλῆ ξύλινον id eſt, ſepimentum ligneum.

CAP. XII.

ויהי אחרי הדברים האלה ויאסוף המלך
אלכסנדר את כל החלו ועמו וילך ארצ
שלע המדבר אשר לערב ויך את גוי
ערב וילכוד את הערי הבצורו׳ אשר
לערב וימים נסע ויבא מידבתה וילכדה
וך את מואב וישם אותו למס עובד׃
ואז פשעה המת מתחת יד יהורה וילך
המלך אז אל המת ויהרסה וגם את
תיאורם אשר בחמת הרג וישב משם
המלך ויבא אל יהומלם׃ ותהי מלחמת
תוקה ומריבה גדולה בין אלכסנדר ובין
הפרושי׳ והארץ המלחמה ו׳ שנים ויהרוג
אלכסנדר בשנים האלה מיהודים אשר
עם הפרושי׳ כ׳ שלף מלבר אשר המית
מהם במלחמה׃ ויקרא אלכסנדר את כל
העם ויאמ׳ אליהם טהרו לבבכם והשליכו
השנאה מקרבכם ואל תשבאו אותי וכל

ACcidit autem poſteâ, ut Alexander collecto omni exercitu populoque ſuo adverſùs Petram deſerti, (1.) in Arabia ſitam, proficiſceretur, gentemque Arabicam percuteret & urbes munitas illius regionis caperet, deinde caſtris motis Medabam (2.) obſedit eamque ſubjugavit, cæſis Moabitis (3.) tributôque eisdem impoſitô: per illos dies cum urbs Hamath (4.) à Judæis defeciſſet, rex eandem expugnavit atque evertit, Thiarumque, (5.) ejus urbis principem, interemit, poſtea Hieroſolymam reverſus eſt, ubi atrociſſimum bellum atque ingens certamen inter Alexandrum & Phariſæos exortum eſt, quod ad ſexennium usque duravit, quo temporis ſpatio Alexander quinquaginta millia (6.) Judæorum, qui à Phariſæorum ſteterant parte, interemit, (7.) præter illos Judæos, quos in bello interfecerat; tandem rex univerſo populo convocato Judæos ita allocutus eſt: purgate corda veſtra (8.) odiumque animis veſtris expellite, nec veterem ergà me ſimultatem gerite, tunc,

(1.) Vid. cap. antec. 11. num. 4. & Joſippi Epitom. pag. 55. Joſephus Antiqu. lib. 4. cap. 4. circà fin. ſcribit, urbem Arabum primariam olim Ἄραμ, nunc Petram nominari, atque eo in loco montem eſſe excelſum, quem Aaron conſcenderit ibique mortuus ſit, confer. Num. cap. 20. v. 28. & id. Joſeph. Antiqu. lib. 9. cap. 14. ab Euſebio de locis Hebraicis appellatur Recem eamque Jectael cognominatam eſſe ibidem ſcribit, idem Joſephus Antiq. lib. 4. cap. 7. urbem illam Ἀσκέμην vocat, vid. & H. Grot. not. ad lib. de Verit. Rel. Chriſt. pag. m. 283. conf. etiam infrà num. 29. h. cap.
(2.) Sic etiam in Joſippi Epitom. pag. 55. nominatur.
(3.) Vid. Joſeph. Antiq. l. 13. c. 21. circa fin. & l. 1. de Bell. Jud. c. 3.
(4.) Ἀμαθοῦλα vocat Joſephus loc. alleg. vid. ſupr. h. lib. 4. c. 10. n. 16. & Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 9.
(5.) Hebr. תיאורים, ita hîc in noſtro codice, Joſephus dict. lib. 13. cap. 21. in fin. nominat Theodorum, ſic etiam in quibusdam exemplaribus Hebraicis legitur תיאורים, confer. Egeſipp. de Bell. Jud l. 1. c. 9.
(6.) Hebr. ו׳ אלף, ſic apud autorem noſtrum, alii codices habent ה׳ אלף i. e. tria millia, facili mutatione ה׳ in ו׳, priori tamen lectioni adſtipulatur etiam Joſephus eod. lib. 13. cap. 21. & Egeſippus de Bell. Jud l. 1. c. 9.
(7.) Suis, quam hoſtibus, pernicioſior & majore victor detrimento, quoniam regni ſui vires vincendo attriverat, uti ſcribit idem Egeſippus dict. l. 1. c. 9.
(8.) Confer. hîc Egeſippus dict. loc. & Joſippi Epitom. pag. 56.

משפט אשר תאמרו אלי אעשה׃ ויענו
העם ויאמרו אליו אם מורת המורת את
נטהר את לבבינו כי איש מות אתה׃
ומשפט מות עליך שהרגת אנשים טובי׃
ממך ופשעת בעדת הפרושי׃ ויפשעו
היהודים במלך אלכסנדר וילכו אחר
דימטריאום ויבא ויחן שם בשכם׃
וידו לדימטריאום היל מ׳ אלף פרשי׃
מגבורי מקדון וחלו ואל עצר ונורא מאד׃
ויראא אלכסנדר כי פשעו בו היהודים
ולא יכול להשיבם אליו ולא ידע מה׃
יעשה וישכור ששת אלפים פרשים מגבורי
מקדון ויקח עשרים אלף איש מגבורי
יהודה אשר היו עמו וילך לקראת
דימחריאום וישלח דימחריאום לפחורת
ארץ היהודי׳ אשר עם אלכסנדר וגם
אלכסנדר שלח לפחות את היהודים אשר
עם דימחריאום ותחגר מלחמ׳ גדולה׃
בין אלכסנדר ובין דימחריאו׳ העת׳ ליהודי׳
הפושעים באלכסנדר ויפלו במלחמה׃
רבים מגדודי אלכסנדר עד כי נפלו כל
גדודיו וישאר הוא לבדו וגם רבי׳ מגדודי
דימטריאום נפלו כי עד מות עמדו ולא
הסבו פניהם וימותו כלם׃ וימלט
אלכסנדר

quicquid de me ſtatueritis, faciam: populus autem reſpondens: ſi mortuus fueris, inquit, tunc corda noſtra purgabimus, (9.) morte enim dignus mortisque judicio obnoxius es, quia viros, te meliores, trucidâſti, ac Phariſæorum cœtum graviſſimè afflixiſti, quapropter Judæi à rege defecerunt & ad Demetrium (10.) abierunt, qui Sichemi (11.) caſtra poſuerat & exercitum quadraginta millium equitum (12.) fortiſſimorum è Macedonia ſecum duxerat, validiſſimas ſanè copias ac maximè formidabiles. Alexander itaque, cùm Judæorum defectionem animadverteret, nec illos ad officium reducere poſſet, ac quid ſibi faciundum eſſet, haud ſatis compertum haberet, ſex millia equitum (13.) fortiſſimorum è Macedonia conduxit ac ſimùl viginti millia militum è Judæis, qui ipſius partes ſequebantur, elegit, has ille copias adverſùs Demetrium eduxit; Demetrius autem certos miſit homines, qui Judæos, Alexandrum ſequentes, ad defectionem ſolicitarent, Alexander quoque eodem modo Judæorum, qui cum Demetrio erant, animos tentavit; deinde acerrima exorta eſt pugna inter Alexandrum & Demetrium, qui Judæis, ab Alexandro deficientibus, ſubſidio venerat; hoc in prælio multi ex militibus Alexandri ceciderunt, tandem exercitus ejus omnis deletus fuit ipſeque ſolus ſuperſtes manſit, non pauci etiam milites Demetrii ceciderunt; Alexandri enim milites ad mortem usque ſteterant nec terga verte-

(9.) Idem ferè ſcribit Joſephus dict. lib. 13. cap. 21. in fin. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 3. confer. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. lib. 1. c. 10. & Ioſippi Epitom. pag. 57.

(10.) Is fuit frater Antiochi Cyziceni, Εὐκαίρος dictus, vid. Ioſeph. de Bell. Iud. lib. 1. cap. 3. & Egeſipp. dict. lib. 1. cap. 10. ac Munſter. in not. h. loc. confer. & Ioſippi Epitom. pag. 58.

(11.) Conſentit Ioſephus lib. 13. c. 22. princ. & lib. 1. de Bell. Iud. c. 3. confer. & Egeſipp. ac Ioſippi Epitom. loc. alleg.

(12.) Hic numero adſtipulatur etiam Ioſippi Epitom. pag. 59. Munſterus autem in notis h. loc. numerum iſtum corruptum putat, nam Joſephum Antiqu. lib. 13. cap. 22. ſcribere, quòd Demetrio equitum 3000. peditum verò 40000. fuerint, cui numero etiam conſentit Egeſippus l. 1. de Bell. Jud cap. 10.

(13.) Præter illa ſex millia etiam ducentorum meminit Joſephus dict. lib. 13. cap. 22. idem tamen numerus paulò aliter refertur ab eod. Joſepho lib. 1. de Bell. Jud. c. 3. & ab Egeſippo de Excid. Hieroſol. lib. 1. c. 10. confer. & Joſippi Epitom. pag. 59.

אלכסנדר והדרה בדד וישומם ויאספו
אליו כששת אלפים גבורי מגבורי ישראל
ויירא אלכסנדר להלחם עם דימטריאום
עוד׳ אחר הדברים האלה ובני מתיהודי
אשר עם דימטריאום נפלו על אלכסנדר
לעזרתו ויואל להלחם עם דימטריאום
ויברח דימטריאום מפני אלכסנדר כי ראה
כי נפלו לעזרתו המון רב מהיהודים׃
והתי עוד מלחמה גדולה׃ ותוקם בין
אלכסנדר ובין היהודים אשר עם הפרושים
ורבים חללה מהם ארצה׃ במלחמותיו
ויגוסו הנשארים בבית שמש וירדוף
אחריה׃ וילכוד את העיר ויתפוש שמנה
מאות מגדולי הפרושים ויביאם ירושלימה׃
וישב במשחה׃ במקום גבוה עם נשיו
ועם פלגשיו ויצו להלות אותם על
עצים כל חי׳׃ וקני הפרושים על כן
קראו היהודי׳ את שמו אלכסנדר הזוקר
במוקרי׳ חרב וימלוך על היהודי׳ בהוקרי
ויהי אחרי כן ויאסוף את כל עמו ויצר
על ים וילכדה ומשם פסע אל השמונה
וילכדה

verterant, quàpropter omnes occubuerunt: ſic Alexander ſolus ac mœſtus in montem profugit, ad quem ſex millia (14.) fortiſſimorum militum è populo Iſraëlitico ſeſe receperunt; pugnam tamen cum Demetrio tunc temporis iterùm inire noluit: poſteà verò, cùm multi è Judæis, qui cum Demetrio erant, ad Alexandrum transfugiſſent ejusque partem firmâſſent, viſum ei fuit, rem denuò prælio committere. Aſt Demetrius, poſtquàm ingentem Judæorum multitudinem ad Alexandri partes transiiſſe conſpexerat, fugam arripuit; quô factô atrociſſimum atque ingens bellum inter Alexandrum & Judæos, Phariſæorum ſectatores, iterùm exarſit, quorum multos Alexander in prælio proſtravit, reliqui autem ad urbem Bethſemes (15.) profugerunt; ille verò eosdem perſecutus & urbem cepit & octingentos (16.) ex primoribus Phariſæorum comprehendit eosque Hieroſolymam duxit, ubi Alexander in loco edito cum uxoribus ac pellicibus ſuis menſæ, epulis inſtructæ, (17) aſſidens octingentos illos ſeniores Phariſæorum omnes crucibus affigi juſſit, (18.) quapropter Judæi Alexandrum cognominârunt transfoſſorem, (19.) qui gladiô transfodit, imperium enim in Judæos per vim exercuit. Poſteà copiis omnibus contractis urbem Diam (20.) oppu-

(14.) Conſentit Joſephus eod. lib. 13. cap. 22. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 3. confer. & Egeſipp. de Excid. Hieroſol. lib. 1. c. 10. & Joſippi Epitom. pag. 60. ubi hæc res paulò aliter refertur.

(15.) Ita & in Joſippi Epitome pag. 60. hæc urbs nominatur; Joſephus verò eod. lib. 13. c. 22. Βεθόμων vocat, niſi fortè corruptum ſit nomen iſtud, nam idem Joſephus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 3. eandem urbem vocat Βεθέμεσλις; ab Egeſippo lib. 1. de Bell. Jud. c. 10. vocatur Bemeſehel, (al. Beſemelel.)

(16.) Conſentit Joſephus d. l. 13. c. 22. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 3. confer. & Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 10. it. Joſipp. Epitom. pag. 61.

(17.) Magis ſanguine, quam vinô inebriatus, uti ſcribit idem Egeſipp. dict. lib. 1. c. 11.

(18.) Conſentit Joſippi Epitome pag. 61. ut & Egeſippus dict. lib. 1. c. 10.

(19.) Ita hic interpretor הזוקר Munſteri codex habet קרקיים unde ipſe vertit: crucidam; Joſephus eod. lib. 13. cap. 22. ſcribit, Alexandrum ob crudelitatem vocatum fuiſſe βραχίδαν, i.e. gladiatorem, homicidam, prout exponit Joſeph. Scaliger Elench. Trihæreſ. cap. 4.

(20.) Hebr. דים ſic Munſterus legit ac vertit: Diam, eandem urbem Joſephus quoque lib. 13. cap. 23. vocat Δίαν, in noſtro codice corruptè legitur ריס, de qua voce ſuprà lib. 3. c. 17. n. 15. dictum eſt.

וילכדה ביד רמה ויסע משם וילך ויצר
על גלוזאם ועל סלוכואם ויצר עליהם
וילכדם וילכוד את גלסרי ואת גבע
אנטוכום היא העיר הגדולה ויהרוג
גם את דימהריאום במקום ההוא׳ וישב
יהושלם מקץ ג׳ שני׳ אשר הלך למלחמי
ויקבלוהו כל היהודים בכבודי גדול
ויהללו אותו בתוך הזונים על גבורתו
בעת ההוא׳ וידבר היהודים בכל הארץ
וימשילו בכל ארץ אדום ובכל ארץ
מואב ועמון ובכל ארץ פלשת ובכל ארץ
העיב עד סלע מרברה׳ ואלה שמות
הערים אשר לא הרם המלך אלסכנדר
בלכתו אותם במלחמה ויהי מהם בתוך
הים מגדל סיהרטון ואפולוני׳ ואשדוד
ועזה

oppugnavit eamque cepit, dein caſtris motis Haſmonam (21.) obſedit eamque vi expugnavit, inde Gaulam (22.) ac Seleuciam oppugnavit urbesque illas ſubjugavit, Gaſalam (23.) quoque & collem (24.) Antiochi, quæ urbs maxima fuit, cepit, ibique Demetrium interfecit; (25.) poſteà triennió exactô, (26.) ex quo in bellum profectus erat, Hieroſolymam reverſus eſt, ubi à Judæis omnibus ſummo cum honore exceptus ac Græcorum more ob fortitudinem ab iisdem celebratus fuit. (27.) Judæi itaque per univerſam Syrorum (28.) Idumæorum, Ammonitarum, Palæſtinorum & Arabum regionem usque ad Petram deſerti (29.) dominati ſunt: captarum verò urbium, quas rex Alexander haud everterat, hæc ſunt nomina: nimirùm in litore maris Turris Stratonis, Apollonia, (30.) Asdod, Gaza, Anthedon (31.) Rephaim, (32.) Rhinocura

(21.) A Joſepho lib. 13. c. 23. vocatur Ἐσσα.

(22.) Hebr. על גאולם ועל סלוכואם ita hic cum Munſtero lego ac verto, nam apud autorem noſtrum nomina iſta corrupta ſunt. vid. infrà h. c. num. 35. & num. 36. Joſeph. dict. cap. 23. legit: Gaulanam & Seleuciam, ſic & lib. 1. de Bell. Iud. cap. 4. vid. & Egeſipp. de Bell. Iud. lib. 1. c. 12. Si quis conjecturis locus, fortè pro גאולם legendum eſt: גמלא Gamala, nam & hæc urbs infrà lib. 6. c. 24. num. 7. & 8. urbi Seleuciæ ab autore noſtro conjungitur, vid. not. ad dict. c. 24. n. 7 & 8.

(23.) Hebr. גסלא ita & hic juxtà Munſteri codicem legere ac vertere volui, Joſephus eod. libr. 13. c. 23. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 4. videtur urbem hanc appellare Gamalam, conſer. & Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 12.

(24.) Sic Munſterianum codicem ſecutus hic vertere volui, Joſephus dict. loco vocat Ἀντιοφέμγγα ſic & libr. 1. de Bell. Jud. cap. 4. nominat.

(25.) Joſephus eod. lib. 13. c. 23. ſic ſcribit: Ἀλέξανδρος ἐγκαλῶν Δημητρίῳ πολλὰ τῶν τῶν τόπων ἄρχοντι, περιέδυσιν αὐτὸν, i. e. Alexander Demetrium, locorum principem multis increpans ſpoliavit. (ſcil. ditione ſua) vid. id. Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 4. conſer. & infrà lib. 6. c. 33. n. 25.

(26.) Conſentit Joſephus eod. lib. 13. cap. 23. & lib 1. de Bell. Jud. c. 4.

(27.) Cum tripudiis ſcil. nam & in Munſteri codice pro ויהללו אותו legitur: וידלגו, unde idem Munſterus vertit: ſaltantes more Græcorum.

(28.) Hebr. אדם, ſic Munſteri codex hîc addit, id quod & ego melioris ſenſus cauſa retinui.

29.) Vid. quæ ſuprà h. lib. 4. c. 11. n. 4. de hac urbe notata ſunt.

(30.) Item Joppe ac Jamnia, quas urbes hîc interſerit Joſephus lib. 13. c. 23.

(31.) Hebr. אנשירנום, ita hic Munſteri codex, quem potius hoc loco ſequi volui, quam noſtrum, ubi corruptum habetur nomen: אנטירנום i. e. Anthirnus.

(32.) Ῥαφίαν nominat Joſephus eod. lib. 13. cap. 23.

ועזה ואנטירנום ורפאים ודיוקרה וארץ
תבורון וארץ מרשה אשר לאדום וארץ
שטיפולי אשר לאדום ואת גדרה וארץ
גולן ואת סלאוניא ואת גבולה וארץ
חשבון וארץ מריבא וארץ בחורו וארץ
מיגן ואת עין זורה ואת קולוקים וארץ
אולן ואת פולן׳ כל אלה הם הערים
אשר לא הרם המלך אלסכנדר כי באו
בכבודי עמו וימולו ארץ בשר ערלתם
וישבו בעריהם גם מעת מלך אדם קיים
ליהודאל עשר עריים בצוותי ויהר ערי
אדם הרם המלך׳

nocura (33.) Hebron, (34.) Mareſa, ad Idumæos pertinens, ac Scythopolis, quæ Idumæorum quoque urbs fuit, item Gadara, Gaula, (35.) Seleucia, Gabala, (36.) Hesbon, Medaba, Bechuroth, Megan, Enzora, Colicos, Olan, (37.) & Pelan, (38.) omnes haſce urbes rex Alexander haud everterat, quia eidem fœdere junctæ erant, earumque incolæ circumciſionis vinculo nexi in urbibus ſuis habitârunt, decem quoque oppida munita regis Syriæ Iſraëlitico regno adjecit; reliquas autem Syriæ urbes everterat.

CAP.

(33.) In noſtro codice corruptè: דיוקרה legendum enim juxtà Munſterum רינקורה i. e. Rhinocura, ſic & à Livio Hiſtor. lib. 45. cap. 11. circà fin. nominatur, Cosmographia Ptolemæi habet: Rhinocorura, ſic & Epiphanius lib. 2. Hæreſ. 66. fol. mih. 300. urbem hanc nominat ac ſcribit, in illa diviſionem terræ factam eſſe à Noa inter tres ipſius filios, atque hanc urbem Νιτὰ (Hebraicè נוח) vocari, quod ſignificet κλῆρος i. e. ſortes, conſer. & Diodor. Sicul. lib. 1. fol. mih. 38. ubi tradit, unde Rhinocorura nomen ſortita ſit, Joſephus habet Rhinocolura, ſed ex errore ſcriptoris, ut putat Munſterus hîc in notis; vid. tamen Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmiſſ. cap. 1. §. 4. & cap. 8 §. 6.

(34.) Joſephus eod. lib. 13. cap. 23. hîc ita legit: Ἄδωρα καὶ Μάρισσαν & Σαμάρειαν, alia quoque adjicit loca, ut Carmelum & Itabyrium montes conſer. & Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 1. Cæterum de urbe Hebron vid. plura apud Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmiſſ. cap. 49.

(35.) Γαυλανῖτιδα vocat Joſeph. lib. 13. cap. 23. Gaulanem Egeſippus dict. lib. 1. cap. 12. autor noſter nominat: גולן, vid. ſuprà h. cap. n. 22. ubi vocatur גאולם hinc videre licet, autori noſtro vel illius exſcriptori nomina propria eorumque accuratam recenſionem parum curæ fuiſſe, qua de re aliquoties jam dictum eſt; cæterum in Munſteri codice id nomen penitùs hic omiſſum eſt.

(36.) Sic cum Joſepho lib. 13. c. 23. verto גבולה quod nomen in Hebræo hic habetur, in Munſteri codice poſt vocem hanc additur: אשר לעואב quæ ipſe vertit: Terminus Moabitarum, atque ita vocem גבולה appellativè, non ut nomen proprium, accipit, Joſephus dict. loco habet: Μωαβίτιδας ſcil. πόλεις i. e. Moabitarum urbes (cepit Alexander) nimirum quæ hic recenſentur, nempe Hesbon, Medaba &c. etenim ab autore noſtro urbes & loca referuntur, quæ Alexander tàm in litore maris, quàm Idumæa ac Moabitarum regione ceperit atque Judaicæ ditioni adjecerit, quare ſingulatim hîc recenſetur, ad quasnam provincias unaquæque urbs ſpectârit; Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 12. urbem hanc Gabalam vocat Gamalam (al. Gamellam,) vid. ſupr. h. cap. n. 22. ibique not.

(37.) Hebr. קולוקים ואת אולן ſic autor noſter ſive interpolator ignorantiâ Græcæ linguæ, ut puto vertit κυλίκιον αὐλῶν, uti apud Joſephum lib. 13. c. 23. habetur, de quo vid. num. ſequ. 38. pro אולן autem quod hic in noſtro codice corruptè habetur, legendum eſt אולן juxtà Munſteri codicem, ut & Joſephum, de quo dict. n. ſequ. 38. h. cap.

(38.) Hæc urbium nomina pleraque in codice noſtro corrupta leguntur, Joſephus eod. lib. 13. cap.

CAP. XIII.

EOdem tempore rex in morbum incidit, febrim scilicet quartanam, (1.) quamvis autem eâ per triennium jactatus sit, à bello tamen haud destitit; sed contra urbem Ragabam (2) quæ ad Bagorem, (3.) Macedoniæ principem, spectabat, exercitum eduxit eamque longo tempore obsedit, nam uxorem ac pellices suas in castris secùm habebat: cùm verò mortis tempus instaret, regina Alexandra (4.) regem adiens: notum tibi est, inquit, quasnam inimicitias cum Pharisæis gesseris; filii autem tui parvuli sunt, & ego fœmina, cuinam igitur me relinques aut cujusnam fidei me commendabis? (5.) his dictis cùm in lachrymas ac fletus regina erupisset, Alexander, veni, ait, consilium tibi dabo, à quo si nunquam recesseris, & tibi & filiis meis res benè vertet, cùm mortuus fuero; corpus meum, quantum poteris, absconde, (6.) ne ab ullo homine istius populi conspiciatur, illudque aromatibus condi, sicuti in regum defunctorum corporibus fieri consvevit, atque ungventis illitum, ne putrescat, diligenter custodi, donec urbs ista capta fuerit, quâ expugnatâ corpus meum, perinde atque ægrotum quendam, tecum Hierosolymam asporta, nec arcanum istud cuiquam revela, præterquàm eunuchis tuis, quos tibi fidos esse noveris; posteaposteaquàm verò Hierosolymam veneris, convoca Pharisæos hostes meos, eisque arcanum hoc detege atque corpus meum illis trade, eosque hunc in modum alloquere: (7.) en Alexandrum, hostem vestrum, mortuum, ecce corpus ejus! statuite jam de illo, quodcunque vobis visum fuerit; nam si ad illos ita verba feceris, non solùm magni te æstimabunt, sed etiam corpus meum honorificè sepelient, novi enim ingenii ipsorum bonitatem, quòd inimicitias non servent, sed ad misericordiam inclinent; iidem etiam in regni administratione adjumento tibi erunt, quia gens omnis Judaica eorundem dictis morem geret, nam populum Domini in potestate sua habent adeò, ut eorum arbitrio obtemperet; tu verò, quæcunque tibi dixerint, facias nec ab eorum consiliis deflectas, (8.) sed quodcunque illis placuerit, ad effectum deducas & tamdiu super urbem ac populum regnes, donec pueri ad adultam ætatem perveniant. Regina igitur his dictis morem gerens urbem in potestatem suam redegit, posteà Hierosolymam profecta Pharisæos (9.) convocavit & ad illos omnia, quæ Alexander ei præceperat, locuta est; posteà Pharisæi convocata multitudine regem maximâ funeris pompa sepeliverunt, (10.) habitaque ad populum oratione Alexandram, regis uxorem, super omnes Judaicæ & Israëliticæ gentis urbes reginam constituerunt, sic nulla in re vanum fuit Alexandri consilium; dies autem, quibus ille

ויהי בעת ההוא ויפול אלסבנדר המלך בחולי ויהי חוליו קדחת רביעית ואת כי האריך עליו הולי הקדחת ג' שנים לא סר מן המלחמה ויוסף צבא עד רגבה אשר לבגרים המקדוני ויצר עליה ימים רבים כי יצא במחנהו עם אשתו ועם פלגשיו ויהי בהגיע יום מותו ותלך המלכה אלסבנדרה אשת אלסבנדר המלך ותאמר לו אתה ידעת את רעתה אשר היתה לך עם הפרושים ועתה שני בניך הם קטנים ואני אשה אל מי תעזבני וביד מי תפקדני והבן אלסבנדרה המלכה מאר לפני המלך ויאמר לה המלך באי אעיצך גא עצה ולא תסור ממנה ויטב לך ולבני אחרי והיה במותי השתירי את גופי מכל העם הזה וחנטי אותי כאשי ועשי לחנוטי ומשחת אותי בבשמי לבלתי יבאש וגנזי אותו עד לכדך את העיר הזאת והיה בלכדך את העיר הזאת השאי את גופי עמך אל ירושלם באיש אשר הוא תלה ואל תגלי סודך כי אם לסריסיך הנאמנים לך והיה בבואך ירושלם קראי הפרושים איבי וגלי להם הסוד ומסרי להם גופי ודברת אליהם כדברים האלה הנה אלסבנדר איביכם מת והנה לכם את גופו עשו בו המשפט כטוב בעיניכם כי אם כדברי תאמרי אליה הנה הם ביותר יכבדו אותך ואיתי יקבירו בכבוד כי אנכי ידעתי את יצרם הטוב כי אינו לא יעזבו אבל הם וחמנים והם יעזרו אותך על המלכות כי כל העם ישמע לדבריהם ולהם ממשלה על עם יי לעשות כרצונם ואת עשי כל אשר יצוו אותך הם ולבי בעצתם ועשי הטוב בעיניהם ומלכי על העיר ועל העם עד אשר יגדלו הנערים והעש המלכה כן ותלכד את העיר ואחרי לכדה אותו והלך אל ירושלים והקרא אל הפרושים ותאמר להם בכל אשר צותה אותה אלסבנדר לאמר להם ויקראו הפרושים ארז העם ויקברו את המלך בכבוד גדול וידברו באזני העם וימליכו את אלסבנדרה המלכה אשת אלסבנדר המלך על כל ערי יהודה וישראל ולא נפל דבר מדברי אלסבנדר ארצה והימים אשר

cap. 23. ita habet: Ἐστεξῶν, Μήδαβα, Λεμβᾶ, Ὀεωνας, Τελίβωνα, ζαρᾶ, κιλίκιον ἀυλῶνα, πέλλαν, &c. confer. & Egesipp. dict. l. 1. c. 12.

(1.) Consentit Josippi Epitome pag. mih. 61. ut & Egesippus l. 1. de Bell. Jud. 12.

(2.) Sic etiam Josephus dict. l. 13. cap. 23. urbem hanc nominat, cui & Josippi Epitome pag. 62. consentit.

(3.) בגרים, ita hîc in nostro codice, nonnulla exemplaria habent: בגרום, Munsterus legit: יגרים, ac vertit: Gerasenorum urbem, cui etiam Josephus eod. lib. 13. c. 23. ferè consentit, ubi scribit, Alexandrum in Gerasenorum finibus, cum Ragabam trans Jordanem obsedisset, vitam finiisse, confer. id. Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 4. in dicta Josippi Epitome pag. 62. scribitur, quòd Ragaba in terra Moab sita fuerit.

(4.) Hæc Alexandra etiam הילנא seu אולינא i. e. Helena sive Oleina vocata est, vid. supr. lib. 1. c. 21. n. 31. ibique not.

(5.) Confer. hic Josippi Epitom. pag. 63.

(6.) Consentit Josephus dict. lib. 13. c. 23. vid. & Josippi Epitom. pag. 63. & seq.

(7.) Confer. hic Josippi Epitom. pag. 64.

(8.) Idem refert etiam Josephus dict. lib. 13. c. 23. extat in Talmud regis istius Alexandri Jannai monitum, ipsius uxori datum, ne extimesceret nec Pharisæos nec eos, qui minimè tales sunt; sed ab iis fucatis, qui similes Pharisæis sunt, quorumque opera, cum sint paria operibus Simei, poscunt tamen mercedem, qualis obtigit Pinchaso, nempe qui pietatem vultu, gestu, habitu præ se ferentes astutam vapido gestant sub pectore vulpem, Vid. D. Wagenseil. Sot. Excerpt. Gemaræ 11. capitis 3. p. 544. & p. 549. n. 13. & n. 14.

(9.) Horum mores Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 12. describit, quòd fuerit genus hominum secundum legis doctrinam exercitatum, secundum qualitatem affectus callidum, avidum negotiorum, pecuniæ appetens, Jesuitarum, quos vocant, hîc ingenium describi censeas.

(10.) Consentit Josephus dict. lib. 13. cap. 24. in Josippi Epitom. pag. 65. inter alia referuntur hæc Pharisæorum verba: licet peccator fuerit, (Alexander rex) tamen mors erit ipsi expiatio omnium suarum iniquitatum.

regnavit ſuper univerſum populum Iſraëliticum ac Judaicum, fuerunt anni viginti ſeptem (11.) mortuusque ad populum ſuum collectus eſt: cætera præclarè ac fortiter ab illo geſta tàm in Joſephi, Gorionis filii, libro, qui apud Romanos habetur, quàm in Annalibus Romanis ſcripta reperies. Rex igitur cum patribus ſuis obdormivit eique Alexandra uxor in regno ſucceſſit, (12.) quæ, dum in regio ſedit throno, Phariſæorum doctores eorumq; principes convocavit, (13.) atque illis poteſtatem ſuper omnem populum dedit, certos etiam miſit homines, qui Phariſæos ex omnibus locis, ubicunq; illi metu Hyrcani, ſoceri ſui, & Alexandri, mariti ſui, profugerant, reduceret, cùmque duos filios ſuos jam adoleſcere videret, Hyrcano, (14.) filio ſuo natu majori (is tertius fuit Hyrcani nomine appellatus) ſummum dedit ſacerdotium, quia animi integritate, æquitate & humilitate præditus erat; (15.) Ariſtobulum autem, filium natu minorem (qui ſecundus ejus nominis fuit) exercitui præfecit, nam corporis pulchritudine atque decoro aſpectu inſignis erat pedumque velocitate præſtabat, (16.) quapropter illum Sadducæorum (17.) principem conſtituit, ut copiis militaribus præeſſet, cunctos etiam Phariſæos, quos ſocer ejus ac maritus carceribus incluſerant, vinculis exſolvit (18.) omnes-

אשר מלך אלכסנדר המלך על כל עם
ישראל ויהודה בו׳ שנה וימת ואסף אל
עמיו ויהר דבורי וגבורותיו וכל אשר
עשה הלא הם כתובי׳ על ספר יוסף בן
גוריון אשר צוצל הרומים ועל ספר
מלכי הרומים וישכב המלך עם אבותיו
והמלך אלכסנדרה אשתו החזיק ויהי
כשבתה על כסא מלכותה ותקרא רבי
הפרושי׳ ושריה׳ ותתן להם ממשלה על
כל העם ותשלח ותבא את הפרושי׳ מכל
המקומות אשר ברחו אליהם מפני חמיה
הורקנוס ומפני אלכסנדר בעלה׳. והרא
המלכה כי הזקנו שני בניה לבוא באנשי
ותתן להורקנוס בנה הגדול הוא
הורקנוס השלישי לשם הורקנוס את
הכהונה הגדולה כי היה איש הם וישר
ועני׳ ואת אריסתובלום בנה הקטן
והוא אריסתובלום השני לשם אריסתובלום
הבקידה לשר הצבא כי היה בחור יפה
תואר ויפה נואה וקל ברגליו ותפקידהו
בראש הצדוקים להוציאו לשר הצבא׳
ועוד שלחה ותוציא מבית האסירים כל
הפרושים

(11.) Idem refert Joſephus loc. alleg. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 4. cui etiam Joſippi Epitom. pag. 62. & 66. adſtipulatur; Egeſippus autem lib. 1. de Bell. Jud. cap. 12. ſcribit, eum 26. annis regnâſſe.

(12.) Confer. Joſeph. dict. lib. 13. c. 24. & l. 1. de Bell. Jud. c. 4. it. Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 1. c. 12. ac Joſippi Epitom. pag. 66.

(13.) Conſentit ferè Joſephus. loc. alleg.

(14.) Hic etiam טוניבז i. e. Munbas, dictus eſt, ſi qui dem fides habenda autori libri illius blaſphemi, cujus inſcriptio eſt: תולדות ישו, quem apud D. Wagenſeilium in Tractat. Tela ignea Satanæ, invenies, confer. & inſt. lib. 6. c. 5. n. 21. & c. 30. n. 10. ibique not.

(15.) Joſephus dict. l. 13. cap. 24. ſcribit, Hyrcanum βίον ἡσύχιον i. e. vitam quietam amâſſe, vid. id. Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 4. & Egeſipp. de Excid. Hieroſol. l. 1. cap. 12. ac Joſippi Epitom. pag. 66.

(16.) Ariſtobulus à Joſepho dict. loc. vocatur θρασυτὴς καὶ θαρσαλέος i. e. audax ac temerarius, confer. & Joſeph. l. 1. de Bell. Jud. c. 4. & Egeſipp. loc. alleg.

(17.) Hos Sadducæos Joſippi Epitome pag. 66. & ſeq. videtur vocare קראים, vid. quæ ſuprà h. l. 4. c. 6. n. 7. annotata ſunt.

(18.) Idem refertur in Joſippi Epitom. pag. 67.

mnesque traditiones, (19.) quas ſocer ac maritus ejus irritas fecerant, ſtabilivit, ad omnes quoque reges, quos Hyrcanus, ſocer ejus & Alexander, maritus, ſubjugaverant, legatos miſit, ut filios ſuos obſides darent (20.) quos illa, cùm ad ſe deducti eſſent, probè ſervavit ac ſecùm retinuit, ne eorundem parentes à ſeſe deficerent.

הפרושים שאסר חמיה ואישה והקיים כל
התורה אשר הפרו חמיה ובעלה ותשלח
המלכה לכל המלכים שכבשו הורקנוס
חמיה ואלכסנדר אישה׳ לתת לה את
בניה׳ לערבון ויביאו לה׳ את בניהם
ותקחם ותתפשם והעבים אתה להיותם
לערבון לה׳ למען לא יפשעו אביהם
מהחת יהה׳

CAP. XIV.

ותמלך המלכה עלי ישראל ויהודה
בחת בדשקט ובשלוה ואין שטן ואין
פגע רע בימיה וישלחו כל המלכי אשר
סביבותיה אליה מנחות כסף וזהב מדי
שנה בשנה כל ימיה ויהי בישראל ויהודה
שלום ואמת בימיה׳ וק רבי הפרושי׳
אחרי כן העזו מריבי׳ ומלחמו׳ עם שרי
הצדוקי׳ ויבואו שרי הפרושים ועמהם
הורקנוס הכהן הגדול בן המלכה ויאמרו
אליה׳ לאמ׳ גברתינו המלכה׳ לעולם
חנוי

Alexandra itaque regno Iſraëlitico atque Judaico quietè, tranquillè & pacificè præfuit, nec hoſtem ullum aut caſum adverſum, quamdiu vixit, experta eſt, omnes quoque finitimi reges quotannis ei munera aurea & argentea miſerunt toto vitæ illius tempore, ſic pax & veritas ipſius ætate in populo Iſraëlitico ac Judaico viguerunt, (1.) ſed primores (2.) Phariſæorum contentiones & jurgia adverſùs Sadducæorum principes excitârunt. Nam Phariſæorum magnates unà cùm Hyrcano, ſummo Sacerdote, reginæ filio, ad ipſam venerunt & in hunc modum verba fecerunt: Domi-

(19.) Sic melioris ſenſus cauſa dictionem תורה, quæ aliàs in genere legem notat, hic vertere volui, ſecutus Joſippi Epitomen pag. 67. ubi dictio מנהג i. e. mos, ſtatutum, &c. habetur, & Joſephum, l. 13. c. 24. qui vocat τὰ νόμιμα, vid. quæ ſupr. h. l. 4. c. 6. n. 10. notata ſunt.

(20.) Munſterus hunc locum aliter & quidem ita legit: ותקח את בתיהם הגאים הגדולים והנכוחים ותיו ביוק לערבון וכ׳ i. e. & accepit domos eorum pulchriores, majores & excelſiores pignoris loco &c. prout idem Munſterus tranſtulit; ſed codicis noſtri lectio Munſterianæ præferenda mihi videtur, præprimis, quia etiam Joſephus l. 13. c. 24. ſcribit, Alexandram à finitimis tyrannis ὅμηρα λαβεῖν i. e. obſides accepiſſe; cui & Joſippi Epitome pag. 67. conſentit, huc faciunt, quæ R. Salomo ad 1. Reg. c. 20. v. 14. notavit, dum ſcribit, pueros principum provinciarum eſſe filios principum cœterarum gentium, à quibus filii dati erant obſides, ne à rege Iſraëlitico deficerent, hi dicuntur בני התערבות 2. Reg. c. 14. v. 14. ubi autor Vulgatæ vertit: obſides, Lxx. vero τοὺς υἱοὺς τῶν συμμιξίων filios commixtorum (commiſtionum) tranſtulerunt.

(1.) In codice Munſteriano hic adjecta ſunt iſta: מפניו וב חכמתה ויסר השוב שהיתה נותנת בעצתה i. e. propter excellentem ſapientiam ejus & optimam ordinationem, quam ſano ſuo conſtituerat conſilio, prout Munſterus ibidem vertit.

(2.) Sive Doctores, nam dictio רבי hic in Hebræo habetur, quæ utramque recipit interpretationem.

na noſtra regina, in æternum vivas! trade, quæſumus, poteſtati noſtræ (3.) principes Sadducæorum, qui regi Alexandro, marito quondam tuo, malum iſtud conſilium dederunt, ut nos odio proſequeretur & octingentos Phariſæos ſuſpendiò necaret eosque crucibus affigeret, quò illos juxtà legem judicemus; his regina reſpondens: en ipſos, ait, in manu veſtra, (4) ſtatuite de illis, prout vobis ſuerit viſum: quapropter primores Phariſæorum Diogenem, (5.) Sadducæorum principem & alios cum eo multos interfecerunt, tunc Sadducæorum primores unà cum Ariſtobulo, (6.) reginæ filio, exercitus duce, ad Alexandram venerunt eamque ſic allocuti ſunt: Regina, Domina noſtra, in perpetuum vivas & per omnem vitam tuam in hoſtes populi Domini imperium exerceas! ne obliviſcaris, Domina noſtra, incontaminata ac ſancta regina, omnium moleſtarum, quas ſimùl cum Alexandro, marito tuo, ſuſtinuimus, & cunctarum adverſitatum, quas in atrociſſimis maximisque præliis cum ipſo perpeſſi ſumus, dum vitam noſtram pro illius ſalute diſcrimini expoſuimus, bellumque pro ejusdem incolumitate geſſimus, illumque è manu omnium, qui ipſius ruinam & interitum quæſiverunt, eripuimus, cur igitur tanquam oves ad victimam ductæ nunc mactamur absque ullo noſtro peccato, crimine vel injuriâ à nobis commiſſâ? dum Alexandri, mariti tui, hoſtes in noſtram perniciem extollis; nos autem, qui illius amici fuimus, deprimis, nobis ſanè oppreſſis omnes inimici tui exultabunt, Areta quoque (7) rex Arabiæ, aliique hoſtes tui, ſi ad

(3.) Vid. Joſeph. eod. lib. 13. cap. 24.
(4.) Conſentit Joſippi Epitom. pag. 68.
(5.) Ita Joſephum l. 13. c. 24. & l. 1. de Bell. Jud. c. 4. ſecutus hic vertere volui, nam ריאונים, quod nomen hic in codice noſtro habetur, dubio procul corruptum eſt, Munſterus legit: ריאונוס quod ipſe tranſtulit: Dionum, ſed ריאוגנים erit legendum, Egeſippus quoque l. 1. de Bell. Jud. c. 1. nominat Diogenem; Joſippi Epitome habet: Dogrum, vitiosè ut puto.
(6.) Conſentit Joſephus dict. l. 13. c. 24. & Egeſippus loc. alleg. confer. & Joſippi Epitom. pag. 68. & ſeq.
(7.) De hoc ſuprà h. l. 4. c. 11. n. 3. dictum eſt, confer. & Joſippi Epitom. pag. 69. vid. & infra h. l. 4. c. 18. n. 6.

ad illos ejus rei fama pervenerit, maximô afficientur gaudiô, qui quondam ad ſolam nominis noſtri mentionem, quæ coràm Aretâ cœterisque Dei noſtri hoſtibus fiebat, in iis, in quibus degebant, locis commovebantur, expalleſcebant ac contremiſcebant, atque multo magis, dum noſmet ipſos oculis ſuis videbant ac fortitudinem noſtram in præliis experiebantur; abſit quidem à nobis, Domina noſtra, ut præcepta tua transgrediamur aut à lege deficiamus! Tu enim regina es, nos verò ſervi tui ſumus; illud tamen ſcias, Regina Domina noſtra, quòd jugum principum Phariſæorum, inimicorum noſtrorum, non amplius feremus nec tanquam oves, ad victimam ductæ, eorundem manibus moriemur. Nunc itaque, ſi tibi viſum fuerit, Hieroſolymis egrediemur ad urbes Judaicas, humilesque & abjecti potius vivemus, quàm ut calamitates populi noſtri ulterius conſpiciamus; his dictis in fletum & lachrymas proruperunt ipſamque reginam ſimùl ad fletum moverunt: tunc Ariſtobulus aperto ore in matrem imprecationes (8.) ac maledicta evomens omnia animi ſui ſenſa, quæ pectore fovebat, ſtolidè deprompſit; regina autem mulierum more ſeſe geſſit ac nullo captato conſilio eisdem reſpondens: egredimini igitur, ait, Hieroſolymis & eligite vobis urbes Judaicas easque incolite, (9.) nec ſimùl cum primoribus Phariſæorum, inimicis veſtris, Hieroſolymis habitate. Quocircà mandatum iſtud ſecuti principes Sadducæorum (10.) Hieroſolymis egreſſi ſunt & ex ſuorum numero exercituum duces elegerunt urbesque occupârunt, quas deinde Sadducæi incoluerunt.

(8.) Sic etiam in Joſippi Epitome pag. 69. dicitur, quòd Ariſtobulus contra matrem ſuam protulerit עזות i. e. gravia ac moleſta verba.
(9.) Joſephus dict. l. 13. cap. 24. ſcribit, Alexandram Sadducæis urbium locorumque præſidia commiſiſſe, exceptis Hyrcaniâ, Alexandreo & Macherunte, vid. Id. Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 4.
(10.) Hi Sadducæi in Joſippi Epitom. p. 69. & alibi paſſim vocantur מינים i. e. hæretici ſeu Sectarii.

CAP.

CAP. XV.

EOdem tempore Damaſcus (1.) à populo iſraëlitico ac Judaico defecit, Ptolemæus (2.) enim, Menelaus dictus (3.) rebellionem in hac urbe excitaverat, ne tributum reginæ Alexandræ quotannis, prout moris erat, penderetur. Regina itaque Ariſtobulum, filium ſuum, cum exercitu iſtius populi, qui primores Phariſæorum ſequebatur, miſit, eorum quippe, qui à Sadducæorum ſtabant partibus, copiæ eisdem adjunctæ non erant, utpote quæ Hieroſolymis egreſſæ Judaicas urbes occupaverant easque incolebant. Ariſtobulus igitur, dux regiarum copiarum, exercitum populi, qui Phariſæis adhærebat, absque militibus Sadducæorum Hieroſolymis eduxit adverſùs urbem Damaſcum; ſed cum dedecore & ignominia domum reverſus eſt. (4.) Eodem tempore Tigranes (5.) quoque, Armeniæ rex, cum 300000. militibus, (6.) loricâ indutis, exercitu ſcilicèt maximô ac validiſſimô, egreſſus terram Judaicam invadere ſibi propoſuerat: quô cognitô regina unà cum populo Judaico valdè exterrita legatos ac munera Tigrani, qui tunc Acconem, (7.) quæ eſt Ptolemais, oppugnabat, miſit; legati autem reginæ, Tigranem metuentes, fidem ab eo petierunt publicam, quam ille quoque manu

ובעת ההיא פשעו עוד דמשק על
ישראל ויהודה כי הלמו הנקרא מנלאוס
פשע בהוכיח לבלתי תת מס למלכת
אלכסנדרה כחק שנה בשנה ותשלח
המלכ' את אריסתובלוס בנה עם צבאות
העם אשר עם רבי הפרושי כי לא היו
עמהם צבאות העם אשר עם הצדוקי כי
יצאו מירושלם וישבו בערי יהוד' אשר
הפשו להם. ויצא אריסתובלוס שר צבא
חיל המלכה אלכסנדרה עם צבאות העם
אשר עם הפרושים מבלתי הצדוקים
מירושלם וילכו דמשק ויבואו שם וישובר
אחר כך בבשת וכלמה. ובעת ההיא
יצא תיגראן מלך ארמיניאה בשלש
מאות אלף לובשי שריונות עם רב ועצום
וישם פניו לבוא אל ארץ יהודה.
וישמע המלכה את הדבר הזה ותפחד
המלכה והעם מאד מפני תיגראן ותשלח
מלאכים ומנחה לקראתו וימצאוהו נלחם
בעכו היא הלמירדה ומלאכי המלכה
שלחו

(1.) Confer. Joſeph. eod. libr. 13. c. 24. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 4. vid. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 1. c. 13.

(2.) Hæc & quæ ſequuntur, usque ad: ne tributum reginæ &c. deſunt in Munſteri codice.

(3.) Ptolemæum Mennæum vocat Joſephus eod. cap. 24. ejusdem Ptolemæi Mennæi mentionem facit etiam Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 23.

(4.) Joſephus dict. cap. 24. ita ſcribit: ὁ Ἀριστόβουλος δὲ ἐπράξας οὐδὲν ἀξιόλογον ἀνεχώρησε, i. e. Ariſtobulus cùm nihil memorabile geſſiſſet, reverſus eſt, vid. idem Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 4.

(5.) Vid. Juſtin Hiſtor. lib. 40. c. 1. n. 3. & ſeq. it. Joſeph. eod. lib. 13. cap. 24. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 4. confer. etiam Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 13.

(6.) Joſephus eod. lib. 13. cap. 24. ſcribit, Tigranem, Armeniorum regem, μετὰ μυριάδος στρατιωτῶν, i. e. cum 500000. militibus Syriam invaſiſſe.

(7.) Vid. ſuprà l. 3. c. 17. n. 11. it. h. lib. 4. c. 9. n. 14. & Joſeph. dict. lib. 13. c. 24. qui ſcribit, reginam Selenem, quæ & Cleopatra dicta ſit, tunc temporis Syriæ præfuiſſe, confer. idem Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 4.

שלחו ל היגראן לשלות לה' אמנה כי
פחדו ממנו וישלח תיגראן יד אל
המלאכים ואל המנחה וישאל להם
לשלו' המלכ' ויהללה ויברכה ויכרות
ברית עם מלאכיה'. בעת ההיא הוגד
לתיגראן לאמ' כי לוכולם שר הנמ
ברופו ארץ מתרדאת ולא השיגו נמלט
בהרי פרס ועתה שב ויפשט גדוד בארץ
ארמיניאה'. וכשמוע תיגראן ארץ הדבר
ויסגר וילך אל ארמיניאה להושיע ארץ
ארצו ולהצילה מיד לובלאם ויאמר
תיגראן טוב לנו לשמור את ארצנו אשר
ידענוה מלתמוד ארץ נבריה אשר לא
ידענה' בימ' דהם חלחה המלכה
אלכסנדר' את חליה אש' מתה בו ויראו
אריסתובלוס כי קרבו ימ' אמו למות
ויעזוב את אשתו ואת בניו בירושלם
עם משפחת' להיותם לו לעזרה מן העיר
והוא לקח עמו אחד מאהביו ויצא
מירושלם לילה וילך לבא אל ערי יהודה
לגור באשר יגורו הצדוקי אחבי אביו
ובהחלה

manu ſua iisdem miſit, acceptisque reginæ muneribus legatos de illius ſalute interrogavit eamque laude ac præconiô extulit atque fœdus cum illius legatis pepigit. Iisdem diebus Tigrani nunciatum fuit, Lucullum, (8.) Romanorum Imperatorem (qui Mithridatem perſequebatur, ſed eundem comprehendere non poterat, quia (9.) in montes Perſiæ (10.) profugerat) reverſum cum exercitu in regionem Armeniæ irrupiſſe, quo cognito Tigranes in Armeniam feſtinavit, ut terram ſuam ſervaret eamque è manu Luculli eriperet, dicebat enim: ſatius eſt, regionem noſtram, nobis jam notam, defendere, quàm alienam nobisque incognitam, appetere. Per idem tempus Alexandra, regina morbo laboravit, (11.) quo etiam deceſſit: Ariſtobulus igitur, cùm matrem ſuam morti vicinam animadverſiſſet, uxorem ſuam ac filios Hieroſolymæ unà cum familia ſua reliquit, ut ſibi ex urbe ſubſidio eſſent, aſſumptoque amico quodam Hieroſolymis noctu egreſſus (12.) ad urbes Judaicas venit, ut ibi habitaret, ubi tunc Sadducæi, amici paterni, commorabantur & initio quidem fugæ ſuæ Gibeam, (13.) quo in loco Galuſtus, (14.) amicus ejus, Sadducæorum fortiſſimus, habitabat, venit, qui cum illo Gibeâ egreſſus eſt, ut Sadducæorum copias colligerent.

(8.) Hebr. לוכולום, hic Munſteri codex, quem hic potius ſecutus ſum, quam noſtrum, ubi vitiosè habetur: לוכולם, Lucullum nominat & Joſephus eod. lib. 13. c. 24. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 4. confer. & Juſtin. Hiſtor. lib. 40. c. 2. & Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 13.

(9.) Ita particulam כי, quæ in Munſteri codice habetur; in noſtro autem omiſſa eſt, melioris ſenſus cauſâ hic addere volui.

(10.) Joſephus Antiqu. lib. 13. cap. 24. ſcribit, Mithridatem εἰς τοὺς Ἴβηρας, ad Iberos confugiſſe; fuit autem præter Iberiam, quo nomine tota interdum Hiſpania venit, alia in Aſia ſita, confinis Armeniæ, in Caucaſi montibus poſita.

(11.) Vid. Joſeph. dict. lib. 13. c. 24. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 4. circa fin. confer. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. lib. 1. c. 13. ac Joſippi Epitom. pag. 70.

(12.) Nam timuit, ne Phariſæi Hyrcanum, fratrem ſuum, regem conſtituerent; ſe autem comprehenderent, prout in Joſippi Epitome pag. 70. habetur.

(13.) Joſephus dict. lib. 13. cap. 24. nominat Agabam.

(14.) Hebr. גלוסטום, ita hic in noſtro codice, Munſterus vertit: Galeſtis, ſecutus Joſephum dict. cap. 24. ubi γαλαιστὴς nominatur, in Joſippi Epitome pag. 70. legitur: גלוסתים, Galuſtius vel Geloſtius.

ובתחלת מנחתו ויבא גבעתה מקו אשי
ישב גלוסטום אורבו גבו' הצדוקים ויצא
עמו מן הגבעה ללכת לאסוף את חיל
הצדוקי' ויהי אחרי כן ויגידו למלכ' מי
ברח אריסטובלום בנה וכי הוא הולך
לאסוף את חיל הצדוקים ויגידו לו
לאמר כי הגד אריסתבלום בט"ץ יום
לכד כ"ב עיר ואו המלכה וכל עם יהודה
התחלו להיות ביראה וכהוד כי יתר יושבי
הערים נופלים עליו לעזרתו ותצו המלכה
ללכוד את אשת אריסתובלום ואת בניו
ואת בת משפח' אשתו וילכדום ותצו
עוד ויתנו אותם במשמר מהמשמרי
אשר בנגד ההיכל לבלתי ימצאו מנוסה
ויהי אחרי כן ותגדל יד גבורי הצדוקים
ותרי חזקה מאד מיד גבורי עם יהודה
ויתחברו עם אריסתובלום ויבואו השדה
ויתקעו בשופר ויתנו אות מלחמ' כי
נאסף אליו המון רב מהר הלבנון ומהר
הגליל ומכל ארץ ממשלת ישראל.

rent. Posteaquàm verò reginæ nunciatum est, Aristobulum, filium, aufugisse eo consilio, ut exercitum Sadducæorum conscriberet, cumque fama ad eandem perlata esset, Aristobulum intrà quindecim dierum spatium duas ac viginti urbes in potestatem suam redegisse, tunc regina omnisque populus Judaicus maximo timore perculsi sunt, nam & cœteri urbium incolæ ad illum defecerunt eique auxilio fuerunt. Regina itaque præcepit, ut & uxor Aristobuli ejusque filii, & omnis familia ac cognatio uxoris ejus caperentur, quô facto custodiæ, (15.) è regione Palatii sitæ, mandatô reginæ traditi fuerunt, ne ullus aufugiendi locus eisdem relinqueretur; militum autem Sadducæorum potentia valdè crevit magnumq; illis incrementum accessit è populi Judaici copiis, quæ sese Aristobulo junxerant, quamobrem in campum descendentes tubis inflatis signum belli dederunt, nam ingens hominum multitudo è montibus Libani ac Galilææ (16.) & ex omnibus judaicæ ditionis regionibus ad Aristobulum confluxerat.

(15.) Josephus Antiqu. lib. 13. c. 24. scribit, Aristobuli uxorem ac familiam εἰς τὸ ὑπὲρ τῶ ἱερῶ φρούριον i. e. in custodiam seu arcem, quæ suprà templum sita erat, conjectam fuisse, id φρούριον Josephus lib. 14. c. 1. princ. vocat ἀκρόπολιν, eadem Antonia dicta fuit, confer. id. Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 4. circà fin. Egesippus de Excid. Hieros. l. 1. c. 6. & c. 13. scribit, quòd arx illa primò Baris, postea Antonia dicta sit, confer. id. Egesipp. dict. lib. 1. c. 53. vid. & Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. dict. cap. 4. & supr. h. lib. 4. cap. 8. n. 8. & infr. lib. 6. c. 36. num. 11. confer. & autor tractatus Gallici, qui inscribitur: Histoire Critiqu. des dogmes & des cultes &c. Part. 2. cap. 6. pag. 218. edit. Amstelodam.

(16.) Josephus lib. 13. cap. 24. scribit, Aristobulum copias collegisse ἀπὸ τε Λιβάνε καὶ Τραχωνος καὶ τῶν μεταξὺ à Libano & Trachonitide & provinciarum dynastiis.

CAP.

CAP. XVI.

אז אחזה רעדה גדולה את החקנים
בנה הגדול' ואת זקני הפרושים וגם
המלכה פחדה מאד מפני אריסתובלום
בנה ותחחלת המלכה מאד בדאגת
בנה ובראגת התילי אשר מחה בו או
באו שרי הפרושים לפני המלכ' ועמהם
הזקנים בנה הגדול וישתחוו לפניה
ויאמרו אליה מלכה הקדושה שמעי לנו
כי נדבר אליך דברינו הנה עין יחשב
לנו כי נעשה דבר בלא עציך ואת
בחיים הלא ידעת כי אריסתובלום בנך
הקטן מאיים ומראה לנו פחד גדול כי
הו' מונן ביד רמה לבוא עלינו למחות
את שמינו ולהרוג לאחיו בנך הגדול
החם והישר ועתה מלכתנו הקדושה
ודחכמה הבי עציך ועזחיך ונדעה מה
נעשה ברשיתך. ויען המלכה ותאמר
להם שער מני שעו וסורו מעלי כי עיפה
נפשי מאד ואינני בגבול הזחי ודעה
אני עומד ביכלתי ומשתולל לשלם את
נפשי למלך אשר נתנה ואיבבה תוכלו
לדבר אתי כדברים האלה בעת הזאת
לא עת פנות לנפשי אך עסקו העולם
הזה הוא העת הזאת אבל היא עת
פנותה אל עסקי עולם הנשמות להור
אחר מנוחה ושלום ואתם עשו כטוב
בעיניכם בעסקי המלוכה הנה אהכם
בסף הדב להוב באוצרותי וגם באוצרות
רבות

trio

(1.) Confer. hic Josippi Epitom. p. 71.
(2.) Consentit Josephus dict. lib. 13. c. 24.
(3.) Vid. Joseph. dict. cap. 24.
(4.) Confer. Josippi Epitom. pag. 71.

רבות מאוצרות המלכים אשר היו לפני
והנה לכם צבא הגבורים אשר בהיכלי
ואתם עשו כחפצכם וכחכמתכם כי אני
אין יכלת בי מעת לבוא עמכם בעצה
על דברי מלוכת העולי הזה השפל
תמוזה כי אני הלכת בדרך כל הארץ
ואני עומד היום למשפט איכה אפקיד
רוחי אל האלהים אשר נתנה ויהי
כדברה אליהם כדברים האלה ויחם קצפו
ויבא עתה ויסגור יומה ותמת והאסף
אל עמה והימים אשר מלכה אלכסנדרה
המלכה תשעה שנים ויהיו כל ימיה ל״ג
שנים והאשה אשת חיל מאד ומושלת
ברוחה וכובשת ליצרה ולא הטאה ולא
פשעה באלהים ולא סרה ממצותיו כי
חכמה ודעת היו אתה ועומה לטוב
ואהבה בקרבה ולחב חכמת וגדול שכלה
הגיע לגבול הגדת העיתידות וחכמת
כי הכה היתי מוימה בימיה את אחביה
ומשפילה את אויביה ואת שונאיה ותהי
תשועה גדולה לישראל כל ימיה ועל
כן אחרי מותה תלאות רבות ויצרות
חזקות ומלחמו צמחו בבית מלכותה
עקב אשר בימיה שקטה הארץ והיא
בימיה ארץ אחות מארצות הגוים לא
דמתה ללכת לצור עליה רק ארצות הגויי
אשר

trio & prudentia veſtra agite, neque enim ego vobiſcum de negotiis, regnum hujus mundi vile & abjectum concernentibus, conſultare jam valeo, ſed viam ambulo terræ univerſæ mecumque hodiè conſtituo, quomodo ſpiritum meum Deo, qui illum dedit, commendem, hæc cùm dixiſſet, appropinquavit vitæ finis, horaque venit decretoria, quâ ſupremum obiit diem, mortuaque ad populum ſuum collecta eſt; præfuit autem regno novem annis, (5.) cùm triginta ac ſeptem annos (6.) vixiſſet, fœmina ſanè fuit fortiſſima, animo ſuo imperans ejusque impetum cohibens, nec in Deum peccavit aut ab illius præceptis receſſit, nam ſapientia, prudentia ac calliditate, bona tamen, prædita fuit, adeò, ut eximia prudentia ac ſapientiâ ſuâ ſæpè futura præviderit ac prædixerit; mediante hac inſigni prudentia (7.) amicos ſuos, dum vixit, extulit, inimicos autem ac hoſtes depreſſit, quamobrem magna rerum proſperitas per omnem ejus vitam populo Iſraëlitico contigit; eadem verò mortuâ multæ calamitates, & adverſitates haud leves atque ingentia bella in illius domo regia exorta ſunt; vivente tamen illa terra fuit quieta, nam provinciam alienam ex gentium regionibus, quamdiu vixit, non concupivit, ut eandem invaderet; illas tamen gentium terras, quas Hyrcanus, ſocer ejus & poſteà Alexander, maritus, ceperant ac ſubjugaverant atque ditioni Iſraëliticæ ſubjecerant, regina diligenter cuſtodivit & contrà vim hoſtilem ad mortem usque protexit. Alexandra itaque regina usque ad finem vitæ atque horam mortis decretoriam ſapientiæ & pruden-

(5.) Vid. Joſeph. Antiqu. lib. 13. c. 24. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 4. in fin. it. Joſippi Epitom. pag. 72.

(6.) Hebr. לג, ita hîc in codice noſtro, Munſterianus habet עג ac vertit: ſeptuaginta tres, Joſephus quoque dict. lib. 13. cap. 24. ſcribit, Alexandram vixiſſe ἔτη οβ΄, annos 73. vid. cap. ſeq. 17. n. 11. ibique not.

(7.) Eadem ferè de hac regina ſcribit Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 12. nimirum, quod regnandi jus inoffenſè exercuerit ſine ullo fœminei ſexus impedimento atque moderandi gratiam acquiſiverit ſacræ legis obſervatione &c. quodque haud mediocris mulieri ſpiritus fuerit, ut maxima quæque auderet atque ſuprà fœminei ſexus conditionem prælia diſponeret.

אשר לבד והכה הוקנים תמוה ואחריו
אלכסנדר אישרה והשיבון אל ארץ
ישראל הנה הן שמורה המלכי מאד
ותמלטן מצורה עד יום מותה ותדי
אלכסנדרה המלכה עד יום מותה ועד
ערת פקודת שלמה בשכלה ובדעתה
ולא סרה מנטוות אחוי הצדק הישור
עד אחרית הלדתה עד פרה תמו דברי
אלכסנדרה המלכה הקדושה וידי זכרה
לישראל לישועה ולברכה ולשלום ויתר
דבריה וטוב הגבוהיה וישרה וצדק
ודעתה וחכמתה ועסקיה הטובים עם כל
מלכי הגוי ושלום מלכותה עמהם וכבוד
ישראל וגבורתו בימיה הלא הם כתובים
על ספר יוסף הכהן אשר כתב למלכי
רומה כה אנו יוסף הכהן בן גוריון
הכהן הסופר ארת קורות ישראל ואת
תלאותיו להודיע וכתם למוסר ולהשכי
לבאי אחריו כי יתבוננו בספרינו ומהם
יראוננו כחסדי יי עתה וישר בעיני
לספר את המעשים אשר נעשו בישראל
אחרי מלכות אלכסנדרה המלכי וגם
התלאות אשר מצאו את אבותינו אחרי
עבר עת מלכותה ותומה כי כל כותב
אשר יכתוב ספרים ואשר יגיד דברים
עתיקים ויעיד עליהם עלין לכתוב עלי
סדר ונוחת וישוב דעת לבלתי שכוח את
רמעשי

prudentiæ laude inclaruit nec à juſtitiæ ac probitatis tramite, quamdiu ſuperſtes fuit, receſſit. (8.) Hic finem habent geſta Alexandræ, reginæ ſanctæ, cujus memoria apud populum Iſraëliticum in benedictione, ſalute & pace ſit! cœtera autem (9.) ejusdem facta, ut & morum probitas atque integritas, juſtitia, prudentia, ſapientia, honeſta ſtudia ac negotia cum omnibus gentium regibus ut & regni pax, quam cum finitimis coluit, præterea gloria ac fortitudinis laus, quam populus Iſraëliticus illius ætate conſecutus eſt, ea omnia ſcripta reperiuntur in libro (10.) Joſephi, Sacerdotis, quem Romanis ſcripſit regibus. (11.) Sic ait Joſephus (12.) Sacerdos, Gorionis Sacerdotis filius, qui adverſitates & calamitates, quæ populo Iſraëlitico evenerunt, enarravit, ut illarum recordatio poſteris documento ſit, eisque ſapientiam ingeneret, ſi ejusdem libros attentè evolverint ac perpenderint & ex illis miſericordiam Domini conſideraverint. Nunc animus mihi eſt, (13.) res, quæ poſt regnum Alexandræ in populo Iſraëlitico evenerunt, omnesque calamitates, quibus patres noſtri, finitô Alexandræ regnô, afflicti fuerunt, enarrare: cuivis autem ſcriptori, qui libros componit & de rebus antiquis narrationem inſtituit earumque teſtimonia adducit, incumbit, ut ordine, (14.) quietè & attentè ſcribat neque rerum ſeriem turbet, neq; ea, quæ præterita ſunt, cum iis, quæ poſteà ſubſecuta ſunt, confundat, quapropter Titum, ſcriptorem Romanum, non imitabor, qui, dum librum rerum memorabilium, ab Romanis imperatoribus geſtarum, ſcripſit, prius Eupatoris, qui Antiochi filius fuit,

(8.) Aliud tamen encomium huic reginæ tribuit Joſephus Antiqu. lib. 13. c. 24. circà fin.

(9.) Hæc & ſequentia, usque ad: nunc animus mihi eſt &c. abſunt à codice Munſteriano & videntur à Judæo interpolatore adjecta eſſe, vid. quæ infrà num. 13. h. cap. notata ſunt.

(10.) Innuitur hic Joſephi lib. 13. c. 24.

(11.) Imperatoribus ſeu principibus.

(12.) Nimirum dicto libro 13. c. 24.

(13.) Hic ſit continuatio textus in codice Munſteriano, confer. ſupr. n. 9. h. cap.

(14.) Vid. Joſeph. Antiqu. lib. 14. cap. 1.

mentionem facit, quàm ipsius Antiochi, patris ejus, atque ita rerum ordinem turbavit; eodem quoque in libro res scripsit, quarum veritatem apud autores fide dignos non reperit, quocircà Senatus Romanus ætate mea librum illius igne delendum esse judicavit. Omni igitur scriptori, qui libros, qveis rerum gestarum narratio continetur, componere vult, convenit, ut veritatem in scribendo amplectatur, ne erroris & mendacii convinci pollit, quamobrem jam inde ab hoc tempore ac deinceps omnes, qui me ex populo Israëlitico sequentur scriptores, quicunque historias enarrare volunt, testimoniô isto meo & exemplô utantur ac dicant ita; hunc in modum præcepit Josephus, Sacerdos, qui inter omnes scriptores, apud populum Israëliticum repertos, facilè princeps fuit, exceptis scilicèt Scriptoribus viginti quatuor librorum (15.) sacrorum, qui divinitùs inspirati ac fide digni fuerunt longoque antè me tempore vixerunt, exceptis etiam scriptoribus librorum Sapientiæ Salomonis, regis, qui in pace quiescat! exceptis quoque iis scriptoribus sapientibus populi Israëlitici, qui Spiritus Sancti afflatu vera scripserunt, qui & ipsi ætatem meam præcesserunt. Quapropter ego Josephus, Sacerdos, in libro meo, quem memoriæ ac monimenti causa populo Israëlitico scriptum reliqui, multa collegi è libris aliorum autorum fide dignorum, qui res gestas variosque casus patrum nostrorum scripserunt; quos tamen libros amisimus, has, inquam, res in libro meo in gratiam & utilitatem gentis Israëliticæ conscripsi, idem propositum etiam servavi in magno illo libro meo, quem Senatui Romano scripsi, ut nimirùm multarum rerum testimonia adferrem ex autoribus non paucis fide dignis: hoc ideò in medium adduxi, quò omnes populi Israëlitici scriptores admonentur, ut veritatem in scribendo sequantur, nec mendacia proferant, id enim omnibus, qui libros componunt, incumbit, ut veritatem scribant, nam ità primi scriptores præceperunt aliique eosdem secuti idem receperunt & observârunt; convenit enim atque æquum est, ut omnes, qui componuntur, libri Scripturæ Sanctæ ac perfectæ aliorumque librorum Propheticorum, in quibus veritas ac justitia continetur, normam sequantur, super his enim mundus constructus est atque in illis homo est homo, sine illis autem omnia vanitas sunt & afflictio spiritus, (16.) & quid proderit homini, sapientiâ prædito, mendacia loqui, siquidem mendacia loquens non consistet? (17.)

המעשי' אש' נעשו להמיר עובר בבואם אחריו ולא אעשה כמעשה טוביה העבד העמוני הרומי אשר בבחבו את ספר הזכרונות למלכי הרומיים כתב זכרון אפופוס בן אנטיוכוס מלך זכרון אנטיוכוס אבוי והמיר המרר גם כתב בו דברים אשר לא נתאמתו לו מפי סופרי נאמני עד אש' נועצו זקני רומי בימי לשרוף את ספרי ולבן ראוי לכל איש אשר יחבר ספרים להעיד בהם על ספורים לכתוב דברי אמת ולבלתי המצא בדבריו משגה וידי זה מדיום והלאה לישראל לעדות לכל הסופרים אשר יבואו אחרי וירצו לכתוב ולהעיד כי יאמרו כבה וכבה צוה יוסף הכהן אשר היה ראש הסופרים אשר בחבו הספרים הנמצאים בישראל מלבד סופרי העשרים וארבע ספרים הקדושים אשר הם סופרים נאמני על פי יי' והם היו טרם זמני ומלבד סופרי ספרי חכמת שלמי המלך ע"ה וסופרי ספרי הבמי ישר' אשר היו סופרים נאמנים על פי רוח הקדש וגם הם היו טרם זמני והנה אני יוסף הכהן לקטתי בספרי אשר עשיתי לזכרון ולעדות לישראל דברים רבים מספרי סופרים אחרים נאמני אשר בחבו תלאות מעשה אבותינו ואבדנו אותם ובחברים בספרי לישראל וגם בספרי הגדול אשר בחבתי לנקני רומה כן עשיתי כי בחבתי לעדות דברי רבים מפי סופרי רבים נאמנים על כן זכרתי זה

זה פה להיותי לעדות לכל סופרי ישר' כי יעידו אמת הלא ידברו בחוב ודה דאוי לכל איש אשר יעשה ספרים לכתוב דברי אמת כי כן צוו הסופרים דראשונ' וקימו וקבלו האחרונים כי ואוי והגון הוא שיסוב כל ספר שיכתב על קונטבי התורה הקדושה והתמימ' ושאר ספרי הנבואה שהם האמת והצדק כי עליהי העולם בנוי ובהם האדם אדם חולה זה הכל הבל ורעות רוח כי מה לו לאדם בעל הבונה לדבר שקר כי דובר שקרי לא יכון'

לידבר יוסף הכהן את הדברים האלו' בספרו זר בשנת ע"ג לאוליפיאדים דישיש אש' הוא מושל ברומה בעצרת ש"ב יועציד והוא שנת ט' למלכות אלכסנדרה המלכה הקדושה אשר מלכה על

CAP. XVII.

JOsephus itaque, Sacerdos, in libro suo hæc dicit: anno septuagesimo tertio (1.) Olympiadis, (2.) Consule (3.) Romæ imperante, in consilio trecentorum ac viginti Senatorum, anno nono Alexandræ, reginæ sanctæ, quæ vera animi integritate regno Israëlitico ac Judaico præfuit, eodem anno Olympiadis, (4.) ætate Vendii (5.) Horten-

(15.) Hebr. עשרים וארבע, sic in codice nostro, quo nomine recentiores Judæi Biblia Sacra veteris Testamenti communiter appellare solent, vid. supr. l. 3. c. 2. n. 15. ibique not.

(16.) Vid. Ecclesiast. cap. 1. v. 14. unde hæc desumpta sunt.

(17.) Seu: permanebit, reperiuntur autem ista in Psalm. 101. v. 7. ubi Lxx. verbum יכון, verterunt κατευθυνθήσεται, direxit, sic vetus Latina; S. Hieronymus vero: placebit.

(1.) Josephus Antiqu. lib. 14. c. 1. scribit Hyrcani Pontificatum incepisse anno tertio Olympiadis centesimæ septuagesimæ septimæ; sed Munsterus hic in notis legendum putat: anno tertio Olympiadis 173. ita, ut apud autorem nostrum omissus sit numerus centenarius; vid. tamen Isa. Voss. Chronol. Sacr. cap. 13. ubi Josephi numerum, nempe Olympiadis 177. approbat.

(2.) Ita hic cum Josepho dict. lib. 14. cap. 1. ac cum Munstero vertendum putavi, nam אולי פוליפיאדים, quod in codice nostro habetur, corruptum est, vid. infr. n. 10. h. cap. ibique not.

(3.) De dictione שיש, quæ hic habetur, suprà lib. 3. c. 17. n. 6. & h. lib. 4. c. 4. n. 23. aliquid dictum est; videntur autem verba ista & quæ sequuntur, usque ad: eodem anno Olympiadis &c. à Judæo interpolatore adjecta esse, cum nec in Hebraico Munsteri codice legantur, vid. & n. seq. 4. ac n. 10. h. cap.

(4.) Hic iterum additur dictio חיישיש, satis imperitè, quasi Olympias fuerit senex ille seu Consul, quapropter dictionem istam in vertendo hic omisi, confer. num. antec. 3. & n. 10. h. cap.

(5.) Hebr. בינריאוס, ita hic in nostro codice, Munsterianus habet: ריגציום, ubi vertitur: Rinatius; sed juxtà Josephum lib. 14. c. 1. legendum puto: Quintus (Hortensius) vid. num. seq. 6.

על ישראל ויהודה באמת ובחמים׳ בשנה
ההיא בימי אאוליפואדים הישיש ובנוֹ
מיגדיאום ואורתינטיאים ומיטליאו׳ שרי
רומה טרם מות אלכסנדרה המלכה בו׳
ותרשים חדשי השדי הנזכרי׳ במצורת
הישיש וש״ב יעצי רומא את הברית
אשר היתה בין שרי רומא אבותיהם ובין
שרי עם יהודה אשר היו נודם מלוך
אלכסנדר המלך מושלים על ישרא׳
ויכתבו השרים ההם הרומיים את הברית
הנזכר ויקיומה עם שרי יהודה וירושלם
ויודעו את דברי הברית בעט ברזל על
לוח נחשת בירושלם שרי רומה ושרי
יהודה יחד וכן עשו השרים הנזכרים
לברית ברומה כי הלכו שרי יהודה עם
השרים הרומי׳ אל רומה ויודעו את
דברי הברית גם שם בהרט אנוש על
לוח נחש׳ להות׳ למשמרת ולמזכרת׳
ובשנה ההיא מת אוליפואראם והמלכ׳

בת

Hortenſii (6.) ac Meſilii, (7.) principum Romanorum, (8.) viginti ſeptem menſibus, antequàm moreretur Alexandra regina, principes illi, quorum jam mentio facta eſt, mandatô Conſulis ac trecentorum & viginti Senatorum Romanorum, fœdus inter principes Romanos eorumque patres atque inter principes populi Judaici (qui, priusquàm Alexander regnum acquireret, genti Iſraëliticæ præfuerunt) initum renovârunt, fœdusque illud dicti principes Romani ſcripto comprehenderunt idque cum Judæorum urbisque Hieroſolymitanæ primoribus ſtabilivetunt verbaque fœderis ſtylô ferreô tabulæ æneæ Hieroſolymis inſculpenda curârunt tàm Romanorum, quàm Judæorum magnates, id quod etiam Romæ à dictis principibus Romanis effectui traditum eſt, nam Judæorum primores unà cum principibus Romanis Romam profecti verba fœderis ibi quoque ſtylo ferreo tabulæ æneæ inſculpi & ad perpetuam rei memoriam aſſervari curârunt. Eodem autem anno (9.) Olympiadis (10.) mortua eſt Alexandra, cùm tres & ſeptuaginta (11.) vixiſſet & novem annis regno præfuiſſet; hæc igitur

(6.) Hebr. ארתינציאום, ita hic Munſterianus codex, quem potius ſecutus ſum, quam noſtrum, ubi אורתינטיאום legitur, confer. Joſephus loc. alleg.

(7.) Hebr. מיטיליאום, ſic in noſtro codice; ſed hoc quoque nomen corruptum eſt, Munſteri codex illud omnino non legit; puto autem iſtud ex Joſephi eod. libro 14. c. 1. hic reſtituendum ac legendum eſſe: מיטיליאום i. e. Metellius, qui Creticus dictus fuit, prout Joſephus dict. loc. ſcribit.

(8.) Iſti ſimul conſules fuerunt, nempe Quintus Hortenſius & Metellus, de quibus num. antec. 5. 6. & 7. cœterum pro כז i. e. 27. menſibus, quorum hic fit mentio, legendum puto שלושים i. e. ſeptem, alias autor ſibi contradiceret, dum paulo poſt ſcribit, eodem anno mortuam eſſe Alexandram, cum 27. menſes plus, quam biennium efficiant, vid. num. ſeq. 9.

(9.) Hæc quoque verba ac ſequentia usque ad: iisdem diebus trium &c. videntur à Judæo quodam interpolatore adjecta eſſe, vid. quæ ſuprà num. 3. 4. & 8. h. cap. ut & infrà num. 13. h. cap. annotata ſunt.

(10.) Ita corruptum iſtud nomen אוליפואראם, quod hic in noſtro codice habetur, vertere volui, legendum enim אולימפיאם i. e. Olympias, neq; enim nomen iſtud fuit imperatoris cujusdam ſeu principis Romani, prout imperitus ille interpolator exiſtimavit, confer. ſupr. n. 2. & num. ſeq. 12. h. cap. ibique not. it. infrà lib. 5. c. 1. n. 19. & eod. l. 5. c. 12. n. 16.

(11.) Hebr. עג, ita hic rectius legitur, quam capite antecedenti n. 6. ubi לד i. e. triginta ſeptem, habetur.

בת ע״ג שנה בשנת ט׳ שני למלכותה
והיא ואוליכוריכום עם שרי׳ ושרי
הושו הברית הנז׳ ועל ידה היתה
תשועה לישר׳ אחרי מותה כי ביחו ברית
וישבו רומי עם ישרא׳ ולא הרעו להם
עד עבור שני דברית כי פשעו ישרא׳
מתחת יד הרומי׳ כאשר נספר עוד׳
בימים ההם אחרי מות אלכסנדרה המלכה
כמשלש חדשי׳ ההגרו מלחמה שני
האחי׳ הורקנום הגדול ואריסתובלום
הקטן בני אלכסנדר המלך ואלכסנדרה
המלכה׳ והנה המלחמה הואת ביניהם
חוקה מאד על ירדן יריתו וישפך דם
נפשות׳ עד אין מספר מישראל ויפלו
פגרים רבי׳ מהמון ישראל ביום הנואש
וילחץ אריסתובלום וגבוריו את צבא
הורקנום ולא יכלו גבורי הורקנום לעמוד
לפניה׳ ולשארת את כוכד מלחמותיהם
ויהפכו גבורי הורקנום את עורפם וינוסו
דרך ירושלם וירדפם אריסתובלום עם
גבוריו אחריה׳ הלוך והכות עד שערי
ירושלם ויצאו אריסתובלום בקרב הרוא
והגשארים מצבא הורקנום ההחסרו עם
אריסתובלום והוא וכל עם יהודה צרו
על ירושלים וילחמו עליה ויבקשו להפיל
את חמוניה בעבור הורקנום הגמלם
בתובה ויסגרו את העיר ביר רמה ויאוזרה
אנשי

tur regina, ut & Senatus Romanus (12.) unà cum Principibus ſuis fœdus, cujus ſuprà meminimus, inter ſeſe renovârunt, atque etiam poſt mortem reginæ ſalus ac proſperitas rerum providâ ejusdem curâ populo Iſraëlitico contigit, quia cives Romani pactum cum gente Judaicâ initum, ſervârunt, nec ullum ei malum intulerunt, donec longo poſt tempore populus ille â Romanis defecit, prout poſteà pluribus dicemus. Iisdem diebus (13.) trium circiter menſium ſpatio poſt mortem Reginæ Alexandræ, duo ejusdem filii, Hyrcanus nempe natu major, & Ariſtobulus minor, fratres bellum inteſtinum excitârunt, (14.) unde graviſſimum inter illos prælium propè Jordanem atque urbem Jericho (15.) exortum eſt, in quo infinita ſangvinis Judaici copia effuſa fuit, atque multa eo die cadavera populi Iſraëlitici ceciderunt: Ariſtobulus enim ejusque milites Hyrcani exercitum adeò preſſerunt, ut ulteriùs reſiſtere vimque certaminis ſuſtinere haud potuerit; ſed tergum obvertere ac fugam Hieroſolymam verſùs arripere coactus ſit: Ariſtobulus autem Hyrcani copias perſecutus cædendo ac proſternendo, usque ad portas Hieroſolymæ victoctoriam illius pugnæ reportavit; qui verò ſuperſtites erant ex Hyrcani militibus Ariſtobulo ſeſe junxerunt; qui omnibus copiis populi Judaici coadunatis Hieroſolymam obſedit (16.) eamque oppugnavit ac muros dejicere conatus eſt propter Hyrcanum, qui ſeſe eò receperat; Ariſtobuli itaque milites urbem concluſerunt eamque cinxerunt, non ſecus ac lumbi cingulo circumdari ſolent: Hyrcanus autem, cùm ſeſe obſidione premi, atque bellum

(12.) Hic iterum Olympiadis, quamvis corruptum nomen adducit imperitus ille interpolator, quaſi illud nomen principis ſeu imperatoris Romani fuerit, quare ſenatum Romanum hic vertere volui, vid. quæ num. antec. 10. hac de re dicta ſunt.

(13.) Vid. ſuprà num. 9. h. cap. ibique notata.

(14.) Vid. Joſeph. Antiqu. lib. 14. c. 1. it. Egeſipp. de Bell. Jud. l. 1. c. 13.

(15.) Conſentit hic Joſephus Antiq. dict. lib. 14. c. 1. ut & Joſippi Epitome pag. 73.

(16.) Conſentit Joſippi Epitome pag. 73.

אנשי המלחמה אשר לאריסטובלוס
באזור אשר במהניס׳ והוקנום בהצר
לו בהבבר עליו המלחמ׳ הוציא את אשת
אריסטובלוס וארז בניו מבית האסורי׳
אשר אסרתם אלכסנדרה המלכ׳ אמו
וילכו הוקנום את האשה ואת בניה
להיותם עמו למשמרת למלט את נפשו
מחרב אחיו בגלל אשתו ובניו או יצאו
זקני ישר׳ וזקני הכהני׳ מירושלם וילכו
אל המדינה ויבואו אל אריסטובלוס ויבכו
ויתחננו לו לכרות ברית עם אחיו ולהיות
אריסטובלוס מלך על כל עם ישראל
ויהודה והוקנום אחיו כהן גדול בהוכל
י׳ ולהיות הוקנום כנגע הזה יד
ולהיו׳ משנהו ויבקשו הזקני׳ מאריסטובלו׳
לכרות ברית על הדבר הזה ויאות
אריסטובלוס על הדבר הזה ויעשו כן׳
ויצא הוקנו׳ מהוץ לעיון לקבל את
אחיו ויבא אריסטובלוס העירה ויקבל
את המלכות בהודות זקני ישראל ויהודה
ובהודו׳ הוקנו׳ אחיו׳ ויכרות אריסטובלו׳
ברית עם הוקנום אחיו ויבואו בהוכל
י׳ וישבעו איש לאחיו וידא כל העם
וילכו איש לדרכו לעיר ואיש לארצ
ותשקוט הארץ וגם המלחמה שקטה׳
ויהי

bellum in dies aggravescere videret, Aristobuli uxorem ejusque filios è carcere, quo illos Alexandra, Hyrcani mater, concluserat, dimisit, eosque secùm habuit ac sedulò custodivit, ut vitam suam è gladiò fratris, mediante ejusdem uxore ac filiis, eriperet: tunc populi Israëlitici ac Sacerdotum Seniores Hierosolymis egressi (17.) in castra ad Aristobulum venerunt eumque lacrymis effusis rogârunt, ut cum fratre suo fœdus percuteret, quò ipse quidem universi populi Israëlitici ac Judaici regno præesset; Hyrcanus autem, frater, summô sacerdotiô in Templo Domini fungeretur regique subjectus atque secundus (18.) ab eo esset; Seniores igitur Aristobulum rogârunt, ut eam in rem fœdus iniret, cui cùm ille consensisset, (19.) Hyrcanus urbe egressus fratri obviam ivit; Aristobulus autem urbem intrans regnum consensu seniorum populi Israëliticè ac Judaici, ut & voluntate Hyrcani, fratris sui, suscepit, fœdusque cum illo percussit, atque ambo Templum Domini ingressi juramentum sibi invicem præstiterunt, præsente populo universo; posteà unusquisque ad urbem ac patriam suam reversus est, terraque quieta ac bello finis impositus fuit. Accidit autem posteà, ut vir quidam Antipater (20.) dictus, Hyrcano amicitia jungeretur, is homo potens & aurô argentoque dives, pecoribus etiam ac familiâ multâ instructus & vir fortis bellique peritus erat, (21.) consilio etiam profundo, prudentiâ, astutiâ, ac calliditate pollebat, hominumque mentes solertiâ indagare atque elicere poterat, quoquò sese verte-

(17.) Idem refertur in Josippi Epitome pag. 74.
(18.) Seu proximus ab eo משנהו, de hac voce suprà lib. 1. cap. 8. n. 3. & dict. lib. 1. cap. 13. n. 3. it. eod. lib. 1. c. 16. num. 6. quædam dicta sunt.
(19.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 14. c. 1 it. lib. 1. de Bell. Jud. cap 4. in fin. confer. Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 13.
(20.) Vid. Joseph. lib. 14. c. 2. ubi scribit, quod is antea Antipas dictus fuerit, confer. & Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 14. it. Munster. hic in notis, ubi Antipatris successionem describit, vid etiam Josippi Epitome pag. 75.
(21.) Hic δραστήριος τὴν φύσιν καὶ σαγάκης i. e. homo audax ingenio ac seditiosus vocatur à Josepho dict. lib. 14. c. 2. vid. Idem Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5.

ויהי אחרי הדברי׳ האלה ויהי אודב
אחד להוקנום איש אשר שמו אנטיפטר
ויהיה האיש ההוא איש עשיר וגדול
מאד בכסף ובזהב ובמקנה ובעבודה׳
רבה מאד ויהי הוא גבור חיל למלחמה
ואיש עצות עמוקות ואיש עצות בכל
חכמה וערמה ומרמה וגונב דעת אנשים
והואה איש תחבולות בכל אשר יפנה׳
הואה אנטיפטר אשר הוד׳ נגיד על כל
גוי אדום וישימם למס עובר באשר
בתבנו בספר הד׳ את אנטיפטר וד׳
הפקיד עליהם המלך אלכסנדר בעודו נער
ויקח אנטיפטר אשה מזרע המלוכה אשר
לאדום ותלד לו בנים ד׳ ואלה שמותם
שם הארז׳ פסיאה ושם השנו אורודום
הוא אורודום אשר מלך ושם הג׳ פרודה
ושם הד׳ יוסף ובת היתז׳ לו ושמה
שלומית ושם אשתו קפרון האדומית׳
ולכן אמרו הסופרים אשר קדמוני כי
האיש

verteret; hic Antipater princeps tunc erat universæ Idumæorum gentis atque ab illa tributum exigebat, prout in libro quarto scripsimus: hunc ipsum Alexander, cum adhûc adolescens esset, Idumæis præfecerat, is ipse Antipater (22.) uxorem è regio Idumæorum genere duxerat, ex quâ filios suscepit quatuor, (23.) quorum hæc fuere nomina: primus Phasia, (24.) secundus Herodes (qui posteà regnum adeptus est) tertius Pherota, (25.) quartus Joseph (26.) dictus fuit: filiam quoque genuit, nomine Salomith, (27.) uxor autem ejus Ciparon (28.) nominabatur, genere Idumæa; (29.) unde & scriptores, qui antè me fuerunt, dixere, Antipatrum istum fuisse Idumæum, (30.) sed Nicolaus, (31.) historicus fide dignus, eundem dicit Judæum extitisse, quod & verum est, fuit enim ex nobilibus

(22.) De Antipatris genere vid Joseph. eod. l. 14. c. 2. it. infrà num. 30.
(23.) Consentit Josippi Epitome pag. 76. & Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 22.
(24.) Hebr. פסיאה ita hic in nostro codice; Munsterus vertit: Phasalus communiter dicitur: Phasaëlus seu Phaselus, vid. Joseph. lib. 14. c. 12. & Egesipp. d. lib. 1 c. 22.
(25.) Hebr. פרורה sic apud autorem nostrum. Munsterus per Resch legit ac vertit: Pherora, prout & Josephus eod. loco, vid. dict. Josippi Epitome pag 76.
(26.) In Josippi Epitome pag. 76. Joseph dicitur primogenitus, secundo genitus Pasilus (Phaselus) tertius Herodes & quartus Pheroras.
(27.) Salomen vocat idem Joseph. eod. loc. vid. & Josippi Epitome pag. 76.
(28.) Hebr. קפרון, ita Munsteri codex, quem hic secutus sum; in nostro exemplari legitur per Daleth קפרון, sed corrupte, nam etiam Josepho lib. 14. c. 12. dicitur Cypris vel Cypros, confer. & Egesipp. eod. lib. 1. c. 22. it. infra lib. 5. cap. 16. n. 15. & Voissinii Observat. ad Martini Pug. Fid. part. 2. cap. 7. fol. 359. edit. Lips. col. 2. med.
(29.) Egesippus dict. cap. 22. scribit, Cyprim splendidissimo inter Arabiæ fœminas loco ortam fuisse.
(30.) De genere hujus Antipatris variant Autores; Josephus dict. lib. 14. cap. 2. ipsum genere Idumæum fuisse scribit, Nicolaum vero Damascenum ait, in gratiam Herodis memoriæ tradidisse, eundem genere nobilissimum Judæum fuisse, in Josippi Epitome pag. 75. dicitur etiam, quòd Antipatris hujus origo non fuerit de filiis Israël, confer. & D. Wagenseil, Sot. cap. 7. Mishn. 8. num. 10. & num. 11. p. 684. it. Histor. Eccles. Goth. lib. 1. c. 3. Sect. 2. n. 60. p. m. 451. confer. & suprà n. 22. h. cap.
(31.) Damascenus scilicet, vid. num. antec. 30.

bus Judæis & quidem illis, qui Nehemiæ, Hachaliæ filii, ut & Esræ, scribæ ac sacerdotis ætate è captivitate Babylonica Hierosolymam reversi sunt.

CAP. XVIII.

Cum itaque Antipater ille amicus esset Hyrcani, Aristobulus ejusdem interficiendi consilium iniit, quippe cui probè nota erat magna illa inter Hyrcanum & Antipatrem amicitia; hic autem, rè cognitâ Aristobulum valdè metuit ac potentiores Judæorum blandis aggressus verbis eosdem ita allocutus est: Sunt mihi quædam vobiscum, viri sanctitate conspicui, secretò tractanda, nam video, injuriam ac perniciem vobis populoque sancto inferri & iniquitatem, scelera atque improbitatem indies augeri; aft veritatem, justitiam & æquitatem è medio tolli nec virtutes illas amplius coli conspicio; cur enim minor in majorem imperium sibi vendicat, atque Aristobulus hodiè regnum per vim contra Dei ordinationem ac Seniorum populi ejus voluntatem occupatum administrat illudque gladio ac bello, cum effusione sanguinis populi Domini copiosissima tuetur? Nunc itaque viri Israëlitæ, ad dicta mea animum vestrum diligenter advertite, justitiamque ac veritatem colite; impietatem verò ac mendacium odio habete & perpendite, quid vobis faciendum sit, ut regnum populi Israëlitici judicio ac justitia stabiliatis. Cùm ergò plura ad Seniores populi Israëlitici verba fecisset Antipater eorumque animos in suam pertraxisset sententiam, illi dixerunt: ecquid igitur nobis agendum erit, nam Hyrcanus cum Aristobulo fœdus pepigit eique regnum concessit, & quisnam Regi sese opponet,

net? quis Hyrcanum inducet, ut consilio nostro accedat ac jusjurandum violet, quod fratri suo in Templo Domini præstitit, ad mutuum inter ipsos fœdus confirmandum? Antipater autem iisdem respondens: Ego, ait, Hyrcanum inducam, ut ad nos veniat, nostroque accedat consilio: his dictis nuntios misit ad Hyrcanum, qui illum clàm ad fugam solicitarent eumque ita compellarent: instanti temet periculo eripe ac fugam capesse, consiliumque Antipatris, amici tui fidelissimi, sequere, Aristobulus enim vitæ tuæ insidias struit, inductus à Consiliariis suis, sic dicentibus: quamdiu Hyrcanus, frater tuus, in vivis fuerit, nunquam firmum & stabile erit regnum tuum, is enim te ætate præcedit eique jus regni tàm divina constitutione, quàm Seniorum populi Israëlitici voluntate competit; illo autem interfectò & temet servabis & regnum tuum stabile reddes; hujusmodi consilium omnes Aristobuli, fratris tui, consiliarii dederunt, illudque approbârunt, ut nimirùm te interficiant. (1.) Hyrcanus autem hæc audiens noluit eorundem dictis fidem habere, (2.) quoniam integro rectoque animo & miti admodùm erat ingenio. Antipater igitur cùm dictis his nullam ab Hyrcano fidem haberi animadvertisset, non destitit, die nocteque eadem ingeminare verba, sed Hyrcanus illis haud credidit; posteà auro argentoque amicos conduxit Antipater, qui eadem, quæ ipse, Hyrcano dicerent, quô factô (3.) cùm tandem Hyrcanum astutiâ suâ induxisset, & ad fugam instigâsset, Antipater eidem dixit: preme consilium, donec abiens de loco tibi prospexero, ad

(1.) Confer. Josippi Epitom. pag. 75.
(2.) Idem & Josephus lib. 14. c. 2. scribit.
(3.) In Josippi Epitome pag. 74 vera dissensionis fraternæ causa adducitur hisce verbis: Post omnia ista misit Dominus inter eos (Hyrcanum & Aristobulum) spiritum malum, & ipse fuit causa transferendi regnum de semine Hasmonæi & delendi eos de superficie terræ ob peccatum Hyrcani magni & peccatum Alexandri ejusdem filii & ob sanguinem innocentem, quem effuderunt, & ob id, quòd traxerunt Israëlem ab obedientia prophetarum ad mendacia Sadducæorum & nugas eorum, vid. quæ infrà lib. 5. c. 12. num. 22. & eod. lib. 5. c. 14. n. 1. annotata sunt.

מירושלם וילך אל סלע מדברה אל מקום היכל הדתם מלך הערב וישמח הדתם ויצא לקראתו כי היה אוהבו מתמול שלשו ויכרו עמו ברית וישבע לו לבלתי יסגיר את הורקנוס ביד מבקשי נפשו וישב אנטיפטר אל ירושלם ויגד להורקנוס את כל אשר עשה· ויצא עמו מירושלם לילה· וילכו מהלך ימים רבים עד סלע מדברה אל היכל הדתם מלך הערב ויצא הדתם לקראת הורקנוס ברכב ובפרשי ויקבלהו בכבוד גדול ויהיו יחד בביתו ובהיכלו ימים אחדים· וידי אחרי כן ויואל אנטיפטר להמית את מלך הערב לבא עם הורקנוס אל ירושלם ולהלחם עם אריסתובלוס ולהשיב את המלוכה להורקנוס· וימאן הדתם לבא להלחם עם היהודים כי ג׳ פעמים הכהו אלכסנדר במלחמו ויקח מידו את ערי המבצר אשר לערב· ויאמר לו אנטיפטר אל ירך לבבך לעלות עמנו כי יש אתנו יד רמה מגבורי ישראל להלחם עם אריסתובלוס· ויען הדתם ויאמר אם תשיבו לי את כל הארץ ואת עשרה ערי מסכנות הערים אשר לקח אלכסנדר מידי או אני אעלה להלחם

quem confugere ibique manere possis. Antipater igitur Hierosolymis egressus (4.) ad Petram deserti, (5.) nimirum ad locum Palatii Aretæ, (6.) Regis Arabiæ, venit, qui eidem lætus obviam ivit, (etenim jam anteà amicus ejus fuerat,) cum hoc igitur fœdus pepigit, interposito Jurejurando, ne Hyrcanum, in manum eorum, qui ipsius perniciem quærerent, traderet, dein Antipater Hierosolymam reversus Hyrcano omnia, quæ gesserat, narravit, posteà ambo Hierosolymis noctu egressi multorum dierum itinere confecto tandem ad Petram deserti, regiam scilicet sedem (7.) Aretæ, Arabiæ regis, pervenerunt, 8.) qui Hyrcano obviam progressus cum curribus & equitibus magno eum honore excepit atque simùl in domo ac palatio ejus per aliquot dies manserunt. Posteà Antipater Arabiæ regem instigare cœpit, ut cum Hyrcano Hierosolymam veniret atque bellum Aristobulo inferret, regnumque Hyrcano restitueret; Sed Areta bellum contrà Judæos suscipere noluit, quia Alexander eum tribus (9.) vicerat præliis & ex illius manu munitas Arabiæ urbes abstulerat, id quod cum animadverteret Antipater, eidem dixit: ne metuas, quò minus nobiscum ascendas, valida quippe manus fortissimorum virorum è populo Israëlitico nobis auxilio erit, satisque virium habebimus, queis Aristobulum bello lacessere possimus: Areta autem respondit: si mihi omnem terram & decem (10.) armamentariorum (11.) urbes, quas Alexander mihi

(4.) Confer. Josippi Epitom. pag. 76.
(5.) De hac urbe suprà h. lib. 14. c. 11. num. 4. & infrà c. 24. num. 5. dictum est, vid. & Josephi eod. lib. 14. c. 2. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 5. confer. & infr. l. 5. c. 19. n. 5.
(6.) Vid. quæ de hoc rege suprà eod. lib. 4. c. 11. num. 3. annotata sunt, confer. & Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. cap. 14. ut & Josippi Epitom. eod. pag. 76.
(7.) Τὰ βασίλεια vocat Josephus eod. cap. 2. Antiquit. lib. 14. confer. suprà h. libr. 4. cap. 11. num. 3.
(8.) Vid. Joseph. eod. lib. 14. cap. 2. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 5. confer. Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. cap. 14. it. Josippi Epitom. pag. 76. & seq.
(9.) Consentit Josippi Epitome pag. 77.
(10.) Duodecim urbium mentionem facit Joseph. eod. lib. 14. c. 2. easque nominatim recenser.
(11.) Seu: thesaurorum, ita communiter, secundum Targum exponunt interpretes vocem מסכנות

להלחם עם אויביכם· וישבע לו הורקנוס להשיב את כל הארץ ואת עשרת הערים ההם ויאות לו הדתם בזה ויאסוף את כל צבא גבוריו ויסע עמהם וילך להלחם על ירושלם בחיל ג׳ אלף פרשים ועם רב ועצום מאד·

mihi abstulit, restitueritis, tunc vobiscum ascendam atque hostibus vestris bellum inferam: cùm igitur Hyrcanus juramento promisisset, se omnem terram atque illas decem urbes restituturum esse, Areta conditione hâc acceptâ copias suas omnes contraxit, castrisque motis urbem Hierosolymâm, tribus (12.) equitum millibus, multâque ac prævalidâ peditum manu oppugnare constituit.

CAP. XIX.

ויסעו מסלע מדברה ויבואו אל ארץ יהודה ויצא אריסתובלוס לקראתם ויתגר עם מלחמה גדולה עד מאד ויהי ביום המלחמה ויפלו עם רב על הורקנוס ועל אנטיפטר לעזרתו· ויהי כראר אריסתובלוס כי נפל המון רב מגיאי יהודה על הורקנוס ויעזוב את המחנה וינס אל ירושלם בדד וישומם כי כל אנשי חילו הגבורים נוספו על הורקנוס ועל אנטיפטר· ויסע הדתם מלך הערב וירן על ירושלם עם כל עם יהודה וכל עם הערב אשר אתו וכל אנשי ירושלם והבהלים היו עם אריסתובלוס המלך נאמנים· ויהי מיום ליום צמודה המלחמה וגדולה מאד ויגדל שאון המלחמה עד החדש הראשון בגו׳

QVamobrem petrâ deserti (1.) egressi in Judaicam venerunt terram; Aristobulus autem eductis contrà illos copiis acerrimum iniit prælium; sed eodem prælii die ingens hominum multitudo ad Hyrcanum & Antipatrem transiit, ut illis opem ferret: Aristobulus itaque hâc Judæorum defectione cognitâ, relictis castris, Hierosolymam solus mœstusque profugit, nam fortissimus quisque militum suorum Hyrcano & Antipatri sese junxerat: Areta autem Arabiæ Rex, urbem Hierosolymam oppugnaturus castra posuit, adductis secum omnibus tam Judæorum, quam Arabum, qui cum ipso erant, copiis; soli autem cives (2.) Hierosolymitani atque Sacerdotes in fide erga Aristobulum, Regem, perstiterunt: Sed bellum indies magis exarsit atque crevit, adeò, ut tumultus ille militaris usque ad decimum quintum diem primi mensis (3.) duraverit. Eodem tempore multi

מסכנות vid. Exod. c. 1. v. 11. ubi ערי מסכנות Lxx. verterunt: πόλεις ὀχυρὰς, urbes munitas, confer. & Josippi Epitom. p. 78.
(12.) Hebr. ג׳ אלף ita hic apud autorem nostrum; Munsteri codex habet: ג׳ ג׳ אלף i. e. quinquaginta millia, facilis quippe permutatio est literarum ג & ך atque hæc Munsteri lectio alteri illi præferenda est, in primis, quia & Josephus dict. libr. 14. c. 3. eidem consentit, vid. id. Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. it. Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 14. confer. & Josippi Epitom. pag. 78.
(1.) Vid. suprà lib. 4. c. 11. n. 4. & c. antec. 18. num. 5.
2.) Josephus eod. lib. 14. cap. 3. civium nullam facit mentionem; sed sacerdotes solum ab Aristobuli partibus stetisse scribit.
(3.) Qui Nisan dicitur, ab hoc enim mense annum Ecclesiasticum seu legalem incipiunt Judæi, qui mensis in Martium nostrum incidit, vid. Exod. 12. v. 2. annum tamen civilem hodierni Judæi, imprimis Germani à mense Tisri, qui in Septembrem

בט״ר להדש׳ ואז רבים חסידים וצדיקים
עזבו ארץ יהודה ולכו לגור מצרים
ולחוג את חג המצות מפני המלחמה
שבארץ יהודה׳ בעת ההיא הקיפו את
ירושלם מפה ומפה עם יהודה ועם העיר
והיה אז מסתתר בעם יהודה איש חסיד
ושמו חוני והיה צדיק ואהוב לאלהיו
אשר בזמן ומצא שלם והוא היה עומד
בפרץ ומתפלל בעבור עם יי׳ ובהעצר
השמי׳ ולא יהיה מטר דגר האיש הזה
אשר שמו חוני היה מתפלל ושואל מטר
מעם יי׳ ויי׳ היה עתהו המיד בתפלתו
ולא היה מאחר שאלתו כה עשה חוני
פעמים רבות בהיות בצורת בארץ יהודה׳
ויהי ביום המלחמה וימצאו את חוני
נחבא במחני יהודה ויוליכוהו לפני ראשי
היהודים ויעמידוהו בתוך העם ויאמרו
לו הראשים והעם התפלל על הדבר
הזה אשר קרה לנו אולי יעשה יי׳ למען
שמו ויענך כאשר ענה אותך על שאלת
המטר ויתן ביזינו את אויבותובלים ואת
הכרגים אשר עמו׳ ויען אותם חוני
ויאמר אתם עם יי׳ והם כהניו ואני
אתפלל עליכם וגם על כהניו אתפלל
ולא אקלל ולא אאחר את כהני יי׳
ויפצרו בו ויאמרו־לו דע אם לא תעשה
כהפצנו דע בי מות תמות׳ ויהי כהצר

ti pii juſtique, relictâ terrâ Judaicâ, in Ægyptum profecti ſunt, ut ibi commorarentur feſtumque Azymorum, (4.) quod in Judæa celebrare propter bellum non poterant, ibidem agerent. Circà idem tempus, cùm Judæi atque Arabes Hieroſolymam ex omni parte premerent, vir quidam pius, Onias (5.) nomine, inter Judæos latitabat, qui cum Juſtitiæ & amoris ergà Deum præclara edidiſſet ſpecimina, integritate animi inter alios conſpicuus fuit, atque ruinam cadentis populi Judaici non ſemel ſuſtentavit, ac pro illius incolumitate ad DEum preces fudit: Nam pluviâ ob aëris ſiccitatem deficiente, cùm vir ille Dei opem implorans pluviam ab illo rogâſſet, Divina benignitas precibus illius ſemper annuit nec ipſius petitionem diſtulit; atque id ipſum Onias ingruente terræ Judaicæ ſiccitate ſæpius fecit. Hic itaque Onias, cùm tempore belli in caſtris latitaret, protractus & ad primores Judæorum populique concionem deductus fuit, qui omnes uno ore ei dixerunt: Roga quæſò Dominum in iſta neceſſitate, quâ jam involuti ſumus, ut propter nomen ſuum faciat teque exaudiat, (prout ipſe in petitione pluviæ precibus tuis annuit,) & in manus noſtras Ariſtobulum ac Sacerdotes, qui cum eo ſunt, tradat: Onias autem reſpondens (6.) vos, ait, populus Domini eſtis, illi verò ſunt Sacerdotes ejus; ego itaq; tàm pro vobis, quàm pro ſacerdotibus Dei orabo nec miniſtris ejus maledicam aut diras imprecabor; aſt illi acrius inſtantes: hoc ſcias, inquiunt, niſi morem nobis geſſeris, te morte mulctandum eſſe; cum igitur anguſtiæ eum undique premerent, ille ſublatis in cœlum oculis manibusque protenſis ſic

לו

brem incidit, incipere ſolent, vid. Bodin. Method. Hiſtor. cap. 8. pag. mihi 349. & ſeqq.

(4.) Quod Paſcha dicitur ſeu, uti Joſephus dict. lib. 14. c. 3. vocat φάσκα.

(5.) Ita hic חוני, quod nomen in noſtro habetur codice, vertere volui, ſicuti etiam Joſephus eod. lib. 14. c. 3. habet & Joſippi Epitom. pag. 78. & ſeq. ubi Onias iſte dicitur המעגל i. e. auriga, qui plauſtrum ſive currum agit.

(6.) Vid. Joſeph. eod. lib. 14. c. 3. & Joſippi Epitom. pag. 79.

לו וישא עינו השמימה ויפרוש את
כפיו ויתפלל ויאמר יי׳ אלהי השמים
מלך העולם כולו אשר נפש כל חי
בידך ויצר מחשבי לבב אנוש עמך
וכרגיך והבן לבבם אלך ואל העגה
אלה על אלה לרעה כי אם לטיבה כי
אלה עמך ואלה הם בהגיך ויהי בהתפללו
כדברים האלה ויפלו עם רשעי יהודה
עליו פתאום וימיתהו ולא אחר יי׳ את
נקמתו ויך את מחנה יהודה בדבר׳ וימיתהו
וימותו המון רב מיהודה עד דם חוני׳
ויהי אחרי כן וידברו דברני מעל דתימה
אל העם לאמר ישראל עם יי׳ חנו יד
לאלהי ישראל אלהיכם ולבית מקדשו
וקחו לכם כבשים ועתודים ואלים וגוברה
זבח החג כמשפט כי חג המצות הוא
היום ואל יפצרו עולות מעל המזבח
ויהיה עליכם אשם׳ ויענו העם את
הכהנים ויאמרו אליהם חנו לנו בסף
חדש לכל איל ואיל אלף דרכמונים וחב
וכן לכל כבש וכן לכל עתוד ואנחנו
נתן לכם שלש מאות׳ ברצותכ׳ ויתן
אריסטובלי והכהני את הזהב ולא
נתנו לדם את הזבח ויגלו הרשעים
החטאים את הזבח׳ ויתפללו הכהנים
ויצעקו אל יי׳ על דבר אשר גלו רשעי
העם

sic oravit: (7.) Domine, DEus cœlorum, rex mundi univerſi, cujus in manu cujuslibet viventis anima ſita eſt quique cogitationes cordis humani perſpectas habes & exactè noſti, quid populus tuus ac ſacerdotes animo volvant, dirige illorum corda; nec quid iſti contrà illos ſentiant ac moliantur, ad malum, ſed ad bonum flecte: hi enim populus ſunt tuus; illi verò tui ſunt ſacerdotes. Cùm Onias hunc in modum oraret, impii quidam è populo Judaico repentè ipſum adorti trucidarunt; (8.) Verùm DEus ultionem haud diſtulit, ſed mortiferam in Judæorum caſtra peſtem (9.) immiſit, quæ ingentem multitudinem ob innocentem Oniæ ſangvinem abſumſit. Accidit autem poſtea, ut ſacerdotes è muris populum adclamarent hiſce verbis: Vos Iſraëlitæ, populus Domini, date manum (10.) DEO Iſraelis, Domino veſtro, ejusque ſanctuario atque ei offerte (11.) agnos, hircos & arietes, ut pro more hujus feſti ſacrificemus, (azymorum enim ſolennitas hoc die celebranda eſt) ne altare, Domini holocauſtis deſtituatur, neve ea res vobis ſit peccato; populus autem Sacerdotibus reſpondens: ſi nobis, inquit, pro quolibet hirco, agno & ariete mille drachmas aureas dederitis, voluntati veſtræ morem geremus; Ariſtobulus igitur ac ſacerdotes aurum quidem ſolverunt, illi vero ſacrificium non dederunt, ſed impiè ac flagitioſè altare Domini victimâ defraudarunt: Verum ſacerdotes ob ejusmodi rapinam, quâ impius iſte populus altare Domini ſacrificiis privavit, ad DEUM clamarunt, qui etiam vindictam haud diſtulit; ſed populum

(7.) Conſer. Joſippi Epitomen pag. 80.

(8.) Lapidatum fuiſſe ſcribit Joſephus libr. 14. cap. 3.

(9.) Idem refert Joſippi Epitom. pag. 81.

(10.) Id eſt, uti equidem explico, dona offerte, vel cedite Deo, feſtum ejus, ac ſolennitatem colentes. μὴ Θεομαχῶμεν, prout ſequentia hunc evincunt ſenſum.

(11.) Hebr. ותנו לו ita Munſterі codex, quem hic ſecutus ſum, apud autorem noſtrum habetur: וקחו לכם i. e. & accipite vobis.

העם את זבחי יי ולא אחר יי׳ את הנקבה ויך את העם ברעב גדול עד היות איפת חטים בדרכמון אחד זהב׃

lum ingenti fame afflixit, adeò, ut (12.) epha tritici drachmam auream valeret.

CAP. XX.

בימים ההם פומפיום הגדול שר צבא רומי יצא בחיל כבד על תיגראן מלך ארמינואה וישלח את אבאורוש והר׳ אחז׳ מעבריו ויצו עליו לתת מרוצה לארם׃ ויבא אבאורוש לדמשק וישלח אליה אריסטובלום מלאכי׳ לקראתו להיות בעזרתו וישלח לו זהב רב לשנתה ויקח אבאורוש את הזהב מיד מלאכי אריסטובלום וישלח אגרת אל ההחם מלך הערב לירושלם לאמר הרחל לך מעל ירושלם ואם לא תחדל דע כי רומיים יבאו עליך ויהי כקוא הרחם את אגרת אבאורוש ויחדל מעל ירוש׳ וילך לו וגם הורקנוס ואנטיפטר חלכו עמו כי בשל עזר

Isdem diebus Pompejus Magnus, (1.) exercitus Romani imperator, validissimas copias adversus Tigranem, Armeniæ regem, eduxit, ac Scaurum (2.) ministrum suum, (3.) misit eique præcepit, ut in Syriam faceret incursionem. (4.) Cum igitur Scaurus, Damascum (5.) venisset, Aristobulus legatos ad illum misit, qui ejusdem auxilium implorarent, oblata muneris loco maxima vi auri: (6.) Scaurus itaque cùm à legatis Aristobuli id munus accepisset, literas ad Aretam, (7.) Arabiæ regem, qui tunc Hierosolymam obsidebat, misit in hanc sententiam: desiste ab oppugnatione urbis Hierosolymitanæ, quòd si mandato huic non obtemperaveris, scias, Romanos tibi bellum illaturos esse; hanc Scauri epistolam cum Areta legisset, soluta (8.) urbis Hierosolymitanæ obsidione domum abiit, (9.) quem postea etiam Hyrcanus & Antipater secuti sunt, dum enim is, qui auxilium fert, cadit, simul & is, cui suppetiæ feruntur, corruit: tunc Aristobulus cum paucis Hierosolymâ egressus, Aream, Hyrcanum & Antipatrum persecutus est, cumque illos in colle (10.) Ciparon deprehendisset, initò prælio eosdem superavit ac sex millia (11.) fortissimorum militum è populo Arabico humi prostravit, multos etiam è gente Judaica, quæ cum Hyrcano erat, trucidavit, (12.) ac Cophalum, (13.) Antipatri fratrem, eodem in prælio interfecit, reversusque Hierosolymam regnavit super populum Judaicum. Posteà ipse quoque Pompejus Magnus, Romani exercitus imperator, Damascum (14.) venit, ad quem omnes finitimæ gentes legatos suos cum muneribus miserunt, Aristobulus etiam auream vitem (15.) quingentorum talentorum, hortumque aureum, quem Græci Terpnon (16.) vocant, (prout mihi Josepho, Gorionis filio, videtur) eidem muneri misit, hanc vitem atque hortum ego, inquit Josephus, in Templo Jovis, (17.) Simulacri Romani, vidi; erant autem viti hæc inscripta verba: (18.) Hæc est vitis, quam Aristobulus, Rex Judæorum, Romam misit; Posteà utriusque tàm Hyrcani, quàm Aristobuli, legati ad Pompejum simùl venerunt, & Hyrcanus quidem

(12.) Josephus eod. lib. 14. c. 3. in fine scribit, modicum tritici undecim drachmis emptum fuisse.

(1.) Vid. Joseph. lib. 14. cap. 4. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 5. it. Josippi Epitom. pag. §1.

(2.) Hebr. סכאורוס ita hic Munsteri codicem ac Josephum eod. lib. 14. c. 4. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. secutus vertere volui, apud autorem enim nostrum corruptum legitur nomen אבאורוש Pompejus enim decedens præsidem Syriæ reliquit quæstorem suum, Æmilium Scaurum, teste Historia Romana, vid. & Alsted. in Chronolog. Tit. 18. it. infra h. lib. cap. 24. num. 3. vid. & num. sequ. 3. h. cap.

(3.) Fuit is quæstor Pompeji, vid. n. antec. 2 confer. Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 14. & Josippi Epitom. pag. 90. ubi מבורוס vocatur.

(4.) Seu expeditionem moverent, ita Munsterus vertit לתת מרוצה sicuti in Hebræo hic habetur.

(5.) Quam urbem Metellus & Lollius sunditus everterant, uti scribit Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 14.

(6.) Ὀτάλαντα i. e. 400. talenta promisisse Aristobulum scribit Josephus eod. lib. 14. cap. 4. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. confer. Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. cap. 14. ubi scribit, Scaurum 300 talentis in Aristobuli partes tractum fuisse, confer. & Josippi Epitom. pag. §1.

(7.) Consentit Josippi Epitom. pag. §1.

(8.) Vid. Joseph. dict. lib. 14. cap. 4. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 5. confer. Egesipp. eod. lib. 1. de Bell. Jud. c. 14. ut & Josippi Epitom. pag. §2.

(9.) Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 14. scribit, quòd Aretas Philadelphiam petierit.

עזר ונפל עזור ואז יצא אריסטובלי מיוש׳ ומהי מעט עמו וירדוף אחרי הרח׳ ואחרי הורקנוס ואנטיפטר וידביקם בגבעה קיפרון וילחם בם ויצח במלחמ׳ וישלך ארצה ששה אלפים הרוג׳ גבורים מעם הערב וגם מיהודה אשר עם הורקנו׳ סלה פגרים רבי׳ ארצה ויהרוג במלחמ׳ ההיא גם את קופלום אחי אנטיפטר וישב אריסטובלום וימלוך על יהודה׃ ויהי אחרי הדברים האלה ויבא׳ גם פומפיום הגדול שר צבא רומי אל דמשק וישלחו אליו כל הגוים אשר סביב דמשק מלאכי׳ במנחות וגם אריסטובלום שלח אליו מנחה גפן זהב משקלה חמש מאות ככרי׳ וגם גן מזרב הנקר׳ טרפיון בלשון יון לפי מה שנראה אלי אני יוסף ן׳ גוריון הכהן׳ ויאמר יוסף זאת הגפן וזה הגן אני ראיתי בהיכל יוביס הצלם אשר ברומא והיה כתוב על הגפן בדברים האלה זאת הגפן אשר שלח אריסטובלום מלך יהוד׳ אל הומא׳ ויהי אחרי הדברים האלה ויבואו

& Antipater secuti sunt, dum enim is, qui auxilium fert, cadit, simul & is, cui suppetiæ feruntur, corruit: tunc Aristobulus cum paucis Hierosolymâ egressus, Aream, Hyrcanum & Antipatrum persecutus est, cumque illos in colle (10.) Ciparon deprehendisset, initò prælio eosdem superavit ac sex millia (11.) fortissimorum militum è populo Arabico humi prostravit, multos etiam è gente Judaica, quæ cum Hyrcano erat, trucidavit, (12.) ac Cophalum, (13.) Antipatri fratrem, eodem in prælio interfecit, reversusque Hierosolymam regnavit super populum Judaicum. Posteà ipse quoque Pompejus Magnus, Romani exercitus imperator, Damascum (14.) venit, ad quem omnes finitimæ gentes legatos suos cum muneribus miserunt, Aristobulus etiam auream vitem (15.) quingentorum talentorum, hortumque aureum, quem Græci Terpnon (16.) vocant, (prout mihi Josepho, Gorionis filio, videtur) eidem muneri misit, hanc vitem atque hortum ego, inquit Josephus, in Templo Jovis, (17.) Simulacri Romani, vidi; erant autem viti hæc inscripta verba: (18.) Hæc est vitis, quam Aristobulus, Rex Judæorum, Romam misit; Posteà utriusque tàm Hyrcani, quàm Aristobuli, legati ad Pompejum simùl venerunt, & Hyrcanus quidem

(10.) Hebr. בגבעת קיפרון ita apud autorem nostrum, Munsteri codex pro בגבעה legit בבקעה ac vertit in campo Capiron, Joseph. dict. lib. 14. cap. 4. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. pro Ciparon habet Πακτωρών, Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 14. nominat: Paparionem.

(11.) Huic numero consentit Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 14. sed Josephus dict. lib. 14. c. 4 Ἑπτακισχιλίους τῶν πολεμίων i. e. 7000. hostium cecidisse scribit. Idem Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. scribit, 8000. cecidisse.

(12.) Idem refertur in Josippi Epitome pag. §2. ubi narratur, quod iisdem diebus Jesus quidam Nazarenus comprehensus sit.

(13.) Hic Cæphalion vocatur à Josepho dict. cap. 4. Idem tamen Josephus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 5. eundem vocat Φαλλίωνα, cui & Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 14. consentit.

(14.) Josephus eod. lib. 14. c. 5. it. lib. 1 de Bell. Jud. c. 5. hi ce consentit, confer. & Josippi Epitom. pag. §2.

(15.) Idem refertur in dicta Josippi Epitome pag. §2.

(16.) Ita cum Munstero vertere volui טרפון, prout ipse legit, vel, sicuti autor noster habet, טרפין vid. Joseph. lib. 14. cap. 5. ubi τερπολὴν vocat.

(17.) Τῶ καπιτωλίῳ i. e. Capitolini, sic Josephus eod. lib. 14. cap. 5. addit, confer. & Josippi Epitomen p. §3.

(18.) Josephus eodem c. 5. scribit, quod donum illud non Aristobuli, sed Alexandri, Judæorum regis, inscriptionem habuerit.

ויבואו מלאכים אל כומפיום מהורקנום
ומאריסתובלום יהד׳ וישלח הורקנום את
אנטיפטר וגם אריסתובלום שלח את
נוקומידאם׳ ויבא נוקומידאם אל פומפיום
ויתחנן אליו להיות ידו לעזרת אריסתובלו׳
כי נתן לו ת׳ ככרי זהב וגם אנטיפטר
כאשר הביר כי הטה אותו נוקומידאם
לעזרת אריסתובלום כי נתן לו את הזהב
וירב׳ אליו בסתר לאמר מה לך לעזרת
אריסתובלום ולקרה השורת מידי׳ הלא
טוב לך למשול על גוי רב ועצום כזה׳
גוי יהודה׳ ויהי לך שם והעשה׳ דבר
גדול אשר אבותיך לא עשו במוהו וזה
כי העזור את הורקנום על המלוכה׳ כי
אם העזרהו הוא יהוה׳ עברך וכל עם
יהוד׳ יהיו עבדיך׳ ויהי כשמוע פומפיום
את הדברים האלה׳ דברי אנטיפטר
וישמה מאד ויאמר לאנטיפטר אם כה׳
חפצכם דומו לכם עד אפהה בדברי את
אריסתובלום ואולי יבוא אלי כי יהא
אנכי להתגרר עמו פן יעריך מלחמה׳
במעברות היהודי׳ והוא יוכל בזה׳ על
אויביו למנוע אותם מעזרו אל הכי
עד אשר יבא אלי וארמדו ואבא עמו
ירושלימה ואז אתן את המלוכה להורקנום
רק על מנת כן כי תתנו לנו מס בכל
שנה׳

Antipatrum, Ariſtobulus autem Nicomedem (19.) miſit, hic cùm ad Pompejum veniſſet, eundem humillime rogavit, ut ab Ariſtobuli ſtaret partibus; (nam quadringenta auri talenta eidem dederat) Antipater verò, cùm animadvertiſſet, Pompejum à Nicomede (20.) inductum inclinare ad opem Ariſtobulo ferendam (aurum quippe ei dederat) ſecretò adiit Pompejum eumque ſic compellavit: (21.) cur animus tuus accepto munere ad ſuppetias Ariſtobulo ferendas inclinat? annon ſatius erit, te numeroſæ ac validæ huic Judæorum genti imperare, ut nominis famam tibi acquiras remque perficias maximam, qualem majores tui haud perpetrarunt? id verò tibi continget, ſi Hyrcano opem tuleris ad regnum denuò conſequendum; quò factò, tàm ipſum, quàm univerſum populum Judaicum tibi ſubjectum habebis. Pompejus itaque, cùm Antipatrum hæc dicentem audiſſet, valde lætatus eſt, eique dixit: quandoquidem ita vobis placet, veſtrum erit, rem quàm maxime occultam (22.) habere, donec Ariſtobulus verbis à me captus fuerit, forſitàn ipſe ad me veniet, nam bellum eidem inferre non audeo, ne fortè oppoſitis armis tranſitu (23.) nos prohibeat, (24.) atque ea in re hoſtibus ſuis ſuperior evadat, eosque à terra ſua arceat: Vos autem expectate, donec ipſe ad me veniat; ego verò eum dolo aggrediar, & unà cum illo Hieroſolymam veniam, quò factò regnum Hyrcano reſtituam, ea tamen conditione, ut quotannis tributum nobis pendatis. Antipater igitur: ſic faciemus, inquit, & quodcunque ego conſtituero, id Hyrcanus ratum

(19.) Hebr. נוקומיסר ita in noſtro codice, Munſterianus habet: ניקומידם Nicodemum vocat Joſephus eod. c. 5.
(20.) Nicodemo, vid. num. antec. 19. it. cap. ſequ. 21. n. 1.
(21.) Conſer Joſippi Epitomen pag. 84.
(22.) Vide Ejusd. Joſippi Epitomen pag. 85.
(23.) Vel: ne fortè aciem inſtruat in tranſitu Judæorum (ſeu adverſus Judæos) ita juxtà Hebræum, ubi in noſtro codice habetur: במעברות id eſt, in tranſitu, nonnulli codices habent: במערכות i. e. in ordinibus ſeu acie, ut ſenſus ſit: ne fortè aciem Judæorum adverſus nos inſtruat.
(24.) Idem ſcribit & Joſephus Antiq. lib. 14. c. 5. in fine.

שנה׳ ויאמ׳ אנטיפטר כן נעשה וכל
אשר אקים אני הורקנום מקימו וישבע
לו על דבר הזה׳

וידי אחרי כן ויאמ׳ פומפיום קראו
לניקומידאם ויבא אלי וארמה׳ אותו
ויבא אליו וידבר אליו לאמר מרר לך
ואמר לאדונך אריסתובלום כה׳ אמ׳
פומפיום שר צבא רומא מדר בוא אלי
ואל העמוד ודגל אנטיפטר בידי ואני
מרכה אותך בדמשק עד אשר תבוא אלי
ואחזק את המלכות בידך כי כן גזר
הישיש ש״ב יועציו ואלה דברי האגר׳
אשר שלח פומפיום אל אריסתובלום
לאמר׳ מאת פומפיום שר צבא רומי
אל אריסתובלום המלך ואל שרי המלוכה
אשר לכהני יי׳ ולעם יהודה שלום׳ יהיו
יהיה לכם כי אני קבלתי אתכם בקבלה
נכוחה ועלי לקיים חפצכם כרצונכם׳
ויודע יהיה׳ לך אריסתובלום כי דגמן
והגן אשר שלחת אלי קבלתים ולומא
אותם שלחתי וכי הגיעו אל הישיש שמח
רוא בם עם ש״ב יועציו וישימו את
מנחתך בהיכל יובים ויהללו אותך על
ככה ויתפללו עליך במקום והוא׳ וכתב
אלי הישיש לחזק את המלכה כיד
יעתה אם טוב בעיניך מהר בוא אלי אל
דמשק ואעשה חפצך כמוב וכישר בעיניך
תאגרת

tum habebit; quam in rem Antipater juramentum præſtitit.

CAP. XXI.

His rebus geſtis Pompejus Nicomedem (1.) vocari juſſit, qui cum veniſſet, Pompejus eidem fallendi animo dixit: feſtina ac Domino tuo, Ariſtobulo, dic meo nomine: ſic ait Pompejus, Romani exercitus imperator, celeriter ad me veni nec cunctare, nam Antipater in mea eſt poteſtate; ego verò te Damaſci tàm diu expectabo, donec ad me veneris, ut regnum tibi confirmem, ita enim Conſul & trecenti ac viginti Senatores Romani decreverunt; Epiſtolæ autem, quam Pompejus ad Ariſtobulum miſit, hæc erat ſententia: Pompejus, Romani exercitus imperator, Ariſtobulo, regi, regnique principibus, qui ſacerdotes ſunt Domini ac populo Judaico ſalutem! notum vobis ſit, amicitiam veſtram mihi admodùm gratam eſſe, meque id curaturum, ut voluntati veſtræ ſatisfaciam: præterea te, Ariſtobule, certiorem facio, quòd vitem atque hortum, quem mihi miſiſti, acceperim & utrumque Romam miſerim & quòd tuum hocce donum Conſuli & trecentis ac viginti Senatoribus oblatum læto ab illis animo acceptum ſit, quòdque iidem iſtud in Templo Jovis repoſuerint teque propterea laudaverint ac pro ſalute tua in loco illo oraverint, Senatus (2.) quoque mihi ſcripſit, ut regnum tibi confirmem. Nunc itaque, ſi tibi viſum fuerit, celeriter ad me Damaſcum veni, ut voluntati tuæ, prout tibi placuerit, ſatisfaciam, atque hæc epiſtola ſcripta eſt in libro decretorum

(1.) Nicodemum vocat Joſephus eod. lib. 14. cap. 5. vid. cap. antec. 20. num. 19. & n. 20.
(2.) Ita hic vocem ישיש melioris ſenſus cauſa exprimere volui, de qua ſuprà lib. 3. c. 17. n. 6.

והאגרות הזאת הנה היא כתובה ערי
ספר קיום מלכות רומא׳ וידו אחרי כן
וילך אריסתובלוס אל דמשק אל פומפיוס
הגדול שר צבא חיל רומא וגבוים וגם
הורקנוס ואנטיפטר וזקני יהודה אשר
היו עם הורקנוס עם אנטיפטר היו
בדמשק כבר׳ ויאמרו זקני יהודה אל
פומפיום שפוט השר הגדול ואיש הרומים
משפט אמת וצדק בין שני האחים
האלה׳ דע אדוננו כי אריסתובלוס יהודה
במרך על אחיו הגדול ממנו והכביד את
עלינו כי לבר את הגלוכה בתוך
וברומה ובמלחמה וימלוך בתוקה על עם
יהוד׳ ויפל לארץ את אחיו הגדול ממנו.
ועוד לא רב לו בזה אבל הכה את כל
הגוים אשר הם שכנינו והיו אוהבינו
מתמול שלשום והר׳ סבב להוות׳ אויבינו
כי שפך דם רב מהם בארצם והנה הוא
אכזר לעמו ולנכרים׳ ויבא אנטיפטר
אלף׳ נדים וקנים מזקני יהודה ויעיד
כלם על הדברים האלה׳ ויען אריסתובלוס
את פומפיום ויאמר אבות האדון כי אחי
הורקנוס גדול ממני אבל הוא עצל
וחלש ולא נאה לו למלוך ואני לא
תמדתי מלוכה ולא אהבתי למלוך אבל
ראיתי כי אולת יד העם וכי פשעו כל
עבדי

(3.) Imperii Romani. Ariſtobulus igitur Damaſcum (4.) ad Pompejum Magnum, Romani exercitus ducem & Imperatorem, profectus eſt; Hyrcanus autem & Antipater unà cum Senioribus, qui ipſorum partibus favebãt, jam anteà Damaſci erant; hi itaque Seniores populi Judaici ad Pompejum dixerunt: judica, ô magne imperator ac clementiſſime princeps, verum ac juſtum judicium inter duos hoſce fratres; illud autem ſcias, Domine noſter, quòd Ariſtobulus crudele in fratrem ſuum, natu majorem, imperium exerceat, nosque gravi premat jugo, ipſe enim gladio, haſta, ac bello regnum occupavit illudque per vim adminiſtravit in populo Judaico, fratrem quoque ſuum, natu majorem, humi proſtravit, neque illud ei ſatis fuit, ſed omnes inſuper gentes vicinas nobisque anteà amicas bello laceſſivit, earumque in nos odium concitavit, multum quippe ſangvinis in illarum terris effudit & tàm in ſuos, quàm alienos crudelis fuit. Ad hanc rem confirmandam Antipater mille (5.) teſtes è ſenioribus Judæorum produxit, qui omnes hujus rei teſtimonium perhibuerunt: Ariſtobulus autem Pompejo reſpondens: (6.) verum quidem eſt, inquit, Domine, quòd frater meus, Hyrcanus, me ætate præcedat, ſed ignavus ipſe eſt atque imbellis (7.) & ad regnandum ineptus, præterea nec regnum affectavi neque illud ambivi; ſed cùm vidiſſem, populi vires quotidiè elangveſcere omnesq; finitimos populos, quos majores noſtri ſubjugârunt eosque Judaicæ genti ſubjecerunt, ab illa deficere ac

(3.) Seu confirmationis, ſic interpretor: ספר קיום i. e. librum, in quem concluſa ac decreta ſenatus Romani referebantur.
(4.) Vid. Ioſeph. Antiqu. lib. 14. cap. 5. it. Ioſippi Epitome pag. 85.
(5.) Idem & Joſeph. dict. lib. 14. c. 5. ſcribit, cui & Joſippi Epitome pag. 85. & ſequ. conſentit.
(6.) Vide eandem Joſippi Epitomen pag. 86.
(7.) Ita hic חלש exprimere volui, quæ vox fere cum Gallica: laſche, tam ſono, quam ſignificatione congruit. Joſephus eod. lib. 14. c. 5. ſcribit, Ariſtobulum Hyrcani fratris φύσει κάρφιστον ὄντα καὶ ἀπὸ τῶν ἐγκαταφρόντων i. e. ingenium otio deditum, ac propterea contemptui expoſitum, accuſaſſe.

עבדי יהוד׳ אשר בבשו אבותינו מהגוי
אשר סביבותינו ויתנו בתך מורת ואפס
עצור ועזוב ואני באשׁ׳ ראיתי כי כן
קבלתי המלכות וגלחם זי והשיבותי אותם
תחת יד יהודה ועוד כי כה צוה אבי לפני
מותו אשר אני אמלוך אחרי אבי כי
ראה את עצלות אחי ואת חסר דעתו׳
וימצא אריסתובלוס עדים רבים ויעידו
כדברים האלה והעדי׳ אשר נתן היו כלם
בחורים לובשי תכלת וארגמן ועליה׳
עדי הזהב ואבני יקרה׳ ויתמה פומפיום
על פאר הבחורים ועל הדר יפים׳ ויען
ויאמר אל הזקני׳ העם הזה כלם מלכי׳
אשרי המלך שימלוך בעם הזה על עם
יהוד׳ ואשרינו אנחנו אם נוכל למלוך
על עם כזה כי עתה׳ ילך שמנו בכל
הארץ ופחדנו ומוראנו יפול ערי כל
הגוים כי נוכל להכניע את הגוי העז
הזה׳

ואחרי כן נסע פומפיום מדמשק ללכת
לירושלם לראו׳ מה יאמרו העם באחות
המלוכה עם מי האמת והישר משני
האחי׳ ואריסתובלוס והזקנים עמו ויהי
בדרך

ac Judaico regno ſemet ſubducere, (8.) denique omnia in pejus ruere ac peſſum ire, (9.) cum hæc, inquam, animadverti ſſem, regni adminiſtrationem ſuſcepi bellumque geſſi, atque rebelles Judæorum poteſtati denuò ſubjeci: pater quoque meus ante obitum ſuum præcepit, ut poſt mortem matris meæ regno præeſſem, ignaviam quippe fratris mei atque animi ipſius imbecillitatem perſpexit. His dictis Ariſtobulus quoque multos produxit teſtes, qui hæc ejus dicta teſtimoniis ſuis comprobârunt, hi omnes juvenes erant, veſtibus induti hyacinthinis (10) ac purpureis, quæ aureis fulgebant ornamentis ac lapidibus pretioſis, Pompejus itaque ornatum juvenum decoremque pulchritudinis eorum (11.) admiratus Senatoribus dixit: certè omnes iſti reges ſunt, ô beatum illum, qui populo huic Judaico imperabit, nos quoque beati erimus, ſi regnum ſuper populum iſtum adipiſci poterimus, tunc enim nominis noſtri gloria per omnem ſeſe terram extendet cunctæque gentes nos pavebunt ac metuent, ſi validum huncce populum ſubjugare poterimus.

CAP. XXII.

POſteà Pompejus Damaſco profectus Hieroſolymam verſùs iter (1.) inſtituit, ut populi judicium de regno exploraret ac diſpiceret, quisnam ex duobus fratribus meliore jure & æquitate niteretur; erant autem cum Pompejo tàm Ariſtobulus, quàm Hyrcanus. Cæterum duo illi fratres,

(8.) Humerum rebellem obvertere, ita Munſterus ad Hebraicum verbo tenus expreſſit.
(9.) Sic Phraſin Hebræam: אפס עצור ועצוב (quæ in ſacris literis ſæpius occurrit) hîc Latinè exponere volui.
(10.) Vid. Joſeph. lib. 14. cap. 5. it. Egeſippi de Bell. Jud. lib. 1. cap. 15. ut & Joſippi Epitome pag. 86. & ſequ.
(11.) Conſentit & Joſippi Epitom. pag. 87. ſed Joſephus eod. lib. 14 c. 5. ſcribit, Romanis luxum hunc veſtium minimè placuiſſe, eo, quòd Judæi illi non reorum more; ſed tanquam ad pompam ac ſpectaculum, prodierint, vid. Idem Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. it. Egeſipp. de Bell. Jud. l. 1. c. 15.
(1.) Idem refertur in Ioſippi Epitome pag. 87.

בדרך ויהיו שני האנשים על אדמת המלוכה
ויתרפו זה את זה לפני פומפיום וישהקם
הוא בעצם: וגם הגוים אנשי העיר
אשר לכד אריסתובולום צעקו על פומפיום
מאריסתובולום אשר הבינעים: ויקרא
פומפיום אל אריסתובולום ויאמר לך
להשיב את העיר לבעליהם ולכהוב
בכתב ידו לקיים להם קיום כי לא יבא
עליהם עוד למלחמה: וישמע אליו
אריסתובולום וישב להם את העיר ויכתב
להם בכתב ידו לקיים להם הכתב בכל
אשר צוהו פומפיום ויבא עוד הוקנוס
עם אריסתובולום על אדמת המלוכה
ויאמר אליהם פומפיום דומו ואל תריבו
עד בואי עמכם בעריכם וארצה עם מי
משפט המלוכה: ויכן אריסתובולום כי
יש את נפש פומפיום להסיר את המלוכה
ממנו ולהתה על הוקנוס אחיו הגדול
ממנו ויברח מלפניו ויסע וילך ופיה לא
שאל ויבא אריסתובולי דליוונה וילך
ויעבור פילום ושטיפולי ומשם נסע ויבא
אלכסנדרונה וישב שם: ויתר את פומפיום

מאד

tres, cùm in itinere eſſent de regno rixati ſe invicem maledictis infectati ſunt, coràm Pompejo, qui eos ad ſilentium cum indignatione adegit, gentes etiam, quæ ex urbibus illis, quas Ariſtobulus ſubjugaverat, cum Pompejo erant, illius opem contrà Ariſtobulum imploràrunt, eò, quod ab ipſo ſub jugum redactæ eſſent. Pompejus igitur Ariſtobulum ad ſe vocans eidem præcepit, ut urbes dominis ſuis reſtitueret manuque ſua ſcriberet ac confirmaret, quòd eos nunquam bello laceſſere velit, cui Ariſtobulus morem geſſit urbesque priſtinis Dominis reſtituit, atque ſcripturam, manu ſua confirmatam, ea de re iisdem tradidit, ſicuti Pompejus juſſerat, cumque Hyrcanus de regni negotio iterùm cum Ariſtobulo jurgaretur, Pompejus utrique ſilentium imponens, nolite, inquit, rixari, donec vobiſcum ad urbes veſtras pervenero ac cognovero, cui jus regnandi competat; Ariſtobulus autem animadvertens, Pompejum eò inclinare, ut regnum ſibi auferret illudque Hyrcano, fratri ſuo, natu majori, traderet, clàm (2.) profugit atque Pompejo inconſulto abiit, Delionemque (3.) pervenit, inde Pilum (4.) ac Scythopolim (5.) tranſiens caſtris motis Alexandrium (6.) pervenit ibique manſit. Quô cognitô Pompejus admodùm iratus omnem belli apparatum, quem contrà Perſas (7.) deſtinaverat, in Ariſtobulum

vertit

(2.) Vide Joſeph. lib. 14. cap. 5. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. conſer. & Egeſippi lib. 2. de Bell. Jud. c. 15.

(3.) Δήλιον vocat Joſephus eod. lib. 14. cap. 5. in fine.

(4.) Hebr. פילום ita hic in noſtro codice; Munſterus vertit: Pellam, cui & Joſephus lib. 14. c. 6. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. conſentit.

(5.) Hebr. שיטופולי ita Munſteri codex Hebraïcus, quem hic potius ſecutus ſum, quàm noſtrum exemplar, quod habet שמיפולי de hac urbe ſuprà h. lib. 4. c. 5. n. 6. & lib. 5. c. 21. n. 10. it. infr. lib. 6. c. 3. n. 7. quædam dicta ſunt, vid. & Joſeph. eod. lib. 14. cap. 6. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. confer. etiam Egeſipp. eod. lib. 1. de Bell. Jud. c. 15.

(6.) Ita hic אלכסנדרונה in Munſteri codice, quem ſecutus ſum, nam in noſtro corruptè, ut puto, legitur אלכסנדרונה vid. Joſeph. lib. 14. c. 6. ubi Ἀλεξάνδρειον vocatur hoc oppidum, ut & lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. it. Egeſipp. de Excid. Hieroſol. lib. 1. c. 15. in Joſippi Epitome p. 88. dicitur, quòd Alexandriam Ægypti perierit Ariſtobulus; ſed error eſt, ut puto, vid. infrà h. lib. 4. cap. 24. n. 15. & l. 5. c. 21. n. 10.

(7.) Contrà Nabathæos expeditionem à Pompejo ſuſceptam fuiſſe ſcribit Joſephus dict. lib. 14. cap. 5. in fine, & c. 6. princip. vid. infr. h. cap. num. 24.

מאד ויכב עליו את כל טורח המלחמה
אשר חשב לשלחו על פרס וידרוך אחריו
פומפיום וידביקהו באלכסנדרונה ויצר
על העיר ויאמרו הכמי אריסתובולום
אליו לאמר מה לך למרוד בידומיים אשר
תראה כי הם כמעט הרים בבל העולם
בראותך כי אין לנו כח מבני עמנו כי
נשפוך עליהם וישמע אליהם ונלעצתם
ויצא אל פומפיום וישאלהו שלום ויכב
עוד בארוץ על דבר המלכות וישב ע"ד
ויבא שלכסנדרונה: ויהי ממח — ויצא
אריסתובולום מן העיר היא ה"ד
אלכסנדרונה ויתקע בשופר וימרוד וילך
ירושלם: ופומפיום אחריו וכל טורח חיל
רומיים עמו ובל כובד צבאם נסעו משם
וילכו הלוך ובוא עד ויהיו עיד הריח
ויחנו שמה ונקרי שם העיר עיד הריח
כי במקום ההוא היה צומח אילן
אפרסמון דנקרא בלשאם אשר ממנו
יצא השמן הטוב הנקרא שמן אפרסמון
והוא שמן פנג: ואמר יוסף בן גוריון
העץ הזה לא נראה מעולם במקום אחר

כי

(8.) Munſteri codex hic addit: על פי פומפיום i. e. conſentiente Pompejo, prout Munſterus vertit, quod & Joſephus eod. lib. 14. c. 6. refert, ut & Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 15.

(9.) Vid. Joſeph. dict. lib. 14. cap. 6. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 5. conſer. Egeſipp. eod. lib. 1. de Bell. Jud. c. 15. it. Joſippi Epitom. p. 88.

(10.) Vid. Joſeph. lib. 14. c. 7. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. conſer. Egeſipp. eod. lib. 1. c. 15. nomen itaque Jericho à ריח i. e. odor, hic deducitur, alia derivatio habetur infrà h. cap. num. 15.

(11.) Hebr. אפרסמון, ita hic in noſtro codice; opobalſamum vocat Joſephus lib. 14. c. 7. vid. Munſter. hic in notis, it. infrà libr. 5. cap. 16.

vertit eumque perſecutus in oppido Alexandrio deprehendit, illudque obſedit; tunc Ariſtobulo ſapientes ejus dixerunt: Cur à Romanis, quos univerſo penè mundo imperare vides, deficis, cùm nullum ſperandum nobis ſit auxilium à populo noſtro, qui jam Romanis ſeſe adjunxit: horum igitur ſecutus conſilium Ariſtobulus urbe egreſſus eſt ad Pompejum pacemque ab illo petiit, poſteà cum fratre ſuo iterùm de regno contendit ac denuò in oppidum Alexandrium reverſus eſt; (8.) Sequenti autem die Ariſtobulus relicto Alexandrio tubâ ſignum belli dedit, & à Romanis rurſus defecit atque Hieroſolymam contendit; (9.) Aſt Pompejus cum univerſo Romanorum exercitu gravique armatura atque omni bellico apparatu eundem perſecutus eſt caſtrisque ſubinde motis ad urbem ſvaviſſimi odoris, Jericho, (10.) tandem pervenit ibique conſedit: hæc urbs Jericho nomen inde traxit, quòd ibi apharſemon (11.) arbor, quæ Balſam nominatur, creverit, ex qua oleum præſtantiſſimum, apharſemon ſeu oleum Pannag (12.) dictum, ſtillavit; hæc arbor, (inquit Joſephus, Gorionis filius) nunquam alibi, quàm in urbe Jericho, viſa eſt, ac licet multi terrarum principes omnesque Ægyptii reges inde ſurculos tulerint eosque terræ ſuæ inſerere multis

(12.) De hac voce vid. quæ Munſterus in præfatione hujus autoris dixit, item Regum cap. 20. verſ. 13. ibique R. Salom. videatur etiam idem R. Salomo ad Eſaiæ cap. 39. v. 2. & ad Ezech. c. 27. v. 17. conſer. & Sam. Bocharti Hierozoic. part. 1. l. 2. c. 51. p. 629.

כי אם בירחו ורבים מלבי ממלכי הארץ
וגם כל מלבי מצרים לקחו מנטעי העץ
וינטו למעת מהם בארצם במקומו רבוי
ולא קבל העץ את טבע הארץ כי יבש
והיה העץ ההוא בירחו עד הרבן בירת
שני והוא נאשר נהרב בירת המקדש
השני או נעתק העץ מירחו אל מצרים
ולמקומות אחרי במקו יהוע והיה שם
עד היום הזה וגם עודנו מעט בירחו
ג׳׳כ׳ ונקרא עיר יריחו עיר התמרים להיות
ממשלת היריח אשר מועדי מי קדואים
בו עליה גם כי במולדו יהוה באשר
יהוה לא יראה בשום מקו ממקומו
היישוב טרם הראותו בירחו ולכן העדי
הנאמנים אשר היו באים להעיד את
זקני ישראל עד ראיית היורח היו באי
מירחו כי כל עד אשר היה בא להעיד
על ראיית היורח משם לא היתה נמצא
בעדותו סבת מבוכה ושגגה ולא כן עדי
שאר המקומות כי היו פעמים רבות
שוגגים בעדותם ונבוכים׳ ויהי אחרי כן
וישכם פומפיום מירחו וילך אל ירושלם
ויראא

multis in locis tentaverint; furculi tamen isti terræ illius indolem respuerunt atque exaruerunt, hæc arbor in urbe Jericho usque ad destructionem Templi secundi (13.) mansit; devastato autem Sanctuario secundo arbor illa ex urbe Jericho in Ægyptum, atque inde in alia certa loca translata fuit, ibique (14) ad hodiernum usque diem mansit, & adhûc paululum ex illa in urbe Jericho supereſt; præterea urbs Jericho à luna (15.) nomen accepit eò, quòd splendor (16.) primæ lunæ, ad quam festa Domini diriguntur, ibidem præprimis observetur, nec ullo in loco, ubicunque ille fuerit, in toto terrarum orbe, nova luna priùs, quàm in urbe Jericho conspiciatur, quapropter etiam testes (17.) fide digni, qui Senioribus populi Israëlitici primam lunæ apparitionem indicabant, ex urbe Jericho veniebant, nullus quippe testis, qui inde veniebat, ut de lunæ apparitione testaretur, incertam vel erroneam testimonii sui causam adferebat; quæ sanè certitudo in testibus, qui aliis ex locis veniebant, non perinde reperiebatur, quippe qui sæpè in testimoniis suis errabant & incerti fluctuabant. Posteà Pompejus manè (18.) consurgens, relicta urbe Jericho, Hierosolymam versùs castra movit, cumque murorum urbis altitudinem atque turres excelsas lapidesque prægrandes & urbis nitorem (19.) decoremque

(13.) Ita apud autorem nostrum occurrit vox: תשני; quæ tamen in Munsteri codice Hebr. non habetur.

(14.) Hæc & quæ sequuntur usque ad: Posteà Pompejus manè &c. desunt in Hebraico Munsteri codice, & videntur à Judæo interpolatore adjecta esse, vid. infrà n. 18. h. cap.

(15.) Luna enim Hebræis dicitur: ירח seu יריח, vid. suprà h. cap. n. 10.

(16.) Seu dominium ac potestas, ita juxtà Hebr. ממשלת, quæ vox hic occurrit.

(17.) Buxtorf. in Synag. Jud. cap. 22. notat: prisci temporibus συνέδρους seu assessores judicii magni Hierosolymitani duos testes emisisse, qui observarent adventum & apparitionem primam lunæ, horum relatione intellecta statuebant ac publice significabant, hunc esse primum mensis diem, ad quem morem hic autor noster respexisse videtur; Cæterum utrum novilunium figi possit ac debeat secundum calculum Astronomicum; an verò perpetuò statuendum sit juxta phasin, vid. Buxtorf. eod. cap. 22. pag. mihi 472.

(18.) Vid. Joseph. lib. 14. c. 7. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. confer. Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. cap. 16. vid. & suprà num. 14. h. cap. ibique not.

(19.) Sic vertere volui vocem שמשותיה, vid. Jesai. 54. v. 12. ubi Salom. varias variorum explicationes adducit.

ויראא פומפיום את גובה החומות העיר
ואת רום מגדליה ואבניה ויראא את
שמשותיה ואת הדר יופיה ואת יתרת
וישתומם עוד ויפלא כראותו הוד העיר
ויאמר פומפיום מי יקלע אבן בקלע או
מי יורה חץ בקשת על העיר הקדושה
הזאת הלא תיבש ידו ויאמר עוד אשורי
המלך אשר ימלוך בעיר הזא ואשורי
העם היושב בתוכה׳ ויהי אחרי כן ויצא
אריסחובולם אליו וישאלהו לשלום
ויקבלהו באהבה וינחם על אשר מרד
ויקבלהו פומפיום ויבפר לו ויע לו עמו
שלום ויאמ׳ לו אריסחובולי כל אש׳
תאמר לי אעשה וכל אשר תשי עלי
אתן רק כי תעזרני על המלכות ולא
תכילני לפני אויבי׳ ויאמר לו פומפיום
את כלי הזהב אש׳ בהיכל ואת האבנים
היקרות אשר שם דביאם אלי ואשלחם
לארץ רומא אל היכל ייובים ואו אעשה
כל רצונך׳ ויאות אריסחובולם לעשות
כן ויאמר אליו כן אעשה׳ וישלח
פומפיום את גביאים איש גבור ויד
רמה אתו מגבורי רומא לקחת את הכלים
ואת האבני היקרות מהיכל יי אש׳
בירושלם׳ ויצאנו הגבורים והעם להוצ
את אשר שאל פומפיום ויבואהו את
גביאום מן העיר ורבים מגבורי רומא
מלו

remque pulchritudinis ejus atque splendorem consideràsset, ipse stupefactus & in admirationem elegantiæ urbis raptus dixit: quisnam fundâ lapidem projiciet aut jaculum contrà sanctam hanc urbem emittet, nec manus illius statim exaresçet? addidit præterea: beatus ille rex, qui urbi huic imperabit, felix ille populus, qui urbem hanc incolit! Aristobulus autem urbe egressus ad Pompejum (20) pacem ab eo petiit ipsumque amicè salutavit, pœnitentiâ ductus, quòd ab illo defecisset. Pompejus itaque eundem peramanter excepit eique delicti gratiam fecit ac pacem cum illo iniit; dein Aristobulus ei dixit: quodcunque mihi præceperis, faciam ac quicquid mihi imposueris, dabo, modo in regni negotio sis mihi auxilio nec permittas, ut hosti meo succumbam; adhæc Pompejus eidem respondens: si vasa aurea (21.) inquit, quæ sunt in Templo & gemmas ibidem repertas mihi tradideris, ut ea Romam mittam ad templum Jovis, tunc voluntati tuæ in omnibus morem geram; cumque Aristobulus illius petitioni annuisset, ac se ita facturum promisisset, Pompejus Gabinium, (22.) virum fortissimum & cum eo validam Romanorum manum misit, qui vasa ac lapides pretiosos è Templo Domini, quod Hierosolymis erat, auferrent; SedSacerdotes ac populus Pompeji postulata adimplere noluerunt, quin potius Gabinium urbe expulerunt multique tunc temporis milites Romani in medio urbis Hierosolymitanæ prostrati sunt; quapropter Pompejus ad iram commotus Aristobulum in carcerem conjecit (23.) ac catenis vinxit urbemque

(20.) Consentit & Josephus lib. 14. c. 7. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 16. it. Josippi Epitome p. 88.

(21.) Vide Josippi Epitomen dict. p. 88.

(22.) Hebr. את גביניום ita Munsteri codex Hebræus, quem hic secutus sum, nam, גביאורום, quod nomen apud autorem nostrum occurrit, corruptum est; vid. Joseph. dict. lib. 14. cap. 7. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. confer. & Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 16.

(23.) Consentit & Josephus eod. lib. 14. c. 7. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 5. confer. Egesipp. dict. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 16. & Josippi Epitom. pag. 88.

סלו במלחמה בתוך ירושלם׳ על כן קצף
פומפיום ויתן את אריסתובולום במשמ׳
ויאסרהו בנחושתי׳ ויבא אל העיר להלחם
עליה ביד רמה וירא והנה העיר בצורה
מאד מבל כאר בי בהר מרום הרי׳
יושבת זולת פאת צפון כי הוא מישור
להי׳ ושם ערך פומפיום את כל בלי
מלחמתו ואת כל חילו עמו ביד הוקר
מאד בי כל העיר רומה אשר שולח ל
פרס ומדי נקבץ אל ירושלם׳ ויצאו
אנשי ירושלם למלחמ׳ על פומפיו׳
פתאום וירעו ויתנו מרוצה גדולה על
מחנהו וישליכו מהם הרוגי רבים ארצה׳
ויבהל פומפיום על גבורת האנשים ועל
קלות הבחורי׳ ויחשוב לבסוע מעל
העיר׳

bemq; oppugnaturus validiſſimas adduxit copias, cùmque urbem undiquaq; munitiſſimam conſpexiſſet, inexcelſo enim monte ſita erat, excepta parte illa, quæ ſeptentrionem ſpectabat, ubi planities erat, hac ipſa in parte Pompejus omnes machinas bellicas totumque exercitum ſuum, qui validiſſimus erat (nam omnes copiæ Romanæ, quæ contrà Perſas (24.) ac Medos miſſæ erant, adverſùs urbem Hieroſolymam tunc contrahebantur) conſtituit: aſt Hieroſolymitani eruptione ſubitò facta clamoreque militari ſublato in Pompejum irruerunt, magnoque impetu in caſtra illius facto, multos (25.) ex militibus ejus in terram proſtraverunt. Pompejus igitur audaciam virorum illorum juvenumque velocitatem cum ſtupore admiratus obſidionem ſolvere voluit.

CAP. XXIII.

ויהי אחרי כן ותהי מלחמה גדולה בתוך
עיר ירושלם בין אנשי אריסתובלום ובין
אנשי הוקנוס כי אנשי הוקנוס אמרו
לפתוח את העיר לקבל פומפיום בעיר
ואנשי אריסתובלום מעם מזה ולא
אבו לרביאו אל העיר׳ ותחזק המלחמה
הפנימית על ככה מהמלחמה החיצונה
ויהי עם רב ביהודה במלחמה הזאת׳
ויהי בשמע פומפיום את הדבר הזה
ויגש אל השער להלחם ויפתחו היהודי׳
אנשי

SEd poſteà ingens certamen in ipſa urbe Hieroſolymitana inter Ariſtobuli & Hyrcani aſſeclas exortum eſt; nam qui ab Hyrcani ſtabant partibus portam aperiendam (1.) Pompejumque intrà urbem recipiendum eſſe dicebant; qui verò cum Ariſtobulo faciebant, contrà nitebantur nec eum intrà mœnia recipere volebant, quamobrem inteſtinum bellum gravius exarſit, quàm externum, atque ingens multitudo populi Judaici in illa ſeditione occubuit, quo cognito Pompejus ad portam acceſſit urbis oppugnandæ cauſa; Judæi igitur, qui Hyrcanum ſequebantur, cum id viderent, apertâ portâ

(24.) Vid. quæ ſuprà h. cap. 22. n. 7. annotata ſunt.

(25.) In Joſippi Epitome pag. 89. narratur, quod duodecim millia Romanorum in prælio illo occubuerint.

(1.) Vid. Joſeph. Antiqu. lib. 14. cap. 8. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. confer. & Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 16. it. Joſippi Epitome pag. 89.

אנשי הוקנוס את השער ויקבלו את
פומפיום עם כל חילו בתוך העיר׳ ולבוד
פומפיום את ירושלם ואת היכל המלך
רק את היכל יי לא לכד כי הכהנים
סגרו את שערי הבית אשר להיכל יי
ולכדו מבואו הדיכל וילחמו בהם בכחי
ויהי בחדש הרביעי ויולחמו הכהנים עד
י״ז בו ויהי ביום הצום בהעלות המנחה
ויקריבו הכהנים הזבחים והעולת לפני
מזבח יי׳ וגם פומפיום הקריב את איל
הכרזל לנגח מגדל הדיכל ויך את המגד׳
וישמיטהו ארצה ויפתחו קרני הדיכל׳
ויעל ראשונה על המגד׳ קורניליאום
ואחריו עלה פוריאוס ופאוסתו׳ ופונאו׳
ויד גדולה עמו מגבורי פומפיום והרוגם
שלופות בדם ויבאו את הדיכל בעת
אשר הכהנים זובחים את הזבח ומקריבי
את העולות לפני יי׳ ויצעדו בתוך
ההיכל הלוך ודבי בבהני יי והמה
עובדים

portâ Pompejum cùm omni exercitu intrâ urbem receperunt, hoc ille modo Hieroſolymam regiumq; Palatium in ſuam redegit poteſtatem, (2.) Templum autem Domini non cepit; ſacerdotes enim portas Templi clauſerant, omnesque aditus Sanctuarii occuparant, quos etiam ſtrenuè defendebant; cum verò usque ad decimum ſeptimum diem menſis quarti Sacerdotes viriliter pugnâſſent, ac jejunii die, veſpertino tempore (3.) ſacrificia & holocauſta coràm altari Domini obtuliſſent, Pompejus arietem admovit ferreum, ut turrim (4.) Templi concuteret, quâ crebris ictibus in terram dejecta apertisque interioribus (5.) Templi partibus, primus in turrim aſcendit Cornelius ac poſt ipſum Furius (6.) ac Fauſtus (7.) Fabiusque (8.) cum maxima militum Pompejanorum manu, qui ſtrictis gladiis Templum ingreſſi eo tempore, qua Sacerdotes victimas mactabant & holocauſta offerebant coràm Domino, in medium penetrârunt Sanctuarium cædendo ac proſternendo ſacerdotes Domini, qui cultui Divino tunc operabantur: hi verò neque (9.) ſtrictos metuebant gladios neque fulgentes timebant

(2.) Vid. Joſeph. eod lib. 14. cap. 8. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 5. confer. & Egeſipp. dict. lib. 1. de Excid. Hieroſol. cap. 16. & Joſippi Epitom. pag. 89.

(3.) Hebr. בהעלות המנחה, i. e. Cum munus offerretur, quod veſpertino fiebat tempore; cæterum de mincha parva ac magna vid Buxtorf. lex. hac voce.

(4.) Vid. Joſeph. eod. lib. 14. c. 8. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5.

(5.) Ita Munſteri codicem, qui habet: את קרני ſecutus vertere volui; apud autorem noſtrum legitur: את קיני i. e. cornua ſeu anguli.

(6.) Sic nomina propria ex Joſephi lib. 14. cap. 8. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. hic reſtituere volui, nam quæ in exemplari noſtro habentur, corrupta ſunt.

(7.) Joſephus eod. l. 14. cap. 8. Cornelium Fauſtum, Syllæ filium, nominat, atque ita unum hominem nomine ſuo ac cognomine indicat; autor verò noſter duos intelligit homines diſtinctis hiſce nominibus, cui & Munſteri codex quodammodo conſentit, qui ita habet: קורניליום ופאוסתום בני סלה׳ i. e. Cornelius & Fauſtus, filii Syllæ; Egeſippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 16. ſcribit, Syllam exigente Cornelia primum impetum in Templum feciſſe, quem duo centuriones, Furius ſcil. ac Fabius, ſecuti ſint.

(8.) Hic Fabius ut & Furius, centuriones fuerunt, vid. Joſeph. lib. 14. c. 8. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 5.

(9.) Idem ſcribit & Joſephus lib. 14. c. 8. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. confer. & Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 16. & 17. vid. infrà ſimile factum lib. 6. c. 3. 2. n. 26, confer. D. Wagenſeil. Sot. c. 9. Miſchn. 14. pag. 967. & ſeq. n. 7.

עיבדים בעבודת יי' ולא חרדו רבהנים
ולא פחדו מן החרבות השלופות ולא
רגזו מן הדמים המבדוקים ולא רגזו מן
הפגרים המתים הנופלים בתוך היכל יי'
אבל ע"י הפגרים הלכו הכהני לעבוד
את עבודת יי' ולזבוח זבחיו ולעלות
עולותיו ולהקריב קרבנותיו: ויאמרו
הכהנים איש אל רעהו חזק ונתחזק
כהני יי' ונהרג לפני מזבח יי' כי טוב
לנו למות במשמרתו ולא נעזוב את
משמרת יי' ולא נשלוך את עבודתו
מגדנו: ועשו כן וילכו כהני יי' בלא
כתר ובלא יראה בתוך צעד המלחמה
כאשי ילך איש בעומק השלום והיה
כנפול הכהן המקריב את זבחו יבא כהן
אחר תחתיו ויקח מידו את הקרבן
ויקריבהו הוא ובהרג גם הוא יבא רעהו
ויעשה כמעשהו עד תום כל עבודת יי'
מיד רבהנים ביום הצום: ויהרגו הכהנים
כולם חגורים אפוד בד ומלובשי בבגדי
קדש ויפלו פגרי חללי הכהנים על פגרי
זבחיהם ויתערב דמם בדם הזבח וימותו
כלם בקדושה לפני מזבח יי': וידבר עוד
יוסף בן גוריון הכהן בספרי על אדות
הכהנים האלה לאמר בר אשר בדותי
על כהני יי' לא שקרתי בו רק האמת
הגדתי

mebant haſtas neque ad conſpectum cadaverum, in Templo Domini jacentium, contremiſcebant; ſed ſuper interfectorum corpora incedebant cultumque divinum peragentes, ſacrificia, holocauſta ac victimas offerebant (10.) ac ſemet invicem hiſce verbis exhortabantur: obdurate, ô ſacerdotes Domini, fortique ſimus animo, & antè altare Domini moriamur, præſtat enim divino cultui operantes mortem obire quàm miniſterium Domini deſerere ejusque cultum relinquere. Sacerdotes igitur Domini his dictis morem gerentes ſine ullo pavore ac timore in medio belli fervore perinde ac in profunda pace verſabantur, cumque ſacerdos, qui ſacrificium offerebat, caderet, mox alius ei ſuccedebat, qui oblationem è manu interfecti accipiebat eamque offerebat; dein etiam hoc interempto, collega ejus accedebat, qui opus ab illo ſuſceptum perficiebat idque tamdiu fiebat, donec omnis cultus divinus per ſacerdotes illo jejunii die (11.) peragereturſic cuncti ſacerdotes amiculo (12.) lineo cincti ac ſacris veſtibus induti interfecti ſunt, atque ſacerdotum interemptorum cadavera ſuper victimarum corpora cecidерunt, eorumque ſanguis cum ſangvine hoſtiarum commixtus fuit, (13.) omnesque in Sanctuario coràm altari Domini occubuerunt. Quæcunque autem hic de Sacerdotibus Domini dixi, (inquit Joſephus, Goriònis filius, Sacerdos, in libro ſuo, (14.) non ficta ſunt, ſed vera narravi; ſi quis igitur hunc librum meum legens huic rei fidem habere nolit, is abeat & aliorum ſcriptorum libros, qui idem, quod ego hic, teſtati ſunt, evolvat; (multi enim ſcriptores

(10.) Tanta erat cura miniſterii atque utinam pro veritate devotionis & fidei fuiſſet! prout ſcribit Egeſippus dict. lib. 1. c. 16.

(11.) Joſephus eod. lib. 14. cap. 8. ſcribit, Hieroſolymam urbem à Pompejo captam fuiſſe tertio menſe, jejunii die, Olympiade 179. Conſulibus Cajo Antonio & Marco Tullio Cicerone, vid. quæ infrà h. cap. n. 17. notata ſunt.

(12.) Seu tunica, אפוד, de hac voce vid. commentator. Bibl. imprimis R. Salom. ad Exod. c. 40. in fin. ac Buxtorf. Lex. hac voce.

(13.) Idem Pilatus feci: Galilæis tempore Chriſti, de quo vid. Lucæ 13. v. 1.

(14.) Libro ſcil. Antiqu. 14. cap. 8. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. confer. & Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 16. & 17.

הגדתי וכל אשר יקרא בספרי זה ולא
יאמין ילך ויקרא בספרי סופרים אחרים
אשר העידו כמוני כי סופרים רבים העידו
כן והנה המעש הזה גם בן בתוב בספר
ניקולאוס מדמשק ועל ספר סחרבן
הכפתורי ועל ספר טיטוס הסופר הרומי
אשר כתב מעשה פומפיום הרומי ועל
ספרי סופרים אחרים: ויאמר עד יוסף
הכהן דברים רבים בתבנו בספר אשר
כתבנו לזכרון למלכי רומי אשר לא
כתבנום פה כי דם בלתי ראויים להכתב
לעם הקדש: ואמנם זה הספר כתבנוהו
לעם יי' ולכן לא כתבנו פה רק ההלאות
אשר עברו על עם יי' כי התגברו מלחמי
מהם וברם אז התגברו מלחמה עם מלכים
אחרים ממלכי הגוים: וידי באשר תמו
הכהנים מהרוכל ויבואו שרי רומה בתוך
המקדש וישבו שם: ואלה שמותם
גויס ואנטיאוס וסרבוס וטוליאוס
וקרקריאוס וזה השר קרקיאוס היה איש
סופר וכתב בספרו כל אשר ראה בעיניו
על

res hæc geſta narrârunt) imprimis autem in libro Nicolai Damaſceni, ut & in Strabonis Cappadocis, ac Titi (15.) Hiſtorici Romani, qui Pompeji Romani geſta conſcripſit, & in aliorum ſcriptorum libris id ipſum literis conſignatum inveniet. Præterea (16.) multas res ſcripſimus, inquit Joſephus, Sacerdos, in libro illo, quem in memoriam principum Romanorum compoſuimus, quas hic non retulimus neque etiam conveniebat, ut eas populo Sancto ſcriberemus: Verùm hunc librum in gratiam populi Domini compoſuimus, ac propterea non niſi caſus ac calamitates, quæ populo Domini evenerunt, hic ſcripſimus, bella nimirum, quæ vel ipſi inter ſe Judæi vel cum aliis gentium regibus ac principibus geſſerunt. Cùm itaque omnes ad internecionem * deleti eſſent ſacerdotes in Templo Domini, tunc principes Romani Sanctuarium ingreſſi ſunt ibique manſerunt, nomina autem eorum hæc ſunt: Cajus (17.) Antonius & Marcus Tullius Cicero; hic princeps Cicero ſcriptor fuit omniaque, quæ ipſe oculis ſuis viderat, quæque ſacerdotibus Domini ejusque Sanctuario evenerant, literis tradidit. Poſteà etiam Pompejus (18.) multique cum eo Romani Templum Domini ingreſſi ſunt, cumque ipſe Sanctum Sanctorum (19.) vidiſſet,

(15.) Livii, ita Joſephus eod. lib. 14. c. 8.

(16.) Hæc & ſequentia usque ad: cum itaque omnes ad internecionem &c. in Munſteri codice non leguntur, confer. ſeq. Sign. * h. cap.

* Vid. quæ num. præced. 16. h. cap. notata ſunt.

(17.) Ita Munſteri codicem ſecutus hic vertere volui, nam quæ in exemplari noſtro habentur nomina, corrupta ſunt, cœterùm hîc notare licet errorem interpolatoris & imperitiam Græcæ linguæ, Joſephus enim Antiqu. lib. 14. cap. 8. ſcribit, Cajo Antonio & Marco Tullio Cicerone, Coſſ. urbem Hieroſolymam fuiſſe captam, prout ſuprà in notis num. 11. dictum eſt: hic vero imperitus ille interpolator hos ipſos conſules hîc introducit ſpectatores eosque Sanctuarium Domini ingreſſos eſſe aſſerit.

(18.) Tacitus Hiſtor. lib. 5. c. 9. ita ſcribit: Romanorum primus Cn. Pompejus Judæos domuit Templumque jure victoriæ ingreſſus eſt, inde vulgatum, nullâ intus Deûm effigie vacuam ſedem & inania arcana.

(19.) Conſentit Joſeph. eod. lib. 14. c. 8. it. lib. 1. de Bell. Iud. c. 5. confer. Egeſipp. de Bell. Iud. lib. 1. c. 17. ubi ſcribit, quod Pompejus tabernaculum viderit atque intus lucernam & menſam & thymiamata inſpexerit ac tabulas teſtamenti ſuperque eas Cherubim & multitudinem aromatum di'perſam &c.

על כהני יי ועל מקדשו׳ וידי אחרי כן
ויבא גם פומפיום ועמו רבים מהרומיים
ויבאו במקדש יי׳ וירא את קדש
הקדשים ושלחן ועל ושלח ידו בכלי
באש עשה בכל המקדש׳ כי מצאו שם
כלי זהב הרבה מאוד וירחמהו רחב
אלפים ככרי׳ ולא אמה פומפיום לנגוע
בכל אשר מצא כדיבר ויצו ליהר
הכהנים לטהר את הבית ולהקריב קרבני
ולהעלות עולות כמשפט ויעשו כן׳ ויתן
להורקנוס את כל המלכות ויהרוג את כל
אוהבי אריסטובולום ואשר לאריסטובלו׳
בנחשתים להוליך אותו אל רומה וכל
ערי ארם אשר לקחו היהודים במלחמ׳
השיב אותם לארמיו׳ וכל הארץ אשר
החריבו מלכי החשמונים השיב אותם
לישראל וכל אשר היו בתוכי׳ החת
ירושלם חפש אותם פומפיום בחפשיות
מלהיותם עבדי ירושלם וגם את ירושלם
אשר היתה גפרת על כל המדינות היתה
למס

disset, eidem pepercit nec ullam inde rem abstulit, prout in omni reliquo Sanctuario fecerat, nam vasa aurea admodùm multa ac præterea drachmarum aurearum bis mille talenta ibidem invenerunt; (20.) Pompejus verò nihil ex iis rebus, quæ in Templo reperiebantur, attingere voluit; sed sacerdotibus, qui superstites erant, præcepit, ut (21.) Templum repurgarent & sacrificia adducerent, atq; holocausta pro more offerrent, quòd & illi fecerunt: Posteà Pompejus Hyrcano regnum (22.) tradidit, omnesque Aristobuli amicos (23.) interfecit; ipsum verò Aristobulum catenis constrinxit, (24.) ut eundem Romam duceret, cunctas etiam Syriæ urbes, (25.) quas Judæi bello ceperant, Syris reddidit, atque omnes provincias, ab Hasmonæorum regibus devastatas pristinis incolis concessit, cunctisque urbibus, quas Hierosolymitani sibi subjecerant, Pompejus libertatem restituit, ne amplius Judæorum potestati subjectæ essent; Hierosolyma verò, quæ omnium provinciarum fuerat domina, tributaria facta est urbi Romæ, (26.) Pompejus insuper genti Judaicæ regnum (27) ademit eamque vectigalem ac stipendiariam fecit. Hæc omnia mala, inquit Josephus, Gorionis filius, Sacerdos,

(20.) Idem refert & Jole, hus dict. lib. 14. cap. 8. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. consentit & Egesipp. eod. lib. 1. de Bell. Jud. c. 19. ubi Corn. Gualtherus notat, quod hæc 2000. talenta efficiant duodecies centena coronatorum millia.

(21.) Egesippus d. lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. scribit, quod Theocorus Templum repurgari curaverit; alia vetusta exemplaria habent, quod Neocoris i. e. ædituis à Pompejo injunctum fuerit ut Templum repurgarent, cui & Joseph. eod. loc. & autor noster quodammodo consentiunt.

(22.) Τὴν ἀρχιερωσύνην seu Pontificatum scribit Josephus eod. c. 8. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. Hyrcano fuisse traditum à Pompejo, etenim paulò post num. 27. ipse autor noster refert, regnum Judaico populo ademtum fuisse, cui & Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 17. adstipulatur, vid. & Josippi Epitom. p. 89.

(23.) Belli autores securi percussit, inquit Josephus dict. c. 8. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5. consentit Egesipp. d. lib. 1. de Bell. Jud. c. 17.

(24.) Vide Josippi Epitom. p. 90.

(25.) Josephus eod. lib. 14. c. 8. circa finem it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 5. has urbes nominatim recenser.

(26.) Ita & Joseph. Antiq. lib. 14. cap. 8. scribit, quod Pompejus τὰ Ἱεροσόλυμα ὑποτελῆ φόρῳ ῥωμαίοις ἐποίησεν vid. id. Josephi. de Bell. Jud. lib. 1. c. 5. circa fin. confer. & Egesipp. lib. 1. de Bell. Iud. cap. 17.

(27.) Vid. quæ num. antec. 22. annotata sunt, confer.

למס עובד את רומה וגם בני יהודה
העביד ממלכהו והושם למס עובד׳ וידבר
יוסף בן גוריון הכהן ויאמר כל זאת
הרעה באתה לנו מיד הורקנוס
ואריסטובלום אוהם כי הם הם אשר
התגרו תחלה וסבבו את הרעה הזאת
בירושלם והעבירונו את מלכות רומה
ומאז ידענו מגדולתינו ׳ והיינו בנועים
תחת יד מלכות רומה׳

dos, nobis evenerunt propter Hyrcanum & Aristobulum, fratres, hi enim ipsi primi fuere autores, qui mala illa excitârunt in urbe Hierosolymitana, nosque Imperio Romano subjecerunt; ab illo tempore à magnitudine nostra dejecti ac sub potestatem imperii Romani redacti sumus.

CAP. XXIV.

ויהי אחרי כן וילך וישב פומפיאום אל
ארצו אל רומה וישא עמו את אריסטובלום
עם שני בניו ועם שרי בנותיו כי בנו
השלישי והוא אלכסנדר ברח וימלט
בארץ מצרים ויהדבא שם׳ ויעזוב
פומפיאום מושל בכל ארץ ישראל את
הורקנום ואנטיפטר עמו ויעזוב עמהם
את סבאורום שר צבאו ויתן לו את כל
ארץ מצרים להיותו מושל עליה׳ וידי
כאשר

Deinde Pompejus Romam in patriam suam reversus est, ducens secum Aristobulum cum duobus ejusdem filiis ac filiabus, (1.) tertius (2.) enim filius, Alexander scilicèt, evaserat & in Ægyptum profugerat, ubi etiam delituit. Pompejus autem universæ terræ Israëliticæ præfecit Hyrcanum & cum eo Antipatrum, apud quos Scaurum, (3.) exercitus sui ducem, reliquit, eique totius Ægypti (4) administrationem commisit. Pompejo igitur Romam profecto Hyrcanus unà cum Scauro ad Petram deserti (5.) abiit, ut illam oppugnaret, quibus

confer. & Iosephus dict. lib. 14. c. 8. circa fin. Munsterus hic in notis suis ita scribit: Romani exiguo temporis spatio decem millia talentorum à Judæis exegerunt ac regnum, quod antiquitus secundum generationem principibus sacerdotum dabatur, populare factum est.

(1.) Totidem, duabus scil. vid. Ioseph. eod, c. 8. in fine. confer. suprà lib. 2. c. 25. n. 26.

(2.) Imo Iosephus eodem loco, ut & lib. 1. de Bell. Iud. c. 5. scribit, ex duobus illis Aristobuli filiis unum Alexandrum scil. evasisse; Antigonum verò, minorem natu, una cum sororibus suis, Romam abductum fuisse, cui & Iosippi Epitom. p. 90. ut & Egesippus lib. 1. de Bell. Iud. c. 17. consentiunt.

(3.) Hebr. סבאורום ita Munsteri codex Hebr. quem hic potius, quam nostrum exemplar, in quo corruptum est nomen, sequi volui, vid. quæ suprà h. lib. 4. c. 20. n. 2. dicta sunt, consentit & Joseph. lib. 14. c. 8. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 5. confer. & Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 18.

(4) Et Cœle Syriæ, usque ad flumen Euphratem, vid. Joseph. lib. 14. c. 8. in fin. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 5.

(5.) De hac suprà h. lib. 4. cap. 11. n. 4. & c. 18. num. 5. dicta sunt quædam, Josephus Antiqu. lib. 14. cap 9. vocat πέτραν τῆς Ἀραβίας it. πέτραν βασιλικὴν, vid. id. Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 6. it. Egesipp. de Bell. Jud. l. 1. c. 18.

באשר הלך פומפיאוס לדרכו אל רומה׃
נסע הורקנוס עם סבאורום וילך אל
כלע מדברי להלחם בעמו ואנטיפטר
עמהם׃ וישמע אלכסנדר בן אריסתובולוס
כי המה הלכו להלחם בערב ועל הוא
אל יהושלם ויכבד את חומות יהושלם
אשר הרס פומפיום ויאסוף יד הזקה מן
היהודים וימשול עליהם׃ והורקנוס
ואנטיפטר כשומעם וישובו עם גדדם
וסבאורום נשאר נלחם בערב יהלחם
אלכסנדר בהורקנוס ואנטיפטר ויבריחם
וירדפם׃ וסבאורום בשומעו את הדבר
הזה ויתחזק לבוא להלחם עם אלכסנדר
ויבא וילחם בו וגם הוא לא עמד לפנוי
אז עלה גביאינוס ממורינת רומא אל
ארץ אום לקחת משם ממנה כי היתה
תחת יד מלכי רומא וימשלה׃ וישמע
את כל אשר עשה אלכסנדר ואשר נלחם
עם סבאורום ויהרוג רומים לרב ואשר
הבריח את הורקנוס ואת אנטיפטר ואשר
בנה הומה ירושלם אשר הרס פומפיום
הגדול וירע בעיניו מאד׃ ויבא עליו
גביאנוס בחיל כבד מאד מחיל רומיום
חיל אדם ועוד נוסף עמו מחיל יהודה
יד גדולה וחזקה מאד והם כל הגבורים
אשר

quibus & Antipater copias ſuas conjunxit; Alexander autem, Ariſtobuli filius, cùm audiſſet, ab iisdem bellum adverſus Arabiæ regem geri, Hieroſolymam venit ejusque muros, quos Pompejus diruerat, reſtauravit (6.) ac validam Judæorum manum collegit, (7.) quibus ipſe præfuit: quo cognito Hyrcanus & Antipater ab oppugnatione urbis cum copiis ſuis reverſi ſunt; Scaurus verò ſolus relictus fuit, ut adverſus Arabes bellum gereret; Alexander itaque cum Antipatro & Hyrcano prælium iniit, eosque in fugam verſos perſecutus eſt, (8.) quæ res cum ad Scaurum eſſet perlata, ille quoque copias ſuas contraxit, ut cum Alexandro confligeret; ſed nec ipſe hoſtilem impetum ſuſtinere potuit. Tunc Gabinius (9.) urbe profectus Roma in Syriam, ut ab illa tributum exigeret, (Romanorum quippe ditioni & imperio ſubjecta erat) omnia, quæ Alexander perpetraverat, audivit, nimirum quòd cum Scauro pugnâſſet multosque Romanos interfeciſſet, & Hyrcanum atque Antipatrum in fugam vertiſſet, murosque Hieroſolymæ, quos Pompejus Magnus deſtruxerat, refeciſſet, quapropter Gabinius maximo affectus dolore fortiſſimas adverſus Alexandrum copias tàm Romanorum, quàm Syrorum, duxit, quibus ingens quoque ac valida Judæorum manus acceſſit, omnes nimirùm milites, qui cum Antipatro & Hyrcano erant, Antonius (10) etiam, qui & Marcus dictus eſt, (duo (11.) enim nomina ob fortitudinem ſortitus eſt, vir quippe ſtrenuus

(6.) Conſentit Joſippi Epitome p. 90.
(7.) Vid. Joſeph. eod. lib. 14. c. 9. & 10. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. confer. & Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 19.
(8.) Vide Joſippi Epitomen pag. 91.
(9.) Hebr. גביניאוס ita Munſteri codex, quem hic ſecutus ſum, nam quod in exemplari noſtro habetur nomen, גבינונום corruptum eſt, Munſtero conſentit & Joſephus lib. 14. c. 10. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. conſen. & Egeſipp. de Excid. Hieroſol. lib. 1. cap. 19. & Joſippi Epitom. pag. 91.
(10.) Hebr. אנטוניום ſic Munſteti codex, quem hic ſecutus ſum, nam אנטוניום. quod nomen in noſtro exemplari occurrit, vitioſum eſt, vid. infrà lib. 5. c. 1. num. 54. it. Joſeph. lib. 14. cap. 10. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 6.
(11.) Enim verò non novum aut inſigne fortitudinis fuit Romanis, duo vel etiam tria habere nomina.

אנטיפטר והורקנוס׃
ויתחבר עוד עמהם אנטוניוס הוא
מרקוס כי שני שמות היו לו על אודות
גבורתו כי איש גבור היה ובעל מלחמה׃
ויבאו השנים האלה כלם למלחמת אלכסנדר
בן אריסתובולי אל יהושלם ויצא אלכסנדר
לקראתם ועמו מתי מעט בעשרת אלפים
רגלי וחמש מאות רוכבי סוסים ויגר
מלחמה בשרי האלה ויפלו במלחמה׃
ששת אלפים מגבוריו ויברח עם יתר
אנשיו ויבא אלכסנדרונה וימלט שם׃
וירדפו גביאינוס עד עיר אלכסנדרונה׃
ויגש אל העיר להלחם עליה׃ ולצורי
אותה׃ ויצא עוד אלכסנדר מהעיר ויתן
מערכה על מחנה גביאינוס וישלך ארצה
מהם הרוגים רבים והנבחרים אשר נפלו
במחנה גביאינוס במלחמה ביום הראוא
עלה מספרם חמש אלפים ושבע גבורים
ואז נפל מרקוס ואנטוניאוס במלחמה׃
ההיא ותהי מלחמה עצומה ביניהׄ ואז
התאזר עוד והתחזק גביאינוס להלחׄ
באלכ׳

us ac bellicoſus fuit) eisdem ſeſe adjunxit, (12.) hi omnes duces coadunatis viribus Hieroſolymam venerunt, ut cum Alexandro, Ariſtobuli filio, pugnarent; is autem exiguam manum ſecum ducens decem nimirùm millia peditum ac quingentos equites, (13.) eisdem obviam progreſſus eſt & cum ducibus illis prælium iniit; cùm verò ſex millia (14.) militum ſuorum in pugna illa amiſiſſet, ipſe cum reliquis profugiens Alexandrium (15.) venit eoque ſe recepit: Gabinius autem ad Alexandrium usque eundem perſecutus caſtra ibidem poſuit, ut urbem illam obſideret eamque oppugnaret; ſed Alexander eruptione facta in caſtra Gabinii impetum fecit ac multos ex militibus ejus in terram proſtravit, numerusque interfectorum, qui eo die in caſtris Gabinii in prælio occubuerunt, ad novem millia ac trecentos aſcendit: in eodem conflictu etiam Marcus Antonius (16.) cecidit, accerrima autem inter utramque partem certamina interceſſerunt. Gabinius verò denuò ad prælium ſeſe accingens cum Alexandro conflixit; Sed in hoc quoque prælio ex Gabinii militibus viginti quinque millia (17) ceciderunt; ſuperior tamen evaſit Gabinius, Alexandrum enim in fugam vertit, eumque in urbem re-

(12.) Joſephus eod. lib. 14. c. 10. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 6. ſcribit, Marcum Antonium cum aliis ducibus præmiſſum fuiſſe à Gabinio adverſus Alexandrum, cui & Egeſippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 19. conſentit.
(13.) Joſeph. l. 1. de Bell. Jud. c. 6. ſcribit 1500. equites cum Alexandro fuiſſe, cui & Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 19. conſentit.
(14.) Tria millia interempta ac totidem capta fuiſſe ſcribit Joſephus eod. lib. 14. c. 10. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. confer. & Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 19.
(15.) Hæc munitiſſima urbs, fuit, de qua ſuprà h. lib. 4 cap. 22. n. 6. dictum eſt, vid. & Joſeph. eod. lib. 14. c. 10. it. Joſippi Epitom. p. 91.
(16.) Atqui Marcus Antonius, uti Hiſtoria Romana teſtatur, cum ad Actium claſſe victus effet, Alexandriam profugit obteſtusque à Cæſare in ultima rerum deſperatione, præcipuè occiſæ Cleopatræ falſo rumore impulsus, ſeipſum interfecit, vid. inter alios Livii Epitom. lib. 133. Hinc & in Munſteri codice Hebraico necis Marci Antonii nulla fit mentio; ac pro נפל id eſt, cecidit, prout in noſtro codice hic habetur, ipſe legit עמד, i. e. ſtetit, ſic etiam Joſephus lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. ſcribit, Marcum Antonium eo in præliο ἀφανισθῆναι i. e. rem præclare geſſiſſe, cui & Egeſippus de Bell. Jud. l. 1. c. 19. conſentit vid. cap. ſequ. 25. n. 23. ibique not.
(17.) Hebr. ה״כ אלף, ita hic in noſtro exemplari; ſed Munſteri codex habet ח׳ id eſt, quinque millia, qui numerus etiam veriſimilior.

trò cedere coëgit ac multos ex ejusdem militibus interfecit atque urbem arctissimè obsidens summis viribus oppugnâvit, quô factô Alexandri mater, (18.) Aristobuli uxor, urbe ad Gabinium egressa est profusisque lachrymis & humillimis precibus supplex ab eo petiit, ut pacem cum Alexandro, filio suo, faceret, cujus petitioni Gabinius annuens pacem cum illo iniit (19.) regnumque terræ Israëliticæ in partes divisit (20.) decrevitque, ut Hyrcanus quidem Hierosolymis principatum obineret; alium autem Geriræ (21.) constituit præfectum, (22.) rursùs alium in oppido Hemath, (23.) aliumque in urbe Zephori, (24.) quæ in Galilæa est, tandem alium urbi Jericho præfecit.

באלכסנדר וילחם בו ויפלו ממהגרת
גבאונים עוד במלחמה ההיא כ"ה אלף
גבורים ואמנם נצח בקרב כי הבריח את
אלכסנדר והשיב אותו אחור ויבוא
בעיר וגם רבים מאנשי אלכסנדר הציץ
גבאונים במלחמה וגם רבים מהם נפלו
ממהגרו ויצר גבאונים על העיר וילחם
עליה במלחמה עצומה. ותצא אליו אם
אלכסנדר אשת אריסתובלוס ותבך
ותהרגן לו ותבקש ממנו רצון לעשות
שלום עם אלכסנדר בנה וישמע אליה:
ויעש עמו שלום ויחלק או גבאונים את
מלכות ארץ ישראל לחלקי ויגזר להיות
בירושלם הורקנוס מושל הגבירה שם
מושל אחר. וישם בחמת מושל אחר
וישם בצפתי אשר בגליל מושל אחר
ובירחו שם מושל אחר.

(18.) Idem refertur in Iosippi Epitome p. 91.

(19.) Vid. Ioseph. lib. 14. c. 10. it. lib. 1. de Bell. Iud. c. 6. & Iosippi Epitom. p. 91.

(20.) Ut scil. populi Iudaici potestatem minueret, prout refert Egesippus lib. 1. c. 19. Vid. & Ioseph. lib. 14. c. 10. ubi ita scribit: πάντα συνέδρια καταστήσας εἰς ἴσας μοίρας διέτεμεν τὸ ἔθνος, i. e. in quinque Synedria seu summa tribunalia Iudæorum gentem æquis partibus divisit Gabinius, hæc Synedria idem Josephus lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. vocat συνόδους i. e. conventus, sicuti vertit Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. cap. 19. in fin. & Josippi Epitom. pag. 92. tempore Servatoris nostri Jesu Christi, in quatuor partes seu τετραρχίας videtur distributa fuisse terra Judaica, vid. Luc. c. 3. v. 1.

(21.) Hebr. גזירה ita hic in nostro exemplari Munsterus legit גדרה ac vertit: Gadara, cui & Egesippus d. lib. 1. cap. 19. ac Josephus eodem lib. 14. c. 10. in fine, item lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. adstipulatur.

(22.) De principe seu primate Synedrii, qui Judæis נשיא dicitur, vid. & Grot. de imperio summarum potest. circa sacra c. 9. n. 19.

(23.) Ἀμαθοῦντα vocat Josephus eod. lib. 14. c. 10. in fin. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. confer. & Egesippi lib. 1. de Bell. Jud c. 19.

(24.) Σαμφίρα nominatur à Josepho dict. c. 10. Σίπφωρις vocatur Josepho lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. confer. suprà h. lib. 4. c. 10. n. 3. & l. 6. c. 5, n. 8.

CAP.

CAP. XXV.

בערת הרוצא בחזה אריסתובלוס עם
אנטיגונס בנו מעיר רומה אל ארץ יהודי
ויבא בקצה ארץ יהודה. וישמעו ורב
אנשים מעם יהודה ויפלו עליו המון רב
מעם יהודה וגם פיתיליאוס הרומי דגגיד
על ירושלם נוסף עמו באלף איש אנשים
גבורים כי וכר את בבודו הראשון. ויראו
אריסתובלוס ארת העם הרב אשר אתו
ויבדל את דלת העם מעמו ויבחר מבני
העם שמונת אלפים איש מגבורי ישראל
גבורי מלחמה אשר לא יסבו פניהם ולא
ישובו אחור מפני כל. ויצא לקראת
גבאונים למלחמה אשר בא בחיל כבד
מאד חיל רומיים וחיל יהודה אשר באו
עם גבאונים על אריסתובלוס ויתגר בם
אריסתובלוס מלחמת בשמונת אלפים
גבוריו ויך בהמון רומיים מכה גדולה
מאד דוצא ואנשיו וישלך מהם ארצה
דרוגים רבים וכלם מחיל רומיים כי לא
רצה לנגוע בחיל יהודה אשר היה עמו
וגם

EOdem tempore Aristobulus cum Antigono, filio suo, Româ in Judæam profugit, (1.) cùmque ad illius fines (2.) pervenisset, atque ejus rei fama ad Judæos perlata esset, ingens multitudo populi Judaici ad ipsum transiit, Pitilius (3.) quoque Romanus præfectus (4.) Hierosolymitanus, cum mille viris fortissimis eidem sese adjunxit, memor pristinæ illius dignitatis; Aristobulus autem, cùm ingentem illam populi multitudinem vidisset, tenues & inermes segregavit atque ex omni populo octo millia (5.) fortissimorum militum, qui nullius metu terrebantur nec terga vertebant, selegit, has copias adversus Gabinium (6.) in prælium eduxit; is verò cum validissimo exercitu tàm Romanorum, quàm Judæorum, qui cum ipso erant, Aristobulo obviam ivit; acerrima igitur pugna ab octo millibus militum, qui cum Aristobulo erant, excitata atque ingens Romanorum cædes ab iisdem perpetrata est, multaque interfectorum cadavera in terram prostata jacuerunt, quæ omnia è Romanorum fuerunt copiis, Aristobulus enim Judæorum milites, qui cum Gabinio erant, aggredi noluit; Sed ex Aristobuli quoque militibus eo in prælio septem (7.) millia ceciderunt, ita, ut mille tan-

(1.) Vid. Joseph. lib. 14. c. 11. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. conf. Egesip. l. 1. de Bell. Jud. c. 20. & Josippi Epitom. pag. 92.

(2.) Josephus eod. lib. 14. c. 11. scribit, Aristobulum ad oppidum Alexandrium, quod nuper dirutum fuerat, pervenisse, vid. Munster. hic in notis.

(3.) Hebr. פיתיליאוס ita hic in nostro exemplari, à Josepho lib. 14. c. 11. ut & lib. 1. de Bello Jud. c. 6. vocatur Pitholaus; Munsteri codex habet פיסילאוס quod ipse vertit: Pisilaus; sed Josephi lectionem confirmat & Egesippus eod. lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. legendum itaque פיתולאוס

(4.) הנגיד ita hic in Hebræo i. e. princeps, dux &c. Ὑποστράτηγος vocatur à Josepho eod. lib. 14. c. 11. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 6.

(5.) Consentit & Joseph. dict. cap. 11. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. confer. & Egesipp. eod. lib. 1. c. 20. ut & Josippi Epitom. p. 92.

(6.) Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. scribit, Gabinium adversus Aristobulum misisse Sisennam, Antonium & Servilium, cui & Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 20. adstipulatur.

(7.) Quinque millia cecidisse scribit Joseph. eod. lib. 14. c. 11. it. lib. 1. de Bell. Iud. c. 6. huic & Egesippus de Bell. Iud. lib. 1. c. 20. consentit.

וגם מגבורי אריסתובולוס נפלו בקרב
הדוא ו' אלפים וישאר אך אריסתובולוס
ואלף גבורים מגבוריו: ויבקע אריסתובולוס
עם אלף גבוריו את מחנה הרומים
וילך ביניהם הלוך והבות עד אשר נמלט
בראש ההר: וירדפו אחריו הנשארים
מחיל הרומים וישיגוהו ויפל אריסתובולוס
את פניו וילחם ברומים ויהי ביום
השלישי להלחם אריסתובולוס עם הרומים
ברב ויפלו גם אלף גבורי אריסתובולוס
אחד הרב להבות במחנה הרומים עוד
וישאר אך אריסתובולוס לבדו וילחם גם
הוא וימחצ רבים מחיל הרומים: ויברך
ויפצעו את ראשו גבורי ומתו בפצעים
גדולים עד כי נחתך כובע הפחול אשר
על ראשו ויפל לארץ וילכדוהו חי
וישאהו אל גביאנום למען עשו בו
משפט: ויקבלהו הוא ויצו ויפאדהו מן
המכות ויאסרהו עוד וישלחהו אל רומה
אסור בנחשתים ויביאהו אל היושב
ואל השופט ויעציד ויצו היושב בעצם
להמיתו: ואריסתובולוס היה בחור קטן
שני: ויחמלו עליו המצווי להמיתו על

tum milites * cum Ariſtobulo ſuperſtites remanerent, cum quibus ille Romanorum caſtra perrupit eaque hinc inde cædendo tranſiit, donec ad montis cujusdam cacumen (8.) evaſit; aſt cæteri Romani fugienti inſiſtentes Ariſtobulo tandem eundem conſequuti ſunt; ipſe verò vultum eisdem obvertens ſtrenuè cum Romanis (9.) pugnavit, ſed cum in tertium usque diem in monte illo Romanis reſtitiſſet, ac mille iſti milites, qui cum ipſo erant, poſtquàm multos è Romanorum exercitu trucidaverant, etiam cecidiſſent, ipſeque ſolus ſupereſſet pugnansque cum Romanis eorum non paucos interfeciſſet ac vulnera non levia, quæ ei à Romanis illata erant, capite ſuo excepiſſet (nam galea ferrea, qua ejusdem caput tegebatur, perfracta erat) tandem in terram procidens vivus in hoſtium poteſtatem pervenit, (10.) qui illum ad Gabinium deduxerunt, ut debita afficeretur pœna; Sed Gabinius eundem benignè excepit ejusque vulnera ſanari juſſit, poſteà ipſum denuò catenis vinctum Romam miſit (11.) ad Conſulem ac trecentos & viginti Senatores, quorum (12.) conſilio Conſulisque juſſu ad mortem damnatus eſt; (13.) Ariſtobulus autem juvenis admodùm erat, quapropter ætatis comiſeratione ducti homines illi, quibus juſſu Conſulis, qui Romæ imperabat, injunctum erat, ut Ariſtobulum interficerent, eidem pepercerunt nec illum

* Conſentit Ioſippi Epitome p. 92.

(8.) Ad Macheruntem profugiſſe ſcribit Ioſephus eod. lib. 14. c. 11. id. l. 1. de Bell. Jud. cap. 6. cui & Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. adſtipulatur.

(9.) Hebr. וילחם ברומיים ita hic in noſtro exemplari, ſed Munſteri codex legit: וילחם בהם יומים ac vertit: & repugnavit biduo, cui & Ioſephus eod. lib 14. c. 11. conſentit, ita ſcribens δύο δ' ἡμέρας ἀντιχωσάτῳ πολιορκίᾳ idem refertur l. 1. de Bell. Iud. dict. c. 6. cui etiam Egeſippus d. l. 1. c. 20. conſentit.

(10.) Idem narratur in Ioſippi Epitome p. 93.

יד היושיט המושל ברומא ולא המיתוהו
ואמנם אסרוהו והתביאוהו והושיט
ויועציו לא ידעו דבר כי היושיט צוה
להלות אותו ודם תלו איש אזר הרומיו
והכה בקשו מהושיט וקברוהו ולא מת
אריסתובולוס עד סור ממשלת היושיט
ממדינת רומא באשר נודע עיד בספר
השישי הזוא ספר מלחמות יי. והרומים
אשר מלך אריסתובולוס על גוי יהודה
שלשה שנים ושישה חדשים והוא היה
איש יקר רוח וגבור ודחב ידים יפה
עינים ויפה הואר: והי אחרי כן וישלח
היושיש את בני אריסתובולי מרומא אל
ירושלם כי חמל על אשת אריסתובולוס
המלך אמם כי בת גביאנום ויודיעהו
את חכמת ובשמוע היושיש את חכמת
האשה חמל עליה וישלח לה את בניה
ואת בנותיה: ויהי אחרי כן וילך
גביאנום ויעבור את נהר פרת וילחם
על פרס ועל מדי ויבניע כי כבש אותם
פומפיום הגדול ובאשר הלך משם פשעו
ולכן הלך גביאנום עליהם וינצחום
ויכניעם וישומם למס עובד: ובעת הזוא
פשעו אנשי מצרים כי אמרו לא ניתן
עוד מס למלכת רומה וישלח הלמי אל
גביאנום

illum morte affecerunt, (14.) adeò, ut Conſul ac Senatores ejus rei ignari fuerint, (præceperat enim Conſul, ut eum ſuſpenderent; illi verò alium ipſius loco ſuſpenderunt ac ſtatim à Conſule petierunt, ut ſuſpenſi cadaver ſepeliretur) Ariſtobulus igitur non fuit occiſus, donec Conſulis imperium Romæ finitum fuit, prout in libro ſexto (15.) qui eſt de bellis Domini, id ipſum fuſius patebit: Ariſtobulus autem (16.) tribus annis ac ſex menſibus (17.) Judaico præfuit Regno & tàm indole animi ac fortitudine, quàm liberalitate, & decoro vultu elegantique forma conſpicuus fuit. Poſteà Senatus filios Ariſtobuli Româ miſit Hieroſolymam, (18.) miſertus matris eorum, uxoris Ariſtobuli regis, Gabinius enim literis ad Senatum datis prudentiam fœminæ commendaverat, quapropter Senatus re cognita ad commiſerationem mulieris flexus filios filiasque ei remiſit; (19.) Deinde Gabinius Euphrate flumine trajecto contrà Perſas (20.) ac Medos pugnavit eosque denuo ſubjugavit, Pompejus enim Magnus eosdem anteà devicerat; ſed cùm is inde abiiſſet, iidem poſteà ab ipſo defecerant, propterea Gabinius expeditione adverſus illos ſuſcepta eosdem devicit ac tributarios fecit. Eodem tempore etiam Ægyptii à Romano imperio defecerunt, eique tributum ſolvere detrectárunt: Ptolemæus (21.) itaque miſſis ad Gabinium legatis ejusdem auxilium imploravit, ut Romana poteſtas in Ægypto confirmaretur: quapropter Gabinius Hyrcanum

(11.) Conſentit Ioſippi Epitome, p. 93. ut & Egeſippus eod. lib. c. 20. ubi ſcribit, quod Ariſtobulus una cum filio Antigono captus à Gabinio Romam miſſus ſit.

(12.) Hæc & quæ ſequuntur, usque ad illa: Ariſtobulus autem tribus annis &c. deſunt in Munſteri codice ac videntur ab interpolatore Iudæo interjecta eſſe, vid. infrà n. 16. h. cap.

(13.) Cuſtodiæ traditum fuiſſe ſcribit Ioſephus d. lib. 14. c. 11. it. lib. 1. de Bell. Iud. c. 6. conſentit & Egeſippus lib. 1. de Bell. Iud. c. 20. ut & Ioſippi Epitome p. 93.

(14.) Hæc fabula infrà lib. 5. cap. 1. num. 68. repetitur.

(15.) Vid. infrà lib. 5. c. 1. n. 68. & n. 69.

(16.) Hic fit continuatio textus in codice Munſteriano, vid. ſuprà n. 12. h. cap. ibique not.

(17.) Conſentit Joſephus d. lib. 4. c. 11.

(18.) Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. ſcribit, Ariſtobuli filios in Bithyniam miſſos fuiſſe.

(19.) Conſentit Joſippi Epitome pag. 93. & Joſephus eod. lib. 14. cap. 11. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 6. conſer. Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 20.

(20.) Contra Parthos Gabinium expeditionem ſuſcepiſſe ſcribit Joſephus dict. cap. 11. it. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 6. cui conſentit & Egeſippus de Bell. Jud. lib. 1. cap. 21. conſer. infra n. 22. h. cap.

(21.) Vid. Joſeph. eod. lib. 14. cap. 11. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. conſer. & Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 21.

גביאונוס לבוא לעזור לו ולהקים ממשלת
רומא על ארץ מצרים׳ וישלח גביאונוס
אל הודקנוס ואל אנטיפטר לבוא אליו
ללכת יהד אל תלמי לעזור לו׳ ויצא
אנטיפטר מירושלם בחיל כבד מאד
מחיל יהודים ומחיל הגוים אשר היו
עובדי׳ אל רומא ועמו כל חיל יהוד׳
ובניימן׳ וילך עם החיל לעזר׳ גביאונוס
וימצאהו בדמשק בשובו מארץ פרס
ויאמר גביאונוס להקדים ללכת מצרימה
לפתוח את הדרך ואחר יבא הוא אחריו׳
ויעש אנטיפטר כמצותו ויבא גביאונוס
מצרימה וישב את תלמי במלכותו
ויעזרהו׳ ובעת ההיא בהיות אנטוניוס
עם גביאונוס במצרים ויוסף עוד אלכסנדר
בן אריסתובולם למרוד ויאסוף יד גדולה
מבתוכי יהודה ויפשוט בהר גריזי׳ וילך
את משמרת הרומיים אשר עזב גביאונוס
שם וגם כל הרומיים בער מארץ יהודה׳
ויהי בשמוע גביאונוס בן וישלח את
אנטיפטר לדבר באזני העם אש׳ מרדו
דברי שלום ותוכחם ויבטיחם שלום
וישיבם אל ממשלת רומא אל גביאונוס
וילך אנטיפטר ויוכח את העם וישמעו
את תוכחתו וישב אותם אל גביאונוס
רק אלכסנדר לא אבה לשמוע אליו
ויקח

num & Antipatrum ad ſeſe vocavit, ut conjunctis viribus ad auxilium Ptolemæo ferendum proficiſcerentur. Antipater igitur Hieroſolymis egreſſus cum maximis copiis tàm Judæorum, quàm gentium, Imperio Romano ſubjectarum, univerſum Judæorum ac Benjamitarum exercitum ſecum duxit, ut Gabinio veniret auxilio, qui tunc temporis Damaſci erat, cùm è Perſia (22.) eſſet reverſus; Gabinius autem Antipatro præcepit, ut prius exercitum ſuum in Ægyptum duceret viamque aperiret, quô factô, ipſe poſteà ſecuturum ſe eſſe dixit, cui cùm Antipater morem geſſiſſet, Gabinius poſtmodùm in Ægyptum venit ac Ptolemæo ſuppetias tulit eumque in regno ſuo ſtabilivit. Eodem tempore, cùm Antonius (23.) apud Gabinium eſſet in Ægypto, Alexander, Ariſtobuli filius, rurſus defecit (24.) magnaque Judæorum manu collecta in montem Garizim (25.) irruit, atque Romanorum cuſtodiam, quam Gabinius ibidem reliquerat, interfecit omnesque Romanos è terra Judaica expulit, quò cognito Gabinius Antipatrum ablegavit, ut rebellantibus Judæis pacem offerret eosque ob defectionem increparet atque ita ad Romanorum imperium reduceret. Antipater itaque eò profectus populum caſtigavit, qui etiam lubens ejusdem reprehenſiones admiſit, ac Gabinii imperio obtemperavit; Alexander autem eidem obedire (26.) noluit, ſed adſumptis triginta millibus fortiſſimorum Judæorum ad montem Tabor (27.) perrexit ibique aciem contrà Gabinium inſtruxit; Sed victus fuit Alexander

(22.) Parthorum provincia intelligitur, vid. ſuprà n. 20. h. cap. conſer. & cap. ſequ. 26. n. 1.

(23.) Atqui de hoc ſuprà c. antec. 24. num. 16. dictum fuit, quod is in conflictu cum Alexandro, qui eruptionem ex oppido Alexandrio fecerat, occubuerit; unde apparet, interpolatoris manum illo in loco adhibitam eſſe, idque contrà fidem hiſtoricam.

(24.) Conſentit Joſippi Epitome pag. 94. & Egeſippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 21.

(25.) Idem refert Joſephus eod. lib. 14. c. 11.

(26.) Idem etiam Joſephus Antiqu. lib. 14. c. 11. ſcribit.

(27.) Ἰταβύριον ὄρος vocat Joſephus eod. c. 11. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. conſentit & Egeſippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 21.

ויקח לו שלשים אלף גבור בחור מיהודה
וילך אל דר הבור ויערך מלחמה לקראת
גביאונוס ויפלו עשרת אלפים מגבורי
וינסו בעשרים אלף וישב גביאונוס ויבא
אל ירושלם ויחדש את ממלוכה להודקנוס
וגם את אנטיפטר המשיל על כל עם
יהוד׳ ויצא משם וישב אל רומא׳

lexander ac decem millia ſuorum amiſit; (28.) cum reliquis autem viginti millibus aufugit. (29.) Gabinius itaque reverſus Hieroſolymam venit atque Hyrcano regnum renovavit, (30.) Antipatrum quoque univerſo populo Judaico præfecit, quô factô Gabinius diſceſſit atque inde Romam rediit. (31.)

CAP. XXVI.

ויהי להקופת השנה וישמע השיש אשר
ברומא ועמו ש״ב יועציו כי פשעו פרס
ומדי בממשלת רומא ויהר אפו ואפם
וישלח בעצתם את גרימום בחיל כבד
מאד ויעבור גרימום יפו דרך ים ויבא
החלה אל ירושלם ויבא אל היכל יי׳
וישלח יד לקחת את כל האוצר והזהב
אשר בהיכל יי׳ וימצא שם אלפים ככרים
דרכמוני הב׳ ובימים ההם ויהי שם
כהן גדול ושמו אלעזר והוא איש צדיק
וירא יי׳ מאד מאד ויאמר הברן את
גרימום למה תשלח ידך לשלול את
היכל

REvoluto autem anno Conſul Romanus ac centum & viginti Senatores, cùm audiſſent, Perſas (1.) ac Medos ab imperio Romano iterum defeciſſe, admodùm irati ſunt, Craſſumque (2.) cum validiſſimo exercitu miſerunt, qui cùm per mare ad urbem Japho veniſſet, prius Hieroſolymam profectus eſt Templumque Domini ingreſſus manum ſuam extendit, ut omnem theſaurum atque aurum, quod erat in Templo Domini, auferret; invenit autem ibidem drachmarum aurearum bis mille (3.) talenta. Iisdem diebus Summus ſacerdos ibi fuit Eleazarus, vir juſtus Deumque valdè timens, qui Craſſum ita allocutus eſt: Cur manum tuam ad ſpoliandum Templum Domini & ad auferenda illius vaſa aurea extendiſti, quæ nec Pompejus attigit nec

(28.) Vid. Joſeph. cit. lib. 14. c. 11. it. eod. lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. conſer. & hic Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. ut & Joſippi Epitom. p. 94.

(29.) Hic Alexander, Ariſtobuli filius, ſecum tandem percuſſus fuit, prout ſcribit Egeſippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 22.

(30.) Idem refertur in Joſippi Epitome p. 94.

(31.) Egeſippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 21. ſcribit, quod Gabinius, compoſitis ad arbitrium Antipatri Reipubl. Hieroſolymitanæ negotiis inde profectus Nabathæos prælio ſubegerit, Mithridatemque & Tigranem, fugientes de Perſide, occultè dimiſerit; palam tamen militibus intimaverit, fugâ lapſos.

(1.) Parthos vocat Joſephus Antiqu. lib. 14. c. 12. conſer. cap. præced. 25. n. 22.

(2.) Vid. Joſeph. eod. lib. 14. c. 12. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. conſer. & Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. cap. 21. vid. & ſuprà libr. 2. cap. 25. num. 7.

(3.) Vid. paulò poſt h. cap. num. 9. Joſeph. eod. lib. 14. cap. 12. theſaurum iſtum pretio 10000. talentorum auri æſtimat, conſer. & Egeſipp. l. 1. de Bell. Jud. c. 21.

היבל יי׳ ולגזעה בבלי ההזהב אשר לא
נגע בו פומפיום ושרים אחרים אשר באו
אל ירושלם ועתה השבועה לו כי לא
תקח את ההזהב הזה ואת הכלים האלה
ועלי להרוג לך קודיה אחרת שרל זהב
משקלה שלש מאו׳ מנה אשר לזהב
ובקיזה הזהא והו הלוים כל בבדי תכלם
וארגמן אשר בסו בם שערי קדש הקדשי׳
ולבן בעלמה הקודה מעין כל ולא נראתה
לעין יק לכהן ההזא הוא אלעזר דבהן
הגדול אז וישבע לו גריסום אשר לא
יגע בכלי ההיבל ולא יקח מכל הזהב
אשר בהיבל וולתי כי יקח את הקודה׳
ויתן לו אלעזר הבהן את הקודה והוא
היתה מעשה ידי אומן ושלש מאו׳ מנה
אש׳ לזהב משקלה׳ ויאמר יוסף הבהן
ש׳ מנה הוא בעדו׳ נאמנה והמנה שני׳
רוטולי והיי הוא אשר יעשו אונקיאות
ששים דרוטולו ולבן מהום והלאה כל
אשר ישאל על המנה יעיד עליו בעדות
יוסף בן גוריון׳ זהרי באשר לקח גריסום
את הקודה המיר את שבועתו ויהללה
ויקח גם את כל הזהב הנמצא בבית יי׳
משקלו אלפי ככרים דהכמוני זהב דגם
את

nec alii duces, qui Hierosolymam venerunt? Si jam mihi juraveris, te aurum istud atque vasa non ablaturum, egò auream trabem, (4.) quæ trecentas minas aureas pondere æquat, tibi tradam; Suspendebantur autem in trabe illa omnia vela hyacinthina atque purpurea, quibus portæ Sancti sanctorum operiebantur, propterea trabs illa à nemine conspici ac videri poterat, (5.) præterquàm ab Eleazaro, Summo tunc sacerdote; Cùm itaque Crassus jurâsset, se vasa Templi non contrectaturum nec quidquam auri, quod in Templo erat, præter trabem illam ablaturum esse, Eleazarus, summus sacerdos, trabem artificis operâ fabrefactam, quæ trecentas minas aureas valebat, eidem dedit, atque hoc Josephi, Sacerdotis, testimonium verissimum est; Cæterùm mina duos valet rutulos (6.) ac dimidium; rutulum autem faciunt sexaginta unciæ, propterea (7.) ab hoc tempore ac deinceps quicunque minæ pretium scire voluerit, is Josephi, Gorionis filii, testimonio hac in re uti poterit. Crassus autem cum trabem istam abstulisset, juramentum violavit ac polluit, (8.) nam omne quoque aurum, quodcunque in Templo Domini repertum fuit, nimirùm bis mille (9.) talenta drachmarum aurearum ac simùl omnia vasa aurea, quorum pondus duo millia talentorum auri puri superabat, secum abstulit. Multi sanè fuerunt hostes & inimici (inquit Josephus, Gorionis filius, sacerdos) qui populum

(4.) De aurea hac trabe idem refert & Josephus dict. lib. 14. c. 12.

(5.) Josephus eod. c. 12. ideo scribit, trabem auream conspici non potuisse, quia illa lignea trabi, intus concavæ, fuerit inclusa.

(6.) Hebr. רוטולי, sic habetur in nostro exemplari; Munsterus legit לטרי ac vertit: libras: cui & Josephus lib. 14. cap. 12. consentit, qui scribit, minam valuisse apud Judæos λίτρας β ἡ ἥμισυ, i. e. duas libras ac dimidiam. Cæterum quid Hebræi sentiant de mina & libra, David Kimchi in radicibus suis explicat, quæ etiam Munsterus in notis suis ad hunc locum prolixè adducit, ad quem brevitatis studio lectorem remitto.

(7.) Hæc & quæ sequuntur, usque ad illa: Crassus autem cum trabem &c. in Munsteri codice non leguntur ac videntur ab interpolatore Judæo adjecta esse.

(8.) Idem refert & Josephus eod. lib. 14. c. 12.

(9.) Confer. num. 3. h. cap. & Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. circa fin. consentit etiam Egesippus l. 1. de Excid. Hieros. c. 21.

את כל כלי הזהב משקלם יותר מאלפי׳
ככרים זהב טהור׳ ויאמר עוד יוסף בן
גוריון הבהן רבים אוהבים ושונאים אשר
עשאו את גוי יהודה והחריבוהו והעבידוהו
לא עשו לגוי יהודה כזה הרשע׳ ואם
לא נאמינו השומעים לעדותו על דברי
עושר הנמצ׳ בבית מקדש אלהינו ידעי
באמת כי כאשר העידותי עליו כן הוא
ודברי נאמנים ולא נמצא בהם שקר כי
רבים ממלכי הארץ מלבים גדולים שלחו
מנחה אל היבל יי׳ מדי שנה בשנה כלי
כסף וכלי זהב לכבד את פני יי׳ ולבקש
ממנו עוד גם גוים רבים נתנו מם להיכל
אלהינו מדי שנה בשנה כלי כסף וכלי
זהב וזה כל ימי היות עם יי׳ בהצלח׳
ולא הטאו ליי׳ אלהינו ובימים הרם היו
היהודים עשירים הרבה מאד ולא היה
נחשב אצלם למאומה לא הכסף ולא
הזהב וספרים רבים נאמנים העידו על
זה כמוני והם מספרי הגוים וכן
העיד ניקולאוס הסופר הנאמן מדמשק
וכן דבר סהבון מבפתוח בספרו וזולתם
סופרים אחרי׳ רבים העידו על זה כמוני
על דבר עושר היהודים ובימים ההם
שלח מתרדת מלך ארמיניאה אל העיר

lum Judaicum odio prosecuti sunt, eumque devastarunt ac clade afflixerunt; sed non ita, uti impius iste, illum tractârunt: si forsitàn, qui hæc audiunt, dictis meis fidem habere nolint, tantas nimirùm divitias in Templo DEI nostri (10.) fuisse repertas, hi sciant, quòd res ista, sicuti testati sumus, ita revera sese habeat & quòd verba mea vera & ab omni mendacio procùl remota sint, multi enim magnique reges quotannis (11.) munera miserunt ad Templum Domini, vasa videlicet argentea & aurea, quibus Dominum honorârunt auxiliumque ab ipso petiverunt, multæ quoque gentes Templo Domini quotannis vasa argentea & aurea tributi nomine dederunt, idque omni tempore, quo populus Domini prospero rerum successu usus est, nec in Dominum, DEum nostrum, peccavit, Judæi etiam iisdem diebus valdè divites erant, nec magno in pretio apud illos argentum & aurum habebatur, multi quoque Gentilium scriptores fide digni eadem, quæ ego, hac de re testati sunt, inter quos est etiam Nicolaus Damascenus, autor fide dignus & Strabo Cappadox (12.) in libro suo, ac præter hos multi alii scriptores idem, quod ego, de divitiis Judæorum literis mandârunt. Iisdem diebus (13.) Mithridates, rex Armeniæ, ad urbem, Cium (14.) nomine in finibus Asiæ sitam, misit atque aurum, quod Cleopatra, Ægypti regina, ibidem deposuerat, ut illud Domino consecraret, inde abstulit, præterea aurum, quod Judæi sanctificaverant, ut id ad Templum Do-

(10.) In Munsteri codice post verba illa: Dei nostri, ita hic additur: יקראו אתו ספר ששרבון ויסצאו כי נאמינו דברי וכ׳ i. e. legant librum Strabonis & invenient, verba mea esse vera, cætera vid. in ipso textu nostro.

(11.) Vid. Joseph. dict. lib. 14. c. 12. confer. & R. Salomo ad Hagg. c. 2. v. 6.

(12.) Vid. Joseph. dict. l. 14. c. 12.

(13.) Hæc verba & quæ sequuntur, usque ad: Crassus itaque cum aurum &c. in Munsteri codice ad Strabonem, qui ista scripsit, referuntur, cui etiam Josephus eod. lib. 14. c. 12. consentit, quapropter eadem illa verba ab interpolatore Judæo satis imperite ipsi Josepho attribuuntur, vid. & num. seq. 14. ibique not.

(14.) Hebr. כיאו, sic in nostro codice, Munsterus legit כואו ac vertit: Coum, quæ est insula Asiæ, unde Apelles & Hippocrates oriundi ac propterea Coi dicti sunt, Josephus quoque dict. l. 14. c. 2. vocat Κῶ.

הנקרא ביאו אשר הוא בקצה ארץ
אטיאה ויקח משם את הזהב אשר הניחה
שם קליאופנדרס מלכת מצרים לקדש
ליי וגם לקח עוד או משם את הזהב
אשר הקדישו היהודים לשלח אותו אל
היכל יי אלהינו וידי מטקל הזהב
ההוא בכרים שמונה מאות מלבד הזהב
אשר הקדישו היהודים הושבים בארץ
אטיאה ולא היה שם זהב מארץ יהודה
ולא מארץ אלכסנדיאה רק הזהב הזה
היה מושבי אטיאה ויהי אחרי אשר
לקח גריסוס את הזהב הגמצ בהיכל יי
וילך למלדומה על פרס ומדי ויפל עמו
וכל חילו ביום אחד ויגברו עליו אנשי
פרס בחרב ויבזזוהו וישמידוהו גם גברו
עוד אנשי פרס בחרם ויבואו בארץ ויקחו
את ארם מיד אנשי מושלי רומה וימשלו
בה עד בוא כסיאוס והוא היה איש
גבור חיל ממדינת רומא וימלט את ארם
ממשלת פרס וישיבה אל ממשלת רומא
ויברזת חיל פרס מאדם ויטב כסיאוס
ויבא אל ארץ יהודה וימצא את עם
יהודה גלחם על הורקנוס ועל אנטיפטר
ויעזר

mini, Dei neſtri, mitterent, accepit, cujus auri pondus ad octingenta talenta (15.) adſcenderat, ſub quo non comprehenſum erat aurum, quod Judæi, Aſiam (16.) incolentes, voverant, neque etiam ibidem fuit aurum è Judaica terra & ex provincia Alexandriæ miſſum; ſed illud tantùm, quòd habitatores Aſiæ (17.) attulerant. Craſſus itaque cùm aurum, in Templo Domini repertum, abſtuliſſet, ad bellum contrà Perſas (18.) & Medos profectus eſt, ubi omnes illius copiæ uno die deletæ & à Perſis in prælio ſuperatæ (19.) ac devictæ ſunt. Quapropter Perſæ hac victoriâ potiti ulterius progreſſi ſunt, & in Syriam venerunt eamque Romanis ademerunt ſibique ſubjecerunt, donec Caſſius, (20.) vir fortis, ex urbe Roma profectus Syriam à Perſarum dominatione liberavit eamque Romano imperio reſtituit, exercitu Perſarum è Syria fugato: Caſſius autem, peracta hac expeditione, cùm in Judæam reverſus eſſet, ibique populum Judaicum contrà Hyrcanum & Antipatrum bellum gerere deprehendiſſet, Hyrcano & Antipatro ſuppetias tulit regnumque pacatum Hyrcano reſtituit, poſteà caſtris

(15.) Idem ſcribit etiam Joſephus eod. lib. 14. cap. 12. ſed relative eaque verba ex Strabonis libro adducit, prout num. antec. 13. notatum eſt.

(16.) Minorem, ita hic apud Munſterum additur, vid. num. ſeq. 17.

(17.) Majoris ſcilicet, tam aurum, quod Judæi minoris Aſiæ voverant, non annumeratum erat huic auro, ſicuti paulò ante dictum eſt, vid. num. antec. 16.

(18.) Joſephus dict. lib. 14. c. 12. ſcribit, expeditionem à Craſſo ἐπὶ τὴν παρθυαίαν fuiſſe ſuſceptam.

(19.) Idque juſto Dei judicio ob ſpoliatum Templum Hieroſolymitanum, vid. Joſeph. loc. alleg. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 6. in fin. confer. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 1. c. 21.

(20.) Egeſippus dict. lib. 1. c. 21. ſcribit, quod Caſſius Parthos, qui neminem ſibi obſiſtere auſurum arbitrabantur, locis anguſtioribus præventos occupaverit ac gravi detrimento affecerit.

ויעזור את הורקנוס ואת אנטיפטר
חשקוט הממלכה ביד הורקנוס ויסע
משם בסיאוס וילך ויעבור את נהר פרת
וירם הרב על מדי ועל פרס ויעש מלחמות
עצומות בהם עד אשר השיב אותם
לממשלת רומה ויכניעם באשר הכניעם
פומפיוס בהיותו במורת טר צבא רומי

ſtris motis, Euphratem fluvium trajecit armaque Medis ac Perſis intulit, cum quibus multa & acerrima prælia iniit, donec illos imperio Romano iterùm ſubjecit ac ſubdidit, ſicuti Pompejus, qui in Oriente Romanorum imperator erat, eosdem anteà ſubjugaverat.

LIBER QVINTUS.

CAP. I.

ויהי בימים ההם ותמת אשה הרה ברומא
אשת אחד מהשלשים מאות וכ' יועצי רומא
ויהי במותה ויתנענע הילד בבטן ויתרוצץ
ויפתחו את הבטן ויוציאו את הילד חי
ויתנוהו למינקת ויהי הילד ויגדל ויקראו
את שמו יוליאוס כי בהרש אב אשר
שמו יוליאוס יצא הילד ממעי אמו ויקראו
עוד את שמו קיסאר בלשון יוני ובלשון
רומא קיסר כי ברותת היתה אמו כי
וקיסר יאמר בלשון הקדש ברות ובלשון
רומי קיסר וקישארי ביאורו ביוצי מושל

בורת

ISdem diebus accidit, ut Romæ mulier quædam, quæ uxor erat cujusdam ex trecentis ac viginti Senatoribus Romanis, gravida moreretur, eaque defuncta fœtus in utero moveretur ac collideretur, quapropter apertô uterô infans vivus extractus nutricique traditus fuit, quæ illum aluit & educavit, nomenque Julii ei impoſitum fuit, quia in menſe Ab, (1.) qui eſt Julius, infans materno utero egreſſus erat, prætereà etiam Καίσαρ (2.) lingvâ Græcâ; Romanâ autem Cæſar dictus eſt, eò, quòd mater ejus cæſa eſſet; (3.) Cæſar autem lingvâ Sanctâ Carut, quod linguâ Romanâ exciſum

(1.) Judæi cum Chaldæis menſem Julium vocant Ab, non quòd Julius & Ab præciſè in diebus reſpondeant; ſed lunatio, quæ cadit in Julium, eam Hebræi appellant Ab, eſtque undecimus menſis, ſupputatus à Tiſri, primo menſe, in anno communi; in anno autem embolismico, qui tredecim conſtat lunationibus, eſt duodecimus menſis, ita Munſterus ad hunc locum notavit; cæterum Julii nomen, quò Cæſar aliique appellati ſunt, ab Julo, qui etiam Aſcanius dictus eſt, & Æneæ filius fuit, originem traxit.

(2.) In Joſippi Epitome pag. 95. ita habetur: קראוהו קיסר על שם שהיתה אמו קצוצה id eſt, vocarunt eum Cæſarem, quoniam mater ejus cæſa fuit, vid. tamen num. ſeq. 3.

(3.) Atqui Aureliam, Cæſaris matrem, etiamnum vixiſſe, cum filius quinquaganario propior eſſet, eamque tunc obiiſſe, cum Gallico bello implicitus Cæſar amiſiſſet legionem ad Gergoviam, cæſis legatis, Suetonius autor eſt, in ejus vita c. 25. confer. & Ejusd. Sueton. c. 74.

significat, appellatur ac Cæsar lingvâ Græcâ (4) explicatur imperator cædens & Cæsar Romanâ lingvâ etiam exponitur cæsus, cæsura vel cædens. Isto verò nomine (5.) id indicatur, ut cuicunque imperatori illud imponitur, is imperium in omnes terrarum reges obtineat, Romanorum quoque decretô cautum est, ut hoc nomine non nisi ille, qui omnibus mundi regibus dominatur, appelletur; anteâ quidem Cæsaris (6.) nomen etiam priscis temporibus Romæ in usu fuit; sed ob eam, quæ in libro tertio à nobis scripta est, causam istud è Republ. Romana exterminatum est, atque imperium Consuli & Senatoribus Romanis traditum fuit, sicuti eodem in libro scriptum reperies; Hujus autem Julii Cæsaris ætate tempus advenit, quô imperium Consulare ac Senatorium urbe Româ fuit ejectum, unde posteâ ejusdem eversio ac ruina secuta est, prout in libro sexto, qui hunc excipit, tradetur; quinam verò Consules fuerint Romæ, ex quo Romani imperium Consulibus tradiderunt, item quinam Senatorum ordines (7.) ac series ætate singulorum Consulum, qui Romæ imperium habuerunt, extiterint, eorum narrationes in libro meo, quem ego Josephus, Gorionis filius, Sacerdos, Josippus aliàs dictus, Julii Cæsaris tempore (8.) scripsi, reperientur; hic est imperator ille, cujus gesta ab initio libri sexti (9.) recensere incipiam, eodem in libro omnes

כותת וקיסר ברומא משמעו גם כן כריתת וכריתה וכוותי וביאור הנקרא המושל בזה השם להיות הנקרא בו מושל על כל המלכים המלכי בארץ ובתוך רומי לא יקרי בו רק המושל בכל מלכי הארץ וכבר היה משפט שם קיסר ברומא בימים הקדמונים אבל ההסיקוהו ממשלת ר נא לסבורה אשר כתבנו בספר השלישי ויפקידו את הממשלה ביד הישיש ויוצ ויו רומא ועדות ור תמצאנה שם ובימי זה הקיסר הגיע יום הסרת ממשלת הישיש והועצים ממדינת רומא ובאה פקודם ומבוכתם כאשר נודיע בספר הששי הבא אחר וה ויהר דברי ספורי כל הישיש מהישישים המושלים ברומא מעת הפקידו הרומים ממשלת רומי ביד ישיש גם יהר ספורי כל כת וכת מכהות הועצים אשר היו בזמן כל ישיש וישיש מהישישי המושלים ברומא הלא הם כתובים על ספרי אני יוסף בן גוריון הכהן הנקרא גם הואי יוסיפוס אשר כתבתי בזמן יוליאום הקיסר והוא אש אני מהדיר הספ הששי בעדות ספורי ובספר הוא כתבתי

(4.) Unde autor noster vel potius illius interpolator id probare possit, non video.

(5.) Hæc verba & sequentia, usque ad: eumque Senatus, qui tunc Romæ &c. vid. infrà n. 37. h. cap. in Munsteri codice non leguntur & videntur à Judæo interpolatore satis imperito adjecta esse, quia illis non pauca, quæ sunt contrà fidem historicam temporisque ordinem, continentur, vid. infrà h. cap. num. 37. ibique not.

(6.) Nonnulli enim ex gente Julia etiam antè Cæsarem sic appellati fuerunt Romæ; sed id gentis fuit nomen seu familiæ, non summæ potestatis: autor verò noster, vel ejusdem interpolator Cæsaris nomine hic intelligit regiam potestatem, quæ priscis temporibus ab urbe condita apud reges fuit, de qua vid. inter alios Livius l. 1.

(7.) Ita hic explico כרת וכרה, cujus dictionis significatio videri potest apud Buxtorf. in Lexic.

(8.) Imò Josephus in descriptione vitæ suæ dicit, se anno primo imperii Caji Cæsaris, qui Caligula dictus fuit, atque ita longè post Julium Cæsarem, in hanc lucem prognatum fuisse, confer. & h. cap. n. 20. & n. 24 it. infr. lib. 6. c. 38. num. 68. vid. & suprà lib. 2. c. 24. n. 21. & 22. & dict. l. 2. c. 25. n. 31.

(9.) Is librorum ordo in Munsteri codice, quem plerumque secutus sum, mutatus est ac proinde Julii

כתבתי את כל התלאות אשר מצאו את מדינת רומה ואת עמה מיום הוסדה עד חרבן רבורת השני אשר גלה יקר תפארתנו ממנו גם כתבתי בו כל העתידו היעודות לבא בה אחרי מותו עד תתרב והשומם באשר קבלתי מפי חכמי ישראל אשר היו קדומים לנביאים גם מפי חכמי גוים אשר היו נאמני בחכמתם ורק עם חכם ובינה היה הגוי הקטן הזה עם יי והוא סגולה לאלהי השמים ואלהי הארץ מכל הגוים הנמצאים בארץ ומי כיי אלהינו אלהי את מיחד לברו בממשלתו ואין זר אחו ומי כעמו ישראל גוי אחד בארץ כדי אמר יוסף בן גוריון הכהן והוא יוסיפון ולקטן השם יוסיפון הזה הנקרא יוסיפוס ביוני גישיפוש ברומי וה הספר הראי הספר אשר קראתיו מלחמו יי להיות בו ספור הלאו הרבן בית מקדשנו וארץ קדשנו ותפארתנו בשנת מאה ושלשים וארבע

mnes adversitates, quæ urbi Romæ, (10.) ex quo illa condita fuit ejusque populo evenerunt, usque ad destructionem Templi secundi, cum quo gloria decoris nostri nobis adempta est & in exilium acta fuit, conscripsi; eodem in libro vaticinia illa, quæ huic urbi usque ad illius destructionem post mortem meam eventura sunt, literis tradidi, prout ea tàm à sapientibus populi Israëlitici, qui prophetis proximi fuerunt, quàm à gentium scriptoribus, fide atque prudentia conspicuis, accepi: parva autem gens illa, populus nempe Dei, prudens, sapiens & à Deo præ omnibus gentibus, in toto terrarum orbe repertis, unicè dilecta fuit: (11.) ecquis verò Deus est unus atque unicus in regno suo solus imperans, sicuti Dominus, Deus noster, cum quo non est alienus? (12.) ac quisnam est, sicuti populus ejus Israëliticus, gens una in terris? (13.) sic inquit Josephus (14.) Gorionis filius, Sacerdos, Josippon, minuendi (15.) nominis causa, dictus, qui Græcâ lingvâ Josephus, Romanâ Josippus (16.) appellatur: hunc librum (17.) vocavi: Bella Domini, propterea, quia in illo res, quæ in destructione Templi ac devastatione terræ nostræ sanctæ & gloriosæ evenerunt, narrantur. Anno centesimo ac trige-

Julii Cæsaris res gestæ in hoc libro quinto narrantur.

(10.) Legendum hic puto: urbi Hierosolymæ, nam de illius devastatione atque ejusdem Templi secundi destructione præcipuus sermo est in hoc libro, quamvis etiam de urbis Romanæ casibus & adversitatibus non solùm apud Josephum in libris Antiquitatum ac de Bello Iudaico; sed etiam in Prophetarum, præcipuè Danielis, vaticiniis nonnulla reperiantur literarum monumentis tradita.

(11.) Hebr. סגולה, quasi peculii loco reposita, vid. Exod. c. 19. v. 5. ubi Lxx. verterunt λαὸς περιούσιος, populus peculiaris, 1. Petri c. 2. v. 9. vocatur λαὸς εἰς περιποίησιν, populus acquisitionis, prout habet Vugata Latina.

(12.) Nimirum Deus, desumpta hæc sunt ex Deut. c. 4. v. 35. & c. 10. v. 17.

(13.) Sic ferè ubique Iudæi gentis suæ prærogativam præ aliis populis jactant & extollunt.

(14.) Hic in codice nostro Hebraico incipit liber sextus, qui inscribitur: Bella Domini, cujus inscriptionis rationem autor noster, seu potius illius interpolator, hic reddit, vid. quæ infrà lib. 6. cap. 6. num. 35. notata sunt, it. n. 17. h. cap.

(15.) Sive: extenuandi, nomine scil. diminutivo ita dictus.

(16.) Sic Hebræum גושיפוש discriminis ergò hic vertere volui.

(17.) Sextum scilicet, qui in Munsteri codice, quem hic secutus sum, quintus est, vid. quæ num. antec. 14. dicta sunt, confer. & num. 23. h. cap. & lib. 6. cap. 6. n. 35. ibique not. confer. & suprà lib. 2. c. 25. n. 36.

וארבע שנים להמצא חק הקסריוח בעולם
והיא החק הנקרא ביתני אמפראוסיא
נולדתי אני כבתוב בספר הג' ובשנת
קפ"ה שנים להמצא זה החק נולד
יוליאוס הקיסר הגדול אשר נחתול בזה
הספר מפורו וחתמנו הספר הרמישי בן'
ואני הייתי או בן חמשים ואחר שנה
בשנת מוצא הילד הנקרא יוליאוס ממעי
אמו ומשנת החחלת המלכות הישיש
והועצי ברומי עד היות אמי הדה בן
קל"ה שנה וחדי ממשלתם עד שנת
השע עשרה למספר מוצא הילד הזה
הנקרא יוליאוס ממעי אמו ואני או בן
שבעים שנה ומאתים וחמש שנה עמדה
הממשלה ברומא על פי ישיש והועצים
וזה החלת בנין הומא' בשנת שש עזים
לחזקיהו מלך יהודה היו בבקעת רומי
שני אחי יונים ושם הגדול מאייה ושם
הקטן יוניה ואז היו חדשי השנה אצל
היונים שמנה חדשים לבד' ובאשר

trigesimo quarto, postquàm Cæsarea potestas, (18.) quæ Græcâ lingvâ Autocratoria (19.) vocatur, in orbe exorta est, ego natus sum, (20.) prout suprà libro tertio (21.) scriptum est; anno verò centesimo octogesimo quinto ejusdem potestatis (22.) natus est Julius, Cæsar ille magnus, cujus tàm in principio hujus libri sexti, (23.) quàm in fine libri quinti mentio facta est; ego autem tunc quinquagesimum primum compleveram annum, quando infans ille Julius utero materno egressus est, & ab illo tempore, quo Consulare ac Senatorium imperium Romæ cœpit, usque ad tempus conceptionis meæ in utero materno anni sunt centum ac triginta quinque; duravit autem Consulare imperium usque ad annum decimum nonum, posteaquàm infans ille. Julius dictus, utero materno egressus est; ego verò tunc temporis septuagesimum (24.) attigi annum; Consularis verò ac Senatoria potestas Romæ ducentis ac quinque annis (25.) stetit; initium autem conditæ urbis Romæ tale fuit: anno sexto Hiskiæ, (26.) regis Judæorum, in planitie Romana duo fratres fuere Græci, quorum major natu Majus, minor autem Junius (27)

(18.) Sic חק הקסריוח melioris sensus causa hic exprimere volui, vid. infrà h. c. 1. num. 35. n. 41. & num. 50. it. suprà lib. 2. c. 25. n. 32. & infrà lib. 5. h. cap. num. 7.

(19.) Ita dictionem אמפראוסיא, (quæ hic habetur, quam interpretari possis: imperausia, vel: imperosia, vertere volui;) fortè hoc nomine Olympias intelligenda est, de qua suprà lib. 4. c. 17. n. 2. dictum est, confer. & h. lib. 5. c. 18. n. 3. it. quæ suprà lib. 2. cap. 24. n. 1. annotata sunt, vid. & num. sequ. 22. h. cap. it. infr. h. lib. 5. c. 12. n. 16.

(20.) Vid. quæ suprà h. cap. n. 8. & infra n. 24. h. cap. dicta sunt.

(21.) Confer. hic, quæ suprà lib. 2. c. 24. n. 20. & 21. annotata sunt.

(22.) Vid. quæ num, antec. 18. & num. 19. dicta sunt, confer. & Isaac. Vossl. Chronolog. Sacr. cap. 13.

(23.) Is in Munsteri codice, quem hic secutus sum, est liber quintus. vid. num. 17. h. cap.

(24.) Atqui Iosephus ipse Antiqu. lib. 20. cap. 9. seu ultimo circa fin. scribit, se decimo tertio anno Imperii Cæsaris Domitiani sex & quinquaginta annos habere, vid. suprà num. 8. h. cap. it. infr. lib. 6. c. 38. n. 68.

(25.) Confer. hic Fasti Consulares, ubi videre licet, quamdiu imperium consulare steterit.

(26.) Dionysius Halicarnassensis scribit, Romam anno primo septimæ Olympiadis, qua tempestate Achas, Judæorum rex, regnavit, anno scilicet mundi 3118. Aprilis 21. conditam esse, alii aliter tempora numerant, vid. Alstedii Chronol. & Isa. Vossii Chronol. Sacr.

גברו שני האחים הא' מאייה ויוניה
ויבנו בבקעת רומי מגרש הקסרי' ועידנו
עומד עד היום הזה הוסיפו עליו שמם
שני הרשי' בשנה לזכרן שם להם והדי
השנה מאז על פיהם עכורה חדשים
ונקר' גם כן שם הגדול משני האחי'
האלה רומילום על שמו נקראת רומי
ושם הקטן רומיליאוס ועל שמו נקרא'
רומה' וכאשר בא זמן מלכות יוליאוס
ואחריו אוגסטוס והיו מלכים הכמים
הוסיפו עוד דרומיים שני חרשי בשנה
אחרי לכבודם ולזכרון שם להם להפארת
והדי השנה מאז על פיהם שנים עשר
חדשים' וזכרן מלכי יוליאוס על עם
רומי בחזק' וימלוך עליהם בכבוד כי
הילד הזה יוליאוס בן חשע עשר שנה
משול בחזק' בחומא כהן הקטריוח
במשכט הקיסרים הראשונים ויסר בשנה
הראשונה למלכותו את הממשלה אשר
לרומא

(27.) appellatus est, eodem tempore annus apud Græcos octo solùm mensibus constabat; cùm verò duo illi fratres opibus ac potentiâ crevissent, arcem (28.) Cæsaream (29.) in planitie Romana exstruxerunt, quæ ad hodiernum usque stat diem; iidem duos quoque menses (30.) anno addiderunt juxtà nomina sua idque memoriæ causa, sic annus tunc temporis eorundem mandatô decem mensibus constabat, nomen etiam majoris natu ex duobus illis fratribus dictum fuit Romulus, unde urbs illa vocata fuit Romi, (31.) minor quoque alio nomine appellatus est Romilius, (32.) à cujus nomine dicta fuit Roma: Sed ex quo Julius rerum potitus est & post illum Augustus, (qui duo sapientissimi fuere imperatores) Romani alios quoque duos menses anno addiderunt, in honorem ac nominis memoriam imperatorum istorum, quamobrem posteà annus eorundem jussu ac mandatô duodecim constitit mensibus; Julii autem imperium super populum Romanum viribus crevit ejusque gloria longè lateque sese extendit. (33.) Is enim adolescens Julius cùm novendecim annos (34.) haberet, per vim

(27.) Ita hic duo illa nomina: מאייה & יוניה, ultimis syllabis ad Latinum flexis genere masculino vertere volui; unde vero Judæus interpolator hanc narrationem seu fabulam hauserit, mihi haud liquet, Historiæ Romanæ hac de re silent.

(28.) Sic Hebr. מגרש hîc interpretari volui, quæ dictio aliàs suburbium seu suburbanum prædium denotat.

(29.) Capitolium videtur intelligere interpolator, de quo vid. inter alios Tacitus lib. 3. Histor. cap. 72. & Livius lib. 1. c. 10. illud tamen non in planitie, prout hic narratur, sed in colle situm fuit.

(30.) Majum scil. (qui à Maga, uti quidam putant, nomen traxit) & Junium, qui à Junone, prout nonnulli existimant, originem sumpsit. unde etiam primum Junonius dictus fuit. Ovidius l. 5. Fastorum Junium à Juniotibus sic dictum putavit, scribens: Junius è Juvenum nomine dictus adest, idem eod. libr. 5. Fastor. Majum à Majoribus sic appellatum censuit, isto versu:

Hinc sua majores tribuere vocabula Majo:

(31.) Hebr. רומי, sic in nostro codice hîc legitur, quod nomen ita hic transferre visum mihi fuit, ut illud ab altero, scil. רומה, quod Romam vertere volui, distinguerem.

(32.) Hebr. רומיליאוס, sic in nostro codice habetur; sunt autem Romuli ac Remi, à quibus Roma condita dicitur, nomina notiora, quàm ut multa de illis hîc dicam.

(33.) Confer. Josippi Epitom. pag. 95.

(34.) Imò verò, cum quinquagenario ferè major esset Julius Cæsar, perpetuus Dictator creatus & summo imperio functus scribitur, vid. Sueton. in ejus vita, imprimis c. 41. & 76.

לרומא מהוהה ביד ישיש ויועציו והרי
מאו ביד קיסרות עד הום הזה וידי
באש גדל הילד הנקר יוליאוס וידי
בתור יודף בגבול בן עשרים הוה גבור
מלחמה והוא בן השע עשרה שנה
שלמות מלכד חדש אחד ובשלוש
וישיש אשר היה אז מושל ברומי בעצת
השיב יועצי כמשפט הממשלה אשר
היתה כובבת בחומי על פי ישיש ויועצי
את פומפיום לצד מזרח במשלת שר
צבא רומי בעצתו ובעצת הזקנים היועצים
שלח גם את יוליאוס זה והוא בן י"ט
שנה ללכת במערב ולהכניע את כל
מערב תחת ממשלת רומי וילך יוליאוס
זה לשר צבא על חיל הרומים במערב
באשר הלך פומפיום לשר צבא על חיל
הרומים במזרח ויגבר יוליאוס על כל
מלכי המערב ובניעם ויעבידם הדרת
ממשלת רומי ויכנע את גוי פרהקום ואת
גוי בריטתום ואת כל מלכי המיתם עד
ים אוקיאנוס בנצח וגבורה וידי בריותו
בן שלש ועשרים שנה כי ארבעה שניט
נלחם עם מלכי המערב ויפן וישב את
רומה בנצח וגבורה והוד ובבוד ויגבד
לבו

vim Cæsareo jure (35.) secundùm Regum priorum morem imperavit Romæ, primoque imperii sui anno Consularem ac Senatoriam potestatem Romæ abolevit, (36.) ita, ut potestas illa ab eo tempore ad hunc usque diem in Cæsarum manu posita fuerit. Hic igitur adolescens, Julius, cùm viginti circiter annorum esset, anno nimirùm ætatis suæ decimo nono, dempto mense, bellica fortitudine inclaruit; cumque Senatus, (37.) qui tunc Romæ imperium tenebat, habito trecentorum ac viginti Senatorum consilio (prout illo tempore Romæ moris erat) Pompejum in Orientem misisset, ut ducis exercitus Romani munere fungeretur, Julius quoque Cæsar, cùm novendecim annos haberet, eorundem Senatorum consilio in Occidentem missus est, ut omnes gentes Occidentales imperio Romano subjiceret. (38.) Quapropter Julius, exercitus Romani Imperator, in Occidentem profectus est, sicuti Pompejus, qui etiam exercitui Romano præfuit, in Orientem abierat; omnes autem reges Occidentales à Julio devicti & sub Romanorum potestatem redacti sunt; Francorum (39.) quoque ac Britannorum gens cunctique reges, in Occidente habitantes, usque ad Oceanum, victoria ac fortitudine ab illo superati sunt; cùm verò vigesimum tertium complesset annum (nam quatuor annis bellum cum regibus Occidentalibus gesserat) Romamque (40.) victoriâ, fortitudine ac gloriâ insignis reversus esset, elato

(35.) Ita hic חק הקסריות interpretor, confer. quæ supr. n. 18. h. cap. dicta sunt: Cæterum de lege Regia, (quæ & lex Imperii dicitur,) vid. Instit. de Jur. Nat. Gent. & Civil. §. 6. confer infrà num. 50. h. cap.

(36.) Imo Consulum ac Senatorum potestas non penitus abolita est sub Cæsarum imperio, quamvis illâ valdè imminuta fuerit, vid. infr. num. 65. h. cap.

(37.) Hic in Munsteriano codice textus continuatur, cætera omnia, de quibus supr. num. 5. h. cap. dictum est, in eodem non leguntur.

(38.) Suetonius in Julii Cæsaris vita cap. 5. scribit, eidem Romam reverso tribunatum militum, primum honorem, per suffragia populi obtigisse.

(39.) Hebr. פרנקום ואת בריתנום, sic in codice Munsteriano, quem hic potius secutus sum, quàm nostrum, ubi nomina valdè corrupta sunt; cæterum de Francis infrà h. lib 5, c. 41. num. 10. quædam dicta reperies, confer. etiam, quæ in Præfatione mea num. 22. notata sunt.

(40.) Confer. hic Josippi Epitom. pag. 95.

לבו על כבה ויאבר לעם הרומים ולו ל
גבורי החיל אשר ברומא אני אמלוך על
כל ממשלת רומה ואני אהיה לקיין
ויקיסר עליה כי לי ראוי חק הקסרות.
ובשמוע הישיש והש"ב יועצי אשר לרומא
לאמר כי יוליאוס מדבר כה וכה וישלחו
אחריו ויאמרו לו האמת גבה לבך לדבר
כה וכה. ויען אותם ויאמר המגיד לכם
זה הגיד אמת וכה דברתי וכה אעשה
ולא אפיל מדברי ארצה. והוא הודה
קרוב לישיש ויענהו הישיש ויאמר אליו
לולא נחמוד על ילדותך ועל מיעוט
דעתך הלא שפטנוך כבר לבן מות כי
תבגוד ותמרוד בחק ממשלת רומה והלא
שמעת אם לא ידעת כי לא נסבול מלך
עלינו גם לא חק קיסרות ועל זה נשבענו
וקיימנו בריה מימי הראבינום הזלך והוא
הקיסר הראשון היותר קדם אשר הופקד
על ממשלת רומי בשנת עשרים לבנין
המדינה. והיה באשר פשע במשלתו
אשר לקח אשרת איש בהוקה ותתעב
האשה על ככה והזקיר את בטנה וחמת
כי הרגה את נפשה מאז נשבעו אבותינו
וקבלו לקיים בניהם הבאים אחריהם את
שבועתם לבלתי ישימו עוד מלך ויקיסר
עליהם ויהי בן עד בא אלכסנדרום
מקדון

elato se gerere animo cœpit, populoque Romano atque omnibus, qui tunc temporis Romæ erant, militibus dixit: ego universum occupabo imperium Romanum & princeps ac Cæsar ero, potestas quippe Cæsarea (41.) mihi competit; Senatus autem Romanus, de Julii mente ac proposito certior factus, eundem vocari jussit eique dixit: num reverà illud apud te constitutum atque decretum est? cui Julius respondit: is, qui hoc vobis dixit, verum locutus est, sic mecum constitui, (42.) ita faciam, nec ullum ex dictis meis frustrà erit; hæc ille locutus est præsente Senatu, qui eidem respondens: nisi ætati, inquit, tuæ atque imbecillitati animi tui parceremus, mortis te reum pronunciaremus, tanquam perduellem, qui hostilia contrà rempublicam machinaris, annon audivisti, nonne cognitum tibi est, quòd nec regem nec Cæsarem ferre possimus, (43.) quodque nos invicem eum in finem jurejurando obstrinxerimus fœdusque pepigerimus jam inde à tempore Tarquinii, regis primi, (44.) qui Romano imperio præfuit anno vigesimo ab urbe condita? cùm enim princeps ille regiæ potestatis limites transgressus uxorem viri cujusdam per vim rapuisset (45.) ac fœmina mœrore affecta ventrem suum cultrô perfodisset atque mortua esset (nam seipsam interfecerat) ab eo tempore majores nostri juramento sese obstrinxerunt, (quod etiam eorundem liberi posteà confirmârunt) ne ullum sibi deinceps regem ac Cæsarem (46.) imponerent, idque servatum fuit, (47.) donec Alexander Macedo venit,

qui

(41.) De dictione חק, quæ hic habetur, suprà n. 18. h. cap. dictum est, ubi vide sis.

(42.) Sic Hebræa זכה הברתי hic vertere volui.

(43.) Vid. Josippi Epitom. pag. 95.

(44.) Hic quoque in Historiam Romanam impingitur, nam Tarquinius non primus Romanorum rex fuit, nec vigesimo ab urbe condita anno regnavit; sed longo post tempore, quia regnatum est Romæ ab urbe condita ad libertatem annos 244. teste Livio l. 1. c. 60.

(45.) Stuprâsset, sic rectius & Historiæ Romanæ convenientius scripsisset autor noster vel potius ejus interpolator, innuitur autem hic Lucretia, de qua vid. inter alios Livius l. 1. c. 58.

(46.) Hebr. יקיסר, sic in nostro codice; quæ tamen dictio in Munsteriano non legitur, & rectius, ut puto.

(47.) Hæc & quæ sequuntur, usque ad: ab illo tempore ad hunc usque diem &c. absunt à codice

מקדון ויכל כל ממלכות הארץ וישתול
על דומה וינרגה ברצונו עד יום מותו
ואחרי מותו באו מלכים אדנים ברומה
מלך אחר מלך בבלהי חק הקיסרות עד
בא אפיריאום בן אפטוליומוס אוגלום
וישב את חק הקיסרי הראשון עוד
במרינת רומא ויהי כן עד בוא זמן
אנטונינוס החושק למלכת מצרים ויפשע
גם הוא בחק הרומים וישורדו הרומים
מחק הקיסרות וישבעו עוד באבותיהם
הראשוני וקבלו שכוע לקיים ברת
לבלתי הות קיסר עוד ברומה וידו כן
עד היום הזה ואיך יעלה על לבך אדה
להפר ברית ממשלת רומה הי סברי
ומדולל דום לך מדבר כדברים האלה
ולמה תפשע בנפשך והלא מאו ועד ערה
זה שנים רבות ק"ה שנים לא מלך מלך
עלינו ואף כי מלכו קיסרי מעטים
מאגוסטוס הראשון הקיסר והנה בעצת
ש"ב יועצי רומי מלכו ולא בחוק׳ ואתה
החלל את מצות אבותינו ואת בריתם
הפר כי יגבר לבך לאמר אני אמלוך
ואני אשיב חק הקיסרות למשפטו
הראשון הלא בן מות אתה כי תמרוד
בממשלת רומי ובשורת ישישיה ויועציה
והלא הראה את פומפיום הגדול אשר
גם הוא עשה גדולות במזרח ונצח וגבר
על עשרי ושנים מלכים ויכבוש עשרים
ושנים ממלכות גם דבניע את עם יהודה
אשר הוא גדול ואדיר והוא לא עלה על
רוחו הללו׳ ולא שאל לא מלכות ולא
קיסריות ואיכה יעלה על רוחך ארץ
ההוללות ויגבה לבך לאמר כי השיב חק
הקיסרות למשפטו ועתה ידוע ידוה לך
כי לא נקבל לא אות׳ ולא את זולתך
לקיסר ולא למלך ולא המלוך עלינו לא
אתה ולא זולתך והשמ׳ לך ושמור
נפשך מאד פן תדבר עוד כדברים האלה
כי משפט מות׳ נשפוט עליך ביום דברך
עוד כדברים האלה׳ ויען עוד ויאמר
עשו את אשר תובלו כי אני אמלוך
עליכם ואתם עבדי ואני מלככם ויצא
מפניהם בחרי אף וישבו׳ הזקנים לפתי
ושוט׳ ומשוגע ויאמר וישיש להכותו
והזקנים מנעוהו מזה כי היה בן קרובו׳
ויולאוס

que regna terrarum evertit ac Romæ quoque imperium tenuit (48.) eique pro lubitu suo, quamdiu vixit, leges præscripsit: post ejus mortem alii Romæ fuerunt principes, (49.) qui sibi invicem successerunt, sine potestate tamen Cæsarea, (50.) donec imperator. (51.) Ptolemæi Lagi (52.) filius, venit, qui primam illam potestatem Cæsaream (53.) denuò in urbem Romam reduxit, quo etiam in statu mansit, usque dum Antonii (54.) tempus advenit, qui amore reginæ Ægypti (55.) captus ipse quoque in Romanorum leges prævaricatus est, quapropter Romani eundem à Cæsarea (56) potestate removerunt, qui sese perinde atque eorundem majores jurejurando iterùm obstrinxerunt fœdusq; inter sese inierunt, ne ullus deinceps esset Cæsar, (57.) quomodo igitur tu in animum induxisti tuum, ut imperii Romani fœdus violares? cave igitur, ô demens ac stolide, ne ista ulterius ex te audiantur verba, ecquid temet ipse vitæ periculo exponis? nonne ab illo tempore ad hunc usque diem tanto intervallo, nimirùm centum (58.) ac quinque annis, nullum toleravimus regem, qui nobis imperitaret? ac licèt (59.) pauci Cæsares jam inde ab Augusto, (60.) primo Cæsare, imperio potiti sint; id tamen consilio trecentorum ac viginti Senatorum Romanorum eorumque consensu factum est, non vi; tu verò patrum nostrorum præcepta violas eorumque fœdera spernis, dum elato dicis animo: ego regnabo, ego Cæsaream (61.) potestatem in pristinum statum restituam, nonne mortis reus es, dum hostilia adversùs imperium Romanum ejusque Senatus autoritatem machinaris? nonne Pompeji, collegæ tui, exemplum tibi proponis? qui & ipse præclara in Oriente facinora patravit ac duos & viginti reges devicit totidemque regna superavit ac populum Judaicum, gentem prævalidam & magnam subjugavit; nec tamen ille unquam ejusmodi dementiam in animum suum induxit, ut regnum peteret aut Cæsaream potestatem affectaret, quomodo igitur stultitia ista atque superbia animum tuum occupavit, ut Cæsaream potestatem in pristinum statum reducere auderes? notum itaque tibi sit, quòd neque te neque alium quemquam recipiemus Cæsarem aut regem, ac neque tu neque quivis alius regiam in nos exercebit potestatem. Quamobrem cave tibi quàm maximè, ne ista ex te ulteriùs audiantur verba, nam quocunque die eadem amplius dixeris, mortis te supplicio afficiemus: At Cæsar iisdem respondens: facite, inquit, quodcunque in vestra erit potestate; ego verò super vos regnabo, vos servi mei estis, ego rex sum vester; his dictis irato discessit animo: Senatores autem eundem fatuum, (62.) dementem ac stolidum reputârunt, jussitque

dice Munsteriano & videntur ab eodem illo imperito interpolatore Judæo interjecta esse, vid. infrà h. cap. n. 58.

(48.) De hoc silent Romani scriptores, nam quod de legatis Romanis ad Alexandrum missis Aristus & Asclepiades scripserunt, (de quibus Arrianus in Exped. Alex. l. 7. pag. m. 476.) id ambiguum habetur.

(49.) Sic dictionem מלכים i. e. reges, hic interpretari volui; intelliguntur autem hoc nomine Consules ac Dictatores, quorum imperium regiæ potestati successit.

(50) Seu: sine Cæsareo imperio, vid. quæ suprà h. cap. num. 18. & num. 35. de hac re dicta sunt.

(51.) Intelligitur hic, ut puto, dux Alexandri Magni, is enim Ptolemæus, Lagi filius, inter præcipuos Alexandri Magni duces seu principes fuit, cui in divisione post mortem Alexandri Ægyptus & Africæ Arabiæque pars sorte obvenit, de quo vid. Justin. Histor. l. 13. c. 4. n. 10.

(52.) Sic אפטוליומוס אוגלום prout quidem corruptè in codice nostro legitur, hic vertere volui, vid. quæ suprà lib. 2. cap. 23. num. 5. de hoc nomine dicta sunt.

(53.) Seu: regiam potestatem, quòd verò Ptolemæus, Lagi filius, cæsaream sive regiam potestatem denuò Romam induxerit, prout hic ab autore nostro vel potius illius interpolatore dicitur, de eo silent Historici tàm Græci, quàm Romani.

(54.) Hebr. אנטונינוס ita enim hic legendum pro אנטונינום i. e. Antoninus, prout corruptè habetur in nostro codice vid. suprà l. 4. c. 24. n. 10.

55.) Cleopatræ scil. de qua vid. Romani scriptores, imprimis Livii Epitom. lib. 133.

(56.) Rectius dictum fuisset: ab imperatoris officio seu potestate.

(57.) Vid. Josippi Epitom. pag. 95.

(58.) Hæc verba: centum ac quinque annis, absunt à codice Munsteriano, vid. supr. num. 47. h. cap.

(59.) Hæc quoque verba: ac licet &c. usque ad: tu verò patrum nostrorum &c. desunt in Munsteri codice & imperiti interpolatoris manum satis arguunt, vid. num. seq. 60.

(60.) Ecquis verò ille antè Julium fuit Augustus, primus Cæsar? adeò turpiter in fidem Historiam ac temporis seriem impingit Judæus interpolator, quisquis ille fuerit.

(61.) Vel potius: regiam, nam ante Julium Cæsarem ab urbe Roma condita reges imperarunt, uti ex Historia Romana notum est.

(62.) Sane colloquium istud inter Cæsarem atque Senatum, à Judæo interpolatore hic introductum,

Consul, ut interficeretur; sed Senatores illum prohibuerunt, ne id faceret, quia ipsius (63.) propinqui filius erat. Julius itaque Senatu egressus elato animo pro Cæsare sese gessit, cumque Cæsaream coronam capiti suo imposuisset, omnes eum milites exercitus Romani secuti sunt, quapropter atrocissimum Romæ exortum est bellum, atque infinita sanguinis hominum interfectorum copia effusa est; sic imperio per vim occupato omnis populus Romanus eidem adhæsit, (64.) posteà Curiam (ubi Consul ac Senatores inter sese consultabant, quid hac in re agendum esset,) ingressus Julius militibus suis præcepit, ut repentè adessent, quô factô Consul curiâ eductus ac mandatô Cæsaris capite plexus est, jussitque Julius, ut eodem supplicii genere omnes afficerentur Senatores, quod cùm in præcipuis Senatoribus effectui traditum esset, reliqui lachrymis profusis ac clamore sublato Julium supplici oratione ita allocuti sunt: vivat Dominus noster, Cæsar, in perpetuum! tibi Cæsarea convenit potestas & imperium tuum Cæsareum lubenti agnoscimus animo, en nos tibi servos; tu verò rex noster eris ac Cæsar. Quô factô Julius illos clementer excepit, quia præcipui Romanorum supplices eidem facti erant, dein curiam statim dirui jussit, eodemque die Consularem ac Senatoriam potestatem urbe Roma ejecit: (65.) hac ratione Cæsar, (66.) qui etiam Julius appellatur, imperium Romanum per vim occupavit omnesque deinceps principes, qui ei in imperio successerunt, Cæsares ab illius nomine dicti sunt: Pompejus autem, qui tunc temporis in Cappadoויוליאוס יצא מלפני העצרה ויתגאר וישחרר ויתראה קיסר, וישם כתר מלכו הקיסריות בראשו ולבו אחריו כל גבורי חיל רומה: ויתגר מלחמה גדולה ברומה וישפוך דם נפשות רבות לאין מספר וימלוך בחזק, ויפנו אחריו כל עם הרומים: וילך אל בית העצרה ושם הישיב ויועצים מהיעצים מה יעשו על זה ויצו לגבוריו ויבואו אל בית העצרה פתאום ויוציאו את הישיב ויצו ויסירו את ראשו מעליו: ויצו עוד להסיר ראשי כל היועצים מעליהם ויעשו כן בגדולי מהם והנשארים בבו ויצעקו ויתחננו לפני יוליאוס ויאמרו לו יחי אדוננו הקיסר לעולם לך באה לבית קיסר ואנחנו מרדי בממשלתה קסריותך והננו לך לעבדים ואתה לנו למלך ולקיסר: ויקבלם או כי הלך פנים נכבדי הרומים ויצו וידברו את בית העצרה מיד ויסר בים ההוא את הק ממשלתה ושיש ויועצים ממדינת רומה וימלוך קיסר והוא אשר שמו יוליאוס אז בחזקה ולכל מלך מדמלכים אשר מלכו אחריו קראו קיסר על שמו: ויהי כשמוע פומפיום בארץ כפתור כי מלך קיסר ברומא וכי הרגו את הישיש ואחרים ספרו לו כי הרגו כאשר הוא האמת

האמת וכי הרג רבים משלש מאות ועשרים יועצים ויאסוף פומפיום את כל ממלכות הארץ אשר מסרום הישיש והיועצים תחת ממשלת ידו לבוא להלחם בקיסר יוליאוס: וידו כשמוע הקיסר כן ויוצא אריסתובלום מבני האסורים אשר צוה הישיש לגדודי לרמיתו ולא המיהודו רק התביאודו כי המלו על יפיו ועל גבורתו ויתן לו צבא שני לגיונים אשר הם י"ב אלף איש ויצו עליו ללכת בארץ אדום להשמיד ולהמית: וישלח עוד הקיסר לעם יהודה להתחבר עם אריסתובלום ללחום עם פומפיום מאחור כי אריסתובלום ילחצהו מלפני: מארם וישמע פומפיום את הדבר הזה וידאג מאד מפני אריסתובלום וישלח אגרת להכיריו אשר בירושלם ויודיעם הדבר וישלחו אנשי יהושלם אנשים לקרא אריסתובלום באהם כדברי שלום ויאבלו וישתו עמו וישקודו שם המה וימיתוהו שם ויעבור פומפיום כהימה וילחם בקיסר ויפלו חללים רבים מחיל פומפיום וינס פומפיום מפני הקיסר וירדפהו וידביקהו וימיתהו וימלוך הקיסר יוליאוס

padocia erat, cùm cognovisset, (67.) imperium Romanum à Cæsare occupatum & consulem in fugam actum vel potius (ut alii verius eidem narrabant,) ab ipso interfectum, multos etiam ex trecentis illis ac viginti Senatoribus ab eo interemptos esse, omnia totius Orbis regna, quæ Senatus illius imperio commiserat, congregavit, ut cum Julio Cæsare prælium iniret. Quo cognito Cæsar Aristobulum (quem Senatus quondam certis hominibus interficiendum tradiderat; illi verò pulchritudinis ac fortitudinis ejus commiseratione tacti eundem non interemerant, (68.) sed occultaverant) è custodia dimisit (69.) ac duabus legionibus, (70.) duodecim scilicèt millibus militum, præfecit eique præcepit, ut in Syriam proficisceretur eamque vastaret hominesque interimeret; Cæsar etiam legatos misit ad populum Judaicum, ut sese Aristobulo jungeret ac Pompeji copias à tergo aggrederetur, nam Aristobulus copias ex Syria adversùs illum à fronte educturus erat; Pompejus autem, cùm hæc audisset, valdè sibi ab Aristobulo metuit (71.) atque epistolam ad socios suos, qui Hierosolymis erant, misit eamque rem illis indicavit, quô factô Hierosolymitani certos quosdam homines ad Aristobulum miserunt in Syriam, qui cum illo amicitiæ specie in convivio inter pocula de pace collocuti sunt eumq; veneno sustulerunt, (72.) quo mortuo (73.) Pompejus in Macedoniam (74.) profectus cum Cæsare prælio

(63.) Consulis scilicet, ita hic dictionem קיסר intelligo & ad consulem refero.

(64.) Hæc & quæ sequuntur, usque ad: Hac ratione Cæsar &c. absunt à Munsteriano codice & videntur ab eodem imperito interpolatore Judæo, de quo suprà aliquoties dictum, interjecta esse, vid. num. 66. h. cap.

(65.) Vid. quæ suprà num. 36. h. cap. annotata sunt.

(66.) Hic fit continuatio textus in codice Munsteriano, vid. suprà num. 64. h. cap.

(67.) Confer. Josippi Epitom. pag. 95. & seq. it. Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 22.

(68.) De hac fabula jam suprà lib. 4. c. 25. n. 14. dictum est.

(69.) Vid Josippi Epitom. pag. 96.

(70.) Josephus lib. 14. Antiq. c. 13. consentit ac scribit, Julium Cæsarem Aristobulo δύο τάγματα dedisse, idem refertur lib. 1. de Bell. Jud. c. 7. princ. confer. & Egesipp. de Excid. Hierosol. lib. 1. c. 22.

(71.) Consentit Josippi Epitom. pag. 96.

(72.) Idem refert Josephus Antiq. l. 14. c. 13. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 7. princ. consentit & Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 22. ac Josippi Epitom. pag. 97.

(73.) Cum regnasset tres annos & sex menses, prout refertur in Josippi Epitom. pag. 97.

(74.) Ita hic כתים vertere volui potius, quam Italiam, prout Munsterus transtulit, Thessalia enim, in qua pugna Pharsalica commissa & in qua Pompejus victus est, Macedoniæ propior, quàm Italiæ est, confer. quæ suprà lib. 1. cap. 1. n. 63. annotata sunt, it. infrà h. lib. 5. c. 9. n. 14.

prælio decertavit multisque suorum amissis profugit: Cæsar autem eundem persecutus ac fugienti semper insistens tandem illum interfecit, (75.) quô facto Julius Cæsar universo imperio Romano potitus est; is posteà per Syriam (76.) iter instituens Ægyptum ingredi voluit; sed Ægyptii eundem admittere noluerunt, quia partium Pompejanarum principes cum illis (77.) faciebant.

CAP. II.

ANtipater autem (1.) adsumptâ validâ fortissimorum Judæorum manu Mithridati (2.) auxilio venit, dein ambo junctis simùl viribus Ægyptum ingressi ad oppidum Pelusium (3.) castra posuerunt, illudque omni vi oppugnârunt ac Mithridates quidem mœnia, Antipater autem portam adortus est, quam etiam in potestatem suam redegit, urbemque ingressus cum militibus Judæis eandem ferrô delevit, atque omni præda spolisque ablatis ambo ad locum quendam, qui urbs Oni (4.) appellabatur, venerunt, ubi maximam Judæo-

(75.) Quomodo Pompejus ab Achilla Ptolemæi regis jussu occisus sit, vid. inter alios Livii Epitom. 112. confer. & Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. c. 23. & Josippi Epitom. pag. 98.

(76.) Hebr. בארם, sic codex Munsterianus, quem hic potius sequi volui, quàm nostrum, ubi legitur: למלכות מצרים i. e. ad regna Ægypti.

(77.) Ægyptiis scilicet, quorum partes tuebantur principes Romani, qui Pompejum secuti erant.

(1.) Vid. Josippi Epitom. pag. 98.

(2.) Consentit Josephus Antiq. lib. 14. cap. 14. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 7. confer. & Egesipp. de Excid. Hierosol. lib. 1. c. 14. qui hunc Mithridatem Pergamenum vocat.

(3.) Hæc Ægypti urbs Ptolemæo est ultima versùs Arabiam maritima, sita videlicet ad ostium fluminis Nili, quod ab ea Pelusiacum dicitur; Suidas clavem Ægypti nominat, nunc Damiatam dici aliqui asserunt, vid. num. seq. 4. & infr. lib. 4. c. 31. n. 17. it. suprà lib. 2. cap. 9. n. 12. confer. & Joh. Lightfoot. Chorograph. Marco præmissâ c. 1. §. 2. Nonnulli urbem On, quæ à Lxx. interpretibus Genes. c. 41. v. 50. vertitur ἡλιόπολις nunc Damiatam appellari putant, vid Cluveri 1 Epitom. Histor. in vita Friderici II. Imperat. p. m. 556.

(4.) Hebr. אוני, sic in nostro codice, à Munstero vertitur: Onia, Josephus eod. lib. 14 c. 14. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 7. τῆς Ὀνίου χώρας mentionem facit, confer. & Egesippus de Excid. Hieros. lib. 1. c. 24. ubi Oniæ regio appellatur, vid. & Joseph. lib. 7. de Bell. Jud. c. 30. al. cap. 37. juxtà Græc. ac R. Salomo ad Esaiæ cap. 19. v. 18. ubi vir ille חוניו appellatur, nempe filius Simeonis justi, qui in Ægyptum profugit ibique altare exstruxit; notandum autem est, quod idem Josephus Antiqu. lib. 13. cap. 6. de Onia refert, quòd is novum in Ægypto templum exstruxerit, confer. n. antec. 3. ubi de urbe On.

Judæorum Ægyptiorum turbam deprehenderunt, eorum scilicèt, qui in vicis (5.) habitabant, hi, posteaquam Mithridati & Antipatro obviam progressi sunt, eosdem à transitu in Ægyptum prohibuerunt; Antipater autem, cùm illos Judæos esse intellexisset, eorumque ingentes copias vidisset, ad ipsos accessit eisque literas ostendit ab Hyrcano rege ad illos scriptas, (6.) amoris & pacis plenas, quibus monebantur, ut Cæsaris partes sequerentur ac Mithridatem benevolè exciperent, quod cùm Judæi Ægyptii fecissent, Mithridates & Antipater castra inde moverunt, & ad locum, qui Delta (6.) appellabatur, venerunt, ubi cùm maximum Ægyptiorum exercitum sibi obviam progressum conspexissent, Mithridates terrore perculsus fugam arripuit; sed Ægyptii eundem insecuti prælium cum illo inierunt ac dextrum quidem cornu, cui ipse (8.) præfuit, repulerunt; Antipater autem Mithridatis fugam ac ducum illius cædem conspiciens cum tribus millibus lectissimorum Judæorum accurrit & Mithridatem morti eripuit, omnemque Ægyptiorum exercitum in fugam vertit maximamque illis cladem intulit, eosque ad ripam usque fluminis (9.) persecutus est, ubi partim ferrô interempti, partim flumine hausti interierunt: sic Antipater unà cum Mithridate universum Ægyptiorum regnum occupavit ac subjugavit, quô facto Mithridates legatos ad Cæsarem misit, (10.) ut egregia Antipatri facta atque victorias ab illo partas eidem narrarent, quomodo scilicèt Ægyptiorum superbiam compressérit eosque imperio Cæsareo iterùm subjecerit, ac quotnam

(5.) Hebr. בחצרים, sic in nostro codice, Munsterianus habet: במצרים i. e. in Ægypto.

(6.) Idem & à Josepho dict. lib. 14. cap. 14. refertur.

(7.) Consentit Josephus Antiq. lib. 14. c. 15. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 7. Egesippus de Excid. Hieros. lib. 1. c. 24. hunc locum Judæorum castra vocatum esse scribit.

(8.) Mithridates scil. Idem refert & Josephus eod. lib. 14. c. 15. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 7. confer. & Egesipp. de Excid. Hieros. lib. 1. c. 24.

(9.) Nili scilicet, confer. Joseph. loc. alleg.

(10.) Vid. Josephus & Egesippus in locis num. 8. adductis.

quotnam urbes in bello ceperit & quàm multis ipſe ac gravibus vulneribus ſauciatus, ſed poſteà ſanatus fuerit; quô cognitô Cæſar Antipatrum valdè dilexit & laudavit, legatosque miſit, qui illum cum honore ad ſe deducerent. Antipater igitur ac Mithridates ad Cæſarem ſimùl profecti Damaſcum, hilari vultu ab eodem excepti fuerunt, præprimis Antipater, quem Cæſar præſentem ac coràm ipſo ſtantem ita allocutus eſt: omnem audivi laborem ac moleſtiam, quam ſuſtinuiſti, fortitudinem quoque tuam ac victoriam, quam in Ægypto pro nobis reportâſti & quomodo Ægyptios ad imperium noſtrum reduxeris, intellexi: jam itaque noſtrum erit, ut te pro fortitudine hac tua & egregiis factis honore afficiamus, quodcunque igitur volueris, à nobis pete, idque effectui dabimus.

גאון מצרים ואשר השיבם למשלת קיסר ואשר לקח במלחמה ואשר רופצע בפצעים רבים גדולים ונורפא׳. וישמע הקיסר את הדבר הזה ויאהב את אנטיפטר מאד ויהללהו וישלח מלאכים להביאו אליו בכבוד וילכו אנטיפטר ומתרדת אל הקיסר בדמשק וישמח בהם וידו בבוא אנטיפטר אליו ויעמד לפניו ויאמר לו הקיסר שמעתי את כל התלאה אשר מצא אותך ואת הגבורה והנצוח אשר עשית במצרים בעבורנו ואשר השיבות את מצרים אל ממשלתנו ועתה עליונו לכבדך על דבר כחך וגבוריך שאל ממנו את אשר תרצה ואנחנו נעשה׳.

CAP. III.

EOdem tempore Antigonus (1.) Ariſtobuli filius minor, ad Cæſarem venit, ejusque opem & auxilium imploravit, indicans, quomodo nonnulli Hieroſolymitani, ſocietate Pompeji innexi, patrem ſuum venenô necârint, idque Hyrcani & Antipatri ſvaſu, qui etiam Pompeji fuerint amici & conſiliarii, præterea hæc quoque adjecit Antigonus Cæſarique dixit: notum tibi eſt, quòd Hyrcanus, patruus meus & Antipater ergà Pompejum amico, adverſùs te verò hoſtili fuerint animo; Aſt Antipater coràm Cæſare ita reſpondit: reverà amicus fui Pompeji, quia me beneficiis affecit atque univerſum Romanorum imperium, totius orbis præſtantiſſimum, tunc temporis in illius manu fuit poſitum, quapropter me bellorum ab ipſo geſtorum ſocium adjun-

ואו בא אנטיגנוס בן אריסתובלוס הקטון ויצעק לפני הקיסר ויקרא הושיעה אדוני הקיסר ויספר לו על אבוו ואשר השקודו אנשי ירושלם שם המות חברי בומפיוס בעצת הורקנום ואנטיפטר אוהבי פומפיוס ויועציו׳. ויוסף עוד אנטיגנוס בן אריסתובלוס ויאמר אל הקיסר אתה ידעת כי הורקנוס דודי ואנטיפטר אוהבי פומפיוס דוו והם אויביך׳ ויען אנטיפטר לפני הקיסר ויאמר אני הייתי אוהב לפומפיוס כי גמלני טובה והיתה תחת ידו כל ממשלת רומא אשר בארץ בימים ההם

(1.) Idem refert & Joſephus Antiq. lib. 14. c. 15. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 8. confer. etiam Egeſip. de Excid. Hieroſ. l. 1. c. 25.

adjunxi; ſed bellum iſtud, quod nunc geſſi, quô multis memet periculis expoſui omnemque Ægyptiorum ſuperbiam Cæſareo imperio ſubjeci, pro Cæſaris amore ejusque gloria, non in Pompejani nominis honorem & amorem geſſi, quia noveram, illum jam dudum mortuum eſſe, & pro quonam vulnera iſta, quæ jam oculis veſtris conſpicitis, excepi? quo dicto veſtem ſimùl exuit & capitis ſui corporisque vulnera ac plagas oſtendens: hæc, ait, vulnera (2.) mea teſtimonio mihi ſint, quæ non eo ſuſcepi tempore, quo Pompejus vixit, ſed in eo bello, quod pro Domino meo, Cæſare, ejusq; nominis gloria geſſi; ad hæc Cæſar: pax tibi ſit, inquit, fortiſſime Antipater, & pax ſit omnibus, qui tuam quærunt pacem ac bonum, nam vulnera tua de fortitudine tua teſtantur, ac plagæ tuæ egregia facta, quæ perpetrâſti, ſatis arguunt, nunc igitur militibus meis te præficiam, donec cum gente illa, quæ trans fluvium Euphratem habitat, bellum geſſero eamque ſubegero, eo peracto ad homines tuos urbemque tuam te recipies. Quapropter Cæſar Antipatrum exercitus Romani ducem ab illo tempore ac deinceps conſtituit, donec omnium populorum Orientalium ferociam compeſcuit, totamque Indorum regionem ſubjugavit; poſteà Antipater ad terram urbemque ſuam, Hieroſolymam ſanctam, reverſus eſt: Julius Cæſar autem Romam rediit. Sunt & alii ſcriptores, inquit Joſephus, Gorionis filius, Sacerdos, qui eadem, quæ ego, de fortitudine Antipatri & egregiis ejusdem factis, quæ tunc temporis ab illo perpetrata fuerunt, teſtantur, inter quos eſt Nicolaus Damaſcenus ac Strabo Cappadox qui perinde atque alii multi ſcriptores idem in libris ſuis conſignatum reliquerunt. Antipater igitur Hieroſolymam ad Hyrcanum, Judææ regem, tunc re-

הזה ואני נלחמתי או את מלחמותיו אבל המלחמה הזאת אשר נלחמתי ושמחתי נפשי בעבדי והבנעתי את כל גאון מצרים לממשלת הקיסר על אהבת הקיסר ועל שמו נלחמתי ולא על שם פומפיוס ואהבתו כי ידעתי כבר זה כמה ימים אשר פומפיוס מת ועל מי הרצעותי אני בפצעים אשר עיניכם רואות היום ויפשוט את בגדיו ויראה את פצעי ראשו ואת המכות אשר היו בכשרו ויען ויאמר יענו בי פצעי בעדים כי לא דוד אחי בדמי פומפיוס׳ אלא במלחמתי שנלחמתי לאהבת אדוני הקיסר ועל שמו הפצעתי בם׳ ויען הקיסר ויאמר לו אנטיפטר שלום לך גבור יהודה ושלום לכל המבקשי שלומך וטובתך כי העיד פצעך על גבורתך ומכותך העיד על כחך ועתה אפקידך על אנשי המלחמה אשר לי עד אשר אלחם עם הגוי אשר מעבר לנהר פרת ואנועם ואז תשוב לאנשיך ולעירך׳ וישם הקיסר את אנטיפטר על צבא רומא לשר מהום ההוא והלאה עד אשר הכניע את כל גאון מורח ואת כל ארץ ההדו׳ ואחרי כן שב אנטיפטר לארצו ולעירו אל ירושלם עיר הקדש ויוליאום קיסר הלך אל רומא׳. ויאמר יוסף בן גוריון הכהן אף סופרים אחרים העידו כמוני על דברי גבורות אנטיפטר בעד׳ ההוא וכה דבר ניקולאוס מדמשק בספרו וכה דבר סתרבון הכפתורי בספרו וכה העידו

(2.) Egeſippus lib. 1. de Bel. Jud. c. 25. Antipatrum ſic loquentem inducit: has ego cicatrices tibi, Cæſar, voluntatis internæ obſides tribuo, hæc ego fidei meæ depono pignora & inſcriptos cordi apices gero, ſi civibus non creditur, hoſtes interrogentur, pro quo vulnera illa ſuſceperim

העידו סופרים אחרים רבים: וישב אנטיפטר בעת ההיא לירושלם להרקנוס מלך יהודה אחרי השלימו מלאכת המלדמה אשר שלח אותו עליה: ואז בנה הורקנוס את חומת ירושלם אשר הרס פומפוס ימלוך לבטח: אבל הורקנוס היה איש תם וישר והיה עצל מאד לצאת ולבא במלחמות: ויראא אנטיפטר את עצלתו וישם את בניו פקידים על כל עם יהודה על פי הורקנוס וישלח את פטולי בנו הגדול וישימהו נגיד על ירושלם: ויקח את בנו השני אשר שמו הורודם וישם אותו נגיד על ארץ הגליל והוא נער קטן בן ט"ו שנה לבד:

versus est, postquàm negotia bellica, ad quæ ab eodem Hyrcano missus erat, confecerat. Eodem tempore mœnia Hierosolymitana, quæ Pompejus diruerat, ab Hyrcano reparata sunt (3.) regnumque ab illo quietè administratum fuit; erat autem Hyrcanus simplicitate quidem & integritate vitæ conspicuus, ad res verò bellicas tractandas admodum segnis erat, hanc ejus ignaviam cùm Antipater animadvertisset, filios ipse suos universo populo Judaico Hyrcani mandatò præfecit ac Phaselum (4.) quidem, filium suum natu majorem, Hierosolymæ præposuit; secundum autem filium, nomine Herodem, cùm adhùc adolescens esset, quindecim solùm annos habens, Galilææ præfecit. (5.)

CAP. IV.

ויהי בעת ההוא ויצא מירושלם איש שודד בחור ושמו חזקיה שר הפריצים והוא היה שודד ופורץ אש במוערתיו היה מרעיד כל אדם והוא היה אשר השחית כל ארץ אדם ויהרוג תמיד את בחורי מלכי אדם בחרב ויהרום את עדיהם

EOdem tempore Iatro quidam, Ezechias (1.) dictus, juvenis & grassatorum princeps, (2.) Hierosolymis egressus omnia devastavit ac latrociniis infesta reddidit adeò, ut incursionibus ac populationibus suis metum incuteret omnibus. Is toti Syriæ (3.) damna multa intulerat, ac subinde milites regum Syriæ gladiò interemerat, eorumque urbes ac munita loca subverterat, atque nullo non

(3.) Josephus Antiqu. lib. 14. c. 16. scribit, Hyrcano concessum fuisse à Cæsare, ut mœnia urbis Hierosolymæ reficeret, idem refert lib. 1. de Bell. Jud. c. 8. Egesippus lib. 1. de Excid. Hieros. c. 25. narrat, precibus Antipatri datum fuisse à Julio Cæsare, ut muri Hierosolymitani, qui bello diruti fuerant, ædificarentur.

(4.) Josephus Antiq. lib. 14. c. 17. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 8. nominat Phaselum, cui & Egesippus dict. cap. 25. & Josippi Epitomæ pag. 99. consentiunt.

(5.) Idem testantur Josephus dict. lib. 14. c. 17. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 8. confer. & Egesippus ac Josippi Epitom. loc. alleg.

(1.) De hoc vid. Josephus dict. lib. 14. c. 17. ac lib. 1. de Bell. Jud. c. 8. it Egesippus de Excid. Hierosol. lib. 1. c. 26. & Josippi Epitom. p. 99. confer. & h. lib. 5. c. 14. n. 21.

(2.) Josephus quoque loc. alleg. ἀρχιλῃστὴν, latronum principem, vocat, cæterum de voce פריצים suprà l. 1. c. 15. n. 1. aliquid dictum est, confer. l. 5. c. 14. n. 21.

(3.) Confer. Josippi Epitom. p. 99.

עריהם ואת מבצריהם וישומם תמיד ארת ארצם ער בלי חמלה ובכל מקום אשר היה בו חיל אום הם לא ידעי דבר והנה חזקיהו הפריץ עליהם ובים עמו מבחורי הפריצי ויתחלה כל אנשי אום מאימת מריצתו ולא היתה להם תקומה לפניו: ובראות הורדום בן אנטיפטר וגיד בגליל וישלח אליו אגרת סיקרום בן דודו של קיסר המלך שהפקיד הקיסר בכל ארץ ארם לאמר: מן סיקרום בן דודו אשר לקיסר להורדום בן אנטיפטר שלום: ידוע יהודה לך כי שמענו שהופקדת נגיד בגליל ושמחנו מאד בך. ועתה זכור נא אהבת הקיסר אשר אהב אביך ואשר בבוז ולחום את מלחמת הקיסר והמצא חן בעיניו כי הנה הוקיהו שר הפריצים אשר באוצבם ושחזה את כל ארץ ארם אשר אני נגיד עליה ואין תקומה לארמי לפניו ועתה לך וגלחמת בו והרגת אותו והקבל מנחה גדולה מאת הקיסר ומאתי: וישמע הורדום אל סיקרום ויצא ויפגע בחזקיהו והוא בא לבטח עליו ויכהו והרגהו ואת כל חביריו הפריצים הרג וישמע סיקרום את הרבר הזה וישלח לו מנחה בכסף הרב ואבן יקרה ער אשר גלחם באנשי חזקיהו וימיתהו ער בן כבדהו מאד: ויעטר הבזוז רוחדום מאר בכסף ובזהב כי העשירהו הרומים ער אשר הרג את חזקיהו: וישמעו שאר יהודה מה שעשה הורדום

non tempore illorum regionem absque ulla commiseratione devastaverat, nam quocunque in loco Syrorum copiæ erant, ibi Ezechias grassator inopinantes subitò adortus magnam ubique stragem edidit, multorum prædonum catervâ stipatus. Quapropter omnes Syri ob illius incursiones metu perculsi fuerunt, nec ad resistendum satis virium ipsis fuit. Cùm verò Herodes, Antipatri filius, princeps ac dux esset Galilææ, Sextus, (4.) patruelis Cæsaris, quem ille universæ Syriæ præfecerat, literas ad eum misit in hanc sententiam: Sextus, patruelis Cæsaris, Herodi, Antipatri filio, salutem! notum tibi sit, quòd fama ad nos pervenerit, te Galilææ præfectum esse, quapropter valdè lætati sumus; nunc itaque memor amoris & honoris, quô Cæsar patrem tuum complexus est ac coluit, socium te præsta bellorum Cæsaris, sic gratiam apud illum inibis: ecce Ezechias, nebulonum quorundam, qui è terra vestra orti sunt, princeps, universam depopulatur Syriam, cui ego præpositus sum, nec Syri eidem resistere possunt, quocircà abi eumque bello persequere & interfice, quô factô tàm à Cæsare, quàm à me ipso splendidum munus accipies. Herodes igitur Sexto morem gerens cum copiis suis egressus est & Ezechiam, nihil tale metuentem, repentè adortus & ipsum & omnes latrones, ejusdem sequaces, interemit; (5.) quod cùm audisset Sextus, aurum ei argentumque ac lapides pretiosos muneri misit, quòd Ezechiam interfecisset ejusque catervam bello persecutus esset, atque hæc fuit causa, cur illum tanto afficeret honore. Quapropter Herodes, juvenis, auro argentoqve admodùm dives evasit, Romani enim divitiis eum cumulaverant, quia Ezechiam occiderat: Judæorum verò principes, cùm ea, quæ Herodes in Ezechiam perpetraverat, audissent, maximo dolore affecti Hyrcanum ita allocuti

(4.) Confer. Joseph. Antiq. lib. 14. c. 17. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 8. vid. & Egesippus de Excid. Hierosol. l. 1. c. 26.

(5.) Confer. Josippi Epitom. pag. 100.

הורודום להזקיהו ויתעצבו האנשים מאד
ויאמרו אל הזקנים עד מתי תשא עליך
את טורה אנטיפטר ובניו כי הנה כל
המלכות בידם וגם כל אשר הם מבקשי
לעשות יעשו כי אנטיפטר מאוצרותיך
ומהונך יתרצה למלכי רומא וגם הנה
פסלוי בנו הוים נגיד בירושלם וכל אשר
הוא מבקש לעשות בירושלם יעשה ואין
לך במלכות יהודה חלק רק השם לבד
כי כל המלכות בוים. גם הנה הורודום
בנו נגיד על הגליל והוא הרג את
חזקיהו האיש הגבור אשר מאימתו
ומפחדו נבהלו כל הגוים ועודו כל
האויבים השכנים לנו והיה אוהב לעמו
ואוהב להם ומפחד ומבריל ומחריד
ומבחיר את כל העמים. ועתה הבא נא
את הורודום בן אנטיפטר במשפט לפני
חכמי הסנהדרין הקדושים כי אתה מלך
ולך דבר מלכות ויהי כאמרם אליו יום
יום כדברים האלה ועד כי אמרו
הבחורים אשר היו עם חזקיהו היו צועקי
לפני הזקנים בבואו תמיד בהיכל יי
על דבר אשר הרג הורודום את בניהן
ויאות הזקנו לשלוח להביא את הורודו
במשפט ולהעמידו לפני הזקנים שהיו
ביומים ההם. ויהי כשמוע בן אנטיפטר
וישלח לבנו הורודום מבת לאמר בקראך
הזקנו לבא אליו בא מהר ואל העמוד
רק

locuti sunt: (6.) quousque tandem onus illud Antipatri ejusque filiorum sustinebis? universum quippe regnum in eorundem manu positum est, & quicquid volunt, pro lubitu agunt, Antipater enim thesauris atque opibus tuis benevolentiam captavit principum Romanorum, Phaselumque, filium suum, Hierosolymis hodiè præfecit ducem, ut quicquid ei placuerit, Hierosolymis agat, nec in Regno Judaïco tibi quidquam, præter nudum nomen, relictum est, tota quippe vis regni in ipsorum manu posita est, prætereà Herodes, alter illius filius, Galilææ præfectus, Ezechiam interfecit (7.) virum strenuum, qui omnibus gentibus atque hostibus vicinis metum ac pavorem incutiebat; populo autem suo charus erat eumque amabat, quapropter Herodem, Antipatri filium, nunc judicio sapientum Synedrii Sancti siste, tu enim rex es tibique regia potestas competit. Cùm igitur illi quotidiè ejusmodi verba ingeminarent & matres etiam juvenum illorum, qui cum Ezechia fuerant, coràm Hyrcano, dum is Templum Domini ingrediebatur, subinde clamarent, quòd Herodes earundem filios occidisset, tandem Hyrcanus consensit, (8.) ut Herodes vocaretur, ac judicio Seniorum, qui tunc temporis Hierosolymis erant, sisteretur. Quò cognitô Antipater filio suo Herodi epistolam misit istius sententiæ: cùm te Hyrcanus vocaverit, ut ad se venias, noli cunctari, sed celeriter veni; id autem cave, ne solus accedas, sed militum catervâ stipatus venias: dum autem Hierosolymam ingredieris, non magnam quidem hominum multitudinem, sed paucos eosque strenuos milites tecum adducas. Cùm igitur Hyrcanus Herodem vocari jussisset, ille

(6.) Idem ferè refert Josephus dict. l. 14. c. 17. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 8. confer. & Egesipp. de Excid. Hieros. lib. 1. cap. 26. ac Josippi Epitom. pag. 100.

(7.) Josephus loc. allegato causam accusationis adducit, quia scil. Herodes Judæorum legem transgressus sit, quæ prohibet, ne sceleratus licet homo in crucem agatur, priusquam is à Synedrio condemnatus sit, confer. & Egesippus de Bell. Jud. lib. 1. cap. 26. vid. & infrà h. lib. 5, c. 14. num. 22.

(8.) Vid. Josippi Epitom. p. 100.

רק השמר לך פן תבא יחד אמנם בא
בחיל ובגדודי ובבואך העירה אל ירושלם
לא תביא ברב עם כי אם במתי מעט
בגבורים. ושלוח הזקנים אחרי הורודום
רעש הורודום באשר צוהו אביו ויבא
במתי מעט לירוש' וכלם גבורים ויעמוד
לפני זקני הסנהדרין ויהוא מלובש בארגמן
ואשו מוסרק. ויהי כעמדו לכניהם
מלובש בארגמן ואשו מוסרק ויהוא עם
גבורים עמו הגור הרב ויתבהלו הכוכסים
וזקני הסנהדרי מפני גאוהו. וכאשר
שאל בשלומם התרישו ולא ענהו דבר
גם אשר דלשינו אותו נוים באו דיו
שם ויחרישו ולא פתחו פיהם לדבר ואז
היה שם שמאי ומנחם תלמידי הלל הזקן
לפני מה שידעתי אני יוסף בן גוריון
בעודת נאמנ' ויען שמאי ויאמר לפני
הזקנים והסנהדרין כדברים האלה. דבר
לי אליכם קדושי יי כי ראיתי היום דבר
חדש בינוכם לא ראיתי במזרי מעודי
משוח לכם כי הנה כל החוטא העומד
למשפט עליו לעמוד בלבוש שחור
ושערותיו מלאות עפר לבקש רחמים על
חטאו אשר חטא ואמנם זה הבחור
הורודום יעמוד לפנינ' בלבוש ארגמן
ואשו מוסרק והוא הגור הרב וכביכי
במיר'

le præceptum patris sui secutus cum paucis, sed fortibus viris Hierosolymam intravit, ac coràm Senioribus Synedrii comparuit purpurâ indutus ac pexo capillo (9.) ornatus, hoc ipse modo in judicio stetit, satellitibus stipatus ac gladio cinctus fastuque suo judicibus ac Senioribus Synedrii terrorem incussit. Postquàm igitur Herodes eosdem salutavit, illi taciti sederunt nec verbum ullum locuti sunt, imò ii ipsi, qui antè illius adventum eundem accusârant atque traduxerant, tunc præsentes tacuerunt (10.) nec quidquam ore prolocuti sunt; aderant autem tunc Schamæus (11.) ac Menachemus, Hillelis senioris discipuli, prout id mihi Josepho, Gorionis filio, per testes fide dignos innotuit. Hic igitur Schamæus coràm Senioribus ac concilio magno (12.) hunc in modum locutus est: ansam verba faciendi ad vos, ô Sancti Dei viri, mihi præbet, quòd hodiè rem novam inter vos vidi, quam toto illo tempore, quô vobis ministravi, non conspexi, (13.) nam omnis reus, in judicio comparens, pulla veste indutus & crinibus pulvere conspersis stare debet, misericordiam imploraturus ob peccatum, quod commisit; adolescens verò iste, Herodes, coràm vobis stat purpurâ indutus ac pexo capillo ornatus, accinctus gladio & militibus stipatus, ut, si fortè in judicio condemnatus fuerit, interficere possit eos, qui illum condemnârunt, ecce hoc inter vos novum est; ego verò in Herode quidem id non miror, quia ista omnia facit, ut vitam suam mortis periculô eripiat, si possit; vos autem miror,

(9.) Ita hic interpretor verba illa: ראשו מוסרק quæ hic in Hebræo habentur, Josephus dict. lib. 14. cap. 17. ita habet: τὴν κεφαλὴν κεκοσμημένος τῇ συνθέσει τῆς κόμης quapropter Herodes non tanquam reus venit, quibus mos fuit, ut veste squalida, promissis comis atque habitu ad misericordiam commovendam apto in judicio comparerent: sed tanquam princeps, judicibus ipsis formidabilis, vid. Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 26. & Josippi Epitom. p. 100.

(10.) Idem refert Josephus loco alleg.

(11.) Hunc Sameam vocat Josephus dict. loc. confer. infrà h. lib. 5. c. 14. n. 23. & Josippi Epitom. pag. 101.

(12.) Hebr. וקטרי ac parvo (judicio) ita in codice Munsteriano hic additur.

(13.) Vid. Joseph. dict. l. 14. c. 17. ubi istius rei fit mentio.

גבורים עד אם יעניש במשפט יהגבר
להרוג העתשים אותו׳ ראו והרש
הוא קנוכ׳ ואני לא אפלא מהוודה,
כי הוא יעשה כל זה למלט נפשו ממות
אם יוכל אבל אפלא מכם אשר אתם
חטאתם לי׳ כי נשאתם פניו בדבר הזה
עקב אשר עזבתם אותו לעשות בדברים
האלה׳ ולכן הנה ימים באים והורודוס
ודׂ אשר נשאתם פניו במשפט ימלוך
וימשול עליכ׳ והרוג לקציניכם ולא ישא
פניכם במשפט׳ ועוד הורקנוס המלך
אשר המל עליו על בכה הנה הוא לא
יחמול עליו או רק הוא יהרגהו ויקבל
מלכותו׳ ויהי כשמוע זקני הסנהדרין
והשופטים אשר שם אדׂ דברי שמאי
ויאמרו איש אל רעהו הטוב שמאי את
אשר דבר׳ ויהי באמרו שמאי כדברים
האלה והחכמים אשר שם והזקנים מביטים
זה בפני זה והורקנוס המלך שומע ויען
גם כן מנחם החבר לשמאי ויאמר לפני
הזקנים והסנהדרין כדברים האלה מדׂ
לכם כי תביטו איש בפני רעהו למדׂ
הגורו מפני איש ואתם ידעתם כי
המשפט לאלהים הוא הולו לכם
מלהוניף איש את רעהו ושפטו משפט
צדק ויהיה השם עמכם כי שמאי רעי
הטוב את כל אשר דבר׳ ויראׂ הורקנוס
אדׂ פני זקני הסנהדרין והחכמי׳ אשר
היו

ror, quòd in Deum peccetis, dum personam Herodis hac in re aspicitis eumque talia perpetrare sinitis; ecce tempus veniet, quô Herodes iste, quem vos in judicio reveriti estis, regnum occupabit ac vobis imperabit, principesque vestros interficiet nec ullum vestrûm in judicio respiciet, ipse quoque Hyrcanus rex, (14.) qui jam Herodi pepercit, nullam tunc ab Herode consequetur misericordiam, sed ab illo necabitur ejusdemque regnum ab ipso occupabitur. Cùm itaque Seniores Concilii magni ac judices, qui tum aderant, hæc Schamæi dicta audissent, alter alteri dixit: optimè sanè Schamæus locutus est; dum autem Schamæus (15.) hæc verba proferebat, & sapientes, qui ibidem aderant, senioresque se invicem aspiciebant, eaque dicta rex ipse, Hyrcanus, audiebat, Menachemus, Schamæi collega, coràm Senioribus ac Synedrio magno etiam verba fecit hunc in modum: cur ita vos invicem intuemini, cur hominem timetis? nonne scitis, Dei esse judicium? qvamobrem omni simulatione procùl remota justum judicate judicium, sic Deus vobiscum erit; Schamæus enim, collega meus, benè dixit, qvæcunqve locutus est: Ast Hyrcanus, cùm ex Seniorum concilii magni ac sapientum, qvi ibidem aderant, vultu conjecisset, illos ad condemnationem Herodis inclinare, dixit: discedamus (16.) & abeamus hodiè unusqvisqve ad domum suam, jam enim dies fere præteriit, cras revertamur (17.) & ad locum judicii conveniamus, ut accuratiori investigatione ac studio causam cognoscamus: Hyrcanus autem rex non alium in finem id loquebatur, quàm ut Herodem judiciô eriperet, nam unanimem judicum consensum conspexerat, quô omnes simùl conspi-

(14.) Vid. infr. h. lib. 5. c. 14. in fin. num. 20.

(15.) Hæc & quæ sequuntur, usque ad: discedamus & abeamus hodie &c. absunt à codice Munsteriano ac neque Josephus eod. lib. 14. cap. 17. nec Josippi Epitome pag. 101. ullam hic Menachemi faciunt mentionem, & videntur à Judæo interpolatore adjecta, vid. num. sequ. 16.

(16.) Hic fit continuatio textus in codice Munsteriano, vid. num. antec. 15.

(17.) Vid. Josippi Epitom. pag. 101. ubi etiam istius rei fit mentio.

הין שם כי נשתנו לרע עדׂ הורודוס׳
ויאמר התוקנום אדׂ רבמי הסנהדרין
נפנה ונלך היום איש לביתו שכבר פנה
היו׳ ולמחר נשוב ונבוא למקו׳ המשפט
לחקור ולדעת דקדוק המשפט׳ והורקנוס
המלך לא דבר את הדב׳ הזה רק למלט
הנרודום מן המשפט כי ראה את חברת
השופטים אשר נהתברו כלם יחד לשפוט
את הורודום במשפט מות ויקם הורקנוס
וילך וגם כל השופטים הלכו איש לביתו׳
ויהי בלילה ההוא ויצא הורודום מירושלים
עם גבוריו וילך אדׂ אנשי גדודו וינם
עמהם וילך באדם דמשק אדׂ סיקתום
אש׳ הופקד מפי הקיסר עדׂ כל ארץ
אדם ויספ׳ לו אדׂ כל אשר קדמו
בירושלם ואז הפקידו סיקתום נגיד עדׂ
ארץ אדם׳

ויהי להקיסת הטנה ויאסוף הורודוש
אדׂ כל צבא אדם ויבא על הורקנוס
למלחמ׳ ויצאו לקראתו אביו אנטיפטר
ופסילו אחיו ויאמרו לו רשע ורע
לא תוב׳ הגמול אשר גמלך הורקנוס
כי הצילך מן המות ולא הביאך במשפט
ואתה תגמלהו רע על גמולו הטוב ודע
כי מה שאתה עושה בעצת יועצים רעים
אתׂ עושה והנה הרא אוהבך כבנו
ואתה

consspiraverant, ut Herodem mortis reum pronunciarent: ideò Hyrcanus surrexit & abiit, quem postèà omnes secuti sunt judices atque unusquisque ad domum suam reversus est: Herodes verò nocte illa Hierosolymis egressus cum militibus suis ad copias suas rediit, cum quibus ille arreptâ fugâ ad urbem Syriæ, Damascum, ad Sextum, qui Cæsaris mandatô universæ Syriæ præfectus erat, venit, eique omnia, quæ sibi Hierosolymis accidissent, narravit, quibus cognitis Sextus eum Syriæ præfecit. (18.)

CAP. V.

REvoluto autem anno Herodes totius Syriæ exercitum collegit eumque adversùs Hyrcanum eduxit, (1.) sed pater ejus, Antipater atque Phaselus, frater, obviam ei progressi dixerunt: ô impie atque hostis pessime, num immemor es beneficii, quod Hyrcanus in te contulit, dum mortis periculô temet eripuit nec te condemnavit? tu verò eidem maleficium pro beneficio rependis, certè improborum hominum consilium hac in re sequeris, Hyrcanus enim te, ut filium suum, amavit; tu verò in illum peccas: recede igitur ab eo, ne

(18.) Idem refert Josephus Antiq. lib. 14. c. 17. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 8. atque Egesippus de Excid. Hierosol. lib. 1. c. 26.

(1.) Vid. Josephus & Egesippus in locis præced. cap. 4. num. 18. allegatis, confer. etiam Josippi Epitom. pag. 101.

ואתה תעטא לו׳ ועתה הדל לך מעלי
פן אשמוד ותמאת לאלהים ואם לא
תהרוג אתי האמר בלבבך כי גלחמי
בחשק יד ונצחת כי כל גבורות
המלחמות בואת אלהים המה ולמי אשר
יחפוץ השלהים יתן גבורה׳ ויהי כשמוע
בן הורודים וילך וישב לאחיו את אשר
הראה את גבורתו והשמיע אותה׳ ויהי
אחרי הדברים האלה וישלח הורקנוס
מלאכים לרומה לחדש הברית עם יוליאוש
קיסר כי אז בשלם זמן הברית ונאמנה
שהיה ביניהם׳ ועתה נאוה לנו לספר
אהבת הרומיים אשר היתה להם באבותינו
כי כלם אהבו את אבותינו כעבור כחם
ובעבור אמונתם כי גבורים ונאמנים הוו
אבותינו ועל כן כל מלכי הארץ בימים
ההם אהבו לכרות ברית עמהם על הבר
כחם ואמונתם וגם מלכי פרס ומדי שלחו
להם מנחות ואגרו׳ הרב׳ לשלום ולכבוד
שלחו מלכי פרס ומדי אל ירושלם אבל
אני יוסף בן גוריון הכהן לא כתבתי
מכל אגרותיו׳ רק מעט׳ ואגרות
הרומיים כתבתי כלם בספר שעשיתי
לזכרון מלכי רומי ואדוניהם ואמנם
בספי הזה אשר בתבתי לכל הזקנים לא
כתבתי מאגרותיהם רק מעט׳ ואלה דברי
האגרת אשר שלח יוליאוס קיסר אל
שרי רומא אשר ישבו בצידון ובצור
לשמור הארץ לאמר׳ יוליאוס קיסר לשרי
רומה אשר בצור ובצידון שלום לאמר׳
ידוע יהיה לכם כי קבלתי אגרות הורקנוס

ne delicti ac maleficii coràm Deo reus fias, quòd si non destiteris, noli tecum cogitare, quòd viribus ipse tuis confisus victoriam reportaturus sis, nam omnis fortitudo bellica à Deo est, qui, cuicunque voluerit, victoriam concedit. Herodes igitur, cùm hæc audisset, abiit & in Syriam reversus est, postquàm potentiam suam ostentaverat (2.) atque famam de illa sparserat. Deinde Hyrcanus legatos Romam misit, ut fœdus cum Julio Cæsare renovarent, nam fœderis ac pacti, quod inter illos erat, tempus exspiraverat. Nunc autem non abs re fore putamus, si Romanorum ergà patres nostros amorem, (3.) quò illos propter eorundem virtutem ac fidem complexi sunt, referamus, fortes enim ac fidi fuerunt majores nostri, atque propterea omnes terrarum reges illis temporibus fœdus cum ipsis inire voluerunt, perspecta illorum fortitudine ac fide, Persarum quoque ac Medorum reges eisdem munera multasque epistolas, pacis & honoris testes, miserunt Hierosolymam; ego autem Josephus, Gorionis filius, Sacerdos, ex omnibus illorum epistolis paucas saltem excerpsi; Romanorum verò literas cunctas scripsi eo in libro, quem in memoriam Imperatorum Romanorum rerumque ab ipsis gestarum composui. Ast hoc in libro, quem omnibus Senioribus populi Israëlitici scripsi, non nisi paucas ex eorundem literis annotavi; verba autem epistolæ, quam Julius Cæsar ad duces Romanos, qui Tyri ac Sidone ad Regionum illarum custodiam relicti erant, scripsit, hæc sunt: Julius Cæsar (4.) ducibus Romanis, qui Tyri ac Sidone sunt, Salutem! Notum vobis sit, quòd Hyrcani, Judæorum regis, literas acceperim & tàm propter epistolam, quàm ob amicitiam ejus gaudio affectus sim; renovavi autem cum illo fœdus, cujus conditiones, hac in epistola scriptas, ad vos misi, iisdem planè verbis, quibus

(2.) Idem refertur in Josippi Epitome pag. 102. med.
(3.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 14. cap. 17. circà
(4.) Vid. Joseph. Antiq. l. 14. c. 17. in medio.

מלך יהודה ושמחתי באגרותיו ובאהבתו
והדשתי ברית עמו ושלחתי לכם דברי
הברית כתובים באגרת הזאת ככל אשר
הוו כתובים באגרת הרקנוס ששלח אלי׳
ולכן אני מצוה אתכם אשר תכתבו את
דברי הברית הואת בלשון רומי או בלשון
יוני בלות נושת ותשימו אותו בראש
יוובים שבצידון במקום גבוה להראות
ולהקרא ועשו כן למען לא ישכחו דברי
הברית הואת ודי יודיע לכל אהבת
הרומיי׳ עם גוי יהודה׳ כי הורקנוס
המלך ועמו גוי יהודה המה היו מאז
זרע לרומיי והם עזרו אחנו למשול
בגוים כי באשר נלחמנו במצרים הורקנוס
שלח אל אנטיפטר גבור יהודה לעזור
את מתרדת על מצרים והוא הוא אשר
הציל את מתרדת מן המות ויך את
כל גיוון מצרים ויעבידה לנו ויהודים
עזרו אחנו במלחמותינו עד משלנו בארץ
הדו׳ על כן אני יוליאוס קיסר מצוה
לכל היושבים בתוך דאם מעוה ועד צידון
לתת מם להיכל אלוה הגדול שבירושלם׳
חוה המם אשר יחנו היושבים בין עוה
וצידון לבעור היכל האלוה הגדול אשר
בירושלם׳ חטים אפות כ׳ אלף וחמש
מאוה והמשים וחמשה מדי שנה בשנה
מלבד שיחנו יושבי צידון כי הציידונים
לחוק׳

bus exaratæ erant literæ, quas Hyrcanus ad me misit, quamobrem vobis præcipio, ut verba hujus fœderis Romanâ vel Græcâ lingvâ æneæ tabulæ insculpenda curetis, eamque in Jovis templo, quod Sidone est, & quidem in loco excelso, ut conspici ac legi possit, constituatis, atque hoc ideò faciatis, ne verba fœderis istius oblivioni tradantur & ut omnibus nota fiat amicitia Romanorum cum populo Judaico; Hyrcanus enim rex & cum eo gens Judaica Romanis auxilio fuerunt nobisque ad gentium imperium consequendum opem tulerunt, nam, dum bellum contrà Ægyptios gessimus, Hyrcanus Antipatrum, fortissimum Judæum, Mithridati adversùs Ægyptios auxilio misit, is ipse fuit, qui Mithridatem mortis periculò eripuit omnemque Ægyptiorum superbiam compressit atque nobis subjecit & Judæi eò usque nobis in bello suppetias tulerunt, donec Indiæ domini facti sumus: propterea ego Julius Cæsar omnibus, qui litora maris accolunt, ab urbe Gaza ad Sidonem usque, præcipio, ut Dei magni Templo, quod Hierosolymis est, tributum inferant, hoc autem est tributum, quod ii, qui intrà Gazam ac Sidonem habitant, in honorem Templi Dei magni, quod Hierosolymis est, pendant, nempe vigesies mille, quingentos ac quinquaginta quinque modios (5.) tritici singulis annis, præter id, quod Sidonii præstabunt, hi enim pro modo facultatum suarum Templo Dei magni, quod Hierosolymis est, peculiare solvant tributum; terram quoque Lydiæ, (6.) quæ anteà quidem Judaico regno suberat, sed illam postea duces Romani ætate Pompeji magni

(5.) Ita dictionem איפורי, quæ hic in Hebræo habetur, cum Munstero vertere volui; confer. Joseph. dict. lib. 14. c. 17. circa med.
(6.) Hebr. לוריאה, sic codex Munsterianus, quem hic potius secutus sum, quam nostrum, ubi corruptè legitur לוריאום, Josephus loc. alleg. videtur locum istum Λυδδα nominare, confer. idem Joseph. lib. 14. cap. 18. & Actor. cap. 9. v. 32. 35. & 38. Plinius quoque lib. 5. urbis Lyddæ meminit, S. Hieronymus ad Eustochium, Epitaphium Paulæ matris fol. mih. 172. Tom. 1. scribit, urbem Lyddam posteà Diospolim dictam fuisse, vid. & Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmissa cap. 16. & infrà in autore nostro lib. 6. c. 5. n. 6.

Syriæ regibus tradiderunt, ego Syriæ ditione eximi atque Hyrcano, Alexandri filio, Judæorum regi, restitui jubeo; omnem præterea regionem usque ad Euphratem & ultrà sitam, quam Hasmonæorum reges bello subegerunt ac Judæorum regno subjugârunt, quam postea Pompejus pristinis dominis reddidit, ego Julius Cæsar omnem illum terrarum tractum Hyrcano ac principibus populi Judaici, qui Hierosolymis sunt, restitui jubeo, quia illorum patres terram istam gladiô acquisiverunt, quapropter regio illa eorundem sit hæreditas ac possessio; omnes etiam provinciæ, præter jam dictas, quas Judæi sibi bello subjecerunt, Romani autem duces illis ademerunt ac pristinis dominis reddiderunt, ego præcipio, ut Hyrcano ac principibus Judaicis restituantur: quicunque igitur rex vel princeps, cujuscunque is fuerit lingvæ, gentis aut provinciæ, imperio meo subjectæ, fœdus hoc meum violare ac mandata mea superbè contemnere ausus fuerit, is, sive rex sive princeps sit, gladiô interficiatur ejusque terra absque ullo habitatore, homine ac pecore, desolata jaceat. Iisdem diebus omnes gentium legati, qui ad Cæsarem venerant, ut cum eo loquerentur, stantes, non sedentes, verba fecerunt, propter Cæsareæ Majestatis (7.) reverentiam; legati autem, quos Hyrcanus tunc miserat, cum Julio Cæsare in eodem, quo ipse, loco sedebant antè omnes gentium legatos, qui ad Julium Cæsarem venerant, nam cuncti gentium legati pedibus stantes cum ipso loquebantur; soli autem Hyrcani regis legati cum illo sedebant & durante legatione cum ipso sedentes loquebantur: sellæ autem eisdem positæ erant è regione Cæsaris, ut cursum equorum, (8) curribus

(7.) Sic verba ista: מפחד הקסריורז hic vertere volui, confer. quæ suprà h. lib. 5. c. 1. num. 18. & num. 22. annotata sunt.

(8.) Ἱπποδρομία Græcis dicitur, de qua vid. Noveli. Justiniani Imperat. 105. c. 1. vetus interpres ibidem vertit: Circenses, de his vid. Dionys. Halicarnass. lib. 7. cap. 66. dicitur etiam Mappa, dict. Novell. cap. 1. ubi vid. Notæ Gothofredi.

bus junctorum, ac bestiarum certamina, (9.) quæ cum hominibus robustissimis iisque nudis coràm Cæsare pugnabant, aspicerent; alios quoque ludos (10.) omnes, qui coràm Cæsare ad recreandum ipsius animum celebrabantur, legati spectârunt & quidem maximo in honore sedentes cum Cæsare, quorum nomina hæc sunt: primus ac præcipuus fuit Lysimachus, Pausaniæ (11.) filius, post eum secundo loco (12.) Alexander, Theodori filius ac Patroclus, (13.) Chareæ filius, deinde Jonathan, Hananiæ (14.) filius: multas autem epistolas scripsimus, inquit Josephus, Sacerdos, in libro Romanorum, (15.) quas hic non annotavimus, quia illas hic recensere nimis prolixum foret.

CAP. VI.

Circa hoc tempus, cùm Julius Cæsar quietè & tranquillè viveret atque in Jovis templo, (1.) quod Romæ est, oraret, inimici ejus, qui

(9.) Græci ἀνθρωμαχίαν vocant, vid. dict. Novell. 105. c. 1.

(10.) Seu: ludicra; ita hic verto: מלאכות תשיזל i. e. opera seu actiones recreationis.

(11.) Ita hic Munsterum secutus vertere volui, nam פאוסיום nomen hic in codice nostro corruptum puto, à Josepho Antiq. lib. 14. c. 22. nominatur Lysimachus Pausanius, confer. & infr. h. l. 5. c. 7. n. 10.

(12.) Seu: gradu, sic dictionem: סרוגה, quæ hic habetur, interpretor, de hac voce vid. inter alios R. Salom. ad 2. Paralip. c. 9. v. 11. & ad Psalm. 9. v. 18.

(13.) Hebr. פטרוקלוס, sic Munsteri codex, quem hic potius secutus sum, quàm nostrum, ubi corruptè legitur אופסקלרוס, pro בוריאה quoque, quod nomen hic habetur, legendum erit: כריאה, vel, juxtà codicem Munsterianum כיריאה id est, Cheria vel Chærea, sic etiam apud Josephum dict. lib. 14. c. 22.

(14.) Hebr. בן תנויא, sic in nostro codice; Munsterianus habet: בן אוניא, ubi vertitur: filius Oniæ confer. Joseph. eod. l. 14. c. 22.

(15.) Nempe dicto lib. 14. c. 17. & c. 22.

qui illum odio prosequebantur, quique ex Pompeji amicis adhùc supererant, illum repentè adorti triginta (2.) simùl hastis ipsius ventrem perfoderunt, & in templo eundem interfecerunt; virorum autem, qui illum occiderunt, nomina hæc sunt: Cassius & Brutus, & cum istis alii viginti octo, strenui omnes ac bellicosi. Posteà Cassius cum maximis copiis urbe Roma egressus mare trajecit, (3.) & in Asiam pervenit eamque devastavit; inde castris motis in Judæam profectus est atque illam regionem septuaginta (4.) talentis auri mulctavit: Antipater autem, cùm Julium Cæsarem interfectum esse cognovisset, sangvinem ejus ulcisci & adversùs Cassium bellum gerere secum constituit; sed eundem superare haud potuit, quia cum Cassio maxima ac validissima manus fuit, ex omnibus gentibus collecta, quapropter Antipater universam Judæorum terram duobus filiis suis divisit, (5.) ut tributum colligerent idque Cassio præstarent. Herodes igitur tributum, quod ex terra Judaica, à patre sibi assignata, exegerat, Cassio obtulit & idcircò maximam apud illum gratiam & amorem obtinuit; (6.) Cassius autem acceptô aurô, quod è terra Judaica collegerat, in Macedoniam abiit, quia Romam reverti propter interfectum Julium Cæsarem metuit. Eodem tempore principes Judæorum consilium inierunt, ut Antipatrum interficerent, inter quos Malchias (7.) factâ conjuratione eundem adoriri conatus est; Antipater verò re cognita omnes milites atque copias suas collegit, ut Malchiæ bellum inferret,

ויקומו עליו אויבים אשר שנאוהו אשר
נשארו מאוהבי פומפיום ויהקעו בגופו
ובפמנו שלשים חניתות יחד ויהרגוהו
בתוך ההיכל׃ ואלה שמות האנשים
אשר הרגוהו כסיאום וברוטום ועמהם
כ״ח גבורים כלם ידעי מלחמה בחניתם׃
ואז יצא כסיאום ממדינת רומא בחיל
כבד מאד ויעבור ארץ דר׳ בחיל כבד
מאד ויבא אל ארץ אסיאה וישחיתה׃
ויסע משם וילך אל ארץ יהודה ויעגוש
את הארץ ע׳ ככרי זהב׃ וירא אנטיפטר
כי מת יוליאום הקיסר ויבקש לנקר נקמתו
ולהלחם בכסיאום ולא יכול כי היתה
עם כסיאום יד גדולה וחזקה מכל הגוים׃
אז חלק אנטיפטר את כל ארץ יהודה
לשני בניו להוציא את דמם ולתתו
לכסיאום ויוצא היהודים את המס אשר
נתן לו אביו אשר נגש מארץ יהודה׃
ויביאהו לכסיאום וימצא בעיניו חן
ויאהבהו כנפשו׃ ויקח כסיאום את הזהב
מארץ יהודה וילך עמו מקדוניאה כי יראא
לשוב אל רומא על דבר אשר הרג את
יוליאום הקיסר׃ ואז נועצו שרי יהודה
להרוג את אנטיפטר ויקם מלכיה ויבקש
לשלוח יד באנטיפטר ויודע הדבר
לאנטיפטר׃ ויאסוף את כל גבוריו ואת
גדודיו

(2.) Viginti tribus vulneribus confossum esse scribit Suetonius dict. cap. 82. cui & Livii Epitome 116. consentit.

(3.) Vid. Josippi Epitom. p. 102. ubi etiam istius rei fit mentio.

(4.) Josephus Antiq. lib. 14. c. 18. ψ τάλαντα i.e. 700. talentorum meminit, quibus posteà 100. talenta ex suis adjecerit Hyrcanus, ut ita 800. talentorum pecuniâ Cassius emunxerit Judæos, confer. id. Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 9.

(5.) Consentit Josephus loc. alleg. vid. & Josippi Epitom. pag. 103.

6.) Vid. Josephus eod loc. ubi etiam hujus rei fit mentio.

(7.) Malichus nominatur à Josepho Antiqu. lib. 14. c. 18. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 9. confer. & Josippi Epitom. pag. 103. atque Egesipp. de Excid Hieros. lib. 1. c. 28.

גדודיו להלחם במלכיה׃ וירא מלכיה
מאד מפני אנטיפטר וישבע לו מלכיה
על הדבר הזה ויאמן אנטיפטר לדברי
מלכיה ויעש עמו שלום׃ ויקראו שניהם
במשתה היין לפני הורקנום וישבור
מלכיה את שר המשקים אשר להורקנום
ויתן לו זהב הרבה ויתן סם המות בכוס
לאנטיפטר וישתהו ויהרגהו׃ ויבהל
אנטיפטר איש גדול ונכבד דבור משעי
יהוד׳ ועד כה בא יומו ודגיע גבול קץ
היו והיה האיש הזה למגן לעם יהוד׳
ולעיר הקדש בחרבו כל ימיו ואח׳ כן
קבל חלקו וגורלו מהמות׃ וישמע
הורדוס לכל אשר עשה מלכיה לאביו
ויבא עליו ביד רמה לנקום נקמת אביו
וימצאהו אחוז פטילו כי אמר כן הורדוס
מלחמה גדולה בירושלם על ככה וישפך
דם רב בקרבה ושוחו רבים נקיים אבל
יעצו להתאזר ולהרוג את מלכיה בעזמה׃
וישלח הורדוס לכסיאום ויוריעהו כל
אשר עשה מלכיה לאביו וישלח כסיאום
להורדוס לאמר נקום נקמת אביך מאת
מלכיה התקוא לכם׃ והיה כבואי אל
עיר צור יבא הורקנום ומלכיה אלי וגם
אתה ואחיך תבאו אלי שם והיה בבואכם
אלי שם קומו והנקמו נקמת אבותם
מאת מלכיה׃ ויעש כן הורדוס׃ ויהי
כבוא כסיאום אל עיר צור וילך לו
הורקנום

ferret, quapropter Malchias valdè sibi ab Antipatro metuit eique juramentum præstitit, (8.) cui Antipater fidem habuit pacemque cum illo fecit: cùm verò ambo ad convivium ab Hyrcano vocati essent, Malchias archipincernam (9.) Hyrcani auro multo corrupit, ut poculum veneno mortifero plenum Antipatro exhiberet, quod cùm ille hausisset, supremum obiit diem. Sic Antipater, vir magnus dignitate conspicuus ac fortis, ex nobili Judæorum gente ortus, occubuit; ita decretorius ei venit dies ac vitæ finis appropinquavit, qui, quamdiu vixit, populum Judaicum sanctamque urbem gladio suo protexit; sed posteà vim lethi expertus partem atque sortem suam adeptus est: Herodes autem, cùm ea omnia, quæ Malchias in patrem suum perpetraverat, cognovisset, validam adversùs illum manum eduxit, ut paternam necem ulcisceretur; sed Phaselus, frater ejus, illum à proposito cohibuit, ne fortè maximum bellum Hierosolymis oriretur multumque sangvinis in urbe effunderetur & magna innocentium turba simùl perimeretur; consilium verò inierunt, ut Malchiam dolo interficerent; (10.) quocircà Herodes ad Cassium misit, qui ei Malchiæ facinus, in Antipatro perpetratum, referrent: Cassius autem rursùs ad Herodem misit, qui dicerent: ultionem patris tui de Malchia, ob facinus ab ipso commissum, cape: cumque ad urbem Tyrum venero, & Hyrcanum atque Malchiam ad me vocavero, tu quoque cum fratre tuo illûc ad me veni atque ambo præsentes ultionem paternæ necis de Malchia capite, quod etiam Herodes fecit. (11.) Cùm igitur Cassius ad urbem Tyrum venisset, eoque etiam Hyrcanus atque omnes Judæorum principes, inter

(8.) Nimirum: se insontem esse, vel: se nullas insidias adversùs Antipatrum structurum esse, confer. Josephum loco alleg.

(9.) Idem refert Josephus lib. 14. c. 19. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 9. confer. & Egesipp. de Excid. Hieros. lib. 1. c. 28. & Josippi Epitom. p. 103.

10.) Consentit Josephus loc. alleg. confer. & Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 28. & Josippi Epitom. pag. 104.

(11.) Vid. Joseph. Antiq. lib. 14. c. 20. ubi idem narratur.

inter quos etiam Malchias ac Phaselus erant, acceſſiſſent; (Herodes autem cum Caſſio erat) Malchias (12.) utrumque tàm Phaselum, quàm Herodem, his dictis circumduxit: nolite me in ſuſpicionem vocare, quaſi reus ſim mortis patris veſtri; ego per Deum immortalem vobis juro, me ſanguinis parentis veſtri inſontem eſſe nec illius interficiendi conſilio interfuiſſe. Dum igitur Malchias * juvenibus illis ita juravit, ipſi quidem ſimulârunt, ſe fidem juranti habere; (13.) aſt clàm conſilium ceperunt, ut illum occiderent, quia ipſum falſò juraſſe ac necis paternæ reum eſſe certò noverant: cùm itaque in urbe Tyro cum Hyrcano eſſent & milites Romani ad Caſſium veniſſent, ipſe (14.) ſplendidum eisdem convivium apparavit, ad quod etiam Hyrcanum ejusque comites invitavit, cum quibus ille, præſentibus ducibus ſuis, hilarè vixit: Caſſius autem ſatellitibus ſuis præceperat, ut Herodi in omnibus obtemperarent ejusque dictis morem gererent, nec illius mandatum transgrederentur, niſi morte mulctari vellent. Peractò igitur conviviò hoſpites ſomno meridiano ſe dederunt eoque finito, cùm jam in veſperum declinaret dies, Hyrcanus ad portam urbis auræ captandæ gratiâ (15.) egreſſus, Malchiæ, Phaſelo atque Herodi præcepit, ut coràm ſederent, quò factò Herodes militibus Romanis annuit, (16.) qui ſtatim Malchiam ſtrictis gladiis (quos illi ſuper quatuor illorum unà ſedentium capita vibrârunt) adorti illum ſolum interfecerunt

(12.) Hæc & quæ ſequuntur, usque ad: Dum igitur Malachias &c. abſunt à codice Munſteriano, vid. Sign. * h. cap.

* Confer. quæ num. præced. 12. h. cap. notata ſunt.

(13.) Idem refert Joſephus Antiq. l. 14. c. 19.

(14.) Joſephus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 9. ſcribit, Herodem apparâſſe convivium & ad hoc inter alios Hyrcanum quoque & Malichum invitâſſe, cui etiam Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 28. conſentit, vid. & Joſippi Epitom. p. 104.

(15.) Sive: exſpatiandi causâ, ita hîc interpretor verba illa: לרוח היום, quæ etiam Geneſ. cap. 3. v. 8. habentur, ubi Vulgatæ autor vertit: ad auram poſt meridiem, Lxx. τὸ δειλινὸν, veſperi, Theodotio, ἐν τῷ πνεύματι πρὸς καταψυξιν τῆς ἡμέρας, ut meridiano calore tranſacto refrigerium auræ ſpirantis oſtenderet, prout S. Hieronymus in Tradit. Hebr. exponit, vid. inter alios & R. Salom. ad dict. cap. 3. Geneſ. v. 8.

(16.) Signum dedit, nutu indicavit, id enim verbum רמז, quod hîc habetur, ſignificat.

runt (17.) Hyrcanum vero ac cæteros ejus principes non attigerunt: adeò tamen conterritus fuit Hyrcanus, ut omnem amiſerit ſenſum, quò iterum receptò Herodem interrogavit: quid hoc rei eſt, cur Malchias interemptus eſt? Herodes autem reſpondens: non novi, inquit, nam Caſſius, uti mihi videtur, præcepit, ut interficeretur, ad quæ Hyrcanus: certe vir improbus ac nequam fuit Malchias per omnem vitam; (18.) Hyrcanus verò præ timore verba iſta loquebatur.

CAP. VII.

CAſſius autem poſteà motis caſtris in Macedoniam abiit contrà Octavianum, fatris Julii Cæſaris filium (1.) & Marcum Antonium, fortiſſimum ducem, ex principum Romanorum genere ortum; dum verò duo iſti Roma egrediebantur, ut Caſſio bellum inferrent, ac de illo ob interfectum Cæſarem ultionem ſumerent, eodem tempore graviſſimum in Judæa excitatum eſt bellum, nam Felix (2.) cum validiſſimo Romanorum exercitu Damaſco profectus erat, ut terram Judaicam occuparet; Phaſelus autem, Antipatri filius, Felici Romano dixit: abi & Damaſcum revertere ad locum,

(17.) Vid. Joſippi Epitom. pag. 104.

(18.) Conſentit Joſephus dict. lib. 14. c. 20. verba autem Hyrcani paulò aliter referuntur ab eod. Joſepho lib. 1. de Bell. Jud. c. 9. in fin. cui & Egeſippus lib. 1. de Excid. Hieroſ. c. 28. ferè adſtipulatur, confer. etiam Joſippi Epitom. pag 105.

(1.) Ita vocatur etiam in Joſippi Epitome p. 105. Sed C. Octavius nepos fuit ſororis Julii Cæſaris, quæ Julia dicebatur, vid. Sueton. in Octavii Aug. vita, cap. 5. & ſeqq. confer. infrà num. 5. & n. 7. h. cap.

(2.) Sic nomen: פילוס, quod hîc habetur, Munſterum ſecutus, vertere volui, à Joſepho Antiqu. lib. 14. c. 20. & l. 1. de Bell. Jud. c. 10. vocatur Ἔλιξ. Egeſippus lib. 1. de Excid. Hieroſ. c. 28. nominat Elichum ac ſcribit, illum fraterna neceſſitudine Malchiæ ſeu Malachi (prout ibidem vocatur) mortem ulciſci voluiſſe, ſed, quia Herodem laceſſere auſus non fuerit, ipſius fratrem, Phaſelum, laceſſendum duxiſſe.

לפילוס ורחמי שוב לך ולך אל דמשק
אל המקו אשר הניחך בסיאום בו כי
אין לך חלק ונחלה בארץ יהודה. ולא
שמע פילוס אל פסלו ויחגר בו מלחמה
ולחם על פילוס וישלך מהלו רבים
הרוגים ארצה ובמעט נפל גם פילוס
במלחמה הזאת אמנם כרח ונמלט אל
קריה אחת קטנה וילכוד פסילו את
הקריה וילכוד גם את פילוס רו וישלחהו
ולך כי בכה לפניו ויתחנן לו לבלתי
יהרגהו· ובסיאום נלחם באוקטביאנוס
הבתור ובאנטוניוס גבור הרומיים ויהי
ביניהם מלחמה גדולה ועצומה מאד
ויפלו ביום ההוא יותר מק' אלף פגריו
מתו במלחמה ההיא וגם בסיאום מפגידה
ויתפזרו אוקטביונס ואנטוניוס ויבזרו
וימיחדו· וימלך אוקטביונס לקיסר
תחת יוליאום הקיסר הראשון כי בן אחות
היה· וזה המלך הנק' אוקטביונס הוא
הנק' שמו עוד אוגוסטוס על דב' שהוסיף
ממשלה על כל אשר היו לפניו בהכתרה
בי אוגוסטוס בלשון רומי וחכם·
ועל כן נקרא כל אחד ממלכי רומי
אחריו אוגוסטוס על שם אוקטביאנוס
וקיסר על שם יוליאום הזהו· ויהי כאשר

נצח

cum, quem tibi Cassius assignavit, nec enim ullam in terra Judaica habes partem aut hæreditatem; cùm verò Felix Phaseli dictis non obtemperaret, res venit ad prælium, in quo Phaselus multos ex Felicis militibus prostravit, ac parum abfuit, quin ipse quoque Felix in eo conflictu caderet, certe in oppidulum (3.) quoddam profugit, quod Phaselus posteà cepit, atque Felicem vivum in potestatem suam redegit; liberum tamen dimisit, quia flebili ac supplici voce mortem deprecatus erat: Cassius autem cum Octaviano, Juvene, & Antonio, (4.) Romanorum fortissimo, prælium iniit, quod tàm atrox ac vehemens fuit, ut plus, quàm centum millia hominum eo die in illa pugna occubuerint, tandem Cassius in fugam versus est, quem Octavianus & Antonius persecuti sunt eumque interfecerunt, quo factum est, ut Octavianus Julio Cæsari in imperio succederet, quia fratris ejus filius erat. (5.) Hic est ille Imperator Octavianus, qui etiam Augustus audit, quia præ omnibus, qui antè illum fuerunt, imperium prudentiâ suâ auxit, Augustus enim lingvâ Romanâ idem, quod Hebraica מלין (6.) ac sapiens significat, quamobrem omnes Imperatores Romani, qui illum secuti sunt, Augusti, à nomine Octaviani, & Cæsares, à nomine Julii, patrui ejus, (7.) appellati sunt. Postquàm igitur Octavianus Augustus & Antonius Cassium ac Brutum in Macedonia, in planitie Philippensi devicerunt, Judæi ex Asia maxima munera Hyrcano, Judæorum regi, obtulerunt eique nuntiarunt, Augustum Cæsarem in Asiam

(3.) Josephus dict. lib. 14. c. 20. scribit, quòd Phaselus Felicem superans in aliqua eum turri concluserit ac posteà sub pactionis fœdere dimiserit, confer. id. Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 10. & Egesipp. de Excid. Hierof. lib. 1. c. 28. ubi scribit, quòd Herodes Elichum (qui hic Felix vocatur) de munitione Massadæ dimiserit incolumem.

(4.) Vid Josippi Epitom. pag. 105. ubi etiam ultius rei fit mentio.

(5.) Vid. quæ suprà princ. h. cap. 7. num. 1. notata sunt.

(6.) Atqui dictio מלין communiter exponitur: interpres, Orator, vid. quæ suprà lib. 3. cap. 8. num. 7. annotata sunt: unde verò Augusti nomen originem traxerit, vid. Sueton. in vita Octav. Aug. cap. 7.

(7.) Confer. etiam hic, quæ suprà h. c. 7. n. 1. & n. 5. notata sunt.

נצח אקטביאנוס אוגוסטוס ואנטוניוס
את בסיאום ולבריחום וימשכו בארץ
מקדון ובבקע פוליפוס או באו יהודים
מארץ אסיאה במנחות גדולות להוריקנוס
מלך יהודה ויגידו לו לאמר הגה הקיסר
אוגוסטוס בארץ אסיא וישלח הוריקנוס
מלאכים וביד כתר מלכות ואבנים
יקרות לאוגוסטוס ולאנטוניו חברו לחדש
הברית עם אוגוסטו כאשר היה בין
הוריקנו ובין יוליאום הזהו· וישאלו מאת
אוגוסטוס להשיב את השבי אשר שבה
בסיאום מארץ יהודה ולעזוב ליהודים
הושבים בארץ יון ובארץ אסיא אשר
נמכרו בימי בסיאום ולשלחם חפשי
לבוא אל ירושלם ולישב בה בהשקט
ובשלוה· וישמע אוגוסטוס ואנטוניוס
את כל אשר שאל הוריקנוס מלך יהודה
וישמחו בו מאד וישלחו אליו אגרת·
ואלה דברי האגרת אשר שלחו אוגוסטוס
ואנטוניוס אל הוריקנוס מלך יהודה
לאמר· מן אוקטביונס אוגוסטוס הקיסר
ומרוקם אנטוניוס חברו אל הוריקנוס
מלך יהוד' שלום ואמת ידע יהיה לכם
כי קבלנו אגרותיכם ומנחותיכם מיד
לוסימכוס בן מאוסילום ויוקח בן מניאוס
ואלכסנדר בן טודורום מלאכים אשר
שלחתם אלינו באפסיאו לברו' ביום
עמכם

Asiam venisse, quapropter Hyrcanus legatos cum corona regia atque gemmis ad Augustum (8.) ejusque collegam Antonium misit, ut fœdus, quod inter Hyrcanum ac Julium fuerat, cum Augusto renovarent & ab eo peterent, ut captivi, quos Cassius è Judæa abduxerat, redderentur, & ut Judæi, qui in Græcia & Asia ætate Cassii venditi erant, liberi dimitterentur, quò Hierosolymam venire ibique quietè & tranquillè vivere possent. Hac itaque Hyrcani, Judæorum regis, petitione cognita Augustus & Antonius valdè lætati sunt, literasque ad illum miserunt; (9.) verba autem epistolæ, quam Augustus & Antonius Hyrcano, Judæorum regi, miserunt, hæc fuere: Octavianus Augustus Cæsar & Marcus Antonius, ejusdem collega, Hyrcano, Judæorum regi, Salutem! Notum vobis sit, quòd literas vestras ac munera per Lysimachum, Pausaniæ (10.) filium, ac Josephum Minæi filium atque Alexandrum, Theodori filium, (quos legatos pacti vobiscum ineundi causa Ephesum ad nos misistis) acceperimus, cum quibus etiam fœdus vestro nomine pepigimus, prout desiderâstis, lætatique sumus ob salutem ac pacem vestram; illud verò sciatis, quòd interea temporis maxima & atrocissima bella adversùs Cassium, qui Julium Cæsarem nefariè interemit, gesserimus, & ab eo pœnam sceleri debitam exegerimus ipsiusque improbitatem in campis Philippicis vicerimus, atque illum unà cum Bruto, ipsius socio, interfecerimus, quemadmodum obstetrix fœminam parturientem doloribus eximit tempore partus ac sicuti medicus expertus artisque peritus ægrotum à morbo liberat, eumque pristinæ sanitati restituit, ita

(8.) Josephus Antiqu. lib. 14. c. 22. scribit, Augustum victo Cassio in Galliam; Antonium verò in Asiam profectum esse, ad quem etiam corona illa aurea delata sit, confer. Id. Joseph. l. 1. de Bell. Jud. c. 10. ac Josippi Epitom. p. 105.

(9.) Josephus loc. alleg. solius Antonii, qui literas illas scripserit, mentionem facit, confer. num antec. 8.

(10.) Sic Josephum dict. loc. atque Munsterum secutus nomen istud vertere volui, nam מאוסילום quod in nostro codice habetur, corruptum est, vid. quæ suprà h. lib. 5. cap. 5. num. 11. dicta sunt.

עמכם והגה כרתנו ברית עמהם בגללכם
כחפצכם ושמרנו בשלומכם וברישועתכם
ודעו כי עד עתה נלחמנו עם כסיאוש
מלחמות גדולות ועצומו אשר הרשיע
להרוג יוליאוס קיסר והשיבונו את דשעתנו
עליו ונצחנו רשעתו בקעת פולפום
והרגנו אותו ואת בריתום וחבתי ומלטה
את ארץ אסיאה מידו באשר תמלט
המולדת את האשה היולדת מציירה
ביום אשר תלד וכאשר ימלט הופא
המרור והיודע את דחולה דעיהר להיות
ולקום מחליו מכובר חליו כי נתנו שני
הרשעים הנוברים את כל ארץ אסיאה
למרמס כטיט הוצות ולא תמלו לא על
נקי ולא על היכל ולא על עיר ולא
שמרו שבועה לאדם אשר נשבעו לו
ולא קיימו ברית למי אש כרתו לו ברית
והנה עמלם שב בראשם ועל קדקדם
תמסם יתד ונשאו את עונם ויחליכו
בושש ובעול על ארץ מקדון ואדמה
אדמת מקדון אשר קבלה אותם ואשר
החביאתם ואשר החביא את רעתם בין
עפרה באשר החביא דזונה הרעה את
גלגולה עמה תחת שמלותיה כי כן
החביאה ארץ מקדון בחובה את כל
רעת כסיאוש וברוחום ואתם היהודים
שמרו וגילו בשלומנו וחבבתו בברוחנו
כי אתם אהובנו ואשתם על כל אנשי
שלומנו והיהודים אשר בארץ אסיאה
שלחו אגרות אל הורקנוס ואל שני
יהודה ואלה דברי האגרות יהוו יהוה
לכם

nos Asiam ex illius manu eripuimus. Nam duo isti improbi, quorum jam mentionem fecimus, universam Asiam veluti lutum in plateis pedibus conculcârunt & nec insontibus nec templis nec urbibus pepercerunt, neque jusjurandum, hominibus præstitum, neque fœdus initum servârunt, nunc itaque dignam laboribus mercedem acceperunt, ac debito supplicio injurias & scelera luerunt, quia improbè & injustè in Macedonia dominati sunt. Maledicta igitur sit Macedonum terra, quæ sceleratos istos recepit & abdidit, eorumque malitiam pulvere suo operuit, sicut meretrix improba spurciti-em suam vestibus contegit, ita Macedonia omnia Cassii ac Bruti flagitia abscondidit; vos autem, Judæi, lætamini ac gaudete ob pacem nobiscum initam & in fœdere nostro spem minimè dubiam reponite, vos enim amici nostri estis ac præcipui inter illos omnes, cum quibus pacem fecimus. Præterea etiam Judæi, Asiam incolentes, epistolam ad Hyrcanum ac principes Judæorum miserunt hujus sententiæ: Notum vobis sit, quòd scelerati isti ac perditissimi, qui nos atque omnem terram nostram devastârunt, interfecti sint, nunc itaque gaudeat rex Hyrcanus & universus populus Judaicus; lætetur urbs sancta, Hierosolyma inclyta, hilari sint animo sacerdotes Dei nostri, qui DEus est magnus, fortis, tremendus & gloriosus, cujus nomen in Templo Hierosolymitano invocatur, accipite igitur donum, quod in honorem Dei nostri ad vos misimus, ac pro nobis orate, ut Deus nos, qui hinc inde dispersi sumus, (11.) ad vos reducat: orate etiam pro vita Domi-

(11.) Erant ergò & tunc Judæi dispersi per universam mundum, quantumlibet prorium possiderent regnum, quod manifestum erat

לכם כי נהדפו הרשעים והמשחיתים אשר
השחיתו לנו ואת כל הארץ ועתה ישמח
המלך הורקנוס וכל עם יהודה ותשמח
עיר הקדש ירושלם המהוללה וישמחו
כהני אלהינו אשר הוא האלוה הגדול
הגבור והנורא והאדיר הנקרא שמו
בהיכל ירושלם׳ ויקחו את המנחה אשר
שלחנו אליכם לכבוד אלהינו והתפללו
בעדנו לאשף אלהינו את פוחינו
אליכם׳ והתפללו בעד חיי אדוננו
אגרסטוס הקיסר׳ מלך רומי ובחיי
אנטוניום הברו ודעו כי שלח אגרסטוס
קיסר בעצת אנטוניום חברו בכל ארצות
ממשלתו עד מעב׳ לי הודו ועד מעבר
ארץ ברמאניאה והיא ארץ יס אוקיאנים
ויצו את כל מקום אשר בו איש או אשה
מזרע היהודים עבד או אמה לשלחם
חפשי בלא פדיון במצוי הקיסר אגרסטוס
ואנטוניו׳ הברו׳ ובעל העבד העברי או
בעל האמה העבריה יפרעו לו מחיר
העבד או האמה מאוצרות הקיסר
אגרסטוס דגמנאי בבבל ארץ וארץ׳
ועתה שישו ושמחו והצליחו את הארץ
הקדושה׳ כי הקיסר וחביבו אנשי
שלמנו׳

Domini nostri, Augusti Cæsaris, Romanorum imperatoris & pro incolumitate Antonii, ipsius collegæ: sciatis præterea, quòd Augustus Cæsar consilio Antonii, ejusdem socii, ad omnes imperii sui ditiones usque ad loca, trans mare Indicum sita, & ad provincias, ultrà Britanniam, quæ in Oceano est, jacentes, miserit ac jusserit, ut quocunque in loco vir vel mulier è gente Judaica servus aut ancilla reperiatur, is eaque liber ac libera sine ullo redemptionis pretio (12.) dimittatur; idque mandatò Cæsaris, Augusti & Antonii, ejusdem collegæ; domino autem servi illius Judæi vel ancillæ Judaicæ pretium è thesauris Cæsaris Augusti, ubivis locorum repertis, solvatur. Nunc itaque gaudete, exultate ac prosperè agite in terra sancta, nam Cæsar atque illius collega pacem nobiscum inierunt.

erat argumentum imminentis & in propinquo existentis Messiæ, qui oves Israelis dispersas rursùs congregaret, juxtà illud Esaiæ cap. 43. v. 5. & seqq. Non quòd Hierosolymis essent congregandi, sicuti in hodiernum usque diem cœci Judæi hoc tenentur errore; sed quòd Christi corpori, quod est Ecclesia sancta, unienda sint. Venit enim tunc hora, qua veri adoratores non Hierosolymis, sed in spiritu & veritate patrem cœlestem adorarent, Johan. cap. 4. vers. 23. sic Munsterus ad hunc locum notavit.

(12.) Græci vocant λύτρον, quod Hebræi פדיון, Gallis dicitur: rançon.

CAP. VIII.

POsteà Augustus Cæsar Romam rediit, sedemque Imperatoriam occupavit; Antonius autem, ejusdem collega & secundus ab ipso, nondum reversus erat; sed Epheſi commorabatur atque iterùm literas ad duces exercitus Romani, qui Tyri (1.) erant, misit in hanc sententiam: cur terram, quam tempore Cassii, improbi istius viri, è ditione Judaica occupâstis, non restituistis? nunc itaque sciatis, quòd, nisi terram illam Judæis, cum quibus fœdus pepigimus, statim reddideritis, pacemque sine ulla mora cum illis colueritis, vos brevi arma Romana sentietis, ego Marcus Antonius id juravi, nec mutabo sententiam. Hoc igitur cognitô omnes duces Antonio obtemperârunt ejusque mandato morem gesserunt. Dein Antonius castris motis in Syriam abiit, ubi Cleopatra, Ægypti regina, ad illum venit, qui ejus amore captus rem cum illa habuit; ipsa verò veneficiis suis Antonium adeò irretitum habuit, (2.) ut ab eo tempore ac deinceps omnia ad illius arbitrium faceret, quia multis incantamentis ab ipsa fascinatus erat. Iisdem diebus centum seniores ex magnatibus (3.) Judæorum ad Antonium venerunt, & Herodem ac Phaselum, ejusdem fratrem, ita accusârunt: Ecce duo isti Antipatri filii regnum è manibus Hyrcani per vim extorserunt, nec ei quidquam præter nomen (4.) relictum est, nam illi omnia pro lubitu administrant, Antonius igitur Hyrcanum interrogavit, (5.)

וידי אחרי כן ויסב אנטניום הימיר וילך אל עיר רומי וישב על כסאו ואנטוניום הברו ומשנהו לא שב עדין אך הוא בפיסיאו וישלח עוד אגרת לשרי חיל רומה היושבים בצור לאמר׳ מדוע לא השיבותם את הארץ אשר לקחתם מארץ יהודה בימי בסיאום איש דבליעל ועתה דעו לכם כי חרב עלינם במהרה אם לא תשיבו את הארץ אל היהודים אשר הם אנשי שלומנו ותמהרו להשלים עמהם ועל זה אני מורים אנטוניאו׳ נשבע ולא אמיר׳ וישמעו השרים את מעות אנטוניום ויעשו כלם כאשר צוה׳ ויהי אחרי כן ויסע וילך אנטוניום באדם והלך אליו קליאופטרה מלכת מצרים וישכב עמה אנטוניום ויאהבה ותט קליאופטרה את אנטוניום בכשפיה לעשות מהיום ההוא והלאה ברצונה כי השתו ביום בשפיה׳ ואז באו ק׳ זקני מגדולי יהודה אל אנטוניו׳ וילשנו את היהודים ואת פסילו אחיו ויאמרו לו לאמר הנה אלה בני אנטיפטר לקחו ממלכה מיד הורקנוס בחזקה ולא נשאר להורקנוס בלתי השם כי

(1.) Josephus Antiqu. l. 14. c. 22. scribit eadem, quæ hic Tyriis, etiam injuncta fuisse Sidoniis, Antiochenis & Arabibus.

(2.) Confer. hic Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 28. it. supra l. 2. c. 25. n. 11.

(3.) Οἱ δυνατώτατοι vocantur à Josepho Antiqu. lib. 14. c. 23. vid. id. Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 10. Egesippus lib. 1. de Excid. Hieros. cap. 28. scribit, quòd centum isti Judæorum viri Antiochiam ad usque profecti apud Daphnem offenderint Antonium, jam totum Cleopatræ amoribus deditum.

(4.) Josephus loc. alleg. scribit, Hyrcanum πρόσχημα τῆς βασιλείας, prætextum seu speciem regni habuisse, sed vim omnem penes Herodem & Phaselum fuisse, confer. etiam Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 28.

כי הם הם המוציאים והמביאים׳ וישאל אנטוניום את הורקנוס אם אמת הדבר ויען הורקנוס ויאמר חלילה לדם מורי כי אם היהודים ופסילו עבדים נאמנים הם ליי ואוהבים אותי הרבה מאד וישמח מאד אנטוניום על דברי הורקנוס כי אהב את הכהנים בעבור אנטיפטר אביהם כי אוהב גדול היה אנטוניום לאנטיפטר אביהם ואיש שלומי׳ ויהי בבא עוד אנטוניום אל נבצר צור אשר על שפת הים ויסיפו עוד ללכת שלש רבים מגבורי יהודה להלשין להחזרים דבורים ויקנטר עליהם אנטוניום ויתן מהם בכית האסורים ע״ו אנשים אשר צעקו על היהודים ופסילו וגם מן הצועקים על היהודים ועל פסילו הרג כי נשא פנים להם ויכבדם ויגשאם וישלחם ירושלימה בכבוד גדול׳ וישב אנטוניום וילך אל רומה אחרי אשר בטש לכל ארץ נימלכות פרס׳ ויהי אחרי הדברים האלה וילא אנטיגנוס בן אריסתובלוס מירושלם וישוב בהורקנוס דודו וילך אל ארץ פרס וידבר גדולה עמו משתע

(5.) an id verum esset; Hyrcanus verò respondens: absit, inquit, istud ab eis quàm longissimè, nam Herodes ac Phaselus Deo fideliter inserviunt meque valdè amant; hoc Hyrcani responso Antonius admodùm lætatus est, quia juvenes illos dilexerat propter Antipatrum, eorundem patrem, cujus ipse maximus fuerat amicus (6.) & patronus; (7.) cumque Antonius ad urbem munitissimam Tyrum, quæ in litore maris sita est, venisset multique (8.) ex Judæorum magnatibus ad Antonium denuò accessissent, ac juvenes jam dictos apud illum detulissent, ipse valdè iratus quindecim viros ex illis, qui Herodem & Phaselum accusaverant, in carcerem conjici ac nonnullos ex ipsis interfici jussit, idque amore juvenum illorum, quos ipse magni æstimavit, eosque multo auctos honore Hierosolymam remisit. Antonius igitur, cùm omnes regni Persici provincias subegisset, Romam rediit. Posteà Antigonus, Aristobuli filius, Hierosolymis egressus ab Hyrcano, patruo suo, defecit, & in Persiam ad Pacorum (9.) Persarum (10.) regem cum maxima nobilium Judæorum manu venit eique promisit, se mille talenta auri & octingentas (11.) fœminas nobilissimas & præstantissimas, quæ in Judæa essent, eidem daturum esse, si sibi opem & auxilium

(5.) Confer. Joseph. loc. alleg. ubi etiam istius rei fit mentio.

(6.) Nam Antipater Antonium cum Gabinio advenientem in Judæam gratissimè satis receperat hospitio, multis eum officiis percoluerat, inquit Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 28.

(7.) Hebr. איש שלומי, ita hic in Hebræo, i. e. vir pacis ejus, qui nimirum pacem & incolumitatem Antipat i quæsiverat.

(8.) Josephus dict. lib. 14. cap. 23. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 10. scribit, mille fuisse Judæos, qui Herodem & Phaselum apud Antonium accusaverint, confer. & Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 28.

(9.) Sic & Josephus Antiqu. lib. 14. c. 23. in fin. & c. 24. princ. ac lib. 1. de Bell. Jud. c. 11. refert, confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. c. 29. & Josippi Epitom. pag. 106.

(10.) Parthorum rex fuit Pacorus; sed nomina ista ab autore nostro non uno in loco confunduntur vel promiscuè usurpantur, vid. quæ supr. lib. 4. cap. 4. num. 2. notata sunt, ut & infrà num. 13. h. cap.

(11.) Josephus dict. lib. 14. c. 24. & 25. ut & lib. 1. de Bell. Jud. c. 11. habet: quingentas, cui etiam Egesippus lib. 1. de Excid. Hieros. c. 29. consentit; vid. & infr. h. cap. num. 25. in Josippi Epitome pag. 106. quingentarum tantum librarum auri & centum virginum de filiis Israël fit mentio.

משועי יהודה וילך אל פגודתם מלך פרס
לאמר׳ כי יתן לו אלף ככרי זהב וח״מ
נשים בן הגשים השועות והיקר׳ אשר
ביהודה רק תהיה ידו עמו לעזרהו לקחת
המלכות מיד הורקנום ולהרוג את הורודום
ואת פסילו אחיו׳ וישמע פגודום אר״ל
אנטיגנום בן אריסתובלום ויאסוף חיל
לרוב חיל פרס ומדי ויבאו בארם וילבדו
את הארץ ויכו לכל הדומים אשר מצאו
בה מאנשי אנטונים שר צבא רומר׳
וישלח פגודום את שר המשקה אשר לנ׳
בחיל כבד לירושלם ועמו אנטיגנום בן
אריסתובלום׳ ויצו אותם דמלך לאמר
כה תעשו בבואכם לירושלים קראו לשלו׳
העיר טרם אשר תבואו העירה ובבואכם
העירה התגרו מלחמה והרגו את הורקנום
ואת הורודום ואת פסילו ונתתם המלכות
לאנטיגנום בן אריסתובלום׳ ויבאו
ירושלם שר המשקה אשר למלך פרס
ואנטיגנום בן אריסתובלום ויקראו אר״ת
שלו׳ העיר ואת שלום העם ויבואו העירה
ויתגרו מלחמה בהורקנום בתוך העיר׳
ואז היתה גבורים לשמור מעברי המקומו׳
והורודר ופסילו אחיו ועל עם הגבורים
על הומה לשמור את עליר׳ הומה׳
ואנשי פרס ואנטיגנום הזהל להכות בעם
ולהכו

xilium ferret, (12.) ut Hyrcano regnum eripere & Herodem ac Phaſelum, ipſius fratrem, interficere poſſet. Pacorus igitur Antigono Ariſtobuli filio morem gerens Perſarum (13.) Medorumque maximum exercitum collegit & irruptione in Syriam facta, eandem ſubegit omnesq; Romanos, quos ex Antonii, Imperatoris Romani, militibus ibidem deprehenderat, interfecit, poſteà Pacorus archipincernam (14.) ſuum & cum eo Antigonum, Ariſtobuli filium, Hieroſolymam cum maximis copiis miſit, adjecto hoc mandatô: dum Hieroſolymam acceditis, priusquàm urbem introeatis, pacem ei offerte; ſed poſtquàm intromiſſi fueritis, excitato tumultu bellico tàm Hyrcanum, quàm Herodem ac Phaſelum interficite atque regnum Antigono, Ariſtobuli filio, tradite. Archipincerna igitur regis Perſarum & Antigonus, Ariſtobuli filius, Hieroſolymam venerunt, pacemque & urbi & populo Judaico per præconem obtulerunt; ſed poſtquàm in urbem intromiſſi fuerunt, prælium contrà Hyrcanum media in urbe excitârunt, quô factô Hyrcanus milites conſtituit, qui tranſitus locorum (15.) cuſtodirent; dein Herodes ac Phaſelus, ipſius frater, cum fortiſſima militum manu murum occupârunt, ut hoſtes prohiberent; aſt Perſæ (16.) & Antigonus cædem populi patrare urbemque diripere cœperunt, quod eùm animadvertiſſet Herodes, ipſe cum militibus ſuis à Palatio regis Hyrcani impetum in hoſtes fecit commiſſoque in platea urbis prælio Perſas (17.) in fugam vertit magnaque eos clade affecit, (18.) Phaſelus

(12.) Egeſippus loc. alleg. ſcribit, quod Lyſanias, Ptolemæi filius, defuncto patre, cui cognomentum Mennæo fuit, ſolicitaverit Pacorum, promiſſis mille argenti talentis & quingentis mulieribus, ut Antigono regnum daret & Hyrcani ſolveret ſacerdotium.

(13.) Parthorum, vid. quæ num. præced. 10. annotata ſunt, ut & num. 16. & 17. h. cap.

(14.) Hunc archipincernam ejusdem cum rege Pacoro nominis fuiſſe ſcribit Joſephus eod. lib. 14. cap. 24. vid. Id. Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 11. & Egeſippus de Excid. Hieroſ. l. 1. cap. 29. confer. & Joſippi Epitom. pag. 106.

(15.) Nimirum, vicos urbis ejusque plateas ac vias.

(16.) Parthi, vid. ſupr. h. cap. n. 10. & 13. ibique not.

(17.) Parthos, vid. num. antec. 16.

(18.) Conſentit Joſephus dict. lib. 14. c. 24. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 11.

ולבוז את העיר׳ ויהד אליהם הורודום
עם בחוריו מהיכל המלך הורקנום ויהגר
בם מלחמה׳ בתוך העיר ויבריחם ויך
בהם מכה רבה וגם פסילו אחיו יד מן
החומה ויך את כל העומדי׳ לנגדו׳
ולילמו שני האחי׳ הורודום ופסילו באנשי
פרס ובאנשי אנטיגנום וילחמו בכח
ובגבורה׳ וינצחו אותם׳ ויהי מקץ ׳ו
ימים ויקרא שר המשקה אשר למלך פרס
את הורודום ואר״ת פסילו אחיו ויאמר
אליהם עד מתי תהיה המלחמ׳ הזא״ת
בעיר הקר׳ הדלו לכם ממלחמ׳ ולכו
לקראת פגודום מלך פרס אדוני והתחבריו
עמו והתהיה יהו עמכם כי טוב לו
בהותכם אתם אוהביו באשר אתם
גבורים מהיות תברו אנטיגנום אשר אינני
שוה דבר לפני גבורתכם׳ ולא האמין
הורקנום לדבריו אבל הורודום ופסילו
האמינו לו ויעשו כאשר דבר להם וילכו
לקראת פגודום מלך פרס וימצאו אותו
בארם דמשק ויקבלם בכבוד גדול לעיניהם
אבל בסתר יען להפשם וישם עליהם
אורבים בלילה לאמור׳ אותם בנושחתו׳
ויקימו

selùs quoque, ipſius frater è muro deſcendens omnes, qui reſiſtere audebant, interfecit, ſic duo fratres, Herodes ac Phaſelus, contrà Perſas & Antigoni milites fortiter ac ſtrenuè pugnando eosdem vicerunt; poſt ſeptem verò dierum ſpatium archipincerna regis Perſarum Herodem ac Phaſelum, ipſius fratrem, vocavit eosque ſic compellavit: quousq; bellum in urbe ſancta durabit? ceſſate à prælio & Pacoro, Perſarum regi, Domino meo obviam procedite, ac ſocietatem cum illo contrahite, ut vires ſuas veſtris conjungat, ſatius enim eſt, vos, viros tàm ſtrenuos, in illius amicitiam recipi, quàm ipſum Antigoni, qui vobis nequaquam fortitudine comparari poteſt, ſocium eſſe; Hyrcanus autem (19.) his archipincernæ verbis credere noluit; aſt Herodes (20.) ac Phaſelus illius dictis fidem habentes morem ei geſſerunt & Pacoro, (21.) Perſarum regi, obviam progreſſi ſunt, eumque in urbe Syriæ, Damaſco, tunc temporis agentem deprehenderunt, qui ipſos maximo quidem in ſpeciem honore excepit; clàm autem conſilium iniit, ut illos comprehenderet, quamobrem noctu inſidiatores miſit, qui ipſos catenis conſtringerent, cùm itaque Herodes (22.) & Phaſelus noctu ſurrexiſſent atque inſidiatores domum circumſtantes & armis inſtructos vidiſſent, ignari, quòd cuſtodiæ cauſa hûc appoſiti eſſent, Ophellius (23.) & Armilla, (24.) Syrorum ditiſſi-

(19.) Munſteri codex pro: Hyrcanus, hic habet: Herodes, ita etiam in ſequentibus.

(20.) Munſterus hic pro Herodes legit: Hyrcanus, & ſic in ſequentibus hujus capitis, quæ Munſteri lectio etiam à Joſepho Antiqu. lib. 14. c. 24. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 11. confirmatur, ubi ſcribitur, quod Hyrcanus & Phaſelus ad Barzaphernem, alterum Parthorum ſatrapam, in Galilæa agentem, profecti & ab illo in vincula conjecti ſint, quibus etiam Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 29. adſtipulatur.

(21.) Joſephus loc. alleg. rem paulò aliter narrat, conſer. & Egeſippus l. 1. de Bell. Jud. c. 29.

(22.) Munſterus pro: Herodes, hic legit: Hyrcanus, vid. quæ paulò antè numer. 20. notata ſunt.

(23.) Sic etiam Joſephus eod. lib. 14. c. 24. eundem nominat; confer. id. Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 11. & Egeſippus lib. 1. de Excid. Hieroſol. cap. 29.

(24.) Hebr. ארמילה, ſic in noſtro codice, Munſterianus habet: שרמלה ubi vertitur: Saramalla, ſic & ab Egeſippo lib. 1. de Excidio Hieroſ. cap. 29.

ditissimi supervenerunt, ac Phaselo omnem Pacori, Persarum regis, fraudem detexerunt, quomodo nimirùm Antigonus animum ejus mille talentis auri pellexerit eique octingentas (25.) fœminas Judaicas ex nobilisimis promiserit; iidem quoque Syri Phaselo dixerunt: ecce navis in mari ad cursum parata est, hanc conscende atque in Judæam profuge; (nam Pacorus tunc temporis in litore maris fuit) Phaselus autem fugam arripere & Herodem (26.) solum relinquere noluit, sed ad Pacorum, Persarum regem, (27.) accedens eidem dixit: certè fœdus, nobiscum initum, violâsti ac fregisti, nunc reverà cognovimus, quôd nulla fides apud populum Persarum reperiatur, si quidem verum est, quod audivimus & oculis nostris conspeximus, te scilicèt consilium adversùs nos iniisse, qui fiduciâ pacti ac fide interposita ad te venimus, quòd si divitiarum indigus es, atque auro opus habes, annon Hyrcano tantæ suppetunt facultates, ut duplo plura ac majora, quàm quæ Antigonus tibi pollicitus est, præstare possit? id modò cave, ne viros, cum quibus fœdus pepigisti, lædas: Pacorus autem, cùm hæc audisset, jurejurando rem inficiatus est atque illorum animos his dictis firmavit: (28.) falsus de me rumor & mendax ad vos delatus est, neque enim id unquam cogitavi aut in animum meum induxi, ut magnum istud peccatum committerem, atque viros, cum quibus pacem feci, comprehenderem eosque vinculis constringerem, his dictis animum illis ac securitatem addidit: dum igitur metu vacui cubitum iverunt & obdormiverunt, Persarum milites subitò in illos irruerunt eosque comprehenderunt, atque

ויקומו היהודים ויפשלו בלילה ההוא אורבים סביבות הבית בכלי מלחמתם ולא ידעו כי בעבורם הם עומדים אז באו אפליאוס וארמילה מעשיהי ארם ויגידו לו אל פשלו את כל ערמת פגורים מלך פרס אשר השה את לבו אנטיגנוס באלף כברים זהב ואשר דבר לו להת לו ת׳׳ת נשים משועות יהודי ויאמרו עשיהי ארם אל פשלו הנה לך ספינה עוכה בים ללכת לדרכה המלט בה ולך אל ארץ יהודה כי בחוף הים היה פגורים בימים ההם ויאמן פשלו לברוח ולעזוב את היהודים לבדו׳ ויגש אל פגורים מלך פרס ויאמר אליו השחת והפרת בריתך עמנו כי עתה ידענו אשר אין אמונה בפיך פרס אם אמת אשר שמענו גם ראינו בעיגינו על העצה אשר יעצת עלינו ואנחנו באנו אליך בברית השחה ואמונה ואם איש מחוסר ממון אתה ואין עמך זהב הלא הזוקנים יש לאל ידו להת לך בפלים ככל אשר דבר לך אנטיגנוס רק אל תשלח ידך באנשים אשר כרתה ברית עמהם ׳ ובשמוע פגורים כן וישבע ויכחש ויבטחם בדברים לאמר שמועת שקר ובוב שמעתם עלי כי לא חשבתי זאת ולא עלתה על לבי המחשבה הזאת לעשות את הרע׳ הגדול הזאת לאחו

29. appellatur. à Josepho dict. lib. 14. cap. 24. circà fin. nominatur Samaralla, ita etiam l. 1. de Bell. Jud. c. 11. vocatur.

(25.) Quingentas memorat Josephus loc. alleg cui & Egesippus eod. lib. 1. c. 29. adstipulatur. vid. quæ suprà h. cap. num. 11. annotata sunt.

(26.) Munsterus pro: Herodem, legit: Hyrcanum, & rectè quidem, vid. supr. num. 20. & num. 22. ibique not.

(27.) Vid. hìc Joseph. eod. lib. 14. c. 24. in fin. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 11. confer. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. c. 29.

(28.) Confer. hic Josephus & Egesippus loc. alleg.

atque catenis constrinxerunt; (29.) Phaselus autem somnò excitus dum manus suas ferrò ligatas conspexit, hinc inde currens & præ ira subsultans gladium extrahere conatus est, sed frustrà, quia manus constrictas habebat; cùm verò sublatis oculis magnum quendam vidisset lapidem, præ furore in illum incurrit, ac semet in terram projiciens caput suum saxo isti graviter allisit (30.) atque ita vitam abrupit; (31.) priusquàm autem moreretur, mulier quædam ei indicavit, (32.) Herodem fugâ evasisse; Phaselus igitur læto dixit animo: jam lubens moriar, quia certus sum, me ultorem ac vindicem sanguinis mei reliquisse, his dictis exspiravit & ad populum suum collectus est; Hyrcanus autem (33.) catenis constrictus adhùc detinebatur, huic patruo suo Antigonus aures amputari jussit, ut ad Pontificatum imposterùm inhabilis esset propter maculam (34.) ipsi inhærentem, eumque captivum Babylonem ad Judæos ibidem commorantes misit.

לאהו את אנשי שלומי ולאסרם ויחזקם ויבטחם בדברים האלה וישובו וישכבו ויבטחו לבטח ׳ וידי בשכבם ויפלו עליהם גדודי פרס פתאום ויתפשום ויאסרום בנחשתים ויקץ פשלוי משנתו והנה ידיו אסורות בכרזל ואו קפץ פשלוי כה וכה וידלג ויבקש לשלוף חרבו ולא יכול כי היו ידיו אסורות וישא עיניו ויראה והנה אבן אחת גדולה וירץ אל האבן וידלג ללכת על האר׳ ויגפץ את ראשו עד אבן בכח תמתו וימת ותרם מותו ותגר לו אשה על היהודים כי נמלט וישמח פשלוי ויאמר שמחתי במיחתי כי ידעתי אשר עזבתי גואל דמי ונוקם נקמתי ובדברו כדברים האלה וימת ויאסף אל עמיו וישאר הזוקנים אסור בנחשתים ויקח אנטיגנוס את הודו ויקציץ את אזנו למען לא יכהן עוד כי יהוה בו מום ויגלה אותו בבלה בתוך היהודים ׳

ושמע היהודים את כל אשר עשה מלך פרס לפשלוי אחיו ולהזקנים מלך יהודי ויבא אל ירושלם ויקח את אמו ואת חתניתו

(29.) Vid. Id. Joseph. Antiqu. lib. 14. cap 25. princ. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 11. consentit & Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 29.

(30.) Consentit Josephus loc. alleg. Egesippus dict. lib. 1. c. 29. refert, alio sermone vulgatum fuisse, quòd Antigonus Phaselo saucio medicum adhibuerit, quò venena vulneri tanquam medicamentum infunderentur.

(31.) Vid. tamen Josippi Epitom. p. 107.

(32.) Confer. hic Josephus & Egesippus in locis adductis.

(33.) Hæc & sequentia usque ad finem hujus capitis desunt in Munsteri codice.

(34.) Διὰ τὸ λιλωδῆσθαι. uti scribit Josephus Antiqu. lib. 14. c. 25. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 11. Nam Levitæ ob corporis vitium à Sacerdotio vulgari, ac multò magis à summo removebantur. vid. Levit. c. 21. v. 17. & seqq. confer. & Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 29. ac Josippi Epitom. pag. 107. it. cap. sequ. 9. num. 19. ibique not.

CAP. IX.

HErodes autem, cùm omnia, quæ Pacorus, Persarum rex, Phaselo, fratri suo, & Hyrcano, Judæorum regi, fecerat, audisset, Hierosolymam profectus matrem suam ac socrum,

ut & Mariamnem, (1.) ſponſam ſuam, Alexandrò, Ariſtobuli filio, prognatam ejusque matrem, Alexandram, Hyrcani filiam, cujus paulò antè mentionem fecimus, accepit, (Mariamne autem puella erat egregia corporis pulchritudine inſignis) atque fœminas illas equis & mulis impoſuit (2.) noctuque Hieroſolymis egreſſus cum decem millibus fortiſſimorum Judæorum Idumæam verſùs iter inſtituit: cùm verò in itinere eſſent, fœminæ puerique jumentis deſcenderunt, mater etiam Herodis converſo curru, cui inſidebat, ſubſtitit nec ulterius progredi voluit, nam mulieres dixerunt: moriamur potius in urbe ſancta, Hieroſolyma, quàm ut ab illa procùl recedamus; quo cognito Herodes ſeipſum ſtricto gladio interimere voluit (3.) (metuit enim, ne hoſtes ſupervenirent & non milites ſolùm, ſed etiam fœminas comprehenderent) juvenes verò, qui propè aderant, accurrerunt ejusque manus comprehenderunt, dicentes: nonne maximum eſſet dedecus tàm ſapienti viro ſeipſum ignominioſè interimere? præcedant mulieres, nos verò hic ſubſiſtamus, donec Perſarum copiæ, quæ nobis imminent, adveniant ac ſentiant, quos & quales perſequantur: hæc cùm illi dixiſſent, mulieres tranſeundo in Idumæam pervenerunt; Herodes autem & omnes, qui cum illo erant, nimirùm decem millia virorum, ſubſtiterunt, poſteà archipincerna regis Perſarum cum maxima ac validiſſima Perſarum manu advenit, cum quibus Herodes militibus ſuis ſtipatus pugnam iniit eosque percuſſit & humi proſtravit, atque archipincernam ipſum in fugam vertit, qui metu Herodis profugit Hieroſolymam, multi quoque

(1.) Ita hic מרים, quod in noſtro habetur codice, vertere volui, Joſephum ſecutus, qui lib. 14. Antiqu. cap. 25. etiam Mariamnem habet, in Munſteri codice legitur מרימי, quod ipſe tranſtulit: Marimi, nomen verò מרימ, quod apud autorem noſtrum, uti dictum, habetur, poſſes vertere: Merim vel Mirjam, vid, Exod. cap. 15. v. 20. Mariæ nomen jam uſu receptum, quod etiam in Novo Teſtamento paſſim occurrit, vid. infrà h. lib. 5. c. 14. n. 5.

(2.) Vid. Joſeph. dict. lib. 14. c. 25. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 11. it. Egeſipp. de Excid. Hieroſ. lib. 1. c. 29.

(3.) Idem refertur à Joſepho loc. alleg.

quoque Judæi (4.) qui ab Antigoni parte ſtabant, atque Herodem perſequebantur & cum illo dimicabant, ab ipſo interempti ſunt eisque maxima ſtrages illata fuit. Poſteà Herodes primo regni ſui anno in loco illo, ubi Judæos fuderat, ingens palatium (5.) atque oppidum ædificavit, quod ab eo Herodium (6.) appellatum eſt, ſexaginta (7.) ſtadiis ab urbe Hieroſolyma diſtans, dein Herodes in Idumæam profectus obvium habuit fratrem ſuum, cum quo conſilium iniit, & mulieres quidem Maſſadæ, (8.) quæ Idumæorum urbs fuit, depoſuit, eamque tritico, aqua, lignis ac militibus replevit, præpoſito eisdem fratre ſuo, Joſepho; reliquo autem populo præcepit, ut per univerſam Idumæam iret ſibique victum (9.) compararet, datis drachmis aureis, prout quisque opus habebat; ipſe verò cum paucis Petram deſerti (10.) verſùs ad Maluccum, (11.) Arabiæ regem, iter ſuſcepit, is enim jam anteà Hyrcani & Herodis amicus fuit; ſed Maluccus immemor beneficiorum, ab Hyrcano acceptorum,

(4.) Conſentit Joſephus dict. lib. 14. c. 25.

(5.) Βασίλειον ἀξιολογώτατον nominat Joſephus loco alleg. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 11.

(6.) Hebr. אירודיון, ſic in codice Munſteriano, quem hic potius ſecutus ſum, quam noſtrum, ubi corruptè legitur איורוד Joſephus quoque dict. lib. 14. c. 25. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 11. perinde ac Munſterus, habet Ἡρώδιον & Ἡρωδίαν, confer. etiam Joh. Lightfoot Chorograph. Johanni præmiſſ. c. 3. §. 5. vid. & infrà h lib. 5. c. 41. n. 5.

(7.) Joſephus eod. lib. 14. c. 25. σταδίων ς' id eſt, nonaginta ſtadiorum meminit, infrà h. l. 5. c. 41. num. 14. refertur, oppidum iſtud 200. ſtadia diſtare ab urbe Hieroſolyma, alius ſtadiorum numerus refertur ab eod. Joſepho lib. 17. c. 10. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 11. ac c. 16. ubi diſcriminis hujus ratio videtur deſumi poſſe, dum refertur, Herodem duas arces ſtruxiſſe ejusdem nominis, alteram in monte Arabiam versùs, quæ Ἡρώδιον dicta ſit; alteram ſimili nomine 60. ſtadiis ab urbe Hieroſolyma diſtantem, confer. Lightfoot. Diſquiſit. Chorograph. Johanni præmiſſa cap. 3. §. 5. p. 928. edit. Lipſienſis.

(8.) Hebr. מצודה, ſic in noſtro codice; Maſſada nominatur à Joſepho dict. lib. 14. c. 25. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 11. cui & Egeſippus l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 29. conſentit, vid. cap. ſeq. 10. n. 4. & n. 10. it. infrà c. 21. num. 6. confer. & Lightfoot. Hor. Hebr. in Decad. Chorograph. Marco præmiſſa c. 2. §. 3. n. 1. p. 529.

(9.) Ἐφόδια, viatica, vocat Joſephus loc. alleg.

(10.) De hac ſuprà lib. 4. cap. 11. n. 4. & c. 12. n. 1. ac c. 18. n. 5. dictum eſt, Joſephus eod. loc. alleg. nominat πέτραν τῆς Ἀραβίας, cui etiam Egeſippus lib. 1. de Bell. Iud. cap. 29. adſtipulatur.

(11.) Hebr. מלוך, ita hic in noſtro codice; Joſephus dict. lib. 14. cap. 25. & lib. 1. de Bell. Iud. c. 11. appellat Μάλχον, ab Egeſippo lib. 1. de Excid. Hieroſ. c. 29. nominatur Bochus, confer. infrà h. l. 5. c. 24. n. 29.

זכר מלוק מלך הערב ארץ התסר אשר
עשה עמו הורקנוס· ויאל מלוק מלך
הערב להתגיר את היהודים ביד אנטיגנוס
ובלילה ההוא המטיר מטר רב ומלא
הבורות מים ויהשוב מלוק כי לא יבחר
היהודים בגלל המים הרב אשר המטיר
בלילה ההוא· והיהודים ברח בלילה
ההוא ויהי בבקר ויחפש אחריו מלוק
ולא מצאו ויצר לו מאד· והיהודים נסע
ובא משם אל מצרים אל קליאופטרה
מלכת מצרים ותקבלהו המלכה בכבוד
גדול ותבקש לעשותו שר צבאה ויאמן
היהודים כי מהר ללכת אל רומה ותתן
המלכה לו עושר גדול וספינות לשארת
אותו כתומה היא איט'לא· ויבא
היהודים בספינות וישב למצרים פעמים
כי הורף היה ויתחזקו הרוחות עליו·
ובפעם הג' נתישבה הרוח ויעבור את
הים

Herodem (12.) Antigono tradere voluit; evenit autem nocte illa, ut tâm copiosus imber caderet, ut fossæ omnes aquâ replerentur, quapropter Maluccus existimavit, Herodem ob abundantes aquas, quæ illa nocte ceciderant, haud quaquàm fugam paraturum esse; Verùm Herodes nocte illa evaserat: Maluccus autem, cùm ipsum manè investigaret nec deprehenderet, non mediocri dolore afficiebatur; interea Herodes * profugiens ad Cleopatram, Ægypti reginam (13.) pervenit, quæ illum magno cum honore excepit atq; exercitui suo eundem præficere voluit; sed cùm Herodes id recusâsset (nam Romam ire festinabat) regina magnis eum divitiis donavit navesq; parari jussit, quibus ipse in Cittim i.e. Italiam (14.) deferretur, conscensa igitur nave Herodes bis in Ægyptum rejectus fuit, nam hyems erat ventorumque vis ei resistebat, (15.) tandem tertia vice obsequentibus ventis mare trajecit & ad magnum illum portum, (16.) in Otranta (17.) in finibus Italiæ situm, pervenit, ubi præfectus quidam erat Augusti, Cæsaris, Imperatoris Romani, qui illum

(12.) Hæc & sequentia, usque ad: interea Herodes profugiens &c. absunt à codice Munsteriano ac videntur à Judæo interpolatore inserta esse, Josephus etiam eod. lib. 14. c. 25. rem aliter narrat, dum scribit, Malchum, Arabiæ regem, nuntios misisse ad Herodem, ne in Arabiam veniret, quare Herodem flexo itinere in Ægyptum venisse & quæ hic de Herode referuntur, ea de Iosepho, illius fratre, intelligenda sunt, qui urbem Massadam, quæ ab Antigono obsidebatur, ob aquarum penuriam relinquere voluit; sed pluviâ divinitus immissâ ab incœpto destitit, prout refert Josephus dict. lib. 14. c. 26. vid. & cap sequ. 10. num. 9. & Egesipp. l. 1. de Bell. Iud. c. 30. it. signum sequ. * h. cap.

* Confer. quæ num. præced. 12. h. cap. notata sunt.

(13.) Idem refert Josephus eod. lib. 14. c. 25. circà fin. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 11. consentit & Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 29.

(14.) Ita nomen כתים hic vertere volui, quam interpretationem ipse etiam contextus requirere videtur, confer. Josephus & Egesippus loc. alleg. vid. supr. h. lib. 5. c. 1. n. 74. & infrà eod. l. 5. c. 18. n. 5. ibique not.

(15.) Egesippus dict. l. 1. c. 29. scribit, quòd Herodes inexpectatis ventorum flatibus profectus circà Pamphiliam periculum inciderit.

(16.) Sic dictionem: מחוז, quæ hic habetur, communiter exponunt, confer. Psalm. 107. v. 3. Munsterus hoc loco interpretatur: litus.

(17.) Hebr. באומרנטא, ita hic in nostro codice; Munsterianus habet: באנכונרא, ubi vertitur: juxtà Anconam, certè Otranto recentioris ævi nomen est idque à recentioris quoque temporis Judæo interpolatore hic adjectum esse videtur, Josephus lib. 14. c. 25. circà fin. scribit, Herodem Βρεντήσιον Brundusium venisse, sic & lib. 1. de Bell. Jud. c. 11. nominatur, cui etiam Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 29. consentit, confer. etiam Munsterus in Notis h. loc.

הים ויבא למחוז הגדול אשר באוטרנטא
אשר בקצה ארץ איטליא· ושם היה
פקיד אחד לאגוסטוס הקיסר המושל
ברומה ויקבלהו בכבוד גדול ויתן לו
סוסים ואנשים ויוליכוהו לרומא וילך
ויבא אל רומא ויתן בבית אנטוניוס
ברומה הוא אודבו והוא הנקרא עוד
מארקוס גבור רומא· ויספר לו את כל
אשר קרהו וכי מרד אנטיגנוס על הורקנוס
דודו ואטרהו בנחשתים ויקצץ את אזני
לבלתי היותו כהן עוד ושדרג את פסלו
אחיו וכי התחבר עם פגודום מלך פרס
ויהלל את מלכות רומה וישען במלך
פרס· ויהי בשמוע אנטוניוס ואגוסטוס
והוישישים אשר ברומה שהללו פגודום
מלך פרס ואנטיגנוס מלך יהודה את
מלכות רומה ויועצו יהדיו ולא אחר הדבר
בעצתם ויקראו את היהודים וישימו כתר
מלכות בראשו ויצו אגוסטוס את העם
להקוע בשופרות ויקעו בשופרות וירימו
קול ויריעו תרועת שמחה ויאמרו מלך
היהודים ביהודה ובירושלם עיר הקדש
ויצאו

lum magno honore affecit eique equos & viros dedit, qui ipsum Romam deducerent. (18.) Herodes igitur, cùm eò venisset, in ædibus Antonii, amici sui, qui etiam Marcus appellabatur & fortitudine inter Romanos excellebat, diversatus est, eique omnia, quæ sibi evenissent, narravit, præprimis, quòd Antigonus contrà Hyrcanum, patruum suum, arma cepisset eumque catenis ligâsset atque ipsius aures amputâsset, ne amplius sacerdotio fungi posset, (19.) ac quòd Phaselum, fratrem suum, occidisset atque cum Pacoro, Persarum (20.) rege, societatem iniisset spretoque Romanorum imperio Persarum regi sese adjunxisset: Antonius autem & Augustus Senatusque Romanus, cùm audissent, quòd Pacorus, Persarum (21.) & Antigonus, Judæorum rex, imperium Romanum contempsissent, habito simùl consilio (22.) rem non distulerunt; sed Herodem vocârunt illiusque capiti regium diadema (23.) imposuerunt. Posteà Augustus præcepit populo, ut tubis inflatis sublatoque clamore Herodem læta acclamatione regem Judæorum (24) urbisque sanctæ Hierosolymitanæ appellarent, quo facto Augustus & Antonius Herodem deducentes medium (25.) ad Antonii ædes venerunt, qui splendidum eisdem convivium instruxit, ad quod non solùm Augustum, sed etiam Consulem (26.) omnes

(18.) Confer. Josippi Epitom. p. 107.

(19.) Vid. Joseph. dict. lib. 14. c. 25. confer. & cap. antec. §. n. 44.

(20.) Parthorum, vid. quæ eod. cap. antec. num. 10. 13. & 16. annotata sunt.

(21.) Parthorum, vid. num. antec. 20. & cap. seq. 10. n. 1.

(22.) Josephus Antiq. lib. 14. c. 26. scribit, Messalam & post hunc Atratinum convocâsse Senatum eique Herodem commendâsse, idem refertur ab eod. Josepho l. 1. de Bell. Jud. cap. 11. circà fin. cui & Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 30 consentit.

(23.) Tacitus Histor. lib. 5. c. 9. n. 3. refert, quòd regnum ab Antonio Herodi datum victor Augustus auxerit.

(24.) Ad hanc dignitatem Herodes, vulpes illa, diù aspiraverat, ac jam dudum promiserat, se maximam auri vim daturum, si rex Judæorum fieret, cui & peropportuna sese obtulit occasio, dum Parthorum rex cristas erexit contrà Romanos atque Herodes optimus defensor imperii Romani in Oriente à Senatu constitutus fuit, prout Munsterus hic notavit, confer. & Josippi Epitom. p. 107.

(25.) Idem refert etiam Josephus dict. lib. 14. c. 26. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 11. cui etiam Egesippus l. 1. de Excid. Hierosol. cap. 30. adstipulatur.

(26.) Ita hic Hebr. ישיש interpretor, vid. quæ suprà

omnesque Senatores Romanos vocavit, ubi comedendo simùl ac bibendo lætati sunt propter Herodem, quòd is rex esset factus, fœdus quoque cum ipso renovarunt, illumque diem primum (27.) regni Herodis notârunt atque fœdus illud tabulæ æneæ insculpendum curârunt, eamque in Palatio (28.) regio atque Cæsareo, quod Romæ erat, reposuerunt, ut in illa fœdus perpetuò legi posset.

ויצאו אנטניוס ואנטוניוס והורודוס
בתוכם ויבואו אל בית אנטוניוס כי ערך
להם משתה גדול׳ ויקיא אנטניוס ואת
הישיש ואת כל וקבי רומא ויאכלו וישתו
עמו וישמחו מאד מאד על הורודוס אשר
מלך וירשו בירת עמו ויכתבו את היום
ההוא תחלת מלכות הורודוס ויכתבו את
הברית בלוח נחושת וישימו אות׳ בראש כל
המלכות והקסריות אשר ברומה לקרוא
בה הברית כל הימים׳

CAP. X.

QUibus peractis Antonius & Herodes conscensis navibus ad bellum contrà Pacorum, Persarum, (1.) & Antigonum, Judæorum regem, profecti sunt, multarumque navium classem & ingentem ac validissimum exercitum secum duxerunt, exscensuque è navibus facto Antonius Antiochiam pervenit, atque inde ad bellum adversùs Pacorum, Persarum regem, abiit; Herodes autem ad urbem Ptolemaida, (2.) quæ & Acco dicta fuit, profectus est cum maxima ac prævalida Romanorum manu; præstantissimi verò Romanorum duces, quos Augustus unà miserat, erant Ventidius (3.) & Silon; Ast Antigonus cum omnibus copiis suis

ויהי אחרי הדברים האלה ויבאו אנטוניוס
והורודוס בספינו׳ לבא להלחם עם פקורוס
מלך פרס ועם אנטיגנוס מלך יהודה
ועמהם ספינות ואניות רבות חיל גדול
ואדיר כבד מאד׳ ויצא אנטוניוס
באנטוכיא ויעבור שם להלחם בפקורוס
מלך פרס והורודוס יצא אל הלמירה היא
עכו ועמו חיל רומי׳ יד גדולה וחזקה
עמו׳ ואז היה ינטאריאו׳ ושלקום גבורי
רומים אשר שלח אגוסטוס׳ בעת ההוא
אנטיגנוס וכל וילו הנים על המצדה
אשר

prà lib. 3. c. 17. num. 6. & lib. 4. c. 4. n. 23. notata sunt.

(27.) Idque contigit Olympiade 184. Coss. Cajo Asinio Pollione, prout scribit Josephus Antiq. lib. 14. c. 26.

(28.) Munsterus habet: in Capitolio, cui etiam Josephus dict. lib. 14. cap. 26. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 11. adstipulatur, aliàs leges in æs incisæ in ærario condebantur; vid. Sueton. in vita Julii Cæsar. c. 28.

(1.) Parthorum, vid. quæ hac de re cap. antec. 9. num. 20. & 21. annotata sunt, it. cap. sequ. 11. n. 1. & cap. 13. n. 6.

(2.) Idem refertur à Josepho dict. lib. 14. cap. 27. & l. 1. de Bell. Jud. c. 12. consentit etiam Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 30. Hæc urbs Ace Straboni dicitur, Acite Josepho lib. 2. de Bell. Jud. c. 17. vid. supr. l. 3. c. 17. n. 11. & lib. 4. c. 9. n. 14. & c. 15. n. 7. ibique not.

(3.) Hebr. בנטידיום ופילון, sic in codice Munsteriano, quem hic potius secutus sum, quàm nostrum,

אשר לאחזם כי שם היו בני בית הורודום
ואמו מלחתנתו ואוהבתו ויוסף אחיו
ויצמאו למו׳ אנשי העיר כי אנטיגנוס
הרס את כל תועלות המי הבאות העירה
וכל אנשי העיר גלאו בבר מהמלחמה
ויאבו לפתוח את העיר ויוסף אחי
הורודום אשר היה בתוכם חשב לברוח
למלך הערב ולא אבה לברוח אליו כי
שמע אשר נחם מלך הערב על דבר שלא
קבל להורודו בבריחו מפני אנטיגנו׳
ויזנעהו אלהים מלברוח ויסתרו
לאנטיגנוס כי אלהים נתן מטר על הארץ
בלילה ההוא וימלאו את כל הבורות
מים ויחשוב מלך הערב כי על זה יחזל
הורודום מלברוח׳ ואז יצא הורודום
מעכו ובל הגדוד אשר שלח אנטוניוס
עמו עם שרי רומא לעזרתו עמו ויבואו
אל המצודה על נוצה אנטיגנוס ויוריעו
את יוסף אחיו טרם בואם כי הם באים
ויצא

suis tunc temporis Massadam, (4.) Idumæorum urbem, ubi Herodis familia, nimirùm mater, socrus, sponsa atque ipsius frater, Josephus, erant, obsidebat (5.) adeò arctè, ut incolæ urbis siti admodùm laborarent, Antigonus enim omnes canales, quibus aqua in urbem deducebatur, destruxerat; cùmque jam anteà cuncti urbis incolæ militari labore defessi essent, illi portas urbis aperire voluerunt; sed Josephus, Herodis frater, qui inter illos tunc erat, ad regem Arabiæ profugere sibi proposuit; à quo tamen incœpto posteà distitit, (6.) quia audiverat, regem Arabiæ pœnitentiâ ductum esse, (7.) quòd Herodem non recepisset, (8.) cùm is ob Antigoni metum fugeret. DEus enim illum averterat, ne fugeret atque in manus Antigoni veniret, nam nocte illa (9.) pluvia in terram divinitùs ceciderat tàm copiosa, ut omnes fossæ aqua replerentur, quocircà Arabiæ rex in opinionem venit, Herodem sese fugæ haud commissurum. Eodem tempore Herodes Accone egressus (10.) cum universo exercitu, quem Antonius unà cum ducibus Romanis eidem auxilio miserat, Massadam ad castra Anti-

strum, ubi ינטאריאום ופלקום corruptè legitur, in eodem Munsteri codice post סילון additur nomen פרליאום, unde ipse transtulit: Silo Pardelius, vid. infr. h. cap. n. 14. & 15. Hujus Ventidii & Silonis meminit etiam Josephus dict. lib. 14. cap. 26. in fin. & cap. 27. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 12. princ. eidem adstipulatur & Egesippus. l. 1. de Excid. Hierosol. c. 30.

(4.) Vid. quæ cap. antec. 9. num. 8. annotata sunt, confer. & infra n. 10. h. cap.

(5.) Confer. Josephus & Egesippus loc. alleg. ubi etiam ictius rei fit mentio.

(6.) Veram caulam, cur Josephus, Herodis frater, ab incœpto destiterit, refert Josephus eod. l. 14. c. 26. nempe pluviam divinitus immissam, vid. quæ paulò post n. 9. h. cap. annotata sunt, confer. Id. Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 12. & Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 1. c. 30.

(7.) Josephus quoque dict. cap. 26. in fin. refert, Malchum, Arabiæ regem, pœnitentiâ ductum fuisse, quòd Herodem non admisisset in regnum suum, cui & Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 29. adstipulatur.

(8.) Confer. hic codex Munsterianus, in quo res paulò aliter refertur.

(9.) Quæ hic de Herode per errorem ab autore nostro vel potius illius interpolatore referuntur, ea de ipsius fratre, Josepho, qui ab Antigono in urbe Massada obsidebatur, intelligenda sunt, nam urbem illam Josephus ob aquarum penuriam relinquere voluit; sed pluviâ divinitus immissâ ab incœpto destitit, vid. Joseph. dict. l. 14. c. 26. & Egesipp. de Excid. Hierosol. lib. 1. c. 30. confer. & cap. antec. 9. n. 12.

(10.) Nimirùm, ut Massadam ab Antigoni obsidione liberaret, vid. quæ suprà c. 9. n. 14. & h. cap. 10. n. 2. annotata sunt.

ויצא יוסף אחו מן העיר ויתאבר עמהם
וילחמו באנטיגנוס ויכו את מחנהו ויגש
אנטיגנוס אל ירושלם׳ ויוצא הורודוס
את כל אנשי ביתו מהמצודה ויאספו
את כל חילו כי נפלו עליו יהודי רבים
ואל גדול לחזקו ויבא אל ירושלם ויצ
עליה הוא ושרי הרומיים עמו והם השרי׳
אשר שלח אנטוניו לעזרתו׳ ולא אבו
שרי הרומי׳ להלחם באנטיגנוס ויפרו
את מצות אנטוניוס כי נתן להם
אנטיגנוס שחד׳ אבל לא הרג צרץ
הורודוס אל עזתם כי היה חל גדול
מהיהודים בעזרתו׳ ויתן הורודוס בירושלם
וילחם באנטיגנוס ויצר על ירושלם׳ ויצו
ויעבירו קול בכל מחנהו לסבוב את העיר
ויסובו את העיר׳ ושרי רומא אשר באו
עמו והם בנטריאו׳ וסילון ופרדליוס אשר
לקחו שוחד מאנטיגנוס לא אבו לגלות
הדבר אל הורודוס מהשתדר אשר לקחו
ויגש הורודוס אל החומה ויקרא בקול
גדול לאמר ויאמר שמעו אלי והאזינו לי
ובאו להשלים עמי כי טוב לכם להשלים
עמי מלהלחם ויהרישו אנשי העיר ולא
ענו לו דבר ומחרץ לירושלם היו מערות
גדולות׳ וכאשר שמעו פריצי ירושלם
כי

Antigoni (11.) pervenit; Josephus autem, Herodis frater, de adventu copiarum auxiliarium certior erat factus, antequàm illæ appropinquarent) tunc Josephus urbe erumpens fraternis copiis sese adjunxit, & ambo unitis viribus Antigonum adorti eundem castris exuerunt ac profligârunt, cumque ipse Hierosolymam evasisset, Herodes familiam suam omnem Massada eduxit (12.) atque universis copiis coadunatis (nam multi ad illum Judæi defecerant & ingens hominum multitudo eidem sese junxerat) Hierosolymam aggressus est urbemque unà cum ducibus Romanis, quos Antonius illi subsidio miserat, obsedit; Romani autem duces pecuniâ ab Antigono corrupti (13.) arma contrà illum ferre noluerunt, spretô Antonii mandatô; sed Herodes ipsorum auxilio ne quidem opus habuit, nam maximæ Judæorum copiæ eidem suppetias tulerant, quibus ille fretus Hierosolymam obsedit eamque oppugnavit, ac prælium cum Antigono iniit. Posteà præconis voce per universa castra proclamari jussit, ut urbem circumdarent, quod etiam factum est; Ducesautem Romani, qui cum Herode venerant, nempe Ventidius (14.) & Silon Pardelius, (15.) muneribus ab Antigono corrupti, Herodi rem (16.) detegere noluerunt. Hic igitur ad mœnia accedens & magna voce exclamans: auscultate, inquit, & attendite mihi, pacemque mecum facite, hanc enim satius vobis erit colere, quàm bellum gerere: sed incolæ urbis ad ista tacuerunt, nec ei quid-

(11.) Idem refert Josephus Antiq. l. 14. c. 27 prine. & l. 1. de Bell. Jud. c. 12. confer. & Egesipp. l. 1. de Excid. Hieros. c. 30.
(12.) Vid. Joseph. loc. alleg. ubi idem narratur.
(13.) Confer. idem Joseph. loc. alleg. & Egesippus l. 1. de Bell. Jud. c. 30.
(14.) Hebr. בנטריאוס, sic in codice Munsteriano, quem hic potius secutus sum, quàm nostrum, ubi corruptè legitur בנטריאוס, vid. quæ suprà h. cap. n. 3. notata sunt.
(15. Hebr. וסילון פרדליאוס, ita hic Munsteri codex, in nostro legitur interjecta copula: וסילון ופרדל׳ i. e. & Silon & Pardelius, quasi diversa sint nomina diversique duces; sed rectius deletâ copulâ duo ista nomina de uno duce sunt intelligenda, prout in Munsteri codice habetur, vid supr. h. cap. n. 3. ibique not.
(16.) Insidias nempe Herodi structas, quarum paulò post apud autorem nostrum fit mentio.

כי הורודוס בא נהכאו שם לארוב לו
ויודע הדבר להורודוס׳ ויתן שם ויצו
לתרשים ויעשו כבלי ברזל גם עשר
תבות עץ גדולות ויקשרום בכבלי ברזל
אשר עשה וימלא את התיבו׳ בתרשים
גבורים בכלי מלחמתם וגם לחם ומזון
שם בתיבות עמהם׳ ויתן בידם מגלות
ארוכות להוציא את הפריצי׳ מן המערות
אשר היו שם וירד את התיבות בראש
ההר ויהנם על פי המערו׳ ויראו הפריצים
מאד לצאת מן המערו׳ ואז את׳ מן
הבתורי׳ הגיר חרב חפש בידו את כבל
הברזל אשר התיבות תלויה בו וידלג
בכבל ויקפוץ בתוך המערה ויהרוג רבים
מן הפריצים ויהפוש את פגויה׳ במגל
וישמטם בעמק המערה׳ ויעשו כן כל
הבתורים וידרגו כל הפריצים מכל
המערות ולא נשארה רק מערה אחת כי
לא שמו תיבה על פיה׳ ושם היה זקן
אחד עם אשתו ושבעה בניו ויעמד הזקן
על פי המערה ויאמר אליהם צאו ויצא
אחד מהם וישלוף הזקן חרבו ויכהו
וגם השני המית וגם את השלישי וגם
כל שבעת בניו עד תומם׳ ואת כי המלך
הורודוס חמל עליה׳ ויעקץ ויחנן לזקן
אשר לא יהרוג לבניו ולא שמע הזקן
הדב׳ למלך ויחרף ויגדף ויקלל את
המלך

quidquam responderunt; erant autem extrà urbem Hierosolymam speluncæ maximæ: grassatores (17.) igitur urbis Hierosolymæ, cùm audissent, Herodem adveniſſe, in cavernas illas sese abdiderunt, ut ei insidias struerent; sed res detecta fuit Herodi, qui ibidem castra posuerat, & artificibus suis præcepit, ut ferreas catenas arcasque ligneas (18.) prægrandes facerent easque catenis illis ferreis alligarent; arcis autem istis impositi fuerunt strenui milites, armis, pane, vino aliisque rebus necessariis instructi, falces etiam prælongæ eisdem datæ fuerunt, quibus latrones in speluncis abditos extraherent. Cùm igitur arcæ illæ è vertice montis usque ad introitum speluncarum demissæ essent, ac latrones præ metu cavernis egredi nollent, tunc miles quidam gladiô succinctus apprehensâ catenâ ferreâ, quæ arcæ annexa erat, prosiliendo in mediam speluncam sese demisit multosque latrones interfecit eorumq; corpora falce extrahens in vallem cavernæ præcipitavit; idem omnes fecerunt milites cunctosque latrones ex omnibus speluncis deleverunt, unâ duntaxat excepta, ad cujus introitum arca haud demissa fuit, ubi senex quidam (19.) cum uxore sua ac septem filiis delitescens ad os speluncæ stetit eisque dixit: egredimini; hoc dicto unus ex illius filiis egressus est, quem senex stricto gladio interemit, idem secundo ac tertio contigit, donec omnes septem filii ab illo interfecti essent; licèt autem Herodes eorundem commiseratione ductus inclamaret atque rogaret senem, ne filios suos interimeret; ille tamen parere noluit, sed convitia, maledicta ac probra in regem jactavit, dein uxorem quoque suam trucidavit eamque super filiorum suorum ca-

(17.) Latrones, homines nequam, פריצים, de qua voce suprà lib. 1. cap. 15. n. 1. & l. 2. c. 8. n. 11. dictum est, vid. & infrà l. 6. c. 2. n. 6. atq; Egesipp. l. 1. de bell. Jud. c. 30.
(18.) Idem refertur à Josepho Antiqu. l. 14. c. 27. circà med. & l. 1. de Bell. Jud. c. 12. consentit etiam Egesippus l. 1. de Excid. Hieros. c. 30.
(19.) Consentit Josephus ut & Egesippus loc. alleg. simile ferè exemplum habetur infrà l. 6. c. 4. n. 10.

davera in vallem provolvit, tandem seipsum etiam interfecit & in vallem super filiorum suorum cadavera procidens exspiravit.

CAP. XI.

POsteà Herodi nunciatum est, Pacorum, Persarum (1.) regem, ab Antonio victum atque interemptum (2.) & ab eodem castra ad Euphratem fluvium (3.) posita esse: Herodes igitur ei obviam progredi cupiens maximam in itinere turbam hominum invenit, qui Antonio suppetias ferre volebant; nec transire poterant, quia Arabes (4.) obsistebant, à quibus omnes, quos in itinere inveniebant quosque ad auxilium Antonio ferendum festinare deprehendebant, interfecti sunt: quo cognito Herodes eum militibus suis adversùs eosdem profectus prælium cum illis iniit eosque fugavit. (5.) Tunc Antonius magnum quadrigarum atque equitum numerum aureamque coronam Herodi regi muneri misit, quòd sibi auxilio venisset, Arabesq; prostravisset atque viam aperuisset, ipse quoque Antonius regi advenienti obviam progressus (6.) eundem amplexatus & osculatus atque una cum ipso valdè lætatus est; Antonius autem devicto interemptoque Pacoro, Persarum rege, in Ægyptum proficisci statuit, Sosiumque, (7.) exercitus sui ducem,

(1.) Parthorum, vid Joseph. Antiq. l. 14. c. 27. circà med. & l. 1. de Bell. Jud. c. 12. confer. & cap. antec. 10. n. 1. ibique not.

(2.) Tacitus Histor. l. 5. c. 9. scribit, quòd rex Parthorum, Pacorus, Judæâ potitus interfectusque sit à P. Ventidio.

(3.) Ubi Samosata ab Antonio obsidebatur, referente Josepho loc. alleg. confer. & Josippi Epitom. pag. 108.

(4.) Vid. Josippi Epitom. dict. pag. 108. & seq.

(5.) In codice Munsteriano hic adjecta sunt ista: ויפתח ארח הדרך וילכו אל אנטוניוס כל המבקשים i. e. viamque aperuit omnibus, qui ad Antonium transire volebant, rexque universa ipsorum præda potitus abiit, eadem etiam à Josepho dict. l. 14. c. 27. referuntur.

(6.) Consentit Josephus loc. alleg.

(7.) Idem refert Josephus dict. l. 14. c. 27. Tacitus Histor. l. 5. c. 9. scribit, quòd C. Sosius Judæos subegerit, in Josippi Epitom. pag. 109. corruptè legitur כסיאו i. e. Casio vel Cassius, legendum enim est: פוסיאוס, prout in nostro habetur codice.

cem, cum maxima validissimaque militum Romanorum manu Herodi socium adjunxit, & ad omnes Syriæ præfectos epistolam misit (8.) in hanc sententiam: Marcus Antonius Imperator (9.) omnibus Syriæ præfectis salutem! Notum vobis sit, quòd Herodes super universam Judæam rex constitutus sit, idque tàm Octaviani Augusti, regis regum, quàm meo Senatusque Romani mandatò; nunc itaque cavete, ne milites vestros prohibeatis, quò minus ei auxilium ferant in bello adversùs Antigonum, nam si eidem non promptè juxta mandatum meum suppetias tuleritis, gladius ac pestis magna vobis imminebit, ego Marcus Antonius juravi nec mutabo sententiam. Posteà Herodes ac Sosius ad bellum contrà Antigonum profecti sunt, quos exercitus Romanus omnesque Syrorum copiæ sequebantur: in itinere autem nunciatum fuit Herodi, Josephum, ipsius fratrem, in bello occubuisse, (10.) nam & ipse & omnes Romanorum copiæ, quæ ab initio cum Herode in Judæam venerant, à Pappo (11.) interfectæ erant, cùm enim illarum duces ab ipsò in fugam acti essent, Josephus, Herodis frater, hosti viriliter resistens tergum vertere noluit, sed adversùs Pappum dimicans cecidit atque ita in prælio vitam finivit; eodem die triginta sex millia militum Romanorum simùl occubuerunt, qui omnes à Pappo interfecti sunt; ab eodem quoque Josephi caput absciissum atque Hierosolymam ad Antigonum regem missum fuit, quod Pherora, (12.) Herodis frater, quinquaginta talentis

(8.) Vid. Josippi Epitom. dict pag. 109.

(9.) In Hebræo hic legitur: מושל מלכים i. e. imperans regibus.

(10.) Vid. Joseph. Antiq. l. 14. c. 27. & l. 1. de Bell. Jud. c. 13. it. Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 3. c. 30. ac Josippi Epitom. pag. 110.

(11.) In Josippi Epitom. dict. pag. 110. corrupte legitur פמפיוס i. e. Pampius, legendum enim est: פפוס, sicuti in nostro & Munsteriano codice habetur, confer. & Egesipp. eod. l. 1. c. 30. & Joseph Antiq. l. 14. c. 27.

(12.) Hebr. פרורה, sic in codice Munsteriano, cui & Josephus dict. l. 14. c. 27. consentit, hos igitur hic sequi malui, quàm nostrum, ubi corruptè legitur per Daleth: פרודה i. e. Pherora, legendum enim: Pherosa.

(13.) auri redemit & in ſepulchro patrum ſuorum ſepelivit. Et hæc quidem nunciata ſunt regi, quæ eidem jam anteà erant nota; nam, quæcunque fratri ſuo evenerant, ipſe per ſomnium viderat. (14.) Rex itaque paululum conſternatus ac mœſtus fuit; vindictam verò haud diſtulit, nam, relicto cum omnibus copiis ſuis Soſio, ipſe duodecim millia Romanorum ac viginti millia Judæorum ſecum ducens ad Libanum (15.) pervenit, quem montem cùm tranſiiſſet, caſtris inde motis aciem adverſus exercitum, à Pappo ſibi oppoſitum & in finibus Galilææ deprehenſum, inſtruxit eumque à meridie ad veſperam usque percuſſit (16.) ac maximam ei cladem intulit; appetente autem veſpere rex omnibus militibus præcepit, ut cibo potuque vires reficerent; ipſe verò cum familiaribus ſuis ſpatioſam (17.) quandam domum, quæ ibidem erat, introiit; accidit autem, ut cœnante rege tota domus repentè ſuper regem ejusque familiares corrueret; ſed ruinâ iſtâ nec rex nec alius quisquam ex ipſius familiaribus occubuit aut læſus eſt, quapropter omnis populus credidit, regem Divino numini (18.) præprimis curæ eſſe: hac de re, (19.) inquit Joſephus ſacerdos, Gorionis filius, alii quoque gentium ſcriptores teſtati ſunt, Herodem regem à Deo præcipuè amari.

אנטיגנוס מלך ירושלם ויקנהו פרודרס
אחי הורדוס בחמשי ככרי זהב ויקברהו
בקברות אבותיו. ויגידו למלך הורדוס
את הדברים האלה והוא כבר ידע ג"כ
את הדברים האלה כי בחלום ראה את
כל אשר קרה לאחיו ויתבהל המלך
ויתאבל מעט ולא אחר לעשות נקמה.
ויעזוב את פוסיאוס עם כל הצבא ויקח
שנים עשר אלף רומים ועשרים אלף
יהודה ויבא בלבנון ויעבור ויעקן משם
וילך להלחם על הצבא אשר שלח פפוס
לקראתו וימצאם ביתרתי הגליל ויכם
מהציו היום ועד הערב מכה רבה מאד.
ויהי בערב ויצו המלך אל כל בחוריו
לאכול ולשתות והוא עם אנשי ביתו באו
על תוך בית אחד גדול אשר היה שם.
ויהי באכול המלך ויפול פתאום כל
הבית הזה על המלך ועל אנשי ביתו.
ולא מת המלך לא הופצע בפצע לא
הוא ולא אחד מאנשי ביתו ועל כן
האמינו כל העם כי הוא מלך אהוב
לאלהים. ויאמר יוסף הכהן בן גוריון
הבהן כי כן העידו גם כן סופרים אחרי
מסופרי הגוים כי המלך הורדוס היה
אהוב לאלהים.

CAP.

(13.) Conſentit Joſephus loc. alleg. & l. 1. de Bell. Jud. c. 13. Egeſippus l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 30. ſcribit, quòd Pherora pro capite fratris abſciſſo quinquaginta talenta obtulerit nec impetrârit.

(14.) Idem refertur à Joſepho loc. alleg.

(15.) De hoc monte vid. inter alios Tacitus Hiſtor. l. 5. c. 6.

(16.) Vid. hic Joſippi Epitom. pag. 110.

(17.) Hebr. גדול, magnam, ſic in noſtro codice, Munſterus pro גדול legit גר ac locum hunc ita vertit: ingreſſus eſt domum cujusdam Gad nomine; ſed priori lectioni, quam veriorem puto, adſtipulatur etiam Joſephus Antiq. l. 14. c. 27. & l. 1. de Bel. Jud. c. 13. Simile ferè exemplum de Simonide, qui ruinam triclinii evaſerat, refert Valerius Maxim. l. 1. c. 8. Extern. n. 7.

(18.) Sed tale fuit judicium vulgi de impio homine, notat hic Munſterus.

(19.) Hæc & ſequentia uſque ad finem hujus capitis abſunt à codice Munſteriano ac videntur à Judæo interpolatore adjecta eſſe.

CAP. XII.

וידי ממחרת ויצא הורדוס להלחם עם
אנטיגנוס ועל פפוס העומדים לגדוד
במחנה כבד מאד וחזק מלחמה גדולה
בינהם וגם אנטיגנוס אל ירושלם ופפוס
עמר שם וילחם בהורדוס ויפלו ביום
ההוא פגרים רבים וגם פפוס גבור ירושלם
הוכה והופצע במלחמה הדוא. ויכורת
פורדא את ראשו ויביאהו לפני המלך
הורדוס אחיו ויצו המלך ויקברהו כי
ראש שר נבבד היה. והבהרים אשר
נסו מהמלחמה באו ויהבאו בבתי
המקום הדוא ויצוה המלך הורדוס ויהרסו
את הבתים עליהם וימותו וינקום את
נקמת אחיו ויהי בערב ויצו המלך
לגדודיו לאכול ולשתר והוא בא במרחץ
עם שני נערים קטנים. ושם התהבאו
מגבורי פפוס שלשה אנשים אשר נסו
מהמלחמה והרבותם שלופות בידיהם ולא
נגעו את המלך וידעו עוד העם כי מן
האלהים היה המלך. ויסע משם
הורדוס וילך אל ירושלם הוא
וכל מחנהו עמו שלשים אלף משוש
יהודה ויבא עוד פוסיאוס אליו כי שלח
אותו אנטיגנוס לעזרת הורדוס ויבא
אליו בעם כבד וכוח חזקה ועמו חמש
רומים ושנים מלכים ממלכי ארם ויחנו
על

CAP. XII.

SEquenti autem die Herodes exercitum eduxit, ut cum Antigono & Pappo, (1.) qui ex adverſo validam inſtruxerant aciem, confligeret, cùm igitur acerrima exorta eſſet pugna, Antigonus ex prælio profugiens Hieroſolymam venit, Pappumque, qui Herodi ibidem fortiter reſiſtebat, reliquit; multi autem eodem die in pugna occubuerunt, inter quos ipſe quoque Pappus, dux Hieroſolymitanus, multis confectus vulneribus cecidit, cujus caput, à cervice reſectum, Pherora ad regem Herodem, fratrem ſuum, detulit, (2.) qui illud ſepulturæ tradi juſſit, quia inclyti ducis caput fuit; milites autem, qui ex prælio profugerant, in domos illius loci ſeſe abdiderunt, rex verò eaſdem ſubrui juſſit, quarum ruina ipſi oppreſſi ſunt, hoc modo Herodes fratrem ſuum ultus eſt, cùmque rex veſpere militibus ſuis præcepiſſet, ut corpora ſua cibo potuq; curarent, ipſe cum duobus (3.) pueris balneum quoddam ingreſſus eſt, ubi tres viri ex Pappi militibus, qui è prælio profugerant, deliteſcebant, hi manibus ſuis ſtrictos gerebant gladios, ſed regem non lædebant; quapropter populus iterùm in eam devenit opinionem, quòd rex Deo curæ & ab illo conſtitutus ſit. Poſteà Herodes caſtris inde motis cum omnibus copiis ſuis, quæ triginta millibus (4.) militum ex nobilioribus Judæis conſtabant, Hieroſolymam venit, cui Soſius quoque cum maximo exercitu validaque manu tàm Romanorum, quàm duorum Syriæ regum, ſeſe adjunxit (Antoninus enim illum Herodi ſubſidio miſerat.) Hi omnes

(1.) Vid. Joſeph. Antiq. l. 14. c. 27. & l. 1. de Bell. Jud. c. 13. atque Egeſipp. l. 1. de Excid. Hieroſol. c. 30. in fin.

(2.) Confer. hic Joſephus & Egeſippus loc. alleg.

(3.) Joſephus loc. adduct. unius ſolùm pueri mentionem facit, cui etiam Egeſippus loc. alleg. adſtipulatur.

(4.) Conſentit Joſephus Antiq. l. 14. c. 28. confer. & Egeſipp. l. 1. de Bell. Jud. c. 31.

על ירושלם בשנת שלש למלכות הורודוס
אש' המולך ברומה וילחמו על ירושלם
עד החלת השנה הרביעית למלכותו
ויעשו מלחמות רבות בי פעם היו יוצאים
אליהם למלחמה ומהם בהם מכה רבה
ולא היו יכולים להבריחם מעל ירושלם·
ופעם היו יוצאים ושורפים את המוללות
באש ועושים נצוח וגבורה מחרן לעיר·
ויהי אחרי כן ויתגבר חיל הורודוס על
חיל אנטיגנוס ויברחהו העירה אל תוך
החומה כי מתי מעט נשארו עם אנטיגנוס
כי נפלו גבוריו במלחמה· ויהי אחרי כן
ויקומו בלילה עשרים גבחים מגבורי
הורודוס וירימו סולמות על החומה ויעלו
אותיה· גבורי סוסיאוס כי שומרי החומה
שכבו עיפים· ויהי בעלותם ויכו את
השומרים וירוצו אנשי המלחמה אשר עם
הורודוס וישברו השער ויבהלו אנשי העיר
ותלכד ירושלם עיר הקדש ויבואו הורודוס
וסוסיאוס העירה ויכו שרי סוסיאוס
באנשי העיר מכה רבה ועצומה מאד ולא
חמלו על בחור ועל בתולה ועל זקן
ואשה· ויקצוף הורודוס על שרי סוסיאוס
ויאמר אל שרי סוסיאוס אם את כל העם
תאבל חרב אני אנה אמלוך· ויהי
כשמוע סוסיאוס ויעבור קול לאמר כי
הרוגג נפש אחת מות יומת· וירוצו שרי
סוסיאוס

mnes Hierosolymam obsidione cinxerunt anno tertio, ex quo Herodes rex declaratus erat (5.) Romæ, atque urbem oppugnârunt usque ad initium anni quarti ejusdem regni, ubi multa commissa sunt prælia, nam Hierosolymitani eruptione interdum ex oppido facta magnam hostium stragem ediderunt; eosdem tamen urbe propellere & in fugam vertere non potuerunt, interdum urbe egressi hostium ageres igne succenderunt atque rem fortiter & strenuè extrà urbem gesserunt: sed Herodis copiæ tandem Antigoni milites vicerunt eosque intrà urbem ac mœnia compulerunt, quia pauci superstites erant cum Antigono & fortissimi quique in bello ceciderant: accidit autem posteà, ut nocte quadam viginti milites (6.) è castris Herodianis scalas mœnibus urbis admoverent, quos etiam Sosii milites sequebantur, quia custodes urbis præ lassitudine dormiebant; cùm igitur illi mœnia conscendissent ac vigiles interfecissent, Herodis milites ad portam urbis festinârunt eamque confregerunt & consternatis civibus Hierosolymam, urbem sanctam, ceperunt, quam posteà Herodes & Sosius intrarunt (7.) quô factô duces Sosii maximam & atrocissimam civium stragem ediderunt nec juveni nec virgini nec seni nec mulieri parcentes; Herodes autem Sosii ducibus succensens, si gladius, inquit, omnem absumpserit populum, ubinam ego regnabo? (8.) quapropter Sosius, cùm id audisset, proclamari jussit: quicunque hominem (9.) interfecerit, is morte mulctetur; duces verò Sosii ad Templum festinârunt ejusque portas aperire conati sunt, ut Sanctum Sanctorum viderent, sed illud perficere non potuerunt,

(5.) Confer. Josephus & Egesippus loc. alleg. it. Josippi Epitom. pag. 111.
(6.) Λοχάδες vocantur à Josepho l. 14. c. 28. confer. etiam id. Joseph. l. 1. de Bell. Jud. c. 13. & Egesipp. l. 1. de Excid. Hieros. c. 31.
(7.) Vid. Josippi Epitom. pag. 111.
(8.) Confer. hic Josephus dict. l. 14. c. 28. & l. 1. de Bell. Jud. c. 13. atque Egesipp. l. 1. de Excid. Hieros. c. 31.
(9.) Munsteri codex hic addit: מישראל i. e. ex Israël seu populo Israëlitico.

סוסיאוס אל הרוכל ויבקשו לפתוח את
הרוכל ולראות קדש הקדשים לא יכלו
כי המלך הורודוס שלח את תיבו ויעמוד
לפני שער הוהכל ובחודיו עמו ויבריחו
היהודים מלראות את קדש הקדשים כי
אמר המלך טוב לנו למות ואל יראו
גוים סתרי יי וגם כן את כל שלל העיר
הציל· בעת ההיא נתן סוסיאוס אל
הוכל יי למנחה עטרת זהב גדולה כי
ירא מאד פן יקראהו דבר מאת יי על
אשר נלחם בעיר יי ואת היא הרעה
שבאה לירושלם עיר הקדש בימי שרי
רומים מרקם אנטוניו אגריפס ובנזיאא
וגלום בשנת תמש ושמונים ומאה
לאופלידום בחדש הר' בימם הצום· ויהי
אחרי כן וילך סוסיאוס אל אנטיגנוס
למצרים

ruht, quia Herodes stricto gladio (10.) ante portam Templi cum militibus suis stetit Romanosque abegit, ne Sanctum Sanctorum viderent, rex enim dixerat: satius nobis erit, mortem oppetere, quàm permittere, ut gentes arcana Domini introspiciant; rex etiam prohibuit, ne tota urbs deriperetur. (11.) Eodem tempore Sosius Templo Domini coronam auream (12.) magni ponderis ac pretii dono dedit, quia valdè metuit, ne fortè aliquid adversi sibi divinitùs eveniret, quòd urbem Domini expugnâsset: calamitas autem ista Hierosolymæ, urbi sanctæ, contigit Consulibus Romanis, Marco Antonio (13.) Agrippa & Caninio (14.) Gallo, anno centesimo & octogesimo quinto (15.) Olympiadis (16.) mense quarto, (17.) ipso jejunii die. Posteà Sosius ad Antonium (18.) in Ægyptum abiit; (19.) Antigonus autem catenis vinctus detinebatur. (20.) Dein Herodes magnam auri argentique

(10.) Idem refertur à Josepho & Egesippo loc. alleg. vid. & Josippi Epitom. pag. 111.
(11.) In codice Munsteriano hic adjecta sunt ista: אז נתן המלך מרכושו אל סוסיום ואל שריו זהב וכסף את שכר עזרתם אשר עזרוהו ואת יתר שלל העיר הציל וכי i. e. tunc rex è bonis suis Sosio ac ducibus ejus aurum & argentum dedit, stipendium scil. pro auxilio ab illis præstito atque urbem à spolio servavit, quibus etiam consentit Josephus dict. l. 14. c. 28. & l. 1. de Bell. Jud. c. 13. vid. etiam Egesipp. l. 1. de Excid. Hieros. c. 31.
(12.) Idem refert Josephus, ut & Egesippus loc. alleg. confer. etiam Josippi Epitom. pag. 112.
(13.) Pro: Antonio, videtur ex fastis Consularibus legendum esse: Vispanio, Munsteri codex nonnen istud omisit, sicuti etiam apud Josephum dict. l. 14. c. 28. solum Marcus Agrippa nominatur.
(14.) Ita ex jam dictis fastis Consularibus hæc nomina restituere volui; Munsteri codex habet: Candidio Gallo; Josephus dict. c. 28. legit: Canidius Gallus, in nostro exemplari Hebraico nomina planè corrupta leguntur.
(15.) Munsteri codex habet: בשנת קפ"א i. e. anno 181. sed priori lectioni, tanquàm veriori, adstipulatur Josephus l. 14. c. 28.
(16.) Hebr. לאוליפיאדס, ita Munsteri codex, quem hic potius secutus sum, quàm nostrum, ubi corruptè legitur: לאופלידום, vid. quæ suprà l. 4. c. 17. n. 10. notata sunt, it. suprà h. lib. 5. c. 1. n. 19.
(17.) Josephus dict. l. 14. c. 28. habet τῇ δ' μηνὶ, mense tertio, & addit, eodem jejunii festo antè 27. annos Hierosolymam à Pompejo captam fuisse.
(18.) Hebr. אנטוניום, sic in codice Munsteriano, quem hic magis sequi volui, quàm nostrum, ubi corruptè legitur: אנטיגנוס i. e. Antigonus.
(19.) Consentit hic Josippi Epitom. pag. 112.
(20.) Egesippus l. 1. de Bell. Jud. c. 31. scribit, quòd Antigonus se dejecerit ad pedes Sosii, à quo etiam vinctus in carcerem detrusus sit, confer. & Josippi Epitom. pag. 112.

СИТСТСКА БИБ

que vim ad Sosium misit, (21.) ut Antigonum interficeret, quia metuit, ne aliquando regnum ad illum reverteretur. Quapropter Herodis consilio Antigonus interemptus fuit; (22.) quo facto Herodes secure regno præfuit Judaico.

למצרים ואנטיגנו אסור בנחשתי וישלח הורודום בסף זהב לרוב אל סהיאום להרוג את אנטיגנום ויבקש להורגו בעצת הורודום כי יוא הורודום פן ישוב אליו המלכות עוד וירדפהו׳ ויהי באשר נהתך אנטיגנום אז מלך הורודום לבטח על יהודה׳

CAP. XIII.

HErodes igitur, cùm ex animi sui sententia regnaret, omnes Judæos, qui ab initio secum senserant sibique auxilium tulerant, magno affecit honore, præprimis Hillelum seniorem, (1.) Pharisæorum principem, atque Schamæum, ejusdem discipulum, admodùm honoravit, hi enim primi fuerunt, qui populo svaserant, ut Herodem eligerent regem, Pharisæi enim dixerant, istud à Domino factum esse propter iniquitatem populi & satius esse, illum regnare, quàm in urbe Hierosolymitana multum sangvinis effundi: propterea Herodes Pharisæos & amicos suos omnes honoravit; hostibus autem suis non pepercit, sed eos omnes gladio interfecit ipsorumque bona ad se transtulit, quo factum est, ut maximam auri argentique vim thesauris

ליהי באשר מלך בכל אות נפשו ויכבד את כל היהודים אשר היחה יחלה ידם עליו לעזרתו׳ ויכבד את הלל הזקן מאד והוא שר הפרושים גם ככר את שמאי תלמידו כי דם היו תחלה בעצה אשי יעצו את העם להמליך הורודום׳ כי אמרו הפרושים מאת יי היא זה בעבור עון העם וטוב שימלוך טרם ישפך דם לרוב בקרב ירושלם על כן הורודום ככד את הפרושים ואת כל אוהביו אבל על אויביו לא חמל כי הרג אות׳ לפי חרב ולקח את זהבם וכספ׳ ואצרוף זהב וכסף באוצרו׳

(21.) Sic in nostro habetur codice; sed Munsterianus pro Sosio, habet Antonium, idque verius, ut puto, cui etiam Josephus dict. l. 14. c. 28. circà fin. & l. 15. c. 1. princ. consentit, vid. & Egesippus dict. l. 1. c. 32.

(22.) Josephus eod. lib. 15. c. 1. & l. 1. de Bell. Jud. c. 13. scribit, Antigonum jussu Antonii Antiochiæ securi percussum esse, cui & Egesippus l. 1. de Bell. Jud. c. 31. adstipulatur, atque ita inclytus ille Hasmonæorum principatus, postquàm 126. annis steterat, finem habuit, inquit Josephus l. 14. c. 28. in fin. causam vide infrà h. l. 5. c. 14. n. 1. transiit autem ad Herodem; qui fuit de familia populari & genere privato regibusque subjecto, tunc vaticinium cœpit adimpleri, non recedet sceptrum de Juda &c. Genes. 49. v. 10. jam dudum quidem recesserat sceptrum de tribu Juda, quia Hasmonæi regnum usurpantes, de genere fuerunt sacerdotali seu Levitico; sed scribæ de tribu Jehuda adhuc fuerunt sub regibus Hasmonæis, quos Hebræi Sanhedrin vocant; hos autem Herodes tyrannus successivè cum universo regio semine extinxit, ita Munsterus hic notavit, confer. etiam Josippi Epitom. pag. 113. confer. & suprà lib. 4. c. 18. num. 3.

(1.) Is Πολίων, uti videtur, appellatur à Josepho Antiqu. l. 15. c. 1. & c. 13. alter verò Σαμαίας, vid. infr. h. l. 5. c. 24. n. 16.

באוצרותיו לרוב׳ ועוד נלחם בכל הגוים אשר סביבותיו ויצרתם ויקח ארצ זהבם ואת כספם ויתנהו בביתו וישם שומ׳ם בשעריו לתפש כל הוצא מירושלם ולמי שימצא אתו בסף או זהב יקחוהו השומרים ויביאהו אל המלך וגם את המתים חפשו השומרים פן יסתיר האנשים זהב בעיריותיהם בנשאם אותם אל קבריהם והעשר הורודום מכל המלכים אשר היו לפניו בבית שני׳ בימים ההם והורקנום בן אלכסנדר מלך יהודי׳ היה בגלות בארץ פרס אשר הגלה אותו אנטיגנום בן אריסטובולם אותו אל פגרום מלך פרס אודבר ויוליכהו בבלה בהר המון היהודים הושבי׳ שם וישב בתוכם׳ ויקבלוהו היהודים אשר בעבי הנהר למלך ויכבדוהו כמשיח יי׳ ולא חסר דבר מן המלכות אשר מלך בירושלם רק על אשר לא שחט את הזכל וי׳ וידי כשמוע הורקנום כי מלך הורודום בן אנטיפטר אוהבו אשר הוא גדלו ויאהבהו בכנו ויהאו הורקנום לבא לירושלם כי אהודו האורח גדולה על מקדש יי׳ וישמע הורודום כי הורקנום בכבוד גדול בבבל ויירא מאד פן יבא בעלילות וישב אליו

ris suis inferret, (2.) cum omnibus quoque circumcircà gentibus bellum gessit, iisque devictis aurum & argentum, quod illis ademerat, in domum suam transtulit, custodes etiam in portis constituit (3.) qui unumquemque Hierosolymis egredientem excuterent, apud quemcunque igitur aurum vel argentum inveniebatur, id à custodibus auferebatur & ad regem portabatur; quin etiam mortuos scrutati sunt isti custodes, an fortè aurum in ipsorum feretris, (4.) dum ad sepulturam efferebantur, ab hominibus absconditum esset. Hac ratione Herodes omnes reges, qui antè ipsum in Templo secundo fuerunt, divitiis superavit. Iisdem diebus Hyrcanus (5.) Alexandri, Judæorum regis, filius, exul erat in Persia, (6.) quia Antigonus, Aristobuli, fratris ejus, filius ipsum expulerat; Pacorus autem, rex Persarum (7.) illum dilexit eumque Babylonem ad cœtum Judæorum, ibidem habitantium, secum duxit, apud quos etiam Hyrcanus mansit: Judæi enim, qui trans fluvium (8.) erant, illum tanquam regem exceperant ac sicuti unctum Domini honorârant, nec quidquam ex regia dignitate, quam Hierosolymis habuerat, ei deerat, præterquàm quòd ministerio in Templo Domini non fungeretur. Hyrcanus igitur, cùm audisset, Herodem, Antipatri filium, (quem ipse amaverat, educaverat & filii instar dilexerat) regno potitum esse, percupidus fuit (9.) eundi Hierosolymam, vehementi quippe desiderio erga Templum Domini flagrabat; Herodes au-

(2.) Idem refertur a Josepho loc. alleg. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 13. confer. etiam Josippi Epitom. pag. 113.

(3.) Consentit Josephus eod. l. 15. c. 1.

(4.) Ita hic dictionem בערישותיהם cum Munstero vertere volui, nam in Medio vocis ש non ם, uti in nonnullis exemplaribus vitiosè habetur, legendum erit, nimirum: ערש, quæ dictio lectum sive spondam notat & per Synechdochen: loculum seu feretrum, alia prorsus significatio est vocis ערש de qua vid. Comment. ad Numer. c. 15. v. 20.

(5.) Vid. Joseph. dict. l. 15. c. 1. in fine, & c. seq. 2. princ.

(6.) In Parthia, vid. suprà h. lib. 5. c. 9. n. 20. & 21. confer. & Joseph. dict. l. 15. c. 1. & c. 2. it. cap. sequ. 14. n. 18.

(7.) Hic Parthorum rex Phraates nominatur à Josepho eod. l. 15. c. 2. princ. vid. & Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 36. ac Josippi Epitom. pag. 113.

(8.) Euphratem scil. confer. idem Egesippus loc. alleg.

(9.) Vid. Josippi Epitom. p. 113.

tem, cùm fama ad illum perlata esset, Hyrcanum apud Babylonios in magno esse honore, valdè metuit, (10.) ne ipse aliquando regnum Judaicum iterùm ad se trahere conaretur, quapropter legatos (11.) ad Persarum regem misit, qui ita dicerent: Hyrcanus, qui in terra tua apud te est, educavit me eumque parentis instar colo, quia beneficus ergà me fuit, is jam in exilio vivit, ad quod illum quondam Antigonus, Aristobuli, fratris ejus filius, ætate Pacori regis, antecessoris tui, expulit; ego verò, ex quo Judæorum regnum adeptus sum, liberalitatis & beneficiorum, quæ ipse in me contulit, memoriam semper retinui, (12.) ac propterea aurum argentumque tibi muneri misi, ne ipsum ad me venire prohibeas, nam ei, si ad me venerit, honorem exhibebo ac beneficia, quæ ipse & mihi & patri meo præstitit, eidem rependam; si verò illum mittere nolueris, scias, quòd multa tibi bella tàm à Judæorum, quàm Romanorum exercitu immineant. (13.) Quapropter Persarum rex, cùm hæc audisset, certos homines Babylonem ad Hyrcanum misit, qui dicerent: si quidem desiderio flagras eundi Hierosolymam, ego nequaquam te prohibeo; id tamen svadeo, ne eò proficiscaris; sed tibi ab Herode sangvinario viro, caveas, ne fortè canitiei tuæ exitium adferat; (14.) Judæi quoque, qui Babylone habitabant, cum Hyrcano sic locuti sunt: noli existimare, Herodem benevolo ergà te animo, sed æmulatione regni impulsum legatos misisse, qui te ad se deducerent, nam reges nunquam bona rependunt hominibus, à quibus beneficia acceperunt, cùm in humiliori essent statu, (15.) quia honor illos, qui in

אליו ממלכת יהודה: וישלח מלאכים
למלך פרס לאמר הורקנוס אשר הוא
עמך בארצך הוא גדלני והוא חשוב
בעיני כאבי והוי חסיד והוא היום
בגלות אשר הגלה אותו אנטיגנוס בן
אריסתובלוס אחיו עם המלך פקורוס אשר
לפניך בפרס: ועתה כי רומלכתי אני
ביהודה זכרתי את חסדו ואת טובתו
שעשה עמי והנני שולח לך מנחת כסף
וזהב ואל המעדהו מלבוא אלי: ובא
יבוא אלי כי כבד אכבדהו ואשלם לו
גמולו ואגמלהו טובות אשר עשה עמי
ועם אבי: ואם לא תאבה לשלחו דע
כי מלחמת רבות עליך מצמא יהודים
ורומיים ויהי בשמוע בן מלך פרס וישלח
אל הורקנוס בבל לאמר אם ארבה ללכת
ירושלם אין אני מונעך אבל איעצך שלא
תלך ותשמר מפני היהודים כי איש דמים
הוא פן ישחית את שיבתך: וגם
היהודים היושבים בבבל דברו להורקנוס
כדברים האלה לאמר אל תחשוב בלבך
כי מאהבה שלח המידום אחריך להביאך
אליו כי אם מקנאה על דבר המלכות:
כי המלכים לעולם אינם גומלי טובות
לבני אדם אשר יעשו להם טובות בהיותם
בשפלות כי הכבוד בהיותם בגדולה ימיר
אותם והגדולה תהפוך את לבם: ועוד
כי

(10.) Idem refertur in Josippi Epitom. p. 114.
(11.) Josephus Antiqu. lib. 15. c. 2. scribit, Saramalam ad Parthorum regem ab Herode missum fuisse.
(12.) Simili ferè commento postea usus est idem Herodes, dum Magis dixit: ite Bethlehem Jehuda &, cum inveneritis puerum, renunciate mihi, ut & ego veniam & adorem eum, Matth. c. 2. v. 8. prout Munsterus hic notavit.
(13.) Consentit Josippi Epitom. p. 114.
(14.) Idem refertur in dict. Josippi Epitom. pag. 115.
(15.) Consentit Josephus dict. lib. 15. c. 2. & Josippi Epitom. p. 115. & seq.

כי אתה חדע כי לא תחל להכין בירושלם
בעבור המום אשר שם כך אנטיגנוס בן
אריסתובלוס אחיך כי קין ארז אונך:
ועתה שב עמנו כי לא תחבר דבר בינינו
כי אתה בעינינו כמלך ולכן שב לך
במקומך ואל התגדה עוד בהלחמות ירושלם
לרעה:

in excelso dignitatis gradu vivunt, mutat & magnitudinis excellentia eorundem pervertit animos: notum quoque tibi est, te Sacerdotio Hierosolymis haud fungi posse ob labem, quam tibi Antigonus, Aristobuli, fratris tui, filius intulit, dum aures tibi amputavit; nunc igitur mane apud nos, neque enim ullius rei penuriâ apud nosmet laboras, quia ut regem te colimus ac veneramur, quo circà eo in loco, ubi jam es, mane, nec denuò bellum, quod Hierosolymis exitium adferat, suscita.

CAP. XIV.

לא אבה הורקנוס לשמוע להם וילך
הורקנוס אל ירושלם ויצא המידום לקראתו
הוא וכל שרוי אחו וישקהו וינשקהו
ויבאהו אל ביתו ויכבדהו מאד לעיני
הכל ויעש לפניו חמיר משתה ויקראהו
אבי לעיני כל העם ובסתר צוה לקושרו
את נפשו: והשמע אלכסנדרה בת
הורקנוס אם מרימי דיא מרימי אשת
הורדוס את אלכסנדרה אשר ילדה
לאלכסנדר בן אריסתובלוס אחי הורקנוס
אביה: ותאמר אלכסנדרה אל הורקנוס
אביה השמר לך אבי מפני הורדוס כי
לא יעשה לך כל זה רק לרוצח: אבל
שמע בקולי ולך וברח לך אל מלוך מלך
הערב

Ast Hyrcanus eisdem obtemperare noluit; (1.) sed Hierosolymam abiit, (2.) ubi Herodes cum omnibus principibus suis obviam ei progressus illum amplexatus & osculatus est, atque in domum suam introduxit magnoque ipsum honore coràm omnibus affecit, (3.) illumque semper conviviis excepit ac patrem propalàm vocavit; (4.) secretò autem ipsum interfici jussit. Quapropter Alexandra, Hyrcani filia, mater Mariamnæ, (5.) quæ Herodis uxor fuit ac filia Alexandræ, quam ipsa Alexandro, Aristobuli filio, Hyrcani patris sui fratri, pepererat, cùm id audisset, Hyrcano, patri suo, dixit: cave tibi, pater, ab Herode, is enim hæc omnia non alio facit fine, quàm ut te occidat, quapropter dictis meis obtempera, & ad Maluccum, (6.) Arabiæ regem, confuge, ne vir iste sangvinarius senectutem tuam gladiò perimat; ast Hyrca-

(1.) In Josippi Epitom. pag. 117. causa adducitur, dum ibidem refertur, rem ita à Deo directam fuisse, qui injuriam sapientibus, quos pater Hyrcani & avus ejus occiderant, illatam ulcisci voluit & ob id noluit, ut Hasmonæis nomen supe esset, vid. quæ suprà l. 4. c. 18. n. 3, & h. l. 5. c. 12. n. 22. notata sunt.
(2.) Noticius, tutius apud hostem captivos degere, quàm apud regem propinquos, pœus scribit Egesippus l. 1. de Bell. Jud. c. 36.
(3.) Consentit Josephus loc. alleg.
(4.) Idem refertur in Josippi Epitom. pag. 118.
(5.) Ita nominatur etiam à Josepho Antiqu. l. 15. cap. 2. confer. & h. l. 5. c. 9. n. 1. & cap. sequ. 15. n. 1.
(6.) Vid. Joseph. Antiq. lib. 15. c. 9. & Josippi Epitom. pag. 118. ab aliis vocatur: Maluchus, it. Malchus.

הערב פן ישודות בחרב את שיבתך איש
הדמים הזה ולא אבה הורקנוס אביה
לשמוע לה׳ ותפצר בו מאד ותציקהו
ויקראו את דוסטיאוס והוא אחד משועי
יהודה ויאמינו בו ויגלו לו את הסוד כי
היה דוסטיאוס משועי יהודה ודוה אויב
להורודוס על אשר הרג את אוזיו ולכן
גלו לו את הסוד ויתנו לו שחד׳ ויכתוב
הורקנוס כתב אל מלוק מלך הערב
לשלוח אליו מלוק אנשי׳ ומוסים בסתר
ולעמוד במקו׳ אגם התומר לשאת את
הורקנוס אל מלוק מלך הערב לבזוז
מפני היהודים׳ ויהי כאשר קבל דוסטיאוס
את האגרת הואת בידו וימצא עלילה׳
להשחיו אהוב למלך הורודו׳ ויתן את
האגר׳ ביד הורוד׳ באשי׳ היתה התומרה
בתוכם הורקנוס ויגלה לו את כל הסוד
אשר דבל לו הורקנוס ואלכסנדרה בתו׳
ויהי כאש׳ קבל המלך את האגרת מיד
דוסתיאוס ויהלל אותו ויברכהו ויכבדהו
ויתן לו מנח׳ גדולה זהב וכסף ויאמר
אליו המלך לך לדרכך למקו׳ אשר שלחך
הורקנוס וקח האגרת ביד אשר נתן לך
הורקנוס התומה בתוכתו וכאשר הקבל
השובת האגרת אשר יתן לך מלוק מלך
הערב הביאנה אלי ואת האנשים ואת
המוסים

nus, ejusdem pater, morem ei gerere noluit; dum verò illa subinde instabat eumque urgebat, tandem Dositheum (7.) nobilem quendam Judæum, quem sibi maximè fidum putabant, vocârunt, eique arcanum detexerunt, nam Dositheus, ex nobili Judæorum gente ortus, inimicus erat Herodis, propterea, quòd ipsius frater ab illo occisus esset, quapropter secretum istud ei revelârunt muneraque ipsi dederunt: Hyrcanus autem Malucco, Arabiæ regi, scripserat, ut viros equosque clàm mitteret, qui apud lacum bituminosum (8.) præstò essent & Hyrcanum ad Maluccum, Arabiæ regem, deducerent eumque Herodis crudelitati eriperent; Dositheus autem, cùm literas accipisset & existimâsset, se occasionem nactum esse, qua sese in amicitiam Herodis regis insinuare posset, easdem Herodi, Hyrcani sigillo obsignatas tradidit eique arcanum omne, quod Hyrcanus & Alexandra, ipsius filia, sibi commiserant, detexit. (9.) Quapropter rex, cùm literas illas à Dositheo accepisset, eundem laudavit ac honoravit multoque argento & auro ipsum remunerans dixit: abi ad locum, quò te Hyrcanus misit & epistolam, quam tibi sigillo suo obsignatam tradidit, accipe cumque responsum ad hasce literas Maluccus, Arabiæ rex, tibi dederit, defer illud ad me mihique viros & equos, quos ille ad Hyrcanum abducendum miserit, ostende, ut illos capiam. Dositheus igitur mandatum regis per omnia executus ad Maluccum, Arabiæ regem, abiit reversusque ad Herodem, regem, literas, quas Maluccus Hyrcano scripserat, eumque, ut ad se veniret, invitaverat, regi

(7.) Hebr. דוסיתיאוס, ita in codice Munsteriano, quem hic potius secutus sum, quam nostrum, ubi corruptè legitur דוסטיאוס i. e. Rostius, sic ferè in Josippi Epitome pag. 120. habetur: דיסתיאוס i. e. Ristius; sed Munsterianæ lectioni consentit Josephus lib. 15. cap. 9. Hæc autem omnia post Aristobulum, Mariamnæ fratrem, interemptum acciderunt, confer. Joseph. loc. alleg. & cap. seq. 15. n. 2. ibique not.

(8.) Sic verto hic אגם התומר secutus Josephum dict. lib. 15. cap. 9. ubi locum illum nominat Ἀσφαλτῖτις λίμνη, lacum Asphaltidem, qui ab Hierosolymitanis finibus distabat 300. stadiis, referente eod. Josepho loc. alleg. confer. etiam n. 10. h. cap.

(9.) Idem refertur in Josippi Epitom. p. 118,

המוסים אשר ישלח לשאת עליהם את
הורקנוס הראם אלי ואלכדם׳ ויעש
דוסתיאוס ככל אשר דבר לו המלך וילך
אל מלוק מלך הערב וישב אל הורודוס
המלך ויתן לו את האגר׳ אש׳ שלח
מלוק אל הורקנוס לבא אליו ויקבל המלך
את האגרת וישלח גרודים את אגם
התומר וילכוד את האנשים והמוסים אשר
שלח מלך הערב לשאת את הורקנוס׳
וישלח המלך אל ע׳ הוקני׳ לאמר אספו
לעמדכם ויהיו בו כל חכמי הסנהדרי׳
כי דב׳ משפט סתר לי אליכם עם אחר
מגדולי העם ויתקבצו כל חכמי הסנהדרין
במקו׳ המושב אשר לסנהדרין ויודיעו את
המלך לאמר הגנו כלנו יחד במושב
המשפט׳ וילך המלך אל מושב הסנהדרין
והורקנוס עמו ויהי כי היו כלם שם ואיש
לא ידע את לב המלך וגם הורקנוס
לא חשב כי הקרין למשפט בגלל׳
ויאמר המלך לפני כל הסנהדרין אשאלך
והודיעני הורקנוס אם יש ברית ביניך
ובין מלך הערב ואם שלוחי אליו שלוח
לשלוח לך סוסי׳ במקום יהוע להוליכך
אלי׳ ויאמר הורקנוס אין ברית ביני
ובינו

gi tradidit, quas cùm Herodes accepisset, milites ad lacum bituminosum (10.) misit, virosque unà cum equis, quas Arabiæ rex miserat, ut Hyrcanum abducerent, cepit, quo facto rex (11.) quosdam ad Septuaginta Seniores (12.) misit, qui illis dicerent: consilium congregate, cui omnes Synedrii sapientes interfint, secretum enim judicium coràm vobis mihi peragendum est adversùs aliquem ex magnatibus populi. Hoc audito omnes concilii magni sapientes ad constitutum Synedrii locum convenerunt, cumque regem certiorem fecissent, se omnes in loco judicii adesse, rex unà cum Hyrcano ad consessum Synedrii pervenit; nemo autem ex omnibus, qui ibidem præsentes erant, animum regis noverat, Hyrcanus quoque ipse haud existimabat, judicium propter se institutum ac congregatum esse; rex igitur coràm universo concilio magno (13.) dixit: interrogabo te, Hyrcane, mihique respondeas, annon fœdus cum rege Arabiæ (14.) iniisti & ad illum hominem quendam misisti, ut tibi equos ad certum locum mitteret, qui te ad illum deferrent? ad hæc Hyrcanus respondit: non est mihi fœdus cum rege Arabiæ, nec quenquam ad ipsum misi nullasque ab eo accepi literas, tunc rex Dositheum, nuntium ac literas virosque Malucci unà cum equis, quos ceperat, produxit, eosque coràm septuaginta Senioribus constituit, dicens: judicate quæsò, ô Sapientes, annon vir iste mortis reus sit, qui regi, apud quem tu-

tò

(10.) Vid. quæ suprà h. c. n. 8. hæc de re dicta sunt.

(11.) In Munsteri codice hæc solùm habentur: & mittens rex ad 70. Seniores cœpit loqui & expostulare cum Hyrcano, num fœdus esset inter ipsum & Maluchum, regem Arabum; cætera omnia, quæ hic inserta sunt, usque ad: annon fœdus cum rege Arabiæ &c. absunt ab eodem codice Munsteriano, vid. infr. h. cap. num. 14.

(12.) Synedrium magnum, quod Hierosolymis erat, hic intelligitur, ita nominat etiam Josephus lib. 15. cap. 9. confer. & Josippi Epitom. p. 120.

(13.) Josephus dict. lib. 15. c. 9. scribit, Hyrcanum prius ab Herode vocatum & de fœdere cum Malcho Arabiæ rege, inito interrogatum fuisse, quod cum Hyrcanus negâsset, tunc demum Synedrium fuisse convocatum; idem tamen Josephus eod. c. 9. refert, à quibusdam Historicis factum hoc alitet narrari, confer. & Josippi Epitom. pag. 120.

14.) Vid. suprà h. cap. n. 11. ibique not.

tò ac ſecurè vixit, perniciem molitus eſt? illi verò reſponderunt: certè mortis eſt reus, quapropter quodcunque tibi viſum fuerit, de eo ſtatue; rexigitur uni ex ſatellitibus ſuis præcepit, ut Hyrcano caput auferret, cui ſatelles morem gerens caput ejus cervice abſcidit: (15.) ſic vitam finivit Hyrcanus, vir juſtus ac probus, cùm jam provecta eſſet ætate, qui, quamdiu regno præfuit, neminem læſit; multas verò expertus eſt calamitates caſusque adverſos (16.) jam inde à pueritia, nam ex quo mater ejus obiit ipſeque regnum adeptus eſt, cùm vix tribus menſibus id adminiſtrâſſet, Ariſtobulus, ipſius frater, bellum adverſùs illum geſſit eique regnum per vim eripuit; dein præterlapſis laliquot annis (17.) in regnum ſuum reſtitutus quadraginta annis populo Iſraëlitico præfuit, poſteà bellum ipſi movit Antigonus, fratris filius, captumque auribus privavit, ne unquam ſacerdotio fungi poſſet, eumque in Chaldæam (18.) relegavit. Dein triennio exacto rex Herodes, quem Hyrcanus alimoniâ ſua (19.) nutriverat, eundem interfecit, ipſique malum pro bono rependit: Hyrcanus enim (20.) Herodem capitis judiciò liberaverat, cùm is Ezechiam (21.) interemiſſet. Sanè per omnem Hyrcani vitam nihil deprehendi potuit, quò peccati coràm Deo reus conſtitui poſſet, niſi quòd connivendo impunitum reliquerit facinus Herodis, qui innocentem (22.) effuderat

והיגיד ולא שלחתי אליו שליח ולא באת
אלי אגדת׳ ויוצא המלך את המתיחים
השליח ואת האגדת ואת אנשי מלוין
אשר לבד ואת המוסים ויראם לפני העי׳
וקציץ׳ ויאמר אליהם שפטו נא החכמי׳
היש משפט מות לאיש הזה כי יחדוש
למלך רעה והוא ישב לבטח אתו ויענהו
לאמר יש ויש עשה פי כרצונך׳ ויצו
לאחר מגבויו להשיר את ראש הורקנו׳
מעליו ויכהו הגבור ויהי את ראשו׳
ויומת הורקנוס איש צדיק וטוב איש צדק
חסן ומעורו במלכותו לא עשה רעה לאדי׳
ויעברו עליו צרות והלאו רעות מנעוריו
מיום אש׳ מהר אמו ויקבל הוא את
המלכות׳ וימלוך אז ג׳ חדשים וילוש
אז אריסחובלו׳ אחיו עמו ויקח מידו את
המלכות בחזקה ולקץ שנים הושב עוד
במלכותו וימלוך עד ישראל ארבעים
שנה׳ ואחר כן נמלך פי אנטיגנוס בן
אחיו ולבדהו ויקצץ את אזנו לבלתי
היות כהן לעולם ויגלהו בשדימה׳ ולקץ
ג׳ שני׳ מלך הורודוס אשר הוא גדלו
בפחמגו וידגהו וישלם רעה תחת טובו
עקב

(15.) Vid. infrà h. lib. 5. c. 32. n. 5. confer. etiam Joſippi Epitom. pag. 120. & Egeſipp. de Bell. Jud. l. 1. c. 36.

(16.) Hos caſus recenſet etiam Ioſephus Antiqu. l. 15. c. 9. & Ioſippi Epitom. dict. pag. 120. & ſequ.

(17.) In codice Munſteriano numerus annorum exprimitur, ubi ſic legitur: לקץ שלש שנים id eſt, à fine trium annorum, cui etiam Ioſippi Epitome p. 120. conſentit.

(18.) Ioſephus dict. lib. 15. c. 9. refert Hyrcanum apud Parthos captivum fuiſſe, vid. cap. antec. 13. n. 6.

(19.) Ita cum Munſtero hic vertere volui Hebr׳ מחבר, quæ dictio hic habetur, de qua vid. Daniel, c. 1. v. 8. ibique Comment.

(20.) Hæc & ſequentia usque ad finem hujus capitis abſunt à codice Munſteriano.

(21.) De hoc dictum ſuprà h. lib. 5. c. 4. num. 2. vid. & Ioſeph. Antiq. lib. 14. c. 17. ac. Ioſippi Epitom. p. 121.

(22.) Innocens hic dicitur Ezechias non ratione vitæ, (quia latro fuit ac graſſator, quem Ioſephus loc. alleg. ἀρχιλῃστὴν vocat) ſed ratione modi procedendi, dum Ezechias iſte ſine mandato

fuderat ſangvinem, dum Ezechiam interfecit: Hyrcanus autem Herodem morte eripuit, quocircà Deus eundem Herodis poteſtati tradidit, à quo vaticinium, quod Schamæus (23.) & Menachemus de illo prædixerant, impletum fuit.

עקב אשר הצילו הוא משפט מות
בהרגו את הזקידו׳ ולא נמצא כל ימי
הורקנוס בי עשה רע בעיני יי׳ כי
התניח את הורודוס בשפכו דם נקי כי
הרג לחוקידו וימלט הוא את נפשו ממו׳
ויי׳ הביאו בידו ויעש בו הוא דבר שמאי
ומנחם׳

CAP. XV.

His rebus geſtis maximum animis cepere dolorem mulieres illæ, nempe Mariamna (1.) Herodis uxor & Alexandra, ejusdem mater, vehementique adverſùs Herodem irâ atque odio flagrârunt, quia Hyrcanum ſenem, illarum parèntem, interfecerat; (2.) Herodes autem rex Pontificatum Hananeli (3.) cuidam ex ignobilioribus (4.) ſacerdotibus, qui non fuit ex Haſmonæorum genere tradiderat, id, quod indignè ferens Alexandra ad Cleopatram, Ægypti reginam, ſocietate ſibi junctam, quæ Antonii, ducis Romani, uxor fuit, literas miſit, quibus illam rogavit, ut Antonium permoveret, quò legatos ad Herodem mitteret eique injungeret, ut Hananeli Pontificatum adimeret eumque Ariſtobulo, (5.) Alexandræ filio, traderet; (6.) Ariſtobulus autem, ejusdem filius, quindecim annos

ויהי אחרי הדברים האלה ותתעצבנה
הנשים מרימו אשת הורודוס ואלכסנדרה
אמה ותכעסנה על הורודוס ותשנאנה
אותו מאד על אשר הרג הורקנוס הזקן
אבידם׳ והמלך הורודוס נתן את הכהונה
לאחד מן הבהנים הבזרים כי לא היה
מזרע חשמונאים ושמו ענאל׳ ותשלח
אלכסנדרה אל קליאופטרה מלכת מצרים
רעוהה אשת אנטוניוס גבור רומא להתחנן
לפני אישה לאנטוניוס לשלח את
הורודוס מלאבים ולצוות לו לקחת את
הכהונה מאת חנאל ולתת אותה
לאריסחובלוס בנה׳ ואריסחובלוס בנה
היה

(23.) De hoc. vid. ſuprà dict. l. 5. c. 4. n. 11.

(1.) Vid. quæ cap. antec. 14. num. 5. annotata ſunt.

(2.) Hyrcanus autem tunc temporis adhùc in vivis erat, vid. dict. c. 14. n. 7. ibique not.

(3.) Hebr. חנאל, ita hic in noſtro codice; Joſephus Antiqu. lib. 15. c. 2. Ἀνάνηλον nominat, in Joſippi Epitom. pag. 121. vocatur חניאל i. e. Haniel.

(4.) Sic dictionem הכזרי cum Munſtero hic vertere volui, quæ aliàs incultos, ſtupidos &c. notat, Joſephus eod. lib. 15. c. 2. ſcribit, quod Herodes ex Babylonia ſacerdotem quendam τῶν ἀσημοτέρων vocaverit eique Pontificatum tradiderit.

(5.) Hic Ariſtobulus etiam Jonathan appellatus fuit, vid. Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 36. & 37. conſer. etiam Joſippi Epitom. pag. 122.

(6.) Idem ſcribit Joſephus lib. 15. cap. 2. vid. & Egeſippus lib. 2. de Bell. Jud. c. 13. ubi plura de Pontificum Judæorum ſucceſſione.

היה בן ט"ו שנה יפה תואר ויפה מראה וכימו לא במצא כמהו ביופי במראהו ובתאורו והוא אחי מיומי המלכה אשת הדודי המלך ובן שלכסנדרי אש' ילדה לאלכסנדר בן אריסתובלי ותעש המלכי קלאופטרה כדבר המלכה אלכסנדרה רעותה והתחנן אל אנטונוס בעדה לשלוח מלאכים אל הדודים וליעזרהו לקחת את הכהונה מאת חנאל ולדרת אותו לאריסתובלוס הנער לדודת בהן גדול וישלח אנטונוס את משרו ושמו יוליאוס ירושלמי להלות את בני הדודים המלך לעשו רצון אשתו קלאופטרי ורצון אלכסנדרה חמותו ויבא יוליאוס ירושלם וידבר אל הדודים בדברים האלה ויאמן הדודים לעשות כן ולתת הכהונה לאריסתובלי כי אמר אין זה משפט ודין תור' בישראל להסיר הכהן הגדול מגדולתו בעודנו חי ולהעמיד אחר במקומו ' ודי ברוי יולאוס בירושלם ויראא אריסתובלוס הנער ביופי בהארת ובמראהו וגם דאר את מימי אתיהר והיא יפת תואר ויפת מראה מאד ותבהל יולאוס על יופים כי לא דאה במי הם בכל הארץ ובכל הגוים ויאמר יוליאוס אל אלכסנדרה למי ילדת אלה אמת כי לא נחתבר עמך איש כי אם מלאך אלהים על כן ילדת ילדים באלה' תקוה שמעי

nos habens (7.) eximia erat pulchritudine ac decora facie, adeò ut illius ætate nemo eleganti corporis formâ ipsum æquaret, is frater erat Mariamnæ reginæ, quæ Herodi regi nupta erat, ac filius cluebat Alexandræ, quam ipsa Alexandro, Aristobuli filio, pepererat. Cleopatra igitur regina Alexandræ, sodalis suæ, petitioni annuens Antonium, maritum suum, rogavit, ut legatos ad Herodem mitteret eique præciperet, ut Hananelem à Pontificatu removeret; Aristobulum autem adolescentem eidem præficeret, quò summò sacerdotiò fungeretur: hisce Cleopatræ precibus Antonius locum dedit & Gellium (8.) ducem quendam suum, Hierosolymam misit ad Herodem, rogans, ut petitioni Cleopatræ uxoris suæ ac voluntati Alexandræ, socrus Herodis, satisfaceret, quapropter Gellius Hierosolymam veniens mandata sua Herodi exposuit; sed Herodes morem ei gerere atque Pontificatum Aristobulo tradere noluit, causatus, quòd nec moribus Israelitarum nec legi Divinæ consentaneum esset, ut summus Sacerdos, quamdiu is in vivis est, ab officio removeretur; alius verò in illius locum surrogaretur. Gellius autem, cùm Hierosolymis ageret, ac pulchritudinem, elegantiam, decoramque faciem Aristobuli, adolescentis, ut & Mariamnæ, sororis ejus, quæ & ipsa insigni erat corporis forma ac pulchritudine, contemplaretur, utriusque venustatem & pulchritudinem admiratus (quia in toto terrarum orbe nec apud gentem ullam iisdem similes conspexerat) Alexandræ dixit: ex quonam patre istos peperisti? sanè non cum viro, sed cum angelo DEI rem habuisti, quæ tales procreasti liberos; nunc itaque dictis meis obtempera atque utriusque effigi-

(7.) Sedecim annorum tunc fuisse scribit Josephus loc. alleg. confer. Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 36. & infrà h. cap. n. 15.

(8.) Hebr. יוליאוס, ita Munsteri codex, quem hic magis sequi volui, quàm nostrum, ubi corruptè legitur יוליאוס, i. e. Julius. Josephus lib. 15. c. 2. vocat Αἰμίλιον, forte & ibi legendum Γέλλιον, Gellium, sic etiam nominat Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 37.

שמעי בקולי ותקני את הבניתם ותקמי את רקמת צלם שניהם ושלחי תביניהם ביני לאנטוניוי והיה בראותו את צלמי הכתוב והבחור בתך הוא ויעשה כל חפצי ' ותעש אלכסנדרה כדברי יוליאוס וחשלח את צלמיה לאנטוניוס וכראותו צלמיהם ויפים והבער בו חטחו ויצר תועבתו גבר וישלח אגרת להדודים לאמר ' מן מרקים אנטוניוס גבור רומי להחדודים מלך יהודה שלום ' זכור הטסר טעשיתי עמך אשר עזרתיך למליכך על כל יהודה ועתה אתלה פניך ושלח אלי הנער אריסתובלוס ואשימה עיני עליו ואל נא תמנע מלשלחו אלי ואם לא תשלחהו מהרה אלי דע כי מלחמות דומיים עליך ' ודי בקריא הדודים את האגרת וידע כי בעבור יצר תועבתו התאר אל הנער לראותו וימהר ויתן אל הנער הכהונה ויכתוב לאנטוניוס מבת' לאמר ' לא יוכל הנער לצאת מהמדינה כי כהן גדול הוא במקום הנאל באשר צויתי ואם יצא הנער מהמדינה ותעורר מלחמות רבות בין היהודים על ממשלת הכהנו' וישפך

effigiem depictam (9.) eorumque imaginem, tabulæ impressam, manibus meis trade, ut Antonio offeram, non enim dubito, quin ipse, si imagines adolescentis ac puellæ, filiæ tuæ, conspexerit, eorundem voluntati in omnibus satisfacturus sit. Alexandra igitur Gellio obtemperans utriusq; imagines ad Antonium misit, qui effigies illas contemplatus ac pulchritudinem admiratus maximo flagravit desiderio (10.) & abominanda accensus libidine (11.) epistolam ad Herodem misit istius sententiæ: Marcus Antonius, dux Romanorum, Herodi, Judæorum regi, Salutem! recordare beneficiorum, quæ tibi exhibui, dum auxilio tibi fui, ut regno super universam Judæam potireris; nunc igitur rogo te, ut Aristobulum, adolescentem, ad me mittas, quò illum benevolo excipiam animo, noli quæsò missionem istam petitioni meæ denegare, quòd si eum non celeriter ad me miseris, scias, Romanorum bellum tibi imminere: Herodes autem, cùm literas hasce legisset ac cognovisset, Antonium abominanda libidine accensum adolescentis videndi desiderio flagrare, illicò sacerdotium tradidit Aristobulo (12.) & Antonio ita respondit: Non potest adolescens provinciâ egredi, quoniam Hananelis loco Summus Sacerdos creatus est, prout jussisti, si enim adolescens terrâ egressus fuerit, multa inter Judæos bella (13.) ob Summi Sacerdotii administrationem exori-

(9.) Confer. hic Joseph. dict. l. 15. c. 2. & Egesipp. l. 1. de Bell. Jud. c. 37.

(10.) Hebr. חמתו, ita enim hic legendum puto, non חטחו, uti hactenus impressa exemplaria, nam Josephus quoque dict. lib. 15. c. 2. scribit, quòd Antonius τοῖς ἐρωτικοῖς Aristobulum subjicere voluerit, confer. etiam Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 37. abest autem dictio illa à codice Munsteriano.

(11.) Turpissimum hîc innuitur παιδερασίας crimen, quod Plato lib. 1. de Legibus, ut scelleratum & impurissimum execratur appellatque τὸ παρὰ φύσιν τέλμημα, Clemens lib. 6. Constit. Apost. 27. nominat παρὰ φύσιν βδελυκτὴν μῖξιν & lib. 7. c. 3. παρὰ φύσιν κακὸν, contra hoc detestabile crimen non solùm prisci Ecclesiæ patres, interque eos præprimis Lactantius lib. 1. c. 10. & lib. 5. c. 9. ac l. 6. c. 23. acerrimè scripserunt; sed etiam imperatores Christiani in illud severissimè animadverterunt, vid. l. 3. C. Theodos. ad L. Jul. de Adult. & l. 91. C. Justin. dict. Titul. ac Novell. 77. & 141.

(12.) Confer hic Josippi Epitom. pag. 122.

(13.) Idem refert Josephus dict. lib. 15. c. 2. & Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 37.

ויושבך דם רב בינינו ואני שאלתי את
פי הזקנים לקיים מצותך ולשלוח לך את
הנער ואמרו לי טרם ימותו ולא יהנו
הנער לצאת מהמקדש כי כן מצו
התורה: ויהי כי שמע אנטוניוס הרב
הזה ויחל לשאול את הנער: המלך
הורדוס הוציא את חנגאל מהכהונה
הגדולה ויתנה לאריסתובלוס אחי אשתו
והוא נער בן ט"ו שנה. ומהלכה היק
התורה בכהונה גדולה היה לשרת ה' הן
הגדול עד יום מותו: אבל אנטיוכוס
אפיפאנוס הוא הראשון אשר הלל הבזיון
בהוציאו הבהן הגדול אשר היה בימיו
ויעמד במקומו את חנניא: והנה
המחלל הוא אריסתובלוס אשר הסיר
את אחיו הזקנים: והשלישי ששלח יהי
להעביר בהן גדול ולהושיב אחר תחתיו
הוא זה הורדוס המלך אשר השליך את
חנגאל מן הכהונה הגדולה ויתנה לאחי
אשתו אריסתובלוס ואמנם הורדוס המלך
לא עשה זה להלל הכהונה רק למלט
את הנער מהתעבות אנטוניוס גבור רעה
אשר היה מבקשו להעבי: גם עבדה זה
בגלל המריבי שהיו ביניהו עליו מאשתו
וחותנתו ובדי להשלים את החלוקת ביניהו
עשה זה: ועם כל זה בי עשה את ה'

exorientur, multumque sangvinis Judaici effundetur; prætereà Seniores consului, ut mandatum tuum adimplerem atque adolescentem tibi mitterem, illi verò se mortem potius oppetituros, quàm permissuros esse, ut adolescens Sanctuario egrediatur, responderunt, quia sic lege Divina cautum esset. Quo cognito Antonius adolescentem ulterius flagitare destitit. Herodes itaque rex Hananelem à Summo Sacerdotio removit (14.) illudque Aristobulo, uxoris suæ fratri, qui tunc quindecim (15.) annorum erat, tradidit, & ab initio quidem lege sancitum erat, ut Pontifex summo sacerdotio fungeretur, quamdiu viveret; sed Antiochus Epiphanes primus fuit, (16.) qui Pontificatum profanavit, dum Summum sacerdotem, (17.) qui ipsius ætate vixit, removit & in ejusdem locum Hananiam (18.) surrogavit. Secundus, qui Summum polluit Sacerdotium, fuit Aristobulus, qui fratrem suum, Hyrcanum, ab illo removit; tertius verò, qui summi Pontificis removendi alteriusve in ejus locum substituendi potestatem sibi arrogavit, fuit Herodes iste, qui Hananelem à Summo Sacerdotio removit, illudque Aristobulo, uxoris suæ fratri, tradidit, quanquàm Herodes illud non profanandi Sacerdotii causa fecerit, sed ut adolescentem incontaminatum servaret à turpissima libidine Antonii, Imperatoris Romani, qui illum nefario scelere polluere conatus erat; id ipsum etiam fecit propter contentiones, quæ adolescentis illius causa in domo sua inter uxorem ac socrum suam obortæ erant, ut dissensiones

(14.) Consentit Josephus dict. l. 15. c. 3. princ. confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 36. & 37. ac Josippi Epitom. p. 123.

(15.) Hebr. ט"ו שנה, sic in nostro codice; Munsterianus habet: י"ו שנה id est, sedecim annos, cui & Josephus loc. alleg. consentit, vid. quæ suprà h. cap. num. 7. notata sunt.

(16.) Idem scribit Josephus l. 15. c. 3. princ.

(17.) Hunc Josephus eod. cap. 3. vocat Ἰησοῦν, Jesum.

(18.) Hebr. חנניא, sic in nostro codice; Munsterianus habet: אוריה Uria; priori tamen lectioni adstipulari videtur Josephus loc. alleg. ubi substitutum hunc Pontificem nominat Ὀνίαν Onian, quare in Munsteri codice fortè legendum erit אוניה, facili unius literæ mutatione.

המעשה הזה לא נח בביתו ולא שקט
כי שנאהו התינתו ואשתו על אשר
דבר הזקן הזורקנוס אביהם:

ויצא הורדוס ממקום מושב המלוכה כי
קראו את ממגלי הסודות המתפשטי שהיו
לו ויזהרו לשמור את התינתו כי הרשית
עליו רעות בסתר כן הגרה עליו את
העם וישם המלך בלבו את הדבר הזה
ויצו לשמור את אלכסנדרה ויהי אחרי
כן והשלה אלכסנדרה אל קליאופטרה
לבוזה אליה מפני הזהדום המלך לבוא
למצרים: ותעש לה אלכסנדרה שתי
היבות כדמות תיבות המתים המיוצאים
מירושלם ללכת להקבר בחברון או במקום
אחר: והשכב היא בתיבה אחת ובנה
בתיבה אחר: ותסדר להתיאש אותם
מירושלם ולהוליכם בו עד ים יפו מקום
אשר שלחה קליאופטרה את הספינות
אשר אתה לשאת את אלכסנדרה ואת
בנה ולהביאם אלוה: וילך סבוין והוא
אחד מיועצי אלכסנדר ויספר הדבר אל
המלך: ויאמר המלך אליו לאמר שאו
התיבות אשר בתוכם אלכסנדרה ובנה
כאשר דברה לכם היא: ויהי בנטאם
אותה

nes illas hac ratione componeret; sed frustrà, quia nullam domui suæ quietem hoc modo conciliare potuit, sed socrus & uxor (19.) Herodem idcircò odio habuerunt, quia is Hyrcanum senem, ipsarum parentem, interfecerat.

CAP. XVI.

HErodes autem regia sede egressus est, quia explorator quidam & arcanorum revelator ex illis hominibus, quos rex secum habebat, eundem instigavit & admonuit, ut à socru sua, insidias clàm struente, sibi caveret atque operam daret, ne illa fortè populum ad seditionem impelleret, quod dictum rex animo suo penitùs impressit & Alexandram imposterùm observari jussit; (1.) accidit autem posteà, ut Alexandra Cleopatram certiorem faceret, se ad ipsam è conspectu Herodis in Ægyptum profugere velle, (2.) quem in finem Alexandra duas sibi arcas confici jusserat, loculis illis similes, quibus defunctorum corpora Hierosolymis efferri consveverant, ut Hebrone vel aliis in locis sepelirentur, harum uni ipsa semet includit; in altera filium suum reposuit ac præcepit, ut Hierosolymis exportarentur & ad mare usque ad urbem Joppen deferrentur, ad locum, quò Cleopatra navem miserat, ut Alexandra ejusque filius illam conscenderent, & in Ægyptum ad reginam venirent; ast Sabbion (3.) unus ex Alexandræ consiliariis regem adiit eique rem detexit; ad quæ rex: tollite, inquit, arcas, quibus Alexandra ejusque filius inclusi sunt, prout ipsa vobis præcepit, easque ita sublatas ad me deferte, ut in ipsis arcis illos comprehendere possim,

(19.) Confer. hic Josippi Epitom. p. 123.

(1.) Idem refertur à Josepho Antiq. l. 15. c. 3.

(2.) Vid. Joseph. dict. lib. 15. c. 2. & Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 37. ac Josippi Epitom. pag. 123. & seq.

(3.) Hebr. סבוין, ita hic in nostro codice, cui etiam Josephus dict. l. 15. c. 3. consentit ac refert, Æsopum, Alexandræ servum, id Sabbioni detexisse, confer. etiam Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 37.

אותו׳ הביאום לפני ואחפשם בתוך
התיבות ויעשו הנישואי׳ כן כאשר צוה
סביון ויביאו את התיבות לפני המלך
ויפתח את התיבות והנה שכמנדרה ובנה
בתוכם ויאמר המלך ל׳ אלכסנדרה מה
תאמרי כי יהיה משפטיך היום הזה עד
מתי לא תבושי לעשות כדברים האלה
וגם על בנה בער ועליה בער עוד ויוכיחם
ברבים וילגלה להם המלך גם העון הזה
בגלל אהבת מרימי אשתו׳ ויהי מקץ
שנה אחת בחג הסוכות ויעל אריסתובלוס
הכהן הגדול על המזבח להקטיר בכגדי
שרד אשר לכהן גדול בעמדתו וירא העם
את הכהן עומד על עמדו ואפוד במדיו
הגדר בו והוא בהאדו וביופיו ובדמותו
כמלאך אלהים׳ וישמח העם שמחה
גדולה עד אשר בכו מרוב השמחה ויברכו
את י׳ ואת הכהן הגדול׳ ויחרד המלך
מאד ויאמר בלבו אם לא אסיר את הנער
הזה מלפני מהרה ישוב אליו המלכות
כי לב כל ישראל עליו להמליכו׳ ויהי
אחרי החג ויצא המלך מירושלם הוא
וכל בני ביתו וילך בירחו היא העיר
הגדולה מקום אש׳ שם עץ האפרסמון
רוא בלשונן הרו׳ העץ אשר מפנו יצא
השמן הטוב אש׳ על שמו נקראת העיר
עיר

sim id, quod bajuli, prout Sabbion jusserat, fecerunt, & arcas coram rege detulerunt, qui illas aperuit & Alexandram ejusq; filium ibidem deprehendit, atq; Alexandrâ ita compellavit: ecquid respondebis, si hodiè in judicium deducta fueris? quousq; non erubescis talia perpetrare facinora? sic rex Alexandram ejusq; filium reprehendit & verbis castigavit; peccatum tamen istud propter Mariamnæ, uxoris suæ, amorem illis condonavit: accidit autem exacto anno in festo tabernaculorum, (4.) ut Aristobulus, Summus Sacerdos, ad altare ascenderet & adoleret, vestibus sacri ministerii indutus, quibus Summus Sacerdos uti solebat, dum sacris operam dabat; populus autem, cùm adolescentem in statione sua humerali amiculo (5.) cinctum & eximia corporis pulchritudine instar angeli Dei conspicuum vidisset, maximâ lætitiâ affectus fuit adeò, ut præ abundanti gaudio in fletum erumperet, Dominumque simùl ac Summum Sacerdotem laudibus celebraret, quamobrem maximus timor subiit regem atque secum ita reputavit, nisi adolescentem istum quàm primùm è conspectu meo sustulero, brevi fiet, ut regnum ad illum revertatur, quia universus populus Israëliticus eò inclinat, ut ipsum constituat regem. (6.) Celebrato igitur festo rex cum omni familia sua Hierosolymis egressus ad magnam urbem Jericho (7.) venit, nimirùm ad locum illum, ubi arbor Apharsemon (8.) quæ Balsamum nominatur, crescit, ex hac arbore optimum egreditur oleum, unde etiam urbs illa Jericho, nomen traxit, nempe à svaviſſimo odore, (9.) an verò à luna (10.) urbs illa dicta

(4.) Consentit Josephus & Egesippus, loc. alleg. confer. & Josippi Epitom. pag. 125.
(5.) Ita dictionem אפור, quæ hic in Hebræo habetur, vertere volui, cujus descriptionem vide inter alios apud R. Salom. ad Exod. c. 28. v. 4. & c. 40. in fin.
(6.) Confer. hic Egesipp. l. 1. de Bell. Jud. c. 36.
(7.) Consentit Josephus Antiqu. lib. 15. c. 3. & Egesipp. l. 1. de Bell. Jud. c. 37. ac Iosippi Epitom. pag. 126.
(8.) Vid. quæ suprà lib. 4. c. 22. num. 11. notata sunt.
(9.) Nam dictio ריח i. e. Riach, odorem significat, vid. suprà dict. lib. 4. c. 22. n. 11. confer. & Munsteri notæ h. loc.
(10.) Dictio ירח i. e. Iareach, Hebræis lunam notat, vid. infrà h. l. 5. c. 17. n. 10.

עיר ירחו ע׳ ד׳ הרוח ואם נקוא כן
ע׳ שם הרוח אשר הרעינו למעלה׳
וידי בלבת המלך שם ואיש לא ידע את
לבו ויעש משתה גדול לכל השרים
הבאים עמו שם וישב המלך במשתה׳
ויאמר המלך אל אריסתובלום חכהן
הגדול שב אתנו וישב הכהן אצל המלך
וכל שריו ועבדיו וישבו לפניו איש ואיש
לפי כבודו ומעלתו וישמח המלך הוא
וכל שריו ועבדיו במשתה׳ הזה מאד
מאד׳ ויהי אחרי המשתה לאחר הצהרים
יצא המלך והכהן הגדול הבחור ושרי
המלך אל הגנות ואל כעינות המים
לראות איך ישמחו במים הבחורים עבדי
המלך כי שם ברוכות מים גדולות עמוקי
מאד אשר המלאכה מיטי המעיינו׳ ויעמוד
המלך על בריכה אחת עמוקה וירא את
עבדיו שטטים במים ומשחקים ומתגרים
זיך בחוק ותחרל להשכיל איש את
רעהו במים׳ ויקראו הבחורים אל
אריסתובלי בעצת המלך ויאמרו לו ידי
נא אלינו לשוט ולשחק אתנו במים
ויאמר אריסתובלום אל המלך אדוני נא
נשוט במים עם הבחורי׳ ואשחק עמהם׳
ויאמר המלך למה זה תרד עתה מרי
הנאה לכהן גדול להתערב עם משחקי
ומתהלי ויפער בו הנער כי הנערות
הזה מבוי בו על כבוד וכדומה ויאמר
למלך אדוני מרי ויאמר לו המלך
עשה כחפצך׳ וירד הנער לשוט במים
עם הבחורים וילך המלך ויבא הבחורה
כי ידע אשר עשתו תקום ועבדי המלך
שוקך

fit, suprà (11.) indicavimus. Rex itaque, cùm eò venisset, nec cuiquam de ejus voluntate innotuisset, magnum convivium omnibus principibus, qui cum ipso venerant, exhibuit, cui etiam rex interfuit, & Aristobulo, Summo Sacerdoti, dixit, accumbe nobiscum: postquàm igitur adolescens juxtà regem accubuisset, omnes quoque principes ac ministri coràm rege sederunt, unusquisque secundùm dignitatis suæ gradum. In eo convivio & rex & principes ejus omnesque ministri admodùm læti fuerunt & hilares; finitô autem convivio tempore pomeridiano Herodes unà cum Aristobulo, Summo Sacerdote, ac principibus suis ad hortos & fontes aquarum exspatiabatur, ut videret, quomodo juvenes, ministri regii, aquis innatarent, nam piscinæ ibidem erant admodùm amplæ & profundæ, aquâ fontanâ plenæ: dum igitur rex juxtà piscinam quandam profundam stabat ac conspiciebat, quomodo servi sui aquis innatarent ac luderent, & quomodo alter alterum per lusum ac jocum aquâ immergeret, tunc adolescentes illi ex consilio regis Aristobulum quoque invitarunt, ut in aquam descenderet & unà cum ipsis nataret atque in aqua luderet, quibus verbis Aristobulus inductus fuit, ut regem rogaret, dicens: permitte quæsò, ut in aquam descendam & cum adolescentibus istis ibidem natando ludam; rex autem respondit: cur jam descendere vis? an Summum Sacerdotem decet ludentibus & ludicra tractantibus sese immiscere? cùm verò adolescens obnixè rogaret regem, (puerilis enim ætas majorem in eo vim habuit, quàm dignitas sacerdotalis) ut descendendi facultatem sibi concederet, quia res parvi esset momenti, tunc rex: fac ergò, inquit, quod tibi placet, hac veniâ impetratâ puer descendit, ut cum cæteris adolescentibus in aqua nataret; rex autem domum abiit, haud ignarus, consilium suum à proposito sine non aberraturum esse; interea servi

(11.) Nimirum dict. lib. 4. c. 22. n. 11.

ejus

שחקו בם עם אריסחובלום עד פנות
היום וישבעו את אריסחובלום במים עד
אשר המיתוהו בעצת המלך וישמע העם
כי מת אריסחובלום וישאו את קולם
ויבכו וגם כל שרי המלך ועבדיו בכו׳
ותצעקנה הנשים אלכסנדרי ומרימי
ותשאנה קולן ותבכינה׳ ותאמר המלכה
מרימי אל המלך באוני כל העם ראו
הבוגד ואיש הדמים איכה נשארתי בדד׳
בכל משפחתי ולא די לך כי הרגת את
הוריקנום המלך הצדיק ולקחת את הממלכ׳
בחרבך ולא חמלה על שיבת אמי אבל גם
ילד אחי הרגת ולא המלת׳ עלינו׳
הנני שוממה מכל משפחתי ואתה הבוגד
שמח ותצעק והבכית המלכה לעיני כל
העם מאד וגם המלך הורודום בכה כי
נכמרו רחמיו על צרת אשתו וגם בזכרי
יופי הנער וידום כאבן ולא ענה דבר
וידעי כל העם כי מאתו היתה זה המיתה
לאריסחובלום הכחור׳ ויעש מעשה גדול
וכבוד בקברו ויקברהו בקבו׳ את המלכים
ואלכסנדרה אם הכחור בקשה להמית
את נפשה ואמנם בחרה בחיים למען
תמצא עלילה לעשות נקמה בהורודום׳
ומרימם ההוא והלאה לא דברה מרימי
המלכה עם קפרון אם המלך ועם שלומית
אחותו משנאתן אותן ותקלל אותן תמיד
והתר׳

ejus cum Ariſtobulo in aqua ludebant usque ad ſerum diei, eumque tamdiu aquis immerſerunt, donec ex conſilio regis ſubmergeretur & ſuffocaretur: (12.) Poſtquàm autem Ariſtobuli mors innotuit populo, tunc ipſe ſimùl & principes omnes ſervique regis fleverunt, imprimis mulieres, Alexandra & Mariamna, ejulatu ac ploratu omnia compleverunt; inter alia autem Mariamna regina, audiente omni populo, regem ita objurgavit: en perfidum iſtum ac ſangvinarium virum! ah quomodo ego ſola ex omni cognatione mea relicta ſum! num tibi haud ſatis fuit, Hyrcanum, regem juſtum, interfeciſſe ac gladiô tuo regnum occupâſſe nec ſenectuti matris meæ pepercisse, niſi etiam adoleſcentulum, fratrem meum, interimeres, nullamque noſtrûm curam haberes? en ego omni cognatione mea vivo orbata; tu verò, perfide, lætaris: hoc modo regina ejulans ac plorans coràm omni populo etiam regem Herodem ad fletum commovit, (13.) quia non ſolùm commiſeratione uxoris ſuæ, mœrore afflictæ, ſed etiam recordatione eximiæ pulchritudinis adoleſcentis afficiebatur & lapidis inſtar obmuteſcebat nec quidquam reſpondebat; quapropter omni populo innotuit, regem mortis Ariſtobuli, adoleſcentis, fuiſſe autorem: Herodes tamen eximium monumentum exſtrui & maxima funeris pompa (14.) adoleſcentem ſepulturæ tradi juſſit: Alexandra verò, adoleſcentis mater, ſeipſam interficere voluit, nec aliud quidquam eandem in vita retinuit, quàm ut occaſionem inveniret, quâ vindictam de Herode ſumeret. Ab eo tempore ac deinceps regina Mariamna nec cum Cypro, (15.) regis matre, nec cum Salo-

(12.) Idem refert etiam Ioſephus l. 15. c. 3. confer. & Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 36. & 37. atque Joſippi Epitom. p. 128.
(13.) Conſentit Joſephus dict. lib. 15. c. 3. confer. etiam Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 37. & Joſippi Epitom. pag. 128.
(14.) Idem refertur à Joſepho eod. lib. 15. cap. 3. in fin.
(15.) Hæc fœmina, nobili genere nata, ab Antipatro ex Arabia ducta fuit in matrimonium, referente Joſepho Antiqu. lib. 14. c. 12. ab Egeſippo lib. 14. c. 12. ab Egeſippo lib. 1. de Bell. Jud. c. 22. vocatur Cypris in Joſippi Epitom. pag.

והתרפנד׳ ותחרף גם את משפחתה׳
באמרה כי משפחת אם המלך מעוררת
ואינה משפח׳ ידועה׳ וקפרון אם המלך
הגידה למלך את דברי אשתו ולא האזין
לה המלך לדבריה ולא הוכיח את מרימי
אשתו על ככה מארבתו אותה כי ביחוד
אהב אות׳ והיא ג״כ בטרה בארבתו
ותחרף ותקלל עוד את משפחת המלך׳

Salomith ejusdem (16.) ſorore quidquam loquebatur ob conceptum ergà illas odium; ſed ſemper easdem execrabatur ac maledictis inceſſebat & illarum genus ipſis objiciebat & exprobrans dicebat, quòd confuſa (17.) & incerta ſit matris regis progenies. Hæc reginæ verba Cyprus, regis mater, ad Herodem deferebat; rex autem illius dictis aures non præbebat, nec uxorem ſuam propterea objurgabat idque ob nimium amorem, (18.) quô illam complectebatur, quare etiam regina audacior facta eò licentius regis cognationem maledictis ac probris afficiebat.

CAP. XVII.

בערך ההוא התעוררו מלחמות בארם
ובפרס כי פשעו במלכות רומא והיה זה
כי לחץ אותם מרקום אנטוניום וגבר
רומא היושב במצרים ויחנם במחנה אל
קליאופטרה אשתו ויתן כל אשר יאמר
קליאופטרה לאנטוניום ויעש
רצונה ותסיתהו על המלכים ראלה לקחת
את ארצם לתתה לה ולקחת את כספם
וזהבם ולתתם לא וכן עשה׳ ויהרוג
מלכים אדירי בגלה ויתן לה את כספם
וזהבם וכל אשר להם ותסיתהו עוד
להרוג את מלך יהוד׳ ואת נולך ויערב
ולתת לה את ארצם ואת שללם׳ ויברר
הוה

Eodem tempore apud Syros ac Perſas exorta ſunt bella, nam ab imperio Romano ideò defecerant, quia Marcus Antonius, Romanorum Imperator, qui tunc temporis in Ægypto verſabatur, provincias illas oppreſſerat, easque Cleopatræ, uxori ſuæ, dono dederat, nam in omnibus reginæ iſtius voluntati ac dictis morem gerebat, à qua contrà reges iſtos inſtigabatur, ut illorum ditiones occuparet easque reginæ daret, atque aurum argentumque, regibus illis ademptum, Cleopatræ traderet, quod etiam Antonius effectui dedit, interfectis enim regibus potentiſſimis, ut ei gratificaretur, argentum & aurum omniaque illorum bona reginæ donaverat; nec tamen iis contenta Cleopatra ipſum quoque impulit, ut Judæorum & Arabum regibus interemptis eorundem terras ac bona ſibi

pag. 129. nominatur קיפרין Ciprin, ubi fortè juxtà Joſephum legendum erit קיפרי Cipris vel Cypris, facili mutatione literæ ן in י confer. & ſupr. lib. 4. cap. 17. num. 28. it. cap. ſequ. 17. num. 14.
(16.) Regis ſcilicet Herodis.
(17.) In codice noſtro hic habetur: מעורבת, quæ dictio notat: permixtum, confuſum, obſcurum, Munſterus vertit: prophanam (progeniem ſcil.) confer. & Joſippi Epitom. dict. p. 129.
(18.) Confer. hic Joſippi Epitom. p. 129.

הזה לא שמע אליה אנטוניוס כי שברה
דעתו אליו באשר השוב דעת המשוגע
אליו בדהרפאו מחליו ויאמר אנטוניוס
אליה לא טוב הדבר להרוג מלכי גדולים
כאלה כי לא נוכל על זה במשפט אם
לא בשפיכות דמים רבים בחזקה ממנו
ומהם כי הורודוס מלך יהודה אוהב הוא
ובעצת אגוסטוס הקיסר וישישי המר
ויועציו המולך ולא נאה לעשות כן
ולהפר ברית גם כי הוא מלך מיוחס אשר
הוא יהודי מדם הכבוד והמלכות אבל
מלך הערב אם אוכל בו אעשה ברצונך.
ועל מלך הערב לא דמה אנטוניוס
ויהרגהו ויתן את שללו ואת כל ארצו
אל קליאופטרה אשתו ויהרוג עוד מלכים
אחרים רבים ויתן לה שללם ואת ארצם.
ויצא עוד אנטוניוס ממצרים ויאבה ללכת
להלחם בפרס ותצא עמו אז הוא
קליאופטרה וחלך עמו עד נהר פרת
וחשב המלכה משם ללכת מצרימה ותבוא
אל ארץ יהודה אל עיר הדיה הדרה
אשר בה עץ השמן הטוב. ויעש
הורודוס

sibi traderet, (1.) sed Antonius hac in re ei non obtemperavit, quia ad mentis sanitatem redierat, non secus atque amens insaniæ morbo liberatus rationis usum recipit; quapropter Cleopatram repulit hisce dictis: non expedit (2.) reges tàm potentes, quales isti sunt, interimere nec etiam jure illud efficere possumus, nisi cum multa sanguinis effusione & ejusmodi viribus, quibus fortè neutra pars erit sufficiens; Herodes enim, Judæorum rex, amicus meus, Augusti Cæsaris & Senatus Romani autoritate atque consilio rex constitutus est, non itaque hoc modo agere mihi convenit, ut fœdus, cum illo initum, rumpam, ipse quoque rex illustri loco natus (3.) inter Judæos ac claro regioque sanguine ortus est; si verò Arabiæ regem (4.) superare potero, in eo morem tibi geram: Antonius igitur Arabiæ (5.) regi non pepercit, sed interfecti spolia omnemque illius terram Cleopatræ, uxori suæ, tradidit, alios quoque reges multos occidit eorumque bona ac ditiones reginæ dedit. Posteà Antonius Ægypto iterùm egressus in bellum adversùs Persas (6.) profectus est comite Cleopatra, uxore sua, quæ illum usque ad Euphratem (7.) fluvium prosecuta est, exin regina reversa, ut in Ægyptum rediret, in Judæam venit (8.) ad urbem Jericho (9.) ab odore sive luna (10.) sic dictam, ubi arbor olei præstantissimi

(1.) Consentit hic Josephus Antiqu. lib. 15. c. 4. & l. 1. de Bell. Jud. c. 13. in fin. confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. c. 32.
(2.) Confer. hic Josephus & Egesippus loc. alleg.
(3.) Ita hic מיוחם, quod in codice nostro habetur, vertere volui.
(4.) Vid. num. seq. 5. ibique not.
(5.) Hebr. ערב, sic in nostro exemplari, Munsterianum habet ארם unde ibidem vertitur: Syriæ, cui etiam Josephus dict. lib. 15. c. 4. consentit, dum scribit, quòd Antonius Cleopatræ dederit τὴν κοίλην Συρίαν, CœleSyriam, confer. etiam Egesippus l. 1. de Bell. Jud. c. 32.
(6.) Josephus dict. lib. 15. c. 5. scribit, quòd Cleopatra Antonium in Armeniam castra moventem, ad Euphratem usque comitata sit, cui etiam Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 32. adstipulatur.
(7.) Hebr. עד פרת, sic in nostro codice; in Munsteriano legitur: עד פרס, ubi vertitur: usque ad Persiam; sed priori lectioni consentit Josephus eod. lib. 15. c. 5. & l. 1. de Bell. Jud. c. 13.
(9.) Idem refert & Josephus loc. alleg. confer. etiam Egesippus l. 1. de Bell. Jud. c. 32.
(9.) De hac urbe vid. plura inter alios apud. Joh. Lightfoot. in Chorograph. Matthæo præmiss. c. 46. 47. & 48.
(10.) Confer. hic, quæ suprà l. 4. c. 22. n. 11. & cap. antec. 16. num. 8. & 9. hac de re dicta sunt.

הורודוס לה ולעכויה משחה גדול ויכבדה
שם מאד ותסיתהו המלכה קליאופטרה
לשכב עמה ויאמן המלך הורודוס ויאמר
אליה חלילה לי מזה ותשאתי לאלהים
ולאנטוניוס אישך אהבי ויועץ המלך עם
יועציו להביא את הורדה ולהרוג אותה
להציל רבים מרעתה ומניעוהו יועציו
לעשות זה ואמרו לו חלילה לך מעשות
זה כי אם תהרגנה הנה אנטוניוס וישקה
ואהבה מאד ויתעוררו בגללה בתך ובניו
מלחמות גדולות. וידי כשמוע המלך כן
וידאל מהרוג אותה אבל נתן לה נסף
וזהב ואבנים יקרות ביד המלך ויוליכה
עד מצרים וישב הוא בירושלם. ואנטוניוס
נלחם בארם וילכדה. ומשם נסע וילחם
בפרס וילכדה ויבא אנטוניוס את אתרבן
מלך ארמיניאה ואת שאר מלכי פרס
אסורים בנחשתים ואת כל עדיהם וכספם
וזהבם ויתנם מתנה אל קליאופטרה לעברה
ומלכי הארצות נתן לה לשפחתי על כן
כל הגוים שנאו את אנטוניוס כי נתן
את בידו מלכים גדולים ואדירי ועשרה
הוא קלין רב להם לתתם ביד אשה הוא
השוקחו

tissimi reperitur, hac in urbe Herodes reginæ ejusque ministris magnificum paravit convivium, magnoque illos honore affecit, Cleopatra quoque regina Herodem ad concubitum solicitavit; (11.) rex verò id recusans ei dixit: absit à me quàm longissimè, ut peccatum istud in DEum & Antonium, maritum tuum, amicum meum, committam, dein rex cum intimis suis consilium habuit, ut Cleopatram in conclave introductam interficeret (12.) atque hac ratione multos ab illius improbitate liberaret; sed ipsius consiliarii propositum istud ei disswaserunt, dicentes: procùl absit à te facinus istud, si enim illam interfeceris, maxima inter te & Antonium, qui eam perditè amat, orientur bella, quapropter rex, cùm id audisset, omisso illius interimendæ consilio argentum & aurum atque gemmas pro regia magnificentia illi dono dedit, eamque in Ægyptum usque comitatus est, atque inde Hierosolymam rediit: Antonius autem Syriam (13.) bello petens provinciam illam subjugavit, exinde motis castris contrà Persas arma vertit eosque devicit, & Armeniæ regem, Artabanem (14.) cæterosque Persiæ reges catenis vinctos, eorumque diademata (15.) ut & aurum atque argentum Cleopatræ donavit, (16.) ut ei reges servirent & reginæ ancillarentur, quocircà omnes illum gentes odio prosequebantur, quia maximos ac potentissimos reges, à Deo ipsius potestati

(11.) Idem asserit etiam Josephus eod. lib. 15. c. 5.
(12.) Consentit etiam hic Josephus dict. lib. 15. cap. 5.
(13.) Hebr. ארם, sic in nostro codice, Munsterianus habet ארמיניאה Armeniam, vid. num. seq. 14.
(14.) Hebr. אתרבן ita mutatis literis hìc legendum puto pro: אתרב Atraban, quod nomen in nostro habetur codice, Munsterus vertit: Artabazem, cui etiam Josephus lib. 15. c. 5. & lib. 1 de Bell. Jud. c. 13. consentit, juxtà quos legendum hic erit: אתרבז, facili mutatione ן in ז, si
mile habes suprà c. 16. n. 15. Munstero ac Josepho adstipulatur etiam Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 32. hic Artavasdes à Tacito Annal. l. 2. c. 3. appellati videtur.
(15.) Hebr. עדיהם, sic in codice nostro. i. e. ornamenta illorum, πάντα κόσμον τῆς βασιλείας, omnem ornatum regni donatum fuisse Cleopatræ refert Josephus dict. lib. 15. c. 5. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 13. in fin.
(16.) Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 32. scribit, quòd Antonius urbes omnes intrà Eleutherum amnem sitas, Tyro tamen & Sidone exceptis, Cleopatræ cupiditati adjudicaverit.

traditos, summâ ignominia affecit, dum illos tanquam servos eorumque uxores veluti ancillas Cleopatræ, uxori suæ dilectæ, tradidit.

CAP. XVIII.

His rebus gestis tandem Cleopatra Antonium verbis induxit, (1.) ut bellum susciperet contrà Octavianum Augustum, Romanorum imperatorem, cujus imperium ab India usque ad Britanniam, quæ in Oceanum occidentem versùs sita est, sese extendebat. Antonius itaque exercitum suum instruxit anno octogesimo septimo (2.) Olympiadis, (3.) ac maximas validissimasque copias contraxit, ut Cleopatræ, uxoris suæ, voluntati obtemperaret, Herodem quoque rogavit, ut secum in bellum proficisceretur, qui etiam morem illi gessit maximumque exercitum tàm Judæorum, quàm gentium à se subactarum collegit, validissimam & maximam manum; rex etiam Ægypti (4.) numerosam apparavit classem, ut Antonio suppetias ferret & cum eo in Italiam (5.) proficisceretur & adversùs Octavianum Augustum simùl pugnaret: cùm itaque Herodes in Ægyptum venisset, Antonius ei dixit: (6.) tu nobiscum haud ibis, ne fortè interea, dum ego in Italiam proficiscor & contrà Augustum bellum gero, regna ista omnia deficiant; satius

(1.) Confer. hic Josippi Epitom. pag. 129. & seq. atque Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 32.

(2.) Hebr. בשנה פ"ז, ita hic in codice Munsteriano, quem secutus sum potius, quàm nostrum, ubi "ז i.e. septem solùm habetur, qui sanè numerus non sufficit, nam Actiaca pugna accidit Olympiade octogesima septima suprà centesimam, cui numero etiam Josephus dict. lib. 15. cap. 6. adstipulatur, vid. infrà h. l. 5. c. 21. n. 1.

(3.) Hebr. לאוליסמרס sic legitur in Munsteriano codice, & rectius quidem, quàm in nostro, ubi corruptè habetur: לאנליסמרוס, confer. num. antec. 2. & ea, quæ suprà h. l. 5. c. 1. n. 19. annotata sunt.

(4.) Hæc verba: rex etiam Ægypti, absunt à codice Munsteriano, in quo navium apparatus Herodi attribuitur.

5.) Sic cum Munstero hic nomen כתימוס vertere volui, posses etiam interpretari Macedoniam, Actium enim, ubi Augustus Antonium & Cleopatram devicit, oppidum fuit Epiri, quæ insula inter Macedoniam, Achaiam & mare Jonium sita est, confer. & ea, quæ suprà h. l. 5. c. 6. n. 14. notata sunt.

(6.) Vid. Joseph. Antiqu. l. 15. c. 6. & Egesipp. l. 1. de Bell. Jud. c. 32.

tius autem erit, si in istis regionibus auxilio nobis fueris, & Arabiæ regem (7.) (is enim tunc temporis à Romanorum imperio defecerat) percusseris; quò cognitò Herodes valdè lætus collectis equitibus (8.) Arabiam invasit eamque ferro & igne vastavit, Cleopatra quoque Anthium (9.) exercitus sui ducem ad suppetias Herodi ferendas misit; secretò tamen illi dixit: consilium confer cum Arabiæ rege & cùm res ad prælium venerit, locum post Judæorum castra occupa, eosque à tergo adorire; rex verò Arabiæ illos à fronte aggrediatur ita, ut ab utraque parte medii Judæi circumveniantur, & unà cum Herode, eorundem rege, deleantur, quò factò terram Judaicam occupabo & super illam regnabo. Cùm igitur Herodes in Arabiam cum Anthio (10.) Romano, exercitus Cleopatræ duce, profectus esset, Anthius Arabiæ regem de Cleopatræ sententia ac voluntate clàm certiorem fecit, quò cognitò Arabiæ rex cum validissimo exercitu eisdem obviam progressus est; Herodes autem rex intrà castra Hierosolymitana (11.) substitit ac primùm copias Judaicas contrà regem Arabiæ misit, ubi acerrima exorta est pugna, in qua initio quidem Judæi superiores fuerunt, & Arabes, magna ipsorum strage prius edita, in fugam verterunt; sed Anthius Judæos à tergo aggressus, prout ei Cleopatra regina præceperat, impetum in illos fecit, Judæi itaque cùm respexissent, & tàm à fronte, quàm à tergo belli molem

(7.) Confer. hic Egesipp. dict. l. 1. c. 32. ubi Cleopatræ consilium de bello adversùs Arabiæ regem gerendo pluribus refertur.

(8.) Ac peditibus וגליים, sic in codice Munsteriano hic additur.

(9.) Hebr. אנטיאוס, ita hic in nostro codice, Munsterus legit אנטיוכוס ac vertit: Antemum, Josephus lib. 15. c. 6. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 14. habet Ἀθηνίωνα, Athenionem, cui etiam Egesippus l. 1. de Excid. Hierof. c. 32. consentit.

(10.) Vel: Athenione, prout à Josepho & Egesippo nominatur, vid. num. antec. 9.

11.) Hebr. ירושלם, ita hic in nostro codice; sed abest nomen istud à codice Munsteriano. Josephus Antiqu. lib. 15. c. 6. scribit, Herodem in loco quodam Cœle-Syriæ, Cana dicto, castra posuisse ibique cum Arabibus prælium commisisse, idem refert lib. 1. de Bell. Jud. cap. 14. Egesippus lib. 1. de Excid. Hierof. c. 32. locum hunc nominat Canatham; cæterum de loco Cana vid. inter alios etiam Joh. Lightfoot Chorograph. Matthæo præmissa c. 90. & Ejusd. Chorograph. Johanni præmissa c. 2. §. 5.

ויך אנטיאוס את זנבות מחנה היהודים
מאחור ויזנבם באש׳ צוחה אליו המלכה
קליאופטרה ויפנו היהודים ויבואו והנה
להם המלחמה פנים ואחור ויסבו פניה׳
להלחם באנטראים ובמצריי׳ מאחור ובערב
מלפנים׳ ויבואו היהודים בתוך הערביים
ובתוך המצריי׳ וילחמו עם מלך הערב
ועם אנטיאוס אלה׳ מוה׳ ואלה מוה׳
והיהודים בתוך ותהי שם מפלה גדולה׳
ליהודים ויפלו רבים במלחמה ההיא׳
וימהר המלך היהודי׳ ויצא מהאהל׳
במהנהו בסוסו ׳ובכבו ויך את חיל
אנטיאוס מזה ויגס אנטיאוס מפניו וגם
את חיל הערב דבה מכה גדולה ומלה׳
מהמונם פגרים רבים ארצה וירדפם ויגוסו
בעיר מבצריהם וישב ירושלם׳

lem imminere vidissent, à tergo quidem cum Anthio & Ægyptiis, à fronte autem cum Arabibus pugnârunt, atque ita medii inter Arabes & Ægyptios partim cum rege Arabiæ, partim cum Anthio manus conserere coacti sunt, quapropter ingens Judæorum cædes facta est, multique eo in prælio occubuerunt; (12.) Herodes verò, cùm id animadvertisset, tentorio ac castris suis celeriter egressus, adversùs Anthii copias equos & currus suos eduxit atque ab hac parte hostilem exercitum fudit eumque in fugam vertit; posteà Arabes quoque maxima clade afflixit multaque ex eorundem copiis in terram prostravit corpora (13.) ac fugienti institit hosti, qui in urbes munitas sese recepit; Herodes autem Hierosolymam reversus est.

CAP. XIX.

ויהי בימים ההם ותרעש כל ארץ יהודה
ויהי רעש גדול ואדיר אשר לא היה
כמוהו בר׳ מימי עהיה מלך יהוד׳ ועד
היום ההוא ויתותח רבי׳ בארץ יהודה׳
ממפלת הערים והבתים ומהפחד׳ גם
מקנה רב מתו בימים ההם ברעש ההוא
וג׳

Isdem diebus maximus ac vehementissimus terræ motus per universam Judæam factus est, (1.) qualis ab Uziæ, Judæorum regis, tempore ad hodiernum usque diem non accidit, (2.) in quo partim urbium ædificiorumque ruinâ, partim metu ac pavore multi in Judæa interierunt, (3.) non homines solùm, sed etiam pecora, adeò, ut in sola urbe Hierosolymitana virorum, mulierum ac parvulorum

(12.) Idem refertur à Josepho dict. l. 15. c. 6. & ab Egesippo l. 1. de Bell. Jud. c. 32.

(13.) Josephus tamen loc. alleg. scribit, Herodem tunc quidem perfidia præfecti Ægypti, Athenionis, ab Arabibus victum fuisse; posteà verò, cum iterum adversùs Arabes pugnâsset, victorem extitisse, ita idem Josephus dict. lib. 15. c. 8. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 14. narrat, cui etiam Egesippus lib. 1. de Excid. Hieros. cap. 32. consentit.

וגם אנשים ונשים ושף מהו בירושלים
כעשרת אלפי׳ נפש מלכד אשר מהו
בערי יהודה׳ ויבהל המלך הרודוס וכל
עם יהודה ויהרב לב המלך ולב העם
מאד וישלחו מלאכים אל הגוים אשר
סביבותיה׳ ויעש עמהם שלום מסביב׳
וישלח הרודוס מלאכים למלך הערב
לעשות עמו שלו׳ ויתפוש מלך הערב את
מלאכי הרודוס וישחטם מחוץ לעיר
הנקר׳ סלע מדברה עיר מלכותו׳ ויאסוף
את כל חילו חיל הערב וחיל גוים אחרי׳
ברבוי רב כחול אשר על שפת
הים לרוב ויעץ לבוא בארץ יהודה
ולהשחיתה כי שמע כי אבר ברעש כל
גאון יהודה׳ וישמע המלך הרודוס כי
שחט מלך הערב את מלאכיו ויתעצב
לבו מאד ויקרא לשריו ואל גבוריו ואל
כל העם וידבר באזניהם כדברים האלה׳
שמעו קדושי השם אחי ורעי את אשר
אני דובר באזניכ׳ היום׳ ידעתי כי צרה
גדולה באה עלינו בשנה הזאת ועל כן
יראתי לדב׳ באזניכם דבר מאשר אדב׳
היום

rum decem ferè millia perierint, præter illos, qui in aliis Judææ urbibus absumpti sunt, quamobrem rex Herodes atque universus populus Judaicus vehementer consternati animoque territi (4.) legatos ad vicinas gentes miserunt, pacemque cum illis fecerunt, ad Arabiæ quoque regem pacis ineundæ causa legati missi sunt; ille verò eosdem comprehendi atque extrà urbem, Petram deserti (5.) dictam, quæ regni metropolis fuit, interfici jussit, (6.) quo factô omnes copias suas, tàm Arabum, quàm aliarum gentium Barbararum (7.) ingentem sanè multitudinem arenæ instar, quæ est in litore maris, contraxit, habitoque consilio Judæam invadere eamque vastare constituit, quia omnem Judæorum ferociam terræ motu cecidisse cognoverat: Herodes autem, cùm audisset, legatos suos à rege Arabiæ interfectos esse, ingentem cepit animo dolorem, convocatisque ducibus ac militibus suis omnique populo eosdem sic allocutus est: (8.) audite fratres mei & amici, pietate in Deum conspicui, quæ hodiè ad vos verba faciam; scio equidem, nos maxima calamitate hoc anno esse affectos, quapropter etiam ad hunc usque diem vos alloqui supersedi, metuens, ne fortè verba mea molestiam vobis & ægritudinem afferrent, quia vos animi mœrore affici & a bellicis laboribus abhorrere video, nec promptos

(1.) De hoc terræ motu multa refert Josephus Antiqu. lib. 15. c. 7. & l. 1. de Bell. Jud. c. 14. confer. etiam Egesippus lib. 1. de Excid. Hieros. cap. 32.

(2.) Contigit hic terræ motus anno septimo regni Herodis, post prælium Actiacum inter Augustum & Antonium, vid. Joseph. loc. alleg. & Munster. hic in notis.

(3.) Egesippus dict. lib. 1. c. 32. scribit, quòd hominum triginta ferè millia consumpta sint.

(4.) In Munsteri codice hic adjecta sunt ista: ויגוע כגוע עצי יער מפני רוח ואמרו לכל זמן ועדן למצוא דרך לבקש שלום עכל שכנינו כדי שלא יתיר לנו מונע לשון אל״י וישלח׳ וג׳ i. e. & commotum est (eorum) instar arborum sylvestrium, quæ commoventur à vento dixeruntque omni tempore, inveniendus est modus, ut pacem habeamus cum omnibus vicinis nostris, ne quisquam nos impediat, quo minus convertamur ad Dominum; miserunt quoque legatos &c. ita Munsterus hic transtulit, cætera vid. in ipso textu nostro.

(5.) Hujus urbis aliquoties mentio facta est suprà lib. 4. c. 11. n. 4. & c. 18. n. 5. ac c. 24. n. 5. in. h. lib. 5. c. 20. n. 7.

(6.) Idem refert etiam Josephus dict. lib. 15. c. 7. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 14. consentit & Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 32.

(7.) Hebr. ברי״ברי, sic in nostro codice, de cujus dictionis origine & significatione vid. inter alios Gerhar. Joh. Vossius de Vitiis Sermon. l. 1. c. 1. & Jul. Cæs. Scaliger Exercit. 51. confer. etiam Bocharti Hierozoic. part. 2. lib. 1. c. 19. fol. 131.

(8.) Hanc orationem paulò aliter refert Josephus dict. lib. 15. c. 8. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 14. vid. etiam Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 32.

pros vos esse conspicio ad populum Domini ejusq; terram defendendam; sed amplius sustinere nequeo, quin luctum meum animique dolorem vobis detegam: jam itaque audite animumque dictis meis advertite, cui (9.) consilium præstò est, is illud proferat in medium, &, si quidem omnes id calculo suo approbaverint, honorabimus eum ac magni æstimabimus; si verò illius consilium haud approbatum fuerit, is tale à nobis exspectet responsum, quod juri & æquo fuerit consentaneum, quô dubitationes illius mente evellantur atque animus ipsius in melius mutetur consilium. Notum vobis est, (10.) nos tanquàm captivos (11.) ac vinctos cum gentibus hactenus pugnâsse, ut vires ac fortitudinem nostram ostenderemus, abstulimus spolia, prædam diripuimus, modò vicimus, modò succubuimus, interdum cecidimus, interdum stetimus more omnium hujus orbis populorum: Deo autem opem nobis ferente gentes illæ, quæ bellum nobis intulerunt, superatæ sunt & occiderunt; nos verò erecti stetimus ac vicimus, earumq; ditionem & bona occupavimus, nunc (12.) itaque Deus noster Arabum istorum; qui nos bello lacessunt & infensissimo ergà nos animo sunt nobisque fraudes struunt, iniquitatem ad animum revocavit, eorumq; malitiam nobis detexit, ita, ut arcana illorum consilia ac dolos introspicere possimus, legatos enim nostros, quos pacis ineundæ causa ad illos misimus, interfecerunt & sangvinem virorum insontium, qui nullam fecerant injuriam, effuderunt. Certè si illis propositum fuisset, pacem nobiscum colere, cur legatos nostros occiderunt? ubinam terrarum gens est reperta, quæ legatos ad se missos interemerit, quamvis illi indignis & contumeliosis verbis eidem bellum indixerint ac fœdus ruperint? multô minus isti violandi erant legati, quî pacis ac fœderis ineundi causa ad illos venerant. (13.) At dixerit aliquis: Arabum gens hac in re nihil commisit, sed illorum rex tantùm deliquit, quia inter omnes populos rex, quodcunque ei placuerit, facit; verum quidem illud est, nam rex quilibet in populo suo pro arbitrio ac voluntate sua agit; sed ab ipsis Arabibus fide dignis, amicis nostris, pro certo mihi nunciatum est, quòd communi consiliariorum totius Arabiæ regni consensu eorundem rex legatos nostros interfecerit, quia ei dixerunt: nunc Judæi pacem à te petunt, dum nullæ ipsis supersunt vires; tu verò cave, ne pacem cum illis ineas, sed copias contrahe, exercitum instrue, ut eos perdas ac devastes, nunc enim superbia illorum concidit, nec tibi resistere poterunt, quòd si omissa hac occasione eos haud vastaveris, postea vires resument & spinæ (14) vepresque tibi evadent, quò igitur illorum ferociam comprimas, eosdem prior bello lacesse tuamque illis fortitudinem & robur ostende, & ut notum facias, te illos haud metuere aut expavescere, regum gentiumque jus viola & eorum legatos interfice, quo facto terrorem illis incuties ac metum, reputantibus, te istud haud quaquam feciss̄e, nisi in viribus tuis ac robore exercitus tui spem habeas repositam; sic quivis animum abjiciet nec tibi tuisque militibus resistet: quapropter Rex Arabum, cùm hæc illorum dicta audisset, legatos nostros coràm ipsis interfecit, si itaque rex solùm pro arbitrio ac voluntate sua id feciss̄et, legatos sanè nostros illis præsentibus haud jugulâsset, metuens, ne fortè consiliarii se delicti reum peragerent. Nunc igitur (15.) si

(9.) Hæc & quæ sequuntur, usque ad: notum vobis est &c. absunt à codice Munsteriano, vid. num. seq. 10.
(10.) Confer. quæ num. antec. 9. annotata sunt.
(11.) Munsterus locum hunc aliter legit eumque sic vertit: ecce pugnavimus hactenus contrà filios vinctorum &c. quæ lectio videtur alteri illi præferenda.
(12.) Hæc & quæ sequuntur, usque ad: nunc igitur si ad bellum contrà ipsos &c. non leguntur in codice Munsteriano, vid. infrà num. 15.
(13.) Idem habetur in oratione, quam narrat Josephus dict. lib. 15. c. 8.
(14.) Respicitur hic ad locum Num. c. 33. v. 55.
(15.) Hic fit continuatio textus in codice Munsteriano, vid. quæ suprà h. cap. num. 12. notata sunt.

ad bellum contrà illos exierimus ac vos consilio meo obtemperaveritis, non ad prædam nec ad bona diripienda expeditionem faciemus, sed ad vindictam de illis capiendam bellum suscipiemus, quia sanguinem innocentem in terra sua effuderunt ac legatos nostros, quos fœderis & pacis ineundæ causa ad ipsos miseramus, interfecerunt; ego verò valdè mirarer, si vos hostes nostros eorumque multitudinem timeretis, cùm jam anteà notum vobis sit, quòd illos in omnibus præliis superaverimus & in quavis pugna eosdem vicerimus; si verò dixeritis, quòd ob terræ motum, qui hoc anno in regione nostra accidit, timido sitis animo atque illum pro infausto omine ac futuræ cladis præsagio habeatis, ad illud respondeo, quòd frustrà id metuatis timoremque animis vestris concipiatis, is quippe terræ motus non nocuit nobis, sed potius profuit; nam Arabes ob hunc ipsum terræ motum bellum nobis inferunt, nos verò illos superabimus ac perdemus nec eos amplius timebimus, si enim ipsi huic terræ motui confisi haud existimâssent, illum infaustum nobis signum esse atque cladem portendere, certè ad bellum nobis inferendum non essent progressi; ast, cùm audiverint, quòd terræ motus cladem nobis attulerit & Deus nobis iratus sit atque ideò terræ motum excitaverit, illi hoc signo inducti securius ac negligentius expeditionem contrà nos suscipient; sed vos aliter sentiatis ac vobiscum sic reputetis, quòd DEus terræ motum regioni nostræ ideò immiserit, ut hanc illi opinionem conciperent atque cogitationibus suis rem istam auguraretur & hac opinione inducti bellum nobis inferrent; nos verò illos vinceremus & prosterneremus ita, ut amplius resurgere non possint; aliud quoque bonum omen ex terræ motu vobis capere & exinde voluntatem Dei in hoc bello suscipiendo perspicere licet propter eam causam, quam vobis jam dicam: videte quæsò & animadvertite atque illos, qui in terræ motu

לעיניהם׃ ולו המלך מרצונו ומנפשו
לבד היה לא היה שוחטם לפניהם פן
יאשימוהו׃ ועתה אנחנו כי נבוא עליהם
למלחמה אם יש את נפשכם לשמוע
לעיתי לא על שלל ולא על רכוש ולא
על כבוש ארץ נצא׃ ואמנם נצא עליהם
למלחמה לנקום נקמה מהם כי שפכו דם
נקי בארצנו׃ ויחרגו את מלאכינו אשר
שלחנו אליהם לדרוש מהם שלום ובריתי
והנה אני אפלא מאד אם תראו מהם
ומהמונם כי ידעתם כבר אשר בכל
המלחמות נתצום וכלכל קרב אשר היה
ביניהם ובינינו הפלנום׃ ואם האמנם
כי יגך למבכם מן הדעש אשר בא
בארצנו בשנה הזאת ותחשבוהו לאות
רע ולאות מפלה׃ אשיבכם מלין על
כבה כי זאת תראו ותביאו מוך בלבבכם
מזה כי הדעש הזה לא הרע לנו אבל
הטיב לנו כי בגללו יתגרו הערביי נגד
להלחם ואנחנו נגבר עליהם ונשמידם
ולא ניחא מהם עור׃ ולולי אשר יבטחו
הם באות הדעש הזה וחשבו כי הוא
את דע לנו לא יצאו להלחם בנו אבל
שמעו כי אבד אותנו הדעש וכי חרד את
לבבנו כי הבוא דעש בארצנו ולה׃ זאת
את כי יבאו עלינו לבטח׃ ואתם לא
תחשבו זה אבל תחשבו כי האלהים
הביאו בארצנו למען חשבם דם יושלתם
המחשב׃ הזאת תיתנו בנו מלומה
ונשמידם מנפלים ולא יוכלו קום׃ והנה
עוד אות לכם בדעש לטוב וכי מרצון
האלהים לעשות המלחמ׃ הזאת מהוברר
אשר

tu perierunt, considerate, quòd ne unus quidem ex militibus, (16.) qui apud nos sunt, eodem absumptus sit, sed qui in illo perierunt, omnes vel senes fuerint vel mulieres & ætate parvi hominesque timidi extiterint; hostes verò nostri (17.) existimant, quòd milites nostri hoc terræ motu perierint, quapropter in calamitate ista, quæ nobis ex terræ motu evenit, auxilium isti ac fiduciam reponunt, sperantes fore, ut terra nostra eò facilius vastari queat & nos deleri possimus; sed hæc illorum fiducia vana est ac falsa; væ illi, qui in hostis sui casu & calamitate gloriatur ac spem ponit! nam universus mundus mutationibus & vicissitudinibus obnoxius est, hominumque fortuna prospera in adversam & adversa in prosperam momento vertitur, quapropter neminem viribus suis atque divitiis nimiùm confidere nec in rebus adversis animum penitus abjicere oportet, mutationes enim ac vicissitudines quasi tentoria sunt, in quibus homines commorantur, ita, ut gaudium tristitiæ, tristitia verò gaudio succedere & florens rerum status in ruinam ac casum, & vice versa calamitas in prosperum rerum statum mutari soleant. Vobis sanè notum est, quòd in ultimo prælio, in quo adversùs Arabes istos pugnavimus, cùm Anthius dolosè nobiscum ageret & exercitum nostrum à tergo circumveniret, Arabes impetum nostrum sustinere non potuerint, sed partim cæsi, partim in fugam à nobis acti sint; idem quoque Anthii exercitui, qui ex reginæ suæ consilio perfidè nobiscum egit, fecimus. Enim verò motum istum, qui nobis ex terræ motu, quò domus conciderunt, & in his multi mortales perierunt, incussus est, in malum omen trahitis & fortè ob id ipsum putatis, cum nemine bellum hoc anno gerendum es-

אשר אימר לכם׃ דביטר וראו ושימר
לבבכם להבין במהים שמהו ברעש כי
לא מהר בו מאנשי המלחמ׃ אשר אתנו
אחד אפל המתי בו כלם הם זקני
ונשים וטף וכל בעלי מרך לב׃ והם
יחשבו כי מחו אנשי מלחמתנו ולכן
יאמרו הצרה הזאת הבאה עלינו מדרעש
הנה היא להם אחר וגבורה ובוטחים על
זה כי הוא להשמידנו ולהשחית את
ארצנו׃ והנה הם לשוא ולשקר בוטחים
בזה ואוי ערֵ הבוטח במפלת אויבו כי
לשוא הוא בוטח׃ למען אשר כל העולם
כלו בעל שנוי והמהפך וברוגע אחד ישחנו
מקרה בני אדם מטוב לרע ומרע לטוב
ולכן לא נאה לאדם לבטוח בגבורתו
ובעשרו ולא להתאבל בצרתו ומבאוב
כי התמורות והשנויים אהלים לבני אדם
ואחרי ישועה צרה ואחר צרה ישועה אחר
הקומה מפלה ואחר מפלה הקומה׃ והנה
אתם ידעתם כי במלחמ׃ האחרונה
שנלחמנו עם הערביים האלה בהיות
אתנו מרמת אנטיאום לגבֵ את מחנהו
מאחור ובאחרונ׃ לא עמד לפנינו אבל
רבינום אשר ברחו ונכו מפנינו וכן עשתר
גם למחנה אנטיאוס הבוגד בעצת
ממלכתו׃ והראה הואת שבלבבם
ממפלה הרעש אשר רחיל בתים ובהמם
נפשות הזה ותשבר לאות רע׃ ואולי
תאמרו כי בגלל ראות הזה לא הלחמו

עם

(16.) Idem refertur etiam in oratione illa, quæ apud Josephum l. 15. c. 8. habetur.

(17.) Hæc & sequentia usque ad finem hujus orationis, quam Herodes habuit, in codice Munsteriano paulo aliter leguntur, quæ, quia satis prolixa sunt, hûc transcribere nolo, sed lectorem ad ipsum remitto.

se; sed dicite quæsò mihi, si Deus nos affligere ac punire atque calamitatem nobis immittere velit, annon alia ei præter terræ motum suppetant arma? nonne, dum in lectulis nostris cubamus, animam ipse nostram è corpore evocare potest? nonne, dum ambulamus, dum stamus atque sedemus, muscæ & formicæ vitam nobis eripere possunt, cùm ipse voluerit? Deo etiam exitiale telum magis occultum, quàm omnia illa, de quibus jam dixi, suppetit, nempe aër, quò respiramus, hunc si Deus in perniciem verterit eumque pestiferum reddiderit, nos omnes tàm viri, quàm mulieres, tàm parvuli, quàm senes, adolescentes, juvenes, parvi & magni, infantes tàm lactentes, quàm ablactati una nocte cadavera efficiemur putrida, & quisnam corâm illo stare poterit? sed ipse propter misericordiam suam omnes sanat infirmitates nostras & iniquitates nostras nobis condonat, ipse arbitrio suo nos afflixit & cor nostrum à peccatis repurgavit, nam ideò nobis istum terræ motum immisit, ut toto pectore ad illum nosmet converteremus, atque is nostrûm misereretur, quia ipse misericordiâ abundat; quicunque autem ex nobis superstites vivunt, ii immunes sunt à peccato & scelere, quoniam in terræ motu pœnam sustinuimus & ad Deum conversi sumus, is nostrûm miserebitur nec amplius nos affliget, nam experientiâ in hoc mundo semper deprehensum est, quòd labori & molestiæ quies, dolori ac morbo sanitas, angustiis & periculo liberatio, & pax bello succedat atque iram divinam sequatur misericordia. Nunc itaq; gens sancta, corroborate & obfirmate animos vestros, pugnemus contrà hostes nostros, eosque deleamus, prout majores nostri ætate sua fecerunt atque legatorum nostrorum ultionem de illis capiamus, id nisi feceritis, consilium inter nos periisse ac fidem intercidisse nec aliud quidquam, quàm servitutem, qua cuivis genti subjecti erimus, nobis supereſſe puto: Arabes autem isti, dum legatos nostros interfecerunt,

עם אדם בשנה אחת אמרו אלי אם יש רצון האלהי לעניתנו ואם מבקש להשמידנו ולכלותינו האין אתו כי אם כלי הרעש והלא בשכבנו על ערשותנו יסיר נשמת חיי מגופנו ובלכתנו ובקומנו ובשבתנו הלא היתושים והעכלי ישמידונו כי יוצה הוא ועוד השוחטה נעלמת מבל ואת כי האויר אשר נחנם בו אם ישחנה ברצונו לרע בלילה אחת נהיה כלנו פגרים מהים אנשים ונשים וטף וקנים בחורים ונערים גדולים וקטנים יונקים וגמולים ומי יוכל לעמוד לפניו׳ אבל הוא ברחמיו רופא לכל תחלואינו וסולח לכל עונינו וכחפצו עמה אותנו ושרר את לבנו מעון כי הביא עלינו הרעש למען נשוב אליו בכל לבבנו וירחמנו כי הוא מרבה לסלוח׳ והנשארים לחיים ממנו הנה הם נקיים מפשע ומחטא כי לקינו במלקות הרעש ושבנו אליו וירחמנו ולא יעזבנו אותנו עוד׳ ותמיד נודע בעולם אשר אתר תלאה ויגיעה מנחה ואתר מבאוב רפואה ואתר צרה ישועה ואתר מלחמה שלום ואתר חרון אפו באו רחמים׳ ועתה גוי קדוש חזקו ואמצו בלב נכון ונלחמה באויבנו ונשמידם כאשר עשו אבותינו הראשונים בדורותיהם ונקום נקמת מלאבינו מהם ואם לא תעשו כברר אדע כי מחה העצה שלנו ותאבד האמתה מבינינו׳ ומה יש עוד כי אם להיותנו לעבדים לכל גוי ואלה הערביים כי שלחו יד במלאבינו לא על תורתנו לבד פשעו אמנם על תורות כל הגוים וחקם כי בחק הרומיים ובתורתם ובחק היוני׳ ובתורתם וכן בחק פרס ומדי ויתר חקי הגוים המלאבי אשר ילכו שלוחי מגוי אל גוי ומעיז לעם אם על מדרש מלחמה ואם על מדרש שלום הגה הם נקראים מלאבי אלהים ויכובדו וינושאו וישמרו לפני כל מלך וגוי׳ ואת כי יהיו מלאבים יכואו ממלך אחד למלך אחר הרפו׳ וגדופי וקללות נמרצו והפרות ברית אף כי יהיו מלאבים ירושו ברית ושלום וישפך דמם מלך מהמלכים אנא יוליך חרפתו ואיפא נעלים בישהו וקלונו׳ ועתה חזקו ואמצו וקומו ונצא על הערביים האלה להלחם לנקום נקמת מלאבינו אשר שלחם האלהים על ידינו למדרש שלום וברית והם שפכו דמם על לא חמס׳ ונמהר לעשות זה ולצאת למלחמה למען נשלם את רצון יי והוא יעזרנו ורם ועשה הוא נקמה בנו בדבר או בסבה אחרת מהשחתה כי אתו סבות להשחתה ויש כאשר אתו סבות לשלום ואמונה׳ ואם נקום נקמת דם המלאבים אשר שלחנו הנה יי אלהינו ישלח מלאבי לפנינו וילחם מלחמותינו ויעזרנו לנקום נקמת דם מלאבינו וישפוך ולהשמיד את אויבינו מבינינו׳ ואתה דברי ורעי אם תמצאו בדברי מהם עשו כעצתי ואם יש אחכם עצה נבונה מזאת הבו אות׳ ונשמעה ואתם שלום׳

cerunt, non legem solùm nostram; sed omnium quoque gentium jus & consvetudinem violârunt, Romanorum quippe ac Græcorum legibus, ut & Persarum ac Medorum jure cœterarumque gentium statutis ac moribus legati, qui à gente ad gentem, à populo ad populum tâm belli indicendi, quàm pacis ineundæ causa mittuntur, sancti sunt atque angeli Dei vocantur & à quovis rege ac populo honorantur, coluntur atque inviolabiles servantur, etiamsi legati illi, qui à rege ad regem mittuntur, verba contumelioſa, maledicta & probra ingerant ac fœdera solvant; multo magis sacrosancti erunt, qui fœderis & pacis ineundæ causa mittuntur, hos si violaverit rex eorumque sangvinem effuderit, quonàm is ignominiam suam deferet & quomodo turpitudinem suam ac dedecus abscondet? Nunc itaque roborate vos & obfirmate, surgamus & contrà Arabes istos arma sumamus, ut legatos nostros, quos Deus fœderis & pacis ineundæ gratiâ per nos misit, isti verò sangvinem illorum innocentem effuderunt, ulciscamur; acceleremus opus & in bellum proficiscamur, quò voluntatem Domini perficiamus, ipse nobis auxilio erit, aliàs peste vel alia quadam calamitate nos puniet, non enim desunt ei media, quibus & perniciem immittere & pacem atque salutem adferre possit, si igitur sangvinem legatorum, à nobis missorum, ultum ibimus, Dominus Deus noster angelos suos antè nos mittet & pro nobis pugnabit nobisque auxilio erit, ut legatorum nostrorum sangvinem, qui effusus est, ulciscamur hostesq; nostros deleamus. Vos itaque, socii & amici mei, si quidem oratio mea recta vobis visa fuerit, sequimini consilium meum; si verò melior vobis suppetit sententia, adferte illam in medium eamque audiamus: vos autem valete!

CAP. XX.

JUdæi itaque, cùm hæc audissent, omnes ad bellum commoti sunt atque regi uno ore dixerunt: consilium, quod nobis dedisti, à Deo est nec alia nobis suppetit sententia; quapropter rex Herodes, cùm promptitudinem populi animadvertisset omnesque unanimi consensu ad bellum contrà Arabes pronos esse perspexisset, laudavit Dominum eiq; holocausta & pacifica obtulit, & contractis copiis Jordanem trajecit (1.) multos secum ducens equites maximamque ac validissimam manum ex Judæis & Benjamitis collectam, qui omnes fortissimi erant, quibus nulla gens formidinem incutere poterat: cùm vero Herodes Arabiam intraret, rex Arabum cum validissimo & numeroso exercitu arenæ instar, quæ est in litore maris, eidem occurrit, hinc magnum inter Judæos & Arabes exortum est prælium, in quo quinque millia (2.) Arabum primo conflictu ceciderunt; sed Arabes restaurata acie cum Judæis iterùm pugnârunt, verùm amissis denuò quatuor millibus (3.) militum in fugam versi sunt à Judæis, qui illos ad castra usque persecuti sunt, hæc cùm intrâssent Arabes, inter sese altercati sunt ac dixerunt: Deus est, qui justè pro Judæis pugnat contrà nos, qui ipsorum legatos, pacis causâ missos, eosque innocentes interfecimus: Herodes autem Judæorum castra Arabum castris opposuit, nec quenquam ex hostili exercitu aquatum ire permisit, cumque illi Herodi regi munera pacis petendæ causa per legatos obtulissent, ipse nec accepit illa nec legatos in conspectum suum admisit, sed præcepit,

(1.) Idem refert Josephus Antiqu. lib. 15. c. 8. & l. 1. de Bell. Jud. c. 14.

(2.) Consentit Josephus loc. allegato, cui etiam Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 32. adstipulatur.

(3.) Quatuor millia Arabum capta fuisse scribit Josephus l. 15. c. 8. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 14. in fin.

וידי כשמוע היהודים כלם את הדברים
האלה ויתעוררו כלם למלחמה ויאמרו
אל המלך כלם פה אחד את העצה
היעוצה אשר יעצת הוא עצת יי ואין
עוד עצה אחריה׳ ויהא היהודים המלך
את לב העם והנה הם כלם כאיש אחד
להלחם בערב ויהללו את יי על ככה
ויעל עולות ושלמים ליי אלהינו ויאסוף
את חילו ויעבור את הירדן ועמו פרשים
רבים ויד חזקה ועצומה מאד חיל יהודה
ובנימן כלם גבורי אשר לא יסובו פניהם
מכל גוי׳ וילך ארצה ערב וילך מלך
הערב לקראתו ועמו חיל כבד מאד כחול
אשר על שפת הים ויערכו מלחמה
היהודים עם הערבים ויפלו במלחמת
הראשונה מהערבים המש אלפים איש׳
ויתחזק עוד מעמד המלחמה וילחמו עוד
עמהם ויפלו עוד מהערבי׳ ארבעה
אלפי׳ איש וינוסו הערבי׳ מפני היהודי׳
וירדפום היהודים עד מקום התנוחם
ויבואו הערבי׳ במקום התנוחם והערבי׳
נלחמו זה בזה בתוך מחניהם לאמר כי
אלהי׳ הוא הנלחם עמהם במשפט כי
הרגו את מלאכי יהודה אשר באו על
מרש שלום על לא חמס בכפיהם וישם
המלך

LIB. V. CAP. XX. 431

המלך היהודים את מחנה היהודים לפני
מחנה הערביי׳ ולא עזבו איתם לצאת
מהמחנה ולקחת מים׳ וישלחו מנחה ל
המלך היהודי׳ עם מלאכים לדרוש שלום
ממנו ולא קבל המלך את מנחתם ולא
ראו מלאכיו את פניו אבל צוה לבל
יגע בהם איש לרעה ולשלחם עד לכתם
בשלום אל אדוניהם׳ כי הקשה המלך
היהודים את רוחו ואמץ את לבבו
לעשות נקמה בערביים ולא ישוב אחורי׳
ויאמרו הערביים איש אל רעהו עד מתי
נשב במחנה ונסבול עוד הצנא יקומו
ונצא על היהודים למלחמ׳ כי טוב מותנו
במלחמ׳ ממותנו בצמא׳ ויצאו הערביים
מהמחנה ויערכו עם היהודים מלחמת
גדולה מאד והיהודים התאזרו לקראת
הערבי׳ ויהרגו מהם שבעה אלפים
גבורים׳ ויהפכו הערביים עורף לנום
וינוסו וירדפם המלך היהודים עם כל
עמו עד עיי מבצרה׳ וין בהם מכה רבה
ועצומה׳ אשר לא תשערנה ולא תספר
מרוב׳ וילכוד המלך היהודים את עיי
מבצריהם ואת כל מדינה ואת כל
עוריהם וירו הערביים דבמלט עברים
למלך היהודים כל ימי חייו׳ וישב המלך
ירושלימה וכל מחנה היהודים עמו בשלום
ובבבוד

cepit, ut eosdem illæsos (4.) & à nemine violatos ad dominos suos abire sinerent; Herodes verò rex animum suum obfirmavit & in sententia perstitit, ut Arabes ulciscereturnec consilium mutavit; quò cognitò Arabes invicem dixerunt: quousque in castris sedebimus ac sitis laborem tolerabimus? surgamus & castris egressi cum Judæis pugnemus, satius enim est, bello occumbere, quàm siti perire, quapropter eruptione è castris factâ acerrimum adversùs Judæos prælium inierunt; hi verò iisdem obviam progressi septem millia Arabum (5.) fortissimorum interfecerunt, reliqui autem terga verterunt ac profugerunt, quos rex Herodes cum omnibus copiis suis persecutus est usque ad loca munita tantamque illorum cædem ac stragem edidit, ut interfecti præ multitudine numerari & æstimari haud potuerint. Posteà Herodes eorundem urbes (6.) munitas in suam redegit potestatem, interque illas Petram deserti, (7.) metropolim, omniaque eorundem oppida: hac ratione Arabes superstites facti sunt servi Herodis, quamdiu is vixit; dein rex atque universus Judæorum exercitus cum pace & gloria Hierosolymam reversi sunt, nec quisquam ex illis desideratus est, (8.) quapropter laudibus celebrârunt Dominum ac munera ad Templum Domini

(4.) Consentit Josephus dict. l. 15. c. 8.

(5.) Idem refert Josephus loc. alleg. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 14. in fin. cui etiam Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 32. in fin.. consentit.

(6.) Quæ hic de urbibus Arabum ab Herode captis referuntur, apud Josephum non leguntur, confer. etiam Munsterus hic in notis.

(7.) De hac urbe suprà lib. 4. c. 11. n. 3. & lib. 5. c. 19. n. 5. dictum est.

(8) Hyperbole ista Judaica ab interpolatore, ut puto, intertexta, apud Josephum non legitur; Idem tamen dict. l. 15. c. 9. refert, Herodem re fortiter ac præclarè gesta magna cum laude & gloria Hierosolymam reversum esse.

ובכבוד ולא נעדר מהם איש ויחגו היהודי והלל לי' ומנחות בבית י' כי שלל רב הביאו עמהם אשר לקחו מעם הערב ומעם הברבר עושר גדול מאד׃

mini detulerunt, nam ſpolia multa tàm Arabibus, quàm Barbaris adempta, ut & divitias maximas ſecum adduxerant.

CAP. XXI.

בימים ההם ואנטוניוס נלחם באוקטביוס אגוסטוס ויחזק ויעבר אגוסטוס עד אנטוניוס ויגצחהו וילכוד אגוסטוס את הממשלה כלה ויבא באניה אל יהודים לבוא מצרימה ויוגד להיהודים כי נאבד אנטוניוס ויצר לו מאד כי אוהבו הוא׃ וישם את נפשו בכפו ויתן אל לבו לקרם פניו במנחה ראשונה וילך אליו׳ ויועץ ללכת לאגוסטוס אל יהודים אי היוני אחר אשר קדם במנחתו ויצו לביתו כי ידא מאד ויתן את קיפרון אמו ואת שלומית אחותו לפרודא אחיו ויצו עליו לשאת אותם במצודה אשר לאדום׳ ואת מרימי אשתו ואת אלכסנדרה אמה נתן ליוסף בעל שלומית אחותו ולשומי איש צוריו

ISdem diebus Antonius (1.) cum Octaviano Auguſto armis conflixit; ſed Auguſtus ſuperior evaſit (2.) & Antonium devicit, quô factô univerſum adeptus eſt imperium, dein claſſem ad Rhodum (3.) appulit, ut exinde in Ægyptum deveheretur: Herodes autem, cùm Antonium periiſſe cognoviſſet, maximo dolore affectus fuit, quia Antonius ipſius amicus fuerat; ſed reſumptô poſtmodùm animo Auguſtum muneribus primò placare, dein ipſum ſpretô vitæ periculô adire conſtituit in Rhodo, (4.) Græcorum inſula; priusquàm autem profectus eſt, Herodes domum ſuam diſpoſuit (quia valdè timuit) ac Cyprum, matrem, Salomenque, ſororem ſuam, Pheroræ (5.) fratri ſuo, commendans præcepit, ut illas Mazudam, (6.) Idumæorum urbem, deferret; uxorem autem ſuam, Mariamnem, ejusque matrem, Alexandram, Joſepho (7.) Salomæ, ſororis ſuæ marito, ac Soëmo

(1.) Quando pugna Actiaca facta ſit, ſupra h. l. 5. c. 18. num. 2. dictum eſt: Munſterus hic notavit, Actium promontorium fuiſſe, in Epiro ſitum, ubi Auguſtus, Cleopatrâ & Antonio navali prælio devictis, urbem condidit & Nicopolim à victoria nominavit.

(2.) Vid. Joſeph. Antiqu. lib. 15. c. 9. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 15. princ. confer. etiam Egeſippus lib. 1. de Excid. Hieroſ. cap. 33. ac Joſippi Epitom. p. 130. & ſeq.

(3.) Conſer. Ejusd. Joſippi Epitom. pag. 131. & Egeſipp. eod. l. 1. c. 33.

(4.) Vid. Joſeph. dict. l. 15. c. 10. princ. & l. 1. de Bell. Jud. c. 15. princ. confer. etiam Egeſippus l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 33. ac Joſippi Epitom. pag. 131.

(5.) Conſentit Joſephus l. 15. c. 9.

(6.) Maſſada nominatur à Joſepho dict. l. 15. c. 9. confer. quæ ſuprà h. lib. 5. c. 9. n. 8. annotata ſunt.

(7.) Is Joſephus fuit ταμίας, i. e. quæſtor ſeu præfectus ærarii, prout ſcribit Joſephus dict. lib. 15. cap. 9. in fin. atque alius fuit à Joſepho, Salomæ marito, is enim jam anteà ab Herode interemptus erat, de quo vid. Joſeph. eod. lib, 15. cap. 4. confer. etiam Egeſippus lib. 1. de Bell. Iud. c. 37. & Joſippi Epitom. pag. 131. & ſeq. it. cap. ſequ. 22. n. 6.

צורי ויצו אותם לשאת אותם לעיר אלכסנדריאה׃ אשר במצרים או לעיר אלכסנדרונה׃ אשר ביהודה׃ וישביעם לאמר אם תשמעו ממני אסון הרגו את אשתי ואל ישמח בה זולתי והרגו את אלכסנדרה אמה והוא בא באניה וילך אל אגוסטוס מלך רומו ויירא מאד ממנו כי אגוסטוס חשב להרוג את היהודים על האהבה אשר החה לו עם אנטוניוס וכי שמע כי גם הוא היה בא עמו לולי אשר מנע אנטוניוס מלכת עמו׳ וידי כבואו לפני אגוסטוס לא הסיר מעליו מכל עניי המלכות כי אם הגבר לבדי ויבוא וישתחו לאפיו ארצה׳ ויאמר הושיעה אדוני המיסר׳ אני שמעתי כי קצפת עלי ואומר אכרח ואמלט מיקצפך אל והמיך האתה וחכם כמלאך אלהים האוין לדברי ויאמנו אלך׳ אם קצפת עלי בגלל האהבה אשר החה לי עם אנטוניו׳ אני לא אסתיר ממך דבר כי אמת הוא אשר הייתי אוהב לאנטוניוס בהיותו

mo (8.) cuidam Tyrio (9.) concredidit, eisdem injungens, ut fœminas illas vel in urbem Alexandriam, (10.) quæ in Ægypto eſt, vel in oppidum Alexandrium, in Judæa ſitum, deducerent, eoque nomine illos jurejurando ſibi obſtrinxit, hæc addens: ſi quid de interitu meo vobis innotuerit, id agite, ut uxorem meam, ne quis illâ, præter me, potiatur, interficiatis ejusque matrem, Alexandram. Herodes itaque nave profectus ad Auguſtum, Romanorum imperatorem (11.) venit, valdè ſibi ab illo metuens, quia Auguſtus Herodem ob amicitiam, cum Antonio contractam, interimere cogitaverat, imprimis, quòd audiſſet, etiam Herodem unà cùm Antonio bellum ſibi inferre voluiſſe, niſi illum Antonius à propoſito itinere prohibuiſſet; Herodes autem, cùm in Auguſti conſpectum veniſſet, nequidquam (12.) regii ornatus à ſe removit, præter diadema, (13.) poſteà humi procumbens dixit: Serva, Domine Cæſar, (14.) audivi enim, te mihi iratum eſſe, quapropter ab ira ad clementiam tuam confugere mecum conſtitui, quia vir prudens es, ſicut angelus Dei, percipe igitur dicta mea eisque fidem adhibe, ſi propter amicitiam, quam cum Antonio colui, mihi iraſceris, non nego, (15.) reverà mihi amicitiam cum Antonio, dum vixit & imperii

(8.) Soheni cujusdam regis mentionem facit Tacitus Hiſtor. l. 5. c. 1.

(9.) Ituræus hic nominatur à Joſepho lib. 15. cap 9. in fin. confer. cap. ſequ. 22. n. 1.

(10.) Joſephus dict. lib. 15. cap. 9. non Alexandriæ, quæ in Ægypto eſt, ſed Alexandrii, muniti oppidi, in Judæa ſiti, ſolum mentionem facit, vid. ſuprà lib. 4. c. 22. num. 6. & cap. 24. num. 15.

(11.) Qui tunc temporis in Rhodo inſula fuit, prout ſcribit Joſephus lib. 15. c. 10. & lib. 1. de Bell. Iud. c. 15. confer. etiam Egeſipp. lib. 1. de Excid. Hieroſ cap. 33. ac Joſippi Epitom. pag. 132.

(12.) Idem refert Joſephus lib. 15. c. 10. & lib. 1. de Bell. Iud. c. 15. confer etiam Joſippi Epitom. pag. 132.

13.) Coronam, regium inſigne, id enim dictio נזר, quæ hîc habetur, ſignificat.

14.) Hæc & ſequentia usque ad: ſi propter amicitiam, quam cum Antonio &c. abſunt à Munſteri codice & videntur à Judæo interpolatore adjecta eſſe.

(15.) Eadem ferè referuntur à Joſepho dict. l. 15. c. 10. & lib. 1. de Bell. Iud. c. 15. confer. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 1. c. 33. & Joſippi Epitom. p. 133.

perii tui magnitudinem veneratus est, interceſſiſſe, nam in regno meo ejusque adminiſtratione, te ita jubente, ipſe ſubſidio mihi fuit fœdusque tuo nomine mecum pepigit tanquam miniſter, qui tibi fidelis fuit, imo, ſi adhùc in vivis eſſet, amore illum complecti vellem, quisquis igitur tibi dixit, me Antonio fuiſſe amicum, is verum dixit, & quisnam illius amicitiam coràm te mihi crimini dabit? fateor enim, me conſilium iniiſſe proficiſcendi cum ipſo in Italiam ad bellum tibi inferendum, ne quid ejus rei te celem; ego verò unà cum illo in Italiam trajicere non potui tàm propter bellum, quod cum Arabibus geſſi, quàm ob malum conſilium, quod Cleopatra, Antonii uxor, eidem ſuppeditaverat, ne ſcilicèt me ſecum duceret nec mihi fideret, idcircò gladium contrà te non ſtrinxi nec bellum tibi intuli, idque non animi timiditate nec formidine belli nec tanquam ignavus, qui amicum ſuum ingruente bello ac neceſſitatis tempore deſerit, Antonium reliqui, ſed potius id ægerrimè tuli & dedecus atque ignominiam exiſtimavi, quòd cum ipſo mare non trajecerim, præterea militibus & exercitu atque claſſe, quæ tàm armis frumentoque, quàm commeatu aliisque rebus neceſſariis abundè inſtructa fuit, illum adjuvi, atque hunc amorem, quò Antonium complexus ſum (16.) oculis ipſe tuis vidiſſes, ſi cum illo in Italiam ad locum pugnæ adverſùs te ineundæ profectus eſſem; ſed quia ibidem haud fui, idcircò amorem illum accuratè perſpicere non potuiſti, amor enim veri & ſinceri amici non niſi calamitatis tempore cognoſcitur. Nunc itaque omnem tibi veritatem dixi nec quidquam temet celavi, ne fortè me virum putes, qui amicum neceſſitate ingruente deſeruerit, certè (17.) cùm judicium de me tuum atque timorem expertus ſim, cur jam judicia tua formidem

(16.) In Hebræo textus hic ſatis obſcurus eſt, Munſteri quoque codex à noſtro non parum differt.

(17.) Hunc quoque locum Munſteri codex paulò aliter legit, quem videas licet.

כהוותו בזים ואוהב לגדלת ממשלתך
כי הוא עזוני על ממשלתי במלכותי
במצותיהן וקיים בריתך אתי בעבר נאמן
אליך. ואם כהיום עודני אני אוהבו וכל
אשר אניד לך אהדות האהבה אשר היתה
אתי עמו יעוץ. ומה גם עתה ולשון
איש אותו לפניך על אודות אהבתו ואני
הראיתי זה כי נועצתי לבוא אתו עליך
למלחמה בחזקה ולא עצרתי מורד דבר
ולא יכולתי לעבור עמו בגלל מלחמי
הערבי ובכלל העצה הרעה אשר יעצתו
קליאופטרה אשתו לבלתי שאת אותי
עמו ולבלתי יבטח בי ועל כן לא הרימותי
חרבי עליך ולא נלחמתי בך. ולא ממורך
לב ולא מיראת מלחמי ולא באיש אשר
יעזוב את אוהבו ביום מלחמה הערכתי
עזמתי את אנטוניוס בי אור לי מאר על
ככה גם בישתי תכלמתי בעיני אשר לא
עברתי עמו אבל עזרתיו כגדודים ועבא
ואניות גושאות כלי מלחמה ובר ולחם
ומזון לדוב. והאהבה אשר אהבתי אותו
ולא עברתי עמו בארץ כותים למקום
המלחמה להלחם בך עמו היתה היאך
אותה בעיניך. אבל לא הייתי שם ולא
תוכל להכיחה היטב כי אהבת האוהב
הנאמן לא תחבר כי אם ביום צרה וחרפה
עתה הגדתי לך האמת ולא אסתיר ממך
דבר פן אהיה בעיניך כאיש העוזב את
אוהבו ביום צרה ואם אמת כי משפטיך
כבר קבלתי עלי ויראתך בעיני למה אוי
ואפחד

midem ac metuam, qui in manu tua hodiè conſtitutus ſum? Profectò ſi hujus rei veritatem te celâſſem, nunquam mihi fidem habuiſſes, aut ulla in re credidiſſes, quia in judicio regis nec mendacium nec improbitas homini proderit, ſed veritas, juſtitia & integritas, quicunque igitur mentietur, is in iniquitate ſua deprehendetur; at qui veritatem dicit, etiamſi is delictum commiſerit, miſericordiam tamen conſequetur ac peccato veniam à magiſtratu impetrabit: præterea nunquam Antonio ſuppetias tuliſſem, niſi is mihi dixiſſet, à te ſibi injuriam prius illatam eſſe teque improbè egiſſe ac juſtitiam ſpreviſſe, nec res mihi ab initio ita comperta fuit, ſicuti poſteà illam cognovi, ſi enim id anteà tàm benè ſciviſſem, Antonius nunquam mare trajeciſſet, ut tibi bellum inferret, nam vel conſilio meo obtemperare neceſſe habuiſſet, vel ego unà cum aliis regibus, ſociis meis & imperio tuo ſubjectis, eundem bello perſecutus eſſem, nosque ſimùl illum, priusquàm ad te veniſſet armaque tibi intuliſſet, unitis viribus deleviſſemus, prout ſervos fideles decet, qui pro dominis ſuis adverſùs quosvis rebelles & contrà omnes, qui à dominis ſuis deficiunt, pugnant: cuncti etiam reges, qui eo tempore, quo cum Antonio mare trajicere volui, aderant, jam antè jurejurando ſeſe obſtrinxerant, ſe imperium tuum, quantum in ipſis eſſet, augere & ad Deum pro ſalute tua ac proſperitate imperii tui orare velle. Cùm igitur nullam in eo perfidiam deprehendiſſem, ſed ipſe tantùm de injuria à te ſibi illata conqueſtus eſſet, nimirùm quòd ſine ullo ipſius peccato ac merito perniciem ei & interitum ſtruxiſſes, ac non ipſi ſolùm, ſed aliis quoque regibus, qui tunc mecum erant, vitam eripere conatus eſſes, hac impulſus cauſa cum eo proficiſci illumque, ſi quidem dicta ejus veritate niterentur, à manu oppreſſoris liberare mecum conſtitui: ſi verò illius dicta veritati haud conſentanea deprehendiſſem, arma ſanè in perfidum vertiſſem eumque de-

ואפחד ממשפטיך והנני היום בירך.
והלא אם אעלים האמת ממך בזה לא
תבטח בי ולא תאמין לי בדבר ובמשפט
מלך לא יועיל לאדם כוב וישע בי אם
אמת צדק ויושר ואשר יכוב בעוני ילמד
ואשר ידבר אמת הלא אם פשע יחוטם
ומשוטל עליו ישא לעונו ועם כל זה
אני לא הייתי בא בן ת אנטוניוס כי
אם על אשר הגיד לי בי אתה החחלת
בעול עליו ואהברת רשע ושנאת צדיק
אבל לא ידעתי הדבר כאשר ידעתיו אחר
כן ואם ידעתי לא היה ק בר ליך לעולם.
אמנם אר דוד שומע מעצתי אי הייתי
גלחם בו אני עם מלכים אחרי הנמצאים
בעזרי והרחתי ממשלתך נדם עברו אליך
והיינו משמידי אותו ולא היה מביא
טורח מלחמה עליך בחק העכרי הנאמני
אשר ילחמו מלחמות אדוניהם עם כל
רבוגדי ועם כל החושבים לבגוד בם.
וכל המלכי שבעברי עמו כבר נשבעני
להגדיל ממשלתך ולהתפלל על האלהים
בעד חייך וקיום מלכותך. אבל לא הכרתי
בו בגד בוגר אך הוא היה צועק חמס
מנך לאמר כי התחלת לחשוב עליך
מחשבות לרע מבלתי חטאת ואשם ובו
אתה דואג מבקש את נפשו ואת נפש
יתר מלכים אשר בעברי. או אמרתי
לעבור עמו ואם דבריו אמת איזל עשוק
מיד עושקו ואם לא אמצא נכון כרברי
אפגע בפגע הראוי למוגדים וכי ירעתי
אשתו ארת מחשבתי עמו יעצתו לבל
יעבירני עמו ותאמ אליו כי אעבור בו
ולא

bito ſupplicio affeciſſem. Hanc igitur mentem meam cùm uxor ejus, Cleopatra, cognoviſſet, conſilium ei dedit, ne cum ipſo maretrajicerem eique dixit, quòd ipſius partes deſerere vellem, quamobrem non permiſit, ut cum illo tranſirem, ſed me ſolum reliquit, ut cum Arabibus bellum gererem, ejusque uxor Anthium, exercitus ſui ducem, mihi adjunxit ſubdola fallaciâ & fraudulento conſilio, quod cum Arabum rege inierat, ut me perderet ac deleret terramque & regnum meum occuparet; ſed Deus calamitatem meam reſpiciens vires animumque mihi addidit, ut non ſolùm Arabiæ regis ducem, ſed Anthium quoque, exercitus Cleopatræ præfectum, interimerem. Nunc itaque devicto, proſtrato atque interfecto Antonio ne exiſtimes, quòd tui tantùm exercitus robore militumque Romanorum auxilio bellum geſſeris, ſed primum omnium ſcias, adverſùs Antonium pugnaſſe ipſius dementiam, dum uxoris ſuæ, Cleopatræ, conſilio obtemperavit, quæ illum fornicatione ſua & veneficio devicit, dein improbam rebellionem, quâ à domino ſuo defecit, ſibi adverſam habuit, ita enim cuivis, qui domino ſuo rebellis eſt, evenire ſolet, ut, quamdiu is vivit, ſemper illo inferior evadat & tandem intereat, ſic enim fert voluntas Dei. His addenda eſt animi tui integritas, prudentia ac conſilium tuum, quibus omnibus illum viciſti & utinam Antonius conſilio meo morem geſſiſſet uxoremque ſuam, Cleopatram, interfeciſſet, nunquam eò calamitatis veniſſet. Jam enim certò ſcio, quòd à Cleopatra inductus bellum tibi intulerit, neque id aliàs ei unquam in mentem venerit. Propterea, Domine Cæſar, ſi ipſe adhûc in vivis eſſet, illum amarem ejusque bonum quærerem &, ſi nullam commiſiſſet iniquitatem nec improbitatem atque defectionem perpetraſſet, ab imperio autem tuo injuriam paſſus eſſet, ego adhuc paratus eſſem, arma adverſùs & omnesque illius hoſtes movere, ipſius quippe hoſtes

ולא נתנני לעבור עמו ונשארתי לבדי
להלחם עם הערבי' ושלחה אשתו עמי
את אנטיאר שר צבאה בקשר מרמה
ועצה רעה ביניה ובין מלך הערב
להשמידני ולחפילני ולמשול הוא בארצי
ובמלכותי' וכי ראה האלהים בעניי ואמצני
וחזקני והשמחתי את שר מלך הע'ב גם
את שר חיל קליאופטרא וגם אנטיאוש
שר צבאה' וראה עזה אשר בגדית על
אנטוניו' והשפלתו ואברתיו לא תחשוב
כי לא נלחמת כי אם בחולך ובעודך
בבורי הרומיים לבדי אבל דע כי הראשון
הנלחם היה רוחר דעתו והאמתו לעצת
אשתו וחנצחהו קליאופטורה בזנותה
ובכשפיה והשני רע בגידתו כי בגד
באדוניו וכה משפט כל בוגד באדוניו
ליפול כל ימיו לפניו כי זה הצון האלהים
ונוסף על זה יושר דעתך וטוב שכלך
ועצתך' ולו שמע לעצתי להרגה לא
היה בא לזה ומה גם עתה כי ידעתי
באמונה אשר היא הסיחתו לבא עליך
במלחמה ולא עלה אל לבו זה לעולם'
ולכן אדני הקיסר אם עדין הוא בחיים
אני אוהבו ומבקש טובתו אם הוא
בלתי בוגד ושע העו'ל וחסם הגיעוהו
מאת ממשלתך על לא פשע והנני מוכן
להלחם בך ובכל אויבי הם אויבי
ואוהביו הם אוהבי' ואם הוא בוגד
הנני האשון לפגוע בו באה' מעברך
הנאמני' ואם נאבר באש' שמעתי והיה
בוגד כאשר נראה אלי מענינו כן יאבדו
כל אויבי אדוניהם והבוגדים לך ולכתי

מלכותך שלום והנה אני עתה למשפטיך
אני עומד ואוהבי' רבים לנו וכן אויבי'
ואויבינו ידעו כי נקמה נגקום מהם
במשפט ומזה לא ימלטו ואוהבנו ידעו
כי נמות על אהבתם ויבטחו וישענו בנו
ביום צרה כל אוהבינו באמונה ובמבטח
אמת' ויהי כדבור הנודדים כדברי' האלה
ויען אגוסטו' הקיסר ויאמר אליו לך נאה
באמת למלוך ויסגר פה כל דובר עליך
לרעה כי ידעתי עתה אש' נאמן אתה
לאוהביך ואת אוהבתם השמור ולא הבוש
לגלותה ואם העמוד למשפט מות' כי
דגך היום לפנינו ובידינו להמיתך ולא
תבוש לגלוי עוצם האהבה אשר היתה
לך עם אנטוניו' אויבינו אשר מת במשפט
מות הבוגדים על אדוניהם' ומעתה
נאמין כי תהיה אוהבנו ונשמח באהבתך
האמתה ואנחנו נטיב לך בפלים ממה
שהטיב אנטוניוס ונתן לך שבר אהבתך
על כל אשר נתן לך ונצחנו אותו בחיין
במלחמ' ועתה נגאלנו בנוכיות ובדרך
זה' והנני מזמין להשלים שאלתך בכל
אשר תשאל מעמי' ואם אתה היית
אוהב באמן לאנטוניוס הנה הוא לא
במשפט עשה עמך ולא כגמולך עשה
לך כי שמע לעצת קליאופטרה ולא שמע
לעצתך ובחר בבשפיה והאמין בם ולא
האמין אליך' ולא תפלא על זה מי
באשר עשה לך כן עשה לי אשר בגלל
קליאופטו' עזב אהבתי ונהפך לי לאויב
על

ſtes mei eſſent hoſtes, & amici ejus mei forent amici; ſed ſi perfidus fuiſſet atque defectionem parâſſet, primus adverſùs illum ſtrinxiſſem gladium, tanquam unus ex ſervis tuis fidelibus. Poſteaquam autem ille, prout audivi, periit & perfidus fuit, ſicuti iſtud reipſa deprehendi, idcircò opto, ut omnes, qui dominis ſuis hoſtes ſunt, quique à te deficiunt, eodem modo pereant, corona autem imperii tui ſalva ſit ac floreat! en ego jam coràm tribunali tuo hic ſto, ſatis gnarus, multos nobis eſſe tàm amicos, quàm inimicos, experiantur itaque inimici noſtri, quòd eos in judicio ulciſcamur quodque incolumes inde non ſint evaſuri; amici autem noſtri ſciant, quòd propter illorum amorem vitam profundere parati ſimus, ut nobis confidant ac neceſſitatis tempore ſecurè nobis innitantur, omnes ſcil. illi qui fideliter ac verè nos amant. Hæc cùm dixiſſet Herodes, Auguſtus Cæſar ei reſpondit: dignus ſanè es, qui regnum teneas (18.) nec quisquam os ſuum aperiat, ut malè de te loquatur, jam enim amicis tuis fidelem te eſſe eisque amicitiam ſervare cognoſco, nec erubeſcis, quò minus etiam cum capitis periculo eandem manifeſtes: ecce enim tu hodiè te nobis ſiſtis, quorum in manu poſitum eſt, ut te morte afficiamus; nec arctiſſimum illud amoris vinculum, quo Antonio obſtrictus fuiſti, detegere metuis, licèt is hoſtis nobis fuerit, & ob rebellionis crimen mortis ſupplicio affectus ſit; ab hoc itaque tempore te nobis amicum fore credimus & in fideli amicitia tua confidimus, beneficiis etiam duplo majoribus, quàm quæ ab Antonio accepiſti, te afficiemus & amoris tui præmia cumulabimus ſuprà omnia, quæ tibi Antonius dedit, & quemadmodum illum, dum vixit, bello ſuperavimus; ita nunc eundem liberalitate ac beneficentia vincemus: en me paratum ad perficiendum deſiderium tuum in omnibus, quæcunque

(18.) Conſentit ferè Joſephus dict. lib. 15. c. 10. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 15. ut & Egeſippus l. 1. de Excid. Hieroſ. cap. 34, confer. etiam Joſippi Epitom. p. 134.

על לא רמם בכפי׳ ויקח אגוסטוס את
נזר המלכות׳ וישם אותה בידו בראש
הוודוים המלך ויוסף לו מלכות וממשלה
בכפלי׳ על אשר היה לו וילך אתו הוודוים
עד ארץ מצרי׳ ויקח אגוסטוס את כל
המלכו׳ והממשלה׳ אשר נתן אנטוניוס
אל קליאופטר׳ ויתנם להורודו׳ וימלוך
שם אגוסטוס את הורודו׳ ויתן לו עוד
ד׳ מאות גבורים במגיני פיגוי הנקראים
גלום וכבדהו מאד׳

cunque à me petieris. Antonius certè, ſiquidem verus illius amicus fuiſti, non ita, prout deeet, ergà te ſeſe geſſit nec par beneficium tibi rependit, dum Cleopatræ magis, quàm tuo obtemperavit conſilio ejusve veneficiis potius, quàm tibi, morem geſſit fidemque habuit, neque id mireris, cùm idem, quod tibi, etiam mihi fecerit, nam Cleopatræ gratia amicitiam meam ſprevit atque hoſtis mihi factus eſt citrà ullum peccatum meum atque meritum. Poſteà Auguſtus regium diadema manu ſua Herodis capiti impoſuit, ejusque imperium & regnum duplo majus, quàm anteà habuerat, reddidit: Herodes autem Auguſtum in Ægyptum (19.) usque comitatus eſt, qui regna omnia atque ditiones, quas Antonius Cleopatræ (20.) dederat, eidem abſtulit atque Herodi tradidit (21.) eundemque illis regem præfecit, quadringentos (22.) quoque ei milites ſcutatos (23.) è gente Gallica dedit maximoque illum honore affecit.

CAP. XXII.

וישב הוודום ל ירושל׳ וימצא את כל
ביתו בבהלה כי יוסף ושומו איש צודי
אש׳ פקד אות׳ המלך לשמור את מרימי
אשתו גלו את׳ מסתודי המלך ואת׳
סודותיו

POſteà Herodes Hieroſolymam reverſus eſt atque univerſam domum ſuam turbis plenam invenit, quia Joſephus ac Soëmus Tyrius (1.) quibus rex cuſtodiam Mariamnæ, uxoris ſuæ, commendaverat, arcanum Herodis detexerant, (2.) qui illis injunxerat, ut Mariamnem, uxorem ſuam, ſi quid

(19.) Idem refert Joſephus eod. lib. 15. c. 10. & c. 11. ac lib. 1. de Bell. Jud. c. 15. conſer. etiam Egeſippus l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 34. & Joſippi Epitom. p. 135.

(20.) De morte Cleopatræ vid. inter alios etiam Joſippi Epitom. dict. pag. 135, & ſeq.

(21.) Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 34. ſcribit, quòd Auguſtus Cæſar Herodi Gadaram, Joppen atque Samariam conceſſerit, maritimas quoque urbes, Gazam, Arithedanam ac turrim Stratonis ſimul donaverit.

(22.) Idem refert Joſephus lib. 15. c. 11. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 15. atque Egeſippus dict. l. 1. c. 34.

(23.) Δορυφορῶντας γάλατας nominat Joſephus dict. lib. 15. cap. 11. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 15.

(1.) Vid. quæ de hoc Soëmo cap. antec. 21. n. 9. dicta ſunt.

(2.) De Soëmo ſolo id refert Joſephus lib. 15. c. 11, quòd ſcil. arcanum detexerit; vid. tamen Ege-

סודותיו אשר צוה להם להרוג את מרימי
אשתו כי ישמעו אשר יקרהו אסון ולא
ישמח ברי זולתו אתרי מותו׳ ויהי
כשמוע האשה זה ותתעצב מאד וכאשר
דבר אליה המלך תמיד והגיד לה את
כל היקר והגדולה אשר היתה לו לא
שמרה ולא הטיבה את פניה ולא האזינה
ל דבריו רק קללה אותו ואת משפחתו
ויוא הודודום את שנאת אשתו ויצר לו
מאד ע׳ כבה כי אהבה המלך מאד
מאד׳ ויהי היום והדי מריבה בין שלומית
אחות המלך אשת יוסף ובין המלכה
מרימי ותקצוף המלכ׳ על שלומית ותגרש׳
ותחרף את משפחת׳ והלך שלומית׳
בשקר והלשין את המלכה אל המלך
לאמר דע כי בהיותך עם אגוסטוס שבב
יוסף בעלי עם מרימי המלכה ועתה ראה
מה תעשה ולא האמין המלך לדבריה כי
ידע אש׳ אשתו צנועה מחמל שלשום׳
אבל בגלל השנאה אשר היתה שונאת
אתו כמעט שם המלך את הדברים
האלה אל לבו׳ ויקרא המלך את אשתו
וישאלה ויאמר לה׳ אמרי נא לי מדו
השנא׳ דואת אשר תשנאי אותי מחוש
הנם ולא ארבחיני כחמל שלשום ואני
אוהבי

quid ſibi humanitùs acciditſſe (3.) audiverint, interficerent, ne quis eâ poſt mortem ſuam frueretur. Mariamne igitur id audiens ſummo mœrore affecta fuit, cumque rex ei ſubinde dilaudaret omnigenum honorem ac magnificentiam, quam Auguſtus ſibi exhibuiſſet, illa nec ullum lætitiæ ſignum nec hilarem oſtendebat vultum, nec animum ad ipſius verba attendebat, ſed illum ejusque cognationem (4.) execrabatur. Herodes itaque cùm uxoris ſuæ odium animadverteret, intimis animi ſenſibus angebatur (5.) quia illam vehementer amabat: accidit autem die quodam, ut Mariamne regina cum Salome, regis ſorore, Joſephi uxore, rixaretur eamque maledictis inceſſeret, ac generis ignobilitatem eidem exprobraret; Salome verò id indignè ferens regem adiit & reginam apud illum falſò detulit hiſce verbis: notum tibi ſit, quòd Joſephus, maritus meus, (6.) intereà, dum apud Auguſtum fuiſti, cum Mariamne regina rem habuerit, diſpice igitur, quid tibi jam faciendum ſit; ſed rex illius dictis fidem non habuit (7.) probè ſciens, quod uxor ſua hucusque ſemper pudica fuerit: propter odium tamen, quô ipſum uxor ejus proſequebatur, nonnihil ſuſpicionis ex verbis iſtis animo ſuo concepit. Quapropter uxorem ſuam accerſivit eamque interrogans: dic mihi quæsò, ait, cur tantum adversùs me odium ſine ulla cauſa denuò (8.) geris, nec me, ſicut anteà, amore complecteris, cùm tamen præ omnibus fœminis te unicè diligam? en ego tibi juro, quòd

Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 37. & Joſippi Epitom. pag. 136. conſer. etiam infrà h. c. 22. n. 13. ibique not.

(3.) Id eſt, ſi ſibi mori contigiſſet, Latini enim εὐφημοῦντες mortis mentionem omittere ſolebant; cæterum de dictionis אסון, quæ hic in Hebræo habetur, ſignificatione vid. inter alios Buxtorf. Lexic. hac voc.

(4.) Joſephus loc. alleg. ſcribit, Mariamnem τὴν δυσγένειαν, generis ignobilitatem illis exprobraſſe, ſicuti etiam paulò poſt apud autorem noſtrum habetur.

(5.) Idem refert Joſephus dict. loc.

(6.) Vid. quæ cap. antec. 21. num. 7. de hoc Joſepho notata ſunt, conſer. & Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 37. ac Joſippi Epitom. pag. 136.

(7.) Sic Joſephus quoque lib. 15. c. 11. refert, cui etiam Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 37. & Joſippi Epitom. p. 137. conſentiunt.

(8.) Nam Mariamne anteà quoque propter Ariſtobulum fratrem ſuum ab Herode interfectum, eundem odio proſecuta erat.

quod ab illo die, quo ad te veni, nullam aliam, præter te, mulierem amore complexus sim, nec etiamnum aliam, quàm te, diligam: Mariamne verò respondens: si me, inquit, amares, prout dixisti, non esses inimicus meus, sicuti cognovi, ecquis unquam audivit vel vidit, aliquem à quoquam amari & tamen eundem ab illo interfici? annon Josepho die isto, quo ad Augustum, Cæsarem Romanum, profectus es, præcepisti, ut me interimeret; hæc reginæ dicta cùm Herodes audisset, valdè conturbatus fuit, nec illam, ut anteà facere consueverat, amplexatus & osculatus est, sed clamavit ac secum cogitavit: certè verum est, quod audivi (9.) en hujus rei argumentum, quia nunquam Josephus arcanum meum ei detexisset, nisi rem cum illa habuisset. Rex igitur palatio regio egressus in aliæ domo pernoctavit: Salome autem, regis soror, cùm vidisset, regem iis, quæ de uxore sua audiverat, fidem habuisse, eunuchum quendam ex pincernis regiis (10.) auri argentique muneribus corrupit eique mortiferum venenum dedit his verbis: accipe venenum istud & ad regem properans dic ei: Mariamne, uxor tua, aurum argentumque mihi dedit ac tradito hoc veneno dixit: abi atque regi potionem istam offer, ut me amet, quia amatorium est poculum, (11.) fortè pristina regis ergà me inclinatio isto medio conciliabitur, id si impetravero, maximis te beneficiis cumulabo. Eunuchus igitur omnia, quæ ei Salome præceperat, effectui dedit & prætereà id regi dixit: egomet mecum cogitavi, forsitàn potio ista lethifera est, quapropter nolui illam regi offerre: his cognitis Herodes valdè exterritus fuit & Eunucho dixit: ubinam est potio ista? affer

(9.) Nempe Josephum cum Mariamne rem habuisse, sicuti Salome ei dixerat, confer. etiam Egesipp. l. 1. de Bell. Jud. c. 37. & Iosippi Epitom. p. 137. & seq.

(10.) Ὀνειρόν vocat etiam Josephus dict. lib. 15. c. 11. confer. Josippi Epitom. pag. 138.

(11.) φίλτρον vocant Græci, ita & Josephus loc. alleg. nominat, confer. leg. 3. §. 2. Dig. ad L. Cornel. de Sicar.

afferillam mihi, hanc cùm eunuchus attulisset, rex illam viro, qui mortem commeruerat, ebibendam dedit, qui, simùl ac illam hausit, repentè mortuus concidit, quo facto rex uxorem suam, Mariamnem, & Josephum atque Soëmum Tyrium capi jussit comprehensus etiam fuit eunuchus quidam (12.) Mariamnæ, quem rex acerbissimis cruciatibus torqueri ac verberibus gravissimis affici jussit, quò rei veritas circà potionem istam exprimeretur; sed nihil elici potuit, quia Salome mendacium excogitaverat; istud tamen eunuchus confessus est, quòd Mariamne odium adversùs regem ideò conceperit, quia Josephus (13.) & Soëmus arcanum regis ei revelaverant, nimirùm ut gratiam apud reginam inirent, si quid fortè humanitùs (14.) accidisset regi, qui tunc temporis ad Augustum profectus erat, nam Herodem à Cæsare interfectum iri certò sibi persvaserant. Quapropter jubente rege Josepho (15.) sororis illius maritus, ac Soëmus Tyrius statim occisi sunt; reginam autem Mariamnem Herodes custodiâ servari jussit, donec convocatis Concilii magni senioribus, qui tunc temporis erant, illam in judicio legitimo sisteret: ast Salome ejusque perversi consiliarii citato ad regem gradu properantes eidem dixerunt; notum tibi sit, quòd, si Mariamne unum adhûc diem supervixerit, populus rebellionem adversùs te excitabit, (16.) quia reginæ ministri, ex omnibus locis congregati, haudquaquam permittent, ut illam sine turbis & motibus bellicis mortis suppliciò afficias; si verò ipsam nunc interfeceris, nullæ illius mortem turbæ aut motus bellici

sequen-

(12.) Idem refert Josephus dict. l. 15. c. 11.

(13.) De Josepho nihil refert Josephus loc. alleg. vid. quæ supra h. cap. n. 2. notata sunt.

(14.) Confer. quæ h. cap. n. 3. dicta sunt.

(15.) Etiam hic nulla fit hujus Josephi mentio apud Josephum lib. 15. c. 11. sed Soëmum solùm jussu regis Herodis occisum esse ibidem refert; Egesippus tamen lib. 1. de Bell. Jud. cap. 37. etiam Josephi seu Josippi simul meminit, vid. infr. h. cap. n. 21.

(16.) Idem scribit Josephus dict. lib. 15. cap. 11. confer. etiam Josippi Epitom. p. 138.

משורתי המלכי מכל המקומות ולא יתנוך
להמיתה אם לא בבהלה ומלחמה׳ ואם
עתה תמיתה הנה היא תמורת בלא
בהלה ומלחמי ולא יעלה על לב איש
לקום ולבקש נקמה ממנה ויאמר המלך
הנה היא במשמר עשר בית כרעותנם׳
ויוציאוה מהמשמ׳ ויוליכוה לילה מחוץ
לעיר ירמיהוה ואלכסנדרה אמה ידעה
הדבר ותצא והצעק ותקרא אל שלומית
ותאמר אליה כדברים האלה צאי סורדת
אשר סורדת באישך ותמיתי אותו בכזביך
ובזנוניך והקלל בקול רם לאמר התחשיבי
כי תהיי ארת הרב׳ אחתי בהו אלהים
ינקום נקמתה ממך ראי אם תמצאי עוד
עלילה להרוג את המלך הורדוס אחיך
וגם נשים רבות בעד החלונות והחרכי
קללוה ותרפוה וגדפוה על אשר היתה
הולכת להרוג את מרימי במרמ׳ על לא
פשע בידיה ומרי עברה עם מרימי עצ
ההורגי לה במאמר המלך כרל הנשי
היו צועקות עליה ומחרפו׳ ומגדפות
אותה ומרימי המלכה שהקה ולא ענתה
דבר כי אם היתה צועדת והולכת ל
מקום המורת בלתי פרד ובלתי יראה
כאש׳ חלך אשה ל בית השמחה ולא
שנה וכוון המות ארת פניה גם לא

sequentur, nec quisquam in animum inducet suum, ut mortem ejus vindicet; ad quæ rex respondens: en illa, inquit, in custodia est, statuite de ea, quodcunque vobis visum fuerit. Mariamne igitur noctu è custodia protracta & extrà urbem educta (17.) occisa fuit: Alexandra verò, illius mater, cùm ei res innotuisset, prosiliens exclamavit atque indignabunda Salomen (18.) regis sororem, sic allocuta est: egredere perfida, quæ marito tuo semper refractaria fuisti, eumque mendaciis & scortationibus tuis ad mortem adegisti, dein concitato animo ac voce sublata hæc ei ingessit maledicta: an te putas diu post mortem filiæ meæ victuram esse? ne tibi istud persuadeas, Deus quippe sanguinem filiæ meæ in te ulciscetur, dispice jam, an etiam fratris tui Herodis interficiendi occasionem invenire possis: fœminæ quoque aliæ multæ per fenestras & cancellos prospicientes maledictis illam ac probris affecerunt, quòd Mariamne ipsius fraude absque ullo suo merito ad mortem raperetur; cùmque eadem Salome Mariamnem ejusq; interfectores mandatò regis comitaretur, omnes fœminæ illam objurgârunt eamq; convitiis ac maledictis prosciderûnt: ast regina Mariamne tacuit, nec quidquam respondit, sed sine pavore ac metu ad locum illum fatalem, non secus ac fœmina ad domũ lætitiæ, properans ivit & neq; vultus colorem neq; incessum ejus regium mortis cogitatio mutavit (19.) sed lethum contempsit, sicuti omnes illius cognati magnanimi illi Hasmonæorum filii, fecerant. Hoc modo omnibus excellentiam cognationis

(17.) In dicta Josippi Epitom. pag. 139. narratur, quòd Mariamna ad forum urbis perducta ibique interfecta sit.

(18.) In codice Munsteriano refertur, quòd Alexandra non Salomen, sed Mariamnen iisdem ferè, quæ hîc adducuntur, verbis allocuta sit, cui etiam Josephus dict. lib. 15. cap. 11. consentit, qui scribit, Alexandram, mortis periculò exterritam, Mariamnæ, filiæ suæ, ingratitudinem in Herodem, maritum exprobrâsse, confer. etiam Josippi Epitom. p. 139.

(19.) Sic etiam Josephus Antiqu. lib. 15. c. 11. scribit, quòd Mariamne ad mortem iverit ἀτρεμαίῳ τῷ κατασήματι καὶ τῇ χρόᾳ τῆς σαρκὸς ἀμεταβλήτῳ Sedato habitu nec mutato vultus colore, confer. Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 37, & 38. ac Josippi Epitom. p. 139. & seq.

שנה צעד הליכת המלכות ממנה הזעב
המלכה במורת כאשר עשו כרל בני
משפחתה בני החשמוני גדולי הנפשות
והראה לכל את יקר משפחתה ואת
גדולת אבותיה ומרי עברה והמלכת היתה
צועקת ושמחה׳ ויה׳ כי הגיעוה אל
מקום המות והפשוט את צואריה לחרב
וישחטוה עבד המלך במצות המלך ותמת
ותאסף אל עמיה׳ ומרימי המלכה
עלתה על כל הנשים אשר היו ברורה
ביפיה ובמרא׳ ובקדושת׳ ובנאמנותה
וצניעותה וביראת יה׳ אשר בקרבה ודבר
עוה לא נמצא כה לעולם ושקר דברה
שלומית הרשעה עלי׳ ונבלה גדולה
עשתה האחורה בהלשינה אותה לשקר
להמיתה ולהמית את יוסף אישה׳
ואם מרימי יפה בתואר ובמראה אשר
לא יונל אדם לספר את רוב יפיה
כמהוב בספר יוסיפון אשר בחבנו לרומיים
דנה היא הותה אם כל אשה הנוגה
לבעלה וצדקת וחסידה ויר יראה את
נפשה וכבר נדע לכל כי האלהים רצה
את מעשיה כי לא אתר לנקום
נקמת׳ אחריה באשר נספר עוד פה ואך
יאמר אדם כי נמצא במרימי עוות רבר
אשר יזעיב את ראשה למשפט מות או
יהיה

tionis suæ majorumque suorum præstantiam & magnanimitatem notam fecit, lætoque animo ac voce nequaquam remissa incessit, cùmque ad locum, morti destinatum, venisset, collum denudatum præbuit gladio satellitis regii, qui illam mandato regis interfecit. Sic obiit (20.) & ad populum suum collecta est Mariamne regina, quæ pulchritudine, decora facie, sanctitate, fide, castitate ac timore Domini omnes mulieres tunc temporis superavit, nec ullum in ea dedecus repertum est, nam improba illa Salome eandem falsò detulit & pessimè egit execrabilis ista fœmina, dum per mendacium reginam accusavit, ut & illam & suum ipsius (21.) maritum ad mortem adigeret: Eximiam verò Mariamnæ pulchritudinem atque venustam illius faciem, cujus præstantiam nemo enarrare poterit, Josephus in libro, (22.) quem Romanis scripsit, memoriæ prodidit: sanè regina illa omnium matronarum honestarum fuit mater, justitiâ & benignitate conspicua, cujus animæ Deus sit propitius! (23.) Omnibus enim jam anteà notum erat, Deo actiones reginæ illius acceptas fuisse, qui etiam defunctæ vindictam haud distulit, prout ampliùs hic enarrabimus, quomodo verò quis dicere poterit, tale probrum ac dedecus in Mariamne repertum fuisse, quod ipsius caput mortis judicio obnoxium reddidisset aut turpitudinem & ignominiam ei creâsset, quæ quotidiè Herodem, si fortè illum aliqua in re peccare atque delinquere deprehenderat, objurgavit & reprehendit? quapropter quicunque eam flagitii insimulaverit, is peccato semet obnoxium reddit & iniqui-

Kkk 2 tatem

(20.) Nota hic ultimum Mariamnæ elogium, omnibus fœminis, præcipuè matrimonio junctis, mente tenendum.

(21.) Salomæ nimirum, vid. quæ suprà h. cap. n. 15. notata sunt.

(22.) Intelligitur hic Josephi l. 15. c. 11.

(23.) Sic Judæi benevolum ac gratum ergà defunctos animum testari solent, quorum etiam hæc per abbreviaturam suntformulæ: תנצ׳בה, ע״ה, ל״ז, ac similes, de quibus vid. Buxtorf. Abbrevit. apud alios quoque populos ejusmodi adprecationes in usu fuerunt, hinc apud Græcos illa: ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως seu μνήμης, de qua vid. Novell. Justinian. 7. princ. quæ consuetudo etiam ad Christianos recentioris ævi manavit, sicuti notum est.

יהיה לה לבושה וקלון והיא היהודה
מקללת את המלך החדודם יום יום
רוצעקת עליו בראותה אותו יחטא
ואשם ברבר אבל הנפש אשר תאשימה
ואשמה הנפש הרוי והשא את עונה
ולא אחרי יי את נקמתה ויך את בית
המלי במכרת רב ויחותו רבי ממשרתי
המלך ושוחי ומנוגי וגם כל ערי
יהרדה לקו ברבר יומם רבים בשנת
מות מרימי החסידה ויתפלל העם
אל יי ויצעקו ואמרו אלהו אלהי ישראל
העל נפש אחת תאבר את עמך הקדי
והלא נקמת נקמת כי מהו נפשות
רבות מעמך בגלל מות מרימי המלכה
וירעו כל ישראל כי לחנם המיתה
ממיתיה ועתה יי אלהינו שמע את
תפלת עבדי והשר מעלינו את מכת
הרב ואם לא בלבנו מתים ויגם המלך
התודה את יי ויצעק צעקה ובכה ויתפלל
אל יי ויאמר יי אלהי ישראל כי הטיב
הדור ובשלי צער המגפה הזאת בישראל
זעתה הבה אותי ואת בית אבי ברבר
ומה עשו עמך בית ישראל בעוני ובפשעי
וירפא יי את העם ותעצר המגפה

tatem ſuam portabit. Deus itaque ultionem ejus haud diſtulit, ſed regis domum peſte afflixit (24.) qua multi ipſius miniſtri, principes & magnates perierunt, omnes quoque urbes Judaicæ diu gravi peſtilentiâ laborârunt eo anno, quo Mariamne interfecta eſt. Quapropter populus fuſis ad Dominum precibus ita oravit: O DEus Iſraëlis, num (25.) propter unum hominem univerſum populum tuum ſanctum perdes? nonne (26.) ſatis vindictæ ſumpſiſti, dum multi mortales è populo tuo propter Mariamnæ reginæ mortem peſte abſumpti ſunt? tota autem gens Iſraëlitica probè novit, reginam morte immerita mulctatam eſſe. Nunc itaque, Domine Deus noſter, exaudi preces ſervorum tuorum ac plagam peſtis à nobis remove, aliàs omnes interibimus; rex quoque flebili voce peccáta ſua Deo confeſſus hunc in modum precatus eſt: Domine, Deus Iſraëlis, meum eſt hoc peccatum ac propter me calamitas iſta in populo Iſraëlitico graſſatur, quocircà me domumque patris mei (27.) peſte abſume, cur enim populus tuus, domus Iſraëlitica, iniquitatem & peccatum meum luat? ſanavit itaque (28.) Deus populum, ac cohibita fuit plaga.

(24.) Idem refert etiam Joſephus dict. lib. 15. c. 11. & Joſippi Epitom. pag. 140.
(25.) Sic narratur etiam in Joſippi Epitom. pag. 140.
(26.) Hæc & ſequentia usque ad illa; ſanavit itaque Deus &c. abſunt à codice Munſteriano, confer. num. ſeq. 28. h. cap.
(27.) Reſpicitur hic ad 2. Samuel. c. 24. v. 17.
(28.) Vid. ſuprà h. cap. n. 26. ibique not.

CAP.

CAP. XXIII.

ויהי אחרי כן וינחם היהודים המלך על
אשר הרג את מרימי אשתו וגוהפכה חמת
המלך לתאוה ויתאו המלך את מרימי
אשתו ויזכור את שמה תמיד באלו היא
בחיים ויצו למשרתיה לעשות לה ברית
משחה תמיד ושולחן ערוך ולשי לה
כמא למושב בצד המלך כמנהגם לעשות
בחיים ויפול המלך בחלי גדול על
אהבת מרימי ועל האהוה כי לא יכול
לסבול את אבלי עליה ויאמן להתנחם
וכמעט אשר לא מת מרוב דהאוה
ומאהבתה בחייה ובמותה ויהא אלסבנדרי
אבי מרימי כי חלה המלך ויהועץ להמיגו
אם כחרב ואם בסם ויגר למלך ויצו
להוציאו והרגו במשפט כי יחשבה לשלות
יד במלך ולמלך היהודים שני בנים אשר
ילדה לו מרימי המלכי אשתו ושם הגדול
אריסתובולום ושם השני אלכסנדר וישלחם
המלך ברוי אמם לרומא ללמוד מוסר
מלכי רומא וגם ללמוד את מכתבם ואת
לשונם ויהי כשגיע הנערי ברומא את
הרבר הזה וכי מתה אמם ויתעצבו
ויגעו

Accidit autem poſteà, ut Herodes pœnitentiâ duceretur ob Mariamnem, uxorem ſuam, interfectam, atque ira regis in amorem verteretur, ipſeque illius deſiderio exardeſcens (1.) nominis ejus ſubinde recordaretur, ac ſi adhûc in vivis eſſet, præcepit etiam ejusdem miniſtris, ut ſemper convivium ei inſtruerent (2.) menſam adornarent, ſoliumque ad latus regis collocarent, prout facere conſueverant, quando illa adhuc ſuperſtes erat; rex autem in gravem incidit morbum (3.) ob amorem & deſiderium Mariamnæ, quia luctum & dolorem, quem ex morte ejus conceperat, ferre non poterat nec ullum ſolatium admittere volebat, ac parum aberat, quin vitam abrumperet ob nimium amorem & deſiderium, quô tàm vivente ea, quàm mortuâ detinebatur: Alexandra autem, Mariamnæ mater, cùm regem ægrotare cognoviſſet, conſilium iniit, ut illum vel gladio vel veneno interimeret; ſed res detecta fuit regi, qui illam interfici juſſit, (4.) idque jure ac meritò, quia regi manus afferre conata erat: fuerunt autem Herodi regi duo filii, quos Mariamne regina, illius uxor, ei pepererat, quorum major natu Ariſtobulus, ſecundus (5.) autem Alexander appellabatur; hos vivente adhûc eorundem matre rex Romam (6.) miſerat, ut diſciplinam Imperatorum Romanorum eorumque literas & lin-

(1.) Idem refert Joſephus Antiq lib. 15. c. 11. & Joſippi Epitom. pag. 141. atque Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 37.
(2.) Herodes omnia, quæ ſolatium aliquod ſibi afferre poſſent, moliebatur, convivia ſcilicet ac colloquia; ſed nihil profuerunt, prout Munſterus hic notavit.
(3.) Hic morbus φλεγμασις καὶ πεῖρα Φρενῶν, inflammatio & occipitii læſio, vocatur à Joſepho dict. lib. 15. c. 11. unde orta eſt amentia, atque hoc morbo rex Samariæ, quæ Sebaſte dicta fuit, laboravit, vid. Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 37. & Joſippi Epitom. pag. 141. confer. etiam cap. ſeq. 24. n. 2. ibique not.
(4.) Vid. Joſippi Epitom. dict. pag. 141.
(5.) Hic Alexander infrà h. lib. 5. c. 38. n. 3. natu major dicitur, cui etiam Joſippi Epitome pag. 141. & ſeq. conſentire videtur.
(6.) Vid. Joſeph. lib. 15. c. 13. & Joſippi Epitom. pag. 142. atque Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 36.

& lingvam addiscerent: hi itaque pueri, famâ interemptæ matris ad illos perlatâ, vehementer indoluerunt atque ob mortem matris irati sunt, qua de re paulo post, sicuti par est, dicemus: rex autem ex morbo convalescens (7.) fororem suam, Salomeu, Costobaro, Idumæorum regis filio, in matrimonium dedit eumque universæ Idumææ præfecit, (8.) omnes quippe Idumæi jam inde à tempore Hyrcani, Simeonis filii, qui illos circumciderat, ac vinculis circumcisionis constrinxerat (9.) sub Judæorum potestate erant; Costobarus autem, dum Idumæis præerat, Judæorum imperio eosdem subducere conabatur, quem in finem idolum quoddam (10.) antiquum, quod Idumæi coluerant, erexit & ab Ægyptiis currus atque equites in auxilium petiit, ut ab Herode deficeret; ille verò re cognita ipsum interficere voluit, sed illius (11.) mater ac soror apud regem (12.) intercesserunt, ne id perpetraret; rex igitur Costobaro tunc quidem pepercit: accidit autem posteà, ut rixæ inter Costobarum ac Salomen, uxorem ejus, orirentur, atque illa maritum suum apud regem Herodem deferret eumque fusis lachrymis oraret, ut cum Costobaro loqueretur & ab eo libellum repudii impetraret, quem etiam Costobarus ei dedit, idque mandato regis, non tamen secundùm legem Mosaicam, qua mulier virum deserere nequit; maritus autem uxorem suam, si illam odio habeat, dimittere potest, (13.) sic etiam Josephus, Gorionis filius, sacerdos, in libro suo (14.) scribit. Posteà Salo-

(7.) Imò hæc longè ante, quàm rex in morbum illum incideret, acciderunt, uti patet ex Josephi dict. lib. 15. c. 11.
(8.) Consentit Josephus eod. lib. 15. c. 11.
(9.) Judæi enim circumcidere genitalia instituerunt, ut diversitate noscantur, transgressi in morem eorum idem usurpant, inquit Tacitus Histor. lib. 5. c. 5. ubi nota, quod transgressi in morem Græcis προσήλυτοι, Hebræis גרים dici soleant.
(10.) Idolum istud Κοῦφα nominatur à Josepho lib. 15. c. 11.
(11.) Nimirum Herodis, de quo paulò antè dictum est,
(12.) Idem refert Josephus loc. allegato.
(13.) Vid. Deuteron. c. 24. v. 1.
(14.) Is est liber Antiq. 15. c. 11.

Salome cum rege de nonnullis viris (15.) quos Costobarus in vico quodam suo absconderat, quique ex regio Hasmonæorum sangvine orti erant, locuta est; (delituerant autem illi apud Costobarum ab eo tempore, quo Herodes Hierosolymam ceperat, ad illum usque diem, nimirùm duodecim (16.) annis.) Rex igitur, cùm ei Salome rem illam detexisset, tàm viros istos, quàm Costobarum interfici jussit, quo facto etiam Lysimachum (17.) & Dositheum (18.) qui unus ex Judæorum principibus erat, interimi curavit, nec ullum reliquit superstitem, qui nefariis ejus ausis resistere posset. Legem quoque Divinam violavit, dum Hierosolymis ædificia (19.) maxima ex marmore atque albo lapide exstrui eisque imagines (20.) gentium devictarum (21.) insculpi jussit; circum etiam maximum, Hippodromiam, (22.) in campo ædificari curavit, currus (23.) quoque equestres fieri eosq; asservari præcepit; septum (24.) etiam ferarum circà palatium suum exstrui curavit, cui leones, ursos, pardos, lupos atque apros inclusit eisque oves & armenta objecit, ut certamen inter feras istas oriretur: homines (25.) quoque cum bestiis sæpè commisit, ubi interdum homo, interdum bestia superior evasit

(15.) Τὰς Βάβα παῖδας Babæ filios vocat Josephus dict. lib. 15. c. 11. ubi etiam narratur, unde odium Herodis adversus illos ortum sit.
(16.) Consentit Josephus eod. lib. 15. c. 11.
(17.) Hebr. לישמכוס, ita in codice Munsteriano, quem hic potius secutus sum, quam nostrum, ubi corruptè legitur לימנוס, Munsteriano codici consentit etiam Josephus loc. alleg
(18.) Hebr. דוסתיאוס, sic idem Munsteri codex habet, quem etiam hic magis secutus sum, quàm nostrum, ubi nomen corruptum דוסתיאום legitur, Josephus quoque lib. 15. perinde ac Munsterus habet: Dositheus.
(19.) ita dictionem ביריות, quæ hic in Hebræo legitur, cum Munstero vertere volui, alii interpretantur: turres, Josephus loc. alleg. vocat: theatra & amphitheatra, confer. etiam Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 35.
(20.) Judæis nulla simulacra urbibus suis, nedum templis, sunt, non regibus hæc adulatio, non Cæsaribus honor, inquit Tacitus Histor. lib. 5. c. 5.
(21.) Idem refert Josephus dict. lib. 15. c. 11.
(22.) Seu: Hippodromum, אפודרומיא, ita Munsteri codex, quem hic secutus sum, nam dictio פורומיא, quæ in nostro legitur exemplari, corrupta est; Munsterus hic transtulit: amphitheatrum, vid. num. antec. 19. confer. etiam infrà h. l. 5. c. 40. n. 4.
23.) Quadrigas vertit Munsterus.
(24.) Παραδεισον nominat Josephus dict. l. 15. cap. 11.
(25.) Hos Græci θηριομάχους appellant.

האדם ופעם חגבר החיה ופעם הגבר
הבהמה ויהוזק זה לזה ויתן המלך רכוש
רב למתגבריהם ודבר זה היה לנגויים
שמחה וליהודי מרלת העם היה צרה׃
ויקבאו בו עשרה בחורים מבחורי יהודה
כמו שמאי והבריוי וידלגו עליו כחרבות
שלופות וכבר ידע המלך את הדבר הזה
כי הגה הוגד לו מקוד יום אחר ולבן
לא יוכלו להרוג אשר דלגו עליו כי סבבום
גדודי המלך וימיתום׃ וגם האיש אשר
הודיע הדבר היה מהם וביום השלישי
למות׳ תשא למלך ויצו ויתחבו את בשרו
וישליכוהו לכלבים׃

evasit, atque alter alterum interfecit; rex autem magnum victoribus præmium dedit, quæ res peregrinis quidem gaudio fuit (26.) maximo, Judæis verò, præprimis vulgo, molestiam attulit non exiguam: quapropter decem juvenes Judæi irâ adversùs regem commoti, (27.) nempe Schammæus ejusque socii, strictis gladiis Herodem adorti sunt; sed ea res jam detecta erat regi, nam pridie, ante quàm illi destinatum facinus perpetrarent, ad Herodem id delatum fuit, quocircà ipsi, qui adversùs Herodem regem istud moliebantur, illum interficere non potuerunt, circumventi quippe à regiis satellitibus interfecti sunt; qui verò rem detexerat, unus ex illis fuit, is ipse triduò, postquàm illi interempti erant, in regem crimen aliquod commisit, (28.) quapropter ejusdem caro in frusta concisa canibus projecta fuit.

CAP. XXIV.

ך רבים רבים כזה עשה הורודוס ועיים
רבות בבש ועיים רבות בנה והוא בנה
את שומרון באורך וברוחב במדה הראשונ׳
ויקרא׳ סבסתיאה ולבן בתוכה היכל גדול
לאגוסטוס המלך ולבן קיסריאה בר׃
מאבני שיש ותתיפה העיר בה מאד מאד׳
ולבן

ALia quoque plura ejusmodi facinora perpetravit Herodes, multas etiam urbes sibi subjecit & non pauca ædificavit oppida, inter quæ fuit Samaria, quam eâdem, quâ anteà fuerat, longitudine ac latitudine (1.) exstruxit eamque Sebastiam (2.) appellavit & magnum in illa templum in honorem Cæsaris Augusti condidit: Cæsaream (3.) quoque marmoreis lapidibus exstruxit atque

(26.) Vid. Josephus loc. alleg. Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 35. scribit, quod Herodes liberalitates suas usque ad quinquennalia diffuderit certamina.

(27.) Idem refertur à Josepho dict. lib. 15. c. 11. circà fin.

(28.) Josephus loc. allegato rem paulò aliter narrat.

(1.) Contrarium refert Josephus Antiq. lib. 15. cap. 11. circa fin. ac scribit, ambitum urbis istius fuisse 20. stadiorum, idem narrat etiam lib. 1. de Bell. Jud. c. 16.

(2.) Id est: Augustam, in honorem Augusti Cæsaris, vid. Joseph. loc. alleg. & infrà h. l. c. 32. n. 21. confer. etiam Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 35. hanc urbem etiamnum Sebastiam appellari scribit Petrus della Valle in Itiner. Epist. 13. fol. m. 163. vid. & Strabo lib. 16. ac S. Hieron. Epist. 17. Tom. 1.

(3.) Hæc antea Stratonis turris &, ut nonnulli volunt, Accaron appellata fuit olim, vid. Joseph. dict. lib 15. c. 11. circà fin. & c. 13. ac lib. 1. de Bell. Jud. c. 16. confer. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. c. 35. & suprà lib. 4. c. 7. n. 18. & cap. 8. num. 6. it. suprà l. 2. c. 25. n. 47.

ובן אלמן ומתה לאניות הבאות שם בנה
ויבנה את העיר מעשה גדול ועוד ערים
רבות זולת אלה ולא תספרנה מרוב׳
וידי במנת י״ג למלכותו וידי רעב גדול
ובכר בארץ יהודה ובארצות כל הגוים
אשר ככש הורודוס וידי תחת ממשלתו׳
ובמצרים היה שבע גדול ויוציא המלך
בכסף והזהב מאוצרותיו ואבני יקרה ליוסב
לעזור בם את העם כי דלו העם מאוד
מפני הרעב׳ וישלח המלך אל כל
הממלכות אשר לו וישלח למצרים ויאסוף
חטים ליוסב ויביאהו אל יפו יפו על ים
קסריאה וידי שבע גדול כי אגוסטוס
המלך המושל ברומא שלח אגרת אל
פטרוניאוס אשר במצרים לשלוח ספינות
ואניות גדולות הרבה מאד נושאות חטים
למכור בארץ יהודה מלבד האניות׳
המלאי אשר שלח אגוסטוס מנחת
להורודוס המלך׳ וילך פטרוניאוס באניות
רבו׳

que urbem illam valdè exornavit, templum (4.) etiam ædificavit, & portum (5.) recipiendis navibus idoneum perfici curavit urbemque magnificè apparavit; oppida quoque alia præter hæc satis multa condidit, quæ præ multitudine numerari nequeunt: anno autem regni ejus decimo tertio gravissima ac maxima fames (6.) provinciam Judaicam atque omnium gentium terras, quæ ab Herode subactæ & sub illius ditione erant, afflixit; sed in Ægypto summa erat abundantia: itaque rex aurum, argentum & gemmarum maximam vim è thesauris suis deprompsit, ut populo subveniret, is enim fame valdè laborabat; ad omnes quoque regni sui provincias misit, ut quosdam in Ægyptum (7.) ablegarent, quò facto ingentem tritici copiam (8.) collegit, quod, cùm posteà ad mare Joppense ac Cæsareense advectum esset, maxima ejus abundantia fuit: Augustus enim Cæsar, imperator Romanus, literas ad Petronium (9.) Ægypti præfectum, misérat, ut magnas multasque adduceret naves, tritico onustas, quod in Judæa venderetur; fuerunt etiam aliæ naves frumento repletæ, quas Augustus Herodi regi dono miserat. Petronius igitur advectis navi-

(4.) Sic dictionem: אלמן hic vertere volui, secutus Josephum dict. loc. à quo appellatur τέμενος, delubrum, intelligitur autem, ni fallor, templum illud, quod Herodes in Honorem Augusti ædificaverat, de quo Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 35. ubi scribit, quòd Herodes templum Cæsari de marmore albo condiderit ad fontes Jordanis, adeò immemor factus religionis, ut homini templum sacraret, usumque gentium in Judæam induceret, loco illi nomen Panium fuit, qui ibidem describitur, vid. Egesipp. lib. 3. de Bell. Jud. c. 26. R. Salom. ad Deuter. cap. 33. v. 22. nominatur מעיאם spelunca illa, unde Iordan exoritur, fortè legendum פניאם, vid. Buxtorf. Lex. Chald. hac voc. S. Hieron. in Tradit. Hebr. scribit: Dan Phœnices oppidum, quod nunc Paneas dicitur; Dan autem unus è fontibus est Jordanis, nam & alter vocatur Jor, quod interpretatur ῥεῖθρον, quod est rivus, duobus ergò fontibus, qui haud procul à se distant, in unum rivulum fœderatis Jordanis deinceps appellatur, Munsterus hic אלמן ut nomen proprium transtulit: Alman, posses etiam vertere: Porticum.

(5.) Hujus portus descriptionem vid. apud Joseph. l. 15. c. 11. & l. 1. de Bell. Jud. c. 16. confer. & Egesipp. l. 1. de Excid. Hierof. c. 35.

(6.) Vid. Joseph. dict. lib. 15. cap. 12. & Josippi Epitom. p. 142.

(7.) Confer. Josippi Epitom. dict. p. 142.

(8.) Numerus tritici refertur à Josepho eod. l. 15. cap. 12.

(9.) Ejusdem Petronii memiait etiam Josephus lib. 15. c. 12. confer. quæ suprà lib. 2. cap. 25 n. 20. annotata sunt.

רבו׳ ומצא חן בארץ יהודה ומכתי
רחמים בזול כאשר צוה אגרטסים וישבע
המודדים את כל ארץ יהודה ויצו לאכים
לחם לחם לזקנים ולחלים ולבניאים
וליתר העם הבזוזי נתן חטים כרה
עשר המלך כל ימי הרעב ויכלכלם כל
ימי הרעב וגם חמשים אלף גברים אשר
באו אליו מפני הרעב כלכל המלך מהונו
ומאוצרותיו׳ ויתן המלך לנכרים אחרים
פי אלף חמורים והחמר עשר איפורים
ויאהבו עם יהודה למלך מחיום הבואו
והלאה וגם כל הגוים אשר סביבותיו
קרובים גם רחוקי אהבהו ויצא שמו
בגוים וילך בכל הארצות לאמ׳ הנה
המלך אש׳ הוא מגן לעמו בחכמה ויצילם
מרעת הרעב וישכחו העם את כל הרעות
אשר עשה מחמול שלשום ויהללוהו
משראוהו עזר ביום צרה למי אשר הוא
בה׳ ולא הזכירוהו מאז לרע כי אם
למוב ואויבי לא הכרו עליו רעה שפחד
ומיראה כי חמיד נהג ללבוש עתי והלך
בתוך העם בבגדי עניות שלא יכירהו
ולהשחוות ולחב׳ עם העם ולכתון מי
הוא אוהבו מהם ומי הוא אויבו בשמצא
אותבו בכהו והעשיתו וכי מצא אויבו
ממיתו ביסורים רעים׳ וישביע את העם
ויאסרם בשבועה להוחם נאמנים לו
חביב

navibus multis annonæ ubertatem terræ Judaicæ attulit, nam triticum vili pretio, prout Augustus præceperat, vendebatur: hoc modo universæ Judæorum regioni abundantia procurata fuit ab Herode, qui pistoribus præcepit, ut senio quidem ac morbo confectis panem darent, (10.) sanis autem ac qui robusto erant corpore atque reliquo populo, præsertim junioribus, rex triticum dari jussit; hunc in modum toto famis tempore rex populo alimenta præbuit, quinquaginta etiam millia peregrinorum, (11.) qui ad ipsum famis necessitate compulsi venerant, rex suis sumptibus cibavit: aliis quoque peregrinis octoginta millia Chomer (12.) præberi mandavit; continet autem chomer decem Ephas. (13.) Quapropter populus Judaicus atque omnes finitimæ gentes tàm propinquæ, quàm remotæ ab illo tempore ac deinceps regem amârunt, ejusque nominis fama gentes omnes peragravit atque terras encomio isto implevit: en regem, qui subditis suis muri & clypei instar fuit eosque famis calamitate eripuit, sic omnia mala præterita populus oblivioni tradidit regemque laudibus extulit, (14.) dum illum duris in rebus opem ferre perspexit ei, qui auxilio opus habuit, ejusque memoria non amplius convitiis ac probris lacessita, sed laudibus celebrata fuit; nec inimici ejus præ timore ac metu malè de illo loqui ausi sunt, nam vili vestitu uti (15.) atque eo indutus in publicum prodire solebat, ne agnosceretur, ac habitum subinde mutabat, ut cum vulgo loqueretur & dignosceret, quisnam amicus vel inimicus sibi esset, ac si quendam sibi amicum reperiebat, eum honoribus & divitiis cumulabat; quem

(10.) Idem refert Josephus loco alleg.
(11.) Confer. Josippi Epitom. p. 143.
(12.) Hebr. חומר, ita hic in nostro codice; fuit autem mensura maxima, quæ etiam כור seu Corus vocabatur, sic & Josephus dict. lib. 15. c. 12. nominat ac scribit, 10000. coros peregrinis; regni verò incolis 80000. coros fuisse datos.
(13.) Est autem Epha trium Sein sive Satorum, vid. Buxtorf. Lex. hac voc. quæ hic Epha dicitur, vocatur μεδίμνος Ἀττικὸς à Josepho loc. alleg.
(14.) Idem refert Josephus dict. l. 15. c. 12.
(15.) Consentit Josephus eod. lib. 15. c. 13. circà fin.

ורבים לא רצו להשבע ברמונם ולא
נמלטו מידו עד אשר השביעם להיותם
נאמנים לו׳ וירצץ מהעם בעת ההיא
כל אשר לא רצה להשבע מלבד זקנים
אשר בפוזשים כמו הלל ושמאי וכל
הבריחם כי אותם לא הביא בשבועה
כי היו אהביו׳ גם ביום אשר צוו על
ירושלם הורודוס ואנטוניו׳ הם המה על
הפרושי׳ כלם אש׳ הסיתו את העם
לקבל את הורודוס ולהביאו אל העיר
ולהמליכו כי אמרו בעבור מוקשי עם
מלוך ימלוך זה ולכן לא הביאם המלך
בשבועה וגם השוים אשר לחסידים
והחכמים בבר כבוד גדו׳ וגם השר
מנחם החבר לשמאי כי מנחם אחר זולתו
איש צדיק וחכ׳ היה בימים ההם׳

quem verò sibi inimicum deprehendebat, eum acerbissimis cruciatibus interficiebat, populum quoque juramento obstrinxit, ut sibi fidem præstaret; ast multi jurare detractârunt, qui tamen illius manus non effugerunt, donec ad juramentum fidelitatis præstandum adigerentur; quicunque verò ex populo juramentum istud recusarunt, eos omnes tunc temporis interemit, exceptis tantum senioribus Pharisæis, Hillelo (16.) & Schammæo eorumque sociis omnibus, illis enim jurisjurandi gratiam fecit, quia ipsius amici fuerunt. Nam cùm Herodes & Antonius (17.) Hierosolymam obsiderent, viri illi primi erant omnium Pharisæorum, qui populo persvadebant, (18.) ut Herodem reciperent & in urbem introducerent, eumque regem constituerent (19.) dixerunt enim, ob pervicaciam populi Maluccei (20.) iste regnabit, quapropter rex eos ad jusjurandum non adegit, principes (21.) etiam Hasidæorum (22.) ac sapientes magno honore affecit atque inter illos præcipuum Menachemum, Schammæi socium, nam alius præter istum fuit Menachemus eo tempore, vir justus ac sapiens.

(16.) Hunc σοφίσματα nominare videtur Josephus dict. lib. 15. c. 13. circà fin. vid. quæ suprà h. lib. 5. c. 13. n. 1. notata sunt.
(17.) Non Antonius ipse, sed Sosius ab illo missus, una cum Herode Hierosolymam obsedit, confer. Joseph. lib. 14. c. 17. & lib. 15. c. 1.
(18.) De Schammæo id refert Josephus dict. l. 14. c. 17.
(19.) Idem refert Josephus lib. 15. c. 1.
(20.) Hebr. מלוך, ita hic in nostro codice, ubi auctor Glossæ Judaicæ sic notavit: sciendum est, gentem Maluccam eo tempore populo Judaico multa intulisse mala, quapropter Synedrium Hierosolymitanum Herodem constituit regem, ut pro populo Judaico contrà gentem istam pugnaret; sed hoc commentum Judaicum esse puto; Munsterus pro מלוך legit מלוך atque locum hunc sic vertit: dixerunt enim propter duros ac cervicosos regnabit iste, consenrit istis Josephus Antiq. lib. 14. c. 17. dum scribit, Schammæum populo suasisse, ut Herodem reciperent, ac dixisse: propter peccata non potestis eum effugere, cæterum de Malucco, Arabiæ rege, suprà h. l. 5. c. 9. n. 11. dictum est, poteris etiam pro מלוך legere מלוך i.e. regnando (regnabit.)
(21.) Hebr. חסידים, sic in nostro exemplari; Munsterus legit חשונים ac vertit: Essenos, cui adstipulatur etiam Josephus lib. 15. c. 13. circà fin. ubi scribit, Essenos quoque ad juramentum ab Herode non fuisse adstrictos, horum disciplinam ac vivendi rationem Pythagoricæ similem fuisse narrat idem Josephus dict. loco. confer. num. seq. 22. ibique not.
(22.) חסידים, ita hic in Hebræo, de his suprà lib. 4. c. 6. num. 17. & n. 18. quædam dicta sunt, confer. etiam num. antec. 21. ibique not. it. Philo de vita contemplativa sive supplicum virtutibus & Joseph. lib. 2. de Bell. Jud. cap. 12. atque Isa. Vossii Chronol. Sacr. c. 17. à R. Manasse

CAP. XXV.

וידבר יוסף בן גוריון בספרו לאמר דברים רבים יש לנו לכתוב פה מחכמת עם יי כי לא היו חכמים בעולם כעם יי וגם החכמה לא מלכה בעם אשר כי אבד בעם יי אבל זה המעשה עשינו אותו בספר הרומי כי הוא ספר יצטרך לעדות זה אבל זה הספר אשר בידנו לישראל לא נצטרך בו לזה כי מעלת חכמת עם יי ידועה היא מישר מצד תורת משה רבינו ע"ה ובמה שנספר ממנחם הנזכר פה יכירו ויראו הבאים מישראל ומכל הגוים מה היא החכמה אשר היתה בישראל אשר היו חכמי מנחם ויתר הדברי בזה הלא הם כתובים על ספר יוסיפון הכהן בן גוריון הכהן הנקרא ספר חכמת יוסף ובאיזו הספר לא כתב יוסיפון וברון שום מלחמ' רק זכר וכרוגר' חכמה בלב' ויהי בהיות הנערים נער והולך אל החכמים ללמוד ומנחם יושב בישיבות הזקנים

Multa hic poſſent à nobis ſcribi (inquit Joſephus, Gorionis filius, in libro ſuo) de ſapientia populi Domini, neque enim in toto terrarum orbe viri tàm ſapientes fuerunt, quàm populus Domini, nec alia in gente ulla tanta regnavit ſapientia, quanta in populo Dei; ſed id ipſum fecimus in libro Romanorum, (1.) quia is hoc teſtimonio opus habet: iſte autem liber, quem populo Iſraëlitico ſcripſimus, ea re non indiget, nam excellens populi Domini ſapientia nota eſt in Iſraël ex lege Moſis, Doctoris noſtri, piæ memoriæ: ex eo autem, quod jam de Menachemo, (2.) cujus hic mentio facta eſt, narrabimus, cognoſcet ac diſcet poſteritas tàm populi Iſraëlitici, quàm aliarum gentium omnium, quanta fuerit ſapientia virorum populi Judaici, qui Menachemi ſocii extiterunt; cæteræ autem res in Joſephi ſacerdotis, Gorionis ſacerdotis filii, libro, qui dicitur liber Sapientiæ Joſephi (3.) ſcripta ſunt, in quo nullam bellorum fecit mentionem, ſed ſolùm ſapientiam virorum præclarorum deſcripſit. Cùm Herodes adhûc puer eſſet & ad ſapientes diſcendi cauſa iret, (4.) Menachemus verò in loco ſeniorum atque ſapientum, in

naſſe. Conciliat. in Exod. qu. 50. Ellæi vocantur אילאי, vid. Joh. Hoornbeck de Convinc. Jud. lib. 1. c. 1. pag. mihi 74. vid. etiam ſupr. l. 4. c. 7. n. 17.

(1.) Intelliguntur hic libri à Joſepho Græcè ſcripti.

(2.) Manaëmum nominat Joſephus dict. lib. 15. c. 13. circà fin.

(3.) An Joſephus peculiarem de Sapientia librum conſcripſerit, jam aliis inquirendum relinquo, compoſuit quidem librum περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ ſive in Maccabæos (ſicuti liber iſte ei dem communiter adſcribitur & aliis ejusdem libris annectitur) ſed dubito, an liber ille per librum Sapientiæ, cujus hic fit mentio, intelligatur, Joſephus Antiqu. lib. 20. cap. 9. ſeu ultimo in fine ſcribit, ſibi propoſitum fuiſſe, Judæorum de Deo ejusque eſſentia opiniones perſcribere quatuor libris, ut & de legibus; ſed an libri illi ab ipſo compoſiti ſint & in lucem prodierint, non conſtat, confer. hic Prolegom. D. Thomæ Ittigii ad novam Joſephi Græco-Latini editionem, quæ Coloniæ 1691. prodiit, circà fin. ubi inſcribitur: περὶ τῆς ϑ παντὸς αἰτίας vel, ut alii: περὶ τῆς ϑ παντὸς θείας; ſed opus iſtud Joſepho falſo attribui ibidem aſſeritur.

(4.) Idem refert Joſephus dict. lib. 15. c. 13. circà fin.

הזקנים והחכמים ובחבורות הצדק ויהי מנחם את הנער ויקם וישתחוה לו ויאמר אליו יחי המלך יחי המלך • ויהי הנער הזועזע כי צחק מנחם ויקלל הזועזים את החכם ויחפשהו מנחם החכם ויכהו בידו אל שוליו כאשר יכו את הנערים ויאמר אליו מלוך המלוך בעושר ובכבוד גדול והגדל מלכותך בעם יי מאד מאד • והיה בשבתך על כסא מלכותך זכור הזכור את המכה אשר הכיתיך כי אות הוא לך על עונות ותמאות אשר עשית ואשר התמא ואתה העשה רעות הרבה גם העשית טובות אבל שמע בקולי והפוש את הטובו' העזוב את הרעות אבל לשוא איטרך בדברים כי ראה אני בעתיד אשר לא העזוב את הרעות ויבך מנחם בכי גדול ויחפשהו עוד ויכהו על שוליו ויבך הנער וילך לדרכו • ויהי כאשר מלך הזועזים כאשר דבר החכ' ויזכור את הדברי' האלה ויקרא למנחם המזכר ויאמר לו נאמנו דבריך אשר דברת ואת כי חכמת האלהים בך הכר נא אלי עתה והודיעני את השנים אשר אני אמלוך גם כמה אחיה וכמה אמלוך ודום הזקנ ולא ענהו • ויראת המלך כי לא ענהו דב' ויבה' מאד ויאמר בלבו אמנם כי יראה החכם הזה כי קרבו ימי עלי כן דומם • וישאלהו עוד המלך ויאמר לו אמור

in collegio juſtitiæ, ſederet, ac puerum videret ipſe ſurrexit illumque adorans dixit: vivat rex! vivat rex! Herodes autem puer, exiſtimans, ſe à Menachemo irrideri, convitia ingeſſit ſapienti; ſed Menachemus ſapiens pueri fimbrias (5.) apprehendens eundem manu ſua percuſſit, prout pueris facere ſolent, eique dixit: regnabis aliquando maximisque divitiis & honoribus cumulaberis atque regnum tuum in populo Domini valdè florebit; dum verò in regio ſedebis throno, recordare verberum iſtorum, quibus te jam affeci, id enim ſignum tibi erit iniquitatum & peccatorum, quæ perpetrabis, nam multa committes mala; nonnulla tamen bona etiam facies, idcircò audi verba mea: amplectere bona & relinque mala; ſed fruſtrà te verbis objurgavero, quia video, quid futurum ſit, nam à malo non deſiſtes: his dictis Menachemus vehementer flevit illumque prehenſis iterùm ejusdem fimbriis (6.) verberavit, ac puer quidem tunc flens abiit. Herodes autem, poſtquàm regnum adeptus eſt, ſicuti ſapiens prædixerat, memor verborum iſtorum Menachemum, cujus jam mentio facta eſt, vocari juſſit eique dixit: vaticinium tuum, quod prædixiſti, impletum eſt, ac quia divinam in te ſapientiam animadverto, dic quæſò mihi meque fac certiorem, quotnam annis regnaturus ac quamdiu victurus ſim, (7.) ad hæc ſiluit ſapiens nec ei quidquam reſpondit; rex verò, cùm illum tacere perſpiceret, valdè conſternatus fuit ac ſecum cogitavit, certè ſapiens iſte mortem mihi inſtare videt ac propterea ſilet, ergò eundem rurſùs interrogans: dic quæſò mihi, inquit, num decem annos regnaturus ſim? ad hæc Menachemus reſpondens: decem, ait, ac viginti, imò triginta & plures; ſed quotnam plures?

(5.) Joſephus cod. lib. 15. c. 13. circà fin. ſcribit, Herodem à Manaëmo manu percuſſum fuiſſe κατὰ τὸ γλυτὸν, id eſt, quoad poſteriora, prout Latinus interpres ibidem vertit.

(6.) Vid. quæ paulò antè n. 5. notata ſunt.

(7.) Idem refert Joſephus dict. lib. 15. c. 13. circà fin.

אמור נא לי האמלוך עשרה שנים
ויענהו מנחם ויאמר עשר גם עשרים גם
שלשים ועוד׃ ויאמר לו המלך וכמרה
הוא ועוד וידום החכם ולא ענהו עוד
דב׳ ער אשר שאל וישמח המלך מאד
על דברי מנח׳ ויאמן לו ויכבד אותו ויחזק
לו עשר גדול׳ הה הדבר אשר היה׃
בעם י׳ בעת הזיא בשנת שמונה שנים
למלך הורדוס אחרי הכותו את כל
המלכים אשר נלחם עמהם ואחרי בנותו
כל הערים הגדולות והבצורות אשר בנה
ברניח י׳ אלהי ישראל אליו מכל אויביו
מסביב׳ ויאסוף המלך את כל עם י׳
וישיו וגבוריו ואת יהר דלת העם וידבר
באזניהם את הדבורים האלה לאמר שמעו
אלי והאזינו לדברי העם אשר בחר בו
י׳ להיות לו לעם סגולה מכל העמים
בעבור אהבת אבותינו ובעבור השבועה
אשר נשבע להם וישמור את השבועה׳
ואת הברית על כן הציל אותנו ממלחמו׳
גדולות ויכבוש לפנינו גוים רבים ומלכי׳
אדירים זולתי מלכי הרומיים אשר הם
אוהבינו וחבירנו וארונים לכל הממלכו׳
ועתה אוד ודעי קדושי י׳ הנה הניח
י׳ לנו מסביב והרחיב י׳ לנו כאשר תראינ׳
עינכם ויום הזה ומרוע לא נשלם לו
גמולו הטוב ובמעשיו הגדולי אשר גמלנו
ואשר

inquit rex, hic tacuit sapiens nec quidquam ei amplius ad interrogata respondit; rex verò ob Menachemi dicta valdè lætus fidem ei habuit illumque honore affecit atque ipsi maximas opes dedit; accidit autem ista res in populo Domini eo tempore, quô Herodes rex octavum (8.) regni sui annum impleverat, postquàm omnes devicerat reges, cum quibus bellum gesserat cunctasque urbes magnas atque munitas exstruxerat ac Dominus, Deus Israëlis, quietem ei atque securitatem ab omnibus ipsius hostibus finitimis dederat. Posteà rex populum Domini universum tàm duces, quàm milites cœteramque multitudinem convocavit eosque sic allocutus est: (9.) audite atque animum dictis meis advertite vos, quos Dominus præ omnibus gentibus peculiarem sibi elegit populum propter amorem patrum nostrorum & ob juramentum ac fœdus, quod illis præstitit & servavit, propterea nos Deus ex maximis belli periculis eripuit multasque gentes ac reges fortissimos nobis subjecit, exceptis Romanorum imperatoribus, qui nostri sunt amici & socii, dominique omnium regnorum. Nunc itaq; fratres mei ac socii, sanctitate Dei conspicui, en cœleste Numen quietem nobis dedit circumcircà ac fines regni nostri dilatavit, sicuti hodiè oculis vestris videtis, cur beneficia illius & ingentia bona, in nos collata, non agnoscimus &, quantum in nobis est, eidem rependimus? cur otiosi sedemus nec ipsius Templum ac domum exstruimus ad instar ædificii primi? Nam patres nostri qui ex captivitate redierunt, Templum illud angustum nec secundùm priorem mensuram (10.) ædificârunt, quamvis patres nostros hac in re culpare (11.) minimè

(8.) Hebr. שמונה שנים, sic in nostro codice, Munsterianus habet: יח׳ i. e. octavum ac decimum (regni annum) cui etiam Josephus eod. lib. 15. c. 14. consentit.
(9.) Josephus dict. lib. 15. c. 14. Orationis verba paulò aliter refert, confer. idem Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 16. & Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 1. c. 35. ac Josippi Epitom. p. 143.
(10.) Nimirum istius templi, quod Salomo exstruxerat, confer. hic Josippi Epitom. p. 143.
(11.) Arguere, reprehendere, sic verbum מלשין, quod in nostro legitur codice, vertere possis, in Munsteriano habetur חלשין i. e. calumniari, accusare, res eodem redit.

ואשר עשה לנו ומרוע נחעצל ולא נבנה
את הוכלך ואת ביתו כבנין הראשון כי
אבותינו אשר שבו מהגולה בנו אותו
צר ולא כמדה הראשונה ולא נאה לנו
להראשי׳ את אבותינו בדבר הזה כי עבדי׳
היו למלכי מדי ופרס ויבנו אותו במדה
אשר נתנו להם מלכי פרס׳ ואחרי
כן היו עבדים למלכי פרס ולמלכי יון
עד זמן החשמונאי׳ ובאשר יקמו בני
החשמונאים קמו ויצאו לחירות ויקרי׳
את המלכות מיד היוני׳ וישמידום אותם
אבל לא יכלו לבנות את הבית בשלמותו
ברצוננו לבנותו היום מפני המלחמות
אש׳ סבבוהו ועתה הניח י׳ לנו מכל
איבינו מסביב בארץ ואין שטן ואין
פגע רע׳ והנה בניתי ערים גדולות על
שמכם לגדל אהבתם ולא על שמי בניתי
אותם כי אני אחר ואתם רבים עם
רב ועצום ויסף י׳ עליכם ככם אלף
פעמים ויברך אתכם כאשר דבר לכם׳
ועתה קדושי ישרא׳ כל תתעצלו להחזיק
בידי לבנות את בית י׳ כרצונו כי לא
לאד׳ הוא הבנין והביזה כי אם למלך
י׳ ארץ העולם כלו׳ חוקו ואמצו אתו
ורצי והחזיקו את ידי ונבנה את בית י׳
כבנין הראשון באהבו והחבו ועבדו
תעשה ונצליח׳ ויהרישו כל העכו ולא
ענדו הבו כי יראי פן יהרום דבריו
טרם אש׳ יבנה אותו כרצונו ואולי לא
יוכל

nimè nobis conveniat, quia tunc servi fuerunt regum Persarum ac Medorum, atque ædificium juxtà mensuram, à regibus Persarum præscriptam, exstruxerunt, (12.) posteà subjecti fuerunt regibus Persiæ & Græciæ usque ad Hasmonæorum tempora, qui, posteaquam rempublicam administrârunt, libertatem sibi vindicârunt regnumque è Græcorum manibus eripuerunt eosque deleverunt; sed templum non potuerunt perficere eo modo, quo illud jam exstruere propositum nobis est, propter bella, quibus undique distinebantur: nunc autem, quia Deus quietos & securos nos reddidit in terra nostra ab omnibus, qui circà sunt, hostibus, nec adversarius quisquam existit, nec casu aliquo acerbo concutimur, urbes construxi maximas, vestri, non mei nominis celebrandi causa, ego quippe unus sum, vos autem multi estis, ingens scilicèt ac prævalidus populus, augeat Deus numerum vestrum millies nobisque benedicat, sicuti locutus est! Quapropter, ô viri, sanctitate conspicui, rem mecum impigrè jam aggredimini, ut templum Domini exstruere possim, prout mihi proposui, quia domus ista atque Templum non homini, sed Domino, regi totius mundi, ædificatur, agite igitur ac strenuos vosmet præstate, fratres & socii mei, opem mihi ferte, ut Templum Domini ad instar ædificii primi, tàm quoad longitudinem ac latitudinem, quàm quoad altitudinem ædificemus, aggrediamur opus læti, Deus annuat cœptis! Ad hæc universus populus tacuit (13.) nec quidquam ei respondit, metuens, ne fortè rex Templum dirueret, ac prius quàm illud juxtà propositum suum perficeret, absolvere non posset atque ædificium vel tardè procederet vel imperfectum dirutumque relinqueretur; sed rex (14.) popu-

(12.) Idem refert Josephus dict. l. 15. c. 14. vid. & Josippi Epitom. p. 143.
(13.) Consentit Josephus eod. l. 15. c. 14. & Josippi Epitom. p. 143. ac seq.
(14.) Hæc & sequentia, usque ad: rex itaque dixit, non diruemus &c. quæ sequenti capite 26. num. 1. continentur, absunt à codice Munsteriano ac videntur à Judæo interpolatore insuta esse, vid. not. ad dict. cap. 26. n. 1.

lo

יכל להשלימו ויאחר את הבנין וישאר
הבית הזה׃ ויאמר המלך לעם ולשרים
מדוע התרישו ולא הענוני דבר על אשר
דברתי לכם׃ האבקש מכם זהב וכסף
ועובדים במלאכת הזאת הזהב והלא
לי׳ אתי זהב וכסף עד להדיבות ואוצרותי
מלאים מכל אבני חפץ ומטגלות מלכי
הארץ וי׳ נתן לי כח ועושר על זה טרם
שומי את דבר הבנין כלבי גם מהגוי
אשר כבשתי אתי עבדי׳ רבים יעבדו
במלאכה וכי יוצו מבני עמנו לעלו׳ לעבוד
בעבוד׳ הבנין הקדוש הזה אני אתן את
שכרם כרצונם והיו הם ואנחנו בגוד׳
שלום׃ ויקן אחד מהכמי זקני יהודה
ענה את המלך דבר לאמר אדוני המלך
התורה לעולם כי העשה ויצן האלהים
והלך בתכן התורה לקיים את מצותיה׃
את הנראה אלי אגיר לך ואכשד עכ
לבבי אשיבך אין לב העם בואם לא על
כסף ולא על זהב ולא על עבוד׳
ומלאכה כי בלנו כאשר אנחנו קרואים
בשם וי׳ ישראל את אשר ישנו פה עמנו
עומד היום ואת אשר איננו פה עמנו
עבדים לי׳ ולו בכספנו ובהכנו וגויתנו
ונפשותנו ובידו נפקיד ורוחותינו אבל
לב העם בואב אכ יהרם הבית ופגע
יפגע בנו ולא תשלים ויצונך מה יעשה
ישראל ובית וי׳ יהוה הרוס והבית אשר
תחל בעמודתו לא ישלם׃ ואם תעיוך
כל בדק בנין ׳בית׳ שרצונך לבנותך
והבנה סביב כרצונך ואתר תסור את
הבית הראשון ותקדיש את אבניו וערפיו
ואת

pulo ac principibus dixit: ecquid tacetis nec mihi ad ea, quæ vobis proposui, quicquam respondetis? an aurum, argentum aut servos à vobis peto ad opus istud perficiendum? laus sit Deo ac gloria, quòd mihi auri argentique ingens copia suppetat, atque thesauri mei pleni sint omnis generis gemmis aliisque rebus, quæ à regibus terræ recondi solent, Deus quippe opes atque vires hanc in rem mihi largitus est, antequam ædificii istius exstructionem in animum meum inducerem, prætereà ex gentibus, quas subjeci, multi mihi præstò sunt servi, qui huic operi manus admovebunt, si etiam nonnulli è populo nostro operam suam ædificio isti sancto præstare velint, ego mercedem, de qua inter nos convenerit, eisdem solvam, ut ambo tàm illi, quàm nos contenti simus. Tunc senex quidam è sapientibus Judæorum regi respondens: Domine rex, inquit, in perpetuum vivas! quoniam voluntatem Dei imples & statuta legis observas ejusque præcepta perficis, dicam tibi, quid mihi videatur ac quid sentiam, proferam, nec aurum nec argentum nec opera Templo exstruendo impendenda solicitum tenent populi hujus animum; (nos quippe omnes, qui à nomine Dei Israëlis appellationem ducimus, tàm præsentes, quàm absentes, servi sumus Domino, huic argentum, huic aurum nostrum, huic corpora atque animas nostras debemus & illius manibus spiritum nostrum commendamus) sed hoc est, quod animum populi angit, si ædificium istud destruxeris & adversus quidam casus nobis evenerit, ita, ut propositum tuum ad effectum deducere nequeas, ecquid faciet populus Israëliticus, si destructa fuerit Dei domus ac Templum, quod ædificare inceperis, nondum perfectum sit? quòd si omnia, quæ ad domum, quam moliris, exstruendam necessaria sunt, præparaveris & circumcircà ædificaveris, prout animus tibi est, ac tunc demum priorem domum removeris lapidesque & trabes cæterasque ædificii partes sanctifica-

ואת חלקי בניינו לקדושת בנין הבית
גדול שחבנה כרצונך יהו׳ י׳ עמך ועמנו
ועשה והצליח ונעשה ונצליח׃

ctificaveris ad exstruendum magnæ domus, quam ædificare tibi proposuisti, Sanctuarium, sit Dominus tecum & nobiscum, facias & prosperè agas, nos quoque opus aggrediemur, Deus annuat cœptis nostris!

CAP. XXVI.

ויהי כאשר השלים הזקן לדבר ויענו כל
העם פה אחד בהמית קול א׳ לאמר
מי׳ יצאו דברי הזקן החכם לא נוכל
להוסיף בהם ולא לגרוע מהם ויאמר
המלך לא נרוס עד אשר נערך כל
הבנין ואת כל בדק הבנין לבנות את
הבית ויעש המלך כן ויעיך את כל
חלקי הבנין ואת כל בדק הבית וכל
הצריך לעבודת מלאכתו מהתו ומאצרותיו
ועצים ואבנים ועגלות לשאת את
האבנים ולהביאם מרחוק בהמות סוסים
והמורים ושוורים ושאר בהמות המשא
זהב וכסף לרוב אבנים יקרות וכל מעשה
זהב הרשים ואומני׳ יודעים בכל המלאכה
הצריכה לבנין הבית עשרת אלפים איש
עבדים עובדים ביער בהגוים צ׳ אלף
איש עבדי׳ עובדים מהגוים במחצב
האבנים ל׳ אלף איש יהודים שבויים
עובדי׳ במלאכה בידוע בשכר גרוע ג׳
אלף איש כהני׳ תמימים ואוים לבא
בקדש הקדש׳ במקום אשר לא יקרב
איש זר אלף איש לוים יודעים בשיר
ולשרת

canendi

(1.) Hic fit continuatio textus in codice Munsteriano, vid. cap. antec. 25, n. 14. confer. etiam Joseph. lib. 15. cap. 14. ac Josippi Epitom. pag. 144.

(2.) Consentit Josephus dict. l. 15. c. 14.

(3.) Hebr. תמימים, perfectos, ἀμώμους, qui sine vitio corporis ac labe erant, & adeò secundum legem Mosis sacris operari poterant.

ולשרת בבית ה' ק' איש ויערוך את הכל
ברצונו ויתקן כל הקנוי בדק הבית כנפשו
ויקבץ כל העם וכל השרי' לראות מערכת
העבודה ודבנין וישמחו כלם ויאמרו למלך
עתה ערב לעשו' לי' נעשה ונצליח'
וכראות המלך כי לב ברב העם באיש
אחד לעשות המלאכ' ולבנות בית יי'
ויהל הוא בידו במלאכת יחודות דבית
ואחריו לקחו ממלאכה כל שרי יהודה
הפרתמים וכל הזקני' החכמי' ומנהגי העם'
ויעבוד המלך בנפשו ביום ההוא בעבודת
הבית בשבר יום וכן עשו כל השרי'
וכל הנגבדי' אשר ביהודה ובירושלם יד
ביד עם המלך ויעש יהורוהיו מאבני
גדולות מאד ויבנה את בנין הבית
עליהם' והבית אשר בנה היורדו' המלך
מאה באמה ארכו ומאה באמה רחבו
ומאה ועשרים אמות גבהו רק בתוך
גבהו אשר לבנין הגבה אשר בתוך גג
הבית גבה עשרים אמה יעוד על ואת
דאמות כ' אמה מהדת יודד ממספר
הקומה' והאבנים אשר צבר בהן המלך
את הבית לבנותו כשלג ואותך האבן
האחת כ"ד באמה וי"ב אמה רחבה
ושמנה אמות קומתה אבני שיש מדה
אחת

canendi & ſerviendi in Templo peritos quingentos adhibuit. Hæc omnia rex pro arbitrio ſuo diſpoſuit & ea, quæ ad inſtaurandam domum neceſſaria erant, pro lubitu præparavit, (4.) cumque populum univerſum atque principes omnes convocaſſet, ut illis oſtenderet, quæ ad Templi exſtructionem diſpoſuiſſet, cuncti admodùm læti dixerunt regi: nunc tempus eſt operandi Domino, faciamus ac proſperè agamus! Quapropter rex, dum univerſi populi conſenſum ad opus perficiendum atque Templum Domini exſtruendum animadvertit, manibus ſuis fundamenta domus (5.) primus poſuit, poſteà omnes Judæorum principes, nobiles cunctique Seniores ac ſapientes, ut & reliqua multitudo manus adhibuerunt operi, atque rex ipſe eo die non ſecus ac mercenarius operatus eſt in Templo Domini, cujus exemplum omnes ſecuti principes cunctique honorati viri, qui in Judæa atque Hieroſolymis erant, manus unà cum rege admoverunt operi; jacta autem ſunt fundamenta lapidibus maximis, quibus ædificium Templi ſuperſtructum fuit: Templi verò hujus, quod rex Herodes ædificavit, longitudo erat centum cubitorum (6) totidemque cubitorum latitudo; altitudo autem ad centum & viginti cubitos aſcendebat; ſed in medio (7.) altitudinis ædificii, quæ intra tectum Templi erat, nonniſi viginti cubitorum erat altitudo, fundamenta viginti cubitos infrà continebant, qui altitudinis numero inerant (8.) lapides verò, quibus rex ædificium exſtruebat, nivem

(4.) Confer. hic Joſippi Epitom. p. 145.
(5.) Egeſippus, lib. 1. de Bell. Jud. c. 35. ſcribit, quod Herodes Templum ornârit omnemque illum circà Templum loci ambitum circumvallarit muro geminatisque ſpatiis incluſerit, immenſò ædificandi ſumptu & exquiſito decore; confer. hic autor tractatus Gallici, qui inſcribitur: Hiſtoire Critique des dogmes & des cultes &c. Part. 2. c. 3. 4. 5.
(6.) Conſentit Joſephus dict. lib. 15. c. 14. ac Joſippi Epitom. p. 145.
(7.) Munſterus locum hunc ita vertit: in medio ſcilicet altitudinis ædificii, id eſt, in medio tecti totius ædificii erant adhùc viginti cubiti; apud Joſephum eod. lib. 15. c. 14. ita legitur: τὸ δ' ὕψος τ' περιπλοῖς, ὧς τῶ χρόνῳ συνεζησάντων τῶν θεμελίων ὑπέβη, eſt ſanè tàm in Hebræo, quàm Græco locus ſatis obſcurus, ſi non corruptus; confer. Joſippi Epitom. p. 145.
(8.) Seu: altitudine connumerabantur,

אתם לכל האבנים מיסוד הבית ועד
קצות הבית ובגבה הבית מאד בתוך העיר
ויראה הבית למרחוק' ויעש את הדלתות
מעשה צעצועים מזוזותיהם ומשקופיהם
ומפתחותיהם וחלקי פתוחה' עשה כסף
ולכל דלת מהדלתות עשה פרוכת כמדת
הדלת עשה הפרוכת והפרוכת מעשיהן
מעשה אורג מזהב ותכלת וארגמן ותולעת
שני ומאבנים יקרות בנקודות זהב ותכלת
יפה את הפרוכת בלו' ויתן על כל
פרוכת זר זהב מעשה פרוז ויעש את
קרש הקדשים בארכו וברחבו כמדה
דראשונה ויתנהו על פני הזהב הבית
כמשפט' ויעש המלך עמודי זהב ואריחם
כסף ואת ויותיהם עשה זהב ויעש גפן
זהב טהור ויתן על ראש העמודים
מלמעלה' גפן ואלף כברי' והב טהור
משקלה' וגפן מעשה חרש חכם היתה
שריגיה ועליה ופרוזיה זהב נוצץ
ואשכלותיה זהב יקרק ועגביה ורמנים
חגיה אבני יקרה וכלה מעשה חרשב
ומעשה נקוד והיתה הגפן הזהא פליאה
לעיני כל רואיה ושמחת לב לכל המביטי'
אליה

nivem æquabant albedine, eratque longitudo unius lapidis viginti quinque cubitorum; latitudo autem duodecim atque altitudo octo cubitorum (9.) omnes è marmore erant lapides (10) cunctisque lapidibus à fundamento ædificii usque ad ejusdem ſummitatem una erat menſura; Templum autem valdè excelſum erat in urbe, ita, ut procul conſpici poſſet; cæterum januas fecit opere vario (11) earumque poſtes, ſuperliminaria & claves (12.) partesque (13.) portarum fecit argenteas; cuivis autem januæ velum fecit juxta menſuram januæ atque hæc vela erant opere textorio ex auro, hyacintho, purpura, coccineo dibapho & lapidibus pretioſis confecta atque punctis aureis diſtincta; præcipuè verò omnia vela hyacinthino opere fecit conſpicua, ac cuilibet velo auream coronam impoſuit, opere flores exprimente; Sanctum quoque Sanctorum tàm quoad longitudinem, quàm quoad latitudinem eadem, quâ primum fuerat, menſurâ exſtruxit, atque illud è regione latitudinis Templi, ſicuti conveniebat, poſuit, aureas (14.) quoque columnas earumque baſes argenteas, ut & uncos fecit aureos, vitem (15.) quoque ex auro puro confectam columnarum capiti impoſuit, cujus pondus mille talenta (16.) auri puri æquabat; vitis autem ipſa affabrè facta erat ejusque rami, folia ac germina rutilante auro conſpicua erant; botri ejus ex auro erant ſub-

(9.) Conſentit Joſephus dict. lib. 15. c. 14. & Joſippi Epitom. pag. 145. hinc diſcipuli Jeſu dixerunt: ἰδὲ ποταποὶ λίθοι. vid. Marci c. 13. v. 1.
(10.) Joſippus, allegante Munſtero in notis h. loc. ſcribit, lapides illos fuiſſe שיש, quos Kimchi Eſther. cap. 1. v. 4. exponit eſſe מרמר i. e. marmor, alii שחש porphyritem interpretantur, id eſt, marmoris ſpeciem rubentem, alii aliter, vid. Buxtorf. Lexic. hac voc.
(11.) Sic cum Munſtero hic vertere volui dictionem מצעצעים, alii aliter interpretantur.
(12.) Sive: aperturas, nam in codice noſtro legitur מפתחותיהם Munſterianus habet: מפתוחותיהם i. e. limina earum.
(13.) Hebr. חלקי פתחי, ita hîc in noſtro exemplari; abſunt autem verba iſta à codice Munſteriano.
(14.) Hebr. וזהב, ſic in noſtro codice; Munſterianus habet: כסף, ac vertit: argenteas (columnas.)
(15.) De hac vite vid. Joſeph. dict. l. 15. c. 14. ac Joſippi Epitom. p. 145.
(16.) Hebr. כברים, ita hîc in noſtro exemplari, Joſippus in Epitom. pag. 146. habet לשרי, id eſt, libras; Joſephus loc. alleg. pondus non expreſſit.

אליה והבה היה כלו זהב סגור וביכים
משופרי ומא העידו כי ראו אותה בחרבן
הבית וכן העידוהו אני יוסף בן גוריון
הכהן בספר אשר כתבתי להם על פי
סיפורידם׳ ויעש את האול׳ הפנימי ויחנכהו
על פני והזהב דביה ויבן לפניו שתי קורות
מעשה חושב ויקשרם בברזל מזרין ולא
יהא אדם את מהשבת המעש׳ ההוא עוד
עד היום הזה׳ ויעש המלך מישך סביב
לבית וימלא את כל העקוב ויעש את
כל העקום מישור ויסוב את דביר׳
בארבעה אולמי׳ ויעש אולם מזרחי ויחנכהו
על פני דביה קדמה׳ והאולם אהוריך
במזרח ופניו אל הבית וארכו מאתים
ותמש׳ באמה ורחבו מאה באמה במדת
הבית וגבהו מאה ועשרים באמה׳ ויעש
את החצר לפני אולם המזרחי ויבנהו
מעשה רצפה באבני שיש ויעש מאה
וששים וטורי׳ ארבעה ארבעים עמודים
הטור האחד והטור השני ארבעי׳ עמודי׳
והטור השלישי ארבעי׳ עמודי׳ והטור
הרביעי ארבעי׳ עמודים׳ ואורך העמוד
האחד חמש׳ באמ׳ ושלש אמות עבי
ומדה אחת לכולה וששים עמודים וביך
עמוד לעמוד חמש עשרה אמה וכן עד
תוכ כל בני העמודים׳ ואורך החצר
המזרי

viridi illiusque uvæ (17.) atque acini & folliculi ex lapidibus pretiosis constabant totumque opus fabrefactum erat opere vario: (18.) hæc vitis in admirationem trahebat omnes, qui illam intuebantur atque omnium, qui eam contemplabantur, animos lætitiâ afficiebat atq; vitis ista ex auro optimo (19.) conflata erat. Multi scriptores Romani testati sunt, se illam in devastatione Templi vidisse, sic & ego Josephus, Gorionis filius, sacerdos, in libro, quem Romanis scripsi ex ipsorum scriptorum relatione hujus rei testimonium attuli. Rex quoque construxit porticum interiorem, (20.) quam è regione latitudinis Templi posuit & antè illam duos parietes ædificavit opere affabrè facto, eosque ab exteriori parte ferro conjunxit tàm ingeniosè, ut nemo ad hunc usque diem artificium istius operis intelligere potuerit; planitiem quoque circà Templum fecit rex & quicquid inæquale, præruptum ac lacunosum erat, complevit & ad æqualitatem deduxit; Templum verò quatuor porticibus cinxit, orientalem porticum è regione domus orientem versùs constituit, cujus posterior pars orientem, anterior Templum respiciebat, illius longitudo ducentos & quinquaginta cubitos, (21.) latitudo centum complectebatur juxtà mensuram Templi; altitudo verò centum & viginti cubitos æquabat, atrium quoque fecit antè porticum Orientalem ejusque pavimentum lapidibus marmoreis stravit ac centum & sexaginta columnas (22.) per quatuor ordines disposuit, primus ordo quadraginta columnas habebat, secun-

(17.) Hebr. ענביה, sic in Hebræo, Munsterus vertit: grana ejus.
(18.) Ita מעשה נקור, cum Munstero hic transferre volui.
(19.) Hebr. סגור, puro, vid. 1. Reg. cap. 6. v. 20. 21. ubi Latina Vulgata habet: purissimum, Lxx. iuxtà Hebræ. συγκεκλεισμένος, conclusum (al. inclusum) confer. Buxtorf. Lexic. hac voc.
(20.) Vid. Joseph. dict. lib. 15. c. 14. & Josippi Epitom. pag. 146.
(21.) Josephus eod. lib. 15. c. 14. quoad mensuram quodammodo differt, confer. etiam Josippi Epitom. p. 146.
(22.) Hebr. עמודים, ita dictio ista in codice Munsteriano habetur, quæ in nostro omissa; sed supplenda est, Munstero consentit Josippi Epitom. pag. 146. Josephus dict. lib. 15. c. 14. scribit, ἑξῆκοντα πύλας, i. e. centum ac sexaginta duas fuisse columnas.

המזרחי בב״ז אמות כי משך את הבנין
עד נחל קדרון ויעש כפות על הנהר
ועל הכפות בנה גשרים ורצפת אבנים
ויבן את הבנין עליהם ודבק את הבנין
ויגבה הבנין מאד עד אשר לא נראה
הנחל אל מול פני הבית ויעשהו בשלשה
גגות׳ ויאמר יוסף בן גוריון דברון כל
אשר עמד בימים ההם על הגג השלישי
מלמעלה לא היה יכול להביט אל עמק
הנחל מרוב הגובה אשר לבנין כי החשך
נראה מתח׳ ולא נרא׳ עמק הנחל ובין
המלך את קיר הכסף בין האולם ובין
הבית ויעש דלת זהב שחות ויקם על
הדלת חרב כבר זהב טהור משקלה
ויכתוב על החרב בפתחה׳ והוד הקרב
יומת׳ ויעש את האולם והמזבח ויהנהו
על פני דבי׳ גבר׳ והאולם אהוריך
חומנה ופניו אל הבית מאתים וחמשים
באמה ארכו ורחבו מאת באמה במדת
הבית וגבהו מאה ועשרים באמה ויתן
לפניו את החצר׳ ויעש את האולם
גבוה

secundus etiam quadraginta, totidem & tertius ac quartus, longitudo unius columnæ erat quinquaginta cubitorum (23.) densitas autem ejus (24.) tres complectebatur cubitos, unaque erat mensura centum illis & sexaginta columnis, inter unamquamque autem columnam spatium erat quindecim cubitorum, idque intervallum æquale erat inter quamlibet columnam usque ad ultimam; longitudo verò atrii Orientalis erat viginti septem (25.) cubitorum, rex enim ædificium istud usque ad torrentem Cedron extendit, suprà torrentem istum Herodes fornices (26.) construxit, quibus pontes imposuit eosque lapidibus stravit, iisdem ædificium superstruxit junctura continuâ illudque fecit altissimum adeò, ut torrens è regione Templi conspici non potuerit: (27.) eidem ædificio tria imposuit tecta tanti fastigii, ut, quicunque illo tempore suprà tertium stetit tectum, is, teste Josepho, Gorionis filio, sacerdote (28.) non potuerit in profundum torrentis prospicere propter ingentem ædificii altitudinem, quia tenebræ subtùs conspiciebantur, nec torrentis profunditas videri poterat; rex quoque parietem argenteum (29.) inter porticum & Templum construxit, in quo januam fecit ex auro ductili, (30.) suprà quam gladium posuit, qui talen-

(23.) Josephus eod. lib. 15. cap. 14. scribit, longitudinem unius columnæ fuisse κζ πηδῶν, pedum 27. in Josippi Epitom. pag. 147. dicitur, quòd altitudo unius columnæ fuerit quadraginta cubitorum.
(24.) Hebr. עבי, sic in Hebræo, i. e. Spissitudo ejus, Græci περίμετρον seu περιφέρειαν vocant, vulgò dicitur: circumferentia, vid. infrà lib. 6. c. 15. n. 12. ab autore Vulgatæ Latinæ 1. Reg. c. 7. v. 26. & Jerem. c. 52. v. 21. vertitur: grossitudo, al. crassitudo ejus.
(25.) Hebr. כ״ז אמה, sic in nostro codice, Munsterianus habet: שבע מאות ועשרים i. e. septingentos & viginti (cubitos) cui etiam Josippi Epitome pag. 147. adstipulatur, atque hæc lectio alteri illi, quæ in nostro habetur codice, præferenda videtur, vid. infrà h. cap. num. 37. & 38.
(26.) Seu: testudines, prout Munsterus hic vertit, Hebr. כפורי, German. Gewölb / Schwibbogen.
(27.) Confer. hic Josippi Epitom. pag. 147. ubi corrupta videtur esse lectio.
(28.) Vid. Joseph. Antiq. l. 15. c. 14.
(29.) Consentit Josippi Epitom. dict. p. 147.
(30.) Hebr. זהב שחות, sic enim ex Josippi Epitome pag. 148. hic potius videtur legendum esse, quam זהב שחות, prout in nostro habetur codice, confer. 2. Paralip. cap. 9. v. 15. ubi שחוט LXX. vertes-

גבוה מעל החצר ויסגור את החצר וידבקנו אל החצר המזרחי ויעש את
השערים והלולות באשר עשה בחצר
המזרחי ויעש את האולם במערב מבא
השמש אחוריו במערב ופניו אל הבירה
מאתים ורמשים באמה ארכו ורחבו מאה
באמה כמדת הבית׃ ויעש את החצר
אשר למערב ויתנהו על פני הבי והאולם
ואחוריו אל אולם מבא השמש ויעש בי
ארבעה שערים השער אחד משקיף אל
בית המלך הוחדו והדרך בתוך אשר
בו דרכים שלשה השנים מהם הולכים
אל מחוץ לעיר והאחד הולך ויורד
במעלות אל העמק ומשם סובב ועולה
אל העיר כי העיר עם המקדש נראה
בבירה סביבה עמק גדול ובן עשה בחצר
הצפון וכן עשה בחצר הנגב ׃ ויעש את
האולם אשר לצפון ויחנהו על פני הבית
צפונה והאולם אחוריו אל הצפון ופניו
אל הבית וארבו מאתים חמשי באמה
ורחבו מאה באמה כמדת הבית ומאה
ועשרים באמה גבהו׃ ויעש את החצר
ויתנהו על פני האולם צפונה ארכו
כשבע ועשרים באמה ורחבו באורך
וברחב החצ׳ המזרחי ובאורך וברחב
החצר

talentum auri puri (31.) æquavit pondere, huic gladio expreſſis literis inſculptum erat: quicunque alienigena acceſſerit, is morte mulctetur; (32.) porticum quoque fecit auſtralem eamque è regione domus meridiem verſùs conſtituit, cujus poſterior pars auſtrum, prior Templum reſpiciebat, longitudo ejus ducentorum ac quinquaginta erat cubitorum; latitudo autem centum habebat cubitos ſecundùm menſuram Templi; altitudo centum & viginti cubitos continebat, antè iſtam porticum rex atrium poſuit; ipſam autem altiorem fecit atrio, quod ille clauſit atque atrio orientali conjunxit, in eodem quoque portas ac januas exſtruxit, ſicuti in atrio Orientali fecerat, Porticum etiam Occidentalem ædificavit ad occaſum Solis, cujus poſterior pars occidentem, prior Templum reſpiciebat, longitudo ejus ducentorum ac quinquaginta erat cubitorum; latitudo autem centum habebat cubitos juxtà menſuram Templi, atrium quoque fecit Occidentale illudque è regione Templi ac porticus conſtituit, cujus poſterior pars porticum reſpiciebat ad occaſum Solis. In hoc atrio quatuor portas fecit, quarum una palatium regis Herodis reſpiciebat; tranſitus autem (33.) in medio erat, qui in tres vias dividebatur, quarum duæ extrà urbem ducebant, tertia per gradus ad vallem transmittebat viatores atque inde per circuitum aſcenſus erat in oppidum, urbs quippe unà cum Sanctuario tanquam arx (34.) quædam conſpiciebatur, quam vallis

verterunt ἐλατὸν, ductile, in Vulgata Latina dicto iſta ibidem non exprimitur; Joſephus loc. alleg. nempe lib. 15. c. 14. rem paulo aliter deſcribit.

(31.) Hunc gladium duodecim libras æquaſſe pondere refertur in Joſippi Epitom. dict. p. 148.

(32.) Vel: moriatur, eadem verba etiam in Joſippi Epitome dict. pag. 148. adducuntur, deſumpta autem ſunt ex Numer. c. 1. v. 51. & c. 3. v. 10.

(33.) Hebr. חדרך, ita hic in noſtro codice, Munſterianus habet העמק i. e. profunditas, vallis, ubi locus hic ſic translatus reperitur: eratque intermedia vallis, in qua erant itinera &c. quæ lectio alterâ illâ ferè planior eſt.

(34.) Hebr. כבירה ſic enim legendum puto non כבירה uti hactenus in vulgatis exemplaribus, Munſterus locum hunc paulò aliter & quidem ita legit: כי העיר אל תמקוש נראה בבירנה סביבה עמק גדול אל הנגב quæ ille ſic vertit: erat enim urbs ipſa velut propugnaculum reſpectu

החצר התימני׃ והאולמי מדה אחת
לכל אולם ואולם והחצרים מדה אח׳
לכל החצרי׳ רק החצר הרביעי לא היתה
מדתו במדת השלשה הצדי כי מקומו
מקום צורים ולכן לא האריך אותו המלך
ויתן בו המלך ארבעה שערים לפאת
המערב בחצר וארבעה שערי׳ נתן בחצר
הימין גבהה וארבעה שערים נתן בחצר
הצפון׃ ובחצר קדמה מזרחה נתן שנים
עשר שעריס ונתן בו שער אחד גדול
מאד ויאמר יוסף הכהן בן גוריון בשער
הזה לא היינו באים בו בנשינו ובטפינו
רק בקדושה ובטהרה באנו כל פעם אשר
באנו בו בימים ההם ואז היינו באים
והולכים על הרצפה אשר בחצר לפני
האולם אש׳ על פני הבית ונבוא עד
האולם׃ רק הנשים לא היו באות עדיו
ואנחנו האנשים על הבית לא נגשנו כי
גבול הכהנים הוא שם וגם הכהגים
לא נגשו אל קדש הקדשי׳ כי אם הכוהן
הגדול היה בא שם פעם אחת בשנה
ואמנם כל אשר בביה ראינו בעמדנו
בתוך האולם בימים ההם וכל מעשה
הזהב אשר בבירת בהזורת שער הבית
פתוח

vallis maxima ambiebat, (35.) idem fecit Herodes (36.) in atrio tàm Septentrionali, quàm meridionali. Tandem porticum ædificavit Septentrionalem, cujus poſterior pars Aquilonem, anterior Templum reſpiciebat, longitudo ejus ducentorum ac quinquaginta erat cubitorum, latitudo centum continebat cubitos, ſecundùm menſuram Templi; altitudo autem centum ac viginti cubitos complectebatur, antè hanc porticum poſuit rex atrium Aquilonem verſùs, cujus longitudo erat viginti ſeptem cubitorum (37.) latitudo verò ejusdem cum longitudine & latitudine atrii, tàm Orientalis, quàm meridionalis conveniebat; omnibus autem porticibus una fuit menſura, ſicuti & atria omnia eandem menſuram (38.) habebant, excepto atrio quarto, cujus menſura non eadem fuit, quæ trium cæterorum atriorum, nam locus ejus petroſus erat & abruptus, quam ob cauſam rex atrium iſtud extendere non potuit. Hoc in atrio Herodes quatuor portas poſuit in latere occidentali, totidem portas poſuit in atrio meridionali meridiem verſùs, quatuor item portas fecit in atrio Septentrionali; in atrio autem orientali (39.) duodecim conſtituit portas orientem verſùs, quarum una valdè magna erat; per hanc portam, inquit Joſephus Sacerdos, Gorionis filius, non (40.) intravimus cum uxoribus & liberis noſtris, ſed illam viri ſolùm ingreſſi ſumus in Sanctitate ac puritate, & quotiescunque tunc temporis eandem intravimus, in pavimento atrii antè porticum, quæ erat è regione Templi, ambulavimus & ad

ſpectu Sanctuarii, quam à meridie ambiebat vallis magna, Joſephus lib. 15. c. 14. ſic habet: ex adverſo Templi urbs in modum Theatri jacebat, circumdata valle profundiſſima per omnem tractum auſtralem, vid. Munſter. hic in notis.

(35.) Munſteri codex hic addit: אל הנגב i. e. ad meridiem, prout jam numero antecedenti 34. notatum eſt.

(36.) Nimirum portas quatuor in ſingulis illis exſtruxit atriis.

(37.) Vid. quæ ſuprà h. c. n. 25. & n. ſeq. 38. notata ſunt.

(38.) Huic repugnare videntur, quæ ſuprà h. cap. n. 25. & num. antec. 37. notata ſunt.

(39.) In codice Munſteriano locus hic paulò aliter legitur, ubi vide ſis.

(40.) Sic particula negativa in noſtro codice legitur, quæ tamen abeſt à codice Munſteriano.

porticum usque venimus; mulieres autem ad illam non accedebant; ad Templum verò ipsum ne nos quidem viri accessimus, quia locus ibidem ac termirus erat Sacerdotum, ipsi etiam Sacerdotes Sanctum Sanctorum non ingrediebantur, sed Summus Sacerdos quotannis semel tantùm illud intrabat; nos tamen in porticu stantes, quæcunque in Templo erant, etiam opera omnia ex auro confecta, illo tempore conspeximus, nam apertâ Templi portâ omnia videri poterant in atrio, etiam vitis aurea ejusque fabrica & quicquid in Templo erat, cuncta etiam ornamenta aurea, quæ ex gentium spoliis collecta erant, quæque Deus, qui populum Israëliticum protexit, in manum regis Herodis tradiderat, ea omnia rex in pariete Templi foris suspendit; quæcunque autem hic enarravimus, inquit Josephus Sacerdos, Gorionis filius, ea omnia oculis nostris conspeximus ac lætati sumus; sed posteà (41.) in maximo fuimus luctu ob destructionem Templi, cujus ne minimam quidem partem satis dignè enarrare possumus; verùm in omnibus laus & gloria Domino, Deo nostro, debita persolvenda est.

CAP. XXVII.

UNiversum autem opus post annum octavum (1.) finitum est & durante hoc octennio ab initio constructionis usque ad finem ædificii interdiu, Deo ita providente, non pluit superurbem Hierosolymam, (2.) sed noctu, ne scilicèt ædificatio Templi impediretur, prout Josephus Sacerdos, Gorionis filius, memoriæ prodidit (3.) eaque de re testatus est ex traditione sapientum populi Israëlitici & ex relatione Scriptorum Gentilium fide

(41.) Hæc & sequentia usque ad finem hujus capitis absunt à codice Munsteriano.
(1.) Josephus Antiqu. lib. 15 cap. 14. & lib. 6. de Bell. Jud. cap. 6. annorum novem & dimidii mentionem facit.
(2.) Confer. hic inter alios Joh. Lightfoot. Hor. Hebr. in Johannis c. 2. v. 21.
(3.) Nimirum dict. lib. 15. c. 14. in fin.

fide dignorum. Posteà Herodes rex holocausta, sacrificia ac pacifica obtulit Domino, qui opes & vires ad istud perficiendum benignè præbuerat, trecentos nimirùm boves (4.) atque ovium maximum numerum eo die sacrificavit atque ita summa cum lætitia Templum initiavit, convivium quoque magnum omnibus principibus ac ministris suis, ut & Senioribus terræ Judaicæ ejusque Sapientibus præbuit eodem die, quo opus Templi perfectum fuit; is ipse dies erat, (5.) quo Herodes regnum adeptus fuerat ac quo magnificum convivium cunctis principibus suis quotannis præbere & cum omnibus Senioribus terræ ejusque sapientibus hilariter vivere consveverat, eodem, inquam, die opus omne Templi (6.) Domini absolutum fuit. Ab hoc tempore ac deinceps rex singulis annis eundem servavit morem, omnibus etiam provinciarum Judaicarum præfectis præcepit, (7.) ut animum populi ad hilaritatem excitarent eique injungerent, ut quotannis festum hunc diem, quo Templum Domini perfectum fuit, celebrarent: rex autem ipse Hierosolymis dedicationem Templi per integrum annum lætus celebravit totusque annus iste conviviis & hilaritate in omnibus Judaicis urbibus transactus fuit, ac populus ob Templum Domini exstructum valdè lætatus est Deumque cum gaudio, hymnis & instrumentis Musicis, Citharis, tubis ac cymbalis, ut & jubilo lætoque clamore laudavit, propter ædificatum Templum Domini, quod & constructum & destructum vidimus, idque tertia vice ædificabitur (8.) in laudem, gloriam & honorem Dei, qui illud in æternum stabiliat, Amen! Cœterùm quæ hic de constructi-

(4.) Consentit Josippi Epitom. pag. 148.
(5.) Idem testatur etiam Josephus dict. lib. 15. c. 14. in fin. confer. & Iosippi Epitom. p. 149.
(6.) In Iosippi Epitome pag. 185. scribitur, quòd Templum istud meliori ædificio ab Herode quàm à rege Salomone, exstructum fuerit.
(7.) Vid. Iosippi Epitom. p. 149.
(8.) Hoc Iudaicum est, inquit. Munsterus hic in notis, nam gens illa misera in hodiernum usque diem expectat Templum tertium, quod sub Messia futurum existimat.

מלאכתו ולא בתבנו פה לא ספור העיה
ולא ספור שלישיה. ובספר אשר בתבנו
לרומיים בתבנו כל המלאכה. ויוסף
הכהן בן גוריון הכהן מעיד שלא ער
ספר אחר לבד כתב את מעשה בנין
הבית כי הנה כתבת על ספר מלחמות
יי והוא זה גם כתבת על ספר החכמה
אשר לו כי ספרים רבים כתב וספרי
חכמה והגם בין הרומיים והיונים. גם
כתב ספר תוכחות ומריבות אשר בו
הוכיח יוסף הכהן הסופ' את סופרי
הגוי' אשר דברו רע על ישראל והשיב
בו עליהם תשובות דברים ויגבר עליהם
וינצחם ודבר טוב בו על עמו ועל
משפחתו כאשר יכול לדבר לפני כל
יודעי דת ודין.

structione hujus Templi ejusque operibus scripsimus, ex multis pauca desumpsimus, egregium enim opus illud fuit, ita, ut nec dimidiam nec tertiam ejus partem hic tradiderimus; totius autem (9.) operis constructionem in libro, Romanis scripto, literis mandavimus; testatur autem Josephus Sacerdos, Gorionis filius, quòd non in uno solùm libro ædificium Templi descripserit, sed tâm in libro bellorum Domini (qui hic ipse liber est) quàm in libro Sapientiæ, (10.) quem ille composuit, eandem rem memoriæ prodiderit, nam multos eosque plenos sapientiæ libros conscripsit, qui in Romanorum & Græcorum manibus versantur; volumen quoque refutationum (11.) & controversiarum composuit, quô ille Gentilium Scriptores, qui de populo Israëlitico malè locuti sunt, redarguit eosq; rationibus confutavit & superavit, atque optima quæque de populo ac gente sua protulit, quantum scilicèt dicere potuit coràm omnibus, qui jus & justitiam nôrunt.

CAP. XXVIII.

ויהי אחרי הדברי השה ויבאו מעיר
רומה שני בני הרודום אשר ילדה לו
מרימי אשתו שם האחד אלכסנדר ושם
השני אריסהובלו ויבאו הבערי הנזכרי
בהמה ובנעם בגלל הרג אמם והיה
להם זרע וכח לגבורה ממשפחת נשיהם
כי

POsteà duo Herodis filii, quos ei Mariamne, ipsius uxor, pepererat, Româ reversi sunt (1.) quorum primus Alexander, secundus Aristobulus vocabatur; adolescentes autem isti iræ atque indignationis pleni ob interfectam matrem (2.) advenerunt, instructi viribus atque copiis à cognatione uxorum suarum suppeditatis; nam Alexander, natu major, (3.) uxorem duxerat filiam regis (4.)

(9.) Hæc & sequentia, usque ad finem hujus capitis, absunt à codice Munsteriano.
(10.) De hoc libro dictum est suprà h. l. 5. c. 25. n. 3.
(11.) Uti sunt libri adversus Appionem.
(1.) Idem refert Josephus Antiq. lib. 16. c. 1. confer. etiam Egesippus lib. 1. de Bell. Iud. c. 38. & Iosippi Epitom. pag. 150.
(2.) Pio ergà matrem quidem affectu; sed ergà patrem impio, uti scribit Egesippus l. 1. de Bell. Iud. c. 38.
(3.) Sic rectius, ut puto, Alexander major natu hic dicitur, quàm suprà h. lib. cap. 23. n. 5. ubi minor natu vocatur, confer. Iosippi Epitom. p. 150. it. infrà h. cap. n. 14.

כי אלכסנדר הגדול לקח לו אשה בת
מלך כפתודי ואריסתובלום לקח לו אשה
בת שלומית אחות הורודום המלך.
ובבואם יהושלימה לא נתנו כבוד אל
אביהם הורודום המלך ולא שאלו את
שלומו כי שנאתו על אודות מות אמם
ויכר המלך הורודום בפניהם את רעת
לבבם. וגם מגידים רבים ורכילי גלו
את אזן המלך להשמר מפני בניו ויאמרו
לו אדונינו המלך השמר לך מבניך כי
נקמת אמם מבקשים לעשות ולנקום.
ויהי כשמוע המלך את דבריהם ויחרד
המלך וחרדה גדולה ויאסוף אליו הביתה
את אנטיפטר בנו אשר ילדה לו וסהיאום
הראשונה אשׁ היתה לו לאשה טרם
מלכו על ישראל והאשה ההיא היתה
ממשפחה צעירה וישלך הורודום אחורי
ואת בנה מתמול שלשום ולא קרב אליה.
בעבור אהבת מרימי אשתו. ובאשר ראה
המלך כי בני מרימי שנאתו וישיבהו
לביתו אותה ואת אנטיפטר בנה ויתן
ביד אנטיפטר בנו הכבור את כל ביתו
וימליכי

(4.) Cappadociæ, (5.) Aristobulus autem matrimonio sibi junxerat filiam (6.) Salomæ, quæ regis Herodis soror erat. Hi itaque, cùm Hierosolymam venissent, nullum Herodi regi eidemque patri suo, honorem exhibuerunt nec illum salutârunt, sed ipsum propter interemptam matrem odio prosecuti sunt, hunc animorum rancorem ac malevolentiam rex ex illorum vultu cognovit, multi etiam delatores & obtrectatores erant, qui regem monebant, ut sibi à filiis suis caveret, quia occasionem quærerent ulciscendi matrem suam. (7.) Quô cognitô ex valdè sibi metuit ac propterea Antipatrum, filium suum, quem ex Dosithæa, (8.) priore uxore susceperat, antequàm super populum Israëliticum regnaret, ad se vocavit; (9.) fœmina autem illa humili loco nata erat, eamque Herodes jam dudum unà cum illius filio dimiserat, neque cum ea amplius rem habuerat propter Mariamnæ, uxoris suæ, amorem. Rex itaque, cùm animadvertisset, se à filiis Mariamnæ odio haberi, Dosithæam illam unà cum ejusdem filio, Antipatro, in domum suam revocavit, atque universam familiam suam illius arbitrio regendam permisit eumque regem post se destinavit: (10.) Antipater enim semper regem sectabatur eumque blandè alloquebatur atque ipsius gratiam captabat hisce verbis: ego quidem humili & abjecto genere

(4.) Hæc גלפירה i.e. Glaphira, nominatur hic in codice Munsteriano, vid. Joseph. l. 16. c. 2. it. infrà h. lib. cap. 30. n. 8. & c. 33. n. 16. ibique not.
(5.) Hic quoque nomen ejus in codice Munsteriano exprimitur nempe: ארכילאום i. e. Archelaus, vid. Joseph. dict. lib. 16. cap. 1. & c. 12. confer. etiam Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. cap. 38. & infrà h. lib. 5. c. 30. n. 7.
(6.) Quæ Berenice appellabatur, vid. Joseph. loc. alleg. it. infrà h. lib. 5. c. 33. n. 4. & lib. 6. c. 1. n. 3.
(7.) Idem refert Josephus dict. lib. 16. cap. 6. ac lib. 1. de Bell. Iud. c. 17. confer. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. c. 38. atque Josippi Epitom. p. 150. & c.
(8.) Hebr. דוסיתיאוס, sic Munsteri codex, quem hic potius secutus sum, quàm nostrum, in quo corruptè legitur: דוסתיאום, Josephus lib. 17. c. 6. nominat Δωρίδα, sic eandem vocat etiam lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. Dosidem appellat Egesippus lib. 1. de Excid Hieros. c. 28. & 38. vid. etiam suprà lib. 3. c. 19. n. 5. & infrà c. 33. n. 22. ac c. 36. n. 8.
(9.) Consentit Josippi Epitom. p. 151.
(10.) Idem scribit Josephus dict. lib. 16. c. 2. infin. & lib. 1. de Bell. Iud. c. 17. atque Egesipp. l. 1. de Excid. Hieros. c. 38. ac Iosipp. Epitom. pag. 151.

natus sum, fratres autem illi excelso loco orti sunt; sed occasionem isti quærunt, ut te simùl & me interficiant, dispice ergò, quid tibi faciendum sit, quoniam ultionem matris suæ de te ac me capere moliuntur: Antipater autem iste valdè astutus & callidus fuit ad malè agendum ac cum improbis consiliariis rem habuit atque regem verbis induxit, (11.) ut crederet, Alexandrum & Aristobulum vitæ suæ insidias struere. Posteà Antipater quæsivit Aristobulum atque amicis suis dixit: ubinam est improbus iste, ut ei caput manu mea auferam? quia inimicus est patri suo ac meo & quandoquidem iste patris sui hostis existit nec ei parcit, quomodo mihi parcet? Antipater etiam Salomæ, amitæ suæ, dixit: en gener tuus, Aristobulus, insidiatur vitæ patris sui ac fratris tui, idem de te quoque postmodùm capiet ultionem matris suæ; ad hæc Salome respondens: ubinam est iste, inquit, ostende illum mihi, ut ei viscera manibus meis extraham filiamque meam alii viro tradam, dummodò illa adversùs nos haud conspiravit; si verò etiam ipsa sceleris sit conscia, unà cum illo moriatur, neque enim eam ideò nuptui dedi, ut homicidæ sit socia. Posteà Salome regem adiit, eique rem illam narravit ac, quæ Antipater sibi dixerit, eidem detexit atque hæc adjecit verba: nunc igitur, Domine rex, tui admiratio me capit, cur eum, qui tale scelus machinatur, vivere sinas nec malum à te removeas, ad quæ rex irâ valdè commotus respondit: quicunque de filiis meis amplius quidquam dixerit, is morte mulctetur, ne mihi ultrà sitis molesti, nam, quid de filiis meis statuendum sit, probè novi. Dein rex (12.) vehementiori irâ ergà sororem suam, Salomen, & Antipatrum incitatus

וימליכהו החתיו למושו מלך אחריו כי אנטיפטר היה הולך תמיד אחרי המלך והחתן הזה אומר אנטיפטר למלך תמיד ובחרתן לו לאמר אני ממשפחת חליבי ואעירה ואחי הם ממשפחה יקרה והם מבקשים להרוג אותך ואחיך ודע מה תעשה כי הם יבקשו לנקום נקמ' אמם ממך וממני ואנטיפטר היה עושה לרע מאד ובעל מרמה ויועץ עם יועצי הרשע ויכתה את המלך לאמ' כי שלמנדר ואריסתובלוס הם מתחתנים לחורנו ויבקש אנטיפטר את אריסתובלוס ויאמ' לאנשי אורביו איה הוא ואסיר את ראשו מעליו בידי כי אויב הוא לאביו ואבי גם כן אויב הוא לו כי אם לא יחמול על אביו איך יחמול עלי' גם הגיד אנטיפט' לשלומית הזאת הנה החתן אריסתובלוס מבקש לקחת את נפש אביו ואחיך ואת' כן ישוב וינקום נקמת אמו ממנו' והאמ' שלומית ואיה הן הראיני אותו ואקח את בני מעיו בידי ואתן את בתי לאיש אחר אם לא עזה עליו ואם עזה חמורת גם היא עמו כי לא נהתיה אני לעזרת רוצח' ויבא שלומית אל המלך ותגד לו את הדברים האלה ותאמר אליו בדבה דבר אנטיפטר ועזה אדוני המלך תמוהה אני ממך ונפלאת איך תהיה יועץ לרע ולא תסור הרשע מנגדך ויקציף המלך מאד עליה ויאמר אליה כל

(11.) Hæc & sequentia, usque ad: Dein rex vehementiori irâ &c. in Munsteri codice non leguntur, nec apud Iosephum dict. lib. 16. c. 6. repetiuntur, ac videntur à Iudæo interpolatore adjecta esse, vid. num. sequ. 12. ibique not.

(12.) Hic fit continuatio narrationis in codice Munsteriano, vid. quæ num. antec. 11. dicta sunt.

כל המגיד לי דבר על בני מות יומת הניחו לי ואני יודע מה אעשה בבני. ויקיץ המלך מאד עוד ע"ש שלומי אחותו ועל אנטיפט' ויקם וילך ל רומה ויולך עמו את אלכסנדר בנו הגדול ויתו ברחוקה ברומה ויעמד אותו לפני אנטיטוס מלך רומה לעכמו לכניו במשפ' מות אם בן מות הוא. וישאלהו המלך אגוסטוס מה זה ועל מה זה צועק אביך מרוב ממך. וידבר שלמנדר את דבריו בחכמה לפני אגוסטוס המלך ולפני אביו ויושיבי יחד ויאמר אליהם לאמר. אמנם כי צר לי ע"ל אמי אשר נהרגה על לא פשע לא אעלי' זה כי אין לם האד' מעור לבל ידאג ויכאב למפלת אבותיו כי גם החיות והבהמות יכמרו ורחמיה' על קריביה' ועל הוריהם וע"ל בשרם ואיך אני לא יכאב לבי ולא אראג ולא אחמול בזכרי את אמי אשר יצאתי ממנה וברחמה נוצרתי מלא יש עד היותי יש ואמנם כי הכולים ילכו בעמי לאמ' כי אחלל את כבוד אבי בעבו' מותה אמי לא אחלל כי כבוד אמי היא בכבוד אבי ואם על חלול אמי אני בוכה ואיאב איך יעלה על לבי לחלל את אבי והלא אם חלל היאכ ימית הבן פעמ' חלול האב ומהתרו פעמים אין מספ' להם ומי יאזר בי בן יעזבכם לחלל את כבוד אמכו אבי לא והיה

tatus Romam profectus est (13.) ac secum duxit Alexandrum, filium natu maximum, (14.) eumque, cùm Romæ esset, coràm Augusto, Romanorum imperatore, constituit, ut, si is mortis reus esset, ultimò suppliciò afficeretur. Augustus igitur, imperator, Alexandrum interrogavit: quamnam ob rem & qua de causa pater tuus tàm acerbè ac vehementer te accusat? ad hæc Alexander coràm Augusto Cæsare, ac coràm patre suo, unà sedentibus, prudenter respondens hunc in modum locutus est: (15.) Verum quidem est, me ob matrem meam, quæ innocens interfecta est, dolore affici, neque enim id celabo, siquidem cor hominis non est saxeum, ita, ut mœrore ac luctu haud tangatur propter parentum suorum interitum, nam etiam bestiarum ac jumentorum viscera ergà sui similes & proximos commoventur, quomodo igitur animus meus dolore, luctu ac commiseratione haud afficiatur, dum matris meæ recordor, quæ me peperit, cujus in utero formatus sum, ita, ut ex nihilo aliquid factus sim? multi quoque calumniatores in populo meo reperiuntur, qui dicunt, me honorem, patri meo debitum, ob interemptam matrem meam violaturum esse; sed nunquam id committam, quia matris meæ honor in honore patris mei consistit, dum igitur ob violatam matrem meam sic doleo eamque defleo, quomodo in animum meum inducam, ut patrem meum violem? ac, si filius, qui matri suæ impias attulit manus, uno mortis suppliciò afficitur, infinitis sanè mortis generibus afficiendus erit, qui patrem suum violat, ecquis enim dicet, filium de violando patris sui honore cogitare, nisi is filius absque ulla sit fide? absit autem à me & à fratre meo, ut hanc in patrem

(13.) Contentit Iosephus Antiq. lib. 16. cap. 7. & Egesipp. lib. 1. de Bell. Iud. c. 38. ac Iosippi Epitom. p. 152.

(14.) Confer. quæ suprà h. cap. num. 3. annotata sunt; non autem solum Alexandrum, sed Aristobulum quoque, alterum filium, secum Romam duxit Herodes, vid. Ioseph. loc. alleg. & infrà h. cap. n. 21.

(15.) Iosephus dict. lib. 16. c. 8. verba orationis Alexandri ad Augustum aliter refert, confer. & Egesipp. lib. 1. de Bell. Iudaico c. 38. ac Iosippi Epitom. pag. 153.

יהוה כן בבלתי אמונה חלילה לי ולאחי
מעשות נבלה לאביגו ונחלל את כבודנו
ואם אמנו מהה האלהים ובקש את
ודפיה על לא דמם בבפיה ונקום
נקמתה מהם כי אני ואח בניה אליך
גלינו את ריבה ואת ריבנו אבל
אנטיפטר אחינו הגדול ממנו הוא אשר
יבעיר את חמת אדוננו המלך ואבינו
עלינו ויקציפהו לדרוג אותנו כאשר הרג
את אמנו ואנחנו מה נעשה על זה ומה
בידינו יכולת הננו ביד אבינו ויעשה בנו
כחפצו וברצונו ואם יש את נפשו
להמיתנו בנת אנחנו ושתון וממשלה
לו עלינו ואם יש את נפשו להחיותנו
יי יבחר לו הטוב בעד נפשו ונפשותינו
ואנטיפטר אחינו הגדול כבודנו הנה הוא
תובה עלינו ומה נצדק לפניו דק נשחת
ויעבור עלינו ונריחה למדרך כפות רגליו
וירבה דבריו עוד בקול בכי ובקול נהי
דבריו וגם אגוסטוס וכל שריו בכו על
דברי אלכסנדר ויחל אגוסטוס את
פני אביו הורודוס המלך מלך יהודה
לחמול על בניו ולהם עליהם ולא יהיה
להם לאבזר ויבטיחהו על אש' הואא

מכיר

noſtrum committamus ſtultitiam ejusque honorem violemus, &, ſi quidem mater noſtra inſons periit, Deus in eos, qui innocentem perſecuti ſunt, animadvertet & mortis ejus vindex erit, ego quippe ac frater meus, qui illius filii ſumus, tàm ipſius, quàm noſtram cauſam Deo commendavimus: Sed Antipater, frater noſter, natu major, is ipſe eſt, qui iram Domini noſtri regis ac patris in nos concitat eumque inſtigat, ut vitam nobis adimat, ſicuti matrem noſtram interemit, nos verò (16.) ecquid hac in re faciamus & quænam ſunt vires noſtræ? ecce in patris noſtri ſumus poteſtate, is pro arbitrio ac voluntate ſua in nos animadvertat &, ſi quidem nos, filios ſuos, occidere velit, facultas ei ac poteſtas in nos competit; (17.) ſi verò nos vivos ſervare ei viſum fuerit, Deus illum bonis tàm ſuo, quàm noſtro, nomine cumulabit, Antipatrum quoque fratrem noſtrum, natu majorem, honorare debemus; ſed cur cauſam noſtram adverſùs illum defendimus? quin potius incurvemus nos, ut ſuper nos gradiatur ac ſcabellum pedum ipſius ſimus. Alexander (18.) alia inſuper multa protulit verba adeò flebili ac lamentabili voce, ut & Auguſtus & omnes illius principes Alexandri verbis ad fletum commoverentur. (19.) Auguſtus igitur Herodem, Judæorum regem, rogavit, ut filiis ſuis parceret eisque, ſi quid peccâſſent, ignoſceret, nec crudelitatem in illos exerceret; confirmavit (20.) etiam ei, ſe certò

ſcire

(16.) Hæc & ſequentia usque ad: Alexander alia inſuper multa &c. abſunt à codice Munſteriano, vid. infrà n. 18. h. cap.

(17.) Olim quidem Romani in liberos ſuos immenſam & planè *δεσποτικὴν* habebant poteſtatem, quæ jus vitæ & necis continebat, vid. lib. 11. Dig. de Liber. & Poſthum. leg. ult. Cod. de Patr. poteſt. confer. etiam Dionyſ. Halicarnaſſ. ac Sigon. de jur. ant. Civ. Rom. 10. nec Romani ſolùm, ſed aliæ quoque gentes eandem in liberos ſuos poteſtatem ſibi vendicârunt, ſicuti in Perſis ſimile patrium jus, ut tyrannicum, accuſat Ariſtoteles 8. Nicomach. c. 12. ſed hæc poteſtas poſteà apud Romanos ita coarctata eſt, ut illa quoad liberos in pietate potius, quam atrocitate conſiſteret, & hoc etiam juri Divino ac Judæorum moribus & legibus conforme eſt.

(18.) Vid. quæ ſuprà num. 16. h. cap. annotata ſunt.

(19.) Idem refertur in Joſippi Epitom. pag. 153. & ab Egeſippo lib. 1. de Bell. Jud. c. 38.

(20.) Auguſtus ſcil. imperator Herodi confirmavit.

מכיר וידע מצד האמת שיהיה דיבר
שבניו הם שלמים עמו· ויחפוש את
אלכסנדר בנו וישליכהו לגלי אביו ויחל
את פני הורודום לחבקו ולנשקו ולקבלהו
לשלום· ויתרצה המלך הורודום על
בנו ויחבקהו וינשקהו ברצון אגוסטוס
המלך ויתן אגוסטוס מלך רומה את
הורודום מלך יהודה מנחה גדולה מכסף
ומזהב וישב המלך הורודום ויבא
ירושלם·

ויהי כי בא ירושלימה ויקרא את כל
העם וידבר את הדברים האלה באזניהם
לאמר דעו אחי ודעי כי הלכתי אל רומה
להתחבר עם אגוסטוס במשפט המלכי
לראות מי מבני ימלוך אחרי ואת מי
מהם אפקיד עליכם וישפוט הוא בעצתו
ואני עמו בעצת המשפט להמליך את
שלשת בני ולהושיבם שלשתם דברים
במלכותם על ישראל אחרי כי אגוסטוס
רוא בכור אבל אמר לא היותה נמשפחות
יקרה ואלכסנדר ואריסטובלוס הם
ממשפחת יקרה היותה אמם ולא ימשלו
אלה

scire atque cognoſcere, quòd filii ejus in fide ergà ipſum & integritate permanſuri ſint. Poſteà Alexandrum, illius filium, comprehendens antè patris pedes projecit atque Herodem rogavit, ut illum complecteretur, oſcularetur & in gratiam reciperet. Quapropter Herodes rex filium ſuum (21.) benignè amplexus oſculo excepit, ſicuti Auguſtus, Romanorum imperator, petierat, ampla quoque munera argentea & aurea dedit Auguſtus Herodi (22.) Judæorum regi, qui poſteà Hieroſolymam reverſus eſt.

CAP. XXIX.

HErodes autem, cùm Hieroſolymam veniſſet, convocato populo hunc in modum verba fecit: (1.) Notum vobis ſit, fratres mei & amici, quòd Romam profectus ſim, ut cum Auguſto in cauſa, regnum concernente, deliberarem ac diſpicerem, quiſnam ex filiis meis poſt obitum meum regnaturus & quisnam illorum præficiendus vobis ſit, is itaque ſententiam tulit, quam ego quoque calculo meo approbavi, ut ſcilicèt tres filii mei poſt obitum meum in regno Iſraëlitico ſint ſocii atque collegæ; (2.) Antipater enim primogenitus quidem exiſtit, ſed mater ejus nobili genere non eſt nata; Alexander autem & Ariſtobulus, licèt juniores ſint, illorum tamen mater illuſtri loco orta eſt, (3) quapropter alter alteri non imperabit, ſed unusquisq; in

(21.) Utrumque, tam Alexandrum, quàm Ariſtobulum, ab Herode in gratiam receptos fuiſſe ſcribit Joſephus dict. lib. 16. c. 8. confer. etiam Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 38. & Joſippi Epitom. p. 154. it. quæ ſuprà h. cap. n. 14. notata ſunt.

(22.) Herodes autem prius Auguſto Cæſari 300. talenta dono dederat, referente Joſepho dict. l. 16. c. 8.

(1.) Vid. Joſeph. Antiq. lib. 16. c. 8. circà fin. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. atque Egeſipp. de Excid. Hieroſol. l. 1. c. 39. ac Joſippi Epitom. p. 155. & ſeq.

(2.) Conſer. Joſeph. loc. allèg. & Egeſipp. dict. lib. 1. c. 39. Tacitus Hiſtor. lib. 5. c. 9. ſcribit, gentem (Judæorum) coërcitam liberi Herodis tripartitò rexere, vid. etiam Joſippi Epitom. p. 155.

(3.) Nimirum ex Hasmonæorum gente.

in parte regni imperium exercebit, quia regnum noſtrum longè lateque extenſum eſt, laus ſit Deo atque gloria, qui ampliſſimum nobis regnum dedit, in quo multi reges cum dignitate ac ſplendore vivere poſſunt. Vos igitur, gens Deo ſacra, teſtes eſtis hodiè, quòd regnum meum tribus filiis poſt obitum meum relinquam, nec enim convenit, ut quisquam ex illis, me vivo, imperium & regnum affectet; ſed ipſi ſub mea ſint poteſtate. Quocircà honorate filios meos poſt obitum meum ac multo magis me adhùc vivo, atque tàm nobilem, quàm ignobilem pari honore afficite, omnes quippe tres filii mei ſunt; ego verò cuilibet facta ſua rependam, cavete vobis à lingva maledica & à pravis conſiliis abſtinete, nec multa de filiis meis loquimini; illud etiam diligenter obſervate, ne potationibus & conviviis indulgeatis, quia homines iſtis ad mala conſilia & ad hujusmodi ſermones adducuntur, qui illos ad iram & indignationem concitant, unde poſteà malæ cogitationes ac prava conſilia oriuntur, ſicuti enim vis venti mare tranquillum agitat, (4.) ſic pravi ac perverſi ſermones animum hominis commovent; Vos autem, principes ac duces populi Domini ejusque hæreditatis, bona atque recta conſilia filiis meis ſuppeditate & quæ bona atque honeſta ſunt, coràm illis loquimini, ne verbis veſtris ad rebellionem adverſùs patrem ſuum concitentur & ad peccandum inducantur. Vos quoque, filii mei, honorate patrem veſtrum, ut dies veſtros prolongetis & vos invicem pari affectu diligite. (5.) His dictis tres filios ſuos rex iterùm complexus eosque coràm populo oſculatus eſt & amicitiæ vinculo eosdem colligavit atque devinxit populoque ſalutato abiit, quò facto unusquisque ad locum ſuum reverſus eſt. Aſt ne

אלה על אלה וק כל אהד ישתול ער
תליקו מהמלכות בי ארץ מלכתנו הוד ת
ליו והלל לו רחבת ימים היא ווי נר
לנו ממלכה גדולה אשר בה ידות בבבוד
מלכים רבים· ועתה עדים אתם היום
עב יי בי אחרי מותי אני נותן ממשלת
מלכותי לשלשת בני אבל בחיי לא נאה
לאחד מהם לבקש ממשלה ומלכות וק
כי יהיו תחת ושיוני· ואתם קדושי
עליון בברו את בני אחרי מותי אף בי
בוזי בנקלה בנבבד מהם בי שלמיהם
צאצאי מעי הם ואני הגני מוכן לשלם
לבל איש ואיש כמעשהו השמרו לכם
מלשון הרע ומעצות רעות ואל יהיו לפם
דברי רבים ער בני והשמרו לבם עמי
מישיבות מקומרת המשתה בי מקומרת
המשתה יביאו האדם בעצה הרעה וכרבריש
מביאי בעם בלב האדם ומתוך דבקם
יבא האדם למחשבות רעות וכאשי
הרוח מסער את היבם בהיותו שוקט בן
הדברים הרעים והבלתי נבונים מסעירים
את לב האדם ואתם שרי וגבורי עם יי
ונחלתו עוצו את בני בעצות טובות
ונבונות ודברו דברים טובים באזניהם
לבלתי יביאום דבריכם לפשוע באביהם
וחטאו ואתם בני כבדו את אביכם למען
תאריכו ימים ואהבו איש את אחיו
בקשון כגדול וינשק עוד ויחבק את
שלשת לפני העם ויאמרם ויחבר באהבה
אחת

(4.) Ut ſtagnum mite licet ventis exagitantibus aſſurgere in æſtus valet; ita bona natura improbis monitoribus fluctuat, verba ſunt Egeſippi l. 1. de Bell. Jud. c. 39.

(5.) Conſer. Egeſipp. dict. l. 1. de Bell. Jud. c. 39.

אחת ויתן ברכה ושלום לעם ויעוב את
העם וילכו איש לדרכו· ועם כל זה
לא שקטה הקנאה מבית היהודים כי
בני מרימי אמרו לא נאה לאנטיפטר
להיות חברנו במלכות כי אמו ממשפחה
בזוה היא· וגם אנטיפטר היה ערום
לרע מאד מאד ויזנח את אחיו לפניהם
וידבר עמהם דברי שלום ואחריהם היה
משכם אורבים לשמוע מה ידברו אחיו
ולהגיד אל אביו· והאורבים היו מגידים
להיהודים את כל אשר היו מדברי
הבחורים וגם אשר לא היו מדברי כי
אנטיפטר היה נותן להם את שכרם על
כבה· ואנטיפטר זה לא היו מעשיו
טובים כי הבחיר חברת רשעי ויועצי
יועצי רשעי וישיבתו מושב לצים ודבקים
ודרכו דרך הטאים ועמדם היה יושב תמיד
לאכול ולשתות ואוהם היה שובר להעיד
שקר על אחיו לאמר כי הם מבקשים
לשלוח יד להרוג את המלך אביהם·
ויבואו ויגידו למלך היהודים כאשי הדם
אנטיפטר ויען אנטיפטר לפני אביו ויאמר
במרמה לאמר אדוני המלך אל תאמן
לדברים האלה כי אין בלבו אוי דבר רע
על כן רמה אנטיפטר את המלך והאמין
למגידים לו אחר אשר היה מראה
אנטיפטר

sic quidem ceſſavit æmulatio (6.) in domo Herodis, nam Mariamnæ filii dixerunt, nequaquam par eſſe, ut Antipater ſocius in regno fieret, quòd ipſius mater ignobili genere orta eſſet, Antipater quoque valdè aſtutus ac callidus (7.) fuit ad malè agendum, nam præſentibus fratribus ſuis amicitiam quidem ſimulavit eisque blanda dedit verba; ſed abſentibus iisdem inſidiatores ſubornavit & exploratores, ut fratrum ſuorum verba expiſcaretur eaque ad patrem ſuum deferret. Quapropter exploratores (8.) omnia, tàm quæ dixerant adoleſcentes, quàm quæ non dixerant, Herodi indicaverunt, nam Antipater illos præmio ac mercede ad id conduxerat, quia malis ſtudiis deditus fuit & commercium cum impiis habuit, prava ſecutus conſilia, atque ſemet deriſoribus & hypocritis aſſociavit, electâ peccatorum viâ, (9.) quorum in conſortio ſemper commeſſationibus & compotationibus indulſit; hos mercede corrupit Antipater, ut falſum contrà fratres ſuos dicerent teſtimonium, nimirum quòd illi eò connitantur, ut regi, patri ſuo, violentas manus adferrent eumque interficerent. Quocircà improbi iſti regem adierunt eique omnia ita, uti ab Antipatro inſtructi erant, indicaverunt, poſteà Antipater callidè coràm rege reſpondit: noli fidem habere, Domine rex, iis, quæ iſti dicunt, nam fratres mei nihil mali adverſùs te moliuntur, hac ratione Antipater feſellit regem, ut delatoribus fidem haberet, poſtquàm Antipater ſpeciem præ ſe tulerat, ac ſi nullum ergò fratres ſuos malevolum gereret animum; nam ſi ullam adverſùs fratres ſuos æmulatio-

nem

(6.) Vid. Joſeph. Antiq. lib. 16. c. 11. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. confer. etiam Egeſipp. dict. lib. 1. cap. 40. ac Joſippi Epitom. pag. 155. & ſeqq.

(7.) Confer. hic Joſephus, Egeſippus & Joſippi Epitom. loc. alleg.

(8.) Vid. etiam hic Joſeph. Egeſipp. & Ioſipp. Epitom. in locis adductis.

(9.) Vid. Pſalm. 1. v. 1. & 2. Ipſius enim vita nihil aliud erat, niſi quoddam verſutiarum conciliabulum, ſcena improbitatis, argumentum ſcelerum, flagitiorum miniſterium, uti ſcribit Egeſippus l. 1. de Bell. Jud. c. 40.

אנטיפטר אשר אין בלבו על אחיו מאומה
רע ואלו היה מראה את עצמו כי הוא
מקנא בהם היה רושב המלך כי כל אשר
יגידו לו המגידים לא יגידו כי אם בעצת
אנטיפטר· ואנטיפטר היה צו את לב
המלך יום יום במצודי התבולתו וברשת
ערמתו וישכור עוד עד אחר להלשיני
את פורה אחי המלך ואת שלומית
אחותו כי המלך היה שומע לעצתם
מאד ולא היה עושה דבר בלתי עצתם
כי פורה היה נותן למלך מדי שנה
בשנה מאה ככרי זהב מהמדינות אשר
מעבר לנהר פרת ויארבהו המלך מאד
מאד ויתן לו לאשה את אחות אשתו
ואחרי מותה נתן לו את בתו לאשה·
ויענה פרהדה עוד דבר פלגשו ויקנטוה
המלך מאד על אחיו· ואף כי הלשיני
אותו אל המלך ויאמרו אליו אשר בקש
להשקות למלך סם המות וגם שלומית
אחותו הלשינו אותה אל המלך לאמר
כי שלחה אגרת אל סוליאון אויב המלך
לזנורת עמו· אבל פורה ושלומית
התרצו מיד אל המלך כי דברו אליו אבל
חמת המלך היתה שפוכת על אלכסנדר
כי

nem atque odium detexisset, rex facilè in eam venire potuisset cogitationem, quòd illa omnia, quæ delatores indicâssent, Antipatri instinctu atque consilio ab ipsis prolata essent: sic animo regis Antipater quotidiè nassam & retia dolo atque fraude tetendit, Pheroram quoque, regis fratrem, & Salomen (10.) ejusdem sororem, ad sugillandos fratres mercede conduxerat, quia rex illorum consiliis admodùm obtemperabat nec quidquam absque eorum sententia agebat. Pherora enim quotannis centum auri talenta (11.) ex provinciis, quæ trans Euphratem fluvium sitæ erant, ad regem detulit, qua de causa Herodes illum valdè dilexerat eique uxoris suæ sororem matrimonio junxerat ac postea, illâ defunctâ, eidem filiam suam dederat uxorem; postea quàm verò Pherora illam malè tractavit (12) propter concubinam suam, (13.) ideò rex fratri suo admodùm iratus est, nonnulli etiam illum apud regem detulerunt, ac si ipsum venenô tollere paràsset, præterea Salomen, regis sororem, criminati sunt, dicentes, quòd illa literas ad Silæum, (14.) regis hostem, miserit, ut rem cum ipsa haberet; sed Salome & Pherora statim cum rege in gratiam redierunt, quia apud illum sese excusaverant; omnis autem ira in Alexandrum (15.) effusa fuit, Antipater enim mercede conduxerat improbos quosdam, qui regi affirmârunt, se vidisse, quòd Alexander strictum gladium manu sua gesserit, ac fratris sui, Anti-

(10.) Confer. hic Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 17. & Egesipp. de Excid. Hierof. lib. 1. c. 40. ac Josippi Epitom. p. 156.
(11.) Vid. Joseph. & Egesipp. loc. alleg.
(12.) Vid. hic Munsterus, qui locum istum aliter transtulit.
(13.) Hujus concubinæ etiam sequenti capite 30. n. 6. fit mentio, confer. etiam Joseph. Antiqu. lib. 16. cap. 11. circà medium & lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. ut & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. c. 40.
14.) Seu: Syllæum, ejus meminit etiam Josephus dict. lib. 16. cap. 11. & c. 13. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. confer. etiam Egesipp. l. 1. de Excid. Hierof. c. 50. Silæus iste fuit Arabs, dispensator regni Arabum, cumque is certam ob causam ad Herodem venisset, incidit in amorem Salomæ. quam etiam rex ei dedisset uxorem, si circumcisionem admisisset, prout Munsterus hic notavit confer. & infrà h. l. 5. c. 38. n. 9.
(15.) Idem refert Josephus lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. & Egesippus loc. alleg. ac Josippi Epitom. pag. 157.

כי אנטיפטר שכר רשעים אשר אמרו
למלך כי ראו את אלכסנדר עומד ותרכו
שלופה בידו ואורב את אחיו אנטיפטר
להורגו· ואז קרא אנטיפטר וצעק לפני
המלך ויאמ' אדוני אבי המלך אתה
ידעת כי עד עתה עמדתי בעזרת אחי
ודברתי עליהם טוב לפניך ועתה הנה
שמעתי אשר אלכסנדר אחי קם עלי
להרגני ויבואו עוד שלשה סרסי מסריסי
המלך ואחד הוא משקה למלך והאחר
הוא אשר יביא קערו לפני המלך בעת
האוכל והאחר הוא אשר ישמר את מטת
המלך· ויאמרו למלך כי אלכסנדר נדר
להם שוחד והב הרבה לפגע באנטיפטר
ועוד אמרו למלך כה אמר לנו אלכסנדר
עד מתי תבטחו על הזקן הזה הרודוס
אש' כבר נפלו שערי' ראשו מרוקנד·
בטחו בי ועשו רצוני והרגו אותו ואז
אתם מעלתכם בממשלה ואתן לכם
עושר גדול באשר אמלוך ואם לא תעשו
כן הנה אני מודיעה אתכם את אבי
ואמלוך כי אתו יד רמה וחזקה מגבורי
יהודה אשר יעזרוני על בכה·

Antipatri, vitæ insidiatus sit, tunc Antipater coràm rege exclamans: tu nosti, inquit, Domine rex ac pater, quòd hactenus fratribus meis subsidio fuerim ac coràm te de illis benè locutus sim; nunc autem cognosco, quòd Alexander, frater meus, id moliatur, ut me interficiat, dum hæc dicebat, tres eunuchi (16.) regii (quorum alter regis pocillator erat, alter comedente rege paropsides adferre solebat, tertius illius lectum custodiebat) superveniebant atque regi dicebant, quòd Alexander ingentem auri vim ipsis promiserit, ut Antipatrum interimerent, addebant etiam, quòd Alexander eosdem ita compellaverit: quousque vos spem in sene isto Herode, cujus capilli (17.) jam dudum præ senectute defluxerunt, repositam habetis? in me fiduciam vestram collocate atque mihi obtemperate senemque istum decrepitum è medio tollite, id si feceritis, ego vos potentiâ, opibus atque divitiis cumulabo, postquàm regnum adeptus fuero; si verò id facere recusaveritis, ego ipse patrem meum brevi interficiam regnumque occupabo, quia validæ procerum Judæorum copiæ mihi præstò sunt ad auxilium hac in re mihi ferendum.

ויהי כשמוע הורודוס כל הדברים האלה
ויחבעו כו חמתו וילבור רבי מעברי
ויהוזג רביהם מרם וגם את אלכסנדר
בנו

CAP. XXX.

HErodes igitur, cùm ea omnia audisset, irâ inflammatus multos ex ministris suis comprehendi eosque interfici jussit, Alexandrum quoque filium suum cepit, ac catenis compedibusq; ferreis constrictum in carcerem conjecit (1.) multos

(16.) Confer. etiam hic Josephus, Egesippus & Josippi Epitome in locis adductis.
(17.) Vid. Josephus & Egesippus loc. alleg.
(1.) Vid. Joseph. lib. 1 de Bell. Jud. c. 17. circà med. & Egesipp. l. 1. de Excid. Hierof. c. 40. ac Josippi Epitom. p. 158.

בגו לכד ויאסרהו בנחשתי ובכבלי ברזל
ויתנהו במשמר׳ וילכד גם כן רמיה
מעבדיו אשר ידע בם אשר הם אוהבי
אלכסנדר בנו ויצו להבותם וליסרם
באכזריות למען יגידו האמת ויגלו הסוד
והעצה אשר היתה להם עם אלכסנדר
ורבי מהם אשר היתה להם עצה עם
אלכסנדר לא הודו דבר אבל מתו בנגעים
וביסורים גדולים מלבד אחד מהם
אשר לא יכול לסבול היסורי הודה
האמת ואמר אמנם כי אלכסנדר
ואריסתובלום אחיו יעצו עצה להרוג את
המלך בעת האוכל באשׁ ישים המלך
דעתו אל האוכל וישב לבטח׳ כי אמרו
הנה אז נדלג עליו בחרבות שלופות
ונדרגהו ונבחו אל רומה ונמלט את
נפשותנו ואולי נמצא חן בעיני אגוסטוס
מלך רומה לשאול ממנו חיל ונבוא
להלחם על אנטיפטר אחינו מאבינו
ונהרגהו ותהיה הממלכה נכונה בידינו׳
וידי כשמוע המלך את דבריו האמין לו
וילכד את אויסתובלו׳ ויאסרהו בנחשתי׳
עם אלכסנדר אחיו׳ ויראו שלכסנדר כי
נבאש בעיני אביו ויכתו׳ ד׳ אגרות
בדברי לשון הרע להלשין גם הוא את
יעצי אנטיפטר אחיו ואת פרורה
ושלומית׳ ויאמר אדוני המלך אמנם כי
אני חטאתי אמת הוא אמנם פרורה
ושלומית

tos etiam ministrorum suorum, quos Alexandri, filii sui, amicos esse noverat, comprehendi cosque verberari & crudelem in modum torqueri præcepit, ut veritatem confiterentur ac secreta revelarent consilia, quæ cum Alexandro habuissent; sed multi ex illis, qui consilia cum Alexandro communicaverant, nihil confessi sunt, verberibusque ac tormentis maximis excruciati vitam finierunt, exceptô unô, qui, cùm cruciatus & dolores ferre non posset, verum confessus est ac dixit: certè Alexander & Aristobulus, ejusdem frater, consilium inierunt interimendi regem eo tempore, quo ille cibo intentus securè sederet, dixerunt enim, hæc opportuna erit occasio, qua regem strictis gladiis adoriri eumque interficere possumus, (2.) quô factô fugam ad urbem Romam adornabimus vitamque nostram servabimus, fortassis enim gratiam apud Augustum, Romanorum imperatorem, inveniemus, & ab eo exercitum impetrabimus, ut cum Antipatro, fratre nostro consangvineo (3.) bellum geramus eumque interficiamus, atque ita regnum firmiter obtineamus: hæc ejus dicta cùm rex audisset, iisdem fidem adhibuit atque Aristobulum quoque cepit eumque unà cum Alexandro, ipsius fratre, catenis vinxit: Alexander autem animadvertens, patris animum à sè aversum (4.) & abalienatum esse, quatuor scripsit epistolas, (5.) criminationum plenas, quibus etiam Antipatri, fratris sui, consiliarios ac Pheroram, regis fratrem, Salomenque accusavit hisce verbis: Verum est, Domine rex, quòd peccaverim; sed Pherora & Salome ad ista me facinora impulerunt, nam Pherora infesto ergà regem fuit animo ab illa die, qua

(2.) Confer. hic Joseph. Antiq. lib. 16. c. 11. & l. 1. de Bell. Jud. c. 17. ubi circumstantiæ paulò aliter referuntur, vid. & Josippi Epitom. pag. 157. & seq. atque Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 40.

(3.) Ita hîc interpretor אחינו מאבינו, nam jurecon-sulti fratrem per patrem solum junctum, appellant consanguineum.

(4.) Vel: se odium paternum incurrisse, sic enim Latinè exprimere volui phrasin Hebraicam נבאש בעיני אביו i. e. fœtidus factus est in oculis patris sui.

(5.) Vid. Josephus & Egesippus in loc. alleg.

ושלומית הם אשׁ׳ הסיתוני על המעשים
האלה כי פרורה אויב למלך מזה אשר
היתה לו מריבה עם אשתו בת המלך
בעבר פלגיו אשר המלך צוה להסיר
מביתו ומהיום ההוא והלאה הנה הוא
אויב למלך׳ ויכתו׳ עוד עליו דברים
רעים וקשים וגם שלומית הלשין אל
המלך לאמר כי הוא ידע אשר זנתה
עם בחור אחד השקתו ודברים קשים
ורעי כתב עוד על שחי המלך ועל
יועציו וישלחם אל המלך׳ בעת ההיא
בא ארכולאום מלך קפחור אבי
גלאפיראה אשת אלכסנדר החתנו למלט
אותו מיד הורדוס׳ אביו בחכמה ובתרמה
כי ידע כי לא יוכל להצילו רק בהתנועים׳
וידי כבואו לפני הרודוס ויצעק בחרון
אף ויאמר העוד חתנו אלכסנדר זד
הרדוס וזה איה׳ הוא ואשר ראשו מעליו
בידי כי שמעתי אשר הוא אויב לאבי
גם כי הוא אויבי ואם לאו הסל על
אביו איך יחמול עלי הרוגי אותו ואקח
את בני מעיו בידי ואחזן את כוזי לאיש
אחר אם לא עזוה ואבי עזוה תמות
גם הוא עמו כי לא ניתניה לעזר לרוצחי׳
ויאמר למלך חמה אני ממך המלך אבי
עזר

qua ei jurgium cum uxore sua, regis filia, intercessit ob concubinam suam, quam rex ab illius domo removeri jussit; (6.) ab illo igitur die ac deinceps regi fuit infensus, alia insuper crimina atrocia eidem objecit Alexander, atque Salomen apud regem accusans dixit, notam sibi esse fornicationem, quam illa cum adolescente quodam, amasio suo, commiserit, alias denique res graves & atroces contrà regis principes ejusque consiliarios in illis epistolis scripsit easque ad regem misit. Eodem tempore Archelaus, (7.) Cappadociæ rex, pater Glaphyræ, (8.) uxoris Alexandri, generi sui, advenit, (9) ut illum è manu Herodis, patris, prudentia & calliditate sua (10) liberaret, satis quippe noverat, se non nisi precibus eundem servare posse. Archelaus itaque cùm in conspectum venisset Herodis, irâ excandescens clamavit: vivitne etiamnum gener meus, Alexander? num incolumis erit homicida? (11.) ubinam est iste, ut ei caput manibus meis auferam? audivi enim, quòd patris sui inimicus existat, ergò multo magis meus erit hostis, & si patri suo non pepercit, quomodo mihi parcet? ostendite eum mihi, ego viscera ejus manibus meis extraham atque filiam meam, si quidem illa insons fuerit, alii marito tradam; si verò pessimi consilii particeps fuerit, ipsa quoque unà cum illo moriatur, neque enim eam ideò nuptui dedi, ut opem ferret homicidæ, præterea Archelaus regi dixit: miror sanè Alexandrum istum per te adhûc vivere, te certè minimè decet, ultionem procrastinare; sed Deus me hûc

(6.) Vid. cap. antec. 29. n. 13. ibique not.

(7.) Hebr. ארכילאום, sic benè Munsteri codex, quem hic potius secutus sum, quàm nostrum, ubi corruptè legitur: ארכולאום vid. quæ suprà h. lib. 5. c. 28. n. 5. annotata sunt, Munsterianæ lectioni consentit etiam Josephus Antiq. lib. 16. cap. 12. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. atque Egesippus lib 1. de Excid. Hieros. c. 40. hujus Archelai meminit etiam Tacitus Annal. l. 2. c. 42.

(8.) De hac vid. suprà h. lib. cap. 28. n. 4. ibique not.

(9.) Josippus in Epitome sua pag. 158. refert, Archelaum per literas Alexandri vocatum fuisse.

(10.) Vid. hic Josephus, Egesippus ac Josippi Epitome in locis suprà allegatis.

(11.) Eadem pene verba refert Josephus lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. c. 40.

עוד הוא חי אלכסנדר הלא לא נאה לך
לאחר נקמתו מיום אל יום אבל מיי
היה להביאני אליך ולהתחבר עמך על
הנקמה הזאת כי ביום הרגך את בנך
אהרוג גם אני את בתי כי בידך נתתיה
להיותה לך לבת וראה ארבה את הרשע
ועותה בך והסתירה עצות בנך הערום
לכן עליה יש משפט מות כי לא הגיד
לך את עצת בנך הרשע ועתה נמהר
ונהרוג את שניהם כי לא נאה לרחם
עליהם ואם הרחם אתה על בנך ולא
תוכל להרגו כי יכמרו רחמי עליו הריוג
אתה את בתי ואני אהרוג את בנך
הרוצח • וישמע המלך את דברי
ארבוליאום ויאמן לדבריו ויאמ' לו נעשה
כדברך ויאמר אליו הוי המלך הורודום
איך תוכל להודו' על דברי מבלתי מחקר
ומדרש על האמת לא כן נעשה אמנם
נהקור על הדב' היטב ונשקלהו במשקלו'
שכלנו ואז נעשה את אשר יבחר טוב
השכל ודבחונה וישמע המלך את דבריו
והשכך מעט חמתו מע' בניו ויקבל
אהב' ארבוליאום ויאל לאבול ולשתות
עמו באהבה • ויגנוב ארבוליאום את דעת
המלך הורודם ויאמן המלך לדבריו כאלו
הוא אחיו ויא ארבוליאום כי מצא חן
בעיני הורודום וידבר באזניו לאמ' ושמע
דברי המלך הורודם ושים לבך אליהם
תשוב ושקול בשכלך ע' מה יבקשו
בניך לשלוח ידם בך ומה חסרו מעמך
והלא

adduxit, ut tecum ſimùl hanc caperem vindictam, nam quo die filium tuum interfeceris, eodem etiam filiam meam interimam, quandoquidem illam ideò poteſtati tuæ tradidi, ut tibi filiæ loco eſſet, illa verò improbum iſtum amavit, te autem injuriâ affecit, dum filii tui prava conſilia non detexit; quamobrem mortis rea eſt, quia conſilium filii tui improbi haud indicavit: nunc itaque nullâ interpoſita morâ utriusque mortem acceleremus, nec enim ulla commiſeratione digni ſunt, quòd ſi fortè filii tui miſericordiâ ductus eundem ob paternum affectum interficere non poteris, age tu quidem filiam meam occide, ego verò filium tuum, homicidam, interimam. Hæc Archelai dicta cùm rex audiſſet, fidem illis habuit eique dixit: faciamus, prout locutus es, poſteà Archelaus regem ita compellavit: quomodo poteris, ô rex Herodes, fidem habere dictis meis, priusquàm veritatem inquiſiveris ac perſcrutatus fis? ne quæſò ita faciamus, ſed rem accuratè inveſtigemus (12.) eamque prudentiæ noſtræ trutinâ penſitemus, tunc, quod optimum prudentiæ noſtræ viſum fuerit, eligamus, quocircà Herodes verbis ejus morem geſſit atque illius ira adverſùs filios ſuos paululùm quievit, receptoque in amicitiam ſuam Archelao amanter cum illo convivari cœpit; Archelaus autem adeò favorem regis Herodis ſibi conciliavit, ut ipſius verbis, tanquam fratris, fidem haberet, (13.) quapropter cùm hanc regis benevolentiam Archelaus animadvertiſſet, eundem ſic allocutus eſt: audi verba mea, rex Herodes, eisque diligenter attende, perpende quæſò prudenter ac probè conſidera, quamnam ob cauſam filii tui manus tibi adferre conentur & quænam illos apud te premat neceſſitas, annon perſpectum tibi eſt, illis nec argentum apud te nec aurum nec potentiam nec magnitudinem

(12.) Conſer. hic Joſeph. dict. lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. & Egeſipp. l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 40. ac Joſippi Epitom. pag. 159.

(13.) Herodes ſcilicet, apud quem Archelaus ſeſe inſinuaverat.

והלא ידעה כי לא חסרו עמך לא בסף
ולא זהב ולא ממשלה ולא גדולה ולא
כבוד וגם מלכות נתה להם ואם כן
איפה איכה יעלה על דוחך אשר הם
יחשבו עליך רעה הלא אלה דברי רשעים
וחטואים אשר יפתוך להשחית את בניך •
והגד פרודה אויך כאשר מסית אויך
לעשות רעה לבניך כן הוא מסית את
בניך לעשו' הם עמך רעה למען תשחת
אתה והם • והרשעים והחטאים יגנבו
את דעתך ויפתוך למען היותך זקן
ויצונך לישב בהשקט ובשלוה וישלוח
מדנים בביתך בתך ובין בניך ולא תוכל
לישב בהשקט ובשלוה מפני ויעצי הרשע
אש' הם יראו לרמות אותך ולהורידך את
שיבתך ביגון שאולה ולהשחית את בניך
ואתה המלך החכם אל תאמן לדבריה
כי בניך באיבוין הם וכל איברי הגוף
אוהבים זה לזה ואוהבים לגוף הנמצאים
עמו' ויאמן המלך לדבריו וחשוך תחמו
מעל אלכסנדר ואריסתובלים בניו ויחבקו
חמתו על פרודה אחיו מאד מאד •

ויא פרודה אחי המלך כי בעזה בו חמת
המלך ואד' כי המלך שומע לעצת
ארבוליאום ויתל את פני ארבוליאום
לדבר אל המלך ולהסיר חרונו מעליו •
ויענהו ארבוליאום אני ארבו עליך אל
המלך

nem nec honorem defuiſſe? imò etiam regnum illis dediſti: cùm itaque res ſic ſe habeat, quomodo in animum induxiſti tuum, ut crederes, illos perniciem tibi ſtruere? nonne improborum ac ſceleſtorum hominum, qui te ſeduxerunt, iſtud ſtudium eſt, atque id unicè quærunt, ut filios tuos interficias? ecce Pherora, frater tuus, ſicuti induxit te, ut filiis tuis malum inferres; ita idem filios tuos adverſùs te inſtigat, ut tibi perniciem ſtruant, tuque unà cum illis pereas, improbi enim iſti ac perverſi homines te incautum ſeduxerunt, quia ſenio confectus es & quietè ac tranquillè vivere cupis; illi verò diſcordiarum ſemina in domo tua inter te & filios tuos ſpargunt, ne per otium ac quietem vitam tranſigere poſſis ob peſſimos iſtos conſiliarios, qui id unicè agunt, ut te decipiant tuamque canitiem cum mœrore ad inferos deducant (14.) ac ſimùl filios tuos perdant; tu verò, rex ſapiens, noli iſtorum verbis fidem habere, nam filii tui tanquam membra tua ſunt; omnia autem corporis membra & ſe invicem & corpus, cui illa conjuncta ſunt, amant. HisArchelai dictis rex credidit (15.) nec amplius iræ adverſùs Alexandrum & Ariſtobulum, filios ſuos, indulſit, ſed ipſius indignatio contrà Pheroram, fratrem ſuum, vehementer exarſit.

CAP. XXXI.

PHerora autem regem ſibi iratum ſentiens & animadvertens, Herodem Archelai conſilio obtemperare, rogavit Archelaum, ut pro ſe apud regem intercederet, ejusque ira adverſùs ſe mitigaretur, cui Archelaus reſpondens: ego pro te, ait, apud regem intercedam, verùm hac conditione, ne, cùm ad regem veneris, peccata tua diſſimu-

les;

(14.) Reſpicitur hic ad Geneſ. c. 42. v. 38.

(15.) Idem refert Joſephus dict. lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. & Egeſipp. l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 40. conſer. etiam Joſippi Epitom. pag. 159. & ſeq.

המלך אך בואת אשוא לך עלי זה כי
הבא אל המלך אל תבסה פשעך אבל
ההודה על כל אשר עשית ואמור כי
המדנים אשר שלחת ביני ובין בניו
ויבא פוריה לפני המלך ויפל לפניו
ארצה לרגליו ויתודה לו על כל אשר
עשה ויאמר אל המלך את כל זה עשיתי
בעבור פלגשי אשר הפריד המלך ממני
ובגללה בעמתי ועשיתי כל זאת ויאמר
ארכוליאום אל המלך שא נא עון אחיך
שמבטן אחר יצאתם שניכם וגם אני
יש לי אח ופשע לי אבל סלחתי לו כי
מרי יעשה האדם לעצמו ובשרו ואם
הכאב ידו או רגלו או את מעצמותיו
הלא הראוי לו לרפא את שבר איבריו
ולחזקם ומי יעלה על דעתו לקצץ את
עצמו ואת בשרו כי יכאיב לו וכן אדם
ראוי לו כי יפשעו בניו זע אחזר לטוב
אותם לאט עד אשר יבואם במסור ברית
לאהבתו לא להבעיר חמתו עליהם עד
ושמידם: וישמע המלך הדודום את
דברי ארכוליאום ויסלח לאחיו ויתרצה
אליו ויאמר המלך הדודום לארכוליאום
רבה אתה רפאת את שבר לבבינו מעתה
אשר באת אלינו כאשר יבא הרופא הטוב
על החולה ורפאהו מחליו וכן עשית
אתה כי רפאת מכאוב קצפנו ושכחת
את חמתו אשר היתה בלבבי על בני ועל
אחי וכן אני אחלה פניך כי תסלח
לאלכסנדר בני ולא תקח מעמו את בתך
גלאפירה כי אני אהבתיה כבתי והנה
בני אלכסנדר הוא איש זדון ובהיך אשה
חבמה ובדבריה תיטרהו וישמע לה גלא
יהוא: ויאמר ארכוליאום לא אסלח
אבל אקחנו מעמו ואחננה לאחד מעבדיך
הקטנים ולא אנוחנה אל אלכסנדר ולא
יהיה הוא מושל בה כי הכלית שנאתי
שנאתיו ויאמר המלך לארכוליאום למעני
עשה וסא נא לעונו ביום הזה אך הפעם
יסלח לו ויאמר ארכוליאום אני אעשה
כרבר המלך: וידו אחזו בן ויבאו
אלכסנדר ואריסתובולו לפני המלך ויתחבקם
וינשקם וגם ארכוליאום חבקם ונשקם
ותרפן הצר לשמחה והאבל ליום טוב
והנה בואת התחבולה והערמה והחכמה
השיל ארכוליאום את אלכסנדר ואחינו
ואת אחיו מיד אביהם: ויעש המלך
משתה גדול ויתן לארכוליאו ע' ככרים
זהב למנחה ואת ערש הזהב אשר בית
אביו יקרות ויתן לו סוסי רפים ופלגש
אחת יפת תואר ויפת מראה אשר שמה
פניכום ויצו לכל שריו לתת לו מנחה
ויתנו לו עושר גדול וילך המלך עמו
וישלחהו עד אנטוכיאה וילך ארכוליאום
לדרכו והמלך שב אל ביתו לשלו:

(1.) Consentit Iosephus Antiq. lib. 16. cap. 12. & lib. 1. de Bell. Iud. cap. 17. circà med. confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. c. 40. ac Iosippi Epitom. pag. 161.

(2.) Confer. hic Iosephus & Egesippus, ut & Iosippi Epitome in locis proximè allegatis.

les, sed ut omnia, quæ perpetrâsti, confitearis (1.) omnesque discordias, quas inter regem ejusque filios disseminâsti, detegas. Pherora igitur, cùm in conspectum regis venisset, ad illius pedes in terram procidit, eique cuncta, quæ perpetraverat, confessus est, dicens: hæc omnia propter pellicem meam, quam rex à me separavit, feci, illius gratiâ hæc omnia irâ stimulatus perpetravi. Tunc Archelaus ad regem conversus: remitte quæsò, inquit, fratri tuo (2.) culpam istam, quoniam ambo eodem egressi estis utero, nam mihi quoque frater est, qui me offendit, sed veniam ei dedi, quid enim homo contrà seipsum ac carnem suam faciat? nonne, si ipsius pes aut manus aut aliud quoddam ejusdem membrum doleat, solicitus est, ut remedium adhibeat membro fracto illudque firmet? ac quisnam in animum inducat suum, ut membrum ac carnem suam resecet, si sibi fortè doleat? ita homo, cùm adversùs eum filii aut fratres peccaverint, eosdem leniter tractare debet, donec illos vinculo amoris sibi obstringat, nec iisdem eò usque irasci convenit, ut illos penitùs destruat. Herodes igitur, cùm hæc Archelai verba audisset, fratri suo ignovit eumque in gratiam suam recepit. Posteâ rex Archelao dixit: en tu cor nostrum confractum sanâsti, ex quo ad nos venisti, nam sicuti medicus ægrotum visitans ejusque morbum cognoscens eundem sanat; ita tu iræ nostræ dolorem leniviſti, atque furorem meum, quem adversùs filios & fratrem meum animo conceperam, mitigâsti, quapropter te vicissim rogo, ut Alexandro, filio meo, ignoscas, nec filiam tuam, Glaphyram, ab illo auferas; nam ipsam, ut filiam meam amo, Alexander, filius meus, superbus est ac ferox, filia autem tua prudens est fœmina, eumque verbis suis corrigere poterit, ne peccet, dummodò

modò ei obtemperet; ad hæc Archelaus: non ignoscam, ait, sed filiam meam ab ipso auferam (3.) eamque alii cuidam ex ministris tuis inferioribus nuptui dabo, nec illam apud Alexandrum relinquam, ne is imperium in eam exerceat, nam extremo illum odio prosequor: Herodes autem Archelao respondit: gratificare quæsò mihi hanc rem atque hodiè ei peccati veniam hac vice concede culpamque remitte, ad quæ Archelaus: faciam, inquit, sicuti dixisti: dein Alexander & Aristobulus in conspectum regis venerunt, (4.) quos ille amplexatus atque osculatus est, Archelaus quoque eosdem amplexu atque osculo excepit, sic dolor in gaudium & luctus in festivitatem conversus fuit. Hoc itaque consilio prudenti, ut & solertiâ ac sapientiâ Archelaus Alexandrum, generum suum, ejusque fratrem è manu patris liberavit. Posteâ rex magnificum apparavit convivium atque Archelao septuaginta talenta auri (5.) muneri dedit, lectum quoque aureum, pretiosis lapidibus ornatum (6.) & eunuchos, formâ præstantes, atque pellicem, pulchritudine insignem, cui nomen erat Panibos, (7.) eidem donavit, omnibus etiam principibus suis præcepit, ut ei munera offerrent, hi igitur mandatum regis secuti maximis divitiis Archelaum cumulârunt, quem posteà rex Herodes Antiochiam usque (8.) comitatus est, unde ille quidem susceptum iter peregit; Herodes autem ad domum suam salvus & incolumis reversus est.

(3.) Consentit Josephus lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. & Egesipp. l. 1. de Excid. Hierosol. c. 40.

(4.) Vid. Josippi Epitom. pag. 161. & seq.

(5.) Idem refert Josephus dict. lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. confer. etiam Egesipp. de Excid. Hieros. lib. 1. cap. 41. & Josippi Epitom. pag. 162.

(6.) Egesippus loc. alleg. refert, sedile aureum, gemmis insignitum, ab Herode donatum fuisse.

(7.) Hebr. פניכום, sic in nostro codice, forte à Græco πάνυκος, quia scilicet illa florenti fuerit ætate & eximia pulchritudine; Munsteri codex habet: פניכום, unde ipse vertit: Panichos, cui Josephus lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. ferè consentit, ubi pellicem istam παννυχὶδα nominat, eidem adstipulatur etiam Egesippus l. 1. de Bell. Jud. c. 41.

(8.) Idem scribunt Josephus & Egesippus loc. alleg.

CAP. XXXII.

ACcidit autem posteà, ut vir quidam Lacedæmonius, Eurycles (1.) nomine, Hierosolymam veniret, homo avarus aurique cupidus, qui regi munus obtulit, cui rex vicissim duplo plura dedit munera, neque id regi satis fuit, sed eundem omnibus principibus suis prætulit, hic, quum corâm rege staret eique ministraret, gratiam apud illum invenit & ab ipso in numerum consiliatiorum receptus fuit. (2.) Eurycles igitur, dum odium, (3.) quod inter Antipatrum, regis filium, & Alexandrum atque Aristobulum intercedebat, animadvertit, astutè ac callidè rem tractavit; præcipuè autem amavit Antipatrum, qui illum mercede conduxerat, ut fratribus suis malum strueret, quocircà Eurycles Alexandrum hujusmodi verbis circumvenit: dignus sanè es, qui regnum solus obtineas super omnes Judæorum urbes, nam juventute & corporis viribus atque generis nobilitate præcellis, nec convenit, ut in regno consortem habeas Antipatrum, cujus mater humili loco nata est. His verbis Eurycles Alexandrum juvenem induxit, ut astutum Archelai soceri sui consilium, à quo ipse è manu patris sui liberatus fuit, sibi detegeret, atque insuper nonnulla adversùs patrem suum maledicta proferret; Eurycles verò, cùm hæc audisset, regem Herodem accessit eique rem hisce verbis indicavit: haud æquum puto, Domine rex, ut mala ista omnia, quæ in domo tua video, reticeam ac celem, nam filii

ויהי אחרי הדברים האלה ויבא בירושלם
איש מזרע לקין ושמו איראבולום והוא
היה איש בוצע בצע אוהב והב ויביא
למלך מנח׳ ויתן לו המלך כפלי כמנחתו
ולא שוה לו זה אך בבר עוד על כל
שריו ויעמוד לפני המלך וישרתהו וימצ
חן בעיני המלך ויקבלהו המלך בין
היועצי׳ ויראא איראבולום את השנאה
אשר בין אנטיפט׳ בן המלך ובין אלכסנדר
ואריסתובלום ויהי הואא מחניף ואוהב
לאנטיפטר ׃ וישכרהו אנטיפטר להרע
לאחיו ויפתה איראבולום את אלכסנדר
בדברי׳ לאמר הלא לך נאה למלוך
לבדך על כל ערי יהודה כי אתה בהור
וגבור וממשפחה יקרה ולא נאה לך
להיות אנטיכטר חבר עמך במלכות
והוא איש ממשפח׳ שפלה מעד אמו
ויפתה את הנער בדברים האלה ויגר
לי אלכסנדר את ערמת ארבוליאום חותנ
אשר מלטו מיד אביו ויאמר אליו דברי
רעים על אבו׳ ויבא איראבולום ויגר
למלך הורודום לאמר אדוני המלך לא
נאה לי לבסות ולסתור את כל הדעות
אשר אני רואה בביתך כי בניך יועצים
עלי

(1.) Hebr. אריסובלום, sic Munsteri codex, quem hic potius secutus sum, quàm nostrum, ubi corruptè legitur: איראבולום ejusdem Eurycles etiam mentionem facit Josephus Antiq. lib. 16. cap. 16 & lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 41.

(2.) Adstipulante etiam patriæ prærogativa, quòd Spartiatas Judæi cognato sibi genere copulatos pro fratribus habent, prout scribit Egesippus l. 1. de Bell. Jud. c. 41. confer. etiam 1. Maccab. c. 14. v. 20.

(3.) Vid. Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. & Egesipp. loc. alleg.

עליך עצורת רעות כי דבר אלי בנך
אלכסנדר עד מתי לא ינקם אלהים באבי
אשר הרג את אמי ואת כל משפחתה׃
והשחית את כל המלכות וגם הגיד לי
כי אדבוליאום המיו יעץ לו עצה להרוג
את אביו כי הוא גואל הדם לאמו ולזקנו
אשר הרגם אביו וידבר עוד דברים למלך
אשר לא דבר דבער מהם מאומה ויאמר
עוד איראבוליאום ידוע יהיה לך אדוני
המלך כי בניך נועצו עמי שרי החיילים
אשר לך בשבתך בהשקט יקומו וירגזך ׃
ויבקש המלך הדבר וימצא אמת אדות
כתוב׳ על שם אלכסנדר ואריסתובלום
שלוחה אל שר אחר לאמר בהרגנו את
אביהו אנחנו נברח ונבא אליך וקבלנו
בתוך הקריה עד אשר נאסוף את אנשי
עזרתנו וילכוד המלך את שר הקריה
ויסרהו באזוקיות להרוגות ולא התודה
השר דבר ולא נמצא דבר רע כי היות
הכל שקר מה שאמרו עליו׳ אבל המלי
מרוב כעסו ומרוב המחו צורת לאסו׳
בנחשתי׳ את אלכסנדר ואת אריסתובלום
בניו ויתן אל איראבוליאום ני בכריס
והב

filii tui prava adversùs te consilia struunt, Alexander quippe, filius tuus, mihi dixit: quousque Deus ultionem non capiet de patre meo, qui matrem meam atque omnem ejus familiam sustulit ac totum perdidit regnum; Eurycles quoque regi indicavit, quòd Archelaus, Alexandri socer, eidem consilium dederit, ut patrem interficeret, cùm Alexander proximus sit cognatus (4.) atque propter à necem maternam & proavum, (5.) ab Herode interemptum, ulcisci debeat, alia insuper adjecit Eurycles, quæ (Alexander) adolescens nunquam locutus erat, præterea hæc quoque addidit: notum tibi sit, Domine rex, quòd filii tui cùm exercituum ducibus consilium conferant, ut te securum & incautum adoriantur atque interficiant. Quapropter rex re diligenter investigata epistolam quandam invenit Alexandri & Aristobuli nomine scriptam ad principem quendam (6.) hujus sententiæ: cùm patrem nostrum interfecerimus, ad te confugiemus, ut nos in urbem recipias, donec auxiliares copias contraxerimus. Quò cognito rex principem urbis capi eumque crudelem in modum torqueri jussit, quò illius confessio exprimeretur, sed nihil confessus est nec in eo quidquam mali repertum fuit, quia omnia, quæ contrà ipsum proferebantur, ficta erant: (7.) rex autem iræ atque furoris plenus Alexandrum & Aristobulum, filios suos, catenis constrin-

(4.) Seu vindex sanguinis, גואל הדם, ita hic in nostro codice, vid. Deuteron. cap. 19. v. 6. ibique Commentat. confer. etiam infrà h. cap. n. 14.

(5.) Sic dictionem: זקנו, quæ hic habetur, interpretari volui, intelligitur autem Hyrcanus, qui ab Herode interfectus fuit, de quo supr. h. lib. 5. cap. 14. num. 15. is proavus erat Alexandri, Hyrcanus enim Alexandram genuerat, Alexandra Mariamnem, ea mater fuit hujus Alexandri, de quo hic sermo est.

(6.) Hebr. אשר לקריית אחר, qui urbi cuidam præerat, ita hic adjectum reperitur in codice Munsteriano, à Josepho lib. 16. c. 16. princeps ille vocatur φρούραρχος Ἀλεξανδρείας, præfectus Alexandrii castelli confer. id. Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 41. ubi scribit, alios quoque accusatores ab Antipatro suborn tos fuisse, qui dicerent, cum ducibus quondam equestris ex re citus, Jocundo & Tyranno, sermonem initum.

(7.) Alexander enim dixerat, epistolam illam πλάσμα εἶναι Διοφάντου, fraude compositam esse à Diophanto, sicuti scribit Josephus lib. 1. de Bell. Jud. 17. circà med. confer. etiam Josipp i Epitom. pag. 162. & Egesipp. de Bell. Jud. lib. 1. c. 51.

זהב וילך להרכו׳ בימים הם הלך
הורדוס המלך ע צור אשר על הים
ומשם בא אל קיסריה ובבל מקום אשר
הלך הליך את בניו עמו אסוחים
בנחשתים ויחמו כל הילו וכל מהנהו
עלידם והוא לא המל על הנערי בנו
ויהי בהוך צבא המלחמי אשר למלך
איש גבור חיל למלחמי אשר מנעוריו
היה מלומד מלחמה והוקן בגבורת
נבמלחמו׳ ושמו הר״ת ויהי לו בן והיה
אוהב מאד לאלכסנדר בן המלך ואהבו
ובעבור אהבת בנו המוב עליו אלכסנדר
בן המלך הורודוס ב׳אוהו אוהו אסוף
בכבלי ברזל ויקרא ויאמר בקול גדול
אבדו דרחמים וחמה רוצלה ונעדרה
האמת ויאמר אל המלך הורודוס את
והי על אב אשר לא יחמול על צאצאי
חלציו כמוך אשר תאסין ליועצי רשע רם
אויבך ומבקשי להסיר את בניך מלכניך
ותשאר בדד ושומם בלתי בניך ובלתי
גוע ואח׳ כן יקומו עליך ויהרגוך איה
חכמתך התהדום ואיה טוב לבבך לא
הבין כי ישאוך ויעצי דרשע לעורך
לשפוט

constringi præcepit (8.) atque Euryeli quinquaginta talenta auri donavit, (9.) quibus ille acceptis abiit & aliò sese contulit. (10.) Iisdem diebus rex Herodes ad urbem maritimam, Tyrum, atque inde Cæsaream (11.) profectus est & quocunque ivit, filios suos catenis vinctos secum duxit: exercitus autem omnis atque milites eorum commiseratione tangebantur, excepto patre, qui nullà ergà juvenes, filios suos, misericordiâ commovebatur: erat autem in exercitu regis vir quidam fortis, qui jam inde à pueritia bello assvetus erat & in eo consenuerat, cui nomen erat Tyro, (12.) is filium habebat, qui Alexandrum, regis filium, valdè amabat ejusque sodalis erat, hic Alexandri, Herodis filii, propter amorem misertus, dum illum ferreis compedibus constrictum videbat, magna exclamabat voce: omnis periit commiseratio nec ullus superest clementiæ locus, certè veritas ac fides planè interierunt; (13.) posteà ad Herodem regem conversus dicebat: væ patri illi, qui liberorum suorum misericordiâ non tangitur! prout tu facis, dum pravis consiliariis, inimicis tuis, fidem habes, quorum unicum istud studium est, ut filios tuos à te removeant, atque tu solus & mœstus sine liberis & proximo hærede (14.) sedeas; isti verò te postmodùm adoriantur & interficiant, ubinam est sapientia tua, Herodes, ubinam clementia tua? quomodo non intelligis, te ab improbis

(8.) Missis Volumnio, militiæ magistro atque Olympio, ex amicis regiis viro, arguuntur apud Cæsarem, prout refert Egesippus loc. alleg. ubi etiam narratur, quid Cæsar rescripserit & ubinam judicium de filiis Herodis habitum sit, nimirum in urbe Berytho, quam judicio celebrando præscripserat Cæsar.

(9.) Idem refert Josephus Antiq. lib. 16. c. 17. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. confer. etiam Egesipp. l. 1. de Excid. Hierosol. c. 41.

(10.) Josephus dict. l. 16. c. 17. scribit, quòd Eurycles ad Archelaum, Cappadociæ regem, iverit & ab illo etiam munera acceperit, confer. id. Joseph. l. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med.

(11.) Consentit Josephus dict. lib. 16 cap. 17. & l. 1. de Bell. Jud. c. 17. ut & Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 41.

(12.) Hic Τύραννος nominatur à Josepho lib. 16. c. 17. circà med. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 41. circà fin.

(13.) Eadem penè verba refert Josephus loc. alleg. confer. etiam Egesippus dict. l. 1. c. 41.

(14.) Seu: vindice, nam etiam id dictio: גואל, quæ hic habetur, significat, vid. quæ suprà h. cap. n. 4. notata sunt.

לשפוט הם בנין ויכל תר״ו לדבר אל
המלך׳ ויאמרו יועצי המלך למלך ידוע
יהיה לך אדוננו המלך כי תו״ו זה
בעצת אלכסנדר בנך שהר את הדפון
אשר לו חק לגלח את ראשך וזקנך
ולחקן את שערותיך בתער ודבר אליו
לאמר הדד תערך והיה בגלחך זקן המלך
מתחת לחיון התחתון העבר ותער חדה
בגרונו ודמיתהו ואלכסנדר בנו יעשרך
כי ימלוך עושר גדול׳ ויצו המלך להפוש
את תו״ו ואת בנו ואת תריפון אשר
לו לגלח זקן המלך ולחקן שערותיו
בתער ויצו המלך להכות את תו״ו ואת
תריפון במכות מוחר קשה באכזריות
ובשורים רעים ויראו הנער בן תו״ו את
מכות אביו ואת יסוריו ויכמרו רחמיו על
אביו ויאמר ל המלך אבי חמול ע״ל
אבי ולא תשחיתו עוד ותסלח לו אני
אגלה לך כל הסתרים על נכון ואודיעך
כל הדברים׳ ויאמר המלך לו הנה
סלחתי לאביך רק אמור לי האמת ויען
הנער ויאמר האמת הוא כי שלמני בנך
הסירג את אבי להרגך ואבי לא בקש
לשלוח יד בך מלבו ולבן הכר להוכיח
לעשות כמעשה אשר שמעת׳ והנער בן
תורו לא הכ׳ זה כי אם להציל את אבו
אבל עם כל זה לא הועיל לו׳ ויקרא
המלי

probis consiliariis seduci & ab ipsis instigari, ut filiorum tuorum sangvinem effundas? (15) Hæc quum Tyro dixisset, consiliarii regis eundem sic compellârunt: notum tibi sit, Domine rex noster, quòd Tyro iste Alexandri, filii tui, consilio Tryphonem (16.) qui capillos ac barbam tuam novaculâ ordinare (17.) consvevit, pretiô corruperit eique dixerit: acue novaculam tuam &, cùm inferiorem regis barbam, quæ sub illius genis est, raseris, acuta istâ novaculâ ejusdem guttur præscinde ipsumque interfice, quô facto Alexander, illius filius, si regno potitus fuerit, maximis te opibus cumulabit. Quapropter rex, cùm hæc audisset, Tyronem ejusque filium atq; Tryphonem, qui barbam regis tondere ejusque capillos novaculâ concinnare solebat, comprehendi & utrumque, tàm Tyronem, quàm Tryphonem acerbissimis verberibus affici & exquisitissimis cruciatibus torqueri jussit; Tyronis autem filius, cùm hosce patris sui cruciatus ac tormenta videret, misericordiâ ergà patrem commotus regi dixit: si patri meo peperceris nec eum amplius excruciaveris; sed ipsi ignoveris, ego omnia tibi secreta accuratè & verè exponam atque rem totam aperiam, cui rex: ignoscam, inquit, patri tuo, modò mihi veritatem dixeris; tunc adolescens respondit: verum est, quòd Alexander filius tuus, patrem meum instigaverit, ut te interficeret; sed pater meus nunquam manus tibi inferre ex animo (18.) conatus est, ac propterea Tryphoni dixit, ut facinus istud, quod jam audisti, perpetraret; Verum adolescens, Tyronis filius, hæc ideò dixerat, ut patrem suum servaret; quamvis id ei nihil profuerit, rex enim convocatis

(15) Hebr. לשפוט, sic in codice Munsteriano, quem hic sequi malui, quàm nostrum, ubi legitur: לשפום, ut judices, quamvis etiam hoc verbum commodam interpretationem recipere possit.

(16) Ita vocatur etiam à Josepho eod. lib. 16. c. 17. circà med. confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 41. ac Josippi Epitom. p. 163.

(17.) Vel: componere, dirigere, id enim verbum: תקן, quod hic habetur, significat.

(18.) Seriò, vel: per se, citrà alterius instinctum, ita enim hîc exponi poterit Hebr. מלבו, i.e. de corde suo.

omnibus principibus ſuis atque miniſtris narravit, quid Tyro ac Tryphon moliti eſſent, eosque adeò incitavit, ut vulgus Tyronem ejusque filium atque Tryphonem eo die fuſtibus interimeret (19.) rege inſpectante, qui etiam Mariamnæ, uxoris quondam ſuæ, filios, Alexandrum & Ariſtobulum, Samariam, (20.) quæ urbs tunc Sebaſtia (21.) nominabatur, deduci & utrumque ſuſpendiô necari juſſit (22.) quo etiam ſupplicii genere interempti perierunt.

המלך אל כל שריו ועבדיו ויגד להם
את אשר הורו ואת אשר אדוות תריפון
ומעשיו; ויעוררם ויהרגו העם ביום ההוא
את תורו ואת בני ואת תריפון במקלות
לפני המלך ואת אלכסנדר ואת
אריסתובלוס אחיו בני מרימי אשתו צוה
המלך וישאום ויוליכום אל שומרון ויהי
עיר אשר נקרא שמה סבסתיאה ויתלו
את שניהי על עץ במצוי המלך אביהם
וימותו.

CAP. XXXIII.

ANtipater autem, Herodis filius, lætitiâ fuit affectus propter hunc fratrum ſuorum interitum; ſed univerſi populi odium hoc facto adverſùs ſe concitavit (1.) nec deſtitit, quò minus callida & prava conſilia ampliùs moliretur, poſtquàm Alexandri & Ariſtobuli, qui mandatô regis interfecti erant, filios paulatim adoleſcere vidit; erant autem filii Alexandri Tygranes (2.) & Alexander, ejusdem cum patre nominis, quos Glaphyra, Cappadociæ regis filia, eidem pepererat: Ariſtobulo verò tres erant filii, primus vocabatur Herodes, ſecundus Agrippas, tertius juxtà nomen patris ſui appellabatur Ariſtobulus, (3.) hos ei Berenice

וישמע אנטיפטר בן הורודום על מפלת
אחיו ועל זה ההעוורה שנאת כל העם
עליו ולא חדל אנטיפטר מלבקש עוד
ערמורת ועצו רעו; בראותו כי התחילו
לגדל הילדי בני אלכסנדר ואריסתובלום
המומתים בדבר המלך אביהם; ויהיו בני
טכסנדר תיגרן ואלכסנדר בשם אביהם
אשר ילדה לו גאלפירה בת מלך כפתור
ובני אריסתובלום היו שלש; האח
דורודי; ושם השני אגריפס ושם השלישי
אריסתובלוס בשם אביו אשר ילדה לו
ביורנבי

(19.) Idem refert Joſeph. dict. lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circà med. confer. etiam Egeſipp. lib. 1. de Excid. Hieroſ. c. 41. ac Joſippi Epitom. pag. 163.

(20.) Ubi tunc temporis rex Herodes erat, prout refertur in Joſippi Epitom. pag. 164.

(21.) Vid. quæ ſuprà h. lib. 5. c. 24. n. 2. de hac urbe notata ſunt.

(22.) Confer. hîc Joſeph. Antiq. lib. 16. c. 17. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 17. circa med. atque Egeſipp. l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 42. ac Joſippi Epitom. p. 163.

(1.) Idem refert Joſephus Antiq. lib. 17. c. 1. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 18. princ. confer. etiam Egeſipp. l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 62. ac Joſippi Epitom. p. 164.

(2.) Vid. Joſeph. lib. 18. c. 7. circà fin. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 18. atque Egeſipp. l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 42. ac Joſippi Epitom. pag. 164. confer. etiam infr. h. lib. c. 43. n. 8.

(3.) In dicta Joſippi Epitome pag. 164. tertius iſte filius nominatur Alexander; ſed autoris noſtri lectio præferenda videtur, cui etiam Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 42. adſtipulatur.

nice (4.) Salomæ filia, pepererat, Salome enim tres (5.) habebat filias, quarum prima Oridara, (6.) ſecunda Mariamne, tertia (7.) Berenice vocabatur, duæ quoque filiæ erant Ariſtobulo, quarum prima Æſoſi, (8.) ſecunda Mariamne juxtà nomen matris (9.) appellabatur. Antipater igitur, cùm liberos illos videret & animadverteret, Herodem, regem, eorundem miſericordiâ affici, (10.) quòd filiorum ſuorum, qui ipſius juſſu interfecti erant, liberi eſſent, æmulatione & invidiâ ergà illos valdè commotus fuit: accidit autem die quodam, ut rex Herodes principes ac duces (11.) ſuos convocaret eosque hunc in modum alloqueretur: ſcio, me jam ad ſenectutem perveniſſe atque vitæ meæ finem mihi inſtare ac, quotiescunque filiorum meorum, qui mandato meo interempti ſunt, liberos intueor, non poſſum illos ſine lachrymis ac fletu aſpicere, nam ego ipſe hujusce luctus mei cauſa ſum, & origo calamitatis iſtius à me provenit, quia illorum parentes, filios nempe meos, in furore meo interemi atque aures meæ ſemper patuerunt ſermonibus improbo-

בורונבי בת שלומית ושלשה בנות היו
לשלומית שם האחת אוריאדה ושם
הב' מרימי ושם הג' בירונבי גם שתים
בנות היו לאריסתובלוס שם האחת
איזוזי ושם הב' מרימי בשם אמה ויראו
אנטיפטר את הילדים והנה המלך הורודום
נהפך לחם עליהם להיותם בני בניו
המומתי' בדברו ויקנא בהם אנטיפטר
מאד מאד. וידע היום ויאסוף את שרי
וגבוריו המלך הורודום ויאמר אליהם
לאמר ידעתי כי קרבו ימי קיצי והגעתי
לימי הזקנ' ואראה תמיד דלדים בני
בני המומתים במעותי ולא אוכל להביט
בם כי אם בדמעות ובבכי כי אני הוא
אשר עשיתי לי את הבכיה הזאת ומידי
היתה לי זאת המכשל' כי הסירותי את
אבות' בני מלפני בחמתי ושמעתי המיד
לדברי יועצי רשע אשר הסיתוני והדיחוני
עליה'

(4.) Hebr. בירונקי, ita Munſteri codex, quem hîc potius ſequi volui, quàm noſtrum, ubi corruptè legitur בירונבי, Munſtero conſentit etiam Joſephus dict. l. 17. c. 1. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 18. confer. & Egeſipp. lib. 1. de Excid. Hieroſ. c. 42. & ſuprà h. lib. 5. c. 28. n. 6.

(5.) Hebr. שלושת, ſic in noſtro codice; Munſterianus rectius legit: שתים, i. e. duas, atque hæ filiæ ad Berenicem, matrem, ibidem referuntur, non ad Salomen, prout hîc in noſtro codice; Munſterianæ lectioni conſentit Joſephus l. 1. de Bell. Jud. cap. 18. atque Egeſippus l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 52. ubi ſcribit, quòd Ariſtobulo ex Berenice, Salomæ filia, Herodis & Mariamne filiæ, natæ ſint confer. num. ſeq. 6.

(6.) Hebr. אוריארה, ita hîc in noſtro codice; Munſterianus habet: אוריאדם, ubi vertit: Aridadam, Joſephus dict. l. 1. de Bell. Jud. cap. 18. nominat Ἡρωδιάδα, cui etiam Egeſippus l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 42. conſentit, vid. num. antec. 5. & num. ſeq. 8.

(7.) Atqui Berenice fuit mater Herodis & Mariammæ, (niſi forte filiam ejusdem cum matre nominis fuiſſe dicere velimus,) vid. quæ num. præc. 5. & 6. notata ſunt: in Munſteri codice verba iſta: tertia Berenice &c. usque ad: Antipater igitur, cum liberos &c. non leguntur.

(8.) Hebr. איזוי, ſic in noſtro codice, ſed corruptè, legendum enim puto: אירודיאס, i. e. Herodias, vid. quæ num. antec. 7. ea de re notata ſunt, confer. etiam Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 42.

(9.) Ariſtobuli ſcilicet, non ſuæ matris, prout hîc referri videtur, nam hujus Mariamnæ mater fuit Berenice, ſicuti paulò antè num. 7. dictum eſt.

(10.) Idem refert Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 18.

(11.) Seu: milites ſuos, vid. Joſeph. dict. lib. 1. de Bell. Jud. c. 18. & Egeſipp. lib. 1. de Excid. Hieroſ. c. 42. ac Joſippi Epitom. p. 164.

proborum consiliariorum, qui me seduxerunt meq; contra filios meos instigârunt: nunc autem liberorum istorum, quia parvuli sunt ac pupilli, misereor (12.) eisque tutores, qui ipsis parentum loco sint, constituere volo, postea ad Pheroram conversus: desponsa, inquit, mi frater, Pherora, filiam tuam Alexandri filio primogenito (13.) tuque ei sis parentis loco; dein Antipatro dixit: tu verò, mi fili, Antipater, desponsa filiam Aristobuli filio tuo, natu majori; minorem autem Aristobuli filiam desponde filio tuo (14.) minori, Herodi; tunc rex comprehensis illorum dextris unius manum alterius manui conjunxit ac sponsalia celebravit, quam ob rem omnes, qui coràm rege stabant, maximâ lætitiâ affecti sunt, solùs Antipater valde indignatus est (15.) eò, quòd videret, Alexandri filio desponsatam esse filiam Pheroræ, fratris regis, qui tunc plurimùm pollebat, Archelaus quoque, Cappadociæ rex, avus (16.) erat puero, (17.) Antipater enim secum cogitabat, ecquid faciam, si illi me aggrediantur? quapropter valdè timebat, ne Pherora & Archelaus Alexandri filio auxilium ferrent, isque regnum & dominatum occuparet. Antipater igitur profusis coram rege, patre suo, lachrymis (18.) ecquid proderit mihi, inquit, quòd mihi regnum tradideris; vim autem ac potestatem Alexandri

עליה' ועתה אני מרחם על ילדיהם למען
אשר הם קטני' והומטם וארצה לתת
להם עזרים יהיו להם באבות' ויאמר
לפרודה אחיו פרודה אתו תן בתך
לארוסה ובנוסה לבן אלכסנדר הבכור
ואתה תהיה לו לאב ולאנטיפטר אמר
אחיו בני אנטיפטר קח את בת
אריסתובולו לבנך הגדול לארוסה ובנוסה
וגם בנך הקטן הזרודום קח לארוסה
ובנוסה את בת אריסתובולום הקטנ'
ויאחז המלך הזרודום את ידי ימיניהם
ויתן יד זה ביד זה ויעש את התתונות
וישמחו על בכה כל העומדי' לפני המל'
רק לאנטיפטר חרה מאד אשר ראה כי
יקח בן אלכסנדר את בת פרודה אחי
המלך הזרודום אשר שרדה גדולה בידו
גם הוא ארבוליאום מלך בפתור וקנו
אשר לנער ומרה אשרה אני כי יקומר
עלי אלה' ויירא אנטיפטר מאד פן
יעזרו פרודה וארבוליאו את בן אלכסנדר
לבקש לו המלכות והממשלה ויבך
אנטיפטר לפני המלך אביו ויאמר מרי
אשרה

xandri

(12.) Vid. hic Joseph. Antiq. l. 17. c. 1. ac lib. 1. de Bell. Jud. cap. 18. ut & Josippi Epitom. pag. 165.

(13.) Is Tygranes appellabatur, vid. suprà h. cap num. 2. confer. Joseph. dict. lib. 1. c. 18. & Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 42. ac Josippi Epitom. pag. 165.

(14.) Meo, sic potius legendum; apud Josephum quoque lib. 1. de Bell. Jud. cap. 18. ita legitur: τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς ὁ ἐμὸς Ἡρῴδης λήψεται, ejus sororem (alteram scilicet sive minorem Aristobuli filiam, de qua hic sermo est) filius meus Herodes uxorem ducat, confer. etiam Egesipp. l. 1. de Bell. Jud. cap. 42. & infrà h. cap. n. 23. vid. tamen Josippi Epitom. pag. 165. ubi scribitur, quòd Herodes jusserit, ut Antipater, filius suus, daret filiam suam Herodi, Aristobuli filio.

(15.) Idem refert Josephus ut & Egesippus loc. alleg. vid. etiam Josippi Epitom. pag. 166.

(16.) Maternus scilicet, nam Alexander Glaphyram, Archelai filiam, duxerat uxorem, ex qua Alexander iste natus fuit, qua de re suprà h. lib. 5. c. 28. n 4. dictum est, confer. Joseph. l. 1. de de Bell. Jud. c. 18. & num sequ. 19. h. cap.

(17.) Filio nempe Alexandri, qui & ipse paterno nomine vocabatur Alexander.

(18.) Consentit Josephus dict. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 18. confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. c. 42. ac Josippi Epitom. p. 166.

xandri filio dederis, dum Pheroræ, fratris tui, filiam desponsâsti Alexandri filio, qui Archelai nepos (19.) est, quis enim duobus illis principibus tàm potentibus resistere poterit? cui rex respondens: nonne, ait, tu mihi in regno succedes, cur igitur times, cùm in manu tua futurum sit regnum? ab omnibus quoque regis filiis Antipater sibi metuebat, nam Herodes novem uxores (20.) habebat, quæ omnes ei pepererant filios ac filias, exceptis duabus, (21.) quæ steriles erant. Dosithæa (22.) enim, illius uxor, Antipatrum pepererat, ex Mariamne verò, conjuge sua, superstes ei erat Herodes, filius natu minimus, (23.) etenim duo filii, natu majores (24.) patris mandato interempti erant. Præterea Maltachos, (25.) alia ejus uxor, Abolio (26.) prognata, peperit (27.) ei filiam, cujus nomen Orvilia

אעשה אני בתתך לי את המלכות ואת
הבה נתת לבן אלכסנדר כי נתת את
בת פרודה אחיך לבן אלכסנדר אשר
הוא בן ארבוליאום ומי יוכל לעמור לפני
שני שרי הגבורים האלה ויאמר אליו
המלך והלא אתה תמלוך אחרי ומה לך
אשר תיראה ובידך המלכות ולך הוא'
ויירא עוד אנטיפטר מכל בני המלך כי
ט' נשים היו לו ויולדנה לו בנים ובנות
ושתי' מהם עקרות לא ילדו' והלד לו
כוסהיאום אשתו את אנטיפטר וממרימי
אשתו נותר לו הזרודום הקטן כי שני
בנים אשר לה הגדולי' הומתו במצות
אביהם ומלהכוס אשתו בת אבוליאום
ילדה

(19.) Ex Glaphyra scilicet, Archelai filia, confer. quæ paulò antè num. 16. h. cap. notata sunt. nam dictio בן hic idem significat ac נכד i. e. nepotem, quod etiam ICtis non est infrequens, vid. L. 84. & L. 220. de V. S. ubi liberorum nomine etiam nepotes contineri dicitur.

(20.) Consentit Josephus dict. lib. 17. c. 1. & lib 1. de Bell. Jud. cap. 18. confer. etiam Egesipp. l. 1. de Excid. Hieros. c. 42.

(21.) Ἀνεψίαι scilicet τῇ ἀδελφιδῇ, i. e. consobrina & nepti ex fratre vel sorore, vid. Joseph. dict. l. 1. de Bell. Jud. c. 18. & Egesipp. l. 1. de Excid. Hieros. c. 42.

(22.) Hebr. דוסיתיאה, ita hîc Munsterianus codex, quem sequi malui, quàm nostrum, ubi corrupte legitur כוסהיאום, vid. quæ suprà h. lib. 5. c. 28. n. 3. & infrà c. 34. n. 8. dicta sunt. Josephus Antiq. lib. 17. cap. 6. eandem nominat Δωρίδα, sic etiam ab eodem lib. 1. de Bell. Jud l. 10. c. 10. & c. 17. & 18. appellatur, Egesippus lib. 1. de Excid. Hieros. c. 42. Dosidem vocat, facili literarum r. & s permutatione, confer. Corn. Gualter. not. ad Egesippi lib. 1. c. 28. pag. mihi 71.

(23.) Vid. suprà h. cap. n. 14. & Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 42. ubi scribit, quòd Herodes, iste ex Mariamne Hyrcani susceptus fuerit, confer. etiam cap. sequ. 34. n. 11.

(24.) Nimirum Alexander & Aristobulus, quorum in præcedentibus sæpè mentio facta est.

(25.) In Hebr. מלתכוס ea Μαλθάκη nominatur à Josepho lib. 1. de Bell. Jud. c. 18. ab eod. Josepho Antiq. lib. 17. c. 12. princ. vocatur Μαραθάκη, si quidem nomen ibidem non est corruptum, ab Egesippo l. 1. de Excid. Hieros. c. 42. appellatur Matehadis.

(26.) Hebr. אבוליאום, ita hîc in nostro codice, si quidem nomen non est corruptum, abest autem istud à codice Munsteriano, ipse in notis suis h. loc. scribit, Maltachem istam fuisse ex gente Samaræorum, cui etiam Egesippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 42. adstipulatur.

(27.) In codice Munsteriano hic locus aliter, quàm in nostro, legitur ita: ומלתכוס אשתו ילדה לו את אנטיפס, ואת ארכילאום ובת שמרית אולימסיאם, ותלד לו גם את קליאופטרה ירושלטירא אשתו את ארוים ואת פילימום וגו'. Quæ Munsterus ita interpretatus est: Cœterum Malthacus, alia uxor ejus, genuit Antipam & Archelaum & filiam, nomine Olympiadem; Cleopatra verò Ierosolymitis, alia uxor, genuit ei Herodem & Philippum,

ילדה לו ברת ושמה אורואיליה׳ גם
ילדה לו היא את בתו קליאופטרה ואשתו
הירושלמית ילדה לו את הורודום ואת
פוליפום ואורודיכילום אשתו ילדה שתי
בנות שם האחת דורסני ושם השניית
שלומית׳ ועל כן ירא אנטיפטר ממשפחת
בני המלך הורודו׳ מצד אמותיהם ויהבר
אנטיפטר ליועצי הרשע ויתן להם שוחד
כסף וזהב לרוב למען יחזק בידו
ברק הממשל׳ ותצלוב׳ ויהברו אנטיפטר
ופורודה עם יועצי הרשע ואנשי בבליעל
גם שניה׳ ויחננו למלך הורודום כי
ערכו לפניו טענו׳ דופי ודברי מרמה
וחבולה לרע ויגבו דעתו להתיר את
הרחניות אשר עשה המלך מהילדים
בני

lia (28.) fuit, eadem aliam ipsi filiam peperit, nomine Cleopatram, (29.) alia ejus uxor, Jerusalmith Herodem ei peperit ac Philippum, (30.) alia ejusdem conjux, Orodiphilos, duas ei peperit filias, quarum una Dorsane, (31.) altera Salomith (32.) vocabatur. Antipater itaque à liberorum regis cognationibus, præprimis propter illorum matres, sibi metuit, ac semet pravis consiliariis associavit, quibus multa aurea & argentea munera dedit, ut sibi dominationem atque regnum firmarent. Uterque autem, & Antipater & Pherora, improborum ac sceleſtorum hominum consilia secuti Herodem regem rogârunt, ejusque animum, allegatis coràm illo fictis rationibus & argumentis callidè atque improbè excogitatis flexerunt, ut affinitates, (33.) quas inter liberos peremptorum (34.) instituerat, dissolveret. Nam ambo, Antipater & Pherora, quotidiè cum

pum, atque huic Munsterianæ lectioni adstipulatur etiam Josephus dict. lib. 1. de Bell. Jud. c. 18. atque Egesippus lib. 1. de Excid. Hierof. c. 42. Cæterum de Herodis magni profapia vid. Idem Joseph. Antiqu. lib. 18. c. 7. & Munsterus in not. h. loc. ubi Herodis Ascalonitæ sive Magni Genealogiam in tabellam descriptam invenies, confer. & num. seq. 28.

(28.) Ita hic interpretor: אורואיליה, quod nomen corruptum ex Josepho lib. 1. de Bell. Jud. c. 18. restituendum ac legendum puto אולימפיאה, Olympia, Ὀλυμπιάς, cui & Egesippus lib. 1. de Excid. Hierof. c. 42. consentit, vid. num. antec. 27.

(29.) Vid. Joseph. lib. 17. c. 1. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 18. atque Egesipp. dict. l. 1. c. 42. confer. & num. antec. 27. ac num. sequ. 32.

(30.) Pallas Herodi pepe it Phaselum, ita hic adjicit Egesippus dict. lib. 1. de Excid. Hierof. cap. 42.

(31.) Sic verto nomen דורסני quod hic habetur, Munsterus legit: דוכסני ac vertit: Roxane, cui etiam Josephus dict. lib. 17. c. 1. & l. 1. de Bell. Jud. c. 18. in med. consentit, confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. cap. 42. & num. seq. 32.

32.) In codice Munsteriano post nomen: Salomith, hæc adjiciuntur שם המלך האחרונה ושני האחרת פירורה ושם השניה אלפים על כן וגו׳, quæ Munsterus sic transtulit: aliarum verò uxorum regis nomina erant Phedra & Elpis; harum meminit etiam Josephus dict. lib. 17. c. 1. ubi ex uxoribus istis scribit natam fuisse Roxanem & Salomem, idem refertur etiam lib. 1. de Bell. Jud. c. 18. circà med. Josepho adstipulatur & Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 42. ubi scribit, Roxanem Phedra; Salomen verò Helpi natam fuisse, confer num. antec. 31. ibique not.

(33.) Sponsalia vel etiam matrimonia ipsa, sic enim dictionem: התנויות hic vertere possis, vid. Joseph. l. 1. de Bell. Jud. c. 18. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. c. 42. ac Josippi Epitom. pag. 166.

(34.) Alexandri scilicet & Aristobuli, filiorum Herodis, de quibus plura in præcedentibus, confer. Egesipp. l. 1. de Bell. Jud. cap. 42. & Josippi Epitom. p. 166.

בני הנהרגים ואנטיפטר ופורודה הוי
עושים יום יום משתה עם יועצי
שניהם ימים רבים׳

cum consiliariis convivia celebrabant multis diebus.

CAP. XXXIV.

וידי היום ויקצוף הורודום על פורודה
אחיו ויאמ׳ אליו לך לביתך והשמר לך
שלא תראה את פני עוד כי ביום ראותך
פני תמו׳ ופורודה שב לביתו ופני המלך
לא ראה עוד וישלח המלך את אנטיפטר
בנו אל רומא לאגוסטוס לשאול לו
לשלום וישלח אליו מנחה על ידו׳
ובימים ההם חלה פורודה אחי המלך
את חליו אשר מת בו וישלח ל המלך
דברי התנונו׳ לבוא אליו ולהתחנן לו
לצוות לפניו על בניו ועל ביתו לפני
המלך והשמור המלך וילך אליו ויבך
עליו ויצו המלך לכתוב באשר צוה
ולקיים את כל הכתוב ויומת פורודה ויעש
לו המלך מספד גדול ויקברהו בכבוד
עצום׳ אבל השמועה אשר שמע המלך
עליו כי בקש להשקותו סם המות וכי
ויבקש הדבר למצוא האמת׳ וילכוד את
סריסי אחיו ואת שפחותיו ויצו לייסר
אותם

ACcidit autem die quadam, ut Herodes ergà fratrem suum irâ commotus ei diceret: abi domum tuam (1.) ac cave, ne amplius in conspectum meum venias, nam quocunque die id feceris, morte mulctaberis. Pherora igitur ad domum suam reversus in conspectum regis ulteriùs non venit; Antipatrum verò, filium suum, rex Romam (2.) ad Augustum salutandi causa cum munere amplissimo misit; eodem tempore Pherora, regis frater, morbo laboravit, quo etiam decessit, (3.) quapropter certos homines ad regem misit, qui illum rogarent, ut ad se veniret sibique hanc gratiam exhiberet, ut coràm ipso de liberis atque domo sua disponere (4.) possit; rex itaque fratris sui misertus eundem visitavit ac fletibus dolorem suum testatus est præcepitque, ut ultima ejus voluntas in scripturam redigeretur &, quicquid ille jusserit, effectui mandaretur. Posteà Herodes Pheroram defunctum maximo luctu prosecutus est (5.) ejusque corpus funebri pompa sepulturæ tradi curavit solenni; rex verò memor rumoris, quem de fratre suo audiverat, nimirùm quòd ille venenatam potionem miscuerit, (6.) rei veritatem inquirere voluit, eum-

 que

(1.) Idem refert etiam Josephus lib. 17. c. 5. qui cap. 3. dicti libri 17. causam iræ Herodis erga fratrem, Pheroram, adducit, confer. Idem Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 18. ut & Egesipp. l. 1. de Excid. Hierof. c. 42. ac Munsteri notæ h. loc. atque Josippi Epitom. pag. 167.

(2.) Consentit Josephus lib. 17. c. 4. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 18. circà fin. ac Josippi Epitom. pag. 167. & 170.

(3.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 17. c. 5. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 19. atque Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. c. 42.

(4.) Seu: testamentum ordinare atque ultimam voluntatem declarare.

(5.) Idem refert Josephus loc. alleg. ut & Egesippus dict. l. 1. c. 42.

(6.) Josephus dict. lib. 17. cap. 6. rem paulò aliter refert, ubi vide sis, ut & lib. 1. de Bell. Jud. c. 19. atque Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. cap. 42. circà

אותם באזוריו' בכל מיני חבוט ויסורים
קשים ורעים' ואז אחת מהשפחות אשר
היתה מיוסרת ביסורים צעקה ואמרה
אלהי העולם כלו אשר נפש כל חי בידך
ובידך כח וגבורה לחזק ולגדל הערל
אותנו מן האכזריות הזה כי הנם נמות
בלא עון אלהי עולם השב את העון הזה
על ראש כוסתיאו' אשת אוגנטו המלך
אם אנטיפט' בעשותה תמיד שולחנות
משתה בביתה לפרודה ולאנטיפטר בנה
והם שותים ואוכלי' כל היום וכל הלילה'
וזה קרוב ויצו עצה שניהם על המלך
ללכת אגטיפט' ברומא ופרודה יעמוד
עם המלך להשקותו סם המות עד ירדוג
את המלך ואחר יבא אנטיפטר וימלוך
כי אמר אנטיפט' לפרודה הבה נא עצה
ונהרגהו כי אם לא נמיתהו לא נמלט
מידו גם אנחנו כאשר לא נמלטו בניו
מידו' ומי יודע אם יקומו אנשים ויבובו
עלינו וישקרו בנו ברברים רעים שיאמרו
לו ויהרגנו באשר כזבנו אנחנו על בניו
והרגם ועל מי יחמול זה אשר לא יחמל
על אשתו אשר אהב ועל בניה אין לנו
מה לעשות כי אם לרחוק ממנו ולנוס
מפניו באש' יגוס איש מפני היה רעה
כי המליכני במרמה ומתי אמלוך אני
הוא הוי ועדין נראה כבחור בכחו ואני
וקנתי

que in finem eunuchos fratris ſui ejusque ancillas comprehendi maximisque cruciatibus torqueri ac variis verberum dolorumque generibus affici juſſit, tunc ancilla quædam (7.) tormentis excruciata clamavit: ô Deus mundi univerſi, cujus in manu omnis viventis anima ſita eſt, qui robore & potentia inſtructus es, ad dandas augendasque vires, libera nos ab iſta crudelitate, quoniam innocentes ac ſine ullo à nobis admiſſo crimine ad mortem rapimur, repende, ô Deus totius mundi, iniquitatem iſtam Doſitheæ, (8.) regis uxori, Antipatri matri, (9.) quæ ſemper in domo ſua Pheroræ atque Antipatro, filio ſuo, convivia apparavit, in quibus illi potando ac commeſſando totam diem noctemque inſumſerunt & non ita diu conſilium adverſùs regem inierunt, ut Antipater Romam proficiſceretur; Pherora autem apud regem maneret eumque venenata potione è medio tolleret, ac deinde Antipater, Româ reverſus, interfecto rege, regnum occuparet, Antipater enim Pheroræ dixit: da quæſò conſilium, quo rex interficiatur, nam niſi illum occiderimus, nos ſanè manus ejus non effugiemus, ſicuti nec ipſius filii manus ejus effugerunt; fortè haud deerunt, qui nos quoque falſis fictisque criminationibus apud regem accuſent, ut ab illo interficiamur, quemadmodum nos quoque eundem calumniis circumvenimus, ut filios ſuos interimeret; enim verò cuinam iſte parceret, qui neque uxori ſuæ tàm dilectæ, neque filiis ejus pepercit? certè nihil aliud nobis faciendum erit, quàm ut procùl ab ipſo recedamus eumque ut tetram & imminentem belluam fugiamus: me quidem deſignavit regem, ſed dolo & fraude, ecquan-

circa fin. & Munſteri not. h. loc. confer. etiam Joſip. i Epitom. p. 168. & 170.

(7.) Vid. Ioſeph. loc. alleg. & Egeſipp. dict. lib. 1. c. 43. ac Joſippi Epitom. pag. 171.

(8.) Hebr. יוסיתיאו, ſic Munſteri codex, quem hic potius ſecutus ſum, quàm noſtrum, ubi corruptè legitur כוסתיאוס, vid. quæ ſuprà h. lib. c. 28. n. 8. & cap. antec. 33. n. 22. notata ſunt.

(9.) In codice Munſteri poſt verba illa: Antipatri matri, hæc adjecta reperiuntur: אשר עשתה את כל תרעומת האלה בעשורה וכ' quæ ille ſic vertit: quæ machinata eſt nobis omnia mala iſta, dum jugiter convivia &c. confer. etiam Egeſipp. l. 1. de Bell. Jud. c. 43. ac Joſippi Epitom. p. 172.

וקנתי וגם שיבה ורקה בי רשעות לבנות
צמחו בראשי ומי יודע מי ימי קדם אם
אני ואם הוא' ועוד בי דגה הלזים
בני אחי המומתי' ההחלו להתגדל
ומשלנו עמם כאשר יתחוך אדם את
ראש הנחש ויהיה עוד וינשוך גם בנו
הקטן הנוהם אש' ילדה לו מרימי
אשתו ואהובתו אש' לא ישבה אוהבתה
הנה הוא אהוב בעיניו מאד ומה אעשה
אני והנה אני ידעתי כי לא לי יתן את
המלכו' רק ירמה אותי ולא יבקש עלי
טוב רק רע כי הנה הוא אויב לכל
בניו ולכל נשיו ולאחיו ולכל משפחתו
וגם אותך פורודה אשר אתה אחיו
ומעוריך אתה משרתו הנה הוא שונא
והוא אויב לך ולא דבר בטהר בעמים
רבות אלי אל נא תהיה לך אהבה עם
דודך ול תדבר עמו ואני אתן לך מאה
ככרי זהב והרוצא שכר לרשעים להרגו
כי אויב הוא לנו ואיך טבלתי את עול
הגלות והבזיון הזה לאמר כי אני אמלוך
אחריו ואשוב על כפאו ואני לא אראה
מזה דבר' ופרודה אמר מי יוכל לסבול
ארת רעת מחשבותיו הלואי ותהפכנו
לחיות רעות ולבהמות יער להמלט ארת
נפשותינו מידו כי איש אשר לא רמל על
אשתו ועל בניו איך ירחם על אחיו
אבל

ecquando enim ipſo vivente regnabo, qui adhûc tàm vultu, quàm viribus inſtar juvenis viget? ego verò conſenui (10.) & facies mea rugis ſparſa eſt canique in capite meo jam apparere incipiunt, ecquis vero novit, uter prior moriturus ſit, egone, an ille? pueri quoque filii fratrum meorum interfectorum jam adoleſcunt, atque nobis idem hac in re accidit, quod ei, qui caput ſerpentis ſuccidit, ille verò reviviſcens mordet; ſic parvulus ipſius filius, Herodes, ex Mariamne conjuge (11.) ſuſceptus, (quam ipſe tantopere dilexit, ut illum amoris ejus nunquam capiat oblivio) à patre meo valde amatur, ego verò quid agam? præterea & iſtud probè novi, quòd Herodes regnum mihi nequaquam tradere, ſed me decipere velit, ac quòd ille meum non quærat commodum, ſed malum mihi ſtruat, omnium quippe filiorum ſuorum, uxorum, fratrum atque univerſæ familiæ ſuæ ipſe hoſtis eſt; te quoque, Pherora, qui illius frater es, quique jam inde à pueritia ei miniſtrâſti ac præſtò fuiſti, odio proſequitur & infenſo in te eſt animo, ipſe non ſemel mihi ſecretò dixit: noli cum patruo tuo amicitiam colere nec cum illo loqui, ego tibi centum auri talenta (12.) dabo, ut improbos quosdam mercede conducas, qui eum interimant, quia utriusque noſtrûm hoſtis eſt. Quomodo igitur, (13.) dicebat amplius Antipater, miſeriæ hujus atque ignominiæ jugum ſpe regni, poſt mortem patris mei conſequendi ac ſedendi ſuper illius thronum, ultrà ferre poſſum, cùm nihil ex omnibus iſtis mihi videre contingat? ad hæc Pherora * reſpondens: ecquis, aiebat, perverſitatem ejus ampliùs ſuſtinere poterit? utinam

(10.) Vid. Joſeph. dict. lib. 17. c. 6. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 19. atque Egeſipp. lib 1. de Excid Hieroſ. c. 43.

(11.) Idem dicitur etiam cap. antec. 33. n. 23. ubi vide sis.

(12.) Vid. Ioſeph. lib. 1. de Bell. Iud. cap. 19. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. c. 43. ac Joſippi Epitom. pag. 173. confer. etiam infrà h. cap. n. 14.

(13.) Hæc & ſequentia, usque ad illa: ad hæc Pherora reſpondens &c. abſunt à codice Munſteriano, vid. ſequens Sign.*

* Confer. quæ num. præced. 13. hoc cap. dicta ſunt.

אבל אין פה רוח והעלה אחר כל ואת
כי אם ביד ימינו והרבנו לכן חוק
ונתחזקה להרגו טרם יהודע אותנו
כל הדברים האלו דברה השפחה אל
המלך והצילה את נפשה ואת נפשות
הכרוחיה ממות ומחבוט האכזרית כי
האמין המלך לדבריה על אודות ק' ככרי
מוהב אשר דבר להת לבנו אנטיפטר כי
לא שמע הדבר הזה אדם בעולם זולתי
המלך ואנטיפטר ועל כן האמין הורודס
לדברי שפחת פרודה׳

utinam belluarum ac ferarum ſylveſtrium naturam induere poſſimus, quò vitam noſtram ex illius manibus liberare queamus! nam qui uxori ac filiis ſuis non pepercit, quomodo is ergà fratrem ſuum ullâ afficietur miſericordiâ? Verùm nulla hic ſpes ſupereſt ac nullum remedium, niſi in dextris ac gladiis noſtris, quapropter præſta te virum, atque ambo forti ſimus animo, ut illum è medio tollamus, priusquàm ipſe nos interficiat. Ancilla igitur, cùm hæc omnia regi detexiſſet, non ſuam ſolùm, ſed & ſociarum ſuarum vitam è mortis periculo ac verberibus crudeliſſimis eripuit, quia rex ejusdem dictis fidem habuit propter centum talenta auri, (14.) quæ ipſe filio ſuo, Antipatro, ſe traditurum promiſerat, nemo quippe mortalium iſtud audiverat præter Antipatrum ac regem, ideò Herodes verbis ancillæ Pheroræ credidit.

CAP. XXXV.

וישלח המלך ויתפוש את הפקיד אשר
לאנטיפטר בנו נאמן ביתו ויהכבדהו
בחבוט אכזרי׳ ויהי באש׳ לא יכול
לסבול הורדס ויאמר אמנם אמרת כי
ממצרים שלחתי אוריאון אשר הוא אדוב
גדול לאנטיפט׳ בן אדוננו המלך ושלח
לו כלי אחד קטן מלא סם המות
להשקות את המלך ויקח אנטיפטר את
הכלי ויתן אותו ל פרודה דודו ויבבר
אליו לאמר בלבחי אני את׳ ודעת כי
אעשה בענין אשר ישלחני אבי שכב
השקה הסם הזה לאבי וימות מיד
ונמלוך אנחנו יחד ברצונך וברצוני ולא
אוכל להשקותו אני בו פן יאמרו עלי כי
אני הרגתי את אבי ויקח פרודה את
המלך את הכלי ויתנהו אל אשתו
לשמרו למשמרת׳ וישלח המלך ל אשת
פרודה לאמר קחי בידך את הכלי אשר
בו סם המות אשר נתן לך פרודה אחי
לשמרו למשמרת ומדתי להביאו אותו
אלי׳ ותשמע האשה את דבר האנשים
אשר הגידו לה את מאמר המלך ותאמ׳
אליהם לאמ׳ חכוני פר׳ עד אעלה
בעלייתי ואקח הכלי אשר המלך מבקש
ואבואה עמכם אל המלך ותעל האשה
בעליית ביתה במרום הגג להבי את הכלי
ותפתח לבוא אל המלך ותשמט את
עצמה ממעל מרום הגג אדצה ולא נפלה
על ראשה ותפול בצדה ולא מתה כי
מאת האלהים היה למען ישלם לאנטיפט׳
ער פנעו את אשר עשה לאחיו ויביאו
את האשה לפני המל׳ וישימו אותה
במטה לפניו׳ ויאמר אליה המל׳ אמתי
לי האמת פן אברות את בשרך ואשליכה
לכלבים

Rex itaque homines miſit, qui præfectum (1.) fideliſſimum, quem Antipater domui ſuæ præpoſuerat, (2.) comprehenderent eumque exquiſitiſſimis cruciatibus torquerent, quos cùm ille diutius ſuſtinere non poſſet, rem omnem confeſſus ita dixit: verum eſt, quòd Orion, (3.) intimus Antipatri, Domini noſtri regis filii, amicus ex Ægypto vaſculum quoddam, veneno mortiferò plenum, miſerit, (4.) ut illud regi bibendum daret;

(14.) Idem refert Joſephus dict. lib. 17. c. 6. ac l. 1. de Bell. Iud. c. 19. confer. etiam Egeſipp. lib. 1. de Excid. Hieroſ. cap. 43. ac ſuprà h. cap. num. 12.

(1.) Sic dictionem הפקיד, quæ hìc habetur, vertere volui, Munſterus tranſtulit: œconomum, Joſephus lib. 1. de Bell. Iud. c. 19. vocat ἐπίτροπον, curatorem.

(2.) Is etiam Antipater nominatur à Joſepho loc. alleg. cui etiam Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 43. conſentit.

3.) Hebr. אוריאון, ſic in noſtro codice, Munſterus legit: תיאודיאון ac vertit: Teudion, cui etiam Joſephus Antiq. l. 17. c. 6. & l. 1. de Bell. Jud. c. 19. atque Egeſippus l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 43. adſtipulantur, confer. num. ſeq. 4.

(4.) Joſephus loc. alleg. refert, venenum iſtud ab Antiphilo, Antipatri amico, ex Ægypto per Theudionem, fratrem matris Antipatri, Pheroræ tranſmiſſum fuiſſe, confer. Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 43. ac Joſippi Epitom. pag. 168. & ſeq.

ret; ſed idem vaſculum poſteà Antipater Pheroræ, patruo ſuo, tradidit adjectis hiſce verbis: cùm ego Romam ad rem perficiendam, cujus gratia me pater illùc miſit, abiero, tu venenum iſtud patri meo hauriendum trade, quo ille ſtatim extinguatur, ſic nos ex voto ac voluntate noſtra ſimùl regnabimus, ego quippe venenum iſtud patri meo ebibendum tradere non poſſum, ne fortè rumor de me oriatur, ac ſi patrem meum interfecerim; Pherora autem, frater regis, cum id vaſculum accepiſſet, uxori ſuæ iſtud cuſtodiendum tradidit. Quocircà rex nonnullos ad Pheroræ uxorem miſit, (5.) qui ipſius nomine dicerent: accipe vaſculum, veneno mortifero plenum, quod tibi Pherora, frater meus, ſervandum dedit atque iſtud ſine ulla mora ad me defer; aſt fœmina, cùm hominum illorum, qui ſibi præceptum regis indicaverant, verba percepiſſet, eisdem dixit: expectate hic, donec ad ſuperius conclave (6.) meum adſcendero, atque inde vaſculum iſtud, quod rex deſiderat, abſtulero & vobiſcum ad illum ivero, his dictis ipſa ad ſuperiorem domus partem, in ſublime tectum aſcendit, (7.) ut vaſculum afferret; ſed metu regis perculſa, ne ad illum veniret, è ſublimi iſto tecto ſemet præcipitem in terram dedit; aſt quia illa procidendo non caput, ſed latus allìſit, non ſtatim mortua eſt, Deo enim ſic dirigente id accidit, ut, quod Antipater fratribus ſuis fecerat, idem ei rependeretur. (8.) Quapropter fœmina in conſpectum regis adducta & deligatis vulneribus ſuper lectum coràm ipſo poſita fuit, quô facto rex eam ſic compellavit: dic mihi veritatem, ne carnem tuam in fruſta diſſectam canibus eſcam projiciam, quòd

& ſeq. ut & Munſteri not. h. loc. vid. & num. præced. 3.

(5.) Confer. hìc Joſippi Epitom. pag. 173.

(6.) Sive: ad cœnaculum, ſic enim communiter dictionem עלייה, interpretantur, vid. Joſeph. dict. lib. 17. c. 6. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 19. ubi τὸ τέγος vocat, confer. etiam Egeſipp. lib. 1. de Excid. Hieroſ. c. 43.

(7.) Egeſippus lib. 1. de Bell. Jud. c. 43. ſcribit, quod illa de faſtigio ædicii ſeſe præcipitem dederit, confer. etiam Joſippi Epitom. p. 173.

8.) Nam per quod quis peccat, per idem punitur & idem, fraudis artifex, fraude perit ſua.

quòd si mihi arcanum revelaveris ac verum dixeris, ecce & tibi & omnibus domesticis tuis veniam do, (9.) ad hæc mulier respondens: audi, inquit, ô vir, quem Deus elegit, ac dictis meis aures obverte, quia te jam nihil celabo, cur enim veritatem reticerem, postquam Pherora, maritus meus, mortuus est? si is adhùc in vivis esset, secretum ejus nunquam revelarem, sed potius collum meum gladio subjicerem; nunc autem, cùm diem ille suum obierit manumque tuam evaserit & ad eum pervenerit locum, ubi servus à Domino suo tutus est, cur te ipsius arcanum celarem? forsitàn istud facerem in gratiam Antipatri, filii tui, impii, qui me in hanc induxit calamitatem? recordare quæsò, Domine rex, (pergebat dicendo mulier) diei illius, quo ad Pheroram, fratrem tuum, veniebas, dum is illo laborabat morbo, quo etiam decessit; tu verò ipsius lectulo assidebas & lachrymas illius causa profundebas, prout mos est fratrum, cui rex respondit: recordor, verum dicis; cùm verò tu (sic amplius loquebatur fœmina) vesperi domum tuam regiam abiisses, ut ad crastinam usque lucem dormires, ac nos soli essemus relicti, ut Domino Pheroræ, fratri tuo, ministraremus, eadem illa nocte vocavit me frater tuus ac mihi dixit: accede ad me, uxor mea, cui ego: en adsum ancilla tua, Domine, postmodùm ille: vidistine, inquit, lachrymas, quas propter me rex, frater meus, profudit; ego verò respondi: vidi sanè fecitque rex pro more fratrum, qui se invicem sincero amore complectuntur, ad hæc ille: captus sum, ait, retibus dolosis Antipatri impii, qui me eodem modo circumvenit ac cepit, quô auceps volucres agri tricis involvit, nam propositum mihi fuit, regem, fratrem meum, interficere eique malum pro bono rependere, qui me educavit ac majora, quàm parens meus, in me contulit beneficia, jam itaque abi & affer vasculum, lum, veneno mortiferô plenum, quod impius iste Antipater mihi dedit, ut regem, fratrem meum, interimerem: attuli igitur ei vasculum, Antipatri sigillô obsignatum & illud, ipso sic jubente atque inspectante, in terram effudi; (10.) id verò, quod super fuit, in vasculo hoc custodivi unà cum Antipatri sigillô, (11.) ut istud tibi, Domine rex, ostenderem eo die, quo vitam meam servare possem: quòd si fortè mihi objeceris, cur illud non spontè hûc attulerim, sed suprà tectum ascendens memet ex illo præcipitem dederim atque ita me ipsam vitâ privare voluerim? ad hæc respondeo, quòd eum ipsum, qui me jam deprehendit, diem pertimuerim ac mecum cogitaverim, forsitàn rex dictis meis fidem non habebit, sed me tanquam improbam ac sceleratam cruciatibus torquendam tradet. His dictis mulier extensâ manu vasculum tradidit regi, qui, cùm id accepisset ac cognovisset, verum esse, quod illa dixisset, mulieri ignovit ac medicis suis præcepit, ut ipsam curarent, atque ita eam in domum suam remisit. Eodem tempore rex Herodes epistolam ad Antipatrum, filium suum (12.) misit in hanc sententiam: veni ad me sine ulla cunctatione ac mora, quia negotia regni non amplius administrare possum, senex quippe sum; te verò adjutorem hic non habeo. Iisdem diebus etiam Archelaus & Philippus, regis filii, Romæ erant apud Antipatrum, majorem Herodis filium, ut regnandi artem ac disciplinam ibidem addiscerent; adversùs hos quoque Antipater

(9.) Idem refert Josephus dict. l. 17. c. 6. ac l. 1. de Bell. Jud. cap. 19. atque Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. cap. 43.

(10.) Vid. hic Josephus dict. lib. 17. c. 6. & l. 1. de Bell. Jud. c. 19. atque Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierosol. cap. 43. ut & Iosippi Epitom. pag. 174.

(11.) Iosephus loc. alleg. ita scribit: reservavit uxor Pheroræ aliquantulum de veneno, ut si fortè rex, Pherora defuncto, eam malè tractaret, illa sumpto venenô mortem sibi consciisceret & necessitates hujus seculi effugeret, confer. etam Iosippi Epitom. pag. 174. ac Munsteri not. h. loc.

(12.) Qui tunc temporis Romæ erat apud Augustum, Cæsarem, quare etiam Munsterus eo jex hic addit: אל רומה i. e. Romam, confer. etiam Egesipp. l. 1. de Bell. Jud. c. 44. & Josippi Epitom. pag. 175.

pater æmulatione & invidiâ accensus (13.) de illis ad regem hunc in modum scripsit: ecce etiam isti filii tui infenso ergà te animo sunt, quia apud Augustum Cæsarem ejusque principes malè de te loquuntur.

ופוליכום בני המלך היו ברומא עם אנטיפטר בנו הגדול ללמוד חכמה ובומסרי מלוכה ויקנא גם להם אנטיפטר וירהוב עליהם ג"כ אגרות למלך לאמר הנה גם אלה בניך איתין הם כי הם יחברו עליך רעו' לפני אגוסטו' הקיסר ולפני שרי'

CAP. XXXVI.

HErodes verò rex (1.) ad Antipatrum, filium suum, iterùm literas misit in hanc sententiam: verum est, mi fili, ac probè novi, quòd etiam isti mei sint inimici, quapropter reditum tuum accelera nec illum diutius differ, adduc quoque fratres tuos tecum, ut de ipsis ultionem capiam atque te sôlum constituam regem, priusquàm moriar. (2.) Præterlapso igitur septem mensium spatio, (3.) postquàm rex literas Romam miserat, Antipater urbe egressus est & ad oppidum, quod Tarentum (4.) dicitur, venit, cumque ibi de morte

ויכתוב עוד המלך אל אנטיפטר בנו לאמר אמנם ידעתי בני ידעתי כי גם הם אויבי הם ולכן מהר בא אלי אהה ואל תעמוד והבא את אוץ הנוכריים עמך ואעשה בם נקמה ואמליך אותך לבדך לפני מותי· וידו מקץ שבעה חדשי· אשר שלח המלך את האגרת אל רומא ויצא אנטיפטר מעיר רומא ויבוא עד ארץ ששמו' תבנתו ויושע שם כי מת פרורה דורו ויכך עליו ויתאבל מאד ולא מאהב· פתורה בכה אבל למען כי נשאר לבדו ואין עמו מי אש' יעזרהו להריג את אביו וידוה לו יד במלוכה כפרורה· ומשם בא אל אניה ויבא במהרה אל קסריה וישמע שם כי השליך המלך את אמו מלהיות גברת· ויהדר אנטיפט' על כבה חרדה גדולה עד מאד ויכך אנטיפטר מאד כי ידע כי גגלה כל סודו ויחשוב לברוח באניה הדוא אמנם עברוו ושריו וסריסיו אש' היו אתו שם היה כל נפש אחד מהם לשוב לביתו· ויאמרו לו שמע בקולנו ואל תברח כי אם תברח עתה יאמרו אויבך עליך רעלת הרבה באזני המלך והוא יאמין להם כי ישמע אשר ברחת ולכן לא טוב לך לתת מקום לאויבין כי בבואך לפני אביך הנה הוא יקבלך בכבוד ולדברי אויבין לא ישמע ולא יאמין ויפלו כל אויבין והמלשינים אותך אליו יפלו בשורת אשר כרו· ואתה תראה כי אם תלך אל המלך ויומסך ויכבוד כהמול שלשום וישפיל כל שונאין ויפלו פנידם· ויאמן אנטיפטר לעצתם ויצא לארץ מן האניה ויאמר ללכת ברגליו על הארץ למען לא יכירהו

(13.) Idem refert Josephus lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. & Egesipp. l. 1. de Excid. Hierosol. c. 44. ac Josippi Epitom. p. 175.

(1.) Vid. Joseph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. & lib. 17. Antiq. c. 6. & 7 atque Egesipp. l. 1. de Excid. Hierosol. cap. 44. ac Jolippi Epitom. pag. 175.

(2.) Josephus Antiq. lib. 17. c. 6. ita scribit: interea, dum Herodes in fratris & filii sui iniquam machinationem inquirit, Bathillus ex libertis Antipatri Româ mittitur in Judæam, qui tormentis examinatus invenitur aliud insuper venenum attulisse, ut illud matri Antipatri daret; illa verò istud Pheroræ traderet, quò, si primò venenò rex peremptus non esset, etiam secundo hoc maturè uterentur, confer. Egesipp. lib. 1. de Bell. Jud. c. 43. in fin. & Munsteri not. h. loc.

(3.) Consentit Josephus dict. lib. 17. c. 6. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. cui etiam Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 44. & Josippi Epitom. pag. 175. adstipulantur, mirabitur fortè aliquis, quomòdo tanto temporis spatio, nihil ei innotuerit, causa hujus erat observatio viarum & odium hominum ergà Antipatrum; nullus enim erat, qui suo periculò ipsius salutem procurare volebat, vid. Munster. hic in not.

(4.) Hebr. ויבוא עד.עיר אשר שמה תרינתו i. e. & venit ad urbem, cujus nomen Tarentum, sic in codice Munsteriano, quem hic potius secutus sum, quàm nostrum ubi legitur: ויבוא עד ארץ ששמה תכנתו i. e. & venit usque ad terram, cujus nomen est Techanto, Munsteriano codici adstipulatur Josephus dict. lib. 17. c. 7. ubi scribit, quòd Antipater de obitu Pheroræ audiverit εἰς Τάραντα, idem refertur lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. cui etiam Egesipp. l. 1. de Excid. Hierosol. c. 44. consentit.

te Pheroræ patrui sui, certior esset factus, in maximum incidit luctum atque dolorem, non tàm propter illius amorem, quàm quòd solus esset relictus atque eo destitueretur adjutore, qui sibi ad interficiendum patrem opem ferret, quique tanta in regno potestate polleret, quâ Pherora præditus erat. Inde nave consensa in portum Cæsareæ (5.) pervenit, ubi, cùm matrem suam ab Herode expulsam & è solio regio dejectam esse cognovisset, valdè perturbatus est & vehementer flevit, haud ignarus, arcanum omne detectum esse, quapropter eadem navi fugam adornare sibi proposuit; sed principes ejus ac ministri, ut & eunuchi, qui cum ipso ibidem erant, cùm unusquisque domum suam revisere unanimiter constituissent, (6.) Antipatro dixerunt: obtempera nobis nec fugam capesse, nam si nunc aufugeris, inimici tui multis te criminibus apud regem onerabunt, quibus ille fidem adhibebit, si de fuga tua certior erit factus, quocircà te inimicis tuis locum dare non consultum tibi erit; si verò ad patrem tuum veneris, ille honorificè temet excipiet & inimicorum tuorum dictis fidem non habebit omnesque hostes tui in foveam, quam tibi struxerunt, cadent ac videbis, fore, ut cùm ad regem veneris, pristino honore & gloriâ excipiaris; omnes verò inimici tui deprimantur corumque vultus confundantur. Antipater itaque illorum secutus consilium navi in terram descendit pedibusque iter conficere voluit, ne quis illum agnosceret. Cùm igitur ipse sic incederet, nemo erat, qui ei obviam procederet, (7.)

(5.) Consentit hic Josippi Epitom. pag. 176. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 44. Josephus autem l. 17. Antiqu. c. 7. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. scribit, quòd Antipater περὶ κιλικίαν τῆς κιλικίας γενόμενος, i. e. cum circà Celenderim Ciliciæ esset, audiverit, matrem suam ab Herode expulsam esse ac propterea dubitaverit, an domum navi proficisci deberet nec ne; Tacitus Annal. lib. 2. cap. 80. scribit, Celendrim castellum Ciliciæ munitum admodum fuisse, confer. etiam Munsteri not. h. loc.

(6.) Idem refert Josephus dict. lib 17. c. 7. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. vid. etiam Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierosol. c. 44. ac Josippi Epitom. 176.

(7.) Consentit Josephus dict. lib. 1 de Bell. Jud. c. 20. & lib 17. Antiq. c. 7. ut & Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. cap. 44. ac Josippi Epitom. pag. 177.

יכירהו אדם׳ וילך ברגליו ואדם לא יצא
לקראתו כי מראנשים אשר הוו יראים
פן יפגע המלך בהם כי ישמע אשר הם
יכבדו את אנטיפט׳ ויודע לבל כי הוי׳
אויב למלך ומהם לא יצאו לקראתו
לשנאה אשר שנאוהו ולכ׳ לא יצא איש
לקראתו לכבד׳ ויראו אנטיפטר כי גלכד
בשוחותיו׳ עונותיו כאשר ילכד הדג
ברשת אשר יערכו לו ויתן את לבו
להעדי׳ כפעם בפעם ולאות איכבה יוכל
להמלט מיד אביו׳ ויסע וילך ויבא
לירושלם ולא מצא איש מכל האנשים
אשר פגע בם בדרך אשר ידבו עמו וגם
שומרי המלך אשר הכירוהו באו עמו
באשר צוה המלך לבא עמו כאשר יראוהו
בדרך לבלתי יבהו בשמעו כי המלך ידע
סודו ולא יבא העירה׳ וכאשר קרבו אל
העירה ירושלם לא נתנוהו שומרי המלך
ללכת לביתו כי אמרו אולי יהבא ויערץ
אל בית המלך פתאום ויבא לפניו ויפול
ברגלי המלך ויסתר המלך פניו לבלתי
ראות אתו ולבלתי הביט בו׳ ויקם
אנטיפט׳ ויבקש לחבק לאביו ולנשקו
וידחף המלך את החוקו מעליו ולא
קבלו ויבך המלך ויאמר אליו הוי דוצה
לא תבוש מפעליך כי תרצה לחבק את
אשר בקשת להרוג ותבע אותי בידיך
וערן הועבו בידיך דמלאות דם כי רצוי
את אחיך עיל לא אשמה שהסתתנו
להמיתם על לא חמס בכפיה׳ וחרון ידיך
מלאות דם קודם בנקיון אם תוכל
והסר מעליך את השמוע׳ ששמעתי עליך
אם יש לאל שכלך על נכה כח ובא
לפני למחר אהה חודי השליח אש׳ שלח
הקיסר אגוסטוס מרומא ואז הדבי׳דריך׳
ואף כי אהה רוצח לא היה ראוי להת
מקום לך לדבר הנה עם כל זה למחר
נתתי לך מקום לדבר ואשמע את דבריך
בנחת בגלל אשר לא בחת ואסנם
באת לפני׳ ואנטיפטר יצא מלפני המלך
ברעד ובפחד וילך לביתו ולא ידע את
הדבר המקציף את המלך עליו ויחרד
על זה ויסער לבו מאר׳ ותבאנה אליו
אמו ואשתו ותגדנה את הדבר לאנטיפטר
מראש ועד סוף וישמע ויעזוב בלבבו
איכבה יוכל למלט את נפשו ברגעיו
מראשמה אשר נפל בה׳

quia nonnulli metuebant, ne indignationem regis incurrerent, si is cognovisset, Antipatrum ab illis honore exceptum fuisse, cùm omnibus notum esset, eum regis inimicum esse; nonnulli verò ideò ei obviam non procedebant, quia ipsum odio habebant, unde factum est, ut nemo ei occurreret illumque honore exciperet. Antipater igitur, cùm se in fovea peccatorum suorum captum animadverteret, (8.) non secùs ac piscis protensâ sagenâ irretitur, existimabat, eadem calliditate, quâ hactenus uti consueverat, rem sibi ulterius tractandam esse, ut nimirùm aliquam inveniret viam elabendi è manibus patris sui, quamobrem suscepto iter Hierosolymam versùs prosequebatur; sed neminem ex omnibus, in via sibi occurrentibus, inveniebat, qui secum loquebatur, ac custodes regis, quibus Antipater benè notus erat, eundem comitabantur, quia rex illis injunxerat, ut Antipatrum in itinere deprehensum prosequerentur, ne fortè elaberetur & propositum suum veniendi in urbem omitteret, si certior esset factus, arcanum suum regi detectum esse. Hi itaque, cùm urbem Hierosolymam intrâssent, non permiserunt Antipatro, ut in domum suam veniret, quia metuebant, ne is fortè occultaretur: Antipater autem ad regium properabat palatium & in conspectum patris sui veniens antè ipsius pedes procidebat; sed rex vultum suum abscondebat, ne illum videret aut aspiceret: posteà, dum patrem suum amplecti eumque osculari volebat, non admittebatur, sed ab illo repellebatur, tandem rex profusis lachrymis Antipatrum sic alloquebatur: (9.) annon erubescis, ô homicida, eum amplexari, quem interficere conatus es? mene contrectare ac polluere cupis manibus tuis sangvine plenis? qui fratres tuos innocentes perdidisti, qui me induxisti, ut illos sine ullo ob ipsis commisso crimine interimerem,

(8.) Vid. infrà h. cap. n. 12. ibique not.

(9.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 17. c. 7. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. atque Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. c. 44.

rem, lava priùs innocentiâ manus tuas, (10.) sangvine fraterno contaminatas, si potes, & remove à te famam illam, quam de te audivi, si tantum prudentiæ tuæ viribus polles, ac crastino die in conspectum meum veni, tu atque Varus (11.) legatus, quem Augustus Cæsar Româ hûc misit, tunc in medium profer, quæ dicenda existimas & quamvis tibi, tanquàm homicidæ, haud concedenda sit loquendi facultas; nihilominus cras dicendi copiam tibi largior, ut defensionem tuam animo sedato audiam, quia non aufugisti, sed in conspectum meum venisti; Antipater igitur pavidus ac tremens è conspectu regis in domum suam abiit, ignarus rei, (12.) quæ regis iram adversùs se movisset, quapropter tàm timido ac pavido fuit animo. Posteà mater ejus atque uxor ad illum venerunt (13.) & rem omnem à capite ad calcem usque ei narraverunt, quô cognitô callida ipse secum iniit consilia, quanam ratione vitam suam servare ac se de crimine, cujus arguebatur, verbis purgare posset.

CAP. XXXVII.

וידי ממהרת וישלח המלך ויאסוף את
שריו ואת אוהביו ויאסוף עוד את
דמלשי

REx igitur, cùm crastinus illuxisset dies, tàm principes & amicos suos, quàm accusatores Antipatri congregari jussit, Varum (1.) quoque

(10.) Desumpta sunt ista ex Psalm. 26. v. 6.

(11.) Hebr. זורו, sic codex Munsterianus, quem hic magis secutus sum, quàm nostrum, ubi corruptum est nomen: זורו, Munstero consentit Josephus dict. lib. 17. c. 7. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. atque Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. c. 44. erat autem Varus ea tempestate Hierosolymis, quia Saturnini successor ad Syriæ regionem destinatus erat, prout Munsterus hic notavit, confer. cap. sequ. 37. n. 1.

(12.) Atqui non poterat esse ignarus rei, tàm conscientia criminis teste, quàm propter circumstantias, quæ paulò antè ab ipso autore nostro adductæ sunt, quapropter vel delenda erit hic particula לא, quæ in codice nostro habetur, vel juxtà Munsteri eodicem legendum: ולא ירע את חרבר מראש ועד סוף i. e. & non novit rem à capite ad calcem, ut sensus sit, in genere quidem noverat, rem esse detectam; sed accurata rei gestæ series ei nondum cognita erat, confer. suprà num. 8. h. cap.

(13.) Idem referunt Josephus & Egesippus loc. alleg. erat autem Antipatri uxor ex filiabus Antigoni, qui antè Herodem in Judæa regnaverat, sicuti Munsterus hic notavit.

(1.) Vid. quæ cap. antec. 36. num. 11. de nomine Vari notata sunt.

המלשיני אשר הלשינו את אנטיפטר
לבא אליו וישלה ויקרא לזורו השר
הרוכי אשר שלחו הקיסר אגוסטו המושל
ברומא אשר שלחו לדדוש את שלום
הורודוס מלך יהודה ויבוא וזרו לפני
המלך וישיכדו המלך על ימינו בכבוד
גדול· ויאמר המלך אליו השמעת זורו
שקם בני אנטיפט עלי ויבקש להרגני
ואני עם לבבי להמליכו הודתי ולהושיבו
על כסאי· ויאמר זורו למלך וישפוט
המלך את משפטו על בנו ברחמי אם
ויקרא המלך את האגרת אשר שלחה
כוסתיאוס אם אנטיפטר אל בנה לאמר
הגה שמע אביך את כי אשר יעצת
עליו להורגו וסודך הגה הוא גלוי אליו
ועתה השמר לך פן תבא פה כי אם
בזזל בכר ובכח גדול ושאל לך מארת
אגוסטוס חיל ובוא עמו כי אין לך פה
ויוה והצלה כי אם יד רמה ומלחמה
ואם לאו מות והשחתה· ויאמר המלך
אל זורו ראה זורו איכה מאמר הנביא
צודק אשר אמר אויבי איש אנשי ביתו·
וישלח המלך ויביאו את אנטיפטר לפניו
ויבוא ויפול לפני רגלי אביו בבזבד
כנפול אדם ממכת הרב ויאמר המלך
אל העומדי לפניו התרחיש כלכם ואל
ידבר אחד מכם ושמעו לדברי ויחרישו
כלם

quoque Romanum, quem Augustus Cæsar, Romanorum imperator, ad Herodem, Judæorum regem, salutandum miserat, vocari præcepit, qui etiam ad regem venit, à quo magno cum honore, posita ad dextram suam sede, exceptus fuit; dein rex: audistine, inquit, Vare, quòd Antipater, filius meus, me aggredi (2.) atque interficere molitus sit? ego verò eundem mihi successorem constituere & in solio meo collocare cogitaveram, cui Varus respondit: locum obtineat misericordia paterna in judicio, quod contrà filium tuum instituisti. Tunc rex epistolam (3.) quam Dosithea (4.) Antipatri mater, ad filium suum scripserat, legit, cujus hæc erat sententia: ecce pater tuus omnia consilia tua de ipso interficiendo audivit atque arcanum tuum ei detectum est, jam itaque cave, ne hûc venias, nisi magno exercitu ac viribus instructus, ab Augusto quoque auxilium pete, quod hùc tecum adducas, quia nullum aliud hic supereſt remedium aut salus, quàm in prævalida manu atque armis, nisi id feceris, mors & pernicies te expectant; hisce literis perlectis rex Varo dixit: vide, mi Vare, quàm justum ac verum sit effatum Prophetæ, (5.) cujus hæc sunt verba: inimici hominis domestici ejus sunt. Posteà rex certos misit homines, qui Antipatrum in conspectum suum adducerent, is itaque, cùm advenisset, antè pedes patris sui graviter cecidit, non secus, ac gladio ictus, dein rex circumstantes alloquens: tacete omnes, inquit, ac verba mea audite, nec quisquam mihi obstrepat, quapropter cuncti tacuerunt; Antipater autem ad pedes regis provolutus prono jacebat vultu, tunc rex sic loqui pergebat: (6.) an quis-

(2.) Confer. hic Josippi Epitom. pag. 178.
(3.) Vid. Joseph. Antiq. lib. 17. c. 7. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 20. atque Egesipp. l. 1. de Excid. Hieros. c. 44.
(4.) De hac suprà h. lib. c. 28. n. 8. & c. 33. n. 22. ac c. 34. n. 8. aliquid dictum est.
(5.) Vid. Mich. cap. 7. v. 6. & Matth. c. 10. v. 21. confer. etiam Josephus & Egesippus loc. alleg.
(6.) Hæc oratio ab Herode habita, prolixior est illa, quam refert Josephus loc. alleg. confer. cap. seq. 38. n. 2.

כלם ואנטיפטר נופל על פניו ברגלי
המלך ויאמר המלך היש צדיק בארץ
אשר יסבול את הרעה הזאת אשר חשב
בני לעשות לי ויש ארך אפים אשר
יארך אפו על אנטיפטר ולא עתה
נתגלה אלי ודונו כי אב מיום אשר
המיתוני דברי מרמותיו ומותתי את שני
בני הזקנים אשר מהו נקיים מעון בגלל
לשונו הרע ודברי תהלותו עליהם להמם
ועוד שנאתו אשר שנאם הנם עוררני
בקנאתו אשר קנא עליה על אודות
אשר היתה אמם יקרה ונבכדה ונהדה
להם המלכות ועשיתי בם באויל ובמשוגע
ובכער והמלכתי זה בן האולת ונהפך
לי לאויב ולאחוז והעם עוד היום בוכה
ומתאבל עלהם והוא שמח על מותם
האלהים יעודדני טרם מותי לנקמ'
ממנו ואוכל על זה ולא די לו כי גזה
אותי על בני ואהרגה אותם אבל נדפק
עלי לאויב ויבקש להמיתני לולי חסד
אלהים עמי ואין לא אבבה השר זורו
ואין לא אתאבל ואראה חמיד נשי בני
היקרים אלמנות בביתי ובני בני יהומים
מאבותם וראוה את אנטיפטר הרשע
אשר עוררני להמית על לא חמס בכפם
עודנו חי לפני והאמרת הוא כי אני
נתתי מקום לזה הרשע לעשות את כל
אלה כי שמעתי מאז לעצתו גם כי
נשאתיו

quisquam in terra tàm manſvetus (7.) reperitur, qui improbitatem istam, quam filius meus adversùs me molitus est, perferre possit? num ullus adeò mitis (8.) est, ut iram suam ergà Antipatrum cohibere possit? mihi sanè non jam primùm innotuit illius contumacia (9.) sed jam tum apparuit ab eo usque die, quo me verbis fraudulentis induxit, ut duos filios meos nobiles interficerem, qui insontes criminis perierunt propter maledicam istius hominis lingvam atque calumnias, quas contrà fratres suos fine causa struxit, & propter odium, quô illos immeritò prosecutus est, ac me invidiâ sua & æmulatione, qua adversùs fratres suos incitatus fuit, dum eorundem mater nobili ac præstanti genere orta erat, atque filii mei interfecti regno digni existebant, instigavit, ut insipienter, vesanè ac stolidè ergà illos me gererem eosque è medio tollerem; istum verò scelestissimum hominem regem declararem, qui & mihi & fratribus suis hostis factus est, quos populus ad hodiernum usque diem luget ac deplorat, iste verò illorum interitum læto vidit animo; sed Deus excitavit me, ut, priusquàm moriar, de isto ultionem sumam nec vires hac in re mihi desunt: hujus autem impio non satis fuit, ut me contrà filios meos instigaret, quò illos interficerem, sed hostis quoque meus evasit atque id molitus est, ut & me interimeret: ast Divina me protexit gratia, quomodo verò, ô princeps Vare, lachrymas non profundam? cur non lugeam? qui filiorum meorum nobilium uxores conspicio viduas, & nepotes meos patribus suis orbatos in domo mea semper intueor; Antipatrum verò istum impium, qui me impulit, ut filios meos sinè ulla ipsorum culpa interficerem, adhûc vivum

(7.) Ita hic dictionem: צדיק, quæ aliàs justum significat, hic vertere volui, hoc ferè sensu etiam recentiores Judæi vocem צדק pro misericordia usurpant, hinc apud illos: קופת של צדקה i. e. arca eleemosynaria, confer. etiam infrà l. 6. c. 19. n. 7.
(8.) Benignus, clemens, id enim Phrasis ארך אפים, quæ hic habetur, significat, Græci una voce: μακρόθυμος exprimunt, quam Latini imitatè reddiderunt: longanimis.
9.) Superbia, ferocia, id enim dictio Hebræa quæ hic habetur, significat.

נשארתי על כל בני ואם היה ממשפחת שפלה למען שהיה ראשית אוני והמלבתיו למלך אתרי והוא לא הכה את יום מותי לפני האלהים אבל מיהר למלוך בשפכי את דמי לשלם לי רעה תחי טוביה עקב שאהבתיו שנא אותי והוא שנוי ומתועב בעיני אלהים ואדם: גם כי נתתי לרשע המתועב הזה בעודני חי מלכו וממשלה ואתן שלש מאות וחמשים ככרי זהב ושלחתיו אל רומה להתחבר עם אגוסטוס וללמוד שם דרכי המלוכה והממשלה ולקנות אומץ וגבורה ולבא בחדרי אהבת אגוסטוס המושל ברומה כאשר באתי אני: ואם האמרו אחיו אשר הרגתי קמו עלי במורו ולכן הרגתי חלילה להם מאת הנבלה וחלילה לנפשותיהם הקדושי' לתת משפט לפני האלהים על כבה כי נקיות הנה ואני חטאתי לאלהים ולהם אבל הרשע הזה איש דמים ומרמה הוא רמני בכובו עליהם בכובי ויסיתני להמיתם חנם ימיתהו האלהים ולא יראה את עצמו בממשלה כי הוא בלתי ראוי לה: ועתה זורו הישר השמר לך ולא האמין לדבריו וכו יחנן קולו אל תשא אוזיך להועצות לבו ואל תרחם על דמעיו כי בה משפטו לרמות ולגנוב דעתי בעומתיו הרעות ובזה ימני וגנב דעתי והרע רבים עד שעוררני עם חביוין

vivum coràm aſpicio. Verum quidem eſt, me impio iſti locum dediſſe, ut illa omnia perpetraret, dum conſilio ejus obtemperavi eumque ſuprà omnes filios meos extuli, quamvis ignobili proſapia ortus ſit, eundem ſucceſſorem in regno meo, quia primogenitus eſt, deſignavi; aſt ille non exſpectata morte mea, divinitùs decretâ, cum effuſione ſangvinis mei regnum occupare feſtinavit, ut pro bono malum, pro amore odium mihi rependeret, qui & Deo & hominibus exoſus ac deteſtandus eſt. Huic improbo & execrabili ego etiamnum vivus regnum ac poteſtatem tradidi (10.) eidem trecenta & quinquaginta (11.) talenta auri numeranda curavi illumque Romam miſi, ut Auguſtum ſectaretur ibique regnandi & imperandi artem diſceret, atque robur ac fortitudinem ſibi compararet, & ut intimam Auguſti, Romanorum imperatoris, amicitiam ſibi conciliaret, prout egomet mihi eandem acquiſivi: quòd ſi fortè dixeritis, ab ipſius fratribus, quos interfeci, etiam inſidias mihi ſtructas ac propterea illos à me interemptos eſſe, abſit, inquam, crimen iſtud ab ipſis & eorum animabus ſanctis, ut coràm Deo iſtius flagitii reæ exiſtant, quia inſontes ſunt; aſt ego in Deum & adverſùs illos peccavi, dum impius iſte, vir ſangvinarius ac fraudulentus mendaciis ſuis, quibus contrà innocentes illos uſus eſt, me impulit atque inſtigavit, ut eosdem immeritò occiderem, Deus iſtum perdat! necullo is fungatur imperio, qui eo indignus eſt! Nunc itaque cave, ô Vare, princeps Romane, ne fidem illius dictis adhibeas, nec, cùm tibi ſupplicaverit, abominationibus cordis ejus aures admoveas, nec lachrymis ejus ad ullam commiſerationem movearis, nam hîc illi mos fuit, ut callidis

(10.) Quod ſolet eſſe periculoſum, ut aliquis ſe ſucceſſurum noverit, ſicuti ſcribit Egeſippus l. 1. de Bell. Jud. c. 44.

(11.) Hebr. ותמשים, ſic in noſtro codice, Joſephus tamen dict. l. 17. c. 7. ſcribit, trecenta ſolim talenta Antipatro, Romam proficiſcenti, ab Herode data eſſe, idem refertur lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. & in codice Munſteriano trecentorum tantum talentorum fit mentio, confer. etiam Egeſipp. l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 44.

חביוין הרשעים והביאני אל חק דבלתי מרחם על בני והרגתי את בני הנם כי יום יום היה מסכר מרם רעות בדברי כזב ומסבב במרמותיו לבוא אלי אנשים בכובו ולהעיד על דבריו והוא היה שומר לי במרמה ולעיני בני אד' היה מראה לי אשר הוא לי סביבי כחומה ובכחו היה אודב לי וקם עלי: ואני האמנתי לו נפשי וגפי והמלבתיו עלי והוא חושב עלי רעות להמיתני ומי יאמן כי יקום עלי זה אשר אהבתי ועשיתי לו יקר וגדולה על כל בני דודות ליי והלל לו אשר גלה לי את רוע לבבו ואת טורו הכזב וימלטני מידו ולכן זורו השר אבבה כי אראה כי נשארתי בדד ושומם ואנה אלך ואנה אברח כי ראיתי צרות רבו' עלי מבן השפחה שפלה ובני אשר הוו בני משפחת גדולי נפש הרגתי ואת הנבל הזה איש דבליעל הרשיתי ועתה מה לי עוד כי אם לבקש על הבלבים הצמאים לשחות דם להשקותם את דמו ואנקם נקמת בני ממנו החסידים ממני וממנו: ויהו באשר דבר המלך את דבריו בבכי גדול ויהם את קולו בחרון אפו וידום:

(12.) Hasmonæorum generoſorum progeniem hîc innuit Herodes.

CAP. XXXVIII.

וישא אנטיפטר את ראשו מעל האון מבין רגלי המלך כאשר ישא האדי המוכה בחרב את ראשו ויפיחו את כוז ויעמוד ואמרי אדוני המלך דבורי תכוחיך ותוכחותיך דבזה יעזרוני יהוה לי למליך ישוע לפניך ובאשר בקשת להרשיעני בדבריך כן תצדוקני בהם. ואמנם אשר דברת מהיותי שומרך ושוקד לשומרך למלוכי גזע בן אויב מאויבין וזה לעיני העם ובסתר אזבחי לך השלהים יודע כי לעולם לא עלה זה על רוחי ומי לא ידע כי אלהינו יעשה בקמה באיש אשר יבקש רע עלי אביו. ואם בער אנבי מאיש ולא בינת אדם לי הם לא יראת אלהים בקרבי גם אנבי ידעתי כי כן הוא ואם לא יראתי מהאלהים הלא יש לי ליראא פן יקרה לי באשר קרה לאחי אשר הרגתי כדבריך והיה זה בגלל הקנאה אשר קנאו בי ויבקשו להרגך כי המלכתי עליהם על היותי ממשפחה שפלה והם היו ממשפח' יקרה ובאשר ראו כי המלכתני על כן עמדו עליך לרעה ומחתו בעונם. ואני ידעתי כי לא נאה לי למלך ואמנם מזך היהה המלכות אלי ועל

ANtipater autem, levato paululum à terra capite suo, quò antè pedes regis procubuerat, non secùs ac homo gladio percussus caput suum erigit, hæc ore protulit verba: (1.) accusationes & objurgationes tuæ, Domine rex, me defendent (2.) & fidelis advocati (3) munere coràm te fungentur, ac, sicuti me verbis tuis condemnare conatus es, ita iisdem memet justum pronunciabis. Certè verum est, quod dixisti, me corporis tui custodem fuisse ac vitæ tuæ conservandæ invigilâsse, ne te hostes tui adorirentur; ast istud dicis palàm & saltem in speciem factum esse, clàm autem me tibi insidias struxisse; sed Deus novit, quòd rem istam nunquam in animum meum induxerim & quisnam ignorat, Deum ultionem de illo homine sumpturum esse, qui patri suo perniciem afferre ausus fuerit? numquid ego quovis homine insipientior (4.) nec humana præditus sum ratione aut timore Dei? Sanè & ego rem ita sese habere scio (5.) ac, nisi Deum timerem, metuere deberem, ne idem mihi eveniret, quod fratribus meis, quos tu dicis à me interfectos esse; sed id factum est (6) propter invidiam & æmulationem, quâ fratres mei ergà me incitati vitæ tuæ insidiati sunt, ideò, quòd me ignobili genere ortum in regni successione prætuleris illis, qui illustri loco nati erant. Quapropter, cùm me regem designatum esse vidissent, perniciem tibi machinati sunt, ob scelus itaque suum debito supplicio affecti sunt. Scio etiam, quòd nullum regnandi jus

(1.) Vid. Joseph. Antiqu. lib. 17. c. 7. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. circà med. atque Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. c. 44. ac Josippi Epitom. pag. 179.

(2.) Josephus loc. alleg. orationem istam apologeticam satis prolixam paucis complectitur, confer. cap. antec. 37. n. 6.

(3) De dictione מליץ, quæ hic habetur, suprà lib. 3. c. 8. n. 7. quædam annotata sunt.

(4.) Hæc ex Proverb. cap 30. v. 2. desumpta sunt.

(5.) Quòd scilicet Deus scelera & patricidia vindicet ac puniat.

6.) Nempe, quòd fratres mei interfecti & è medio sublati sint, id factum est propter invidiam &c.

ועל מה האמר כי יעצתי להרגך אם לקבל מלכו' הלא כבר המלכתני ואם בגלל כבוד הלא כבר כבדתני. וכי יעלת על לב כי עוני הסיתני להרגך כי העוני יסית האדם להדוג נפש לפעון יקח עושר הלא כבר אתת נתת לי עוש' גדול והעשרתני וישלחתני אל רומא בכבוד גדול וכבר ראיתי מלכים שם אשר באו לשאול את שלום אמפטום קיסר והנה הם מלכים בני מלכים כמוני דיו אבל עשירים כמוני לא היו ואף כי אגוסטם אשר הרע את לבו עליך אני הטיבותיו והשלמתיו עמך והשבותיו אחיבך כבראשונה בבלתי ידיעת סליאון הגלחם בך ואף כי נתן לו סליאון זהב לרוב להת לו חיל להלחם בך ולא אבה הוא לשמוע לו בלבתי אני שם כי נשא פני ויהפך הקסר בגללי לך לאוהב ולסליאון לאויב. ומי גלה את סוד האויבי שבקשו לשלוח יד בך כי אם אני ואיך תאמר עלי כי אתי עליך מחשבת רוע ואני רואא אשר תפשתי את קורנתו באשר בקש להרגך והרגתיו. והנה עתה וכר אני

jus mihi competat, sed regnum à manu tua mihi obveniat, cur igitur me consilium dicis iniisse, ut te interimerem? numquid ideò, ut regnum consequerer? atqui tu me jam anteà regem declaraveras, (7.) an propter honorem? nonne jam dudum honore me affeciisti? (8.) forsitàn aliquis existimet, paupertatem me eò impulisse, ut te interficerem, cùm paupertas interdum hominem adigere soleat, ut vitam alicui eripiat sibique divitias comparet; sed nonne jam anteà maximas in me contulisti divitias atque opes, & summo cum honore me Romam misisti? ubi reges vidi, qui eò venerant, ut Augustum Cæsarem salutarent & illi quidem reges regumque filii extiterunt, mihi similes, sed divitiis nequaquam mihi pares fuerunt; quin etiam Augustum, qui infenso ergà te fuit animo, placavi eumque tibi amicum, sicuti anteà erat, reddidi, ignaro Silæo, (9.) adversario suo, qui, licèt Cæsari ingentem auri vim obtulisset, ut is sibi copias daret, quibus bellum adversùs te gereret; illas tamen, cùm eò veniissem, impetrare non potuit, idque Cæsar honori meo concessit ac propter me tuus factus est amicus, atque Silæi inimicus evasit, & quis quæsò alius, præter me, hostium tuorum, qui te interficere conabantur, detexit arcana? cur itaque dicis, me tui occidendi consilium iniisse, qui Corinthum, (10.) vitæ tuæ insidias struentem, comprehendi atque interfeci?

(7.) Confer. hic Joseph. l. 1. de Bell. Jud. cap. 20. circà med.

(8.) In codice Munsteriano hic ista sunt inserta: & certè hæc sunt, quæ ad iram concitaverunt fratres meos, quòd rex declaratus fuit, & procul dubio, si illis regnum tradidisses, non insurrexissent adversùs te, nec quispiam potuisset illos inducere, ut manum suam mitterent in te, id solum moviit eos, quòd viderent, me constitutum regem & quòd ego neminem, præter te timui, id quod & vox tua de me testatur, quid quæsò potuisset nunc me ad hoc incitare, ut te interficerem? paupertas? & quidem paupertas interdum &c. sequentia vide in ipso codice nostro; Hebraica, ne nimis prolixus sim, ex codice Munsteriano hùc transcribere nolui.

(9.) Vid. Joseph. dict. lib. 17. c. 7. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 20 atque Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. c. 44. confer. etiam suprà h. lib. c. 29. n. 14.

(10 Hebr. קורנתי, sic in nostro codice, in Munsteriano nomen istud omissum est, Josephus eod. lib. 1. de Bell. Jud. c. 18. in fin. etiam nominat Κόρινθον & scribit, eum fuisse σωματοφύλακα, custodem corporis sive satellitem regis, vid. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. c. 44.

אני כי לא רציתי ללכת להומא בשולחך
אותי כי ראיתי אשר מקצאי אחרי ידיד
כורי שוחת לרגלי אבל קבלתי התלאה
שמצאתני בדרך בעבורך ולא שנאתיה
והנה אקיא אל הקטר אשר לא ישמע
אל דברי עתה יתהתי אם האמת
באנחתיו מהעון הזה. והנני אבי נפשתי
ובאתי ומרוחי לבא לפניך והנני הנה
ואעידה לי עדים נאמנים על ישר לבי
עלך ולא אעיד עלי זה עדים מבני
אדם כי בני אדם יראים הם להעיד
את האמת ומהם לוקחים שוחד ויעלימו
האמת. אבל העדים אשר יעידו כי ואשר
יענו על לבי הנה הם בלתי יראים מפניך
גם לא יקחו שוחד להסתיר האמת
ולא יקחו שוחד ממני להעיד שקר וכזם
בבני אדם כי כל האדם כוזב. והעדים
האלה הם ששה עדים נאמנים ועל
פיהם יקום דבר משפטי לאמת ושלשתם
יענו כי נגד יי ונגדך. הם השמים
והארץ והים אשר לא יתמוללו על איש
כי יקום על דם אביו ויעמוד על דם
הזה והנה אני באתי הולך תחת השמי
על מה ועל מה לא הרעים עלי קורי
אלהים עלי מן השמים והבריק עלי ברק
ורמיתני אם השאתי לך. ועוד הנה

עברתי

terfeci? (11.) recordor etiam nunc, quòd, cùm me Romam mittere velles, eò proficiſci abnuerim, quia videbam, non defuturos æmulos, (12.) qui pedibus meis ſcrobem fodere parati eſſent; nihilominus omnes itineris moleſtias tui gratia prompto ſuſcepi animô, nec illas defugi. Ipſum ecce Cæſarem appellabo, qui, licèt verba mea jam non audiat, literis tamen ſuis, ſi velis, ab hoc me crimine abſolvet. Vide, mi pater, profectionem ſuſcepi, veni, feſtinavi, ut te viderem, jam hic adſum. Teſtes quoque ſinceri ergà te animi mei advocabo fide dignos, non homines, quippe qui interdum metuunt, quò minus veritati teſtimonium perhibeant, nonnulli etiam munere corrupti veritatem ſupprimunt; teſtes autem illi, quos producam, ut de animo meo doceant, vultum tuum nequaquam expaveſcent, nec accepto munere veritatem celabunt, nec à me corrumpentur, ut falſum & à vero alienum dicant teſtimonium, ſicuti homines facere ſolent, quia omnis homo mendax; (13.) ſunt autem ſex (14.) teſtes fide digni, in quorum dictis cauſæ meæ juſtitia ac veritas conſiſtet, horum tres pro me coràm Deo ac teipſo teſtimonium ferent; ſunt autem iſti: cœlum, terra ac mare, quæ ſanè nemini, qui parentis & genitoris ſui ſangvinem effundere conatur, parcent; egò verò ſub cœlo ad te veni, cur ergò Deus è cœlo in me voce ſua non detonuit, cur fulmina ſua in me, ſi quidem tibi peccavi, non immiſit meque interemit? (15.) mare etiam trajeci, cur illius procella me non abſorbuit? (16.) ſicuti ipſius furor ac tempeſtas

(11.) In codice Munſteriano iſta pauló aliter leguntur, atque alia inſuper multa hic adjiciuntur, quæ, quia nimis longum eſſet, hùc tranſcribere, ibidem videri poſſunt.
(12.) Idem referunt Joſephus & Egeſippus loc. alleg.
(13.) Vid. Pſalm. 116. v. 11.
(14.) Hebr. ששה, ſic in noſtro codice; ſed in Munſteriano, ut & apud Egeſippum lib. 1. de Bell. Jud. c. 44. trium ſolùm fit mentio, ſicuti etiam in ipſo textu noſtro tres tantùm adducuntur teſtes, quapropter pro ששה hic legendum puto שלשה facili literarum mutatione.
(15.) Sed ſcitè hanc in rem Ovidius canit:
Si, quoties peccant homines ſua fulmina mittat
Juppiter, exiguo tempore inermis erit.
(16.) Ejus rei cauſa eſt Dei μακροθυμία, qui non ſtatim homines, quando peccant, punit, ſed eorum converſionem exſpectat, vid. ad Roman. c. 9. v. 22. & 2. Petr. c. 3. v. 9.

עברתי בים למה לא עמדה המערה עלי
להטביעני כאש' דרה אף היכ ביונה
בבדהו מפני האלהים' ועוד הנה הלבני
על הארץ למה לא פתחה את פיה
לבלעני כאשר פתחה לדתן ואבירם אשר
קבו על משה רבי ע"ה אשר לא הרע
לישראל והיה להם לאב ולמוביה' והלא
אבשלום הדרטא לאביו בבדהו במלחמי
למלט את נפשו אוד מאילני הארץ
צוה ויתפשהו בשערות ראשו ותלה
אותו עד בא הדוג והרגו כי לא נעזב
להתפש להביאו אל אביו ואלו בא אל
אביו נמלט' ואני הגני לפניך באתי
ולמה אני מת הוד עשה נקמה עלי
הריגת בנו וצוה להדוג את הדוג ואני
למות לא אחכה נקמה מאויבי אשר
ישנאוני תעב' אבל ברבי אחר אחלה
פניך ושא נא את פני לבל תהנני ביד
אחרי להרגני רק הרגני את' ביד' יהוד
ידי אפורות לפניך והוצא את בני מעי
וקרע את לבבי וכוחתו לקרעים וחקוק
בו היטב ודרוש אם חשב עליך מחשבי
דעה' ועת' ארוני אבי על מה זה הזכה
ואיריך משפטי אם תתמול על בנך
טרדני מאשמה ואכ לא תתמול מהר
ועשה בי משפט ונקמה בחפצך וצוונך'
ואם תאמר כלבבך לא אשלח ידי בבני
כי עצמי ובשרי הוא דע כי האיש אשר
יבקש

stas in Jonam ſæviit, cùm is è conſpectu Dei aufugere conaretur. Terram quoque pedibus meis calcavi, cur igitur illa aperto ore me non deglutivit? (17.) prout contigit Dathano & Abiramo, cùm ſeditionem contrà Moſem, doctorem noſtrum piæ memoriæ, excitarent, (18.) qui Iſraëlitas nullo affecerat malo, ſed potius eorum pater erat ac præceptor. (19.) Nonne Abſalom, qui à patre ſuo defecerat, cùm in prælio fugeret, ut vitam ſuam ſervaret, crinibus ſuis, Deo ita dirigente, arbori cuidam innexus fuit, ex qua tamdiu pependit, donec veniret, qui illum interficeret, (20.) neque enim Deus permiſit, ut vivus caperetur & ad patrem ſuum adduceretur, nam ſi ad eum veniſſet, mortis periculum evitâſſet: ego verò ad te veni, cur igitur moriar? cùm David etiam necem filii ſui ultus ſit & præceperit, ut illius interfector (21.) morte mulctaretur, cur non ultionem exſpectem de inimicis meis, qui me ſine ulla cauſa odio proſequuntur? id unum autem te rogatum volo, ut morem mihi geras, nimirùm, ne me aliorum manibus tradas, qui me interficiant, ſed tu ipſe me manibus tuis interime; ſint manus meæ coràm te ligatæ, tute ipſe viſcera mea extrahe ac cor meum dilaceratum in fruſta diſcinde & exactè illud inveſtiga atque perſcrutare, an malum adverſùs te conſilium inierit. Nunc itaque, Domine pater, quid cunctaris, cur cauſam meam differs? ſi mihi, filio tuo, parcere cupis, abſolve me à crimine; ſi verò clementi animo mihi ignoſcere animus tibi non eſt, condemna me ſine ulteriori mora, ac vindictam de me, prout tibi placet, cape; ſi verò ita tecum reputaveris, filio meo non inferam manus, quia os & caro mea eſt, illud ſcias velim,

(17.) Rationem vide numer. antec. 15. & n. 16. allegatam.
(18.) Vid. Numer. c. 16. v. 31. & ſeq.
(19.) Pædagogus, doctor, ſic etiam dictionem מוביה, quæ alias reprehenſorem, objurgatorem, denotat, hic reddere poſſis.
(20.) Vid. 2. Samuel. c. 18. per tot.
(21.) Nimirum Joab, de quo vid. 2. Samuel. dict. c. 18.

velim, quòd is, qui vitæ tuæ insidias struit, ut crudeles ac violentas manus tibi adferat, nequaquam os & caro tua sit.

יבקש את נפשך להרי' יהו בך באכזריות אינו עצמך ובשרך׃

CAP. XXXIX.

Cùm hæc atque alia plura, quæ hic non retuli, quæque perscripsi in Romanorum libro, dixisset Antipater, omnes, qui coràm rege stabant, sublata voce lachrymas profuderunt, (1.) excepto solo rege, qui non flevit; (2.) aderat autem ibi Nicolaus, (3.) scriptor fide dignus, qui, cùm Antipatrum sic verba facientem audisset, etiam ad fletum haud commotus fuit, idque ob maximum amorem, quo pueros interemptos, Mariamnæ filios, complexus erat. Is itaque Nicolaus, scriba, concessâ à rege dicendi facultate, eos, qui lachrymas profundebant, hunc in modum allocutus est: cur fletis & propter quamnam causam lachrymas emittitis? num propter fraudes & mendacia Antipatri? cujusnam miseremini & qua de causa? si animus vester misericordiâ tangitur, nobilium vos commiserescat filiorum, qui innocui perierunt quosque rex calumniis ac dolis impii istius hominis circumventus interfici jussit, certè, si improbus iste capitis periculum effugiet, ipse universæ patris sui domui perniciem adferet & interitum, quare mortis condemnationem iste evadet, qui fratres suos interemit nec patri suo pepercit? posteà Nicolaus lamentabili voce capillos evulsit (4.) & lessum, sicuti in demortuo fieri solet, fecit atque interemptos Mariamnæ filios deplorans ita verba fecit: exurge, Alexander,

ויהי כאשר כלה להבר את הדברים האלה וד' רבו' אשר לא בהבתי פה וכתבתים בספר הרומיים וישאו קולם ויבכו כל העומדי' לפני המלך רק המלך לבדו לא בכה וגם ניקולאוס הסופר הנאמן היה שם ושמע הדברים האלה ולא בכה גם הוא היה אוהב גדול לבנים המומתים בני מרימי׃ ויען ניקולאוס הסופר ברשיון המלך לאמר ויאמר לבוכים עד מה תבכו וממה תבכו מעמרת אנטיפטר ובוכין תבכו ואת מי תרחמו ועל מה תרחמו ואם בלבבכם רחמים רחמו על הבנים היקרים אשר מחו חנם אשר הרג אותם המלך בלשון הרע אשר העיד עליהם הרשע הזה בלשון הרע ובעורמה הרשע אשר אם ימלט וד' ממשפט מות את כל בית אביו וישחית׃ ולמה ימלט זה ממשפט מות איש אש' רצח את אחיו ועל אביו לא חמל ויעא ניקולאוס את קולו בנעם קינה ויגוז את ראשו ויספוד באש' יספרו על המת ויקונן עד הנרגים בני מרימי ויאמר

עורה

(1.) Confer. Josippi Epitom. pag. 179.
(2.) Idem refert Josephus dict. lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. circà fin. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. c. 44. in fin.
(3.) Is Damascenus dictus fuit, de quo vid. Joseph. Antiq. lib. 17. c. 8. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. atque Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. cap. 45.
(4.) Juxtâ Hebræum: וינוז את ראשו i. e. totondit caput suum, prout moris erat Judæis ut in magno luctu illud tonderent, vid. Levit. c. 10. v. 6. ut & Munster. in not. h. loc. in Josippi Epitom. pag. 179. corruptè nominatur: נירליאוס, ubi Munsterus vertit: Niraleus; sed legendum ניקולאוס vel ניקולואוס, prout in nostro codice habetur.

expergiscere, Aristobule, surgite ac videte hostem vestrum, qui vos criminationibus suis interfecit, cùm innocentes essetis, quia falsos testes adversùs vos coràm patre vestro maledica lingva produxit ac pater vester ejusdem dolos & fraudes, vobis structas, non animadvertit. Nunc itaque impius iste iniquitatibus suis irretitus in capitis sui periculum venit, ex quo ille verbis, abominatione, dolo & fraude plenis, sese extricare posse putat, surgite, surgite, interempti filii, ac vosmet ipsos coràm patre vestro sistite, tunc manifestum erit, quisnam à rege in judicio absolvendus aut condemnandus sit; vos autem, qui adstatis, congregatio sanctitate conspicua, haud quaquam miserimini crudelissimi istius hominis, nam quicunque impii miserescit, is ipse crudelis est; sed morte afficiatur sangvinarius iste ac nequam, qui patri suo consilium dedit, ut filios suos procùl à se amoveret eosque à se remotos interficeret, ne de illorum morte quidquam audiret aut videret, neve ad misericordiam ergà illos flecteretur, certè tyrannus iste, si mortem effugerit, omnes regis filios funditùs extirpabit, quia ergà omnes æmulatione & invidiâ exardescet, nec ullum, præter se, regi Herodi relinquet filium, quandoquidem is ejus mos est, ut venenatis potionibus homines interficiat, eorumque rationem fascinet ac dolis circumveniat, nam etiam Pheroram, fidelem regis fratrem, cùm is nimio amore tyranno isti addictus esset, decepit ejusque animum à rege alienavit ita, ut ejus hostis evaderet. (5.) Alia insuper multa addidit Nicolaus, scriba, quibus mala omnia, ab Antipatro perpetrata, in illum rejecit eique cædes atque calumnias, quibus grassatus est, imputavit. Quapropter, cùm Nicolaus dicendi finem fecisset ac tacuisset, rex ad Varum conversus: interroga, quæsò, inquit, Vare princeps, impium istum, numquid amplius loqui & mendacia adde-

עורה אלכסנדר עורה והקיצה אריסטובלוס קומו וראו אויביכם אשר הרג אתכם בדבריו ואתם היותם נקיי' כי הביא עדי שקר להעיד עליכם בלשון הרע לאביכם ואביכם המלך לא חשב כי יכוב הוא עליכם׃ ועתה עונתיו לכדוהו ובא בעין משפט מות ותושב להנצל ממנו בדבריו אשר הם מהועכים בכוב ובמרמה עתו עורו וערכו עצמותיכם לפני המלך ועתה את מי יצדיק המלך במשפט ואת מי ירשיע׃ ועתה אתם העומדים פה העדה הקדושה אל תרחמו על אבדו כי כל מרחם על רשע הנה הוא אבוד רק מות ימות איש הדמים ואיש הבליעל אש' יען עד אביו להרחיק את בניו מלפניו ולהרגם החוק ממנו למען לא יראה ולא ישמע במותם ויחמול עליהם ואם הערין הזה ימלט ממות כל בני המלך כלם ימות כי בבלם יקנא ולא ירצה להשאיר בן להורודום המלך בלתי וכה משפטו להרוג בהשקות משקה סמי מות ולגנוב דעת הבריות ולרמות לבות בני אדם כי פרודה אחי המלך נאמן היה למלך ואוהב מאד אלא האכזר הזה גנב את דעתו ונהפך לאויב למלך׃ ויוסף עוד ניקולאוס הסופר לדבר דברים רבים ולגלל על אנטיפטר את כל הרעות שעשה ולהביא עליו מהרציחות ומהמלשינות אשר עשה ויכל ניקולאוס הסופר לדבר וידום׃ ויאמר המלך אל ורוס אתה השר זורו שאל את הרשע הזה

(5.) Vid. Joseph. dict. lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. circà fin.

addere velit; interroganti itaque Varo Antipater nihil aliud respondit, quàm illud: Deus mihi testis erit, quòd omnium istorum criminum insons sim, (6.) tunc rex ad fideles ministros suos semet convertens: afferte mihi, ait, vasculum, cui lethiferum inest venenum, quod vobis eò usque custodiendum tradidi, donec istud à vobis repeterem, postquàm igitur custodes vasculum, quod Antipater Pheroræ, regis fratri, dederat, attulerunt, Herodes illud Antipatro ostendit eique dixit: numquid, ô sceleste & impie, sigillum tuum ac vasculum agnoscis? ille verò, dum vasculum vidit, lapidis instar obmutuit; dein rex: adducite coràm me, inquit, hominem, qui mortem commeruit, ut in eo salubris scilicèt istius potionis, quam filius meus mihi bibendam dare voluit, periculum faciamus, quapropter adducto in conspectum regis homine, qui morte dignus erat, potionem illam eidem hauriendam dari jussit, qui statim eâ epotâ mortuus concidit, (7.) posteà rex, cùm venenum a pocillatore accepisset, illud Varo, principi Romano, dedit, ut ad Augustum Cæsarem istud secum deferret eique ostenderet, atque simùl Antipatri malitiam ipsi notam faceret. Deinde rex Antipatrum catenis & compedibus ferreis vinciri eumque custodiæ tradi jussit: Antipater autem, quamvis carcere conclusus detineretur, tamen à fraude ac maledica lingva non destitit, sed epistolam ad Acmen (8.) Cæsaris uxorem, (9.) maledictis & probris adversùs regem plenam scripsit sub nomi-

(6.) Vid. Joseph. dict. lib. 17. cap. 7. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. circà fin. atque Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. c. 45.

(7.) Idem referunt Josephus & Egesippus loc. alleg. confer. etiam Josippi Epitom. pag. 180.

(8.) Hebr. אקמי, sic in nostro codice, hujus Ἄκμης etiam meminit Josephus Antiq. lib. 17. cap. 7. circà fin. Est sanè hic locus in Hebræo satis obscurus, quem etiam Munsterus aliter legit ac vertit, ubi videas licet.

(9.) Hebr. אשת הקיסר, ita juxtà nostrum codicem; in Munsteriano legitur: אמת הקיסר, unde ipse vertit: ancillam Cæsaris, idque rectius, nam Livia Drusilla Augusti fuit uxor, vid. Sueton. in Ejus vita cap. 62. eadem Acme cap. seq. 40. n. 7. ab autore nostro vocatur pellex Cæsaris, Josephus dict. lib. 17. c. 7. circà fin. scribit, quòd Acme Judæa quidem fuerit, sed Juliæ, Cæsaris uxori, servierit, idem refertur lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. cui etiam Egesippus lib. 1. de Excid. Hieros. c. 45. in med. adstipulatur.

nomine Salomæ, sororis regis, ac si illa epistolam istam ad Acmen, Cæsaris sororem, sodalem suam, misisset, regemque conviciis, probris & perfidiâ onerâsset. (10.) Hæc epistola cùm in urbe inventa & ad regem perlata esset, parùm abfuit, quin rex sororem suam, Salomen, interfecisset, nisi aliæ repertæ fuissent literæ, quas Acme ad Antipatrum miserat, in quibus hæc scripta erant verba: quæ verò mihi de Salome, amita tua, patris tui sorore, dixisti, ecce jam anteà literas dedi ad patrem tuum, quibus illum certiorem feci, quòd ipsa epistolam, maledictis & opprobriis adversùs illum (11.) jactatis, ut & perfidiâ plenam, ad me miserit, quocircà non dubito, quin rex eam sit interfecturus; (12.) tu verò aurum, quod mihi promisisti ob id, quòd regi eam rem, quam mihi notam fecisti, indicaverim eumque ad sororem suam interficiendam impulerim, ad me quamprimùm transmitte. Quapropter rex, cùm literas illas reperisset, animadvertit, primam epistolam Antipatri commento & dolo (13.) divulgatam esse, ut sororem suam, Salomen, interimeret, sicuti jam anteà filios suos confictis ac falsis Antipatri literis atque mendaciis inductus interfecerat.

CAP. XL.

Isdem diebus rex eo laborabat morbo, quo etiam decessit, (1.) quapropter ingravescente valetudi-

(10.) Sic locum hunc satis difficilem & obscurum vertere volui, confer. Josephus loc. alleg. unde textus nostri obscuritati lux quædam accedet.

(11.) Nimirum regem Herodem, confer. etiam hic Josephus loc. alleg.

(12.) Idem refert Joseph. dict. lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. circà fin. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. c. 45.

(13.) Consentiunt Josephus & Egesippus loc. alleg.

(1.) Vid. Joseph. Antiq. l. 17. c. 8. princ. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 20. in fin. atque Egesippus lib. 1. de Excid. Hieros. c. 45. ac Josippi Epitom. pag. 180. ut & Munsteri not. h. loc.

tudine adversa in testamento suo scripsit, ne (2.) Antipater, filius ipsius, in regno sibi succederet; posteà rex vocata sorore sua, Salome, ingentem illi vim auri argentique dedit (3.) eique præcepit, ut voluntatem suam de principum filiis, quos ipse in Hippodromo (4.) concluserat, exequeretur, eosq; interficeret, quò scilicèt plures mortem regis deflerent; (5.) rex autem septuagesimum agebat annum (6) cùm ægrotaret; ingravescente verò quotidiè morbo ejus, ipse de filio suo, Antipatro, ultionem capere secum constituit, priusquàm decederet; legatos tamen, quos ad Augustum Cæsarem miserat propter Acmen, illius pellicem, (7.) quæ particeps erat consilii Antipatri, exspectare voluit, quia legatos ideo ad Cæsarem miserat, ut eundem ad vindictam, de Acme capiendam, impelleret, quò etiam ipse posteà de filio suo, Antipatro, supplicium sumere posset; (8.) cùm verò die quodam Herodis morbus valdè invalesceret ipseque maximis doloribus afficeretur, mortem sibi tædiò vitæ consciscere voluit, quamobrem ministris suis dixit: afferte mihi pomum cultrumque mihi date, ut illud manu mea

דחולי מאד ויכתוב בכריה לאמר כי לא
ימלוך אנטיפטר בנו אחריו ויקרא המלך
הורודוס את שלומית אחותו ויתן לה
כסף והזהב ויצו עליה לעשות הפצו על
בני השרים אשר סגר באיפדרומי ולהרוג
אותם למען יבכו רבים במות המלך
הורודוס. והמלך הורודוס בן שבעים
שנה בחלותו ויכבד עליו הליו מיום
ליום ויבקש לעשות נקמה באנטיפטר בנו
לפני מותו. אמנם חכה את המלאכים
אשר שלח אל אגוסטוס הקיסר לדבר
לו על אחות פלגשו אקמו כי הוא היתה
בעצת אנטיפטר ולכן שלח המלך אל
הקיסר להודיע לקיסר לעשות בה נקמה
ואחר כן יעשה גם הוא נקמה באנטיפטר
בנו. ויהי היום ויכבד החולי עליו ויצר
לו מאד וישנא את חייו ויבחר במות
ויאמר למשרתיו רביאו לי הפות ותנו
בידי מאכלת ואטרנו בידי כי טוב לי
לאבול

(2.) Sic particula negativa לא in nostro codice habetur; abest tamen illa à Munsteriano exemplari, confer. Joseph. & Egesipp. loc. alleg. idem Egesippus dict. lib. 1. c. 45. scribit, quòd Herodes, videns, se urgeri periculò, Antipam, unum ex filiis suis hæredem imperii scripserit, prælatum Archelao & Philippo, senioribus liberis, quoniam ipsos quoque Antipater dolis atque fallaciis suspectos patri fecerat.

(3.) Consentiunt Josephus & Egesippus loc. suprà num. 1. adductis.

(4.) Hebr. באיפדרומי, sic in Hebræo hîc habetur, Latinis vocatur: Circus, confer. Joseph. lib. 17 c. 8. circà fin. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. circà med. vid. etiam quæ suprà h. lib. c. 23. n. 22. & infrà h. cap. n. 27. annotata sunt.

(5.) Ipse enim probè noverat, populum Judaicum morte sua lætaturum esse, ut igitur universalis esset luctus, Herodes nobilissimum quemque exjussis familiæ interfici præcepit, vid. Joseph. lib. 17. c. 9. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. circa med. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. c. 45. ut & Munsteri not. h. loc. confer. etiam infrà h. cap. n. 25. & n. 28. ibique not.

(6.) Consentit Egesippus loc. alleg.

(7.) Hebr. פלגשו, sic in nostro codice hîc vocatur, vid. Egesipp. dict. loc. ac quæ cap. antec. 39. n. 9. notata sunt.

(8.) Redierunt autem legati, ad Cæsarem missi, antequam Herodes moreretur ac Cæsaris literas attulerunt, quibus continebatur, quòd Acme Cæsaris indignatione extincta esset propter facinora, quæ cum Antipatro perpetrare tentaverat, iisdem literis Herodis arbitrio relinquebatur Antipater puniendus, sive illum in exilium detrudi sive morte mulctari veller, vid. Joseph. loc. alleg. & Munster. hîc in not.

לאבול. ויעטו בן ממהרי לקום והוא
מעט ויתחזק ויסמוך בזרועו השמאלית
את ימינו וירם יד ימינו במאכלת אשר
בו קלף את הפות ויבקש להקיעו
בבטנו. וירץ אוקילאום בנו ויחזק בימינו
ויקח את המאכלת מידו ויצילהו מלפשוע
בעצמו. וישאו את קולם כל העומדים
לפניו ויבכו וכל עבדיו וסריסיו ואנשי
ביתו צעקו צעק גדולה בבכי והקול
נשמע עד למרחוק וחצא השמועה לאמר
כי מת המלך הורודוס. וישמע אנטיפטר
וישמח לקול צעקת העם ויאמר לפקידי
אשר על בית האסורים שלחוני ואלך לי
אל אבי לספוד ולבכות כחק הבן לאב
וכל זה אמר במראה שיוכל להנצל
ולברוח ותראה מה אעשה לך מבכדי.
והפקיד לא האמין לדבריו ולא התירו
ממאסרו ומהכלים אשר עליו ולא רב לו
אש, לא שלחו אבל בא לפני המלך
ויספר לו את דברי אנטיפטר ויצעק המלך
בחרון אפו ויאמר העיר ישמח כמותי
הרוצה ויגל ביום מפלתי וביום מותי
נשבעתי הו יי כי היום יומת. ויצו
המלך להוציאו לדרגו ויהרגוהו במצר
המל, וביאו את ראשו לפניו ויראהו
וחמ, המלך שכבתי. ויבת אנטיפטר
הרשע ויקבר בעיר אשר שמה אירקטא
באשר

(9.) Sive: deglubam, Munsterus vertit: excoriem, German. Schälen.

(10.) Consentit Josephus dict. lib. 17. c. 9. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. circà med. vid. etiam Egesipp. lib. 1. de Excid. Hieros. c. 45. ac Josippi Epitom. pag. 181.

(11.) Hebr. אוקילאום, sic in nostro codice, Munsterianus habet: אכיאבום, ubi vertitur: Aciabus. cui etiam Josephus dict. lib. 17. c. 9. ferè adstipulatur, qui eum nominat Ἀχιάβον, ita vocatur etiam l. 1. de Bell. Jud. c. 21. circà med. eidem consentit & Egesippus lib. 1. de Excid. Hieros. c. 45. circà fin.

(12.) Confer. hîc Josephus & Egesipp. loc. alleg. ut & Josippi Epitom. pag. 182.

(13.) Ita dictionem להרגים cum Munstero hîc interpretor, sic etiam à vet. Gloss. Speculator exponitur

mea decorticem, (9.) quia comedendi ejus desiderio afficior, id, quod cùm ministri fecissent, ipse paululùm surrexit ac semet corroborans brachioque sinistro dextram suam sustentans atque illam unà cum cultro, quò pomi corticem detraxerat, levans ventrem suum transfigere conabatur; (10.) sed Archelaus, (11.) filius ejus, accurrens apprehensi Herodis dextrâ cultrum illius manu extorsit eumque prohibuit, ne sibi ipsi vim afferret. Quò factò omnes, qui coràm rege stabant, sublata voce fleverunt, cuncti etiam servi ejus & eunuchi atque domestici maximo clamore lamentati sunt, adeò, ut clamor iste procul audiretur rumorque spargeretur, regem Herodem mortuum esse; (12.) ast Antipater audito populi clamore lætus præfecto carceris dixit? dimitte me, quæsò, ut inde ad patrem meum abeam, eumque defleam, sicuti filius patrem suum fletu prosequi solet, ego te propterea maximo honore afficiam: Antipater autem hæc omnia solùm in speciem dixit, ut nimirùm hac ratione evadere atque effugere posset; sed præfectus verbis ejus fidem non habuit, nec illum è carcere ac vinculis, quibus constrictus erat, dimisit, neque id satis ei fuit, verùm etiam ad regem, Herodem, venit eique Antipatri verba indicavit, quocicà rex irâ commotus: numquid homicida iste, inquit, adhûc in morte mea exultabit, & in ipso interitus atque obitûs mei die gaudebit? per Deum immortalem juro, quòd hoc ipso die mors obeunda sit Autipatro; quibus dictis rex spiculatoribus (13.) præcepit, ut illum interfi-

cerent, hi itaque mandato regis obtemperantes eundem interemerunt & interfecti caput ad regem detulerunt idque ei ostenderunt. (14.) quo viso ira regis quievit, sic impius ille Antipater interiit ac sepultus fuit in urbe, quæ Ircata (15.) vocabatur, sicuti rex jusserat, nomen etiam Antipatri in tabulis testamenti regni Judaici à scribis mandato regis deletum fuit, in illis quippe scriptum erat, ipsum ab Herode regem fuisse declaratum; rex autem (16.) filium suum, Archelaum, successorem sibi constituit ejusque nomen in tabulas testamenti regni Judaici referri curavit, idem etiam populum ad jusjurandum adegit, ut Archelaum post obitum suum agnoscerent regem eique obedirent (17.) annulum quoque regium, quem Herodes digito gestabat, Ptolemæo, (18.) ministro suo fideli, tradidit, ut illum filio suo, Archelao, post mortem suam daret; (19.) vixit autem rex (20.) post interemptum Antipatrum, filium suum, quinque diebus (21.) posteà obiit & ad populum suum collectus est: regnavit verò super universum populum Judaicum triginta septem annis, (22.) magna usus prosperitate

כאשר צוה המלך וימהו הסופרים במצות
המלך את שם אנטיפטר ממכתב הברית
למלוכה אשר למלכי יהודה כי בן היה
כתוב כי המליכו המלך הורודום לפנים׳
וימלך המלך את ארקלאו׳ בנו ויכתבהו
במכתב ברית המלוכה אשר למלכי יהודה
וישבע את העם להיותו עליה׳ למלך
אחריו ויתן את טבע׳ המלכו׳ אשר לו
אש׳ בידו להלמי עבדו הנאמן לתחת
לארקלאוס בנו אחר מות׳ ויהי המלך
הורודום אחרי הורגו את אנטיפטר בנו
ה׳ ימים ויחת ויאסף אל עמו׳ ודומים
אשר מלך הורודום המלך על כל עם
יהודה ל״ז שנה וימת הורודום המלך
איש מצליח בכל אשר יפנה׳ ומי יתן
וכאשר הצליחו האלהים מרעץ ומסביב
והיה עיניו לאנשי ביתו ומוחם אבל היה
עליהם לאיש מדון ותגרה׳ ומנעוריו
היה איש מצליח ולו נאה למלוך יותר
מאבותיו

nitur ἀπεκεφαλίζων, δήμιος i.e. carnifex, lictor, Josephus dict. l. 17. c. 9. vocat eosdem δορυφόρους, satellites, prætorianos milites, ita etiam l. 1. de Bell. Jud. c. 21.

(14.) Josippus in Epitom. pag. 184. scribit, Antipatrum in plateam urbis eductum atque ibi illius caput amputatum fuisse.

(15.) Sic verò איריקטא, quod nomen hîc in nostro codice habetur, Munsterus legit איריקנוסא ac vertit: Hyrcaniam, cui etiam Josephus dict. lib. 17. c. 9. in fin. adstipulatur, qui scribit, Antipatrum vili sepulturæ ἐν Υρκανίᾳ traditum esse, idem refert etiam lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. c. 45. in Josippi Epitom. pag. 184. urbs illa corruptè vocatur אנקליא i. e. Ancalia, prout Munsterus ibidem vertit.

(16.) Hæc & sequentia usque ad: vixit autem rex post interemptum &c. absunt à codice Munsteriano, vid. infrà h. c. num. 20.

(17.) Idem refert Josephus dict. l. 17. c. 10. princ. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 21. confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. cap. 34. circà fin. & Josippi Epitom. pag. 184.

(18.) Josephus Antiq. lib. 16. & 17. ac lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. ut & Egesippus lib. 1. de Excid. Hierof. cap. 46. etiam Ptolemæi mentionem faciunt, confer. etiam cap. 41. n. 1. ibique not.

(19.) Annuli traditionem tesseram esse imperii vel regni traditi inter alios scribit Kirchmann. de Annul. cap. 22.

(20.) Hic fit continuatio textus in codice Munsteriano, cætera hic inserta, ibidem sunt omissa, vid. suprà h. cap. n. 16. ibique not.

(21.) Consentit Josephus dict. lib. 17. c. 10. princ. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. atque Egesipp. l. 1. de Excid. Hierof. c. 45. in fin. ac Josippi Epitom. p. 184.

(22.) Ex quo scil. primum à Romanis rex declaratus est, vid. Joseph. & Egesipp. loc. alleg. In Josippi

tate (23.) in omnibus negotiis; utinam verò Herodes, sicuti felici rerum successu foris undique à Deo cumulatus erat; ita mitis ac clemens ergà suos extitisset! Nam in domo sua perpetuis jurgiis atque discordiis implicitus fuit; ab ineunte autem ætate semper ei res prosperè evenerunt ipseque præ omnibus majoribus suis regno dignus fuit, id, quod etiam cum magnificentia & honore administravit nec ei satis fuit, pro arbitrio suo tot regnâsse annos, verùm etiam filio suo regnum tradidit, quod ipse à patre suo non acceperat; defunctus autem domum suam fletu ac mœrore plenam reliquit, quia filios suos occiderat. Cœterùm Salome mandatum, quod ei & Alexandro (24.) rex dederat, eosque jurejurando adegerat, ut principes populi eorumque filios interimerent, (25.) quò mortem suam diutius deflerent, effectui non dedit; (26.) sed coràm ducibus exercitus sic locuta est: rex jussit, ut Hippodromum (27.) aperirem, & principes populi eorumque filios dimitterem, quia malorum omnium, quæ rex illis inferre cogitaverat, pœnitentiâ ductus fuit, quapropter dimissi in domum quisque suam abierunt. (28.)

מאבותיו וימלך בגדולה וכבוד ולא רב
לו כי מלך שנ׳ רבות ברצונו ויתן את
המלכו׳ לבנו אבל נתן לו ממלכות שלא
לקח מאביו׳ וימת ויעוב את ביתו בבכי
ונהי כי הרג את בניו אבל הגזירה אשר
גזר על שלומית ועל אלכסנדר וישביעם
להרוג את שרי העם ואת בניהם למען
יבכו ימי׳ רבים במותו הנה שלומית לא
כן עשתה אמנם דברה באזני שרי
הגדודים לאמר׳ המלך צוה לפתוח את
האפדרומי ולשלוח את שרי העם ואת
בניה׳ כי נחם המלך על כל הרעה אשר
דבר לעשות להם ושלחם וילכו
לבתיהם׳

Josippi Epitome pag. 185. scribitur, quòd Herodes quadraginta annis super populum Israëliticum regnârit, confer. etiam Isa. Vosf. in Chronol. Sacr. cap. 16. & suprà l. 2. c. 25. n. 42.

(23.) Sic etiam Josephus dict. lib. 17. c. 10. & l. 1. de Bell. Jud. cap. 21. scribit, quòd Herodes τύχῃ κεχρημένος ἰσμεγεθῆ, prospera usus sit fortuna, confer. etiam Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. c. 45. in fin. ac Josippi Epitom. p. 185.

(24.) Hebr. אלכסנר, ita hîc in nostro codice, Munsterianus habet אלכסא ac vertitur ibidem: Alexæ, quæ etiam lectio alteri illi præferenda est, utpote cui etiam Josephus lib 17. c. 9. & 10. it. lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. adstipulatur, confer. & Egesipp. lib. 1. de Excid. Hierof. cap. 45. in fin.

(25.) Vid. hic Egesipp. dict. loc. & suprà h. cap. num. 5.

(26.) Confer. hic Josephus & Egesippus loc. allegat.

(27.) Vid. quæ suprà h. cap. n. 4. annotata sunt.

(28.) In codice Munsteriano hic sequentia satis multa inserta sunt, quæ ipse sic vertit: cœterum ex hoc regis decreto poteris facilè perpendere crudelem Herodis animum, qui iusserat interfici principes & servos suos atque digniores viros suos, qui erant decor & gloria ejus, & parvulos eorum, qui tamen nihil iniquum gesserant, &, cum ipsi essent desiderium patrum suorum & gaudium matrum suarum, dominarum scil. & principissarum, volebat iste convertere exultationem in mœrorem & gaudium in luctum magnum, quatenus multi essent, qui flerent in

morte

CAP. XLI.

POsteà, cùm omnis populus conveniſſet, Ptolemæus, (1.) qui fidelis miniſter regis Herodis fuerat, prodiit, & ad populum benignam rectique plenam habuit orationem, oſtenſoque Herodis regis annulo principes militesque ſic allocutus eſt: rex antè obitum ſuum mihi præcepit, ut annulum iſtum vobis præſentibus poſt mortem ſuam Archelao darem isque rex & ſucceſſor declararetur, nam in tabulis teſtamenti regni Judaici ſcriptum reliquit, ut Archelaus ſibi in regno ſuccederet, jam itaque coràm vobis annulum regium ei trado, ut imposterum regiam poteſtatem exerceat, (2.) cujus rei vos hodiè teſtes eſtis. Dein apertis teſtamenti regii tabulis (3) corâm principibus & militibus legit, quòd Herodes filium ſuum Archelaum poſt mortem ſuam regem conſtitui juſſerit, quæ res cùm & populo & principibus placuiſſet (4.) omnes ſimùl milites applauſerunt, atque univerſus populus uno ore acclamavit? vivat in perpetuum Dominus noſter, rex Archelaus, locumque patris ſui obtineat! Poſteà Archelaus cum univerſo populo Judaico abiit, ut Herodem in oppido, quod Herodium (5.) appellabatur, & ab urbe Hieroſolyma ducenta ſtadia (6.) diſtabat, ſepelirent, lectum ferentes, in quo

ויהי אחרי כן ויאספו כל העם ויצא תלמי עבד המלך הורודום הנאמן וידבר באזני העם דברים טובים ונכוחים ויראה להם את טבעת המלך הורודום ויאמר אל הגדודים ואל השרים הנה המלך צוני לפני מותו לתת אחרי מותו את המטעת הזאת לפניכם לארקלאוי ולהמליכהו אחריו כי הוא בהב במכתב הברית אשר למלוכה למלכי יהודה כי ארקלאום ימלוך אחריו והנני נותן לו לפניכם את טבעת המלך ומעתה ירים את ידו ואת רגלו במלוכה עדים אתם היום׃ ויפתח את מפתח מכתב הברית מהמלוכה ויקרא באזני הגדודים את אשר צוה המלך׃ הורודום להמליך את ארקלאום בנו אחריו ויטב הדבר בעיני העם והשרים ויתנאו כח הגדודי יתר וירימו העם כלו פה אחד לאמר ויאמרו יחי אדוננו המלך ארקלאום לעד וימלא את מקום אביתיו׃ וילך ארקלאום המלך

morte ejus & in die ſepulturæ ejus putaretque populus, principes & magnates flere atque lugere propter ipſum. His conſentit fere Joſephus dict. lib. 17. c. 8. circà fin. confer. ſuprà h. cap. n. 5. ibique not.

(1.) Hujus Ptolemæi jam ſuprà cap. antec. n. 18. mentio facta eſt, confer. Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. in fin. & Egeſipp. lib. 1. de Excid. Hieroſ. c. 46.

(2.) Juxtà Hebræum ita vertere poſſis: ut manum ac pedem ſuum in regno extollat, confer. Geneſ. c. 41. v. 44.

(3.) Idem refert Joſephus Antiqu. lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. in fin. atque Egeſipp. l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 46.

(4.) Conſentiunt hic Joſephus & Egeſippus loc. alleg.

(5.) Hebr. אירודיאון, ſic Munſteri codex, quem hic potius ſecutus ſum, quam noſtrum, ubi corruptè legitur אירואן, confer. paulò poſt num. 13. h. cap. & ſuprà h. lib. c. 9. n. 6. vid. etiam Joſeph. lib. 14. c. 25. & l. 17. c. 10. ac l. 1. de Bell. Jud. c. 21 in fin. atque Egeſipp. l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 46. & noviſſimè Joh. Lightfoot. Chorograph. Johanni præmiſſ. cap 3. § 5.

(6.) De voce ריס, quæ hic habetur, jam ſuprà l. 3. c. 17. n. 15. quædam dicta ſunt, confer. etiam infrà h. cap. n. 14.

המלך וכל עם יהודה אחריו לקבור את המלך הורודום בעיר אשר שמה אירואן והוא הרוקה מירושלם מאתי׳ רים וישאו את מטת המלך אשר שכב עליה המלך מת׃ והדי המטה מזהב טהור ואבנים יקרות עליה במסגרותה מסביב ומכסה המטה ארוג בזהב וקשור בפתילי׳ עליהם קרסים האבנים יקרות ועל ראש המלך עטרת זהב גדולה וכתר מלכות ומקלו בימינו והו׳ יושב במסבה על המטה באשר בהיותו בחיים׃ ובתוך הגדודים לפניו כסדר בראשונה גבורי גדודי יהודה ואחריה׳ גדודי כת גרמינא וגלום הם פראנקום ולהם תגורי חרב ומלובשי שריונות ותרסי המלחמה׃ והבוגים והמתאבלים והמקונני׳ הולכים הרק מנגד הלוך ובכה ויקונן ויתר העם הולכים אחרי המטה׃ וארקלאום המלך הולך קרוב למטה ושרי יהודה הולכים סביבו איש עדיו עליו מזהב ואבנים יקרות ולהם תגורים בכלי מלחמה׃ וחמשים מעבדיו הולכים לפני המטה מפוארים בכל הדרי

quo rex defunctus jacebat; is autem lectus ex auro puriſſimo (7.) confectus erat, cujus tæniæ lapidibus pretioſis circumcircà ornatæ erant; tegumentum verò lecti auro contextum ac funiculis ligatum erat, quibus anſulæ, gemmis diſtinctæ, annexæ pendebant, corona quoque aurea maxima regiumque diadema capiti regis impoſitum erat, is ſceptrum dextrâ tenebat (8) accubans ſuper lectum, perinde, ac ſi etiamnum viveret; præcedebant autem ordine catervæ militum primò fortiſſimi quique Judæi, hos Germanorum (9.) Gallorumque, qui Franci (10) dicuntur, ordines ſequebantur, omnes gladiis accincti & loricis bellicisque ornamentis induti; illi verò, qui mortuum deflentes lugebant atque lamentabantur, procùl è regione feretri incedebant, ſubinde plorantes, reliquus autem populus lectum ſequebatur; rex ipſe Archelaus propè lectum incedebat, circumdatus principibus Judaicis, quorum unusquisque ornamenta ſua, auro gemmisque diſtincta, gerebat, omnes verò armis accincti erant; porrò quinquaginta (11.) ex illius ſervis lectum præcedebant, qui, quacunque ibant, myrrham, aloën & omnis generis aromata ſvaviſſimi odoris ſpargebant; omnes autem liberi regis unà cum Archelao juxtà feretrum incedebant, (12.) æquis paſſibus fratrem ſuum, Archelaum, ſequentes. Herodes

(7.) Confer. hic Joſephus dict. lib. 17. cap. 10. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. in fin. atque Egeſipp. lib. 1. de Excid. Hieroſ. c. 46. ac Joſippi Epitom. pag. 186. ubi funeris pompa pluribus deſcribitur.

(8.) Vid. Joſeph. & Egeſippus ut & Joſippi Epitom. loc. alleg.

(9) Γερμανοὶ etiam referuntur à Joſepho dict. lib. 17. c. 10. & lib. 1. de Bell. Jud. cap. 21. in fin. confer. etiam infra lib. 6. c. 1. num. 32. ibique not.

(10.) Joſephus eod. l. 17. c. 10. vocat τὸ φρατιωτικὸν γαλατικὸν, confer. id. Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. in fin. & Egeſipp. l. 1. de Excid. Hieroſ. c. 46. quòd verò hic Francorum mentio fit, id ſuperadditum eſt à Judæo interpolatore, cum Francigenæ ea tempeſtate, quâ Herodes mortuus eſt, nondum fuerint in Gallia, prout benè hic notavit Munſterus; Cæterùm de Francis nonnulla dicta ſunt ſuprà lib. 1. c. 1. n. 14. confer. etiam infrà lib. 6. c. 1. n. 30. & 35. & ſuprà h. lib. 5. cap. 1. n. 39. ibique not.

(11.) Conſentit Joſippi Epitome pag. 187. ſed à Joſepho lib. 17. c. 10. & lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. in fin. referuntur πεντακόσιοι, quingenti, hiſce adſtipulatur etiam Egeſippus lib. 1. de Excid. Hieroſ. cap. 46. confer. & Munſteri not. h. loc.

(12.) Idem referunt Joſephus & Egeſippus loc allegat.

הדרך מר ואהלות ובל בשם ערב לריח
וכל בני המלך היו עם ארקילאום קרובים
למשה ופוסעים בפסיעותיה׳ אחרי פסיעות
המלך אותיהם׳ ויקבר המלך הורודוס
בעיר איזיון באשר צוה המלך והעיר
החוקה מירושלם כמו מאתים ויום׳ ויעשו
לו כל העם וכל השרים כבוד גדול בכל
הדרך בלכתם אחרי מטתו׳ אבל לא
היו עושי כלם הכבוד מאהבתו אמנם
מפני יראה כי רבים מן העם היתה איבה
בלבם על הורודוס ועל בניו ואם לא
היו יכולים לדבר בפיהם כי ירא האדם
לדבר בפיו הנה היו חושבים בלבם
באופתם כי טבע העולם כשיש ממשלה
לאדם להסתיר אויבו מהשבתו מבני אדם
ולחשוב בלבו את אשר יזעה אם טוב
ואם רע׳ ויקבר הורודוס המלך בעיר
הנזכר בכבוד גדול עם כל בגדי מלכותו׳
אחר הדברים האלה ויוציאו העם את
מחשב׳ לבבם חוצה ואת השנאה אשר
שנאו למלך הורודוס מתמול שלשום
הודיעו וידברו עליו בגלוי לאמר איש
נוכח ואיש רע היה המלך הורודוס אשת
טרחו ועולו הכביד עלינו מאד באבוריות
אשר עשה לנו וגזר עד עמו כי מלך
גאת

rodes itaque in urbe Herodio (13.) ſepultus fuit, ſicuti ipſe præceperat; aberat autem oppidum iſtud ab Hieroſolymis ducenta (14.) circiter ſtadia: hoc modo populus univerſus omnesque principes pompam ducebant funebrem in honorem defuncti regis, quacunque poſt lectum ejus incedebant; non tamen omnes illius amore, ſed potiùs timore hunc ei honorem exhibebant, multorum quippe animis odium ergà Herodem ejusque liberos inſidebat, & licèt id ore exprimere non auderent; (ſæpè enim præ timore aliquis non profert odium) mente tamen illud premebant, nam ita naturâ comparatum eſt, ut, ſi quis potentiorem habeat inimicum, is animum ſuum coràm illo abſcondat, & ſecum, quodcunque libuerit, ſive bonum ſive malum, cogitet. Rex itaque Herodes in urbe jam dicta magnâ funeris pompâ ſepultus fuit cum omni veſtitu regio. Poſteà populus animi ſui cogitata depromſit, atque odium, quô regem Herodem diu proſecutus erat, detexit ac de illo palàm dixit: permoleſtus ſanè & improbus vir fuit rex Herodes, (15.) qui onus & jugum graviſſimum nobis impoſuit crudeli animo, quô in nos, populum ſuum, ſæviit, (16.) nam ſuperbè & tyrannicè regno præfuit, nec priùs deſtitit, quàm veſtimenta noſtra nobis detraheret nosque ſpoliaret, tributis etiam, quæ maxima nobis impoſuit, omnia bona noſtra exhauſit, peregrinos quidem, dum vixit, divitiis cumulavit, Judæos verò ad paupertatem redegit, hoſtes (17.) in Sanctuarium induxit locum-

(13.) Vid. quæ ſuprà h. cap. n. 5. annotata ſunt, confer. etiam Joſeph. lib. 1. de Bell. Jud. c. 21. in fin.

(14.) Conſentiunt Joſephus dict. lib. 1. c. 21. in fin. & Egeſippus lib. 1. de Excid. Hieroſ. cap. 46. vid. quæ ſuprà h. lib. 5. cap. 9. n. 7. notata ſunt, Joſippus ducenta ſtadia exponit iter duorum dierum ac ſemis, prout Munſterus hic notavit, confer. etiam ſuprà h. cap. n. 6. it. infrà l. 6. cap. 1. n. 8.

(15.) Vid. Joſeph. dict. lib. 17. c. 11. & lib. 2. de Bell. Jud. c. 1. atque Egeſipp. l. 2. de Excid. Hieroſ. c. 1. ac Joſippi Epitom. p. 188.

(16.) Idem referunt Joſephus & Egeſippus ac Joſippi Epitom. loc. jam alleg.

(17.) Hebr. אויבים, ſic in noſtro codice, Munſterus legit: צוירים ac vertit: picturas, ad quam vocem ita notavit: erant picturæ Judæis in locis ſacris prohibitæ, prohibet namque lex imaginum elevationes & animalium propoſitiones conſtituere his, qui volunt ſecundùm ejus præcepta

גאת ואבוד החי ולא מלך עד אשר
הסיר אשר הפשיט את בשותנו ולא
הניח לאדם עושר במם אשר הכביד
עלינו והעשיר בימיו את הגבירים וידל
את היהודים׳ ותביא איבים על הקדש
וטמא את הקדש והמקדש ואשרי אשר
מת טרם מלכות היהודים ולא לוקח
באבוריו היהודים ולא ראה בעמל מלכותו
וצרות היהודים ואבוריותו עלינו וגרו
על אשר ראינו מהצרו׳ מדיותנו בגולה
בארץ אויבינו באשר מלכו עלינו מלכי
בבל אשר שלחו אותנו מארצנו לגלות׳
אבל זה היהודים הטריח אותנו יותר
מאשר הטריחונו הגוים בגולה כי מלכי
בבל שלחונו חפשים מהגולה לבא אל
ארצנו והיהודים הגלה רבי׳ מארצנו
ויתנם למס׳ והמלך היהודים היה אבוד
מדמיוש ובערד ודון מארחשת׳ ובועז
ממלך מדי ואנחנו וכיוצר את יום מותו
לצאת חפשים והוא עד כה יכביד עלינו
ורב טרחנו לעבוד׳ כי המליך עלינו את
ארקילאום בנו במקומו׳ והנה ארקילאום
יעשה כרעה אשר עשה אביו ועוד
יוסיף עליהם הדשות אשר לא עשאם
אביו והוי ואוי ואבוי על העם אשר
ימליך עליו ארקילאום כי הוא מלך
עלינו אשר לא נרצהו ולא נבחר בו
וטוב

locumque ſacrum & Templum Domini profanavit, ô felicem, qui, antequam Herodes regnaret, obiit, qui nec crudelitatem ejus expertus eſt nec eo regnante calamitates pertulit! nam afflictiones ejus atque crudelitates longè graviores fuerunt iis, quas captivitatis noſtræ tempore in hoſtium vidimus provincia, quando Babyloniæ reges, (18.) à quibus è terra noſtra in captivitatem abducti ſumus, ſuper nos regnarunt. Etenim Herodes iſte graviori nos onere preſſit, quàm quod gentes nobis in captivitate impoſuerunt, Babyloniæ quippe reges (19.) è captivitate noſtra nos liberos dimiſerunt, ut in terram noſtram abiremus; Herodes autem multos è terra noſtra abduxit eosque tributarios fecit, crudelior ipſe Dario, (20.) arrogantior Artaxerxe & avarior Medorum regibus fuit. Quapropter nos mortem ejus expectavimus, ut liberi evaderemus; aſt ille gravius onus nobis impoſuit nosque in ſervitutem redegit, dum Archelaum, filium ſuum, in regno ſucceſſorem ſibi conſtituit, is eadem, quæ ipſius pater, nobis inferet mala, imò nova illis adjunget, quæ vivente ejusdem patre non experti ſumus, væ populo illi, ſuper quem Archelaus regnabit! nam nec volentibus nec eligentibus nobis occupavit regnum, certè ſatiùs nobis eſſet, ſine rege vivere,

cepta vivere; Herodes autem conſtruxerat ſuprà portam Templi munus, quaſi Deo propoſitum, aquilam auream immanem & qualitate & quantitate ſatis opulentam, quam Judas & Matthias, expoſitores legis doctiſſimi, dejicientes & ſecuribus concidentes tumultum excitârunt, de quo vid. Joſeph. Antiq. lib. 17. c. 9. & Egeſipp. lib. 1. de Bell. Jud. cap. 45 & lib. 2. c. 1.

(18.) Vid. Joſeph lib. 2. de Bell. Jud. c. 8. & Egeſipp. l. 2. de Excid. Hieroſ. c. 1.

(19.) Darius & Artaxerxes, ita hic in codice Munſteriano additur, confer. num. ſeq. 20.

(20.) Immitior Dario, Artaxerxe ſuperbior, Medis rapacior, ſic de eo Egeſippus dict. l. 2. c. 1.

וטוב לנו להיות בלא מלך ממלוך עלינו
ארקלאוס אשר מתבשא לאמר כי הוא
ימלוך עלינו בהורודוס כן הוא ואלה
הלבבים לא ביהודה היו מדברים כם
היהודים לבד אבל גם בדומה הלשינו
את ארקלאוס על בכה ושלחאם שלחו
לכנגי הקיסר ולפני דיושיטים בדומה
בהובל אפולונוס אשר בנרה אגוסטוס
הקיסר׃

vere, quàm Archelaum imperare, is enim jactavit, se eodem, quo Herodes, modo super nos regnaturum esse. Hæc Judæi non solùm in Judæa dixerunt, sed etiam Romæ iisdem verbis Archelaum traduxerunt, legatosque miserunt ad Cæsarem atque Senatum Romanum, qui in templo Apollinis, (21.) quod Augustus exstruxerat, convenerunt.

CAP. XLII.

ויהי כראות ארקלאוס אשר היה לב
העם עליו וילך לו אל רומה אל אגוסטוס
הקיסר לבקש ממנו לעזרו על המלכות
כי עם יהודה בלתי בחצ בו׃ ויהי
בהזותו שם לפני הקיסר והוא מדבר עמו
על כנרה והקיסר מתרצה אליו׃ ויען
אנטיגנוס בן שלומית אחות המלך
היהודים אשר היה שם ויאמר לקיסר
בדברים האלה׃ חמה אני מאד אדוני
הקיסר המלך ממך אין תקבל את דברי
ארקלאוס והאמנם כי יתנן קולו באמרו
לך עזרני ואמלוך על יהוד והלא כבר
הוא מלך ואת פיך הקיסר לא שאל
ומה יש לו עוד לעזק ולדבר לפניך׃
הנה ישב על כסא המלכות אשר ביהודה
ולא במשפטך ושפט על העם ולא
באמתך ומה יבקש עוד כי מה לך
להכוב

ARchelaus autem, cum vidisset, animum populi à se abalienatum esse, ipse quoque Romam ad Augustum, Cæsarem, profectus est, ut auxilium ab eo regni firmandi causa peteret, nam populum Judaicum sibi minùs faventem deprehenderat: cùm itaque ad Cæsarem venisset & ea de re cum illo locutus esset Cæsarisque animum sibi conciliâsset, tunc Antigonus (1.) Salomæ, sororis regis Herodis filius, qui eo tempore Romæ erat, Cæsarem ita allocutus est: valdè miror, Domine Cæsar, Imperator, te Archelaum auscultare ejusque verbis fidem habere, qui te suppliciter rogat tuumque implorat auxilium, ut regnum consequatur Judaicum, cùm is jam anteà non expectatâ sententiâ tuâ regnum occupaverit, ecquid igitur coràm te clamat & verba multiplicat? in solio regni Judaici consedit citrà tuum decretum, populo jus dixit absque tuo consensu, & quid ultrà quærit? nam quem in finem currum conscendit omni ex parte inauratum, nisi, ut regem semet ostenderet? cur regium diade-

1.) Consentit Josephus dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 8. & Egesippus lib. 2. de Excid. Hieros. c. 1

(1.) Hebr. אנטיגנוס, ita hîc in nostro codice, Munsterianus habet: אנטיפטר i. e. Antipater, idque rectius, sic enim & Egesippus lib. 2. de Bell. Jud. c. 1. eundem nominat, Josephus verò lib. 17. c. 12. & l. 2. de Bell. Jud. c. 4. vocat Antipam, idem etiam Herodes dictus fuit, vid. Josippi Epitom. pag. 188. & seq. conser. & cap. seq. 43. num. 17.

להכוב על מרכבה כלה זהב אם לא כי
מלך ומה לו להות כהר מלכות בראשו
אם לא כי מלך ולמה מלאו לבו לשבי
במרום הכסא בירושלם ומעל דכסא
לברך את העם וגדודיו בתך המלכים
אם לא כי מלך מעצמו ולא חכה
משפטיך ומאמרך והלא היהודים אביו
במשפטיך ומאמרך קיסר מלך בכתוב
בלוחות הבריה אשר בינינו וביניכם וכי
יאמר ארקלאוס לפניך כי אביו המליכו
ולא מעצמו מלך וכי לא קבל המלוכה
רק לקיים את מצות אביו ואחרי מותו
בא אליך לקיים מלכותו דע אדוני המלך
כי המלך היהודים בהיותו בחי בחכמתו
ובדעתו המליך את אנטיפטר בנו וכאשר
הלשינהו רשעי לפניו והרגו והבדיד
עליו התלה ומרה דעתו ממנו המליך
את ארקלאוס והוא בבלהי דעתו במשוגע
אשר לא ידע מה יעשה׃ והמופת עד
זה כי עם יהוד וירושלי רבות הם בלתי
בחרים בו כי היא בלהי שלם
בדעתו ומשוגע ממואה עיניו׃ הלא
תראה כי בתחלת מלכותו בשני הראשונ
מלך בחק המשוגעי וזה כי בא בהיכל
יי בתך המצי עם גדודיו ולחץ שם
את העם ויצו לגדודיו וישלפו את
חרבותם ויציעו בעם יי מצע כי אלפים
פגרים

diadema capiti suo imposuit, si non regnavit? quare in animum induxit suum, ut excelsum thronum Hierosolymis occuparet & exinde populum ac milites suos salutaret, (2.) prout regibus mos est? nonnequia jam perse, non exspectato judicio ac consensu tuo, regnum occupavit? annon Herodes, illius pater, decreto atque consensu tuo, ô Cæsar, regnavit, sicuti in tabulis fœderis, quod inter nos ac vos sancitum est, scriptum reperitur? si verò Archelaus coràm te dicere velit, quòd à patre suo regni successor constitutus sit, nec ipse autoritate sua regnum occupaverit idque ideò susceperit, ut defuncti patris sui judicium exequeretur quodque eum in finem statim à morte ejus ad te venerit, ut à te regnum sibi confirmaretur, illud te scire velim, Domine Imperator, quòd Herodes, cùm is adhùc sanæ mentis ac rationis esset, Antipatrum, filium suum, constituerit regem; cùm verò improbi quidam illum coràm Herode, patre suo, criminati essent ita, ut posteà filius ejus è medio tolleretur, atque intereà morbus Herodis adeò ingravesceret, ut rationis usu destitueretur (3.) tunc Archelaum designavit regem, sed sine mente & ratione, insani instar, qui, quid agat, penitùs ignorat, cujus rei argumentum est, quòd populus Judaicus atque Hierosolymitanus eundem Archelaum hûc usque nolint agnoscere regem, utpote qui non integræ mentis, sed malè sanus sit, quod vel ex oculis ejus perspicere licet. Considera quæsò, quid primo regni sui anno ipse perpetraverit, nonne insanorum more se gessit, dum in festo azymorum cum militibus suis Tem-

(2.) Sic Hebræum: ברך, quod hîc in nostro habetur codice, vertere volui, secutus Egesippum, lib. 2. de Bell. Jud. cap. 1. ubi sic legitur: quo spiritu præsumpsit (Archelaus) sedere super thronum regium? de sublimi solio salutare plebem circumfusam &c. confer. etiam R. Salom. ad Genes. cap. 47. num. 7. ubi verbum ברך exponit שאלת שלום Gall. Salüer.

(3.) Nam anxius supremo periculo nec ullius jam sensus aut consilii capax dictavit, non, quod arbitrabatur, sed quod ingerebatur, prout scribit Egesippus lib. 2. de Bell. Jud. cap. 1.

plum Domini ingressus populum oppressit? (4.) nam satellitibus suis præcepit, ut strictis gladiis in populum facerent impetum, cui isti morem gesserunt & novem millia hominum (5.) in medio Templo, in ipsa Paschali celebritate prostraverunt, cùm is primum regni sui annum ingressus esset, en sacrificium, ab Archelao isto, qui coràm te stat, in principio regni sui oblatum, scilicèt, ut populi Israelitici & Judaici crimina expiaret. Nunc itaque, Domine Cæsar, vosque inclyti Senatores, miseremini nostrûm & removete à nobis crudelem istum regem, neque enim convenit, ut alius in Judæa regnet, quàm qui è semine Judaico paterno & materno ortus est quique ex principibus, (6.) regia stirpe prognatis, originem ducit; Archelaus verò iste, quamvis filius sit Herodis regis, attamen mater ejus Idumæa fuit, patris concubina, (7.) unde igitur ei jus regni Judaici competit? Antipater enim magnus, Herodis pater, qui bella gessit Cæsaris primi, licèt magnò in honore apud Cæsarem atque Romanos fuerit, nunquam tamen regnum affectavit, probè gnarus, id sibi nequaquam competere; Herodes autem, ejusdem filius, propter calamitates & angustias populi, quibus tunc premebatur, regnavit, nec ei satis fuit regnâsse, sed etiam filio suo regnum tradidit; quod tamen ipse (8.) à patre suo non accepit, alia insuper multa addidit filius Salomæ, quibus Archelaum regem accusavit, quæ hic non scripsimus, sed in libro Romanorum (9.) narravimus; tandem in fine orationis Augusto Cæsari dixit: nunc itaque, Domine Cæsar, miserere populi,

פגרים מתי אויה בתוך הדוכר בחג
דמצוה הראשון למלכותו׳ הנה זה הוא
הזבח אשר זבח אוקילאוס העומד לפניך
בתחלת מלכותו לכפר על ישראל ויהודה׳
ועתה אדוננו הקיסר ואתם ישישי העצה
רחמו עלינו והסירו מעלינו את המלך
האכזר הזה כי לא נאה למלך ביהודה׳
אלא מזרע יהודה מאב ומאם ומן
הפרחמים אשר מזרע המלוכה׳ אבל
אוקילאוס זה דבה ואם הוא בן הורודוס
המלך אמו היתה אימית השוקה לאביו
ומאין לו הוא למלוך ביהודה כי אנטיפטר
הגדול אבי הורודוס הגלחם מלחמות
הקיסר הראשון היה נכבד בעיני הקיסר
ובעיני הרומיים ולעולם לא שאל מלכות
כי ידע כי לא היה נאה לו והורודוס
בנו מלך ממוקשי עם יי׳ וצוותיו ולא
רב לו אשר מלך הוא אבל נתן ג״כ
מלכות לבנו אשר הוא לא קבל מאביו
ויוסף עוד בן שלומית לדבר דברים רבים
ולהלשין את המלך אוקילאוס אשר לא
כחכמתם פה והקקנום בספר הרומיים
ובסוף דבריו אמר לאגוסטוס הקיסר
ועתה אדוננו הקסר רחם על העם
הבזוי מקנף אכזר אל רחמי מלכותך
וחנה לנו ראשים מארצך כאשר נתת
באום

(4.) Vid. Joseph. Antiq lib. 17. cap. 11. ubi facti istius causam & circumstantias adducit, confer. etiam Egesipp. dict. l. 2. de Bell. Jud. c. 1.

(5.) Huic numero adstipulatur etiam Egesippus loc. alleg. Josephus autem dict. lib. 17. c. 11. & lib. 2. de Bell. Jud. c. 1. tria tantùm millia interfectorum fuisse refert.

(6.) Ita hìc dictionem פרחמים verto, quam linguâ Persicâ idem ac שלטונים i. e. dominatores, significare testatur R. Salomo ad Esther c. 1. v. 3.

(7.) Pellex, amica, id enim dictio השוקה, quæ hìc habetur, denotat.

(8.) Herodes scilicet, eadem de Herode dicta reperiuntur supra h. lib. 5. c. 40. circà fin.

(9.) Vid. Joseph. dict. l. 17. c. 11. & l. 2. de Bell. Jud. cap. 4.

באום ותשמע אליהם ולא נמרוד׳
וניקולאוס הסופר היה שם במעמד
הדבריס האלה והוא איש חכם ובעל
הקיסר שומע לעצתו ולדבריו בראש
קראי העצה ויען ויאמר הרי בן שלומית
מה הדמיה הגדולה הואת אשר עשית
בדבריך ולא במעמד דברת כל דבריך כי
בעסך לעורר הקנאה על אוקילאוס הישר
הסירך מדעתך לדבר כדברים האלה אשר
דברת׳ ואתם היהודים זה הקיכם וכה
משפטכם׳ להשוחת שלום ובריות ולעורר
מלחמות וקטטה׳ ואם יש את נפשכם
לעורר מלחמות ולדרים יד על מלכות
הרומי׳ מה לכם להלשין את אוקילאוס
ועל מה תחמה בלוחר הבריה אשר
ביניכם וביניכם וכי אוקילאוס אינו
קשור בלוחות החן עמנו באחד מכם׳
ועוד מה׳ מאמרך כי הורודוס המלך
המליך את אנטיפטר ראשון ואחר יצא
והגליך את אוקילאוס אחרון וכי לא
נאה למלך להמליך אי זה יצוה מבנין
להמיר את הראשון אחרון ואת אחרון
ראשון כאשר יישר בעיניו׳ והלא הקיסר
ימלוך אי זה אשר יבחר מבני המלכים
ואם יבחרו הם מבניהם ברצונם ואת
פעמים רבות עשה כי הממשלה היא
לקיסר׳ והורודוס המלך מי המליכו אם
לא

li, qui ab ira crudelis istius tyranni ad misericordiam imperii tui confugit atque è terra tua præfectos nobis constitue, (10.) sicuti in Syria fecisti, his obediemus nec rebellabimus. Dum hæc oratio habebatur, aderat ibidem etiam Nicolaus, scriba, vir sapiens ac prudens, cujus verbis atque consilio inter præcipuos consiliarios suos Cæsar maximè obtemperabat, is itaque Nicolaus (11.) filio Salomæ respondens: ecquid, ait, magno isto verborum strepitu opus est, quæ omnia imprudenter & temerè locutus es? nam ira tua, quâ invidiam Archelao, viro probo, creare conatus es, te rationis usu privavit, ut hæc effutires verba; illud vobis, Judæi, solenne est, hæc vestra est consvetudo, ut pacem ac fœdera turbetis bellumque & prælia excitetis, quod si bellum movere atque arma Romanorum imperio inferre decrevistis, quid vobis opus fuit, Archelaum accusare? aut quid adeò mirabile inest tabulis fœderis, quod inter nos ac vos sancitum est? (12.) nonne Archelaus iisdem tabulis, perinde atque unus ex vobis, societate nobiscum junctus est? & quid prodest dicere, quòd Herodes priùs regem constituerit Antipatrum, dein mutata voluntate Archelaum sibi successorem in regno scripserit? nonne licet regi, quem voluerit è filiis suis regem constituere mutatoque ordine priorem posteriori ac posteriorem priori ponere loco, prout ei visum fuerit? annon Cæsar quemcunque è filiis regum elegerit, regno præficere poterit, etiamsi patres alium è filiis suis elegerint regem? idque sæpè à Cæsare factum est, imperium quippe ac suprema potestas (13.) Cæsari competit; ecquis verò Herodem ipsum constituit regem, nisi

(10.) Vid. Joseph. dict. l. 2. de Bell. Jud. c. 8. & Egesipp. l. 2. de Excid. Hieros. c. 1.

(11.) Paulò aliter hanc Nicolai orationem refert Josephus dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 4. & l. 17. Antiq. c. 11. confer. etiam Egesipp. loc. alleg.

(12.) Vid. hìc Munsteri codex usque ad finem hujus capitis, ubi ab hoc nostro non parum recedit, confer. etiam Egesipp. lib. 2. de Bell. Jud. cap. 1.

(13.) Seu: Majestas, ita hìc dictionem ממשלה, quæ in nostro codice habetur, interpretor, vocari solet Gallis: souveraineté, vid. H. Grot. de Jure Bell. & Pac. lib. 1. c. 3. §. 21. & alibi.

לא הקיסר ואנטיפטר אשר בחר בו
היהודים ראשון לולא קצף אביו המלך
ערל רשעו והרגו והיה הוא עד היום ולא
הורה בחר בו אדוננו הקיסר ההיתה
מעילה לו בחיות אביו היהודים ועתה
כי בחר את ארקלאוס אחרון לא ימלוך
אם לא יבחרהו הקיסר ולפני אדוננו
הקיסר דברי מי יאמנו דבריך או דברי
היהודים המלך אשר המליך את ארקלאוס
בנו הנבזר בעיניו למלוכה ואתה בן
שלומית היש לך ממשלה במלוכה או חלק
ונחלה בה על פי משפט המלכות הוכ
וכסה קלונך והבן את עצמך לשרת את
אשר ימלוך ומה לך אתה למשפטי
המלוכה

nisi Cæsar? quapropter, licèt Herodes Antipatro priùs electo iratus non fuisset, nec eum propter improbitatem suam interfecisset, sed illum ad hunc usque diem reliquisset superstitem, si ipsum Dominus noster Cæsar consensu suo non approbâsset, num electio Herodis patris eidem profuisset? quia verò Herodes Archelaum posteà elegit, sanè ipse non nisi consensu ac voluntate Cæsaris, regnabit, cujusnam igitur verbis major habenda erit fides coràm Domino nostro Cæsare, tuisne, an Herodis, qui Archelaum, filium suum, constituit regem eumque regno idoneum esse existimavit? an igitur tibi, ô fili Salomæ, potestas in regno aut pars atque hæreditas competit, quam tibi jure vendicare possis? tace itaque & ignominiam tuam absconde ac temet para, ut ei inservias, qui regnaturus est, quid ad te jus regni pertinet?

CAP. XLIII.

וישמע הקיסר את כל הדברי האלה
ויראה את עצת ניקולאוס הסופר התכם
את לבו כי היה שלם עם האמת ויעץ
עם יועצי העצה ויתן את שורה המלכי
אשר ביהודה לארקלאוס ולא נתן לו
כתר מלכות ובטחהו כי יתן לו כתר
מלכות אכ ויהיה נאמן לו כי אז הוגד
לקיסר כי כבר התעוררו היהודים למרוד
את אנשי יהורה ברומיים ויבא ארקלאוס
אז

Quapropter Cæsar, cùm hæc omnia audisset atque consilium Nicolai, scribæ sapientis ejusque animum cognovisset, quòd is veritati consentaneus esset, cum Senatoribus iniit consilium & regni quidem Judaici administrationem; (1.) non verò regium diadema (2.) Archelao dedit; spem tamen ejus consequendi fecit Archelao, si in fide ergà Cæsarem permansisset, jam anteà enim fama percrebuerat, Judæos defectionem à Romanis moliri. Archelaus igitur in Judæam reversus multa insipienter ac stolidè egit, ac regni

(1.) Principatum tradidit Archelao, non regnum, ita Munsterus hic notavit, cui etiam Josephus dict. lib. 17. c. 13. consentit, qui scribit, Archelaum tunc temporis non regem, sed ethnarcham fuisse declaratum à Cæsare Augusto, idem refertur l. 2. de Bell. Jud. c. 9. confer. etiam Egesipp. l. 2. de Excid. Hierosol. c. 1. ac Josippi Epitom. p. 189.

(2.) Seu: coronam, Hebr. כתר, sicuti hic in nostro codice habetur; quæ tamen dictio in Munsteriano exemplari non legitur.

אז ביהודה ויעש נבלות רבות וישחוד
בשורת המלכות ט' שנים וישמע אדוני
כן כי מלך לוב היא יובב המלך אוש
ארקלאוס אשר לקח לו לאשה את
גלפירה אשת אלכסנדר בנהרג בן
היהודים אוד זה הרשע ארקלאוס ג'ב
והבה היא יבמתו תליו הוא משפטה כי
אוזו יובב מת ולא הקים שם בישראל
וישלח ויקחה לו לאשה והיא כבר היו
לה בנים מאלכסנדר בעלה דראשון אוז
ארקלאוס ויהי כאשר לקח ארקלאוס
את גלפירה יבמתו ויביאה ירושלימה אל
ביתו והנה אלכסנדר
בעלה דראשון עומד לנגדה והדמוד הוא
לתבקו ואלכסנדר הנפרה מתבקה אוהו
ויאמר אליה הנלי לך מעלי ואל תגעי
בי והלא תבלמי כי הבא לחבקני ואת
נבעלת ליובב מלך לוב ולא רב לך זאת
אבל נבעלת לארקלאו אוד ותראני את
חרפתי בביתו כי תבעל לפני וישבע
ואמר חי ה' כי עוד לא אשא את החרפה
הזאת

gni administrationi novem annis (3.) præfuit. Posteà audivit, regem Lybiæ, Jobabum, (4.) fratrem suum, (5.) qui Glaphyram, uxorem Alexandri, filii Herodis interfecti (qui etiam ipse frater fuit impii istius Archelai) matrimonio sibi junxerat, mortuum esse, idcircò existimavit, sibi tanquam affini proximo jus competere, (6.) illam ducendi uxorem, quippe, quæ ex fratre suo, Jobabo demortuo, nullos peperisset liberos. (7.) Quapropter accersitam matrimonio sibi junxit, quamvis illa jam anteà liberos (8.) ex Alexandro, priori marito, Archelai fratre, procreatos haberet. Cùm itaque Archelaus Glaphyram, glorem suam, matrimonio sibi junxisset, eamque Hierosolymam in domum suam duxisset, illa per somnium (9.) vidit, & ecce Alexander, primus ejus maritus coràm illa stabat, quæ cùm eum amplecti vellet, Alexander illam à complexu suo repellebat, hæc adjiciens verba: abstine à me manus tuas nec memet tange, annon pudette, in complexum meum venire, quæ Jobabo, Lybiæ regi, nupsisti? neque id tibi satis fuit, sed etiam Archelao, fratri meo, matrimonio juncta es meque in domo mea ignominiâ affecisti, dùm me inspectante nuptias celebrâsti, dein ille per Deum immortalem juravit, dicens: non amplius contumeliam istam feram

(3.) Consentit Josephus dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 11. Idem tamen Josephus lib. 17. c. 15. decimi quoque anni mentionem facit, sed incepti, ut puto, non completi, vid. infrà h. cap. n. 11. confer. etiam Vossii Chronol. Sacr. cap. 16. princ.

(4.) Hic Juba Maurorum seu Numidiæ rex fuit, prout Munsterus hic notavit, Josephus Antiqu. lib. 17. c. 15. circà med. & lib. 2. de Bell. Jud. c. 11. illum vocat Ἰόβαν, confer. etiam Egesipp. lib. 2. de Excid. Hierosol. c. 2.

(5.) Hæc verba: fratrem suum, in codice Munsteriano non leguntur, in quo etiam factum istud paulò aliter, quàm hic, narratur.

(6.) Imò lex Divina repugnabat, nam Glaphyra liberos ex Alexandro, Archelai fratre, jam susceperat, prout etiam hic in codice nostro refertur vid. Joseph. l. 17. c. 15. hûc facit Marci cap. 6. v. 17. & 18. confer. num. seq. 7. & infrà h. lib. c. 45. n. 2.

(7.) Sive: nomen suscitâsset in Israël, ita juxtà Hebræum; ab Alexandro tamen, priori marito, Archelai fratre, liberos habebat Glaphyra, quo casu matrimonium lege Divina prohibitum fuit, vid. Deuteron. cap. 25. v. 5. confer. etiam Egesipp. lib. 2. de Bell. Jud. c. 2. ac Josippi Epitom. pag. 189. vid. & num. antec. 6. ibique not.

(8.) Horum nomina vid. suprà h. lib. 5. cap. 33. n. 2.

(9.) De somnio isto vid. Joseph. dict. lib. 17. cap. 15. & lib. 2. de Bell. Jud. cap. 11. atque Egesipp. l. 2. de Excid. Hierosol. c. 2.

רואת עד אשר אעשה בך ובארקלאוס
אחי אשר עמך נקמה כי הוא שכב עמך
לפני בואת הלילה ועשה נבלה גדולה
אשר לא כדת׳ והוקץ האשה ותספר
את חלומה לנערותיה ותהי גלפירה אחר
הלומה ימים ותמת ותאסף אל עמה מקץ
שני ימים אשר ראתה את החלום וגם
אוקילאוס אחרי מותה ראה בחלומו והנה
ט׳ שבלים מלאות וטובות עומדות בקנה
אחד וישא עיניו אוקילאוס וירא והנה
שור אחר גדול עומד בנגד השבלי׳ ויצא
השור את לשונו וילחך את השבלי
ויבלעם ויקץ אוקילאוס מחלומו ויספר
את חלומו לאחד מהחכמים לפתרו לו׳
ויאמ׳ לו החכם הט׳ שבלים ט׳ שנים
הנה והם השנים אשר מלכת והשור
אשר ראית להך ובולע לשבלים הוא
הקיסר אשר לרומה שוקח את מלוכתך

ram, ſed ultionem de te & Archelao, fratre meo, ſumam, qui tecum hac nocte, me intuente, concubuit magnumque & minimè excuſandum flagitium perpetravit, id ſomnium Glaphyra, cùm evigilâſſet, puellis ſuis narravit, poſt quod biduò (10.) adhûc vivens illa diem obiit ſupremum & ad populum ſuum collecta eſt. Archelaus quoque poſt mortem ejus per ſomnium vidit novem ſpicas (11.) plenas & pulchras, Iuno in culmo erectas, dein bovem prægrandem juxtà ſpicas ſtantem easque extenſâ lingvâ decerpentem ac devorantem: Archelaus autem, cùm evigilâſſet, ſomnium ſuum alicui è ſapientibus (12.) narravit, ut is ſibi illud interpretaretur, cui ſapiens dixit: novem ſpicæ novem ſunt anni, quibus regnâſti; bos autem, quem ſpicas decerpentem ec devorantem vidiſti, Cæſar eſt Romanus, qui regnum â te hoc anno auferet, elàpſis igitur quinque diebus (13.) Archelaum Romanorum exercitus invaſit, (14.) à cujus duce catenis conſtrictus Romam miſſus fuit, ubi (15.) etiam diem obiit ſupremum: ei ſucceſſit (16.) in regno Antipas, (17.) ipſius

בשנה

(10.) Ita etiam Joſephus l. 2. de Bell. Jud. c. 11. refert, cui & Egeſippus l. 2. de Excid. Hieroſ. c. 2. adſtipulatur, Idem Joſephus Antiq. l. 17. c. 15. ſcribit, Glaphyram μετ' ὀλίγας ἡμέρας, poſt paucos dies mortuam eſſe.

(11.) Conſentit Joſephus dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 11. Idem tamen lib. 17. c. 15. decem ſpicarum mentionem facit, vid. quæ ſuprà h. cap. num. 3. notata ſunt, confer. etiam Joſippi Epitom. pag. 189.

(12.) Is Simon fuit, Eſſæus genere, prout refert Joſephus Antiq. l. 17. c. 15. & lib. 2. de Bell. Jud. c. 11. vid. etiam Egeſipp. l. 2. de Excid. Hieroſ. c. 3. ac Joſippi Epitom. pag. 190.

(13.) Idem refert Joſephus & Egeſippus loc. alleg. ac Joſippi Epitom. dict. pag. 190.

(14.) Joſephus eod. lib. 17. c. 15. narrat. Archelai regis procuratorem, qui ipſe quoque Archelaus dictus fuit, Româ miſſum eſſe à Cæſare, ut Archelaum regem ſecum quam celerrimè Romam adduceret.

(15.) Joſephus Antiq. lib. 17 c. 15. & lib. 2. de Bell. Jud. c. 11. ſcribit, Archelaum Viennam in Gallia exulàtum miſſum eſſe, cui etiam Egeſippus lib. 2. de Excid. Hieroſ. c. 2. adſtipulatur, confer. infrà lib. 6. c. 6. n. 21.

(16.) Imò miſſo Cyrenio Judæa in provinciæ formam redacta eſt, vid. Joſeph. Antiq. lib. 18. c. 1. & ſeqq. it. lib. 2. de Bell. Jud. c. 3. confer. etiam Luc. c. 3. v. 1.

(17.) Hebr. אנטיפס, ita Munſteri codex, quem hic potius ſecutus ſum, quam noſtrum, ubi אנטיפטר i. e. Antipater legitur, quamvis duo iſta nomina ab ipſo etiam Joſepho promiſcuè uſurpari videantur, vid. Joſeph. dict. l. 17. c. 11. & Joſippi Epitom. p. 191. confer. etiam cap. 42. h. lib. 5. num. 1. & inſrà h. lib. 5. c. 45. num. 1. it. lib. 6. c. 6. n. 22.

בשנה הזאת׳ וידו מקץ חמשה ימים
עלה על אוקילאוס חיל הרומים ויאסרהו
שר החיל בנחשתי וישלחהו אל רומה
וימת שם וימלוך אנטיפטר אחי אוקילאוס
אחריו ויסב שמו הורודוס׳

ipſius frater, qui mutato nomine Herodes dictus eſt.

CAP. XLIV.

בימים ההם מת אגוסטו׳ הקיסר התשיב
ואחריו מלך טיבריאוס הקיסר וירד
טיבריאוס איש רע ורשע וישלח פילאטוס
שר צבאו לירושלם ועלם דמו׳ טיבריאוס
קיסר בידו ויבקש להביא העלם העירה
ויתנגדו העם מלבוא בו אל העיר כי
אמרו העם אליו לא יבוא צלם אדם
בעיר הקדש׳ ויקצוף פילאטוס שר צבא
רומה על עם יהודה ורבים מאנשי עיר
ירושלם המית בחרב גם רבים מגדוריו
הרגעו פגרים מתים ארצה׳ ובימי
טיבריאוס הקיסר לא לבד ביהודה נעשו
נבלו׳ כי גם ברומא ובכל ארצו׳ ממשלתו
עשו נבלות הרבה מנבלי העמים
והמשפחות׳ ועתה נספר אחת מן
הנבלות אשר נעשו ברומה בימי טיבריאוס
הקיסר׳ בימיו היתה אשת אחת ברומה
יפה

PEr illos dies obiit Auguſtus, Cæſar benignus, (1.) atque ſucceſſorem in imperio reliquit Tiberium, virum improbum minimeque bonum, is Pilatum, (2.) exercitus ſui ducem, Hieroſolymam miſit, qui imaginem Tiberii Cæſaris, ſecum allatam, urbi inferre conatus eſt; ſed populus eum, ne urbem cum imagine intraret, prohibuit eique dixit: non veniat in urbem ſanctam imago hominis; quò facto Pilatus, exercitus Romani dux, ad iram adverſùs gentem Judaicam commotus eſt, multosque ex populo urbis Hieroſolymitanæ gladio interemit, (3.) quanquàm non pauci etiam ex ipſius militibus à Judæis proſtrati atque interfecti ſint; multa autem, imperante Tiberio Cæſare, perpetrata fuerunt ſcelera non in Judæa ſolùm, ſed etiam Romæ & in omnibus imperii ejus ditionibus. Jam unum ex flagitiis, quæ Tiberii Cæſaris tempore Romæ commiſſa ſunt, referamus. Erat ipſius ætate Romæ fœmina quædam inſigni forma ac decora admodùm facie, quæ gratia & venuſtate omnes ſupera-

(1.) In Hebræo hic habetur התשיר, i. e. probus clemens, ſcil. ac mitis; cæterum de obitu Auguſti vid. inter alios etiam Joſeph. Antiqu. l. 18. c. 3. & lib. 2. de Bell. Iud. c. 13. atque Egeſipp. lib. 2. de Excid. Hieroſ. c. 3. ac Joſippi Epitom. pag. 191. it. Sueton. Auguſt. cap. 100.

(2.) De hoc vid. Joſeph. dict. lib. 18. c. 4. & lib. 2. de Bell. Iud. c. 14. confer. etiam Egeſipp. l. 2. de Excid. Hieroſ. c. 3 & c. 5. ubi ſcribit, quòd Pilatus Samaritanos circumvenerit, ut montem, cui nomen Gadir (fortè Garizim) peterent; ipſe verò aſcendens populum prævenerit equitatu pedeſtrique exercitu ſtraverit, confer. Luc. c. 13. v. 1.

(3.) Vid. Joſeph. l. 2. de Bell. Jud. c. 14. ubi hæc res paulo aliter narratur, confer. etiam Egeſipp. lib. 2. de Excid. Hieroſ. cap. 3. & Lucæ dict. cap. 13. v. 1.

יפת תואר ויפרת מראה עד מאד והיתה מלאה חן ויופי על כל הנשים ובל ראיה היו עוכבים מלאהבה ומבעטים אליה וכבים והאזו לשכב עמה שרים וגדולים ולא יכולו כי היתי צנועה ובעילה בעל ושמה פאולינה והיתה האשה מחנדרת לבית התפלתה׳ וידי יום מימים והיתה האשה בפתח הבית וירא אותה בחור אחד ושמו מונקלום והוא שר הרכב של הקיסר חיבראום ותבעה בו אהבתה באש עד יפה ועד חמדתה וישלח אליה שליח לאמר לה כי אם תהרצה לשכב עמה הבחור יתן שכרה ב׳ אלף דרכמוני זהב ותאמן האשה לשמוע ותגלה את הסוד ותספרהו לבעלה׳ וידי הוא מאז שומעה מלצאת מביתו ויוא מונקלום כי לא האוינה פאולינא אליו ויתהבל בדרך אחרת להשיג וילך אל הכהן אשר היה על היכל שהיה ברומה בימים ההם ובהיכל ההוא היו שני צלמי שם האחד אסורים ושם השני אנוב ואנוב היה

perabat mulieres adeò, ut, quicunque eam aſpiciebat, is relicto, quod præ manibus habebat, opere eandem intentè contemplaretur, multi etiam principes & magnates illam ad concubitum ſolicitabant, ſed fruſtrà, quia caſta & marito addicta erat, templaque aſſiduè frequentabat, nomen ejus erat Paulina; (4.) accidit autem die quodam, cùm mulier illa in foribus ædium ſuarum ſtaret, ut juvenis quidam, Mundus (5.) nomine, qui curruum Tiberii Cæſaris præfectus (6) erat, illam aſpiceret, ac pulchritudinis ejus amore non ſecùs ac igne accenderetur, quapropter certum miſit hominem, qui ei diceret, ſi amori juvenis iſtius obſequi vellet, illum viginti millia (7.) drachmarum aurearum mercedem ei daturum eſſe; aſt fœmina non ſolùm morem ei gerere renuebat, ſed etiam arcanum illud marito ſuo (8.) detegebat remque ipſi narrabat, qui propterea uxorem ſuam domi continebat, ne egrederetur. Quocircà Mundus, cùm videret, Paulinam verbis ſuis haud obtemperare, rem alia aggrediebatur via, quâ illius compos fieri poſſet: quapropter ſacerdotem, qui templo Romano tunc temporis præerat, adibat; erant autem in templo illo duo ſimulacra, unum Iſidis (9.) alterum Anubis nomine; Anubis autem majori in honore apud populum

(4.) Confer. hic Joſephi Antiqu. lib. 18. c. 4. & Egeſipp. lib. 2. de Bell. Jud. c. 4. & quamvis de autorum iſtorum fide dubitandum non ſit; miror tamen, quòd Tacitus, Annalium Scriptor diligentiſſimus, facti hujus ſatis notabilis nullam fecerit mentionem, nec Suetonius in vita Tiberii.

(5.) Hebr. מונדוס, ſic Munſteri codex, quem hîc ſequi malui, quàm noſtrum, ubi corruptè legitur: מונקלום, Joſephus loc. alleg. nominat illum Decium Mundum.

(6.) Equeſtris militiæ dux appellatur ab Egeſippo l. 2. de Bell. Jud. c. 4.

(7.) Conſentit Egeſippus loc. alleg. ſed Joſephus Antiq. lib. 18. c. 4. ſcribit, Mundum Paulinæ obtuliſſe εἴκοσι μυριάδας δραχμῶν i. e. 200000. drachmas, quam ſummam viginti millia coronatorum facere à doctis annotatum eſſe ſcribit Corn. Gualtherus in notis ad Egeſippi l. 2. dict. cap. 4.

(8.) Is Saturninus appellabatur, vid. Joſeph. loc. alleg.

(9.) Hebr. איסירים, ſic in Munſteri codice, quem hic potius ſecutus ſum, quàm noſtrum, ubi corruptè legitur אסורים, vid. Joſeph. dict. lib. 18. c. 4. & Egeſipp. lib. 2. de Bell. Jud. c. 4. confer. autor tractatus Gallici, qui inſcribitur: Hiſtoire Critiq. des dogmes & de cultes &c. Part. 3. Traité du Veau d'Or, cap. 8. & 9. ubi plura de Iſide, it. Ejusd. Part. 4. Traité 4. c. 9. pag. 656. edit. Amſtel. ubi de Anube agitur.

היה גדול בעיני העם מאסורים להתעוותם יותר׳ וילך הבחור אל הכהן ויתן לו אלף דרכמוני זהב להסית את האשה ולהביאה אל ההיכל לילה לעשות עמה הוא את האות נפשו עמה׳ וילך הכהן בערמה וידבר אל האשה לאמר כה דבר אנוב האלוה הגדול בואי אל ההיכל ושכבי נבח מובה ואקבל בלילה ואדבר לך בסתר כי אהבתיך אשר תהיי נביאתי ותשמח מאד האשה ותפן לבעלה הדברים האלה ויאמר לה אישה ומי יוכל למנוע מאשר ישאל האלהים ותלך האשה אל ההיכל ויפרשו אליה נעוריה לנבח המובח מטה כבודה והשכב שם האשה בלילה הדוא ותצאו נערותיה מן ההיכל כי כן צוה הכהן ויהי בשכבה ויקם הבחור מאחרי המובח כדמות אנוב ויבא הוא בגדיה ויפול עליה בנשיקה ויקץ האשה התשלדו ותאמר מי אתה ויאמר אנכי אנוב באתי בארבתך ותאמר האשה אם אתה אלוה למה התאוה לי האשה היכול אלוה להתערב עם אישה ויאמר לה הבחור יוכל עם אשה יפה במותך וגם אשה אחר׳ עשתה כן ותלד לו את לוכים שלה כמוני וגם נשים הרבה ולדו אלוה

lum erat, quàm Iſis. Juvenis itaque (10.) ſacerdotem adiit eique mille drachmas aureas dedit, ut mulierem deciperet illamque in templum noctu introduceret, quò juvenis libidinem ſuam cum illa explere poſſet. Quapropter ſacerdos mulierem dolo aggrediens ei dixit: ſic locutus eſt Anubis, Deus magnus: ingredere templum & è regione altaris mei dormi; ego verò noctu conſurgam ac tecum ſecretò loquar, te enim elegi, ut vates mea ſis, hoc cùm audiſſet fœmina idque marito ſuo valdè læta narrâſſet, ille: ecquis, inquit, denegare poterit, quod Deus poſtulat? abiit igitur in templum fœmina ibique in lecto honorifico, à puellis ſuis ſtrato, è regione altaris nocte illa cubavit; poſtquàm verò ancillæ ejus è templo egreſſæ erant, (ſic enim ſacerdos præceperat) atque mulier obdormiverat, à poſteriori altaris parte ſurrexit juvenis Anubis ſpecie atque ſub fœminæ veſtes ſemet inſinuans in illius complexum ruit, (11.) quamobrem mulier expergefacta: quisnam tu es, inquit; ille verò reſpondit: Anubis ego ſum, qui amore ergà te inductus hûc veni, cui illa, ſi tu, ait, Deus es, cur mulieris deſiderio teneris? numquid Deus rem habere poterit cum fœmina? imò verò, reſpondit ille, poterit, ſi pulchra ſit fœmina, prout tu es, nam alia quædam fœmina (12.) idem fecit, quæ Jovem, (13.) Deum, ſicuti ego ſum, peperit, multæ quoque mulieres Deos mihi ſimiles pepererunt, hiſce verbis fidem adhibens mulier: ô beatam me inter mulieres, ait,

(10.) Imò Ida, patris liberta, ac fraudium magistratrix, rem hanc primum ſacerdoti detexit, prout Joſephus dict. l. 18. c. 4. ſcribit, huc reſpicere videntur verba illa Juvenalis Satyr. 6. Iſiacæ ſacraria lenæ, quæ Tiraquell. l. Connubiali 15. n. 107. hanc in rem allegat.

(11.) Munſteri codex hic addit: ער בלי שובע i. e. inſatiabili cupiditate.

(12.) In dicto Munſteri codice hic ita legitur: כי היתה אשרת יפת כמותך כן קבלתה עליה אלוה וגו׳ i. e. Rhea enim, mulier pulchra, ut tu es, ſuſcepit ſuper ſe Deum &c. ſic Munſterus vertit. Egeſippus lib. 2. de Bell. Jud. c. 4. meminit Ledæ cujusdam, quæ Jovis concubitu potita ſit, niſi fortè pro Leda legendum Rhea.

(13.) Hebr. אלי יוכים, ſic Munſteri codex, quem hic potius ſecutus ſum, quàm noſtrum, ubi corruptè, ut puto legitur: אלי לוכים vid. Egeſipp. dict. l. 2. c. 4.

quam Deus amore ſuo dignatus eſt! quocircà fœmina concubitum juvenis haud abnuit, qui ad diluculum usque cum illa dormivit; illuceſcente autem die mulier in domum ſuam abiit valdè læta ac marito ſuo omnia, quæ ſibi in templo evenisſent, narravit, quapropter ipſe quoque admodùm gaviſus: ô felices nos, inquit, quos Deus reſpexit! omnes etiam mulieres beatam illam prædicabant, dicentes: ô te felicem, Paulina, quæ Deo, Anubi, ſociata fuiſti; accidit autem poſteà, ut Mundus Paulinam conveniens ſic alloqueretur: felix es, Paulina, quæ magno Deo, Anubi, conjuncta fuiſti, hinc diſce, quæſò, ut, quemadmodum Deo petitionem haud denegaſti, ita nullius hominis preces reſpuas, & ſicuti arcana tua Deum non celaſti, ita nullius imposterùm rogationem recuſes, (14.) Deus enim ille magnus mihi dedit, quod tu mihi denegâſti, ipſe temet in templum deduxit ac te mihi tradidit, ut deſiderium meum tecum explere potuerim, tu voluntati meæ ſpontè morem gerere ac viginti millia drachmarum aurearum, quas tibi obtuli, accipere recuſaſti; Deus autem gratis ſine ulla pecunia petitioni meæ annuit, dum nomen meum erat Mundus, tu voluntati meæ obtemperare noluiſti; cùm verò Anubidis nomen adſumerem, omne deſiderium meum expleviſti, diſce igitur deinceps, Paulina, voluntati meæ obſequi. Cùm hæc audiſſet mulier, maximo illa dolore affecta fuit eò, quòd à juvene deluſa eſſet, remque omnem marito ſuo narravit, qui illam quidem accuſare non poterat, quia ipſo volente ac jubente in templum abierat, ſed Tiberius Cæſar, cùm ad illum ejus rei fama perlata eſſet, ſacerdotem interfici (15.) templumque dirui ac ſimulacra in Tyberim, fluvium, demergi juſſit; juvenem autem non interemit, nam nimio illum affectu & amore ergà mulierem id commiſiſſe dixit; eundem

אלוה במוני והאמן האשה והאמר אני
מאושרה בבנות אם יאהבני אלוה ועל
כן לא מנעה עצמה מהבחור וישכב
עמה עד הבקר ויהי בבקר והלך לביתה
שמחה מאד ותספר לבעלה את אשר
קרה לה ברוכל וישמח מאד האיש
ויאמר אשרנו כי פקד אותנו אלהים
וגם כל הנשים מאשרות אותה ואומרות
לה אשריך פאולינה שהתחברת עם
האלוה אנוב ויהי אחרי כן וילך מונקלוס
וידבר אל פאולינה לאמר אשריך פאולינה
אשר התחברת לאנוב האלוה הגדול
למדי נא מעתה באשר לא מנעת לאלוה
את שאלתו כן לא תמנעי לכל אדם
ובאשר לא חשבת מחסורך מאלהים כן
מעתה לא תחשוך לאדם שאלתו כי
האלוה הגדול הוא נתן לי את אשר
מנעת ממני אף כי הוא הביא אותך
בהיכל ונתנך אלי לעשות ממך תאותי
וחמאני לעשות חפצי ברצון ולקחת
מידי כ' אלף דרכמוני והב אשר הבאתי
לך והאלוה עשה בחנם שאלתי בלא
כסף וזהב ובהיות שמי מונקלוס לא
אבוז לעשו חפצי וכאשר המיבותי שמי
אנוב עשית כל חפצי למדי פאוליני
מעת והלאה לעשות כרצוני ובשמוע
האשה זה ותתעצב מאד כי נתעללו לאיש
ותספר לבעלה שלה ולא יכול לקטרג
עליה כי ברצונו הלכה והוא צוה עליה
ללכת ל הדוכל וישמע המלך תיבריאוס
קיסר וירונג את הבחן ויהרוס את
ההיכל

(14.) Confer. hic Egeſipp. lib. 2. de Bell. Jud. c. 4.
(15.) Joſephus dict. lib. 19. cap. 4. ſcribit, Tiberium juſſiſſe, ut ſacerdotes in crucem agerentur, confer. etiam Egeſipp. lib. 2. de Bell. Jud. c. 4.

ההיכל והצלמים הטביע בנהר טיבריאוס
ולא הרג הבחור כי אם יצדד גבר עליו
ואובת האשה בעזה בו אך הדיה אותו
למדחק על כן כתבנו הנבלה הזאת
הנעשי בימי טיבריאוס קיסר ולהודיע כי
בבל ארץ ממשלתו נעשו בימיו כדברים
האלה

dem tamen procul ab urbe in exilium egit. Hoc igitur flagitium, Tiberii Cæſaris ætate perpetratum, ideò hic perſcripſimus, ut notum fieret, ejusmodi ſcelera per omnem imperii illius ditionem commiſſa fuiſſe. (16.)

CAP. XLV.

ויהי אחרי כן הורידוס המלך וימלך
אנטיפטר את אחיו אשר הסיר את
שמו אורודוס גם הוא הרשיע לעשות
מכל אשר היו לפניו ולא עזב הועבה
שלא עשה וימלך אחת עשרה שנה על
ישראל והוא לקח אשה פוליפוס אחד
בעודנו חי לאשה והיו לה בנים מאחר
ויקחה לו לאשה ויהרוג רבים מחכמי
ישראל וגם הוא הרג את יוחנן כהן גדול
על אשר רבר ואמר לו אסור לך לקחת
אשת

MOrtuo igitur Archelao, Herodis regis filio, Antipas (1.) frater ejus, in regno ſucceſſit, adſumptô Herodis nomine, hic omnes, qui antè ipſum fuere reges improbitate ſuperavit nec ullum fuit ſcelus, quod non perpetraret; undecim autem annos ſuper populum Iſraëliticum regnavit, hic ipſe Antipas fratris ſui, Philippi, adhuc viventis, uxorem duxit (2.) in matrimonium, & quamvis illa ex ipſius fratre habuerit liberos, eandem tamen matrimonio ſibi junxit multosque è ſapientibus populi Iſraëlitici interfecit, Johannem (3.) quoque magnum ſacerdotem (4.) interemit,

(16.) Ut ex eo deformitas colligeretur Imperatoris, ſicut enim boni principis vita probitatis quædam præſcriptio & per univerſos vivendi forma eſt; ita Imperatoris colluvio lex flagitiorum eſt, verba ſunt Egeſippi lib. 2. de Bell. Jud. c. 5.

(1.) Hebr. אנטיפס ſic Munſteri codex rectius, quàm noſter, ubi legitur אנטיפטר Antipater, cæterum pro את אוקילוס, legendum puto: את ארקיל i.e. frater Archelai, nimirum ת pro ח, facili litteræ mutatione, ſic & Munſterus hic legit אחיו, i. e. frater ejus (Archelai, ſcil.) vid. quæ ſuprà h. l. 5. c. 43. n. 17. notata ſunt. confer. & infrà l. 6. c. 6. n. 22.

(2.) Vid. Joſeph. lib. 18. c. 7. atque Egeſipp. l. 2. de Bell. Jud. c. 5. & cap. 12. it. Joſippi Epitom. pag. mihi 191. confer. & ſupr. h. lib. 5. c. 43. n. 6. & 7.

(3.) Munſteri codex poſt: יוחנן ita legit: שבולה הגלה זו i. e. qui baptiſmum celebravit & in exilium actus eſt &c. reliqua hic interjecta in codice illo omiſſa ſunt, vid. num. ſequ. 7. h. cap ibique not.

(4.) Hebr. כהן גדול, ſic in noſtro codice hic habetur; quæ tamen in Munſteriano non leguntur, prout num. antec. 3. notatum eſt; nomen autem magni ſacerdotis Johanni hic tribuitur, non, quòd ſummus ſacerdos ſeu pontifex fuerit Judæorum; ſed quia vir magni fuit nominis & autoritatis multosque ex Judæis habuit aſſeclas, ſic & Luc. c. 1. v. 15. de illo dicitur: ἔσται μέγας erit magnus, confer. Zæmach David Part. 1. ad annum 770. Millen. 4. & Chron. Templi ſecundi fol. 54. col. 4. alleg. Will. Cave, in Antiqu. Apoſtol. Matth.

אשת אחיך פוליפוס לאשה ויהרגהו
הוא יוחנן אשר נטבל ויגלה תיבריאוס
קיסר מלך רומי את אורודוס לארץ ספרד
וימת שם: וימלוך תחתיו אגריפס בן
אריסתובלוס בן הורודוס הגדול וימלוך
עשרים ושלש שנה וביומיו מת תיבריאוס
קיסר וימלוך תחתיו גיוס אשר הרשיע
מכל אשר היו לפניו וקרא את שמו
אלוה: ויצו לעשות ולבנות לו מזבחות
בכל הארץ ולהזכיר שמו אלוה ולשבע
בשמו

(5.) quia dixerat: non licet tibi in matrimonio habere Philippi, fratris tui, uxorem, (6.) hac igitur de causa interfectus fuit Johannes, qui baptismo tinctus est; (7.) Tiberius autem Cæsar, Romanorum imperator, Herodem in Hispaniam relegavit (8.) ubi & vitam finiit, (9.) huic in regno successit Agrippas, filius Aristobuli, qui Herode Magno prognatus erat, regnavitque viginti ac tribus annis. (10.) Per eosdem dies mortuus est Tiberius Cæsar ac successorem in imperio habuit Cajum, (11.) hic omnes, qui antè ipsum fuerunt, imperatores sceleribus superavit, is ipse se Deum vocavit (12.) & per

(5.) Josephus dict. lib. 18. c. 7. scribit, Johannem in castellum Macherunta abductum ibique obtruncatum fuisse, confer. & Joh. Lightfooti Chorograph. Johanni præmissi cap. 3. §. 6. ubi de castello Macherunte plura. Hic Johannes Βαπτιστὴς vocatur à Josepho loco jam dicto, ac refert, vulgò creditum fuisse, Herodem Antipam ob Johannis cædem ab Areta, Arabum rege, clade affectum fuisse, confer. & Egesipp. lib. 2. de Bell. Jud. cap. 5. & cap. 12. it. Josippi Epitome pag. 191.

(6.) Eadem penè verba habentur apud Marc. c. 6. v. 17. vid. & Matth. c. 14. v. 3. & Luc. c. 3. v. 19. confer. & Egesipp. lib. 2. de Bell. Iud. c. 5. & c. 12.

(7.) Hebr. אשר נטבל, sic in nostro codice; sed rectius ut puto, Munsterianus habet: אשר עשה טבילה i. e. qui baptismum celebravit, vid. quæ num. antec. 3. notata sunt posse etiam dicere, participium Niphal hoc loco actionem denotare vel Drusio judice in parallelis sacris pag. 94. a. quin Rabbinis insolens non est, ejus conjugationis participium pro Benoni ponere. Sic legitur in Schemoth Rabba sect. 44. pag. 152. col. 4. parabola de rege, qui iratus conjugi spernit intercessoris pro ea preces ולא חזה נשמע לו quod sequenti statim linea tertia effertur: ולא חזה תמלך שומע לו i. e. neque illi rex obtemperavit, vid. Sebast. Snellii Dispur. ad R. Isaac Abrabanell. Thes. 31. confer. Versio Syriaca Matth. 10 v. 32. verb. נוראה i. e. confitetur. & ibid. v. 33. verb. נכפור i. e. abneget.

(8.) Idem refert Josephus lib. 2. de Bell. Iud. c. 16. à seipso tamen dissentire videtur in lib. 18. Antiqu. c. 9. ubi scribit, Herodem à Cajo Caligula Lugdunum, Galliæ oppidum, relegatum fuisse; sed priori sententiæ adstipulatur & Egesippus l. 2. de Bell. Iud. c. 5. & c. 12. & Josippi Epitome pag. 192.

(9.) Postquam undecim annis regnaverat, prout in Josippi Epitom. dict. pag. 192. habetur.

(10.) Vid. quæ infrà h. cap. n. 23. annotata sunt; omittitur autem hic magnificum illud præconium, quod Josephus lib. 18. c. 7. tribuit Servatori nostro, Jesu Christo, quod an Judæi ex Hebræo volumine eraserint, an ipse autor noster data operâ id omiserit, ne suis illudere videretur, incertum est, inquit Munsterus hic in notis: cæterum de hoc Josephi testimonio vid. inter alios Isa. Voss. Chronol. Sacr. c. 17. ubi illud defendit, nonnullis placet, assensum sustinere, confer. Dan. Huet. Demonstr. Evang. Propos. 3. n. 18. it Egesipp. de Bell. Iud. lib. 2. cap. 12. ac D. Thom. Ittigii Prolegom. ad novam Josephi Græco-Latini editionem, quæ Coloniæ anno 1691. typis excusa est.

(11.) Vid. Sueton. in ejus vita & Egesipp. dict. l. 2. c. 5. & 12. it. Josippi Epitom. pag. 192.

(12.) Suetonius in Ejus vita cap. 22. scribit, quòd Cajus consistens sæpè inter fratres Deos (Castorem & Pollucem) medium se adorandum adeuntibus exhibuerit & quidam eum Latialem Jovem consalutârint, templum etiam numini

בשמו כל אדם ויאותו לקולו כל גוים
ויבנו לו מזבחות וישבעו בשמו ויזכירוהו
בשוה רק היהודי לא אבו לשמוע לקולו
ויתעוררו על זה מלחמות ויאמרו היהודים
יהי נמות ולא נשמע לקולו ולא נעבוד
לו: בימים ההם שלחו אנשי ארץ
מצרים שליח אל גיוס מלך רומא וישמו
אפיון וגם ויהודים שלחו ממו בן ישליח
אל גיוס המלך וישמו פילו איש חכם
מאד אשר עשה ספרים הרבה: ויען
אפיון לפני גיוס מלך רומא ויאמר ב"א
הגיוס יזכירו שמך אלהים ויבנו לך
מזבחות וישבעו בשמך בשם אלהים רק
אלה היהודים לבדם: ויען אליו פילו
שליח היהודים ויאמר אמנם כי אנחנו
נאמין באלהי ישראל ולא נבנה מזבח
רק ליי' אלהינו ולא נזכיר שם אלהים
אחרים ולא נשבע זולתי ביי לבדו
ואנחנו נמסור נפשותינו למות ולא נשמע
לדבריכם: ויקצוף גיוס על פילו השליח
וישליכהו מלפניו בבזיון ויצא לחוץ
וידבר אל היהודים אשר היו מקוי אותו
בחצר המלכו' ויאמר אליהם רשובו
דרכיכם ושובו אל יי' בכל לבבכם כי
עת צרה הוא ויאמרו היהודים איש לאחיו
לא חסכו היו' כי עת צרה היא לישראל
כי קצף גיוס מלך רומא מאד אבל יש
רפואה

& per omnem terram altaria sibi exstrui nominisque sui, tanquam Dei, mentionem fieri jussit, voluit etiam, ut omnes homines per ipsius nomen jurarent, (13.) cunctæ igitur gentes illius mandato morem gesserunt eique altaria erexerunt & per ipsius nomen jurârunt ejusque, tanquàm Dei, mentionem fecerunt, soli Judæi illius præcepto obtemperare recusârunt (14.) cumque propterea bello peterentur, illi: moriamur potius, dixerunt, quàm ut Cæsari morem geramus eique obsequamur. Per eosdem dies Ægyptii legatum, Appionem nomine, (15.) miserunt ad Cajum, Romanorum Imperatorem, ad quem etiam Judæi legatum misere Philonem, virum valdè sapientem, qui multos composuit libros. Appion igitur coràm Cajo, Imperatore, hunc in modum verba fecit: omnes gentes nominis tui, tanquam Dei, mentionem faciunt ac tibi altaria erigunt & per nomen tuum Divinum jurant, exceptis hisce Judæis; Philo autem, Judæorum legatus, ei respondit: Deo Israëlis fideles sumus nec ullum exstruimus altare, nisi Domino, Deo nostro, neque nominis Deorum aliorum mentionem facimus, nec per alium quenquam, nisi per Deum nostrum, juramus paratique sumus, animas nostras profundere potius, quàm ut dictis vestris obediamus; Cajus autem Cæsar Philoni, Judæorum legato, valdè succensens eundem cum ignominia ac contemptu à se dimisit, (16.) is igitur, cùm exiisset, Judæos, in aula Imperatoria ipsum exspectantes, ita allocutus est: emendate vitam vestram & ad Dominum toto corde convertimini, quia tempus istud calamitosum est. Judæi itaque inter se dixerunt: nemo nostrum hodiè

num ini suo proprium & sacerdotes & excogitatissimas hostias instituerit, confer. etiam Joseph. Antiq. lib. 18. c. 10. & l. 2. de Bell. Jud. c. 17. ac Josippi Epitom. p. 192.

(13.) Consentit Josephus loc. alleg. vid. & Egesipp. lib. 2. de Bell. Jud. c. 5.

(14.) Tacitus Histor. lib. 5. c. 9. ita scribit: Judæi jussi à C. Cæsare effigiem ejus in Templo locare, arma potius sumpsere, quem motum Cæsaris mors diremit, confer. etiam Egesippus loc. alleg.

(15.) Idem refert Joseph. dict. lib. 18 cap. 10.

(16.) Confer. Joseph. Antiqu. d. lib. 18. c. 10. & 11. ut & de Bell. Jud. lib. 2. c. 17.

רפואה לדבר ועזרה באו ונשוב לעזרה
הראשונה הישנה עזרת אבותינו הוא מי
שהיו וילכו לבות התפלה ויקדשו צום
ויקראו עצרת שלש ימי ויקראו על מי
שהי ישרל בחוק ויעגם מי אלהי ישרל
בצום ובתפלה וידי ביום השלישי ויעד
מי על גיום את רוח גדודי וידלגו עלי
בחרבות שלופי וימיהוהו ויברחהו
ויקצצוהו חתיכות ותיכות עד אש לא
נתן ליקבר ויאכלו דבלבי את בשרו
ויגקו מי נקמת הדרדים מאת גיום קיסר
וימלוך התהיו בלאוויש קיסר וישלח
בלאוויש את פילו החכם את היהודים
אל ארצם בכבוד גדול וילכו יהושלם
ובל עם הארץ הרסו את המבצרות אשר
בנו על שם גיום מכל ארץ ישראל
וידי אגריפס מלך ישרל נבבר בעיני
בלאוויש קיסר מלך יומא מאד ויסרו
אגריפס והימים אשר מלך על ישראל
עשרים ושלש שנים וימלוך התהיו אגריפס
בנו וימלוך עשרים שנה וגם בלאוויש
מלך

hodiè sese ungat, angustiæ quippe nos premunt, nam Cajus, Romanorum Imperator, nobis valdè iratus est; (17.) sed remedium ejus rei nobis suppetit & auxilium, venite, confugiamus ad primum illud & vetus subsidium, quo patres nostri usi sunt, nimirùm ad Dominum, Deum nostrum. Judæi igitur Templum frequentantes indicto jejuniô concionem (18.) per triduum habuerunt, invocantes toto pectore Dominum, Deum Israëlis, qui etiam illorum precibus & jejuniis non defuit; sed tertio die militum animos adversùs Cajum excitavit, qui eum strictis gladiis adorti (19.) interfecerunt ac dilaniârunt & frustillatim conciderunt adeò, ut illius cadaver sepeliri non potuerit; (20) sed canes carnem ejus devorârint, sic Deus ultionem de Cajo Cæsare propter Judæos sumpsit; successit autem ei in Imperio Claudius (21.) Cæsar, qui Philonem sapientem atque Judæos magna cum gloria in patriam remisit. Cùm igitur illi Hierosolymam venissent, populus universus altaria, in honorem Caji exstructa, per omnem terram Israëliticam diruit: Agrippas verò, Judæorum rex, in magna fuit existimatione ac dignitate apud Claudium Cæsarem, Romanorum Imperatorem, (22.) is ipse Agrippas, cùm regno Israëlitico annis viginti tribus (23.) præfu-

(17.) Quomodo Cajus Petronium in Syriam adversus Judæos miserit, vid. Josephi. Antiq. l. 18. c. 11. & lib. 2. de Bell. Jud. c. 17.

(18.) Ita dictionem עצרת, quæ hic habetur, vertere volui, Lxx. Levit c. 23. v. 36. ἐξόδιον transtulerunt; Vulgata habet: cœtus atque collectæ, confer. Buxtorf. Lexic. Chald. fol. 1647. & R. Salomo ad Hose. c. 3. v. 3.

(19.) De cæde Caij Caligulæ vid. inter alios Sueton. in Ejus vita cap. 58. & Iosephi. Antiq. l. 19. c. 1. ac l. 2. de Bell. Iud. c. 18.

(20.) Suetonius in Ejus vita cap. 59. scribit, cadaver ejus in hortos Lamianos adsportatum & tumultuario rogo semiambustum levi cespite obrutum fuisse.

(21.) Hebr. קלאודיוס, ita hic Munsteri codex, quem potius secutus sum, quàm nostrum, ubi corruptè legitur: בלאוויש, vid. Iosephi. dict. lib. 19. c. 2. & l. 2. de Bell. Iud. c. 18. atque Egesipp. l. 2. de Excid. Hieros. c. 5. & 6. ac Iosippi Epitom. pag. 192. Tacitus Histor. lib. 5. cap. 9. scribit, quòd Claudius defunctis regibus (Iudaicis) aut ad modicum redactis Judæam provinciam equitibus Romanis aut libertis permiserit.

(22.) Vid. Iosephi. dict. lib. 19. c. 4. & lib. 2. de Bell. Iud. c. 18. atque Egesipp. lib. 2. de Excid. Hieros. c. 5. circà fin.

(23.) Vid. quæ suprà h. cap. n. 10. notata sunt; alii septem solùm annis eum regnâsse scribunt, confer. Alstedii Chronol. Tit. 9. ac Iosephi. Antiqu. lib. 19. c. 7. & lib. 2. de Bell. Iud. cap. 19. atque

מלך רומי בת וימלוך התהיו גיזן קיסר
בומי אגריפס זה בן אגריפס ובל ימי
מלכותו לא שקטו הארץ ממלחמות
מישואל עם רומיים עד גלות יהוה
לומאי הוא גלות הורבן בית המקדש
השני בשנת עשרים למלך אגריפס בחדש
החמישי הוא חדש אב בתשעה לחדש
ובימי אגריפס זה נחרב הבית ותתעוררו
מלחמות גדולות בכל ארץ יהודה ובכל
ארץ אדום וישחיתה ואבדה. ועשרים
שנה לא חדל אגריפס לשלול שלל
ולבוז בז ולהרוג נפשות ויצע בכל ארץ
אדום מצע גדולה פגרי מתים וגם ביהודה
סלה פגרים רבים עד כי עלה עליו פילוש
שר צבא דומא בחיל כבד וביזי הוקה ויך
את פרעיו וילכדהו ויאסרהו בנחשתים
ויוליכהו אל רומא ואת כי שלח פילוש
את

præfuisset, vitam cum morte commutavit, (24.) cui in regno successit Agrippas (25.) ejusdem filius, qui annis viginti (26.) regnavit; eodem tempore obiit etiam Claudius (27.) Romanorum Imperator, qui Neronem (28.) Cæsarem habuit successorem: quamdiu autem (29.) Agrippas iste, Agrippæ filius, vixit ac regno præfuit, nunquam bella inter populum Israëliticum & Romanos defuerunt, usque ad Judæorum, qui Romam abducti sunt, captivitatem; hæc est captivitas illa, (30.) quâ secundum Templum desolatum est, anno videlicèt vigesimo regni Agrippæ, die nono, mensis quinti, qui Ab (31.) dicitur. Hujus igitur Agrippæ ætate destructa fuit domus Sanctuarii & maxima per omnes Judææ ac Syriæ terras excitata fuere bella, (32.) quibus provinciæ illæ devastatæ ac desolatæ sunt. Isto viginti annorum spatio non destitit, Agrippas à præda ac spoliatione, ut & hominum cæde atque maximam interfectorum stragem per universam Syriam edidit, in Judæa quoque multa prostravit cadavera, donec Felix (33.) exercitus

atque infrà lib. 6. c. 6. n. 25. ac Iosippi Epitom. pag. 193. in codice Munsteriano annorum numerus hic planè omissus est.

(24.) De illius morte vid. Joseph. dict. lib. 19. c. 7. reliquit autem filium, Agrippam nomine, qui decimum septimum ætatis annum tunc temporis agebat & Romæ à Cæsare alebatur; fuit autem a Claudio missus in Judæam Cuspius Fadus, qui loco filiiminorennis regnum gubernaret, cui successit Felix, Præses, sub quo multæ seditiones in Judæa excitatæ fuerunt; interim Agrippa junior præfuit Tetrarchiæ Philippi, Bathaneæ & Trachonitidi, sub quo & Hierosolyma destructa fuit, ita Munsterus hic notavit.

(25.) Junior seu secundus dictus, vid. num. præced. 24. ibique not.

(26.) Alii viginti sex annis eum regnâsse scribunt vid. Alsted. Chronol. dict. Titul. 9. & infrà l. 6. c. 6. n. 26.

(27.) Hunc veneno occisum convenit; ubi autem & per quem dato, discrepat, ita Sueton. in Ejus vita c. 44. vid. & Joseph. Antiq. l. 20. c. 5.

(28.) Vid Josippi Epitom. p. 192. & Egesipp. l. 2. de Bell. Jud. c. 6.

(29.) Hæc & sequentia usque ad: hujus igitur Agrippæ ætate &c. absunt à codice Munsteriano.

(30.) De decem captivitatibus Iudæorum, quando illæ evenerint, vide Tractatum peculiarem, Josippi Epitomæ annexum, pag. 276 & seqq.

(31.) Is est Iulius mensis, quintus à Martio, vid. infrà l. 6. c. 7. n. 1.

(32.) Hic finitur editio Hebraica ejusque versio Latina, à Munstero edita Basileæ 1541. promisit ipse quidem, se etiam bellum Iudaicum seu excidium Hierosolymitanum, à Josepho Hebraicè conscriptum, Latinitate donaturum esse, sed vel morte vel alia impeditus ratione, illud, quantum quidem scio, non perfecit, confer. D. Thomæ Ittigii Prolegom. ad novam Iosephi editionem Græco-Latinam, quæ Coloniæ 1691. prodiit, fol. 17. b. circà fin.

(33.) Hic Antonius Felix per omnem sævitiam ac libidinem jus regium servili ingenio exercuit, Drusil-

ercitus Romani dux, maximas adversùs illum copias validamque manum eduxit ejusque milites grassatores concidit ipsumque cepit Agrippam atque catenis constrictum Romam misit; quamvis autem Felix Eleazarum (34.) latronem Romam abduci curaverit; non tamen à sangvine penitùs purgata fuit terra, quia Judæi mutuo inter sese odio exardescentes se invicem interimebant. Eodem tempore in media urbe Hierosolymitana & in omnibus plateis ac vicis ejus, imò in ipso Domini Templo maximum exortum est malum; (35.) accidit enim, ut, si quis fortè infenso ergà alterum esset animo, is grassatorum aliquem mercede conduceret, qui permodicum gladium utrimque acutum, (36.) cui nomen erat Sica, (37.) manu sub veste tegebat, sicarius igitur iste, dum in hominum turba fortè per plateam vel per ipsum Templum incedens eum deprehendebat, quem interficere sibi proposuerat, illius lateri in turba clàm appropinquabat eumque sicâ percutiens interficiebat, necquisquam scire poterat, quisnam percussor esset. (38.) Hujusmodi facinora quotidiè à grassatoribus istis, sicas portantibus, in urbe Hierosolymitana perpetrabantur, quapropter populus valdè ingemiscebat propter interfectorum cadavera & quia semper mortem antè oculos suos versari videbat, nec tamen percussorem perspicere poterat, qua de causa mortem illam cœcam vocabant eò, quòd videri non posset. (39.) Propter sicarios igitur istos ac grassatores populus in maxi-

את אלעזר הפרץ אל הומא לא טרר
את הארץ מרמים כי גדלה שנאת העם
איש באחיו לשנוא ולהרוג׳ או צמחה
רעה גדולה בקרב ירושלם בהוצותיה
ובכל שוקיה ובהיכל יי ודוה אם שונא
איש לרעהו וישכוח עליו רוצח מן הפריצים
ובידו חרב הדה קטנה בעל פיפיות הנקרא
סבין ויסתר הפרץ את הסבין החה בגדיו
ויבא בתוך המון העם בשוק או בהיכל
יי וימצא את האיש אשר יבקש להרוג
ויקרב אליו בתוך העם ויגש בצדי האיש
ויכהו בסבין וימיתהו ולא נודע מי הכהו
כה עשו תמיד בכל יום הוך ירושלם
נושאי הסכינים בתוך העם ויאנח העם
אנחת חללי׳ ודואי׳ תמיד בעיניה׳ את
המות והממית לא ראו עין כן קראו
למות הרואה מות עוזית אשר אין לה
עינים׳ ויירא העם מאד מפני הפריצי׳
בעלי הסכינים׳ כי קלים היו בעלי הסכינים
וממהרים במלאכתם ואומנים להרוג נפש
בעמתם ויהיו מחתכים ומאהבי׳ עם
בני אדם יום או יומים עד כי האמין לו
אד׳ עד כי הלך עמו בתוך העם ומכהו
בסכי׳ וימיתהו ויכבדהו לעיני העם ולא
נודע

maximo erat timore, (40.) nam sicarii illi facilè ac celeriter opus suum perficiebant ac versuti erant artifices cædis committendæ, hominibus enim sese associabant atque amicitiam per aliquot dies simulabant, donec aliquis fidem habens ejusmodi sicario unà cum illo in publicum prodibat; iste verò eundem posteà sicâ percutiebat atque interfectum palàm & in speciem deplorabat, adeò, ut nemo scire posset, quisnam interfector esset. Hac celeritate & astutia, quâ sicarii isti in cæde patranda improbè uti solebant, multi perimebantur, eodem mortis genere etiam Nathan (41.) sacerdos, vir justus, benignus ac probus sublatus atq; in medio Templi atrio interemptus est, nec deprehendi poterat, quisnam illum interfecisset, multi quoque alii itidem justi, probi ac sapientes viri iisdem diebus interfecti sunt, quapropter major sicariorum, quàm belli, metus erat, hominesque media in urbe armati ac loricâ induti propter sicarios incedebant; ast vili de plebe homines, quibus loricæ ob penuriam deerant, propter sicariorum metum unà cum uxoribus, liberis atque omnibus bonis suis Hierosolymâ egrediebantur & incertis sedibus vagabantur ob grassatores istos, qui posteà Felici, Romani exercitus duci, indicabant, quòd homines quidam Hierosolymis egressi sint, ut ab imperio Romano deficerent, quapropter Felix milites suos adversùs illos eduxit eosque unà cum uxoribus ac liberis ferrô interemit, (42.) adeò, ut nemo ex illis superstes remaneret.

נודע מי הכהו ומותו רבים בקלות
המעשה הזה ובערמת הרשע הזה׳ ואו
נהרג נתן הכהן איש צדיק וחסיד וטוב
ומת בתוך העזרה ולא נודע מי הכהו
ורבים כמהו צדיקים וחסידים וחכמים
נהרגו בימים ההם׳ והגדל אימת בעלי
הסכינים מאימת המלחמה וילכו העם
בקרב ירושלם איש איש כלי מלחמתו
בידו מלבש שריון מפני בעלי הסכינים
אבל מדלת העם שלא היה להם שריונים׳
יראו מפני הרבות בעלי הסכינים ויצאו
מירושלם עם נשיהם וטפם וכל אשר
להם וילכו ללכת הנה והנה לגור מפני
הרוצחים׳ ויאמרו הפריצים לפילוס שר
צבא רומי׳ כי הנה אנשי׳ יצאו מירושלם
למיד במלכות רומיכם וישלח פילוס
אחריהם חיל ויכם לפי הרב מאיש ועד
אשה מעולל ועד יונק לא נשאר מהם
עד אחד׳

Drusilla, Cleopatræ & Antonii nepte, in matrimonium acceptâ; ita Tacitus lib. 5. Histor. c. 9. confer. Joseph. Antiqu. lib. 20. c. 6. & lib. 2. de Bell. Jud. c. 22. atque Egesipp. l. 2. de Excid. Hieros. c. 6.

(34.) Vid. Joseph. & Egesipp. loc. alleg.

(35.) Confer; Joseph. dict. lib. 20. c. 7. & l. 2. de Bell. Jud. c. 23. atque Egesippus lib. 2. de Excid. Hieros. c. 6.

(36.) Josephus dict. lib. 20. cap. 7. & lib. 2. de Bell. Jud. c. 23. scribit, acinacibus Persarum similes fuisse sicas illas.

(37.) Unde etiam Sicarii dicti, de quibus vid. Titulus peculiaris in Digestis ad L. Cornel. de Sicar. confer. Josephus loc. alleg. atque Egesipp. de Bell. Jud. lib. 2. c. 6. it. infrà lib. 6. cap. 28. num. 3.

(38.) Funus in promptu; sed percussor latebat, uti scribit Egesippus dict. lib. 2. c. 6.

(39.) Sive: quòd mortis seu cædis autor videri non potuerit.

(40.) Mors in oculis, in animis timor erat, inquit Egesippus lib. 2. de Bell. Jud. c. 6.

(41.) Is fuit Ionathan, summus Pontifex, quem Felix, Judææ procurator, immisso percussore interemerat, de quo vid. Joseph. lib. 20. cap. 6. & lib. 2. de Bell. Jud. c. 23. atque Egesipp. lib. 2. de Excid. Hieros. c. 6.

(42.) Vid. hic Joseph. lib. 20. c. 6. & lib. 2. de Bell. Jud. cap. 23. juxtà Græc. atque Egesipp. lib. 2. de Excid Hieros. c. 6. in fin. Idem sequ. cap. 7. scribit, quòd Ægyptius quidam Pseudopropheta triginta ferè millia Judæorum sibi associaverit & quòd insolentia hæc ægrè compressa sit, confer. Actor. cap. 21. v. 38. ubi de Ægyptio quodam, qui 4000 sicarios in desertum eduxit, refertur. Idem Egesippus cap. sequ. 8. seditionem quandam narrat, Cæsareæ inter Judæos ac Gentiles ortam, ibidem etiam de Felicis successoribus, nimirum Festo & Albino, quem posteà Florus excepit, agitur.

LIBER SEXTUS.

CAP. I.

בעת ההוא נתעוררה מלחמה בין יהודים ורומיים כי מרדו היהודים ברומי בעבור פילוס שר צבא רומי כי הקשה עולו על היהודים ויעש נבלות בירושלם לשפוך דם נקי ולנאוף נשים ולענות בתולות בערי יהודה וברוע ושודד ואבוד ובעת הזאא באה ביונקי אחות אגריפס המלך להשתחוי ליי בירושלם ותרא והנה פילוס להוין את ישראל בתוקה על דבר דמם והרג מהם רבים בעזרה ותצא ביונקי לבכות ולהתחנן אל פילוס להמול על העם כי נכמרו רחמיה עליהם ולא חמל עליהם ויהי כמצחק באחות המלך בלכתה יחפה בהיכל יי ויתלעג עליה ושם נמצא בחור גבור חיל ושמו אלעזר

PEr idem tempus maximum exortum est bellum (1.) inter Judæos atque Romanos, Judæi enim à Romanis defecerant propter Felicem, (2.) Romani exercitûs ducem, qui Judæos nimio servitutis jugo præsserat multaque Hierosolymis commiserat flagitia, effuso sangvine innoxio, adulteriis ac stupris in urbibus Judaicis perpetratis, avaritia & rapinâ crudeliter exercitâ. Eodem tempore cùm Beronice (3.) Agrippæ regis soror, Hierosolymam venisset, ut ibi Dominum adoraret, Felix populum Israeliticum per vim propter tributorum exactionem oppressérat multosque Judæos in ipso Templi atrio interfecerat, quapropter Beronice ad misericordiam commota profusis lachrymis Felicem rogavit, (4.) ut populo parceret; sed nihil profecit, quin potius Felix illudere visus est regiæ sorori, dum illa in Templum Domini velata (5.) procedebat; fuit autem ibi juvenis quidam strenuus,

(1.) Bellum istud incepit anno secundo Gessii Flori procuratoris; duodecimo verò Neronis Imperatoris, prout scribit Iosephus Antiqu lib. 20. c. 9. & in Præfatione lib. de Bello Iudaico; fuit autem is annus decimus septimus regni Agrippæ mense Maio, sicuti idem refert Iosephus lib. 2. de Bell. Jud. c. 25. Tacitus Histor. l. 5. c. 10. ita scribit: duravit patientia Judæis usque ad Gessium Florum procuratorem, sub eo bellum ortum.

(2.) Josephus dict. lib. 20. c. 9. scribit, quòd Gessius Florus, Albini successor, Judæos tot malis afflixerit, ut illi tandem arma arripere coacti fuerint, idem refert lib. 2. de Bell. Jud. c. 24. 25. & sequ. confer. etiam Iosippi Epitom. p. 193.

(3.) Vid. Ioseph. lib. 2. de Bell. Iud. c. 26. & Egesippus lib. 2. de Excid. Hieros. c. 8. Hæc Beronice vocatur Βερνίκη Actor. c. 25. v. 13. & 23. confer. etiam Josippi Epitom. p. 194 initiâ l. 5. c. 28. n. 6. & c. 33. n. 4.

(4.) Egesippus dict. l. 2. de Bell. Iud. c. 8. scribit, non Felicem, sed Florum à Beronice rogatum fuisse, ut populo Iudaico parceret, quod verius puto.

(5.) Hoc nomine autor noster videtur innuere Talles seu phylacteria, quibus Iudæi orantes uti solebant, prout ipsis adhùc in more positum est, vid. Buxtorf. Synag. Iud. c. 9.

אלעזר בן ענני שהוה אביו כהן גדול ויהי בהוי לענני הכהן ואלעזר בנו איש בחור חוק ואמיץ לבב מאד וירא האלהים את כל אשר עשה פילוס לישראל ויקנא קנאה גדולה ויתקע בשופר ויאספו אליו אגודות בחורים ופריצי אנשי מלחמה ויעזור מלחמה ויתגר עם פילוס ועם גדודי רומי וילחמו בהם ויכו בהם מכה גדולה ויגבר אלעזר על פילוס וכל גדודיו סלה ארצה ויברח פילוס מיהושלים וילך פילוס לברו אל ארץ מצרים ויהי בנוסו מצא בדרך אגריפס המלך בא מהומי מאת נארון קיסר לבא ארץ יהודה ויספר לו את כל אשר קרהו עם בחורי היהודים כי אז בא המלך אגריפס ממצרים לירושלם והשלח אחותו ביונקיה אגרת אל אחיה המלך אגריפס להיות בעזרת היהודים וגם כל העם יצאו מירושלם לקראת המלך אגריפס דרך ששה ימים וישתחוו לו ויאמרו יחי אדונינו המלך אגריפס וידרוש המלך אגריפס את שלום העיר ואת שלום העם ויבא המלך בירושלי ועמו שני שרי רומים במרנהו גדוליס ויהי בבא אגריפס המלך בתוך ירושלם ויצעקו כל העם אל המלך צעקה גדולה ויאמרו הושיעה המלך ותרא ידך עמנו לעזרתינו כי לא נעבוד רומים עוד ויהי בשמוע המלך את הדברים ויחם המלך על העם ויחמול עליהם

us, Eleazarus (6.) nomine, Ananiæ Pontificis maximi filius, qui, dum pater ejus summo fungebatur sacerdotio, juvenis erat robore animique fortitudine insignis, is, postquàm calamitates vidit, quibus Felix populum Israeliticum affligebat, maximo Zelo commotus tubam inflavit, quô signo audito juvenum grassatorumque, ad bellum paratorum, catervæ ad illum convenerunt & instructa acie cum Felice atque militibus Romanis prælium commiserunt eorumque maximam ediderunt stragem, sic Eleazarus Felicem omnesque ipsius copias devicit atque humi prostravit, adeò, ut Felix solus, relicta Hierosolyma, in Ægyptum profugere coactus fuerit: hic, dum in itinere Agrippam regem, Româ à Nerone Cæsare venientem, deprehendit, (7.) omnia ei narravit, quæ sibi Hierosolymis evenissent, præterea Agrippæ regi, tunc temporis ex Ægypto revertenti, ut Hierosolymam proficisceretur, Beronice, soror ejus, literas miserat, quibus illum ad auxilium, Judæis ferendum, hortata erat; universus autem populus Agrippæ regi ex urbe Hierosolyma sexaginta stadiorum (8.) itinere obviam processit atque humi procumbens regem læta acclamatione excepit, dicens: vivat Dominus noster, rex Agrippas! Is igitur, postquàm de pace urbis populique incolumitate percunctatus est, Hierosolymam intravit, comitatus duobus magnis principibus Romanis; & statim atque rex oppidum ingressus est, universa multitudo maximo clamore sublato dixit: serva nos, rex, & auxilium fer nobis, non enim amplius subjecti erimus Romanis. Agrippas igitur, cùm hæc audisset, misertus est populi eique pepercit; sed sermo vulgi de Romanorum jugo excutiendo ei non placuit, quapropter populum Israëliticum & optimum

(6.) De isto Eleazaro vid. Ioseph. l. 2. de Bell. Iud. c. 30. ac Iosippi Epitom. p. 194.

(7.) Confer. hic Josippi Epitom. pag. 194. & seq.

(8.) Idem refert Egesippus l. 2. de Bell. Iud. c. 8. cæterum de dictione ריס, quæ hic habetur, vid. quæ suprà lib. 3. c. 17. n. 15. ac l. 5. c. 41. n. 6. dicta sunt.

mumquemq; ex illis Senioribus atq; Ananiam, Summum Sacerdotem, in atrium Templi (9.) convocavit eisque omnem Romanorum potentiam eorumque robur & imperii vires enarravit (10.) cunctasque gentes, à Romanis circumcircà vastatas ac funditus deletas, recensuit eosque rogavit, ne Romanos bello lacesserent neve reliquias populi Israëlitici perderent; præterea hæc quoque ad eosdem verba fecit: audite, fratres mei, atque dictis meis animum advertite, probè novi, quòd animis vestris maximus inhæreat dolor ac mœror, sicuti & ego vobiscum pariter excrucior atque dolore afficior, quòd viribus ad bellum adversùs Romanos gerendum destituamur; sed, si consilio meo obtemperaveritis, benè vobiscum agetur, nam ubi consilio locus datur, ibi etiam salus erit, suscipite in vos paululum temporis principum Romanorum jugum, donec literas de pace ad Cæsarem Neronem misero, ut principes illos à vobis removeat nec vosmet ipsos præproperè in libertatem vindicate, quia multi mortales, dum libertatem quæsiverunt, in gravem inciderunt servitutem, non pauci etiam è populo nostro improbi ac perversi bellum excitare cupiunt prælliisque delectantur atque hoc illorum studium est, ut improbitate sua bonos secum in exitium trahant. Propterea dictis meis obtemperate, nam, qui prudens est, is per se, quid conducat, intelliget; qui verò insipiens est, ille ex oratione mea prudentiam sibi comparet, quapropter silentium præstate, id enim & mihi & vobis utile erit, ut ego quietè loquar vosque auscultetis atque animum advertatis, (11.) quòd si non tacueritis, sed obstreperitis ac contentiones & rixas excitaveritis, duo perpetrabitis mala, alterum, quòd me loquentem interrumpetis, alterum, quòd aures

עליהם אבל הרע בעיני המלך אגריפס
מאד בשמעו את דברי' אשר דב ו
העם למרוד במלכות רומא ויאסוף העם
בעזרה בחצר ההיכל וכל זקני ישראל
הטובים שבהם והכהן הגדול ענני ויפ'
להם את כל גבורת רומיים ואת עוצם
ממלכתם ואת כל הגוי' אשר השה תו
סביב עד בלי השאיר שריד ופליט ויר חנן
אליה' לבלתי התגרות ברומיים ולבלתי
השחית את פליטת ישראל' וידבר
אליהם המלך עוד כדברים האלה לאמר
שמעו ואזינו אחי ידעתי כי מבאוב
גדול ועצב בלבבכם וגם אני אתעצב
ואדאג עמכם כי אולה ידינו להלחם
ברומי' אבל אם השמעו לעצתי או טוב
לכם כי במקו' העצה שם ההשוע' שאו
עליכם מעט את עול שרי רומא עד אשר
אשלה אגרת דברי שלום על ניארון
קיסר ויסר מעליכם את השרי' האלה
ואל תמרדו לצאת לחירות כי רבי' מבני
אדם בבקשם חירות יפלו בעבודה קשה
ורבים מעמינו רעים ובני בליעל מבקשי
לגרות מלחמות וישמחו במלחמו' כי זה
מעשיה' ויפלו הטובי ברעתם' על כן
שמעו דברי ומי שהוא חכם יבין מעצמו
ומי שהו' בסיל ילמוד מדברי על כן
תהיה לכם דממה ואז טוב לי ולכם כי
אני אדב' בנח' ואתם תשמעו ודבינו
ואם לא תהושו ותתנו קולכם להריב
ולהוכי

(9.) Egesippus lib. 2. de Bell. Iud. cap. 8. scribit, quòd Agrippas populum Iudaicum in locum quendam, Templo vicinum, qui Xystus dictus sit, convocaverit, confer. etiam Josippi Epitom. pag. 195.

(10.) Vid. Iosephum lib. 2. de Bell. Iud. c. 28. circà med. & Egesipp. lib. 2. de Excid. Hierosol. c. 9.

(11.) Confer. hic Egesipp. l. 2. de Bell. Iud. c. 9.

aures vestras impedietis, quò minùs dicta mea percipiant, quocircà iram vestram cohibete, donec literas ad Cæsarem misero, ut à vobis improbos istos principes (12.) removeat ac mansvetos vobis mittat præfectos, nam si mites fuerint gubernatores, id non servitutis, sed libertatis erit species; superbus autem rector graviorem reddit servitutem, quapropter animo vestro jam moderamini, nec præfectos vestros probris afficite, nam licèt illi sint improbi, tamen mala palàm committere erubescunt, eaque non nisi clàm & secretò perpetrant; si verò eosdem ignominiâ affeceritis, asperiores evadent & mala palàm perpetrabunt atque ex judicibus ac moderatoribus hostes fient & inimici vestri; jam verò improbus moderator hoste, quantumvis justo, melior est, ille enim homines clàm lædit, iste verò eosdem palàm perdit; quapropter cavete, ne rectores vestros lacessatis, feras considerate sylvestres, quæ sub hominum sunt custodia ac catenis constrictæ tenentur, nimirùm leones, ursos ac pardos, si bestias istas non provocaveris, illæ in te non irruent, sed quietè agent, nec lædent nec lancinabunt; si verò ad ferarum loca accesseris easque irritaveris, & ipsæ in te impetum facient & te aliosque multos simùl interficient, considerate febrim ardentem, si ab initio remedium intempestivè adhibueris, (13.) augebitur potius, quàm sanabitur morbus; si verò paulatim medicinam ei attuleris, fervor ejus sponte remittet ac tandem desinet, quocircà animi vestri impetum cohibete, ne Cæsarem totumque imperium Romanum ad bellum contrà vos excitetis, non enim perniciem & interitum vestrum qværit Cæsar, nec rectores illos ideò hûc misit, ut malum vobis inferant; sed, quia ipse ab occidente ad orientem usque videre non potest, (14.) nec ab urbe Roma ad hunc usque

ולהוכית שתי רעות תעשו כי תבריחו
מפי הדבור וגם מאזניו תבריחו שמוע
ולא תשמעו דברי. אבל האריכו אפכם
כי אשלח אגרת אל קיסר ויסר מעליכם
השרים האלה הרעי' וישלח לכם שוטרים
ענוים כי אם יהיו לכם שוטרים עגומים
יחשב לכם לחירות ולא לעבדות ואם
שוטר זדון הוא קשה העבודה. ועתה
תהיה לכם אריכות אפי' ולא תחרפו
אות' ואף כי רשעים הם כלימה יש להם
לעשו' רעה בגלוי אבל בסתר יעשו רעה
ואם תחרפו אתם יעיזו פניהם ויעשו
רעה בגלוי ומאשר הם שופטי' ושוטרי'
יהפכו להיות צרים ואויבים כי טוב
שוטר רשע מאויב צדיק כי זה בסתר
יאכל בני אדם אבל זה בגלוי ישחית
אדם ואל התגרו בהם בינו והדעו בחירות
היקר אשר הם הותת ידי בני אד' והם
בכבלי ברזל אזיות דובים ונמרים אם
לא תתגר בהם לא יתגרו בך ויגוחו ולא
ירעו ולא ישחיתו ואם תלך למקומותם
ותתגר בהם יתגרו בך והרגו אותך
ונפשו' רבות. בינו ותדעו מן הקדחת
אם בתחלת הקדחת תעשה לו רפואה
ביותר היא קשה ואם תעשה מעט תשכך
תמהה מעצמה ותסירה. ועתה תאריכו
אפכם פן יתעוררו עליכם קיסר וכל
מלכות רומיים למלחמה כי קיסר לא
יבקש דעתכם ולא שלח השוטרים האלה
להרע לכם אבל לא יראו עיניו ממערב
למזרח

(12.) Præfectos intelligit provinciæ Judaicæ ejusque rectores, sicuti paulò post in ipso sequitur textu.

13.) Quoad simile istud confer. etiam Egesipp. lib. 2. de Bell. Jud. c. 9.

(14.) Idem refert Egesippus dict. l. 2. c. 9.

que locum manus suas extendere valet (humano enim corpore præditus est) ideò ministris suis utitur. Expectate igitur, donec legatos ad Cæsarem mittam, ut rectores isti à vobis sine turbis ac bello sangvinisq; effusione removeantur, ac, quamvis Romanorum imperio obstinatè arma inferre velitis, vires tamen vobis desunt, quia Deus illis ubique terrarum auxilio fuit ipsique rerum domini sunt per universum orbem ac cunctæ gentes eis tamdiu obediunt, donec illorum quoque finis adveniat, omnes quoque populi ipsis servorum instar in bello præstò sunt, ac vires suas cum illis conjungunt. Quapropter audite nunc gentium à Romanis devictarum nomina, quæ dedecus esse haud putant, Romanorum obtemperare imperio. Gens quædam Athenienſis (15.) dicta, Græciam incolens, potens ac prævalida fuit, quæ domos suas atque urbem incendit, ne Xerxi, (16) Persarum regi, obediret, qui cum exercitu validissimo ac robustissimo & copiis penè innumerabilibus, quibus universa Asia vix sufficiebat, Athenienses invaserat, huic regi parvum videbatur mare capiendæ navium suarum multitudini isque angustum existimabat terræ spatium ferendis militum suorum copiis, nam superbus iste Persarum rex secum cogitabat, se militum suorum pedibus mare exsiccare idque aridum efficere, ac terram navium suarum multitudine opplere eamque maris instar efficere posse, (17) tantam ille arrogantiam animo suo conceperat propter exercitus sui multitudinem. Athenienses verò contrà regem istum copias suas eduxerunt præliumque cum ipso commiserunt multaque militum ejus cadavera humi prostraverunt adeò, ut ipse solus navigiolo aufugiens incolumis evaderet, is ipse Athenienſium populus, qui Xerxem, Persarum regem, devicit magnasque & prævalidas gentes subjugavit, Romanorum imperio jam subjectus est. (18.) Macedonum quoque genti, quæ quondam multa eaque præclara edidit facinora, jam princeps quidam Romanus, Agesilaus (19.) nomine, præest, à quo gens illa regitur, quæ etiam Romanorum, dominorum suorum, imperio lubens paret. Quapropter gens ista Macedonica, ut & populus Africanus, (20.) duo potentissima ac validissima regna, quæ quondam omnes terrarum gentes subegerant, jam dedecus esse non putant, Romanorum parere imperio, licèt anteà Romanos sibi subjicere in animum induxerint; nunc autem duo isti populi Romanis subjecti sunt, nec Philippo divitiæ, nec Alexandro fortitudo profuerunt: nam Philippus & Alexander Magnus Romanis (21.) parere noluerunt. Alexander itaque, cùm ei satis perspectum esset, se bello, cum Romanis gerendo, imparem fore, ex Macedonia aquilonem versùs (22.) arma vertit; omnis autem gentium multi-

למזרח ולא הגיע זה מרום ועד הנה כי
בשר אדם הוא ואכל אם התכוני ואשלח
מלאכי אל קיסר ולקחתי מעליכם את
השוטרי האלה בשלום בלא מלחמה
ובלא שפיכות דמים ואם תעיזו להלחם
במלכות הזמיר לא תוכלו כי אלהים
עמם בכל הארץ משופרה ועד קיצה
העולם מושלים וכל הגוי יעבדו להם
עד בא גם קצם וכל הגוים עובדי רומי
יחשבו וידם עמהם להלחם בם: ועתה
שמעו והאזינו שמועה הגוים אשר בישו
רומים ואין להם כלומה לעבוד רומים:
גוי דנקרא איתני דיושביים בארץ יון
גוי עז ואדיר אשר שרפו בהלים ועיהו
לבלתי ידדה בהם שרשן מלך פרס כי
בא עליה בחיל עצום ואדיר ובכבד מאד
ואין מספר לחולו ולא יבלה ארץ אשראה
להגין המון חילו ויקטן הם בעיניו לרכיל
המון אניותיו וקצרה את הארץ לשאת
המון חילו כי אמר שרשן מלך פרס
אחריב בכח פעמי עם המון חילי את
הים ואעשרו יבשה וגם אלך בהמון
אניותי בתוך הארץ ואעשה את הארץ
ים ויגבה לבי בהמון חילו: ויצאו איתני
לקראתו וילחמו יחד ושולו מהמון שרשן
מלך פרס פגרי רבים והוא ברח מעליהם
בספיני קטנה וימלט מדם ועתה האיתני
אשר גברו על שרשן מלך פרס ויכבשו
גוי

(15.) Ita hic intelligo ac verto nomen איתני, quod hic in codice nostro habetur, confer. Joseph. de Bell. Jud. lib 2. cap. 28. circà med. & Egesipp. lib. 2. de Excid. Hieros. c. 9.

(16.) Sic interpretor hic nomen שרשן, quod in exemplari nostro habetur, ubi nomina propria valdè corrupta leguntur, qua de re jam sæpè dictum est, confer. Joseph. & Egesippus loc. alleg. & Cornel. Nepos in vita Themistoclis.

(17.) Quem in terris navigantem, in fluctibus gradientem nec maria ceperunt nec terra sustinuit, verba sunt Egesippi lib. 2. de Bell. Jud. c. 9.

גוים גדולים ועצומים הם עתה
עבדים לרומיים: וגם גוי מקדון אשר
עשה גבורות הרבה אחד משרו ויומים
שולט בהם היום ושמו אגיסילה והוא
רודה בגוי ההוא והם אוהביים לעבוד
הרומיים ארוניהם: וגוי מקדון וגוי
אפיריו אשר הם שני מלכים אדירים
ועצומים אשר בישו כל גוי הארץ
ויכניעום עתה אין להם כלומה להיות
עבדים לרומיים כי לפנים הם בקשו
להבניע רומיים ועתה הם עבדים
לרומיים אלה כזני גוים עבדו לרומיים
ולא הועיל לפליפום עשרו ולא לאלכסנדר
גבורתו כי פליפום ואלכסנדרום הגדול
לא אבו לעבוד רומיים וידע כי לא יוכל
להלחם עמהם אלכסנדר ויבא מארץ
מקדון ופארת צפון וכל דמון גוים
הושיבים בפאת צפון עד הר השלג אינו
עיבד

(18.) Idem refert Egesippus dict. l. 2. c. 9.

(19.) Hebr. אגיסילה, ita hic in nostro codice; sed per errorem Agesilaus Romanus princeps appellatur, nam Josephus l. 2. de Bell. Jud. c. 28. circà med (unde videntur desumpta, quæ hic habentur) scribit, quòd Lacedæmones, licèt ad Thermopylas & Plataeas superiores extiterint & Agesilao ductore Asiam pervaserint; nunc tamen Romanis pareant, cui etiam Egesippus l. 2. de Excid. Hierosol. cap. 9. adstipulatur, quapropter autor noster vel ejus interpolator per imperitiam & nomina & tempora confudit.

(20.) Carthaginenses, ut puto, hic innuuntur, adstipulatur etiam Egesippus dict. l. 2. de Bell. Jud. c. 9.

(21.) Atqui Romanorum potentia tunc temporis non ita excreverat, ut duobus illis potentissimis regibus esset formidolosa, nonnulli Romam Alexandro ignotam fuisse scribunt, vid. Morn. de Verit. Rel. Christ. c. 8. & c. 25. circà med. Arrianus tamen de Expedit. Alex. Magn. lib. 7. princ. pag. 441. scribit, fuisse, qui dixerint, Alexandrum per Euxinum Pontum navigare voluisse in Scythas & Mæotim paludem, alios dixisse: in Siciliam & Japygium promontorium, jam tùm enim Romanorum nomen latè diffusum animum ejus commovisse, Idem Arrian. dict l. 7. pag. 476. (editionis Græco-Latinæ Amstelodami 1668. excusæ) refert, Aristum & Asclepiadem ex iis, qui de Alexandri rebus gestis scripserunt, dixisse, Romanos etiam legatos misisse, & Alexandrum, audita eorum legatione, jam de futura Romanorum potentia aliquid auguratum esse; vid. & num. seq. 23. & suprà l. 2. c. 15. n. 9.

(22.) Hebr. לפארת צפון, ita enim hic legendum, non: ופארת צפון, uti hactenus in vulgatis exemplaribus.

multitudo, quæ ad Septentrionem ad montes usque nivosos (23.) habitat, nemini, nisi Romanis, paret, omnes etiam gentes, meridiem versùs habitantes, usque ad montes arenosos (24.) semina quidem spargunt; sed Romani earundem messem metunt, universa quoque Æthiopia quique montes Eden incolunt, præterea omnis Chamarum gens ac Genijava (25.) atque cuncti transitus ad montes usque tenebrosos (26.) & ad maximum flumen Sabbathion (27.) Romanorum parent imperio; ipsum verò flumen transire non poterant Romani, quia nemini transitus eò loci patet, universæ quoq; Indorum regioni usque ad terram Zinim (28.) & ad ultimum usque orientem in finibus terræ Zinim, jam imperant Romani, præterea omnis regio Occidentalis usque ad terram Critan (29.) subjecta est ditioni

עובד לשום אדם רק לרומיים וכל פאת תימן עד הרי החול הם זרעו ורומיים יקצרו קציריהם׃ וכל ארץ כוש והרי ערן וכל גוי המרוס וגניי׳אוה וכל מעברו׳ ועד הרי החשׁ ועד גבול נהר סבטיון הגיע ממשלת רומא ולא יכלו לעבור כי אין שם מעבר לאדם וכל ארץ הודו עד ארץ צינים ועד גבורת מזרח שמש בקצה ארץ ציני׳ שלטו הים וכל ארץ מערב ועד ארץ קריתן אשר קבלה מלכות רומיים עובר דרכים הדשׁ׳ ובמקום אשר לא באה לעולם שם אניה הגיעו׃ יבאו באניותיהם ויעשו סחורה ויהנו מס לרומי׳

(23.) Alter (Alexander scil. Magnus) fugiens arma Romana usque ad regna Caspia & extrema subactæ Persidis atque Indorum secreta victor pervenit, Magni nomen obtinuit, quia maximos omnium non lacessivit, quem licet immatura mors triumpho Romanorum subtraxerit; servit tamen & ipse in posteris suis, verba sunt Egesippi lib. 2. de Bell. Jud. c. 9. confer. etiam num. antec. 22. ibique not.

(24.) Syrtes, ut puto, hic intelliguntur, de quibus vid. inter alios Solin. cap. 28. huic sententiæ meæ adstipulantes habeo Joseph. lib. 2. Bell. Jud. cap. 28. circà med. & Egesipp. de Excid. Hierosol. c. 9.

(25.) Hebr. חמרום וגנייאוה, sic in nostro codice, si quidem nomina non sunt corrupta; quinam verò isti fuerint populi, aliis jam inquirendum vel potius divinandum relinquo, fortè גנייאוה nomine hic intelligitur Genua, Egesippus dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 9. Sclavorum, Vandalorum & Hungarorum in hic Agrippæ oratione mentionem facit.

(26.) De hisce montibus tenebrosis eorumque fabulosa narratione vid. quæ suprà lib. 1. c. 21. n. 23. annotata sunt, confer. etiam lib. 2. cap. 16. n. 10. & 12. & R. Salom. ad Amos cap. 4. v. 3.

(27.) De hoc flumine multa fabulantur Rabbini, vid. præ aliis etiam Joseph. lib. 7. Bell. Jud. c. 13. & Dn. Hiobi Ludolfi Commentar. ad Histor. Æthiop. lib. 1. c. 8. num. 68. ac Joh. Ligtfooti Chorograph. Marco præmissa c. 6. §. 5. de hoc flumine Sabbathio videtur etiam loqui autor libelli, cujus inscriptio est: decem captivitates Judæorum, qui Josippi libro de Bello Judaico annexus est, ibi scribitur pag. 282. quòd Deus Levitas ætate Nebucadnezaris posuerit לאחר סמבטיוה׃ i. e. post Sambathiam (Sabbathion flumen hic intelligi puto,) confer. & P. Fagius in not. ad Paraphr. Chald. Deuter. cap. 30. v. 3.

(28.) Hebr. צינים, ita hic in nostro codice, quænam verò ista fuerit regio jam accuratius inquirere non vacat, apud Egesippum dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 9. sic scribitur: non miratur Indus gemmam suam aut Seres lanam suam, ad usum dominorum (Romanorum) exercentur illa, quare juxta Egesippum pro צינים videtur legendum צירים vel צירים, facili literarum mutatione, confer. quæ suprà lib. 2. c. 9. n. 8. de voce סינין notata sunt.

(29.) Hebr. קריתן, sic in nostro exemplari Hebraico, fortè Cretam, insulam, hic intelligit autor, quam opinionem meam confirmat Egesippus lib. 2. de

ditioni Romanorum, qui novas quoque invenerunt vias & navigiis suis eum ad locum, quò nulla unquam navis pervenit, advecti sunt, ibique mercaturam fecerunt atque tributum exegerunt. Ad Francorum (30.) quoque gentem prævalidam ac potentem & ad Burgundiæ (31.) populum, qui etiam fortissimus est, atque ad universam Germaniæ (32.) provinciam usque ad Oceanum & Britanniæ terram, in finibus orbis sitam, ut & ad Daniscos, (33) in Danemarcæ (34.) regione habitantes, (qui in medios Oceani fluctus sese abdiderunt, ne Romanorum jugo se submitterent) Romanum pertingit imperium, cui populi illi hodiè subjecti sunt, gens quoque Anglica (35.) & Irrlandica, quæ Irrlandiam insulam, medio in Oceano sitam, incolunt, hodiè Romanorum imperio parent. Populus quoque Pathros, (36.) cum quo fœdus iniistis, vobis

לרומיים׃ וגם גוי פרנקום גוי עז ואדיר וגוי בורגוניא עם עצום וכל ארץ גומ׳׳ניא ועד ים אוקיינוס וארץ ברטנייא קצה הארץ וגם דניסכי היושבי׳ בארץ טנמ׳׳רכא אשר התחבאו בתוך גלי הים אוקיינוס לבלתי יעבדו לרומי׳ הנה הגיע עריהם ממשלת רומא והם עבדים היום לרומי׳׃ וגוי אינגלישיש ואילנאש היושבים באי׳׳לנדא בתוך ים אוקיינוס באים היום עבדים לרומיים׃ וגם פתרוס אנשי בריתכם לא יעזרו לכם כי רומיים הבבידו עולם עליהם׃ ואל תאמרו בלבבכם כי רומיים הם במצרים וכערב אשר אתם נרוגים להלחם בהם כי

(30.) Francorum nomen tunc temporis Romanis cognitum fuisse valdè dubitatur; Galliam verò in provinciæ formam, ab ipsis redactam esse ex Jul. Cæsaris commentariis satis constat, confer. num. seq. 31. & suprà lib. 1. c. 1. n. 14. it. l. 5. c. 41. n. 10. vid. etiam Joseph. lib. 2. de Bell. Jud. c. 28. circà med. atque Egesipp. lib. 2. de Excid. Hierosol. c. 9.

(31.) An Burgundiæ nomen Josephi ætate notum fuerit, non levis est dubitatio, confer. num. antec. 30. & seq. 35.

(32.) Hebr. גרמנייא, sic enim hic pro ומנייא legendum puto; non tamen universam Germaniam à Romanis subactam esse ex Historicis, iis præsertim, qui de rebus Germaniæ scripserunt, notum est, vid. Cluver. de German. veter. & suprà lib. 5. c. 14. n. 9. apud Tacitum Annal. lib. 2. c. 22. legitur, quòd Cæsar Germanicus superato Arminio laudatis pro concione victoribus congeriem armorum struxerit superbo magis, quàm vero titulo: debellatis inter Rhenum Albimq; nationibus exercitum Tiberii Cæsaris ea monimenta Martì & Jovi & Augusto sacravisse.

(33.) De his vid. quæ suprà lib. 1. c. 1. num. 67. annotata sunt.

(34.) Hebr. טנמרכא, ita hic in nostro codice; sed ista recentioris ævi nomina Judæi interpolatoris manum arguunt, vid. etiam hic dict. lib. 1. cap. 1. num. 6. confer. & num. seq. 35. ibique not.

(35.) Nomina ista: Anglia & Irrlandia, cùm Josephi ætate non fuerint nota, recentiorem arguunt hic autorem vel ejusdem interpolatorem, vid. num. præced. 34. & suprà lib. 5. cap. 41. n. 10. ibique not. confer. etiam Josephus dict. l. 2. de Bell. Jud. c. 28. circà med. & Egesippus l. 2. de Excid. Hierosol. c. 9. ubi Britanniæ, insulæ, faciunt mentionem.

(36.) Hebr. פתרוס, ita hic in nostro codice; fuit autem Patros Ægypti regio, sicuti, præter alios, videre licet apud Jeremiam c. 44. v. 1. & Ezech. cap. 29. v. 14. & c. 30. v. 14. confer. quæ suprà lib. 2. c. 23. n. 2. de hoc nomine notata sunt, si quis conjecturis locus pro פתרוס transpositis literis legendum erit פרתוס i. e. Parthos, quam opini-

non erit auxilio, quia gravi Romanorum jugo premitur. Neque etiam vobis in mentem veniat, Romanos similes esse Ægyptiis & Arabibus, cum quibus bellum gerere consveistis; Romani enim armorum tractandorum peritiâ sunt admirabiles ac divitiis populos omnes superant, quia cunctarum gentium opes ad se traxerunt, nolite etiam muris urbis Hierosolymitanæ confidere, Romani quippe etiam ipsius Oceani mœnia perfregerunt.

כי הם משוגים בכלי מלחמתם וחוב עושם מרוב עושר כל הגוים כי הם לקחו עושר כל הגוים ואל יבטח אתכם החומת ירושלם כי רומיים העמיקו ים אוקיינוס שברו׳

CAP. II.

Multa insuper adjecit Aprippas, quæ hic scripta non sunt, is ipse hunc in modum amplius loquebatur: bonum vobis, ô fratres mei, perquam bonum vobis erit, (1.) dum naves adhùc stant in portu Cæsareæ, (2.) ut à tempestate vitam vestram custodiatis; (3.) si verò in mare æstuosum delati fueritis, jam non amplius in vestra erit potestate, tempestatem evitare ac fluctus maris undosi declinare, nullus enim aderit portus, ubi tutò quiescere possitis; sed procella & metus mortis instabit. Perpendite, dicebat rex amplius, amorem patriæ vestræ, liberorum, uxorum, infantum ac templi & Sacerdotum vestrorum miseremini, ne omnia in perniciem atque ruinam pertinaciâ vestrâ trahatis, (4.) attendite animumque advertite dictis meis, quia salutem vobis proposui, pacem, quam ego cum Romanis inivi, vobis quoque commendavi, si quidem obtemperaveritis, ego vobiscum ero; si verò bellum elegeritis, vos soli illud geretis, in pace ambo conjuncti, in bello separati erimus.

ויוסף עוד אגריפס לדבר דברים רבים אשר לא בתבנו פה וידבר עוד אגריפס לאמר טוב לכם אוהבי טוב לכם ועוד אנושת במחוז קיסריה עומדו׳ לשמיר נפשכם מן המלחמה כי באשר תבא בפלג הים אין להשמר מן הסערה מגלי הים אשר לפלג כי אין מחוז לנוח כי אם סערו׳ ופחד המות׳ ויאמר עוד שימו לבבכם על אהבת ארצכם ואהבת בניכם ונשיכם וטפכם ואהבת מקדשיכם ואהבת בהניכם וחמלו עליהם פן תשתתון הבל במעשה ידיכם ושימו לבבכם על דברי כי דברתי תשועת נפשכם באזניכם השלום אשר בחרתי לי עם הרומיים דברתי לכם׳ אם תשמעו ותעשו שלום אני עמכם יחד ואם מלחמה תברורו אתם

pinionem meam confirmat Josephus dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 28. circà med. & Egesipp. lib. 2. de Excid. Hierosol. cap. 9. ubi etiam Parthorum fit mentio.

(1.) Nimirum, ut imminentem tempestatem præcaveatis, nec Romanos adeò potentes bello lacessatis, vid. paulò post num. 3. ibique not.

(2.) Confer. Joseph. lib. 2. de Bell. Jud. c. 28. circa fin.

(3.) Bonum est, charissimi, bonum est, prævidere tempestatem futuram nec imminentibus quemquam sese objectare periculis, ne, cum in altum processeris, jam naufragium non possis cavere, ita Egesipp. lib. 2. de Bell. Jud. c. 9.

(4.) Idem scribit Egesippus dict. lib. 2. c. 9.

אתם לבדכם עשו אם השלום אני ואתם ואם מלחמה תרון ממני וישא קולו אגריפס ויבך ויבכו עמו כל הזקנים והרבנים מזקני ישראל הטובים וגם ענני הכהן הגדול בכה אבל אלעזר בנו הגבור ועמו יד רבה וזרוע מאד מבחורי הפריצים לא בכו ולא שמעו ולא הטו אזנם להם וילכו פתאום בחרבות׳ שלופות עלי שרי הרומי׳ אשר באו עם אגריפס המלך מן רומא וירדפום ואת כל אנשיהם דבאי׳ עמהם וכל המונם וישי עם אגריפס הלך בירושלם וביהודה׳ ובראותם זקני יהודה דבר זה וכל החכמים והחסידים שברם ברחו מירושלם כי היו יראים מניאזרן קיטר מן אנטיוכיה רומיים וילכדו את מצודת ציון וישבו שם כי לא רצו הזקנים והחכמים והחסידים להיות בעצה אחת עם הרומי׳ והגדל המלחמה בין הפריצים ובין החכמים וילכדו הפריצי׳ את היכל יי׳ וישמעו אלעזר וכל חבורו הנלוים אליו כי נסו וקני העם וראשיהם וכי הם בהר ציון וילכו אליהם וישחיתו מהם עם רב מאד׳ יתגבר יהם על החכמים והזקנים׳ ויראו המלך אגריפס כי גדלה יד הפריצי׳ מאד מהם ויראו ממהנות

rimus. Posteà rex Agrippas sublata voce lachrymatus est & cum illo omnes seniores ac sapientes populi Israëlitici, qui probi erant, ipse quoque Ananias, summus Sacerdos, lachrymas profudit; Eleazarus autem (5.) ipsius filius, vir fortis & unà cum illo magna ac prævalida grassatorum (6.) manus haudquaquam fleverunt, multò minus auscultârunt aut morem illis gesserunt, sed repentè strictis gladiis Romanos principes, qui cum Agrippa ab urbe Roma venerant, adorti sunt & tàm illos, quàm eorundem comites atque omnem ipsorum multitudinem, quæ cum Agrippa rege Hierosolymis & in Judæa erat, interfecerunt, quô cognitô Seniores Judæi omnesque sapientes ac probi inter illos viri Hierosolymâ aufugerunt (quia Neronis & Romanorum crudelitatem pertimescebant) & arcem Zionis (7.) occupârunt ibique habitârunt, seniores quippe ac sapientes & probi viri grassatorum (8.) consilium sequi noluerunt, quapropter grave inter utramque partem exortum est bellum; grassatores autem Templum Domini occupârunt. Posteà Eleazarus omnesque, qui illum sequebantur & ab ipsius partibus stabant, cùm audissent, quòd seniores populi ejusque principes profugissent & montem Zionis occupâssent, eosdem adorti sunt multosque ex illis interemerunt & sapientes ac seniores superârunt. (9.) Agrippas verò animadvertens, grassatorum potentiam indies magis magisque augeri, contrà seniorum vires imminui, duos ex castris suis, quæ

(5.) De hoc Eleazaro vid. etiam Joseph. lib. 2. de Bell. Jud. cap. 30. & Egesippus lib. 2. de Excid Hierosol. c. 10. ac Josippi Epitom. pag. 195. & seq. confer. & infrà h. lib. 6. c. 7. n. 3.

(6.) Ita hic dictionem פריצים vertere volui, vid. quæ suprà lib. 2. c. 8. n. 11. & lib. 4. c. 10. n. 17. dicta sunt, Lxx. interpretes vocem illam Danielis c. 11. v. 14. transtulerunt λοιμοὺς, viros pestiferos, Josephus plerumque nominat illos λῃστὰς, latrones ac στασιαστὰς, seditiosos.

(7.) In Josippi Epitome p. 196. scribitur, quod illi אל הר צירון i. e ad montem Zidon profugerint, nisi fortè erratum typographicum ibidem intervenit.

(8.) Hebr. הפריצים, ita enim hic potius legendum puto, quam הרומיים i. e. Romanorum, prout hic in vulgatis exemplaribus habetur.

(9.) Confer. hic Joseph. lib. 2. de Bell. Jud. c. 31. & Egesipp. lib. 2. de Excid. Hierosol. c. 10. ac Josippi Epitom. p. 196.

quæ extra urbem posita erant, duces fortissimos, quorum unus Darius, (10.) alter Philippus vocabatur, misit unà cum sex millibus (11.) militum, qui senioribus & sapientibus omnibusque pacem quærentibus suppetias ferrent. Isti igitur Eleazarum ac juvenes grassatores, qui ab ejus parte stabant, devicerunt illisque ingentem cladem intulerunt, atque præliò septem diebus (12.) continuatò tandem grassatores superârunt eosque in fugam verterunt & ad Templum usque eosdem subinde cædendo persecuti sunt. Ab hoc itaque die ac deinceps atrox exortum est bellum inter Eleazarum ac grassatores & inter Agrippam regem ejusque exercitum ac seniores, sapientes atque principes, qui cum illis faciebant; duces autem regis Agrippæ & unà cum illis milites regii in Templum usque penetrârunt; sed sicarii, qui inter grassatores erant, à tergo regios adorti in Templo mediam eorundem aciem irruperunt atque illos hinc & illinc sicis suis percusserunt, nam regii milites hastas gerebant ac gladios magnos, quos in hostes stringebant, sicuti in bello moris est; ast sicarii, quibus parvi erant gladii, regios adorti eosdem sub lorica transfixerunt, hoc modo multi ex regis militibus, qui in Templum Domini venerant, ceciderunt, quò factò grassatores iterùm superiores evaserunt atque inter regios maximam ediderunt stragem, (13.) quapropter illi in fugam versi Hierosolymà egressi sunt & unà cum eis Darius atque Philippus, regii duces, ut & Seniores ac sapientes, quos etiam cuncti, qui pacem amabant, secuti sunt & ad Agrippam, regem, venerunt; Eleazarus autem, Ananiæ filius, ac juvenes grassatores Hierosolymis in suam ipsorum perniciem dominati sunt.

CAP.

(10.) Idem scribunt Josephus & Egesippuss loc. alleg.

(11.) Josephus dict. lib. 2. c. 31. scribit, Agrippam 3000. equites populo Hierosolymitano contrà grassatores auxilio misisse, cui etiam Egesippus eod. lib. 2. de Bell. Jud. cap. 10. adstipulatur; vid. tamen Josippi Epitom. pag. 197. qui autori nostro consentit.

(12.) Vid. Josephus & Egesippus loc. allegat.

(13.) Idem refertur in Josippi Epitome pag. 197.

במחנה אל מחץ לעיר וישלח שני שלישים גבורים שם האחד דיוש ושם השני פליפוס ועמהם ששת אלפים אנשי חיל לעזור את הזקנים והחכמים ואת כל מבקשי השלום ויגברו על אלעזר ועל בחורי הפריצים חבריו ויכו בהם מכה גדולה וילחמו שבעת ימי' ויגברו על הפריצים ויבריחום הלוך והכות עד ההיכל וחדו מלחמה חזקה מאוחו יום והלאה בין אלעזר וחבריו הפריצים ובין אגריפס המלך והילו והזקנים והחכמים והשרים אשר אתם׃ ויבאו שרי המלך אגריפס בהיכל ועמהם גדודי המלך וידלגו עליהם מאחור נושאי הסכינים אשר לפריצים ויבאו בתוך אגודת חיל המלך אשר בהיכל ו' ויכו בסביניס הנה והנה בחיל המלך כי תיתרות וחרבות גדולו' היו שלופות ביד גבורי המלך בתוך המלחמה אבל נושאי הסכינים כאשר היו קטני באו התחיה' וידקרו תוך שריון ויפלו רבים מחיל המלך הבאי בהיכל ו' ויזגבר עוד יד הפריצים ויכו בהם מכה רבה מאד ויברחו ויצאו חיל המלך מירושלם ועמהם דיוש ופליפוס שרי המלך ועמהם הוקנים והחכמים וכל מבקשי השלום וילכו אל אגריפס המלך ואלעזר בן ענני ובחורי הפריצים משלו על ירושלם לרעים׃

CAP. III.

GRassatorum verò improbitas quotidiè in urbe crevit, adeò, ut domum regis Agrippæ, quæ Hierosolymis erat, incenderent (1.) omnesque illius thesauros ac gazophylacia ut & res pretiosas, tàm ab ipso, quàm à majoribus ejus collectas, diriperent cunctaque creditorum ac debitorum documenta & chirographa, quæ in regis Agrippæ palatio erant, comburerent, præterea domum Beronicæ, sororis regis, igne consumpserunt omnesque opifices regios interemerunt; sic grassatorum dominatio Hierosolymis prævaluit. Per eosdem dies Judæi Syris permixti in omnibus Syriæ urbibus habitârunt; sed bellum inter illos in cunctis Syriæ oppidis exortum est, quapropter Cæsareenses Romanorum copias in urbem suam introduxerunt atque omnes Judæos, in urbe deprehensos, interfecerunt; (2.) Damasceni quoque unanimi consensu consilium inierunt interficiendi Judæos, (3.) qui inter ipsos erant, quam rem adeò occultârunt, ut ne quidem uxoribus suis illam revelarent, quia multæ ex ipsis legem Judaicam observabant & statuta populi Israëlitici custodiebant. Quamobrem Syri nocte illa surgentes, occupatis viis, ut & urbis ædiumque accessibus, decem ferè millia (4.) Judæorum interfecerunt, quia Syri armis instructi erant; Judæi verò in lectis suis cubantes nudi & inermes opprimebantur, ignari, quid ageretur. Quapropter Judæi, qui Hierosolymis erant, cùm atrox istud factum, à Syris in terra sua adversùs Judæos perpetratum, audissent, arreptis armis Damascum festinârunt,

להעיל רעת הפריצים בקרב ירושלם וישרפו את בית המלך אגריפס אשר בירושלם ואת כל אוצרותיו וכל בתי גנזיו ומתמרוי בחזו לה׳ ואת כל אשי אצרו אבותיו וישרפו את כל כתבי החובו׳ ואת כל שטרי הלואו אש׳ בבית המלך אגריפס וישרפו את בית בירוניקה אחו׳ המלך ואת כל אומני עושי המלאכת אשר למלך השחיתו ותגדל ממשלתם בירושלם׃ בימים ההם היו בכל ערי ארם יהודים וארמיים יושבי׳ יחד ותחגר מלחמה בין היהודים ובין ארמיים בכל ערי ארם וגם אנשי קסריא הביאו חיל רומיים העירה עליהם וידרכו כל היהודים אשר מצאו בעיר׳ וגם אנשי דמשק נועצו לב יחדיו להרוג את כל היהודים אשר בתוכם ויכסו את פורם ולא גלוהו לנשיהם כי רובם היו שומרים את תורת היהודים וחוקי ישראל הוו נוצרים׃ ויהי בלילה ההוא ויקומו הארמיי וילכדו את הרחבי׳ ואת מבואות העיר ואת הבתי׳ ויהרגו מהם בעשרת אלפים יהודים כי הארמיי׳ איש כלי מלחמתו בידו והיהודים שוכבים על מטתם עיומים ולא ידעו את הדבר׃ וישמעו

(1.) Consentit Josephus dict. l. 2. de Bell. Jud. c. 31. circà fin. & Egesippus lib. 2. de Excid. Hieros. c. 10. atque Josippi Epitom. p. 197.

(2.) Idem refert Josephus dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 32. circà fin. & Egesipp. lib. 2. de Excid. Hieros. c. 11. atque Josippi Epitom. p. 198.

(3.) Vid. Joseph. eod. lib. 2. c. 41. & Egesipp. dict. lib. 2. c. 16. atque Josippi Epitom. 198.

(4.) Consentit Josephus loc. alleg. & Egesippus lib. 2. de Bell. Jud. c. 17. princ. ac Josippi Epitom. pag. alleg.

וישמעו היהודים אשר היו בירושלים את
כל הרעה אשר עשו הארמיים לכל
היהודים בארצם ויחגרו את כלי מלחמתם
וירוצו אל המשק כאריו וכדובים שכולים
בהרון את ובקיף גדול וישרפו טירותם
באש ויבו ארצ אנשי המשק לפי חרב
באיש ועד אשה מעולל ועד יונק מושר
ועד שה מגמל ועד חמור׳ וכה עשו
בדביום מערי הארמיים כי הכו אותם
לפי חרב ולא חמלו על זקן ועל אשה
ולא חמלו עֿל ילד ויקטן כי את כלם
הרגו באכזריות והפילו מהארמי בהרג
עריהם במפלה גדולה כי זקיהם
ועולליהם וינקיהם הרגו עד אשר
הזנקים משדי אמם הרגו וחבאש ארץ
אדם מריח הרוגיה כי אין להם קובר כי
השחיתו היהודים את כל ארץ אדם
וישמידוה׳ ולולי בסתיאום שר צבא
ממשלה הומא אשר הציל את ארץ אדם
מיד היהודים גו אבד כל וכר ארץ אדם
וכל ארץ עובא׳ ויסעו כל עם יהודים
מאדם לבא אל ארץ יהודה ויבואו אל
עיר שטיפולי אשר לארם להלחם
עליה כי הוא נשאדה בארם כי הוא
עיר מבצר׳ ובעת הזאת יהודים וארמיים
יושבים

runt, irâ atque indignatione commoti, non secùs, ac leones atq; ursi, quibus catuli sunt ablati, atq; Damascenorum castella incenderunt omnesq; incolas Damasci, tàm viros, quàm mulieres, ut & parvulos, infantes, boves, oves, camelos atq; asinos interemerunt, eodem modo multas Syriæ urbes tractârunt Judæi easque ferrô deleverunt & nec seni nec mulieri, nec parvulo nec infanti pepercerunt; sed omnes crudeliter interfecerunt Syrorumque maximam stragem in illorum oppidis ediderunt, (5.) quia senes unà cum parvulis & infantibus interemerant adeò, ut lactentes ab uberibus matrum suarum abstractos interfecerint, terraque Syriæ ob cadavera interempta fœtore corrupta fuerit, cùm nemo esset, qui illa sepeliret, Judæi enim omnem Syriæ regionem devastârant eamque desolaverant, ac nisi Cestius, (6.) exercitus imperii Romani dux, terram Syriæ è Judæorum manibus eripuisset, omnis Syrorum ac terræ Zobæ memoria penitus deleta fuisset. Postcà universus Judæorum exercitus castra movit è Syria, ut in Judæam reverteretur; pervenit autem ad urbem Syrorum, Scythopolim, (7.) ut illam oppugnaret, ea enim urbs, quia munita erat, in Syria superstes remanserat; habitârunt autem tunc temporis in eodem oppido Judæi Syris permixti; Judæorum itaque exercitus urbi approprinquans pacem obtulit Judæis, inter Syros habitantibus; Judæi verò Scythopolim incolentes pacem à fratribus oblatam non solum rejecerunt, sed etiam maledictis acerbissimis, contumeliis ac probris eosdem

(5.) Vid. Joseph. dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 33. circà fin. & Egesipp. lib. 2. de Excid. Hierosol. c. 11. ac Josippi Epitom. pag. 198. & seq.

(6.) Hic Cestius Gallus dictus fuit, quem Nero præsidem in Syriam miserat, vid. Joseph. Antiq. l. 20. c. 8. & Egesipp. lib. 2. de Bell. Jud. c. 14 Tacitus Histor. l. 5. c. 10. scribit, quòd Cestium Gallum, Syriæ legatum, Judaicum bellum comprimere cœptantem, varia prælia ac sæpius adversa exceperint, confer. etiam infrà h. l. 6. c. 5. n. 1.

(7.) Hebr. שטיפולי, ita juxtà Munsteri codicem supr. l. 4. c. 5. n. 6. & c. 22. n. 5. rectius legitur, quàm in nostro, ubi corruptum habetur nomen: שטיפוני, confer. Joseph. l. 2. de Bell. Jud. c. 34. & Egesipp. l. 2. de Excid. Hierosol. c. 17. ac Josippi Epitom. p. 199. Idem Egesippus l. 3. c. 19. urbem istam prolixè describit.

וישבים שם יחד ויבואו חיל יהודה לכני
העיר ויקראו אל היהודים היושבים
ביניהם לשלום׳ והיהודים יושבי שטיפולי
לא ענו לאחיהם שלום אמנם קללות
ומרורות וחרפות וגדופות כי היהודים
אשר היו שם עם הארמיים ושבים יחד
באחים ודבם משבט לוי היו וגודל נפש
היה להם׳ ויאמרו להם חיל יהודה
לשלומכם באנו ולעזרתכ׳ ועתה היהודים
אש׳ בשטיפולי לא נקבל שלומכם ולא
עזרתכ׳ ויבאו בן חיל יהוד׳ ויאמרו לנסוע
וללכת לירושלם ולשבת שם כי היה שם
אתם בסף וזהב אשר אין מספר לו אשר
הביאו מארם׳ והארמיים יושבים שטיפולי
אמרו איש אל רעהו הנה היהודים ישובו
להלחם בנו ואלה היהודים היושבים
בתוכנו אולי יעשו עמנו שלום ויהנו
את העיר ביחד ויעשו בנו נקמות כמו
שעשו ליהר עם עיר אדם׳ ויאמרו אל
היהודים היושבים בתוכם שמענו שחיל
יהודה ישובו להלח׳ בנו ועתה צאו
לכם מהעיר עם נשיכם ובניכם וטפכם
ושבו ביער הקרוב לעיר הזאת עד ישוב
מעלינו חיל יהודה הבא להלחם בנו
ושבתם אלינו ויעשו כן היהודים ויצאו
מהעיר וישבו ביער׳

dem affecerunt: nam Judæi, qui ibidem Syris permixti erant, tanquàm fratres simùl habitabant, quorum plerique è tribu Levitica erant atque animi ferociâ superbiebant; exercitus autem Judaicus eosdem sic allocutus est: pacis gratiâ & ut vobis auxilio essemus, hûc advenimus; ast Judæi, Stythopolim incolentes responderunt: pacem vestram non accipimus nec auxilio vestro opus habemus, Judæorum igitur copiæ, cùm hæc audissent, consilium inter sese inierunt, ut castris motis Hierosolymam reverterentur ibique degerent, quia immensam auri argentique copiam, è Syria abductam, secum ferebant: Syri autem Scythopolin incolentes inter sese dixerunt: en Judæi denuò nos oppugnabunt, ac fortassis Judæi isti, qui nobiscum oppidum inhabitant, pacem cum illis facient urbemque nostram ipsis tradent, qui posteà eandem in nos vindictam, quâ ergà cæterarum Syriæ urbium populum usi sunt, exercebunt; quamobrem illi Judæis simùl habitantibus dixerunt: fama ad nos perlata est, quòd Judæorum exercitus ad nos oppugnandos denuò hûc venturus sit, quocircà egredimini ex urbe unà cum uxoribus, liberis ac parvulis vestris & in sylva, urbi huic vicinâ, tamdiu subsistite, (8.) donec exercitus Judaicus, qui nos oppugnaturus est, copias suas à nobis abduxerit, posteà revertendi facultas vobis concessa erit, his dictis Judæi obtemperantes urbe egressi & in sylva commorati sunt.

(8.) Vid. hic Josephus dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 34. & Egesipp. l. 2. de Excid. Hierosol. c. 17. ac Josippi Epitom. pag. 199. & seq.

CAP. IV.

FUlit autem ibi juvenis quidam, nomine Simeon, (1.) grassator prævalidus, procerâ corporis staturâ, audaciâ robustisque lacertis ac viribus pollens, qui multos è populo Judaico perdiderat, ut sese gentibus acceptum redderet, quibus etiam non paucos ex populo Domini vendidit, is tunc temporis, cùm exercitus Judaicus Scythopolim oppugnaret, ut illam everteret, semper Judæorum militibus obviam progressus multos ex eis intererat ipsosque repulerat nec unquam permiserat, ut exercitus Judaicus urbem Scythopolim perderet ejusque incolas interficeret. Cùm itaque Simeon iste unà cum cœteris Judæis, qui Scythopolim inhabitaverant, in sylva securè sederet atque ipsius pater, Saul, (2.) vir nobilis ac senex aliique multi seniores ex urbe Scythopoli apud illum commorarentur eosque maximæ sequerentur copiæ, tunc Romani Syris sese adjungentes atque ingentem exercitum contrahentes sylvam intrârunt omnesque Judæos, ibidem repertos, qui quondam Scythopolim incoluerant, ad tredecim millia (3.) interfecerunt; Simeon autem cum suâ patrisque familia & unà cum ipso sene parente suo ad limpidissimum aquæ fontem castra posuerat. Romani igitur atque Syri sylvam intrârunt, ut Simeonem quoque ejusque patrem ac totam ipsorum familiam interficerent eosque penitùs delerent: Simeon autem, cùm Romanorum atque Syrorum milites impetum in se facere conspexisset, eosdem strictô gladiô adortus magnam illis cladem intulit eosque repulit; ipsi verò in-

ושם היה בחור אחד ושמו שמעון איש
פרץ ועזין גבור קומה ורחב לב בעל
זרוע ואיש כח ואמיץ לבב שהשחית
רבים מעם יהודה למצוא חן בעיני
הגוים וימכור רבו מעם יי ובבוא
חיל יהודה על שטיפולי להשחיתה שמעון
זה היה יוצא תמיד נגד חיל יהודה והורג
מהם רבים ומשיבם לאחוז ולא עזב
שמעון את חיל עם יהודה מעולם להשחיו
לעיר שטיפולי ולהרוג אנשיה. ובאשר
ישב שמעון ביער לבטח עם יתר היהודים
שהיו שם עמו מושבי שטיפולי ושאול
אביו עמו הזואא איש שוע וזקן ורבים
זקנים ושבי שטיפולי וחיל לרוב מאד
עמהם ואספו הרומיים והארמיים יחד
ויהיו חיל כבד וילכו ביער ויהרגו כל
היהודים הנמצאי' שם אשר היו מושבי
שטיפולי שהיו י"ג אלף נפשות וישמעון
עם בית אביו ועם משפחתו עם הזקן
אביו היה בפני מי היער הגוה על עין
מים נבחרת ויבאו פתוך היער לרוגב
לשמעון ואת אביו וכל משפחתו עד בלתי
השאיר להם שריד. ויראו שמעון והנדה
חיל הרומיים וחיל דארמיים באו עליו
וישלחו חרבו וירץ עליהם ויך בהם מכה
רבה

(1.) De hoc vid. Josephus l. 2. de Bell. Iud. c. 34. & Egesipp. l. 2. de Excid. Hieros. c. 18. ac Josippi Epitom. p. 199. & seq.

(2.) Consentiunt Josephus & Egesippus loc. alleg. ac Josippi Epitom. p. 201.

(3.) Hisce adstipulatur Josephus dict. l. 2 de Bell. Iud. c. 34. & Egesippus l. 2. de Excid. Hieros. c. 18. in Iosippi Epitome pag. 200. & sequ. res paulò aliter narratur.

רבה מאד וישובם לאחוז ויאספו עוד
עליו המון רב מאד. ובראותו כי המון
רב נאסף עליו והוא לבדו נשאר ולא
יוכל להמלט ממנו ויעמוד על חל את
והרבו שלופה ביתו ויאמר הוי ארמיי
והומיים וישבי שטיפולי שמעו ואדברי
לכם דברים מעט דברי תוגה וכאב
לב. אמנם עתה ידעתי שבעדק ובמשפט
אתם נלחמי' ולא תחמלו עלי אשר הצלתי
אתכם מיד חיל יהודה ולא עזבתי לרומים
ולהחריב את עריכם ולהרוג אתכם ואת
נשיכם ואת בניכם ובנותיכם בחרב
כמו שעשו ליתר ערי ארם אבל נלחמתי
מלחמותיכ' והרגתי רבי מעמי וממשפחתי
למצוא חן בעיניכם ואתנה דמם ודמי
לערבון לכם ושמרתי אהבה לנכרי ואיבה
לעמי ובגללכם הרגתי לעמי אבות על
בנים ובנים על אבות ואתם תגמלוני
עתה גמול רע על פעלי עמכם טוב.
האמת כי בצדק ובמשפט יעודכם
האלוהים לגמול אותי בגמול הזה להמיתני
תחת אשר הצלתי אתכם. ועתה הנני
אמות אמנם בחרון אף ובקצף גדול
ממני ובו ואתנה בי נקמה על אשר
הרגתי את חביוי ואת אוהבי ואדרגיד
את נפשי בידי לנקום דם נקמת אוי
אשר שפכתי ממני כי אני הוא להם
גואל

(4.) Confer. hic Josephus, Egesippus ac Iosippi Epitom. loc. alleg. n. 3. h. cap.

(5.) Ἐ αυτὸν τιμωρήμενος ero אני אשפוט על נפשי i. e. ego animam meam judicabo, sic in Iosippi Epitom. pag. 201. confer. etiam Joseph. lib. 2. de Bell. Jud. c. 34.

(6.) Confer. hic infrà h. lib. 6. c. 20. n. 1. & seq.

(7.) Hebr. גואל רם, proximus cognatus, qui sanguinem occisi vindicare tenebatur, vid. Levit. cap. 25. ubi Lxx. verterunt ὁ ἀγχιστεύων, propinquus, sic etiam Vulgata ibidem, confer. etiam Num. c. 5. v. 8. & Ruth. c. 2. v. 20.

(8.) Hæc tamen ἀυτοχειρία jure meritoque improbatur.

interficiam ac vindictam de me ipso sumam, quia multum sangvinis fratrum meorum effudi atque me-ipsum, ut homicidam, quem lex Divina morte damnat, interimam: cùm hæc dixisset, oculi ejus sangvine atque os spumâ repletum fuit, prout ei subinde mos erat, cùm semetipsum ad fortitudinem excitaret, posteà irâ inflammatus, remota procùl omni misericordia ac mansvetudine patrem suum sylvâ eduxit eumque interfecit, (9.) dein matrem suam interemit, ne fortè parentes pro liberis intercederent eorumque misericordiâ afficerentur; (10.) uxor autem ejus lubens volensque nudatum gladio collum subjecit, ne liberorum suorum mortem intueretur, posteà liberi Simeonis accurrentes cervices præbuerunt gladio, ne patrem suum morientem aspicerent neve hostium obsidentium arbitrio ac potestati relinquerentur, dein omnes familiares suos ac propinquitate junctos interemit eorumque cadavera omnia unum in locum coacervavit, non secus, atque is, qui hostes suos in prælio interfecit, idque eó egit animo, ne quenquam ex omnibus familiaribus ac propinquis suis in hostium suorum manu conspiceret, tandem ipse, cùm omnes occidisset, magno fortique animo (11.) levatâ dextrâ se interfemit, ne alienigena fortitudinem ejus contaminaret & gloriosè jactaret: (12.) ego virum istum interfeci. Hæc omnia fortissimus fecit Simeon, ut de se ipso ultionem atque supplicium sumeret; propterea

גואל דם אחיו וגבורתי לכם
כן תתגאו עלי בנפלי לפניכם במלחמה
ואמרו כי הנה אנחנו הרגנו את שמעון
גבור יהוד' והנ' אנחנו להורג את נפשי
בידי במשפט כי אשמה נקמת בי ער
שפכי דם רב מדמי אחי ואמית את
עצמי כרוצה אש' המיתהו התורה ויה
כדבור הרבים האלה וימלאו עיניו דם
ויפידו קצף כפעם בפעם אשר כה היה
משפטו כי יתעורר לגבורה ותבער בו
חמתו וישלך החמור מנגי ויכו את החמלה
ויקח את אביו ויציאהו מתוך העיר
ויהרגהו ואחריו הרג את אמו למען אשר
לא יתחננו על הלדים ולמען אשר לא
יבאב לבם עליהם' והרע אשתו בחפצה
וברצונ' ותפשוט את צואריה לחרב למען
אשר לא תראה במות בניה' ויכנע
הלדי בני שמעון ויתנו את צואריה'
תורת החרב לבל יראו במות אביהם
ולבלתי יחזרו ביד הצרים הצורים להם
ואחריהם הרג כל אנשי משפחתו וכל
בני ביתו ויאסוף את כל פגריהם למקום
אחד באיש רוצח במלחמ' למען שלא
יראה את מבל אנשי משפחתו ביד אויבי
כי

batur, vid. infrà dict. h. lib. 6. c. 20. n. 2. & n. 4. Nam si homicida nefarius est, quia hominis exinctor est, eidem sceleri adstrictus est, qui se necat, quia hominem necat, imò verò majus esse id facinus existimandum est, cujus ultio Deo soli subjacet, inquit Lactantius l. 3. c. 18.

(9.) En rabiem atque furorem! non enim fortitudo dici meretur facinus istud desperatione plenum, confer. Joseph. dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 34. & Egesipp. de Excid. Hieros. lib. 2. cap. 18. atque Josippi Epitom. pag. 201. & seq. vid. infr. h. cap. n. 11.

(10.) Simile ferè exemplum viri desperati ac detestandi furoris vid. suprà lib. 5. c. 10. n. 19. & infr. h. l. 6. c. 58. n. 9.

(11.) Vid. suprà h. cap. n. 9. ibique not.

(12.) Hanc potissimum ob causam etiam Saul seipsum interfecit, vid. 1. Samuel. c. 31. v. 4. ut & Rhazis, 2. Maccab. cap. 14. v. 37. eorum tamen facinora meritò improbantur, vid. rationes infrà h. lib. 6. c. 20. num. 1. & seq. quamvis Ethnici nonnulli, præprimis Stoici, ejusmodi facta fortitudinis laude extulerint, vid. inter alios Senec. Epist. 24. & 70. & alibi passim.

reà, quòd extraneos amore, suos autem odio prosecutus esset, & ut robur ac fortitudinem suam ostenderet, sic mira & minimè vulgari (13.) morte, quam ingenti animo susceperat, vir iste, prout jam dictum est, occubuit.

כי הוא הרגם כלם' ואחרי כן הרי את
ימנו ויהרוג את נפשו בגודל נפש
ובגבורה למען שלא יקרב איש נכרי
להלל את גבורתו כי יתפאר עליו לאמר
אני הרגתיו' את כל זה עשה שמעון
הגבור למען ינקום נקמה בעצמו על
אשר שמר אהבה לנכרים ושנאה לעמי
למען הראותו את כחו ואת גבורתו ומות
מיהה זה ומות משונה כואת והיא מיתה
גודל הנפש אשר וברנוה.

CAP. V.

POstquàm igitur Judæi à Romanis defecerunt ac principes Romanos eorumque copias omnes deleverunt, Agrippas rex Romam profectus est ac Neroni Cæsari, Romanorum Imperatori, rem omnem narravit, qui Cestium (1.) exercitus Romani ducem, Syriæ præfectum, & cum illo fortissimam Romanorum manum misit, (nam bellum cum Persarum rege susceperat eumque deviceratque interemerat, regnumque Persarum subRomanorum potestatem redegerat) eique Nero, Cæsar, præcepit, ut in Judæam proficisceretur ac populo Judaico pacem svaderet eumque benignè alloqueretur, & ad pristinum fœdus atque pacem illum reduceret. Quapropter Cestius in Judæam venit, cui Agrippas obviam ivit (2.) eique omnia narravit, quæ sibi à Judæis grassatoribus evenerint ac quomodo de pace cum illis sit locutus, ipsi verò obtemperare noluerint & qua ratione palatium atque thesauros suos igne consumpserint & omnia bona sua

ויהי אחרי הדברים האלה כאשר מדדו
היהודים ברומיים ובאשר הרגו את שרי
הרומי' ואת כל חילו וילך אגריפס
המלך אל רומא ויגד לנירון הקיסר
מלך רומא את כל הדברים האלה וישלח
נירון הקיסר את קסתיאו' טר צבא
רומא היושב באדם יד דמה עמו מחיל
הרומים כי נלחם עם מלך פרס ויכהו
וישמידהו והשיב ממלכת פרס הנה יד
רומא ויעו עליו נירון הקיסר לעלות
ביהודה ולדבר אל העם דברי שלום
ולדבר על לבם להשיבם בברית ובשלום
ויעל קסתיאו ביהודי ויצא אגריפס
לקראתו ויגד לו כל אשר קרהו עם
היהודי' הפריצים ואיך דבר עמהם על
אודות השלו' ולא אבו לשמוע בקולו
ואיך

(13.) Extraordinaria, singulari, id enim dictio משונה, quæ hîc habetur, significat.

(1.) Vid. hîc Joseph. lib. 2. de Bell. Jud. c. 35. & seq. & Egesipp. de Excid. Hieros. c. 14. atque Josippi Epitom. pag. 202. confer. etiam, quæ suprà h. lib. 6. c. 3. n. 6. & infrà c. 8. n. 2. notata sunt.

(2.) Confer. hîc Joseph. lib. 2. de Bell. Jud. cap. 37.

diripuerint, cùm hæc Agrippæ verba audisset Cestius, valdè gavisus est, eò, quòd occasionem nactus esset, ulciscendi Judæos, qui multam sanguinis copiam tàm Romanorum, quàm Syrorum, effuderant, quocircà collectis maximis copiis arenæ instar, quæ est in litore maris, ad urbem Cæsaream (3.) venit eajusque pulchritudinem contemplatus est, posteà illam incendi jussit: quò facta ad oppidum Japho (4.) castra posuit atque illud maximis viribus terra marique oppugnavit ac tandem in potestatem suam redegit, in cujus plateis 8400. viros (5.) interemit, inde castris motis ad urbem Libna (6.) pervenit atque omnia illius loca circumjacentia (7.) igne consumpsit, ac quoscunque extrà urbem deprehenderat, interemit; incolæ autem urbis Zipori (8.) supplices pacemque rogantes obviam iverunt Cestio, qui etiam illis pepercit eosque in fidem suam recepit, nec ipsos bello lacessivit eorumque urbi non appropinquavit nec quenquam ex illis interemit; ast grassatores, qui in oppido Zipori erant, cùm de Cestii adventu certiores facti essent, ad montes profugerunt (9.) & ex urbe erumpentes impetu in Cestii milites facto ducentos viros fortissimos

ואיך שהפיר את הכלו ואת אוצרותיו
ובזזו להם את כל אשר לו׳ וישמע
בסתיאו את דברי אגריפס וישמח על
דבריו מאד כי מצא עלילה לעשות נקמה
ביהודים בעבור אשר שפכו דם לרוב
מחיל הרומיים ותישבי ארם ויאסוף
בסתיאו את חיל גדול כחול אשר על
שפת הים לרוב ויבא בסתיאו אל עיר
קסריה ויחא אי יפה בנינה ויצו בסתיאום
לשרוף אותה וישרפנה׳ וילך משם אל
עיר יפו בחיל כבד מאד וילחם בה ביום
ובישה׳ וילכדה ויהרוג בהתנפחיה ת׳
אלפים ות׳ מאות איש׳ ומשם נסע ויבא
ליבנה וישרוף באש את כל סביבות
העיר ויהרוג את כל הנמצאי מחרון לעיר
ויצאו לקראתו אנשי צפורי בהתנונים
ברבוי שלום ויחמול עליהי ויקבלם ולא
נלחם עמהם ולא קרב אל עזים ולא
הזיק מהם איש והפריצים אשר הוו בעיר
צפורי נסו הרחה בשמעם כי בסתיאום
בא׳

(3.) Consentit Josephus loc. allegato, confer. etiam Egesipp. lib. 2. de Bell. Jud. c. 14. ac Josippi Epitom. pag. 202.

(4.) Ἰόππη dicitur Josepho dict. l. 2. de Bell. Jud. c. 37. vid. & Egesippus loc. alleg.

(5.) Idem refert Josephus, ut & Egesippus loc. alleg. confer. etiam Josippi Epitom. pag. 202. & seq.

(6.) Vel: Lebena, Hebr. לבנה, prout in nostro codice habetur, alii legunt יבנה i. e. Jabne vel Jafne, de qua vid. suprà l. 3. c. 17. n. 13. Josephus dict. l. 2. de Bell. Jud. c. 37. scribit, Cestium Gallum ad urbem Lydda venisse eamque incendisse, idem refert etiam Egesippus lib. 2. de Excid. Hierosol. cap. 14. confer. quæ suprà lib. 5. c. 5. num. 6. notata sunt, it. infrà h. lib. 6. c. 31. num. 21.

(7.) Hebr. סביבות, sic in nostro codice, quam dictionem posses etiam vertere: suburbia vel suburbana, nempe loca urbi vicina & circumjacentia.

(8.) Hebr. צפורי, sic in nostro codice, ea urbs dicitur Σέπφωρις à Josepho l. 2. de Bell. Jud. c. 37. Sephoris nominatur ab Egesippo l. 2. de Excid. Hierosol. c. 14. Idem Egesippus l. 1. c. 30. scribit, urbem illam posteà Dio Cæsaream vocatam esse, sic etiam Epiphanius l. 1. Hæres. 30. fol. mih. 64. scribit, Dio Cæsaream eandem esse cum urbe Sepphori sive Σεπφωρὶν, prout ipse illam ibidem nominat, vid. suprà lib. 4. c. 10. n. 3. & infrà h. lib. 6. c. 11. n. 9. confer. etiam Joh. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmissa cap. 82. ac Josippi Epitom. p. 203.

(9.) Josephus dict. l. 2. c. 37. scribit, illos εἰς τὸ μεσογαίτατον τῆς Γαλιλαίας ὄρος profugisse, qui mons Asamon vocatus sit.

simos interfecerunt ipsumq; Glaphiram, (10.) exercitus Cestii ducem, in prælio illo vulneraverunt, qui tamen ex vulnere illo non interiit, sed evasit; Cestius autem grassatores in fugam versos cum omnibus copiis & equitibus suis persecutus est multosque ex iliis cepit & in terram prostravit; reliqui verò in montes profugerunt: ast Glaphira, (11.) dux exercitus Cestii, ad urbem Cæsaream, quæ jam anteà ad Romanos pertinebat, profugit, ubi ipsius vulnera, à Judæis grassatoribus ei inflicta, curabantur. Posteà Cestius castris motis ad urbem, quæ Antipatris (12.) nominabatur, pervenit ibique maximam Judæorum multitudinem & ingentes militum grassatorum copias deprehendit, qui, postquam de Cestii adventu certiores facti sunt, ei obviam iverunt, ut cum illo manus consererent; sed cùm exercitus Judaicus ingentes Cestii copias procùl conspexisset, decretum fuit, ut in valle Gibeon, (13.) quæ ab urbe Hierosolyma quinquaginta (14.) stadia abest, prælium cum Cestio inirent, quapropter simulatâ fugâ omnis populus ac milites Judæi Gibeonem, quæ ab Hierosolymis quinquaginta distat stadia, sextô die, ex quo castra moverant, venerunt ibique quieverunt; (15.) Cestius autem cum omnibus suis eosdem ad Gibeonem usque persecutus castra ad urbem posuit eamque oppugnavit; Judæi verò, finitô Sabbatho vigiliâ matutinâ, armis instructi urbe egressi sunt sublatoque clamore prælii signum dederunt

בא׳ וידו בצאתם מעיר צפורי וידלקו על
חיל בסתיאום במרוצה ויפלו מהמונו ל׳
איש גבורים וגם את גלפירה שר צבא
בסתיאו הכו במלחמה ההיא אבל לא
מת כי נמלט׳ וישובו הפרוצים את
פניהם ונוסו מפני בסתיאום וירדפם הוא
עם כל חילו ופרשיו ורבים מהם השיג
והציע לארץ והנשארים הרחי נסו׳
וגלאפירה שר צבא בסתיאו הלך לעיר
קסריה כי היתה כבר לדומי׳ ויתרפא
שם מהמכות אשר הכוהו פריצי יהודה׳
ויסע משם וילך אל עיר אשר היה שמה
אנטיפורים ויואל להלחם עליה׳ ושם
מצא עם רב ומחנה גדול מרוהדים
ומהפריצים גבורי יהודה׳ וכשמע הפריצים
כי בסתיאו בא ויצאו לקראתו להלחם
עמו וידא מחנה יהודה מרחוק את מחנה
בסתיאו׳ כי רב הוא ויצחר לו לעשות
מלחמה עמו בבקעה גבעון אשר היא
רחוקה מירושלם חמשים ים ואז הראה
מחנה יהודה את עצמו כבוהה וילך עם
יהודה גבעונה ויבואו כל גבורי יהודה
גבעונה אשר הוא רחוק מירושלים חמשים
ים ביום הששי לנסעכם וישבתו שכם׳
וירדפ׳

(10.) Hebr. גלפירה, sic in nostro codice, Josephus loc. alleg. nullam istius Glaphiræ facit mentionem; aliorum verò ducum, qui in prælio cum Judæis inito ceciderunt, meminit idem Josephus dict. l. 2. c. 40. Egesippus lib. 2. de Excid. Hierosol. c. 14. scribit, quòd Judæi Gallum, præpositum duodecimi ordinis, signa conferentem, adorti fortiter exagitaverint.

(11.) Vid. quæ num. antec. 10. de hoc duce annotata sunt.

(12.) Hebr. אנטיפטרים, sic nomen istud ex Josephi l. 2. de Bell. Jud. c. 37. restituendum ac legendum erit, nam quod in nostro codice habetur אנטיפרדים, corruptum est, confer. etiam Egesippus lib. 2. de Excid. Hierosol. cap. 14. & Joh. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmissa c. 58.

(13.) Γαβαὼν vocatur à Josepho l. 2. de Bell. Jud. c. 37. cui etiam Egesippus l. 2. de Excid. Hierosol. c. 14. consentit.

(14.) Idem refert Josephus, ut & Egesippus loc. alleg.

(15.) Septimo scilicet die, qui fuit Sabbathi, sicuti ex sequentibus patet.

derunt ac manus cum exercitu Ceſtii conſeruerunt atque Romanorum peditum 515. humi proſtraverunt (16.) omnemque equitatum interfecerunt; (17.) ex copiis autem pedeſtribus, (18.) quæ cum Ceſtio erant, 27000, proſtraverunt; (19.) ex Judæis nonniſi viginti duo (20.) eo in prælio deſiderati ſunt. Hac in pugna egregia extitit virtus Mugbaſi, (21.) ducis exercitus Judaici, inſignis quoque fortitudo fuit Bendii (22.) graſſatoris, qui primus cum exercitu Romanorum, mandato Eleazari ſacerdotis, graſſatorum principis, manum conſeruit, milites quoque Judæi eo in prælio nominis celebritatem adepti ſunt, quia ſtrenuè dimicando multa Romanorum cadavera proſtraverant: Ceſtius autem & Agrippas, caſtra inde moventes, denuò legatos (23.) ad Eleazarum, Ananiæ filium, ſacerdotem, graſſatorum principem, Hieroſolymam miſerunt ac pacem fœdusque cum illo inire voluerunt, ne populus Judaicus Romanorum devaſtantium pernicie interiret; aſt Eleazarus illorum dictis non ſolùm attendere noluit, ſed etiam unum (24.) ex legatis, qui à Ceſtio & Agrippa ad ipſum miſſi erant, interfecit, (25.) quia de pace ac fœdere nimis

וירדפם בסתיאו עם כל מחנהו עד גבעון ויתנו לפני העיר ולהמו עליה׃ ויהי לאחר השבת באשמורת הבקר ותגברו איש את כלי מלחמתו ויצאו מן העיר וירוצו באות מלחמה וערכו מלחמה עם מחנה בסתיאו׳ ויציעו גבורי הפריצי׳ ה״קיה איש והרוכבים כלם נפלו הרוגים ארצה ומהעם אשר עם בסתיאו׳ הרוכלים ארצה כלו כ״ו אלפי׳ איש ויפלו במלחמ׳ ההוא מיהודיים כ״ב איש׳ ובמלחמה ההוא נראתה גבורה מובסו ראש ויאל היהודי׳ אשר שם גם הוא נראתה גבורת בנדיאום הפריץ אשר שלח ידו החלה להכות במחנה הרומיים במצות אלעזר הכהן ראש הפריצים גם במלחמה ההוא קנו שם גבורי יהודה כי עוזרו את תניהותיה׳ על חללי רומיים בגבורה׳ וישלחו עוד כסתיאו ואגריפס כי נסעו משם מלאכים בירושלם את אלעזר בן ענני הכהן ראש הפריצים שביהודה המיוע׳

(16.) Joſephus dict. lib. 2. c. 37. ſcribit, quòd ſolùm πεντακόσιοι ὁπλῖται, i. e 515. Romani in prælio illo occubuerint, cui etiam Egeſippus l. 2. de Bell Jud. c. 14. adſtipulatur.

(17.) Hinc Tacitus Hiſtor. l. 5. c. 10. ſcribit, quod Ceſtium Gallum, Syriæ legatum, Judaicum bellum comprimere cœptantem, varia prælia ac ſæpius adverſa exceperint.

(18.) Auxiliaribus ſcilicet, ſic numerum iſtum intelligo ac cum priori 515. concilio.

(19.) Horum nulla ſit mentio apud Joſephum dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 37. ac videtur eſſe Hyperbole Judaica.

(20.) Conſentiunt hic Joſephus & Egeſippus loc. alleg.

(21.) Hebr. מוגבם, ita hîc in codice noſtro, fortè is fuit idem ille, qui infrà h. lib. 6. c. 30. n. 10. appellatur מונבז i. e. Monbas, quam conjecturam confirmat Joſephus dict. lib. 2. cap. 37. ubi Μονόβαζος nominatur, cui etiam Egeſippus l. 2. de Bell. Jud. c. 14. in fin. conſentit, à quo Monobazus vocatur, vid. quæ ſuprà lib. 5. c. 13. n. 14. notata ſunt.

(22.) Hebr. בנדיאום, ſic in noſtro codice, Κενεδαῖος nominatur à Joſepho lib. 2. de Bell. Jud. c. 37. juxtà quem hîc legendum erit: כנדיאום, facili mutatione; Egeſippus lib. 2. de Excid. Hieroſ. c. 14. vocat illum Gedeum, niſi fortà juxtà Joſephum ibi legendum erit: Cenedeum.

(23.) Conſentit Joſephus dict. l. 2. c. 38. & Egeſippus l. 2. de Bell. Jud. c. 15. ac Joſippi Epitom. p. 203.

(24.) Hunc Phœbum nominat Joſephus loc. alleg. Egeſippus dict. l. 2. c. 15. vocat illum Phebam, confer. etiam Joſippi Epitom. p. 203.

(25.) Alter autem legatus, Lorcyus, excepto vulnere vix evadere potuit, uti ſcribit Egeſippus lib. 2. de Bell. Jud. c. 15.

mis multa locutus erat. Poſteà Eleazarus ſacerdotes ac populum congregavit, ut prælium cum Ceſtio iniret, qui, dum unanimem Eleazari ſacerdotis ac populi conſenſum animadvertit & vidit, quòd arcto inter ſe ſocietatis vinculo conſtricti eſſent, ut Romanos perderent atque delerent (nam graſſatorum militum Judæorum fortitudinem jam anteà in valle Gibeonis expertus erat) Romam ire conſtituit, quia vidit, ſe bello cum graſſatoribus gerendo imparem eſſe, nec ſeſe copiasque ſuas eisdem reſiſtere poſſe, quamobrem dixit: videbo, quorſum tandem ea res ſit evaſura, & quodnam mihi fidum hac in re conſilium daturus ſit Cæſar. Poſteà Japhonem deſcendit Ceſtius, ubi literas (26.) invenit Romanorum, qui copias ſuas ibidem contraxerant; ipſe autem cum militibus ſuis naves conſcendens Romam venit atque Cæſari Neroni omnia, quæ ſibi eveniſſent, narravit, quibus cognitis valdè perterritus fuit imperator omnisque populus Romanus, poſtquàm gentis Judaicæ fortitudinem audiverunt.

וביהושלם ויבקשו לעשו׳ שלום עם אלעזר ולבא בבריח עמהם פן ישחת עם יהודה ברעת הרומיים המשחיתי׳ ולא אבה אלעזר לשמוע לדברים האלה אבל הרג אחד מהמלאכים אשר הלכו אליו מאת בסתיאוס ואגריפס כי הרבה לדבר עמו דברי שלום וברית׳ ויאסוף אלעזר הכהן את הכהנים ואת העם להעיר למלחמה עד בסתיאו׳ ויהי כראות בסתיאו׳ את לב אלעזר הכהן ואת לב העם עמו יחד כי נקטר בקש׳ אמין להשחית את הרומי׳ ולהשמידם העיא כבר טעם מטעם גבורת הפריצי׳ והגבורי׳ אשר ביהודה בגבעון ויסב פניו ללכת לרומא כי ראה כי לא יכל להלחם עם הפריצים וכי אין לו ולא לחילו גבורה׳ לפניהם׳ ויאמר אראה מה יהיה אחרית זה ומה עצה יהן נאמן הקיסר על כסא וידד יפו וימצא שם אגרות הרומיים אשר בא עמם חלם ויבא בהם עם חילו ויבא אל רומא ויגד לנארון הקיסר את כל אשר קרהו ויבהל הוא וכל עם הרומיים בשמעם את גבורת עם יהודה׳

CAP. VI.

TErra autem Iſraëlitica eo anno à bello quievit & maxima ſalus Judæorum regioni contigit propter fortitudinem Eleazari, Sacerdotis, inſignis graſſatoris, qui illos è manu Ceſtii, impro-

ותשקט הארץ מהמלחמ׳ בשנה ההיא ותהי תשוע גדולה לארץ יהודה בשנה ההיא על ידי גבורת אלעזר הכהן הפריץ הגדול

(26.) Hebr. אגרות, ſic in noſtro codice, nonulli l. habent אניות i. e. naves, quæ lectio alteri illi videtur præferenda.

improbi viri, eripuit, is enim juraverat, se Romanorum nomine vindictam de Judæis sumpturum esse & iratus diris se devoverat, quòd Judæos omnes deleturus sit, adeò, ut nemo superstes remaneat: hi autem fuerunt, (1.) qui in Templo secundo populum Israëliticum è manibus hostium liberarunt, dum illi Judæis bellum intulerunt & in terram Israeliticam irruptionem fecerunt; (2.) prima irruptio pernicioſa, qua populus Israëliticus devastatus est, accidit ætate Antiochi, impii, Macedoniæ (3.) regis, qui Judæos omnes penitùs delere sibi proposuerat, is ipse maximum genti Israëliticæ intulit malum & ex populo Domini sapientes prudentesque, ut & principes ac seniores, juvenes puerosque, magnos atque parvos, Levitas & Sacerdotes interemit, quapropter omnes Judæorum principes coadunati ad Mattathiam, (4.) Johannis, Summi Pontificis, filium, in montem (5.) Modit, ubi ipse tunc temporis propter Antiochum Macedonem ejusque principes delitescebat, venerunt & ad illum clamarunt: serva hodiè populum Domini nec id modò cogita, qua ratione vitam tantummodò tuam eripias, nam hostis populum tuum perdit & vastat atque tuum effundit sanguinem, universi quippe populi Israelitici sanguis tuus est sangvis, atque omnes Judæi te jam respiciunt, ut illis in ista calamitate adsistas eisque opem & salutem feras, quocircà Mattathias ipsorum dictis morem gerens profusis lachrymis dixit: nolite timere & expavescere Macedones istos, Deus enim pro vobis pugnabit; vos autem conticescite: sic Mattathias, Johannis Summi Sacerdotis (6.) filius, excitatus fuit populumque Israëliticum

הגדול אשר הושיעם מיד כסחיאו' הרשע
אשר נשבע או לנקום נקמה לדומיים
מהיהודים ויקוף וישבע לאמר בי ישמיד
את כל היהודים עד בלתי השאיר להם
שורד' ואלה הם אשר הושיעו את ישראל
בפרץ שני מיד אויביהם מיום אשר
התעודדו מלחמו' על היהודים ועל אי עמ
ויפרצו פרצות בישרא והפרצה דראשונה
דרעה אשר הופרצה בישראל אז היא
פרצת אנטיוכוס הרשע המלך המקדמי
אשר חשב לבלתי להיות פליטה בארץ
ובי הרשיע לעשות בישרא הרשע הרל
והרוג מעם יי חכמי ונבוני שרים וזקני
בתורי ונעדים גדולים וקטנים ישראלים
ולוי וכהנים' ויחקבצו כל שרי יהודה
וילכו אל מתתיהו בן יוחנן כהן גדול
בהר המודעית אשר היה נחבא שם מפני
דעת אנטיוכוס המקדמני וישרי' ויצעקו
אליו לאמר הרשע את עם יי היום הזה
ואל תחשוב למלט את נפשך והצד
האויב משמיד ומחריב את עמך וישופך
את דמך' כי דם כל ישראל דמך הוא
ועיני כל ישר' עליך לעמוד עמהם בצרה
הזאת להיות להם תשועה על ידך וישמע
מתתיהו אז את דמריהם ויכך בבי גדול
ויאמר אליהם אל תיראו ואל תערצו מפני
המקדמנים האלה כי יי נלחם לכם ואתם
תחרישון' ויתעודד מתתיהו בן יוחנן
כהן

(1.) Quæ hic habentur usque ad finem hujus capitis videntur à Judæo interpolatore adjecta esse.
(2.) Vel: cladem Israëlitis intulerunt.
(3.) Vel potius: Syriæ regis.
(4.) Vid. 1. Maccab. c. 2. & num. seq. 6. h. cap. ibique not.
(5.) Alii locum illum explicant fuisse oppidum munitum & in loco excelso situm, vid. quæ suprà lib 3. cap. 7. n. 2. & c. 23. n. 12. ejusdem libri notata sunt.
(6.) Vid. quæ suprà h. cap. n. 4. dicta sunt.

כהן גדול ויושע או ישר' מיד אנטיוכו'
המקדוני ויכהן מתתיהו בן יוחנ' כהן
גדול אחרי הכותו את המקדונים שנ'
אחת וימת' ויכהן תחתיו יהודה בנו ג'
שנים וימת במלחמה ויכהן תחתיו יוחנן
אחיו ח' שנים וימת גם הוא במלחמה'
ויכהן תחתיו שמעון אחיו שמנה עשרה
שנה וימיתהו הלסי חותנו בתוך משתה
היין' ויכהן תחתיו יהוחנן בנו והוא אשר
נקרא שמו הורקנוס עד שם המלך
הורקנוס אשר רבה והוא הורקנוס
הראשון' וימלוך כ"א שנה וימת' ויכהן
תחתיו אריסתובולוס בנו שנה אחת והוא
הגקרא המלך הגדול כי הוא אשר התחיל
לתת עטרת מלכות על ראשו והפיק את
הכהונה ויהללה למלכות מקץ ר"פ שנה
ושלשה חדשים לעלות ישראל מבבל'
וימת אריסתובולוס וימלוך תחתיו אלכסנדר
אחיו כ"ז שנים וימת' וימת אלכסנדר
ותמלוך תחתיו אלכסנדרה אשתו תשעה
שנים ותמת' וימלוך אחריה אריסתובולו'
בנה שלשה שנים ובימיו עלה פומפיוש
שר צבא רומא עד ירושלם וילכדה
ויקח את אריסתובלוס ויאסרהו בנחושתים
ויוליכהו אל רומא וימלוך תחתיו הורקנוס
אחיו

ticum tunc temporis è manu Antiochi, Macedonis, eripuit; Mattathias autem, Johannis Summi Pontificis filius, postquàm Macedones percusserat, anno tantùm præfuit Summo Sacerdotio diemque obiit supremum; Judas autem, ejusdem filius & successor sex annis summo Pontificatui præfuit & in prælio occubuit; illius frater Jonathan (7.) octo annis (8.) Sacerdotium administravit, qui etiam in prælio occubuit; ejusdem successor, Simeon frater, octodecim annis (9) Summo Sacerdotiò functus est, quem Ptolemæus, gener ejus, in convivio interemit: (10.) huic in Pontificatu successit ipsius filius, Johannes Hyrcanus dictus (11.) à nomine Hyrcani regis, (12.) quem interfecerat, is ipse primus fuit Hyrcanus, qui, cùm uno & viginti annis (13.) regno (14.) præfuisset, diem obiit supremum; huic filius Aristobulus in Pontificatu successit atque anno tantùm ei præfuit, is ipse rex magnus dictus est, quia primus regium diadema capiti suo imposuit ac Pontificatum regno conjunxit vel potius contaminavit, id, quod accidit anno quadringentesimo & octogesimo, ac tribus mensibus, postquàm populus Israëliticus ex captivitate Babylonica egressus erat: mortuo autem Aristobulo, frater ejus, Alexander, successit, qui, cùm 27. annis regnâsset, diem obiit supremum; uxor autem ejus Alexandra, in regno succedens novem annis ei præfuit, quæ cùm obiisset, Aristobulus, (15.) ejusdem filius, tribus annis regnavit; ipsius ætate Pompejus, dux exercitus Romani, Hierosoly-

(7.) Is יהוחנן i. e. Jehochanam, hic nominatur in codice nostro.
(8.) Alii illum 18. annis Summo Sacerdotio præfuisse tradunt, vid. Alsted. Chronol. Tit. 9. qui ipsum primum principem & Pontificem simul fuisse scribit.
(9.) Nonnulli 8. solùm annis illum Sacerdotio præfuisse tradunt, confer. Alsted. dict. Tit. 9.
(10.) Vid. 1. Maccab. c. 16. v. 11. & seqq.
(11.) Confer. 1. Maccab. dict. c. 16. v. 23.
(12.) Vid. Joseph. Antiq. lib. 13. c. 16. & suprà l. 4. c. 2. n. 2. & 3.
(13.) Plerique 31. annis illum præfuisse scribunt, vid. Alsted. Chronol. dict. Titul. 9.
(14.) Regio tamen nomine abstinuit, nam, uti hic autor noster aliique Historici tradunt, filius ejus Aristobulus, primus post regem Zedekiam rex simul ac Pontifex fuit, vid. Joseph. Antiq. l. 13. c. 19. & Alsted. eod. Tit. 9.
(15.) Ejus nominis secundus, frater Hyrcani, de quo paulò post autor noster.

mam oppugnavit eamque ſubegit captumque Ariſtobulum catenis conſtrinxit eumque Romam duxit, cui in regno ſuccedens Hyrcanus, frater ejus, 40. annis (16.) ei præfuit: ipſo regnante Antigonus, Ariſtobuli Hyrcani fratris filius, defectionem molitus eſt, & Perſarum copiis conſiſus bellum Hyrcano intulit eumque in ſuam redegit poteſtatem, atque catenis vinctum Babylonem duxit eique aures amputavit, ne ſcilicèt ad Pontificatum & regnum idoneus eſſet, is ipſe Antigonus triennio (17.) præfuit regno, illius ætate Herodes profugus (18.) omnes Romanorum copias (19) contraxit captâque Hieroſolymâ Antigonum tertio regni ejus anno interfecit; (20) Herodes autem, illius ſucceſſor, cùm 37. annos regnâſſet, diem obiit ſupremum. Ejusdem filium & ſucceſſorem, Archelaum, cùm is novem annis regnum adminiſtrâſſet, Romanorum Imperator cepit atq; catenis conſtrictum Romam miſit, ubi etiam vitam finivit, (21.) eidem Antipas (22.) frater, in regno ſucceſſit, adſumpto Herodis nomine; regnum ejus decennio fuit quietum, is ipſe in Hiſpaniam (23.) profectus eſt eamque ſubegit ac devaſtavit, quia rex Hiſpaniæ fratris ſui uxorem ceperat, atque Antipas ibi vitam cum morte commutavit. (24.) Ejusdem ſucceſſor in regno fuit Agrippas Ariſtobuli fratris ejus filius, is, quùm 23. annis (25.) regnâſſet, diem obiit ſupremum,

אחיו ארבעים שנה׳ ובימיו מרד אנטיגנוס
בן אריסתובלוס אחיו ויהם יד בהורקנוס
עם דאל פרס ויתפשהו ויאסרהו בנחשתי׳
ויוליכהו בבבל ויקצץ את אזנו לבלתי
היות עוד כהן ומלך׳ וימלוך אנטיגנוס
ג׳ שנים ובימיו בחר ההורדים ואשוף
את כל חיל הרומיים ויבא ויהרוג את
אנטיגנוס בשנת שלש למלכו וימלוך
הורודוס החהון ל״ץ שנה וימת׳ וימלוך
החתיו ארקולאוס בנו ט׳ שנים ואחר
כן לכדו מלך הרומיים ויאסרוהו בנחשתים
ויוליכוהו לרומא וימת שם׳ וימלוך
החתיו אנטיפטר אחיו ושב את שמו
הורודוס והוי מלבוהו שלימה י׳ שנים
וילך וילכוד את ארץ ספרד וישמידה
על אשר לקח מלך טפרד את אשת
אחיו וימת שם׳ וימלוך החתיו אגריפס
בן אריסתובלום בן אחיו שלש ועשרים
שנה וימת וימלוך החתיו אגריפס בנו
עשרים שנה והוא אגריפס זה אשר
אנחנו עתה בספורו ובספור הדעות אשר
קדו לישר׳ בימיו וכל ימי מלבותו לא
שקטה המלחמה מישראל עם הרומים
עד

(16.) Alii 23. annis incompletis eum regno præfuiſſe ſcribunt, confer. Alſted. Chronolog. dict. Tit. 9.

(17.) Vid. Joſeph. Antiq. l. 15. c. 1.

(18.) Cùm enim Antigonus Hieroſolymam, juvantibus Parthis, occupâſſet, Herodes cum ſuis deprehenſa Barbarorum fraude vix evaſit, vid. Joſeph. Antiq. lib. 14. c. 24. & 25.

(19.) Joſephus l. 15. Antiq. c. 1. ſcribit, ab Herode, undecim legionibus Romanis adjuto, Hieroſolymam vi expugnatam eſſe.

(20.) Idem Joſephus loc. alleg. refert, Antigonum regem captum inſtante Herode, juſſu Antonii, Antiochiæ ſecuri percuſſum eſſe.

(21.) Vid. quæ ſuprà lib. 5. cap. 43. n. 15. de ejus morte annotata ſunt.

(22.) Confer. dict. l. 5. c. 43. n. 17. ibique not.

(23.) Ita nomen ספרד, quod hic habetur, communiter exponitur, ſic & Targum Jonathan teſte R. Salomone ad Obadiæ cap. unic. verſ. 20. interpretatur.

(24.) Joſephus Antiq. lib. 18. c. 9. ſcribit, Herodem Antipam à Caio, Imperatore, cum uxore in exilium actum eſſe.

(25.) Alii ſeptem ſolùm annis illum regnâſſe ſcribunt,

mum, cui in regno ſucceſſit Agrippas, ejusdem filius, ac 20. annis (26.) illud adminiſtravit, is ipſe eſt Agrippas, de quo jam dicimus & in eo ſumus, ut res adverſas, quæ populo Iſraëlitico illius ætate evenerunt, referamus. Nam quamdiu ipſe regnavit, nunquam bella genti Iſraëliticæ cum Romanis defuerunt, donec populus Judaicus in captivitatem abductus eſt Romam, ac Templum deſtructum fuit; hæc eſt deſolatio Templi illius ſecundi, quod oculi noſtri & ædificatum & dirutum viderunt. Utinam Deus adeò propitius nobis eſſet, ut Templum illud denuò ædificatum nobis oſtenderet & ſtatuta per Moſem ab initio nobis data (27.) in melius mutaret! utinam vitam noſtram ad illud usque tempus produceremus, quò populus Iſraëliticus proſperè ac feliciter in terram ſuam revertetur! Sed juſtitia noſtra (28.) eò usque non pertingit, ut propter eam miſericordia Dei nobis obveniat, quia peccatis onerati ſumus. (29.) Id ſolum dicimus: felix illa generatio, quæ ſervabitur & ſuperſtes erit ex populo Iſraëlitico, donec tempus adveniat, quò Templum tertia vice ædificabitur! beatus ille, qui patienti animo exſpectat, donec ad eum perveniat diem, quo bonum Domini aſpiciet ejusque benignitatem & gratiam videbit, quam ille populo Iſraëlitico exhibebit! Nunc autem, dum in calamitatibus noſtris premimur, mœrori ac dolori animi noſtri id remedium adhibeamus, ut maximam illam ſalutem, quæ ventura eſt, ad animum revocantes gaudeamus

עד גלות עם יהודה למדינת רומא ויהרב
המקדש והוא חרבן בית המקדש השני
אשר ראו עינינו בנוי וחרב׳ זמן יתן
והיה מחסד אלהים עלינו להראותו עוד
בנוי אך איך ישחנו עלינו סדרי בראשית
לטוב כי נאריך ימים עד הזמן ההוא
שיהיה זמן חשובה לישראל לטוב
ולהצלחה מאתם׳ לא הגיעו צדקותינו
אל גבול אשר בגללן יגיע לנו זה החסד
מאת האלהים כי אשמים אנחנו׳ רק
נאבד אשרי הדור אש׳ ימלט ויהיה
לפליטה ולשארית מישרל עד הגיע זמן
בנין הבית פעם ג׳ ואשרי המחכה ויגיע
לראות בטוב יי׳ ולחזות בנועם חסדו
אשר יהיה בישרל בימים ההם׳ ועתה
אנחנו בהיותנו נואבי׳ בצרותינו ואת
גרפא מתן באבנו ושכר לבנו כי נזכור
גדולת התשועה ההי׳ ונשמח ונשיש כי
נחשוב בה מה יעשו הרואים את בבודה
אשר עין בעין יראו בשוב יי׳ את שיבת
ציון וירושלם ונשכחו הצרות הראשונות
העוברות ואלה לא יזכרו ולא יפקדו ולא
יעלו על לב׳ אשרי הדור אשר יי׳ שהינו
יבחר לנחלה לו בימים ההם להושיע
את ישראל מיד הגוי ולקבץ את
נפוצי׳

(26.) Idem Alſtedius loc. alleg. illum 26. annis regnaſſe ſcribit, vid. ſuprà dict. l. 5. c. 45. n. 26.

(27.) Sive: legem Moſaicam, ſic interpretor פרוי בראשית, quæ hic habentur. Ergo Judæi ſperârunt ac crediderunt, legis Moſaicæ mutationem aliquando futuram eſſe, hùc facit Epiſt. ad Hebr. c. 8. v. 8. & ſeq. vid. etiam Mornæ. de Verit. Relig. Chriſt. c. 31. pag. m. 568. editionis Sigenæ Naſſov. 1597. typis vulgatæ.

(28.) Hæc juſtitia in Servatore noſtro, Jeſu Chriſto, quem increduli iſti Judæi rejiciunt, non in operibus noſtris conſiſtit, eam fidei juſtitiam ſi amplecterentur, converſio illorum ac reverſio ad cœleſtem Hieroſolymam fieret, vid. ad Roman. c. 11. v. 26.

(29.) Hanc ipſam ob cauſam Chriſtus, Servator noſter, in mundum venit, ut hominum peccata tolleret & juſtitiam, quæ in fide conſiſtit, ſtabiliret, vid. Eſai, c. 53. v. 4. & Joh. c. 1. v. 29.

נפוצותיהם בימיו והשכם הוא הודע
העתידות והטוב בעינו יעשה רק כי היום
הזה התנחנו אליו היא לקוי את יעודי
לעמו להחיות להם ולשום להם שארית
בארץ כל הימים ולא יפר בריתו אהם
כי יכלם והוא אמר ולא יעשה ודבר
ולא יקימנה כי אמר על עמו ביד משה
עבדו ונאמן בכל ביתו ואף גם את
וגו' הנה כאשר טוב נעב בעולמו כאשר
יהיה כל הימים נצב לשום שארית
לישראל יהיה כאשר יהיה כל הימים
לכן נחמו נחמו הרואים היום הזה
בצרה כי עת בא ובנכם יהו הרודים
בארץ וינחמו עוד השומעים בצרתנו
דאת כי הוא קין לכל צדות ישראל
ולא תבוא עוד צרה אהריה לעם יי׳
ומעי מעי אוחילה כי אספר עהה הרבן
ביה מקדשנו אשר ראינודו בנוי והרב
ופקדתו באה עהה הזהה מכוכתו ועל
המלחמות אשר ראו עינינו מעם יי עם
הצדים הצוררי לנו כי העיד יי את רוחם
לנקום נקמת הלול הזויתו ממנו קראנו
שם לספרנו זה מלחמות יי גם כי
למעלה רבים ורבים מעם יי הופקדו
למות

ac lætemur (30.) reputando, quanta futura ſit eorum felicitas, qui gloriam illam aſpicient & coràm intuebuntur, quando Deus captivos Sionis & Hieroſolymæ reducet, qui priorum calamitatum non amplius recordabuntur, nec illas unquam ad mentem animumque revocabunt; ô felicem progeniem, quam Dominus, Deus noſter tempore illo ſibi hæredem eliget, ut populum Iſraëliticum è manu gentium liberet atque Judæos hinc inde diſperſos congreget! Deus eſt, qui ſolus futura novit, is, quodcunque ſibi viſum fuerit, faciet; nos verò illum hodiè ſupplices rogamus, ut promiſſum, populo ſuo factum, quo ſe reliquias ejus ſemper in terra ſuperſtites ſervaturum, nec fœdus, cum illo initum, neglecturum eſſe affirmavit, ſtabile reddat, an is aliquid dicet nec faciet? num quidpiam promittet nec ſervabit? (31.) nam per Moſen, ſervum ſuum, in univerſa domo ſua fidelem, (32.) populo ſuo locutus eſt: attamen etiam &c. (33.) ecce ſicuti bonitas ejus in mundo univerſo ſubſiſtit; ita illa in perpetuum durabit, ut ſemper reliquias ſervet populo Iſraëlitico. Quapropter vos, qui jam calamitates iſtas videtis, ſolamini voſmet ipſos, (34.) quia tempus veniet, quô filii veſtri in terra dominabuntur, vos etiam, qui afflictiones illas noſtras auditis, ſolatium recipite, is quippe finis erit omnium calamitatum populi Iſraëlitici nec ulla amplius populo Dei eveniet afflictio: viſcera autem mea valdè dolebunt, dum jam deſtructionem narrabo domûs Sanctu-

30.) Vanum certè gaudium, quod ex aliena capitur lætitia & quidem illa, quæ multos poſt annos, imò nunquam, poſteris eventura eſt, confer. n. 34. h. cap.

(31.) Vid. Numer. cap. 23. v. 19.

(32.) Confer. Numer. cap. 12, v. 7. & ad Hebræ. c. 3. v. 2. & 5.

(33.) Ita hic quaſi per indicem innuitur locus, qui Levit. c. 26. v. 44. habetur, quem autor Vulgatæ ita tranſtulit: attamen etiam cum eſſent in terra hoſtili, non penitus abjeci eos neque ſic deſpexi, ut conſumerentur & irritum facerem pactum meum cum eis, confer. etiam Nehem. c. 1. v. 9.

(34.) O miſerum ſolatium, quo ſperatur, poſteros noſtros aliquando felices & rerum dominos futuros eſſe! quid, ſi etiam ſpes illa fruſtranea ſit ac vana? confer. ſuprà num. 30. h. cap. ibique not,

למות בקדש נפשותיה׳ ולא הזיו להלל
האויבים את מקדשו ברעונם ולתת יד
לאויבים לטמא את דוכל יי על אודות
המלם׳ ממות ונפשות כלם כי מהו עד
פי יי באור פני מלך חיים האירו דן
אם נקברו או על הארץ הללים נפגרו
יבר צדיקים לברכה׳

Sanctuarii noſtri, quod ædificatum & deſolatum vidimus, nunc enim tempus viſitationis & deſtructionis ejus venit; propter bella autem, quæ oculi noſtri viderunt fuiſſe populo Dei cum hoſtibus, qui nos afflixerunt, quosque Dominus ideò excitavit, ut illi ultionem de nobis ob contaminatam ipſius legem ſumerent, librum iſtum noſtrum vocavimus: Prælia Domini, (35.) idque illam quoque ob cauſam, quia multi è populo Domini promptè mortem oppetierunt & ſanctè vitam finiverunt (36.) nec permiſerunt, ut hoſtes pro lubitu ſuo Sanctuarium polluerent ac Templum Domini contaminarent, qua de cauſa illi & ſuam & aliorum multorum vitam morti eripere noluerunt, ſed voluntati Domini obtemperantes (37.) vitam finiverunt, qui jam in lumine vultus regis viventis ſplendeſcunt, ſive ſepulturam nacti ſunt, ſive cadavera illorum ſuprà terram projecta computruerunt, quia juſtorum memoria eſt in benedictione.

CAP. VII.

בשנת עשרי שנה למלך אגריפס בחדש
התמישי הוא חדש אב ביום תשעה
לחדש וישלח נארון הקיסר עד רומי
מנחה להעלות עולות ושלמים אל בית
יי בירושלם ויבקש לשלום ולברית
מהכמי יהודה וזקני ירושלם לאמר הגישו
נא

ANno vigeſimo regis Agrippæ, die nono menſis quinti, qui Ab (1.) dicitur, Nero Cæſar, Romanorum Imperator, donum miſit, ut holocauſta & euchariſtica in Templo Domini Hieroſolymis offerrentur, pacem quoque & fœdus cum Sapientibus terræ Judaicæ & Senioribus urbis Hieroſolymæ inire voluit, dicens: offerte, quæſò, donum meum Domino, Deo veſtro, (huic enim cultum exhibere mecum conſtitui) ſicuti aliis quoque Impe-

(35.) Hebr. מלחמות יי, de hac libri inſcriptione etiam ſuprà lib. 5. c. 1. num. 17. quædam notata ſunt.

(36.) Imò verò tempus illud, quô Templum deſtructum eſt & perfidi iſti ac contumaces Judæi perierunt, fuit tempus ultionis ac juſtæ Dei vindictæ ob Servatorum noſtrum, Jeſum Chriſtum, ab illis rejectum, vid. Luc. cap. 21. verſ. 22. confer. etiam Daniel c. 9. v. 26. & Zachar. c. 11 v. 1. & num. ſeq. 37.

(37.) Imò voluntati Divinæ de ipſorum ſalute reſiſtentes, vid. Actor. c. 13, v. 46. confer. etiam num. præced. 36.

(1.) Is Julio menſi ferè reſpondet, vid. quæ ſuprà l. 5. c. 45. n. 31. notata ſunt.

Imperatoribus Romanis, qui antè me imperium Romæ tenuerunt, facere conſveviſtis, audivi omnia, quæ Ceſtius, dux exercitus mei, vobis intulit mala; ſed illud mihi valdè diſplicuit, quapropter fœdus vobiſcum bona fide inire volui ex conſilio Senatus Romani, ne ullus exercitus Romani dux quavis ratione vobis imperet ab hoc tempore & deinceps; ſed omnes principes, moderatores & judices veſtri ex populo Judaico & Hieroſolymitano conſtituantur; Agrippas verò, rex veſter, in omnes principes veſtros poteſtatem & imperium exerceat vosque ipſius mandato obtemperetis, modò nomen Imperii Romani reverenter colatis. (2.) Legati igitur, quos Nero Cæſar miſerat, Hieroſolymam ad Ananiam, Pontificem, venerunt eique legationis ſuæ mandata expoſuerunt ac ſimùl Cæſaris donum oſtenderunt idque coràm illo conſtituerunt; fuit autem munus iſtud juvencus coronâ aureâ maximâ cinctus, cujus cornua auro obducta fuerunt, tergum ejus veſte purpureâ, gemmis diſtinctâ, inſtratum fuit, juvencus iſte in holocauſtum oblatus fuit, hunc bajuli, pondus decem talentorum auri ferentes, præcedebant, eundem juvencum ingens ovium, in euchariſtica offerendarum, multitudo ſequebatur; aſt Eleazarus (3.) Sacerdos, Ananiæ Pontificis filius, cùm legatorum verba audiſſet, ſurrexit & Neronis Cæſaris donum è Templo Domini ejecit, (4.) nam dixit: haud polluamus Sanctuarium Domini, Dei noſtri, alienigenarum donis, (5.) quia illorum holocauſta & ſacrificia pacifica, Domino, Deo noſtro non ſunt grata, dein ſignò tuba datò aciem adverſùs exercitum Romanorum, qui in caſtris ſtationem peragebant, ut Hieroſolymam cuſtodirent, inſtruxit, atque eo

(2) Nomen ſupèr vos vocetur, ita juxtà Hebræum.

(3.) De hoc dictum eſt ſuprà h. lib. 6. c. 2. n. 5. vid. & infrà h. l. 6. c. 32. n. 10.

(4.) Vid. Joſeph. l. 2. de Bell. Jud. c. 30. & Egeſipp. l. 2. de Excid. Hieroſ. c. 10. princ. ubi ſcribit, quòd hæc tuba belli ſuerit adverſùs Romanos, univerſosque in tumultum excitârit.

(5.) Confer. hic Joh. Lightfooti Hor. Hebr. in S. Johann. c. 12. v. 20.

eo die multi è Romanis interempti ceciderunt, inter quos etiam unus ex ducibus exercitus occubuit; alter verò vivus captus eſt, (6.) nam dux iſte, fortitudine inſignis, cùm Judæorum vim, undique ſibi in prælio ingruentem, conſpexiſſet, eisdem dixit: ſi vitam mihi ſervare nec me interimere vultis, ego me vivum vobis tradam, quocircà Eleazarus graſſator ei juravit, quòd illum non interfecturus, ſed propter egregiam fortitudinem vitam ipſi ſervaturus ſit, quo facto dux Romanus ſe vivum illius poteſtati tradidit, poſtquàm ipſe multos Judæorum fortiſſimos proſtraverat, ſed Eleazarus violato jurejurandò illum interfecit; priusquàm autem eum interimeret, ipſum ſic allocutus eſt: quemadmodum gladius tuus mulieres orbavit liberis, ſic mater tua inter uxores liberis careat, (7.) his dictis ſatelliti ſuo præcepit, ut illum interficeret.

CAP. VIII.

AGrippas autem rex, quùm hæc vidiſſet atque audiſſet, rem ægerrimè tulit & in platea quadam ſtans ſublata clamavit voce: væ tibi, Eleazare graſſator, utinam malum iſtud, cujus tu jam factis tuis cauſa es, in te patriſque tui domum tantum caderet! tunc non valdè ſoliciti eſſemus nec lachrymas profunderemus; ſed væ illis, qui ætate tua vivunt ac pacem & quietem quærunt! eos enim improbitate tua involutos in perniciem tecum trahes, quousque tu, hoſtis Dei & inimice populi ejus, laqueus nobis & offendiculum eris; cur vineam Domini perdis ac deſtruis? Eleazarus autem, cùm hæc

(6.) Is Meſilius, ni fallor, appellatur ab Egeſippo l. 2. de Bell. Jud. c. 10. in fin.

(7.) Vid. 1. Samuel. cap. 15. v. 33. unde locus iſte deſumptus eſt.

וידי כשמוע אלעזר את דברי אגריפס
עניהו ויאמר אליו כרבוים דאלה: מה
לך ולשם מלך ואם אתה מלך למה
לא הציה ליסרנו ואיה גבוריך קוב אלי
עמה: והרבה בי המוסר ונראה אם אתה
מלך באמת או בשקר: אבל העמוד
מנגד והחדר ורגליך עומדו לברחת בעמוד
הבלב מנגד לנושא כלי מלחמה והדין
לשונו לנבחת: וירמה אלעזר לפריצים
אחריהו אשר ירחצו וילבשו את אגריפס
המלך מרי עמודו הוא לשמוע דבריו ומרי
דברו הוא עמו ועבד את מעבדי אגריפס
המלך אשר העמידו על תל דחוק מנגד
לראות אם הפריצים יתעוררו לקרוב
אליו ולהחריעו זה: וישמע העבד את
ידו על דאשו ויתן אות ביריחה לאגריפס
המלך בוה לאמר ברח לך מהרה משם
כי אם עוד מעט תעמוד שם הנה
הפריצי ישאו את ראשך מעליך והייתו
אתה ואנחנו הטאים: וכראות אגריפס
את אות עבדו הנאמן לו זיברח משם
מהרה וירוצו אחריו הפריצים ולא יוכלו
להשיגו וילך לו אל יפו אשר היתה
בממשלת הרומי וימלט שם: אחרי כן
ברח אגריפס המלך משם ויבא אל
מדינת רומא ויגר לנארון הקיסר את כל
הרעה אשר נעשתה בירושלם ואת כל
אשר עשה אלעזר הפריץ למנחתו וכי
לא ברצונו עשה ולא במצותו פעל:
וישלח

hæc Agrippæ verba audisset, eidem hunc in modum respondit: cur tu regio appellaris nomine? si rex es, quare non præcipis, ut pœnâ afficiamur? ubinam sunt milites tui? accede cum illis ad me propiùs, & supplicia tua in me auge, videamus, utrùm verè an falsò rex sis: Enimverò tu procul stans inclamas ac pedes tui ad fugam parati sunt instar canis, qui è longinquo eum, cui arma sunt, lingvâ suâ allatrat, dein Eleazarus sociis suis grassatoribus annuit, ut citato gradu Agrippam regem, dum is stando Eleazarum auscultabat, & cum illo loquebatur, caperent; sed servus quidam Agrippæ regis, qui eum procùl in tumulo quodam constituerat, ut grassatores observaret, si fortè illi appropinquare velint, idque regi indicaret, manu suprà caput levata fugæ signum dedit Agrippæ eique dixit: fuge inde quàm celerrimè, nam si paululum temporis ibi cunctaberis, grassatores caput tibi auferent, quo facto tu & nos simùl moræ istius pœnas (1.) gravissimas dabimus. Quapropter Agrippas conspecto servi sui fidelis signo sine ulla mora indè aufugit; grassatores autem fugientem persecuti sunt, sed eum comprehendere non potuerunt. Posteà rex Japhonem, urbem Romanorum imperio subjectam incolumis pervenit, inde Romam profectus Neroni Cæsari omnia narravit mala, Hierosolymis perpetrata, & quomodo Eleazarus grassator donum Cæsaris spreverit nec voluntati ejus morem gesserit aut illius mandatis obtemperârit. Quibus cognitis Nero Cæsar Cestium, exercitus sui ducem, unà cum Agrippa rege maximisque copiis in Judæam misit; (2.) cùm igitur ambo eò venissent, urbes quasdam Judæorum munitas ceperunt, Japhonem quoque everterunt, (3.) quia grassatorum manus in

(1.) Ita hic verbum חטאים, quod in codice nostro habetur, vertere volui; respicitur autem ad locum illum 1. Reg. cap. 1. v. 21. ubi vid. Commentatores & inprimis R. Sâlom, & Isa. Abarbenel.

(2.) Hic à Judæo interpolatore ea tædiosè reperuntur, quorum jam suprà h. lib. cap. 5. n. 1. & seqq. mentio facta est.

(3.) Vid. Joseph, lib, 2. de Bell. Iud. c. 37.

וישלח עוד עמו הקיסר את כסטיאו שר
צבאו בהיל כבד מאד ויבאו אל ארץ
יהוד' שניהם וילכדו מקצת הערים
הבצורו' אשר ביהודה וגם את יפו הרסו
כי גבוה יד הפריצים על יפו ויוראו
הרומיים מאר אשר לא ישלטו הפריצים
ביפו ויהוה עיר יפו להרומיים למוקש כי
יתאזרו ויתגברו היהודים בעיר יפו והוא
מקום מחנו לאנשות הרומי' אשר תבאנה
אל ירושלם ואל ארץ יהודה: ויעלו
אחרי כן אגריפ' וכסטיאו' ירושלימ'
להלחם בפריצים ולהשמידם ויצאו
לקראתם אלעזר בן ענני הכהן ויחר
הבהנים ורב העם וימצאו אותם חוני'
בין ירושלם ובין יפו ויערכו אתם
מלחמה ויפלו חללי היהודים לפני
הרומיים והבהנים נסו אל ירושלם וירדפ'
אחריהם כסטיאו' ואגריפס ויהר היל
הרומיים עד שערי ירושלם ויחנו על
ירושלם ג' ימים: ויהי ביום הרביעי ויצאו
הכהנים ויהר העם מירושל' פתאו' ויכו
במחנה הרומיים ויכוהו מהם ה' אלפים
איש רגלי ואלף וחכבי סוסים ויברח
מחנה רומיים: ויהי בראות כסטיאו' ועמו
כי אין לנום מפני היהודים ויבזרו מבחורי
הרומ'

in urbe illa prævaluerat, quocirca Romani valdè metuerunt, ne grassatores Japhone occupata ipsos clade aliqua afficerent, si Judæi vires ibidem colligerent & invalescerent; erat autem locus iste portus valdè idoneus recipiendis Romanorum navibus, quæ Judæam & Hierosolymam petebant. Posteà Agrippas & Cestius Hierosolymam ascenderunt, (4.) ut cum grassatoribus pugnarent eosque delerent; Eleazarus autem Sacerdos, Ananiæ filius, cœterique Sacerdotes atque ingens Judæorum multitudo Romanis obviam progressi eosdem inter urbem Hierosolymam & Japhonem degentes deprehenderunt atque cum illis prælium inierunt; sed multi Judæorum eo in prælio à Romanis interfecti sunt (5.) ac Sacerdotes Hierosolymam profugerunt, quos Cestius & Agrippas cum exercitu Romanorum ad portas usque Hierosolymæ persecuti sunt: quam urbem cùm per triduum obsedissent, (6.) sacerdotes unà cum reliquo populo eruptione repentè facta Romanorum copias adorti sunt ac quinque millia (7.) peditum, equites verò mille interfecerunt, quapropter Romanorum exercitus valdè consternatus est: Cestius autem ejusque milites, cùm viderent, nullum sibi patere locum evadendi è manibus Judæorum, quadraginta millia (8.) fortissimorum Romanorum elegerunt eosque inter sua & Judæorum castra medios constituerunt (9.) quibus Cestius hæc dedit mandata: per totam noctem excubias ac stationes agite, tubas inflate atque ignes

(4.) Vid. hic præ aliis Josippi Epitom. pag. 203. & seqq.

(5.) Vid. Joseph. l. 2. de Bell. Jud. c. 47. & Josippi Epitom. p. 203. & seq.

(6.) Confer. Joseph. dict. l. 2. c. 39. atque Egesipp. l. 2. de Bell. Jud. c. 15. ac Josippi Epitom, p. 204.

(7.) Consentit Josippi Epitome dict. loc. Josephus verò l. 2. de Bell. Jud. c. 40. scribit, pedites 4000. equites autem 380. ex Romanorum copiis periisse, Egesippus loc. alleg. refert, quod quinque millia peditum de exercitu Romano & trecenti equites extincti fuerint.

(8.) Josephus dict. l. 2. c. 40. refert, saltem 400. milites; Egesippus verò l. 2. de Bell. Jud. c. 15. non nisi 40. Romanos in castris relictos esse, confer. etiam Josippi Epitom. p. 204.

(9.) In loco quodam, cui Bethoron nomen, sicuti scribit Egesippus dict. loc.

accendite, ut ego & Agrippas rex in terram noſtram evadere poſſimus; vos autem à loco illo ad matutinum usque tempus haudquaquam recedite. Quapropter Judæi eorumque copiæ, cùm id vidiſſent, omnes agmine facto congregati ſunt, ut tubarum clangorem audirent & quid is ſibi vellet, cognoſcerent; ſubſtiterunt igitur nec Romanos ulterius perſecuti ſunt: illuceſcente autem die, cùm Judæi deprehendiſſent, Romanos noctu Cæſaream (10.) verſùs tridui itinere procùl aufugiſſe, ſacerdotes fugientibus inſtiterunt, eorumque arma omnia, hinc inde per viam ſparſa, invenerunt, quæ Romani ideò abjecerant, ut expeditiores ad fugam eſſent; aſt Sacerdotes arma projecta non collegerunt, quia Eleazarus cum omnibus copiis ſuis Romanos ad portas usque Cæſareæ perſequebatur; Ceſtius autem & Agrippas profugientes jam urbem Cæſaream intraverant, unde ambo Romam ad Neronem Cæſarem profecti ſunt, cui omnia, quæ ſibi in urbe Hieroſolymitana eveniſſent, narrârunt: (11.) intereà verò dum illi ea de re cum Cæſare loquebantur, ecce nuncius quidam ex Perſide advenit, indicans, regem Perſiæ ejusque populum à Romanorum imperio deſeciſſe, quam ob cauſam Cæſar valdè conſternatus fuit, (12.) quia viderat, gentes omnes finitimas, Romanorum ditioni ſubjectas, arma contrà illos ſumpſiſſe.

(10.) Joſephus dict. lib. 2. c. 40. ſcribit, Judæos Romanis fugientibus inſtiuiſſe usque ad urbem Antipatrida, cui etiam Egeſippus lib. 2. de Bell. Jud. c. 15. adſtipulatur, conſer. & Joſippi Epitom. pag. 204.

(11.) Vid. Egeſipp. l. 2. de Bell. Jud. c. 16. & l. 3. c. 1. atque Joſippi Epitom. p. 205.

(12.) Conſer. hìc Joſippi Epitom. & Egeſipp. loc. alleg. ubi ſcribit, quòd Neroni, qui in Achaiæ partibus Tragicorum carminum meditatione contenderat, ut de pluribus ſcenicam coronam referret, iſta nunciata ſint, conſer. etiam Sueton. in vita Neron. c. 19. & c. 42.

CAP.

CAP. IX.

PEr idem tempus Veſpaſianus (1.) Imperator Romam venit, quem Nero Cæſar in occidentem, ut & in Germaniam ac Britanniam (2.) atque Beſcuſiam (3.) miſerat, quas etiam provincias Veſpaſianus ita perdomuit, ut humeros ſuos ferendo Romanorum jugo ſubmitterent ac Neroni Cæſari ſubjectæ eſſent. Quapropter cùm Veſpaſianus Romam eſſet reverſus, Nero Cæſar omnia ei mala, quæ Sacerdotes exercitui Romanorum in Judæa intuliſſent & quomodo illi populum Romanum ejusque copias deleviſſent, narravit, prætereâ rem omnem, quam ille à Ceſtio Romano & Agrippa, Judæorum rege, audiverat, ei retulit atque idcircò graviſſimum dolorem cepit. Poſteà Nero Cæſar (4.) Veſpaſianum, exercitus ſui ducem & unà cum illo Titum, ejusdem filium, (5.) miſit, ut vindictam de Perſis atque Judæis, ut & de urbe Hieroſolyma ſumeret propter effuſum Romanorum ſangvinem, eisque hæc præcepta dedit: munitas Judæorum urbes evertite & quidquid inveneritis, penitùs delete, nemini parcite nec viro nec mulieri nec parvulo

(1.) Vid. Joſeph. l. 3. de Bell. Jud. c. 1. & Egeſipp. l. 3. de Excid. Hieroſ. c. 1. atque Joſippi Epitom. pag. 205. & ſeq.

(2.) Idem refert Sueton. in Veſpaſiani vita, cap. 4.

(3.) Hebr. בסקוסיאה, ſic in noſtro codice; ſed procul dubio corruptè, niſi hìc literam ב ut præfixam, accipere velis, ſic nomen סקוסיאה id eſt, Scotia, (molli ſcil. ſive leni pronunciatione literæ: t, prout Galli hodiè efferre conſueverunt) relinqueretur, quam conjecturam meam confirmat Munſteri verſio Latina in Joſippi Epitome p. 206. (ubi de his ipſis Veſpaſiani expeditionibus agitur) nam Hebræa illa: ואשכנז ואשקוסיא ככל ארץ תוכל וגו׳ ille ibidem vertit: & Germaniam, Britanniam & totam terram Heſperiæ &c. ubi nomen אשקוסיא i. e. Scotiam, ipſe tranſtulit: Britanniam, nimirum Synechdochicè, conſer. Joſephus dict. lib. 3. c. 1. & Sueton. in vita Veſpaſian. c. 4.

(4.) Conſer. hìc Egeſipp. l. 3. de Bell. Jud. c. 1. & 2. ubi inter alia etiam de Neronis adversùs Chriſtianos crudelitate, ut & de Petri, Apoſtoli, & Simonis Magi, certamine agitur, vid. & R. Salomo ad Daniel. c. 8. v. 11. ubi ſcribit, quòd ab hoc tempore juge Sacrificium ceſſaverit.

(5.) In Joſippi Epitome pag. 206. ſcribitur, quòd quidam dixerint, Titum fuiſſe ſororis Veſpaſiani filium; nonnulli verò, quòd fuerit ejus privignus; ſed apud Suetonium in illius vita nulla hujus rei ſit mentio, atque ibidem Titus Veſpaſiani filius, ſicuti & hoc loco, vocatur.

vulo nec infanti lactenti nec ſeni, ſed omnes internecione perimite. Quapropter Veſpaſianus ac Titus ſuſcepta expeditione mare unà cum omni Romanorum exercitu & electo militum robore (6.) trajecerunt & usque ad Antiochiæ (7.) caſtra venerunt; Judæi verò, cùm ad illos ejus rei fama eſſet perlata, tres duces fortiſſimos belliquè peritos ex principibus Judaicis & Hieroſolymitanis elegerunt, nimirùm me Joſephum (8.) Sacerdotem, auxiliante Deo haud inſtrenuum ducem, atque Ananiam Pontificem ejusque filium Eleazarum, Sacerdotem, ac terræ Judaicæ eosdem præfecerunt, quam etiam ſorte ipſis aſſignârunt, attributis unicuique ad belſicam neceſſitatem Judæorum copiis. Tertia itaque pars terræ Judaicæ prima ſorte ad decus & gloriam obvenit Joſepho, Gorionis filio, ſacerdoti, univerſa nempe Galilæa, à terra Naphtali & ulterius (9.) eumque in nominis ipſius honorem & laudem vocarunt Joſippum, (10.) quia in ducem belli tunc temporis electus & unctus fuit; ſecunda ſors obtigit Ananiæ Pontifici, nempe Hieroſolyma & omnia, circà urbem illam jacentia, ut is promptus ac paratus eſſet ad mœnia oppidi illius firmanda & ut aciem contrà Veſpaſianum, ſi is eô veniret, inſtrueret; tertia denique ſors evenit Eleazaro, Ananiæ filio, Sacerdoti, cui Joſua (11.) princeps adjunctus fuit

מבצריהם והחרמת את כל אשר תמצאו
אל תשיבו יד מאיש עד אשת טף ועולל
וינק חקן להחריבם וילך אספסיאנוס
וטיטוס ויעברו בים ועמהם כל חיל
הרומיים ומכבר גדודיהם ויבאו עד מרגנה
אנטוכיאה׃ ויהי כשמוע היהודים את
הדברים האלה ויבחרו מן השרים אשר
ביהודה וביהושלם ג׳ שרים גבורי מלחמה
אותי יוסף הכהן הגבור למלחמה בעזרת
יי׳ ואת ענני הכהן ואת אלעזר הכהן
בנו ויפקידום על הארץ ויחלקו להם
ארץ יהוד׳ בגורל ויתנו להם עזרה ביד
היהודים למלחמה׃ והפל שליש הארץ
בגורל הראשון כל ארץ הגליל מארץ
נפתלי והלאה ליוסף בן גוריון הכהן
לכבוד ולתפאר׳ ויקראו אותו יוסיפון
לשם מעלה והלה כי אז נמשח למשוח
מלחמה׃ והגורל השני יצא לענני הכהן
הגדול יהושלם וכל סביבותיה להיותו
עתיד ומוכן להזק את החומות ולערוך
מלחמה מול אספסיאנוס אם יבא שם׃
והגורל השלישי יצא לאלעזר בן ענני
הכהן

(6.) Vid. Joſeph. l. 3. de Bell. Iud. cap. 1. & Egeſipp. l. 3. de Excid. Hieroſ. c. 3.

(7.) Hujus urbis deſcriptionem vide apud Egeſipp. dict. l. 3. c. 5.

(8.) Confer. Joſeph. lib. 2. de Bell. Jud. c. 42. & Egeſipp. l. 3. de Excid. Hieroſ. c. 3. ac Ioſippi Epitom. p. 208. ubi ſcribit, quòd ipſe (Joſippus ſcil.) ex iſtius Joſephi, Gorionis filii, libro magno, in quo ea continentur, quæ in domo ſecunda acciderunt, & ex libri iſtius ſummis ramuſculis librum ſuum decerpſerit.

(9.) Idem refertur in Joſippi Epitom. p. 209.

(10.) Ita nomen יוסיפון, quod hìc habetur vertere volui, ut id à nomine Joſephi aliquo modo diſtinguerem, dicitur autem hic & alibi paſſim Joſephus Gorionis filius; cùm tamen Joſephus ipſe ſe Matthiæ filium fuiſſe ſcribat, vid. Joſeph. lib. 2. de Bell. Jud. cap. 42. autori tamen noſtro hic adſtipulatur Egeſippus l. 3. de Excid. Hieroſ. c. 3. dum ſcribit, Joſephum, Gorionis filium, in Galilæam ad res ordinandas Hieroſolymis profectum eſſe, conciliationem aliquam ac dubii ſolutionem adduxit Munſterus in Præfatione, quam Verſioni ſuæ Latinæ Joſephi Hebraici præmiſit, confer. & cap. ſeq. 10. n. 1. ibique not.

(11.) Joſephus dict. l. 2. c. 42. illum vocat Ἰησοῦν τὸν υἱὸν Σαπφᾶ, Ieſum Saphæ filium, vid. & Egeſipp. l. 3. de Excid. Hieroſ. c. 3.

הכהן ועמו יהושע הישר עם כל שרי יהודה
בבל ארץ אדום עד אילת ועד ים סוף׃
ויהר הארץ יצאה בגורל למנשה והוא
שר משרי יהודה מירדנו עד באבה את
נהר פרת ומעבר לנהר וכל ארץ ארם
נהרים׃ וליהר שרי יהודה והכהנים
הנגבדים הפקדו את הערים הבצורות
מגבול יהושלם עד בואכה מצרימה׃
ויסע אספסיאנוס עם כל עמו מאנטוכיאה
ויבאו ויחנו בארם צובה ויועצו יהדיו
דוא ושריו לאמר נלכה ונעלה ראשוני
בגליל ונראה מה נעשה בארץ
יהודה׃

fuit cum omnibus ducibus Judaicis, qui Idumæam univerſam usque ad Ælath (12.) & mare Suph (13.) tuerentur: reliqua autem terra Judaica ab urbe Jericho usque ad fluvium Euphratem & ultrà flumen iſtud, ut & univerſa Meſopotamia (14.) Manaſſi, principi cuidam Judaico, ſorte obvenit; cœteris autem principibus Judaicis (15.) ac Sacerdotibus, honore præfulgentibus, urbes munitæ à finibus Hieroſolymæ usque ad Ægyptum concreditæ fuerunt. Veſpaſianus itaque (16.) cum univerſo exercitu ſuo ab urbe Antiochia (17.) profectus in Syria Zoba caſtra metatus eſt, ubi tàm ipſe, quàm duces ejus habito inter ſe conſilio dixerunt: aſcendamus priùs in Galilæam (18.) poſteà diſpiciemus, quid in Judæa nobis agendum ſit.

(12.) Sive: Elath, de hac vid. Deuter. c. 2. v. 8. & 2. Reg. cap. 14. v. 22. & c. 16. v. 6. ubi Vulgata habet: Aila.

(13.) Seu: arundinoſum, Græcis dicitur ἐρυθρὰ θάλασσα, mare rubrum, vid. præ aliis D. Lutheri Gloſſ. margin. ad Exod. c. 13. v. 18.

(14.) Sic communiter vertunt ארם נהרים, Joſeph. l. 2. de Bell. Jud. c. 42. ſcribit, quòd Manaſſes in Peræam miſſus ſit, Egeſippus l. 3. de Excid. Hieroſ. c. 3. refert, quòd Menaſſi Petræa regio, trans Euphratem ſita, fuerit commiſſa, ubi Cornel. Gualtherus notat, quòd vetus codex non Petræa, ſed Peræa habeat, & quòd apud Joſephum quoque ſcribatur, Menaſſem trans fluvium miſſum eſſe, itaque per flumen Jordanem potius, quàm Euphratem ipſe putat accipiendum eſſe, nam idem Joſephus in deſcriptione Perææ longitudinem ejus à Macherunte in Pellam; latitudinem verò à Philadelphia usque ad Jordanem extendit, præterea cum idem Egeſippus infrà ſcribat, Nigrum Peraitem vel potius Pereatem ideò cognominatum eſſe, quòd ex regione trans Iordanem poſita genus ducerer, Peræam potius trans Iordanem, quàm Euphratem, poſitam intelligendam eſſe idem putat Gualtherus, cum Euphrates longiùs diſſitus ſit.

(15.) Iohannes Eſſæus, alius quoque Iohannes, Ananiæ filius, cœteriquè diverſis attributi ſunt partibus, quas ſua tuerentur ſolicitudine, ſcribit Egeſipp. dict. l. 3. c. 3. vid. & infr. h. l. 6. c. 12. n. 4.

(16.) Vid. Joſeph. l. 3. de Bell. Iud. c. 1.

(17.) Confer. idem Joſeph dict. l. 3. c. 3.

(18.) Vid. Joſippi Epitom. p. 209.

CAP.

CAP. X.

JOsephus autem, (1.) Gorionis filius, sacerdos, cùm audisset, à Vespasiano consilium esse initum, ut in Judæam exercitus duceretur, ipse Hierosolymis egressus in Galilæam profectus est, ubi urbes dirutas restauravit, earumq; mœnia, portas, repagula, claustra & arces firmavit belliqve duces, nimirùm tribunos, (2.) centuriones, quinquagenarios principes (3.) atque decuriones præfecit populo, quem is omnis generis armis instruxit illumque tubarum buccinarumqve clangores observare edocuit (4.) nempe, ad quodnam signum ipsi confligere, vel sese congregare vel separare debeant, hæc illos belli signa docuit Josephus (5.) & populo sic præcepit: audite Israëlitæ, (6) vos hodie in bellum contrà hostes vestros proficiscimini, animus vester non concidat nec metus & pavor hostilis vos capiat; sed magno fortiqve animo sitis, ut pro urbibus vestris, pro patria ac gente vestra pugnetis nec mortem metuatis, nam si viriliter ac strenuè terram vestram defenderitis, ne ex illa in captivitatem abducamini, & si pro Sanctuario Domini pugnaveritis, ne illud à gentibus polluatur, satius certè erit, in bello occumbere, quàm in captivitate vivere. Cùm itaqve prælium adversùs hostes vestros inieritis & ex illorum militibus aliquem cadere videritis, qvi se erigere conatur, eum tam diu percutite, donec penitus

ויהי כשמוע יוסף בן גוריון הכהן לאמר
אשר יעץ אספסיאנוס לעלות אל הגליל
ויצא יוסף הכהן בן גוריון הכהן מירושלם
ויעל הגלילה ויבן את הערים הנרסות
ויחזק את החומות אשר בערים ואת
דלתותיה ובריחיה ומנעוליה וארמנותיהם
ויפקד שרי צבאות למלחמ' בראש העם
לאלפים ולמאות ולחמשים ולעשרות
וימלא ידי העם מכל כלי מלחמה וילמד
את העם את אותות קולות השופרות
ואת התרועות בחצוצרות באו זה קול
יערבו מלחמ' ובאי זה קול יתקבצו ובאי
זה קול יפרדו ויגד להם ויודיעם את
קול אחיזות תרועות המלחמות ויצו את
העם לאמר שמע ישראל אתם קרבים
היום למלחמה על אויביכם אל ירך
לבבכם ואל תיראו ואל תחפזו מפניהם
הוקו ויאמץ לבבכם להלחם בעד עריכ'
ובעד אדמתכ' ובעד עמכם ולא תגודו
מהמות כי אם הוקו ואמצו לשמור את
אדמתכם לבלתי גלות בעליה ולהלחם
בעד מקדש יי' לבלתי יומא בטומאות
הגוים

(1.) Iosephus ipse lib. 2. de Bell. Iud. c. 42. scribit, sibi Iosepho, Matthiæ filio, utriusque Galilææ præfecturam esse commissam, confer. Egesipp. lib. 3. de Excid. Hieros. cap. 3. & cap. antec. 9. n. 10.

(2.) Seu: Chiliarchas, vid, Iosephi. lib. 2. de Bell. Iud. c. 42. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hieros. c. 3. atque Iosippi Epitom. p. 209.

(3.) Ita hic præfectos super quinquaginta milites vertere volui, Græci πεντηκοντάρχους vocant.

(4.) Iosephus dict. lib. 2. c. 42. vocat σάλπιγγος προσκλήσεις & ἀνακλήσεις, tubæ provocationes, Gall. sonner l'alarme & sonner la retraitte, Egesippus dict. lib. 3. c. 3. nominat institutiones (excitationes) tubarum & represliones.

(5.) Idem refert Iosephus dict. l. 2. c. 42. & Egesippus loc. alleg. atque Iosippi Epitom. p. 209.

(6.) Vid. Deuteron. cap. 20. v. 3. confer. & Iosipp. Epitom. dict. pag. 209.

הגוים אף כי המות טוב לנו במלחמה
מהחיים בגולה' והיה בקרבכם אל
המלחמה על אויבי' ואויהם כי יפול
הלל מגבוריהם ויתעודד עוד לקום
וקנאתם ליי' אלהיכם לנקם נקמת עם
יי' ממנו ואשר יראהו כי יתעורר לקום
יכהו עד יפול ולא יוכל קום' וכי תראו
כי יפול הלל בגבוריכם וקנאתם ליי'
אלהינו למלטו מיד האויבים אם חי
לרפאו ולעזור לו ואם מת לקברו בקברי
ישראל' ובזה נבחרה כלנו מות מהיים
ונצליח במלחמותינו כי נבחר למות על
יי' ועל בריתו ונמלט נפשנו אליו אל
אור החיים בשמים והוא כי הלבו אל
האור הגדול' ויהי בכלותו לדבר את
כל הדברים האלה לעם יהודה וישראל
ויבחר לו מיהודה ששים אלף איש רגלי
ורוכבי סוסים מתי מספר ויבחר לו מכל
אלה שש מאות איש גבורי חיל למלחמה
ואנשי מעמד לגבודה אחד לעשרה
למאה מאה לאלף אלף לרבבה'

ויולך יוסף בן גוריון הכהן לערי אגריפס
אשר בארץ יהודה לתפשם כי יד אגריפס
היתה

(7.) Consentit Josephus dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 42. in fin. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hieros. c. 3. ac Josippi Epitom. pag. 210.

(8.) Josephus loc. alleg. scribit, se equites 250. sibi elegisse.

(9.) Hos sexcentos φύλακας τῦ σώματος, corporis custodes circà se habuit Josephus, prout ipse scribit loc. alleg. vid. & Egesipp. lib. 3. de Bell. Jud. c. 3. ac Josippi Epitom. pag. 210.

(1.) In Josippi Epitom. pag. 210. scribitur, quòd Josephus perrexerit ad Syriam, quæ illo tempore vocata sit Halab, ubi Agrippæ fuerint thesauri.

tùs occumbat nec resurgere possit, sic Zelo Domini, Dei vestri, animati vindicate populum Domini; contrà si aliqvem ex militibus vestris vulneratum procidere conspexeritis, illum Zelo Domini commoti hostium manibus omni modo eripere conamini, ut, si adhùc vivus sit, vulnera ejus curentur, si verò mortuus sit, ut sepulchris populi Israëlitici inferatur. Hanc igitur ob causam mortem vitæ præferamus; erimus autem felices in præliis nostris, si pro Deo ejusque fœdere mori haud recusaverimus: sic animas nostras incolumes ad Dominum, ad cœleste illud lumen vitæ, mittemus, sic ad maximam illam lucem migrabitis. Cùm Josephus hæc omnia ad populum Judaicum & Israëliticum locutus esset, ipse sexaginta millia peditum; (7.) equitum verò numerum parvum elegit, (8.) ex his omnibus sexcentos sibi optavit fortissimos viros, (9.) virtute bellica strenuos, quorum unus decem aliis, decem centum, centum mille & mille decem millibus pares erant.

CAP. XI.

JOsephus igitur, Gorionis filius, Sacerdos, abiit, (1.) ut urbes Agrippæ, in Judæa sitas, subjugaret, (Agrippas enim Romanorum partes sive jure

jure ſive injuria ſeqvi ſibi propoſuerat) primò autem aggreſſus eſt Tyarnam (2.) amplam urbem, ubi auri argentiqve theſaurus, ut & arma, quibus Agrippas adverſùs reges, hoſtes ſuos, uti ſolebat, aſſervabantur, qvapropter Joſephus urbi appropinquans antè portam ſtetit ac populo, qui ſuprà murum conſtitutus erat, pacis conditiones obtulit, dicens: aperite mihi portam urbis atque omnes regis Agrippæ theſauros ejusque res pretioſas mihi tradite, ſic vivos & incolumes vos dimittam, annon ſatius vobis erit, Sanctuarii Domini ejusque hæreditatis participes eſſe, quàm Agrippæ ſuppetias ferre, qui ſeſe hoſtibus noſtris adjunxit eosque adjuvat adverſùs nos & Sanctuario Domini ejusque hæreditati bellum infert? hiſce Joſephi dictis incolæ urbis morem geſſerunt eiqve portam aperuerunt, & ingredienti pacatè occurrentes cunctos ei theſauros regis Agrippæ tradiderunt, quia Joſephi verba illis placuerunt atqve ſortis ejus ipſi qvoqve participes eſſe voluerunt. Per idem tempus Joſephus admodùm ægrè tulit, cùm ei nunciatum eſſet, Tiberienſes defeciſſe (3.) ac ſe à populo Hieroſolymitano ſeparâſſe, ſpretaque Joſephi ſorte & mutata voluntate ſe Veſpaſiano, qui eis ducem quendam Romanum præfecerat, ſubmiſiſſe; quapropter Joſephus, cùm ejus rei fama ad illum perlata eſſet, relictis caſtris, quæ ad Tyarnam (4.) erant, ſexcentos milites adverſùs urbem Tiberiadem ſecum duxit atqve eam repentè adortus eſt, cùmque ad litora maris Genoſar (5.) veniſſet & mul-

היתה עם הרומיים אם בצדק ואם ברשע׳ וילך ראשונה לטיארנרה היא העיר הגדולה אשר לאגריפס אשר שם אוצרות הכסף והזהב ובלי המלחמה אשר לוי למלחמי מלכים׳ ויהי כבא יוסף אל העיר ויעמוד לפני השער וידבר דבר שלום באזני העם אשר על החומה לאמר׳ פתחו לי השער ושמרתם בידי את כל אוצרו המלך אגריפס ואת כל מחמדיו ותהיו ולא המותו והלא טוב לכם להיות בגורל מקדש יי׳ ובנחלתו מהיות בעזר׳ אגריפס אשר נוסף גם הוא על שונאינו וגלחם בנו ומחוק את ידי שונאינו להלחם במקדש יי׳ ובעם נחלתו׳ וישמעו אנשי העיר אל יוסף ויפתחו לו את שער העיר ויבא שמה וישלימו עמו ויסגירו בידו את כל אוצרות אגריפס המלך כי הטיבו דברי יוסף בעיניהם ויאותו גם המה להיותם בגורלו׳ בעת ההיא הציר ליוסף מאר כי הוגד לו לאמר אשר מדדו אנשי טבריה ויבללו מן העם היושב בירושלם וימיתו את גדול יוסף ויתפכו להיותם עבדים לאספסיאנוס ויפקד עליהם׳ אספסיאנוס שר משר הרומיים׳ ויהי בשמוע יוסף את הדברים האלה

(2.) Sic nomen טיארנרה, quod hic habetur, vertere volui, Joſephus lib. 2. de Bell. Jud. c. 43. urbem hanc ταριχαίας vocat, juxtà quem legendum erit, טארכיה. confer. Egeſipp. l. 3. de Excid. Hieroſ. c. 3. & infrà h. cap. n. 4. & 7. it. c. 24. n. 5.

(3.) Vid. Joſeph. l. 2. de Bell. Jud. c. 43. & Egeſipp. l. 3. de Excid. Hieroſ. c. 3. ac Joſippi Epitom. p. 210.

(4.) Vid. quæ ſuprà h. cap. n. 2. notata ſunt.

(5.) Mare illud Genezareth dicitur in Novo Teſtamento, vid. Luc. c. 5. v. 1. Joſephus loc. alleg. rem paulò aliter refert, confer. etiam Egeſipp. l. 3. de Bell. Jud. c. 3. & c. 26. ubi lacum ac regionem Geneſar, ut & Jordanis originem pluribus deſcribit, vid. etiam Johann. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmiſſa c. 70. & 71. ac Chorograph. Marco præmiſſa c. 5. §. 1. ubi Schema maris Geneſaritici & locorum adjacentium habetur.

האלה עוב את מחנהו בטיארנה ויקח עמו שש מאות בחורי׳ ללכת טבריה ויבא עליהם פתאום׳ ויהי כבואו על שפת הים אשר לגינוסר וירא שם ספינות הרבה מובנות לעזרת אספסיאנוס שר רומא וגבורה ויצו יוסף וישברו אחדן ויפור׳ בים הנה והנה׳ ויהי בראו׳ אנשי טבריה את הספינו׳ מפוזרו׳ בים ויאמרו הנה העושים זה והמפורים לספינו׳ האלה הלא הם חיל יוסף הכהן׳ ואז ברחו גדודי רומה העירה טבריה ויסגרו בעדם את שער העיר ויגש יוסף אל שער העיר ויקרא באזני העם לאמר מה הקשר הזה איש׳ קשרתם בי ולא בי קשרת׳ כי אם בו׳ והפשעו בבוראי יי׳ אשר ברחנו לו וחמירו את השבועה אשר נשבעתם בשמו ישראל אש׳ נלחם יחד באויביכו ונכבושם׳ ועתה העם את יוסף מעל החומה לאמר בי אדוננו שמע נא את דברי עבדיך חלילה לנו להיות בעזרת הרומיים כי אם בעזרת עם יי׳ אלהי ישראל ומקדשו ועם נחלתו אך יש בקרבנו אנשים׳ וחם בני בליעל אש׳ כרתו ברית עם אספסיאנוס והם הביאו אתר משרי העירה ועתה אזונו אם יש את נפשך לבא אל העירה עם גבוריך בא אליו ונוריה עמך ולא נמות ביד שונאינו׳ ויפתחו האנשים את שער העיר ויבא יוסף ואנשיו אל תוך העיר ויכבוש

& multas ibi naves, quæ Veſpaſiano, exercitus Romani duci, auxilio venerant, deprehendiſſet, ipſe militibus ſuis præcepit, ut illas frangerent easque hinc inde diſpergerent: Tiberienſes autem, dum naves in mari diſperſas viderunt, dixerunt: ii, qui facinus iſtud perpetrârunt ac naves diſperſerunt, non alii fuerunt, quàm Joſephi Sacerdotis milites; tunc copiæ Romanæ ad urbem Tiberiadem confugerunt ejusque portam clauſerunt: Joſephus verò ad illam accedens populo dixit: quænam iſta eſt conſpiratio, quam adverſùs me ſuſcepiſtis, non mihi, ſed Domino rebelles eſtis ejusque fœdus, quod cum illo inivimus, rupiſtis, & jusjurandum, quod per Deum Iſraëlis præſtitiſtis, nimirùm quòd ſimùl bellum contrà hoſtes noſtros gerere eosqve ſubjugare velimus, violaſtis; Tiberienſes verò è mœnibus Joſepho ita reſponderunt: audi quæſò, Domine noſter, verba ſervorum tuorum, abſit à nobis, ut Romanis auxilium feramus, nam populum Domini, Dei Iſraëlis, ejusque Sanctuarium ac gentem hæreditatis illius adjuvabimus; ſed ſunt quidam inter nos homines ſuperbi & improbi, qui fœdus cum Veſpaſiano inierunt atque unum ex ducibus ejus hanc in urbem introduxerunt: nunc itaque, Domine noſter, ſi cum exercitu tuo ad urbem iſtam accedere volueris, veni ad nos, ut tecum vivamus nec ab hoſtibus noſtris interficiamur. His dictis Tiberienſes portam urbis Joſepho aperuerunt, quam ipſe cum militibus ſuis intravit atque ita urbem occupavit, dein Joſephus certos miſit homines, qui improbos iſtos, in urbe degentes, comprehenderent, ex quibus ſexcentos (6.) vinculis conſtrictos Tyarnam, (7.) urbem à ſe captam, ablegavit; cœteros autem homines nequam, qui Veſpaſianum adjuverant, gladio

(6.) Egeſippus dict. l. 3. c. 3. ſcribit, quòd trecentos termè curiales Joſephus in vincula rapuerit, quamvis Cornel. Gualtherus ibidem notet, veterem codicem legere: ſexcentos, cui lectioni etiam Joſephus loco citato accedit.

(7.) Videatur Joſephus dict. lib. 2. de Bell. Jud. c. 43. confer. ſuprà n. 2. & 4. h. cap. it. infrà h. lib. 6. c. 24. n. 5.

interemit, ipsius quoque ducem (8.) vivum cepit eumque extrà urbem eduxit & cuidam ex militibus suis præcepit, ut illius manus quàm celerrimè amputaret; sed dux ille Josephum supplex rogavit dicens: jube quæsò, mi Domine, ut una tantùm manus præcidatur, altera autem mihi relinquatur; cùm verò supplicem ejus sermonem irrideret Josephus unà cum militibus suis, qui eum ignavum nec virum fortem aut magnanimum reputabant, Josephus militi suo dixit, da ei gladium tuum, ut, utram velit, manum præcidat ac, quamcunque ex ambabus manibus elegerit, sibi servet, miles itaque Josephi mandatum secutus duci Romano gladium suum dedit, quem ille è militis manu accepit eoque sinistram suam præcidit servatâ dextrâ, quapropter dimissus ad Vespasiani castra abiit, ut Romanorum exercitui ignominiam suam ostenderet. Posteà etiam incolæ urbis Zipori (9.) rebellârunt, facta contrà Josephum conspiratione, fœdusqve cum Vespasiano & Romanorum exercitu percusserunt; Josephus autem, cùm ea res ad illum esset perlata, cum omnibus copiis suis urbem oppugnavit; sed illa egregiè defensa fuit, nec ab eo subjugari potuit, quia mœnia ejus præalta jam antè exstructa, turresque illius firmatæ erant, Josephus igitur cum universo exercitu suo urbem illam longo tempore obsedit (10.) eamque oppugnavit.

וכבוש אותה וישלח יוסף את ידו לתפוש
את בני הבליעל אשר היו שם ויאמור
מהם כשש מאות איש וישלחם אל
טיטוס העיר אשר לקח ויתר אנשי
הבליעל אשר עודו למות אספסיאנוס
הבה לפי הרב וגם את שר העיר אשר
לו לכד חי ויוציאהו מרעין לעיר ויצו
לאחד מגבורין לקצץ את כפיו מהרדה
מהרה ויתחנן השר הנשא אל יוסף
לאמר ישר נא בעינך אדוני לקצץ הכף
האחת ולהשאיר לי האחר ויהיו תחנוניו
ללעג בעיני יוסף ובעיני גבוריו ויחשבוהו
לבלתי גבור ולבלתי בעל נפש גבורה.
ויען יוסף ויאמר אל הגבור אשר לו הנה
לו חרבך וכרות את כפו אשר יבחר לו
וישאיר לו את אשר יבחר משתי כפותיו
ויעש הגבור כאשר צוה לו יוסף ויתן
את חרבו לשר ויקח השר החרב מיד
הגבור ויכרות את כפו השמאלית וישאיר
לו את כפו הימנית וישלחהו וילך אל
מחנה אספסיאנוס לדראות את תרפתו
במחנה הרומיים. ויהי אחרי כן וימרדו
גם אנשי צפרי ויקשרו על יוסף הברן
ויכרתו ברית עם אספסיאנוס ועם הנציב
אשר לרומיים ויודע הדבר ליוסף וילך
עם כל מחנהו למלחמה וחשגב העיר
ממנו ולא יכול לה כי הגביהו חומותיה
עד מאד מלפני כן ויחזקו את מגדליה
ויתן יוסף על העיר עם כל מחנהו ויצר
עליה ימים רבים.

CAP.

(8.) Κλεῖτον nominat Iosephus lib. 2. de Bell. Iud. c. 43. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hieros. c. 3. ac Iosippi Epitom. p. 210.

(9.) Vid. quæ suprà h. l. 6. c. 5. n. 8. & cap. sequ. 12. n. 11. notata sunt, confer. etiam Joseph. l. 2. de Bell. Jud. c. 43. in fin. & Egesipp. lib. 3. de Excid. Hieros. c. 3. in fin. ac cap. 7. atque Iosippi Epitom. p. 210. & seq.

(10.) Vid. Joseph. l. 3. de Bell Jud. c. 4. in fin. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hieros. c. 3. & c. 7.

CAP. XII.

PEr eosdem dies cives Hierosolymitani, cùm fama ad illos delata esset, Ascalonitas (1.) quoque defecisse ac fœdus cum Romanis iniisse, miserunt Nigrum (2.) Idumæum ac Silam (3.) Babylonicum, iisque Johannem (4.) ex militibus Hierosolymitanis & præterea ingentem ex plebe multitudinem adjunxerunt, hi omnes Ascalonem venerunt urbemque illam diu obsederunt, iisdem diebus dux quidam Romanus, Antonius nomine, vir fortissimus & virtute bellica egregius in urbe fuit, is vigiliâ matutinâ, luce adhûc dubia, urbe cum sociis suis egressus castra Judæorum, qui in stationibus suis urbem obsidebant, adortus est atque ingentem illorum stragem edidit, adeò, ut decem millia (5.) Judæorum illo tempore, donec illucesceret, interierint; sed ne sic quidem reliqui aufugerunt, quia dixerunt: satius est, nos hic in prælio occumbere, quàm hostibus nostris terga dare; quapropter Judæi resumptis animis stationes suas non deseruerunt, sed viros se præstiterunt & in Domino Deo Israëlis spem suam collocantes die illucescente prælium cum Antonio inierunt ac multos ex militibus Romanis interfecerunt; verùm ex Judæis quoque non pauci eo in prælio desiderati sunt, inter alios etiam Sila Babylonius & Johannes Hierosolymitanus à Romanis interfecti sunt (6.) numerusqve Judæorum occisorum ad octo millia (7.) ascendit,

בימי ההם שמעו אנשי יהושלם כי
מהרו גם כן אנשי אשקלון ויהנו יד
לכת בריח עם הרומים וישלחו להם
את נגר האדומי ואת שילה הבבלי ואת
יהודן עמהם מגבורי יהושלם עם אנשים
רבים מהלת עם הארץ ויבואו אשקלונה
ויצורו עליה ימי רבים. ויהי בעת ההיא
היה בתוך העיר ההוא איש אחד משרי
הרומי ושמו אנטוניאוס איש גבור חיל
מאד וחזק במלחמה. ויהי כאשמורת
הבקר בטרם יכיר איש את רעהו ויצא
אנטוניאוס השר עם חבורי הגבורים
אשר היו אתו מהעיר על מחנה היהודי
הצרים על משמרותם על העיר ויך בהם
מכה רבה מאד ויפלו מהיהודים בעת
ההיא עד אור הבקר עשרת אלפים איש
והנשארים לא נסעו ממקומם כי אמרו
טוב לנו למות במלחמה הזאת מלנוס
מלפני אויבינו ויתאמצו היהודים עד
מעמדם ויתחזקו ויכבדו בני אדרי ישרי.
ויהי בהיות הבקר ויערכו הנשארים מן
היהודים מלחמה עם אנטוניאוס ויפוהו
מנחנה הרומיים רבים וגם כי מתו

במלי

(1.) Vid. Joseph. dict. l. 3. de Bell. Jud. c. 2. & Egesipp. de Excid Hieros. c. 4.

(2.) Νίγερ ὁ περαίτης nominatur à Josepho loc. alleg. quomodo is interfectus sit, vid. infrà h. l. 6. cap. 27. n. 14. confer. etiam Iosephus. lib. 4. de Bell. Iud. c. 20. & Egesipp. lib. 3. de Excid Hieros. c. 4.

(3.) Ita nomen שילה, quod hic habetur, interpretor, vid. Ioseph. & Egesipp. loc. alleg.

(4.) Is Iohannes Essæus fuit, confer. Ioseph. dict. l. 3. de Bell. Iud. c. 2. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hieros. c. 3. vid. etiam, quæ suprà h. l. 6. c. 9. n. 15. notata sunt.

(5.) Consentit Iosephus, ut & Egesippus loc. citat.

(6.) Idem refert Iosephus dict. l. 3. c. 2. & Egesippus lib. 3. de Excid. Hieros. c. 4.

(7.) Consentit Iosephus loc. citat. Egesippus verò l. 3.

במלחמה ההיא מדיהודים מתי מספר
גם הרגו הומיו' את שילה הבבלי ואת
יהוחנן הירושלמי ויהי מספ' הנהרגי' מן
היהודים במלחמה ההיא ח' אלפי' אנשי
חיל ובראשם שודים שילה הבבלי ויהוחנן
הירושלמי ולא נמלט מהיהודים השרים
אך גגר האדומי לבדו כי נחבא בקב'
אחד אשר היה בבקעת הדיא ויודפי
גבורי הומיים ולא מצאהו כי נעלם
מעיניהם בקבר וישלחו אש ביער סביבות
הקבר אשר נחבא שם במקו' אשר נעלם
מעיניהם ותאכל האש את העצים ואת
הקוצים אשר סביבות הקבר ואל הקבר
לא נגעה כי צעק גגר אל יי' בכל לבבו
להצילו מיד האויבים בפעם הדיא לבל
יבעללו בו ברצונ' ומוטב ימות פעם
אחת במלחמו במלחמת יי' כגבור וימלט
גגר הגבור מיד הומיים כי הצילו אלהי
ישראל אשר בטח בו' ויהי אחרי כן
וישלחו היהודים מירושלם עם רב לבוא
אשקלונה לקבור את החללי' אשר נפלו
מיהודים ויבאו היהודים שלוחי ירושלם
אל עיר אשקלון ויקברו את חללי
היהודים אש' נפלו במלחמות אנטוניאוס
וי"ח אלף איש היל בין שתי המלחמות
ויחפשו למצוא את פגר גגר האדומי
ולא מצאהו' והם בעודם מחפשים
ויקרא אליהם גגר מתוך הקבר אשר
נחבא שם ויאמר אליהם הנני כי הצילני
האלהים

qvi omnes ſpectatæ fortitudinis viri & imprimis duces Sila Babylonius ac Johannes Hieroſolymitanus ea in pugna occubuerunt, nec quisquam ex ducibus Judaicis, præter Nigrum Idumæum evaſit, is enim in ſepulcro qvodam, (8.) qvod in valle (9.) iſta erat, ſeſe occultaverat; Romani verò illum ſedulò inveſtigarunt, ſed ipſum invenire non potuerunt, qvia in ſepulcro delituerat, qvapropter illi ſylvam, quæ circà ſepulchrum iſtud erat, in qvo ipſe ſeſe abſconderat, incenderunt; ſed ignis arbores quidem ac dumeta, quæ circà ſepulchrum erant, abſumpſit, ad ipſum verò ſepulchrum non pervenit, quia Niger toto animo ſuo Deum imploraverat, ut ſeſe hac vice ex hoſtium manibus eriperet, ne ipſe ludibrio ab illis haberetur, nam alio tempore ſe in præliis Domini tanquam virum fortem libenter moriturum; ſic Niger hoſtium manus evaſit, nam Deus Iſraëlis, in qvo fiduciam ſuam collocaverat, illum ſervavit. Poſteà Judæi Hieroſolymitani ingentes copias Aſcalonem miſerunt, ur Judæorum, qui in prælio occubuerant, cadavera ſepelirent, qvocircà ii, qui à Judæis Hieroſolymitanis miſſi erant, ad urbem Aſcalonem venerunt & octodecim millia Judæorum, qui in duobus præliis, cum Antonio initis, interempta erant, terræ mandarunt, dein ſedulò inveſtigârunt, ut Nigri Idumæi corpus invenirent, ſed fruſtrà; Intereà verò, dum illi in perſcrutando adhûc occupati erant, Niger è ſepulcro, ubi deliteſcebat, illos inclamans: en me, ait, etiamnum vivum, nam Deus ex hoſtium manibus me eripuit, ut eos in præliis Domini ampliùs ulciſcerer, poſteà ipſe omnia, quæ ſibi evenerint, Judæis narravit, qvapropter illi admodùm gaviſi ſunt, quod eum adhûc vivum deprehendiſſent, imprimis cùm rem illam mira-

l. 3. de Excid. Hieroſ. c. 4. refert, novem millia Iudæorum intetfecta eſſe.

(8.) Ioſephus dict. l. 3. c. 2. in fin. locum illum nominat μυχαίτατον τῆς φρερίς σπήλαιον, intimum caſtelli ſpecus; confer. etiam Egeſipp. lib. 3. de Bell. Jud. c. 4. in fin.

(9.) Joſephus loc. citat. vocat πύργον ſeu φρέριον, caſtellum, vid. num. antec. 8.

האלהים מיד האויבים לנקום בהם עוד
נקמה במלחמת יי' ויגר גגר ליהודים
את כל אשר קרהו וישמחו היהודים
מאד במצאם אותו חי גם בשמעם את
דברי הגם אשר הנוסם בו כי הצילו
יי' ויבטחו ביי' כי יהיה אז לעזרתם ותהי
להם הגלת גגר הגבור ומצאם אותו חי
לאות על ככה' והרומיים נסגרו בתוך
העיר כי נבהלו מאד מרוב היהודים אשר
באו לקבור את החללים' ויקברו היהודים
את כל חללי היהודים הנופלים בשתי
מלחמות הזה ולא יכלו הרומיי' אשר
נסגרו בעיר אשקלון למנוע אותם מזה
וישאו את גגר הגבור עמהם חי ויוליכוהו
ירושלימה לתת שם הלל והודות ליי'
אשר הצילו מיד הרומיים בעת הדיא'
ויתחזק יוסף הכהן ויעל עם חילו וילחם
באשקלון ויגבר עליה וילכדה ויכה את
אנטוניאוס ואת כל העם הנמצאי' עמו
ואת כל גבוריו לפי חרב עד בלתי השאיר
להם שריד' ואת הכפרי' אשר מחוץ
ואת כל המקומו' אשר סביבותיה שרף
יוסף באש ובן עשה לכל העיים ולכל
הכפרים אשר בהתו בירת עם הרומיים
והעם היושב בהם וגם גבורי הרומיים
הנמצאי' עמהם בעיר הכה לפי חרב
ואת בתיהם שרף באש' וירו אחרי כן
וילחם יוסף הכהן עם אנשי צפרי ויגבר
עליה'

miraculoſam, quæ ei acciderat, percepiſſent, dum illum Dominus ſervavit, ſpem itaque certam habuerunt, fore, ut Deus ipſis auxilio eſſet ejusque rei ſignum exiſtimarunt, quòd Niger dux ſervatus eſſet, quòd illum vivum inveniſſent; Romani autem intrà urbem ſeſe continebant, quia propter ingentem Judæorum multitudinem, quæ ad ſepelienda interfectorum cadavera convenerat, admodùm conſternati erant; quocircà Judæi interemptos omnes, qui in duobus præliis occubuerant, ſepeliverunt nec Romani, qui oppido Aſcalone concluſi tenebantur, illos ab hoc opere prohibere poterant; Judæi autem Nigrum ducem ſecum vivum ducebant Hieroſolymam, ut ibi laudaret & celebraret Dominum, qui eum ex Romanorum manibus illo tempore eripuiſſet. (10.) Poſteà Joſephus, Sacerdos, collectis viribus cum exercitu Aſcalonem aſcendens urbem illam oppugnavit eamque in ſuam redegit poteſtatem, Antonium quoque omnesque illius copias ac milites, qui cum eo reperiebantur, gladiô interemit, nec quenquem reliquit ſuperſtitem, vicos etiam, extrà urbem ſitos, ut & loca omnia circumjacentia igne conſumpſit; ſic illę ergà omnes urbes ac vicos, qui cum Romanis fœdus inierant, ſeſe geſſit & incolas urbium atque Romanos milites, qui in urbibus unà cum illis reperiebantur, gladiô interfecit, eorumque domos incendit. Dein Joſephus, Sacerdos, cum Zephorenſibus (11.) prælium iniit eosqve ſuperavit & multum ſangvinis eorum, qui cum Romanis fœdus percuſſerant, effudit atqve illos funditùs (12.) delevit eorumqve oppida & vicos igne conſumpſit; parvulos autem atqve uxores, ut & fili-

(10.) Vid. Fgeſipp. l. 3. de Bell. Jud. c. 4. in fin.

(11.) Horum urbs Σεπφωρὶς dicitur à Joſepho in Ejus vita, confer. cap. antec. 11. n. 9. ut & Egeſipp. l. 3. de Bell. Jud. c. 5. & c. 7. atque Joſippi Epitom. pag. 211. vid. & cap. ſeq. 13. n. 9.

(12.) Hebr. לאין מרפא i. e. ſine remedio, ita juxtà Hebræum.

& filios ac filias Hierosolymam in captivitatem abduxit militesqve Romanos omnes, quotquot ibi reperiebantur, ferrô interemit.

עליהם וישפוך דם רב מכל העם אשר בתוכו בזית עם הזמו' וישחה אותם לאין מרפא וישרוף את עריהם ובפריה' באש ואת טפם ואת נשיה' ובניהם ובנותיה' הוליך בשבי ירושלימה ואת כל הנמצאי' שם מגדודי הזומי' דבה לפי חרב'

CAP. XIII.

VEspasianus autem ac Titus, ejusdem filius, cùm audissent (1.) mala omnia, quæ Josephus Romanis intulerat, dum illorum milites, qvi in Galilæa fuerant, interfecit atqve omnes Judæos, qvi cum Vespasiano ejusqve filio, Tito, fœdus inierant, interemit, valdè irati sunt & factum istud indignissimè tulerunt; qvapropter motis castris Ptolemaidem, (2.) qvæ est Acco, venerunt, ubi Agrippas, Judæorum rex, tunc temporis erat, qvi 40000. milites, pugnandi & jaculandi peritos, secum duxit & se copiasque illas omnes Vespasiani militibus conjunxit, unde utriusqve vires unitæ maximum constituebant exercitum, (3.) cui præter hos milites etiam ex reliqvis populis, qvi Judaicæ regioni vicini erant, infinita penè militum multitudo sese adjunxerat, præterea auxiliares copiæ ex Mesopotamia, Syria Zoba, Sinear, Persia, Chaldæa, Macedonia & ex aliis provinciis populorum Orientalium venerant, ex Ægypto quoqve, Lybia, Dedan ac Saba multi confluxerant, omnes etiam regiones tàm propinqvæ, qvàm remotæ, qvæ Judaicæ potestati subjectæ fuerunt, excusso cervicibus suis Judæorum jugo Hierosolymitanorum eorumque regis potestati se

ויהי כשמוע אספסיאנוס וטיטוס בנו את כל הרעה אשר עשה יוסף לזומים בהכותו את גדודיהם אשר היו להם בגליל ובהכותו את כל היהודי' אשר היו עם אספסיאנוס וטיטוס בנו בבזית ויחר להם מאד ויבעד בם המחם' ויסעו ויבאו אפיהולמא היא עכו ושם היה אז אגריפס מלך יהודה ועמו מ' אלף איש גבורי מלחמה וזומי קשת ונוסף גם הוא וכל הילו בחיל אספסיאנוס וידי מחנה רומי' עם מתניהו גדול מאד' ונוספו עמהם עוד מיתר הגוי' מעמי הארץ אשר סביבות ארץ יהודה גבורי חיל עד אין מספר' ועוד באו אליהם לעזרה' גבורי חיל מן אדם נהרים ומן ארכ צובה ומאשור ומשנער ומפרס ומכשדים וממקדון וממדינות בני קדם' וגם ממצרי' לוב ודדן וסבא וכל המדינות הקרובות והרחקות אשר היו תחת יד היהודי'

(1.) Vid. Josippi Epitom. pag. 211.
(2.) Consentit Josephus l. 3. de Bell. Jud. c. 3. confer. etiam Egesipp. l. 3. de Excid. Hierof. c. 5. & 8. vid. & suprà l. 3. c. 17. n. 11. ibique not. it. infrà n. 6. h. cap.
(3.) Vid. Joseph. dict. l. 3. c. 5. & Egesipp. eod. l. 3. c. 5.

היהודי כלם פרקו עול היהודים מעל צואריהם וימרדו עוד ממשלת ירושלם ועל מלכם ותהי ידם עם חיל הרומי' ועם אספסיונוס וטיטוס לעזרה: כי היו ליהודים עבדים טרם זה והיהודים רבבידו את עולם עליהן ולכן באו לעזרת הזומיים להלחם כלם עמהם יחד עם יושבי ירושלם ועם יהודה: רק יושבי ארץ אדום לא היתה ידם אז עם ביטוס ועם אספסיונוס אביו כי היו עבדים ליהודה ולא בא מהם איש לעזרת הזומי' כי מלפני כן נלחמו אנשי אדום על ירושלם ולא יכלו לה ויגברו היהודים עליהם ויכבשו אותם וילכדום ומלך אותם הוקנוס הראשון מלך יהוד': על כן שמרו אנשי אדום את משמרת בית י' ובחיהו ולא מרדו ביהודה וביושבי ירושלם ויבאו אל ירושלם ויהיו בתוכה: ושלשי' אלף איש אדומים גבורי מלחמה היו או בירושלם לשמור את תומוחיה וכלם היו שומרים את משמרת בית י' בשמרם את הומות ירושלם בעמדם על העיר בגודל במשמרותם: וידי אהרי כן ויסעו אספסיאנוס וטיטוס בנו עם כל מחנהו ושרי צבאו מעכו ויבאו אל הגליל ויצודו על ההר וידבו שם: ויגד ליוסף לאמר הנה מחנה הרומיים חונה בהר הגליל וששלח

se subduxerant atqve exercitui Romano ejusqve ducibus, Vespasiano ac Tito, subsidio venerant, nam provinciæ illæ Judæis anteà subjectæ nimio servitutis jugo ab illis oneratæ erant, quapropter Romanis tunc temporis suppetias tulerunt, ut conjunctis viribus adversùs Hierosolymitanos atque Judæos pugnarent; soli Idumæi (4.) eo tempore Titi ejusque patris Vespasiani partes non seqvebantur, nec quisqvam ex illis auxilio veniebat Romanis, nam anteà qvidem Idumæi Hierosolymam oppugnârant, sed cùm viribus inferiores essent, Judæi illos subegerant eosqve in potestatem suam redegerant, quos etiam Hyrcanus primus, Judæorum rex, circumcidit; (5.) propterea Idumæi Templum Domini ejusqve fœdus custodierunt nec ab Hierosolymitanis & Judæis defecerunt, sed Hierosolymam venientes eandem defenderunt: erant autem tunc temporis Hierosolymis 30000. Idumæi milites, ut mœnia urbis tutarentur; qvi omnes Templum Domini alternis vicibus custodiebant & in muris Hierosolymitanis excubias agebant ac stationes urbis sorte mutabant. Postea Vespasianus ejusqve filius, Titus, cum omnibus copiis ac ducibus exercitus castra ab urbe Accone (6.) moverunt & in Galilæam venerunt, (7.) ubi occupato monte castra metati sunt; Josepho autem nunciatum fuit, exercitum Romanorum in monte Galilææ castra posuisse ac Vespasianum maximas copias præmisisse eisq; præcepisse, ut vias salebrosas & asperas complanarent, (8.) tumulos dejicerent, confragosa & difficilia loca æqvarent atqve itinera reficerent, quò trita esset via

(4.) Idem refertur in Iosippi Epitom. pag. 207. & seq.
(5.) Vel: fecit eos proselytos, sicuti Munsterus verbum גיירום quod in Iosippi Epitomæ pag. 208. habetur, vertit.
(6.) De hac urbe suprà h. cap. num. 2. aliquid dictum.
(7.) Sunt autem duæ Galilææ, una superior; altera inferior connexæ & conjunctæ sibi, prout scribit Egesippus lib. 3. de Bell. Iud. cap. 5. & 6. confer. etiam cap. seq. 14. n. 4. ibique not.
(8.) Vid. Ioseph. l. 3. de Bell. Iud. c. 8. & 10.

ושלח אספסיאנוס לפניו הוא גדול
מאד מחיל הרומיים ויצו אותם לרצח
את הדרכים הבעלי המעי' ולהפיל הרכסי'
ולישר הדרכי' המעוקמים ולהטיב את
הבתוכות לעשות מסלה לעמו כי הנה
אפו על היהודים עד מאד' וכשמוע יוסף
את הדבר הזה ויצא אליהם מצפורי הוא
ובל מחמדו ויכם והחרימם לפי חרב ויעש
בהם נקמה אשר לא נהיתה כמוה עוד
כי היה שהיו עמו' ובשמוע אספסיאנוס
וטיטוס בנו את כל אשר עשה יוסף
לחיל הרומי' אשר שלחו לישר הבתיבות
לפניהם' ויאמר לעלות פתאום עם כל
היהודים אשר אתם אל יוסף למלחמה
ולטמור את כל הדרכים לבלתי תת דרך
אל יוסף להמלט ולברוח' והוי כשמוע
יוסף כי קרב אספסיאנוס ובנו טיטוס
וכל חילו למלחמה לבא אליו ויסב הוא
מעל צפורי וילך את טבריא ובשמוע
אספסיאנו' כי יצא יוסף מצפורי וכי הלך
את טבריא וילך הוא וכל מחנהו
טבריותה' ויהי כאשר ראה יוסף כי בא
אספיאנו' ועמו בנו טיטוס וכל חילו
למלחמה וינס יוסף מפניהם אל יודפתה
היא העיר הגדולה אשר בגליל ויסגר
יוסף וכל חילו בתוכה'

via exercitui Romano, nam Vespasianus Judæis valdè iratus erat. Josephus itaqve cùm istud audisset, ex urbe Zephori (9.) contrà præmissas illas copias cum universo exercitu suo egressus easdem concidit ac ferrô delevit atqve talem de illis ultionem sumpsit, qualis nunqvam anteà audita fuit, qvia Deus cum ipso erat; Vespasianus autem ac Titus, ejusdem filius, cùm omnia à Josepho perpetrata adversùs Romanorum copias, quæ ad vias complanandas præmissæ erant, cognovissent, decreverunt, ut repentè cum omnibus Judæis, qvos ipsi secum habebant, Josephum invaderent cunctasqve vias observarent, ne illus aufugiendi atque elabendi locus ei relinqveretur; ast Josephus, cùm certior esset factus, Vespasianum ejusqve filium, Titum, atqve omnem exercitum appropinqvare, ut prælio secum decernerent, relicta urbis Zephoris obsidione Tiberiadem concessit, qvo cognito Vespasianus unà cum omnibus copiis suis Tiberiadem (10.) petiit; Josephus autem animadvertens, Vespasianum ejusqve filium, Titum, cum universo exercitu advenire, ut acie confligerent, Jorpatam (11.) urbem amplam, in Galilæa sitam, profugit (12.) ejusque mœnibus se suasque copias omnes defendit.

(9.) Vid. quæ cap. antec. 12. n. 11. de hac urbe notata sunt.

(10.) Consentit Josephus dict. lib. 3. de Bell. Iud. c. 9. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hierof. c. 7.

(11.) Hebr. יודפתה, ita hic in nostro codice; à Josepho lib. 3. de Bell. Iud. c. 7. vocatur Iotapata, sic etiam in ejus vita Ἰωτάπατα nominatur, cui & Egesippus l. 3. de Excid. Hierof. c. 9. consentit, juxtà illos igitur pro יודפתה legendum erit יותפתה, facili unius literæ mutatione, conf. etiam cap. seq. 14. n. 5. ibique not. vid. & Iunii ac Tremellii notæ ad Deuteron. c. 10. v. 7.

CAP.

CAP. XIV.

בעת ההוא שלח אספסיאנוס מלאכים
גדולים ונכבדי' ויקרים אל יוסף לאמר
כה אמר אספסיאנוס שר חיל הרומי' מה
בצע בהסגרך בתוך העיר הזאת אלי
והשלמת עמנו וברתנו בריח.עמך ועבדת
את הקיסר מלך הרומי' ותחיה ולא
תמות אתה וכל העם אשר אתך' וישלח
אליו יוסף לאמר הנה לי אוכה ימים
אחדים ואדברה באזני בני עמי כדבריך
אשר שלחת אלי ואולי ישמעו בקולי
וגשלים עמך ונברות ברית עם נמשלת
הרומי'. וירץ אספסיאנוס מיוסף ויתן
לו אורכה וישלח יוסף מלאכים אל כל
העם אשר בירושלם אל הכהנים ואל
השרים ואל הסנהדרי' ואל יתר העם לאמר
אליהם' דעו אותי וראו כי שלח אלי
אספסיאנוס שר הרומים לאמר מה בצע
כי תקשו את ערפכם לנגדנו ולא הצאן
אלינו ונשלים עמכם ונכרתה לכם ברית
והעבדו את מלך הרומי' הקיסר עד
ממשלת רומה ותחיו ולא תמותו ולמה
תרצו להשמיד את נפשותכם ואת נשיכם
ואת בניכם ואת בנותיכם' ונפלתם כלכם
בחרב והנשארי' מכם יגלו מעל אדמתכי'
ללכת בשבי אל עמים אשר לא ידעתם
ואל גוי אשר לשונות' לא השמעון
ותשאר ארצכ' שממה מאין יושב ומקדשכ'
חרב

CAP. XIV.

PEr idem tempus Vespasianus legatos magnæ existimationis & autoritatis ad Josephum misit, qui Vespasiani, exercitus Romanorum ducis, verbis dicerent: quid prodest, mœnibus urbis sese includere? egredere ad me pacemque ac fœdus nobiscum pange & temet Cæsari, Romanorum Imperatori, submitte, ut vivas nec moriaris & tu & omnis, qui tecum est, populus; Josephus autem certos misit homines, qvi Vespasiano dicerent: da mihi aliquot dierum inducias, ut ea de re, cujus causa ad me legatos misisti, cum hominibus gentis meæ loqvar, forsitàn illi dictis meis morem gerent ac nos pacem tecum inibimus atque fœdus cum Imperio Romano percutiemus. Vespasianus itaque ab oppugnatione urbis destitit, atque inducias ei concessit, quibus impetratis Josephus ad universum populum Hierosolymitanum, ut & ad Sacerdotes ac principes atque duces, deniqve ad reliqvum populum legatos misit, (1.) qvi dicerent: notum vobis sit, fratres ac socii mei, quòd Vespasianus, Romani exercitus dux, legatos ad me miserit, qvi illius verbis denunciarent: quid proderit vobis, obstinatis adversùs nos animis esse nec urbe ad nos egredi velle, ut pacem vobiscum ineamus ac fœdus inter nos pangamus, utqve vos Cæsari, Romanorum Imperatori, subjecti sitis ac vivatis nec mortem oppetatis? cur vitam, uxores, filios filiasqve vestras perdere vultis adeò, ut vos omnes vel gladiô intereatis vel qvi superstites ex vobis erunt, captivi ex patria abeatis ad populos, quos non nôstis & ad gentes, qvarum lingvas non intelligitis; terra autem vestra desolata reddatur sine habitatoribus & Sanctuarium

(1.) De literis Josephi, statum belli concernentibus, Hierosolymam missis, vid. Egesipp. l. 3. de Bell. Iud. c. 8. in fin.

vestrum hominibus penitùs privetur? ne ita vosmet gerite, viri prudentes, sed dictis meis obtemperate & ad nos cuncti egredimini pacemque nobiscum colite, ut incolumes vivatis & bonis terræ vestræ fruamini atque in illa qvietè degatis, nam vita & qvies præstant morti ac captivitati. Ast incolæ urbis Hierosolymitanæ, Sacerdotes, principes ac duces, ut & nobiles Judæi cœteriqve omnes Hierosolymitani ad Josephum viros miserunt, qvi dicerent: cave, ne pacem cum Romanis ineas, sed virum te præsta ac strenuè age, & tamdiu cum illis pugna, donec illos vel deleas vel tu unà cum omni, qvi tecum est, populo in bello occumbas; quocircà prælia Domini pro illius gente ac Sanctuario & urbibus Dei nostri totis viribus gere, quicunque tandem ejus rei eventus sit futurus, nec ullo modo te gentibus adjunge. Josephus itaqve, cùm civium Hierosolymitanorum ac Sacerdotum, ut & principum, ducum atqve nobilium Judæorum reliqvi populi verba, qvæ per legatos unanimi consensu miserant, audisset, valdè iratus & furore inflammatus fuit, atqve urbe Jorpata cum universo, qvem secum habebat, populo egressus contrà Vespasianum Romanorumque exercitum pugnam iniit, (2.) sed Judæi eo in prælio à Romanis victi ceciderunt. Ab eo tempore ac deinceps cœpit Vespasianus totis viribus bellum contrà Judæos gerere, qvapropter ad urbem Gadaram (3.) profectus est eamqve oppugnavit & in potestatem suam redegit; erat autem urbs ista ampla in Galilæa superiori (4.) sita, posteà illam destruxit omnesqve incolas ejus, tàm mares, quàm fœminas, ut & parvulos, infantes, boves, oves, camelos atqve asinos gladio interemit, adeò, ut neminem ex illis

הרב מאין אדם׃ לא כן תעשו הגברים הגבונים רק שמעו בקולי ויצאתם אלינו כלכם והשלמתם עמנו ותחיו ולא תמותו ואבלו את טוב ארצכם והנוחו על אדמתכם כי טוב היום ומנוחה ממורת וגלות׃ וישלחו כל יושבי ירושלם הכהני והשרים והסגני וכל תודי יהודי ויתר העם אשר בירושלם אל יוסף לאמר השמר לך ואל תאבה להשלים עמהם רק חזק ואמץ להלחם עד בלותך אותם או עד אשר תמות גם אתה במלחמה וגם כל העם אשר עמך והלחם מלחמי יי בעד עמו ובעד מקדשנו ובעד ערי אלהינו ויהוה מה שיהיה ואל תהי יד עם הגוים׃ ויהי כשמוע יוסף את דברי אנשי ירושלם ואת דברי הכהנים והשרים והסגני ותודי יהודה ויתר העם אשר שלחו ביד המלאכי׃ לאמר פה אחד בדברים האלה ויחר אפו מאד ותמתג בעבר בו׃ ויצא יוסף הכהן מיורפתה וכל העם אשר אתו ויערכו מלחמה לקראת אספסיאנוס ולקראת מחנה רומי׃ ויפלו היהודים לפני הרומים במלחמה ההיא׃ ויחל אספסיאנוס להלת ביהודים מהום ההוא והלאה בגבורה וילך אל עיר גדרתה וילחם בה וילכדה ויהא עיר גדולה בגליל העליון ויהרס ויכה את עמה לפי חרב מאיש ועד אשה

(1.) Vid. Joseph. lib. 3. de Bell. Jud. c. 11. & seq. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hieros. c. 9. & seqq.
(3.) גרראה, sic enim cum Josepho lib. 3. de Bell. Jud. c. 9. & Egesippo l. 3. de Excid. Hieros. c. 8. legendum puto, non גרתה, sicuti in vulgatis exemplaribus.
(4.) De Galilææ divisione vid. Egesipp. dict. lib. 3. cap. 6. confer. etiam cap. antec. 13. n. 7. ibique not.

אשה מעולל ועד יונק משור ועד שה מגמל ועד החמור עד בלתי השאיר להם שריד וכל ט׃ ויאמר אספסיאנוס היום החלותי לנקר נקמת גדודי הרומי׃ ושריה׃ אשר הכום היהודים בארץ יהודה׃ ויסע משם אספסיאנוס הוא וכל הילו ויבא אל יודפתה אל העיר אשר היה יוסף בה ויהי ביום הראשון לחנותו ביודפתה ויתן לכל עמו מחיה מאכל ומשתה לרוב וישמחם ויחגרם כלי מלחמ׃ ויהי ממחרת וירעו כל חיל הרומים תרועה למלחמה ויסובו את העיר מסביב ויתיצב יוסף על מגדל אחד מבית וראה במחנה הרומי׃ והנה הוא מחנה גדול מאד׃ ויקץ יוסף בשופר ויתן אות׃ מלחמה ויצא למלחמה הוא וכל צבא היהודים אשר היו עמו וילחם במחנה הרומי׃ בתחתית הדר מן הבקר עד הערב׃ ויהי ממחרת בהיות הערב ויחדלו מהלחמה ויפרדו היהודי׃ מעל מחנה הרומי׃ ויבאו העירה והרומי׃ שבו אל מחניהם וע אהליהם ויפול במלחמ׃ ההוא חיל גדול מאד מהיהודים וגם מהרומי׃ נפל אז חיל גדול׃ כי הרומי׃ בגאותם התאזרו על היהודי׃ ויאמרו נכנע מהרה את הגוי הקטן הזה ולא יהיה לנו למוקש כאשר הכנענו את כל הגוי׃ אשר לכדנו ואז נמצא מנוחה׃ והיהודים העיזו פניה׃ למולם ויאמרו נמותה הפעם בלנו יחד בקנאת מקדש אלהינו ולא נתן יד לטמאים הערלי׃ לטמאו ואחרי השמידנו אותם נגוח ועל כן על גאות הרומי׃ ועל עזות illis relinqveret superstitem; quô factô Vespasianus dixit: hodiè ultus sum Romanos milites eorumqve duces, quos Judæi interfecerant. Inde Vespasianus motis castris cum omni exercitu suo ad urbem Jorpatam, (5.) ubi Josephus erat, venit primoque obsidionis die cibum potumqve omnibus militibus suis largiter præbuit eosqve alacres reddidit & armis instruxit; seqventi autem die omnis Romanorum exercitus clamorem militarem sustulit atqve urbem undiqve circumdedit: Josephus verò in turri qvadam stans Romanum exercitum, qvi ingens erat, contemplatus est, dein tubâ inflatâ signum belli dedit & cum omni Judæorum exercitu, quem secum habebat, egressus cum Romanis sub montis radicibus à matutino tempore ad serum usqve diei pugnavit; (6.) die autem jam in vesperam flexo Judæi à prælio cessaverunt relictisqve Romanis in urbem reversi sunt ipsiqve Romani ad castra atqve tentoria sua redierunt; ingens autem tàm Jùdæorum, quàm Romanorum militum multitudo eo in prælio occubuit, etenim Romani ferociter pugnam adversùs Judæos inierant dicentes: subigamus celeriter parvam istam gentem, ne nobis impedimento sit, sicuti cœteras gentes, à nobis devictas, subjugavimus, tunc qvietem inveniemus; Judæi autem obstinatis animis cum hostibus pugnaverunt, dicentes: omnes jam simùl moriamur, commoti Zelô pro Sanctuario Dei nostri, nec impuris istis & incircumcisis locum demus, ut illud polluant, superatis enim hostibus nostris qvietè vivemus, sic & Romanorum ferociâ & Judæorum pervicaciâ eo in prælio ingens hominum multitudo utrimqve cecidit, posteà secundo, tertio & qvarto die prælia subinde renovata sunt: omnes autem Judæi, qui circà urbem Jorpatam erant, ad Vespasiani exercitum profugerunt eiqve sese adjunxerunt

(5.) Vid. quæ cap. antec. 13. n. 11. de hac urbe notata sunt.
(6.) Vid. Joseph. dict. l. 3. de Bell. Jud. c. 9.

xerunt & Romanorum copias auxerunt; qvotiescunque verò Josephus extrà urbem Jorpatam cum Romanis manus conserebat, toties Vespasianus milites mittebat, qvi urbem oppugnarent. Josephus igitur cum copiis, qvas penes se habebat, adversùs Vespasianum ejusqve exercitum extrà urbem pugnabat; Judæi autem, qui in urbe relicti erant, cum militibus Romanis, qui ipsos adoriebantur, decertabant, parva sanè manus cum ingentibus copiis, nam Judæi, qui in urbe relicti erant, mœnia paulatim deserebant, ut pauci supereſſent, qvi illa defenderent, Josephi enim milites, qui extrà urbem pugnabant, omnes in prælio occiderant, paucis exceptis, cum qvibus ipse Josephus in urbem profugit ac portis clausis se suosqve tutatus est.

CAP. XV.

VEspasianus autem cum universo exercitu suo urbem Jorpatam multis diebus obsedit & aqvæductus, qvi extrà urbem erant, quibus aqua in urbem derivabatur, avertit, omnes enim incolæ urbis aqvam illam, qvia valdè dulcis erat, bibebant; Vespasianus verò eam ad latus ex adverso urbis deflectebat, ne in urbem veniret, qvamobrem incolæ ejus gravi siti laborabant, (1.) neqve enim alia

(1.) Idem refert Josephus lib. 3. de Bell. Jud. cap. 13. & Egesipp. lib. 3. de Excid. Hieros. c. 10.

lia illis, quàm putealis, suppetebat aqva. Josephus igitur, cùm vidisset, aqvam per canales in oppidum derivatam, qva incolæ urbis hactenus semper usi erant, deficere, secum cogitavit: nunc Romani nobis insultabunt ac gloriabuntur dicentes: jam ex voto & voluntate nostra incolas hujus urbis vel capiemus vel siti intrà oppidum enecabimus, qvia aqva illis deest: ast Josephus vestimenta qvædam aqvæ puteanæ, qvæ in urbe erat, immergi eaqve suprà pinnas (2.) muri circà oppidum expandi jussit, ut Romanis ostenderet, aqvam in urbe supereſſe, (3.) ne Romani sese contrà Judæos jactarent, dicentes: nunc delebimus eos, quia nullæ ipsis supersunt aquæ. Posteà Vespasianus præcepit, ut propugnaculum ac vallum propè urbem exstrueretur ibiqve aries ferreus (4.) constitueretur, qvo muri urbis concuterentur & subverterentur, (5.) qvapropter adductus ad urbem fuit aries ferreus, quô Jorpatæ mœnia conqvassari cœperunt, ut prosternerentur: aries autem iste ferreus, (6.) quo mœnia urbis subrui solebant, hunc in modum constructus fuit: trabi longissimæ ac densissimæ galea præfigebatur maxima & robustissima arietis instar cornigeri ex ferro confecta optimo ac firmissimo; pondus autem istius galeæ æqvabat dimidiæ trabis pondus, sicuti etiam trabs ipsa ad medietatem usque galeâ illâ armata erat, juxtà trabem illam utrimqve in terra defigebantur duo maxima tigna, (7.) inter qvæ machina ista arietaria funibus cannabaceis firmissimis ut & ferre-

(2.) Parietes, ita juxtà Hebræum, vid. Joseph. dict. l. 3. c. 13. & Egesipp. lib. 3. de Bell. Jud. c. 10.

(3.) Nimirum quò aquis paulatim rorantibus crederetur, Judæis non deesse ad potum, quod abundaret ad lavacrum vestimentorum sicuti scribit Egesippus loc. citat. in fin.

(4.) De eo vid. Joseph. dict. l. 3. c. 15. & Egesipp. l. 3. de Bell. Jud. c. 11.

(5.) Hinc Josephus loc. alleg. ac l. 5. de Bell. Jud. c. 23, arietem vocat ἐλέπολιν, Diodorus Siculus Biblioth. Histor. lib. 20. fol. m. 779. editionis Græcæ anno 1559. Augustæ Vindelicorum in Folio excusæ, hoc nomine aliud machinæ bellicæ genus designat.

(6.) Confer. hic Just. Lipsi. Poliorcet. lib. 3. Dialog. 1. ac Joseph. dict. l. 3. c. 15, atque Egesipp. l. 3. de Excid. Hierof. c. 11. vid. & Diodor. Sicul. l. 20. fol. m. 782.

(7.) Vid. infrà h. cap. n. 11. & cap. 17. n. 5. ibique not.

ferreis catenis ſuſpendebatur; locus autem, ubi trabs illa inter duo tigna ſuſpendebatur, propè muros eligebatur pro arbitrio oppugnantium, qvibus propoſitum erat, ut mœnia cornibus illius ferreis pullarent, poſteriori trabis parti, quæ à muris averſa erat, annuli ferrei firmiſſimi, clavis probè infixi, hærebant, qvibus funes cannabacei & ferreæ catenæ alligatæ erant: oppugnatores itaqve, dum murum ſubvertere conabantur, arietem iſtum ferreum ſummis viribus impellebant, non ſecùs, ac ſpiculum intorqveri ſolet, & cornua ejus firmiſſima lapidibus muri impingebant, pondera qvoqve ingentia annulis iſtis, qvi poſteriori trabis parti infixi erant, ſuſpendebantur ac multi homines procùl ſtantes attractis funibus iſtis, qvi annulis in poſteriori trabis parte alligati erant, vi maxima nitebantur, poſtremam arietis partem ad terram attrahere; (8.) priusquàm autem illud perficerent homines iſti & poſtremam arietis partem ad terram attraherent, jam tum muri contremiſcebant & commovebantur, multiqve lapides è locis ſuis evellebantur ac poſteà mœnia ipſa in terram procidebant. Interdum aries ferreus currui ac qvatuor rotis ingentibus, qvæ ex ligno confectæ & ferreis canthis clavisqve circumcircà munitæ erant, imponebatur, eiqve qvatuor pedes, arietis inſtar, vel etiam plures, pro modo longitudinis arietis ferrei, aptati erant; trabs autem longiſſima, quæ arieti curuli adhibebatur, triginta erat cubitorum, breviſſima, decem; rotarum verò numerus reſpondebat pedum numero; nam pes qvilibet arietis ferrei conſtitutus atque infixus erat è regione cujuslibet rotæ: milites autem, dum mœnia cum impetu proſternere cupiebant, currum illum, cui aries impoſitus erat, procùl ex adverſo murorum collocabant & magno numero poſt currum conſtituti qvatuor rotas celerrimo curſu ſummaque vi impelle-

יטביעו בארץ לעומתה שני הגרני גדולי׳ ויתלו את הקורה האלית בין שניהם בחבלי הזקי׳ עשוי׳ מקנבוס חזק וחוטי ברזל ומקום תלייתה בין שני התורנים באשר הוא קרוב לחומה כרצות הגלחמי׳ לנגח את החומה בקרניה׳ ובאחור בקצה אשר מנגד לחומה טבעות חזקות מברזל מסומרות בה היטב וחבלי׳ עשוי׳ מקנבוס וחוטי בתוך קשורים בהם׳ והיה כי יקשו הגלחמים להפיל את החומה וגרו בזזק את קורת האיל ביזות רמה קצן ויתוחבו קרניו החזקי׳ ביזות האבנים אשר לחומה ואז יתלו משקולות גדולות בטבעות אשר באחורי הקורה ועם רב מרחוק ואנשים רבים יתחזקו ויתאזרו למשוך החבלי׳ העוברים בטבעות הקורה מאחור להשפיל את קצה הקורה אשר באחוריה לארץ וטרם יוכלו על כבר תתרש החומה ותתגועע ויעקרו אבני בניינה ממקומו׳ רבי׳ והפל החומה לארץ׳ ויש אשר ישימו את איל הברזל על עגלה הלבה ועל ד׳ אופנים גדולים מעץ מבורזלים בברזל ומסומרים במסמרות מהרזיהם׳ והאיל ההוא יעשו לו ד׳ רגלים כדמות רגלי האיל או יחר מד׳ רגלי׳ לפי גודל הקורה אשר לאיל אשר הקורה היותר גדולה לאיל העגלה קורת שלשי׳ אמה ארך וארך היותר קטנה עשר אמות׳ רק כי יהיו מספר אופני העגלה כמספר הרגלי׳ כי כל רגל ורגל מרגל האיל יצובהו ויתקעהו נבת אופן

(8.) Ita hic vertit להשפיל לארץ, vid. infrà h. cap. n. 15. ibique not.

pellebant atque ariete iſto ferreo mœnia urbis percutiebant, quæ proſternere nitebantur; caput autem arietis iſtius curulis, quo muri deſtruebantur, cornibus quidem carebat; (9.) maximum verò ac firmiſſimum erat, ex ferrô duriſſimo confectum, ejusque collum erat denſiſſimum &, (ut rem amplius deſcribamus) paries (10.) erat ligneus, ſatis latus, ab utraque currus parte confectus, qui homines poſt currum ſtantes eumque impellentes tueretur, ſi opus eſſet, ne ſcilicèt ſagittæ ac lapides in illos è muris projicerentur; plerique autem omnes arietes iſti ferrei pernitioſi, quibus Titus Hieroſolymam oppugnabat, curribus vehebantur, (11.) nec ipſe arietibus, qui inter tigna ſuſpendebantur, ibidem uſus eſt, præter duos, prout ſuo loco amplius dicemus: erat autem arietis illius trabs, quam jam deſcripſimus, tanta denſitate, (12.) quantam decem viri circumplecti (13.) poterant; longitudo verò quinquaginta cubitos æquabat, trabs iſta, intrinſecus concava, bubalorum (14.) coriis, igne coctis & inter ſe complicatis atque conſutis repleta erat ac lignum nulli alii conducebat rei, niſi ut formam daret ac ſpeciem, exterior trabis pars tenuibus laminis ferreis obducta erat & coria, quibus lignum intrinſecus fuit refertum, eum in finem adhibita erant, ne trabs illa gravitate ponderum ingentium, quæ annulis ferreis in poſteriori trabis parte ſuſpenſa erant, frangeretur, dum homines arietis extremitatem funibus & catenis ad terram trahebant, (15.) lignum itaque extrinſecùs formam & ſpeciem conſtituebat; trabs autem ideò ferrô tecta ac

אופן מאופני העגלה׳ והיה כי יצוו להפיל החומה אנשי׳ יסירו את העגלה אשר עליה האיל מרחוק בראות׳ אויהה המון רב מאחדי בארבעה וגבות קרות עצי׳ אשר לה מאחור במרוצה גדולה וינגחו באיל אשר עליה את הומת העיר אשר יצו להפילה׳ וראש איל הברזל המשחית החומה הנשוא על עגלה בלתי בעל קרנים רק הוא גדול ואטום ועשוי מברזל חזק מאד וצואר הראש עב מאד ועוד נספך ענין זה לפנים והומת עין רחבה מזה ומזה יש על העגלה להגן בעד הרוחפי׳ אותה מאחוריה לעת הצורך פן יורו עליהם מעל החומה חצים ואבנים׳ וכל אילי הברזל המשחיתי׳ אשר בם נלחם טיטוס בירושלם רבם דון אילי עגלי׳ ולא היו לו שם אילי הזרנים רק שנים כאשר נספר עוד שם׳ והקורה האלית אשר כפרנו עניניה חבוק עשרה אנשים עביה וארכה חמשים אמה והללה דוא מבפני׳ ומלאה מעור מרי בריך וטווי אחרי התבשלו מאש והעץ איננו מועיל כי אם להעמי׳ ולהציב התמונה׳ ועץ הקורה מחוץ מצופי׳ בברזל רק והיה ענין העור מבפנים לבל תשבר הקורה בכובד המשקולות הבבדים אשר יתלו בטבעו׳

(9.) Vid. infrà h. lib. 6. c. 40. n. 5. confer. etiam Diodor. Sicul. Hiſtor l. 20. fol. 782.
(10.) De pariete iſto vid. infrà h. cap. n. 17.
(11.) Vid. infrà h. lib. 6. c. 17. n. 5. ibique not.
(12.) Sic interpretor hic עביה, German. die Dicke/ vid. quæ ſuprà l. 5. c. 26. n. 24. notata ſunt.
(13.) Ita hic vertere volui Hebr. חבוק, quo nomine ambitus ſeu circumferentia, uti vulgò appellant, intelligitur, Græci περιφέρεια vocant, vid. infrà h. cap. n. 18.
(14.) Sic dictonem מרי, quæ hic habetur, interpretari volui.
(15.) Vid. quæ ſuprà h. cap. n. 8. notata ſunt.

ac munita erat, ne ab illis, qui mœnia tuebantur, igne combureretur; quot verò cornibus arietis galea, quæ trabi, mœnia urbis concutienti, præfixa erat, armanda foret, id cujuslibet arbitrio relinquebatur; modò non pauciora, quàm decem essent, in trabe viginti cubitorum, nec plura, quàm quinquaginta, in trabe centum cubitorum; cornua autem illa, quotquot erant numero, singula ab invicem cubiti spatio (16.) distabant & uniuscujusque cornu densitas tanta erat, quantam vir circumplecti poterat; ipsius verò longitudo cubitum & dimidium æquabat nec brevior erat; paries (17.) autem ligneus sepimenti instar protensus ac bubalorum coriis, humano lotio elaboratis, contectus ponè trabem ab utraque illius parte constituebatur, ut homines in concutiendi opere occupati defenderentur nec è muris, quos pulsabant, à propugnatoribus peterentur sagittis; arietis verò ejus, qvem Vespasianus ad mœnia urbis Jorpatæ, ab illo obsessæ, (in qva tunc fuimus) concutienda admoverat, longitudo erat qvinqvaginta cubitorum ac viginti qvinqve cornua galeæ arietis infixa erant & densitas trabis illius tanta erat, qvantam decem viri circumplecti poterant (18.) & cujuslibet cornu densitas complexum unius viri æquabat & inter unumqvodqve cornu cubiti spatium (19) intercedebat, atque 1500. talenta efficiebant pondera illa, qvæ trabi, dum opus erat, appendebantur, 1500. qvoqve milites (20.) circà arietem illum occupati erant, qvando is muris urbis concutiendis Vespasiani mandatò adhibebatur & centum ac qvinqvaginta taurorum vel trecenta eqvorum sive mulorum paria reqvirebantur ad trabem

בטבעותיה מאחור וכמשוך האנשים את קרת הקורה מאחור בחבלי להשפילה וענין העץ מחזק להעמיד התמונה ולהציבה וענין הברזל על העץ לשמור את הקורה לבלתי ישרפוה שומרי החומה מעל לחומה וקרני כובע האיל אשר בקצה הקורה המנגח להחומת העיר מספרי ברזין איש ואיש רק לא יהיו פחות מעשרי קרני והקורי עשרי אמה ולא יותר מג' קרנים והקורה מאה אמות ויהיו הקרני המספר אשי יהיו הנה בכל קרן וקרן יש רחב מקי אמה ועובי כל קרן וקרן מהם כעובי חבו' איש אחד וארכו אמה וחצי לא פחות' וחומת עץ הקורה בגדר מלובשת בעורות מריאים מעובדי בשתן אדם יעמידו במקי אחור הקורה מזה וזה להגן על האנשים המתעסקי במלאכ' הנגיחה בה למען לא ירים חומי קשת בחצי מעל לחומה אשר ילחמו בה' והקורה האיילה אשר הקריב אספסיאנוס לנגח בה את חומת העיר יופפ אשר צר עליהו בה ואנחנו בתוכה ארבה ושה חמשים ומ"ה קרנים היו בכובע אילה וחבוק י' אנשים היה עביה וחבוק איש אחד היה עובי כל קרן וקרן מקרב אילה ואמה מרוחב מקום היה בין כל קרן וקרן מקרניו' ואלף וחמש מאות גברים היה משקל המשקולות התלוי' באחוריה לעם הצורך

(16.) Vid. infra h. cap. n. 19. ibique not.
(17.) De hoc suprà h. cap. n. 10. dictum est.
(18.) Vid. supra h. cap. n. 13 ibique not.
(19.) Confer. suprà h. cap. n. 16.
(20.) Idem ferè Diodorus Siculus Histor. l. 20. fol. m. 782. refert de ariete illo, quò Demetrius in oppugnatione urbis Rhodi usus est, quem non nisi à mille militibus maxima vi mœnibus oppidi admotum fuisse scribit.

הצורך' ושש וחמש מאות איש גבורי חיל היו מתעסקים עמה לנגח בי הה' מצו' אספסיונוס לנגח בה את החומה וק"ג זוגות משוחי' או ש' זוגות מסוסים ופרדים היו צריכים להעתיק את הקורה ואת כל בליה ממקו' למקום ומעיר לעיר בעגלות כי היו רוצי' לעשות כן ולא היתה הקורה מקי' רק מחוברת מאיברי' על ידי שלשלאות של ברזל ומעבות מברזל מצומדות ומחוברות לעת הצורך באלו היא מקשה במלאכ' נפלאה ומחוכר' ומפורדת חלקים חלקים להעלותה חלק חלק במקומו' הרחוי' להלהם בה בעדי' הבעורו' אשר בראשי הרחי' כי יעמידוה על עמדה במקום אשר יכשר להם להעמידה בו'

bem illam ejusqve vasa & instrumenta omnia à loco ad locum vel ex urbe una ad aliam (sicuti Romani facere consveverant) curribus transvehenda, nam trabs illa non contigua ac continens erat; sed catenis atqve annulis ferreis ejusdem partes ac membra mirabili artificio tàm aptè inter se, dum opus erat, conjungebantur, ut continua ac solida trabs videretur; in partes autem ideò divisa erat, ut machina ista eò facilius ad loca ardua & excelsa adduci urbesqve munitæ, in montibus sitæ, oppugnari possent eo in loco, ubi Romani arietem constituere volebant.

CAP. XVI.

Cum itaqve muri urbis Jorpatæ à Romanis concuterentur ac Josephus videret, illos paulatim contremiscere ac commoveri, ipse ingentes afferri saccos (1) eosque stramine repleri atqve è muris funibus suspendi jussit, ne cornua arietis ferrei murorum lapides contingerent; sed saccos suspensos percuterent, (2.) stramen enim molle erat ac propterea ictibus arietis cedebat & impediebat, ne illius cornua muris impacta damnum inferrent, nam qvodcunqve molle est, id duritiem rei cohibere ac cedendo vim ejus & impetum minuere solet: Vespasianus autem, Josephi calliditatem animadvertens, pari solertia utebatur & Judæos ex-

יהי בנגחם החומים את חומת יוסופה ויראו יוסף כי התחילה החומה להתרעש ולהתנועע ויקח שקים גדולים ויצו יוסף וימלאום תבן ויתלום בחבלים מעל קיר החומה לבלתי יגעו הקרנים אשר לאיל הברזל באכני קיר התומ' למען יכה האיל בשקים התלויים כי היה התבן רך ולכן חשך את הקרני מהויק אל החומה כי היו באי' בתוכו כמשפט כל רך לעמוד לפני הקשה ולדמעיט את הוקו' וכראות אספסיאנוס את התכולת יוסף

(1.) Idem refert Josephus l. 3. de Bell. Jud. c. 15. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hieros. c. 11.
(2.) Ut nimirum laxo saccorum sinu elusa plaga omnis arietis emolliretur, illisa enim solida solidis nocent, solutioribus evacuantur, prout scribit Egesippus loc. alleg.

יוסף ויתחכל גם הוא ויעש בערמה וישלח יהודים מרגלים בתוך העיר ובעת אות הגבורה כאיל הבריל ויכרתו את חבלי השקים המלאי בחכן ויפלו הם עם השקי בחכן על הארץ ויקבלום חיל הרומיים ולא מתו ופתאום הסיפו עוד לנגח על החומה: ויהי בחלחם עוד לנגח על החומה ושם ביורפת' היה איש נבור חיל מהכהנים ושמו אלעזר הכהן וגם הוא ממשפחת ענני הכהן הגדול אשר היה או בירושלם ובראותו אלעזר גבור ויפתה כי החלו עוד הרומיים לנגח את החומה באיל הבריל כפעם בפעם וישא אבן אחת מעל החומה ויהי חור נדול בה וירד אלעזר פתאום מעל החומה ויכב על קרזה האיל ויקשור שלשלת מברזל בין קרני האיל ויקפון בגבור' מעל הקורה ורנה השלשלת בידו ויעל ויבא אל העיר כי קיר החומה מראשה עד מקום נגיחת הבריל היה שפל ויבא את קרזה השלשל' בעיר ויתנה ביד נבוים רבים מגבורי יורפת' לקשרה בעמודים ובבתים בתוך העיר למען לא יובלו הרומי' עוד להסיר הקורה האילית משם ולראות אולי יוכל להשתחרר: ויחגבר עוד אלעזר הכהן וירד על הקורה וירכב עליה ויך את העם אשר היו מתעסקים עם האיל ומת מהם חמשים איש ויתר העם נסו מלפניו וישב עוד אלעזר הכהן ליורפת' ויבא אל העיר וימשכוהו ושבי העיר

ploratores in urbem mittebat, isti, cùm signum admovendi arietis ferrei, quô muri concutiebantur, datum esset, funes saccorum stramine repletorum præcidebant (3.) atque ipsi simùl cum saccis, stramine repletis, in terram cadebant, hos cùm milites Romani illæsos recepissent, statim muri à Romanis pulsabantur; interea verò, dum mœnia ariete ferreo conqvassabantur, qvidam ex sacerdotibus, Eleazarus nomine, (4.) vir fortitudine insignis (qvi & ipse è familia Ananiæ, Pontificis Hierosolymitani erat; sed tunc temporis Jorpatæ versabatur) cùm videret, Romanos iterùm paratos esse, ut mœnia urbis ariete ferreo concuterent, sicuti anteà facere consveverant, lapidem qvendam è muro evellebat, qvô facto ingens foramen in mœnibus patebat, per qvod ille repentè descendens ac trabi insidens catenam ferream inter cornua arietis firmissimè alligabat, dein à trabe vi maxima subsiliens ac catenam manu sua tenens ad urbem ascendit, murus enim à summitate sua usqve ad locum, qvem Romani ariete percutiebant, valdè humilis erat ac depressus, Eleazarus igitur alteram catenæ extremitatem ad urbem secum adfetens, multis illam militibus, qui Jorpatæ erant, tradebat, ut eam columnis ac parietibus urbis alligarent, ne Romani trabem arietis ferrei inde amplius retrahere & è loco illo removere possent, posteà consilium inibat, quomodo trabs ista corrumpi posset, idem Eleazarus, Sacerdos aliud insuper egregium facinus perpetravit, nam è mœnibus iterùm descendit & trabi insidens eos, qvi circâ arietem occupati erant, percussit & ex illis qvinqvaginta interfecit, reliqvos in fugam vertit, qvô factô ad urbem Jorpatam reversus est eumque incolæ urbis valdè læti è trabe arietis ad se traxerunt. Is ipse Eleazarus ad turrim quandam, mœnibus urbis inædificatam, ascendit & ingentem lapidem, è rupe firmiss-

(3.) Vid. Josphus & Egesippus loc. citat.
4.) Samæi filius vocatur à Josepho dict. lib. 3. de Bell. Jud. c. 16. confer. etiam Egesipp. lib. 3. de Excid. Hieros. c. 11.

העיר עליהם דרך קורת האיל וישמטו בו מאד: ויעל עוד אלעזר על מגדל אחד ממגדלי החומה וישא אבן גדולה מהצורי התוקים וישלך אותה מגובה המגדל בכח גדול על ראש האיל וישברהו ויפלו קרניו לארץ וחלק גדול מהראש כי היה הבריל ישן ורבלי היה קדמון מהבלים הקרמוני אש' היו ברזנא ועלהה חלודה עליו בהלו ונאכלי: וירד עוד פתאום אלעזר מעל החומה ויקח את חלק ראש האיל הנשבר וישליכהו אל תוך החומה ויך את יתר העם אש' היו עומדים שם ויניסם מפניו וירדו הגבורים בחציבי אל אלעזר הגביר ויחזקו בו ה' חציו ויעל עמהם וישלחו אנשי החומה את ידיהם וימשכו אותו ויעלו את אלעזר הגבור אל החומה כי לא יכול לעלות כי מרו לו מכות החצים: ויריעו העם תרועה גדולה על אשר גבר אלעזר הכהן הגבור להכות ברומיים ולשבר את איל הבריל אשר היו בעזותים בו ולקחת חלק ממנו ולהביאו אל החומה ולהפיש את יתר חקור האילית בחבלי ברזל בעיר לבלתי יוכלו הרומי' להסירה משם ולשוב עוד ולנגוח: ויתאוו ביום ההוא רבי' מגבורי יורפת' כי ראו גבורת אלעזר הגבור וירדו ויחלקו את הקורה לחלקי' ויפרידוה ואת משקולותיה ואת טבעותיה ואת תורניה לקחו ויביאום אל העיר ביום ההוא ואלעזר הגבור מת ממכות החצים ביום

firmissimâ evulsum, è summitate turris vi maximâ projecit (5.) suprà arietis caput illudque confregit ita, ut cornua ejus & magna pars ipsius capitis in terram caderent, quia ferrum perqvàm vetustum & machina ipsa una ex antiqvissimis, qvæ Romæ asservabantur, erat, qvocircà ferrum rubigine ob temporis diuturnitatem attractâ, paulatim corruptum atque corrosum fuit. Posteà Eleazarus iterùm è muris improvisò descendit ac partem capitis arietis confracti abstulit eamque in medium projecit murum atqve cœteram turbam, ibidem stantem, partim cecidit, partim in fugam vertit; sagittarii autem Eleazarum fortissimum jaculis petentes qvinqve (6.) sagittas ei infixerunt, cum qvibus ille muros subiens à propugnatoribus urbis protensis manibus in mœnia attractus fuit, qvia ipse præ dolore vulnerum, qvæ ei sagittis inflicta erant, ascendere non poterat, posteà populus ingentem clamorem sustulit, qvoniam Eleazarus, sacerdos fortissimus, Romanos percusserat & arietem ferreum, in qvo Romani spem maximam positam habebant, confregerat, ejusqve partem secum auferens in muros projecerat ac qvia trabem arietis catenis ferreis in urbe alligaverat, ne Romani illam exinde retrahere atqve muros ariete isto iterùm percutere possent, eodem illo die multi ex militibus Jorpatensibus egregia facinora ediderunt, dum Eleazari fortitudinem spectârunt, nam ipsi quoque descenderunt & trabem in partes divisam disjecerunt ejusque pondera, annulos ac tigna in urbem tulerunt; Eleazarus autem fortissimus die illo vi vulnerum, qvæ sagittarum ictibus acceperat, occubuit, relictâ præclarâ nominis sui famâ, qvia pro Sanctuario Domini ejusqve populo atqve terrâ Israëliticâ tanqvam vir fortis Deoqve fidelis pugnaverat; populus verò universus maximo eum luctu prose-

(5.) Idem refert Josephus dict. l. 3. c. 16. & Egesippus l. 3. de Excid. Hieros. c. 11. confer. infrà l. lib. 6. cap. 40. n. 9. ubi istius facti etiam fit mentio.
(6.) Consentiunt Josephus & Egesippus loc. alleg.

Prosecutus est illumque in urbe sepelivit atque gens omnis Israëlitica obitum ejus summo celebravit honore tàm propter egregiam illius fortitudinem ac fidem, quàm quòd pro nomine Domini ejusqve legè contrà hostes Dei pugnâssèt, propterea omnes Israëlitæ memoriam ejus coluerunt.

והוא בשם טוב כי נלחם בעד מקדש יי׳ ובעד עמו ובעד ארץ ישראל בגבור גאמן ליי׳ ויהאבד כל העם מאד מאד ויקברוהו בעיר ויכבדוהו כל ישר׳ בכבוד גדול ועל אסיפתו ועל גבורתו ועל באמנותו ועל מלחמתו לשם יי׳ ועל תורתו כי נלחם באויבי יי׳ עשו כל ישרא׳ זכר לברכה׳

CAP. XVII.

CUm igitur juventus Judaica præclarum Eleazari Sacerdotis facinus, quod ille in prælio, cum Romanis inito, perpetraverat, vidisset & quòd universus populus Israëliticus maximo cum honore prosecutus esset illiusque nomen & memoriam monimento amplissimo celebrâsset, tunc duo adolescentes Judæi, tàm prudentiâ ac solertiâ, quàm virtute bellica conspicui, quorum alter Netra (1.) alter Philippus nominabatur, Zelo Domini commoti apertis portis urbe egressi sunt & cum Romanis pugnando multos ex illis percusserunt ac prostraverunt, tandem ambo pro Sanctuario Dei & populo Israëlitico atqve patria sua eodem in prælio occubuerunt; Josephus autem, cùm ingentem vim belli indies magis magisque crescere animadvertisset, ipse qvoqve urbe egressus (2.) maximam cladem Romanorum exercitui intulit, & munimenta atqve instrumenta ferrea, qvæ Romani reliquerant eorumque arma igne combusit & quia acerrima surgebat pugna Romani terga vertere cœperunt. videbant enim, Judæos vitam suam pro nomine Dei ac patria sua morti exponere, quocircà illis amplius resistere non

ויהי בראות בחורי יהודה את אשר עשה אלעזר הכהן מן המלחמות אשר נלחם עם הרומיים ואשר עשו לו כל ישראל מהכבוד כי עשו לו זכר לברכה ולשם טוב׳ ויקנאו ליי׳ אלהי ישראל שנים בחוריים מבחורי יהודה מבינים ומשכילים בכל חכמה וגבורי מלחמה שם האחד נהרא ושם השני פוליפוס ויפתחו את שער העיר ויצאו וילחמו עם הרומיים ויכו וישדדו בהל הרומיים הרבה מאד וימותו גם שניהם במלחמה על מקדש אלהיהם ועל ישראל ועל ארצם׳ וידי כראו׳ יוסף את המלחמה כי נתחזקה וכבדה מאד ויצא מהעיר וך במחנה הרומיים מכה רבה מאד ואת המצור ואת כלי הברזל אש׳ נשארו מאת הרומיים עוד ואת יתר כלי המלחמה שרף באש ותחזק המלחמה מאד מאד ויהלו

(1.) Hebr. נתרא, sic in nostro codice, à Josepho l. 3. de Bell. Jud. c. 16. & Egesippo l. 3. de Excid. Hierosol. c. 12. vocatur Netiras.

(2.) Idem refert Josephus dict. l. 3. de Bell. Iud. c. 16.

ויהלו הרומיים לנוס מפני יוסף כי ראו כי נתנו אנשי יהודה נפשם למות עבור שם אלהיהם ועל ארצם ולא עמד חיל הרומיים למולם׳ ויהיצב אספסיאנוס ויחזק את לב עמו ויאמצם ויפחם בדברי טובים ויתן לדם נכסף וזהב לרוב מאד ויתן להם מחיר ומאכל ומשתה ויעמדו וילחמו עם יוסף ועם אנשי יהודי ביום ההר׳ עד בא השמש׳ וירי ברהחזק המלחמ׳ ויורו היהודי׳ החזי׳ בחצי׳ ויכן את אספסיאנוס בימוקי הימני ויבהלו כל גבורי הרומי׳ כי ראו את הדם זב מימוק אספסיאנוס ותהי המלחמ׳ ביום ההוא חזק מאד בין היהודים ובין הרומי׳ ויהא טיטוס כי הוכה אביו וירץ בבהלה לעזרתו ויאמר לו אבי מת לך בני כי נבהלת הזק ואמץ ונקום נקמת אויך מהיהודים האלה אשר התחזקו למולנו׳ וילחמו עוד שניהם טיטוס ואספסיאנוס עם כל הילדים ביום ההוא מלחמ׳ גדולה ועצומה וחזקה מאד ויפלו ביום ההוא חללים רבים מזרע הרומיים ומחיל יוסף רבי׳ וישארו עמ יוסף מתי מעט וילך ויבא העיר יופת׳ ויהי ממהרת ויקומו חיל הרומיים ויציבו עוד מצור ודיק הזת המצור והדיק אשר שרף יוסף וגם אוי ברחל העמידו בין הזתנים שנים במשפט כי ד׳ אלי ברחל הביא אספסיאנוס מרומא

non poterant; ast Vespasianus, cùm id perspexisset, viriliter restitit animumqve militibus suis addidit ac blandis verbis eosdem ad fortitudinem excitans magnam illis auri argentiqve vim dedit atqve cibum & potum largiter præbuit, qvapropter Romani milites alacres facti toto illo die usqve ad occasum Solis cum Josepho atque Judæis pugnârunt: accidit autem fervente pugnâ, ut Judæi sagittarii crus dextrum (3.) Vespasiani jaculò vulnerarent, quocircà omnes Romani milites valdè consternati sunt, quia sangvinem ex Vespasiani crure promanare viderunt, unde prælium inter Judæos & Romanos eo die acerrimum exortum est, Titus quoque, cùm patrem suum vulneratum vidisset, metu perculsus celeriter accurrit (4.) opem ei laturus; ast paterait: ecquid tu, mi fili, consternatus es? virum te præsta ac fortiter age & patris tui ultionem de Judæis istis, qui nobis tàm acriter resistunt, cape, qvocircà eodem illo die Titus & Vespasianus cum omnibus copiis suis maximam ac vehementissimam pugnam commiserunt multiqve tàm Romani, quàm Judæi utrimqve interempti ceciderunt & pauci cum Josepho tunc temporis in urbem Jorpatam reversi sunt; seqventi autem die Romani aliud munimentum & vallum loco prioris, à Josepho incensi, exstruxerunt atque arietem ferreum inter duo tigna, prout aliàs fieri solebat, constituerunt, nam Vespasianus qvatuor arietes ferreos, qvi inter tigna suspendebantur, (5.) Româ secum adduxerat; ferrei autem arietes, qvi curribus vehebantur & contrà muros impellebantur, triginta fuerunt tàm parvi, quàm magni, quos Vespasianus secum Româ adduxerat, ex illis trabs maxima triginta cubitos æqvabat longi-

(3.) Josephus loco alleg. scribit, παρὰ τὸ σφυρὸν τοῦ ποδὸς, talum seu plantam pedis Vespasiani vulneratam fuisse, cui etiam Egesippus lib. 3. de Bell. Iud. cap. 12. consentit, confer. infrà h. libr. cap. 23. n. 7.

(4.) Consentit Josephus dict. lib. 3. c. 16. & Egesipp. lib. 3. de Bell. Jud. c. 12.

(5.) De arietum pensilium & curulium discrimine suprà h. lib. cap. 15. num. 7. & seqq. inprimis n. 11. dictum est.

longitudine; minima autem decem, Balliſtæ quoq; (6.) viginti omninò circà urbem ejusque latera in aggeribus conſtitutæ erant. Romani igitur urbem Jorpatam iterùm oppugnârunt, ſicuti anteà facere conſveverant; oppidum verò propugnatoribus deſtitutum erat, quia ferè omnes in præliis occubuerant adeò, ut pauci cum Joſepho ſuperſtites eſſent, quapropter cuncti ſimùl incolæ etiam mulieres in mœnia aſcenderunt, qvia viri deerant, qui urbem defenderent; accidit autem, dum milites Veſpaſiani urbem undique baliſtis petebant, ut ingens lapis è baliſta quadam emiſſus mulieris gravidæ, qvæ ſuprà murum ſtabat, ventrem percuteret (7.) eoq; trajecto infantem ex utero materno abreptum ad dimidium usqve ſtadii (8.) ſecum auferret, iidem Romani, cùm iterùm aggere exſtructo urbem balliſtis premerent, lapidem qvendam jaculati ſunt, qvo viri cujusdam ex Joſephi militibus caput humeris avulſum ad unius ſtadii ſpatium (9.) abreptum fuit.

מרומא אילי חורנים ואמנם אילי ברזל משחיתי שהם אילי עגלות שהביא אספסיאנוס מרומא שלשים אילי עגלות קטני וגדולי קורת הגדול ארך שלשי אמה וקוד הקטן ארך עשרה אמות גם קלעי סוללות אשר הציבו עשרים קלעים בכל סביבות העיר ופאותיה. ויערכו עוד הרומיים מלחמ' על עיר יורפת' עוד כפעם בפעם והעיר יורפת' נשארה שכולה מגבויה כי נפלו כלם במלחמה וישאר בה יוסף ואנשים מתי מעט עמו ויעלו כלם על החומה והעלנה גם הנשים על החומה כי אין אנשים עוד למלחמה. ויקלעו אנשי אספסיאנוס אל העיר בקלעי הסוללות מכל פאה ויבא אבן גדולה מקלע סוללה ותך על בטן אשה הרה מאנשי היהודים העומדות על החומה והעבור האבן על בטנה ותולך האבן את הולד כי עקרתו מבטן אמו דרך מהלכת ים. ויוסיפו עוד לשפוך סוללה ולקלע ויקלעו באבן ותך האבן על ראש את מגבוי יוסף ותפלח ראש האיש והוליכהו האבן עמה מהלך ים אחד.

(6.) Sic קלעי סוללות hic vertere volui, neque enim minores fundas; ſed majores, quæ Romanis ac Græcis balliſtæ & catapulta dicebantur, hic intelligi puto, vid. Joſeph. dict. l. 3. c. 16. in fin. & Cæſar de Bell. Civil. l. 2. c. 2. & 9.

(7.) Idem refert Joſeph. lib. 3. de Bell. Iud. c. 17.

(8.) Joſephus quoque loc. alleg vocat ſtadium, in Hebræo hic dictio ים habetur, de qua vid. ſuprà l. 3. c. 17. n. 15. & infr. h. l. 6. c. 34. n. 4. confer. etiam Egeſipp. l. 3. de Bell. Iud. c. 12.

(9.) Trium ſtadiorum meminit Joſephus dict. l. 3. de Bell. Jud. c. 12. adſtipulatur.

CAP.

CAP. XVIII.

בעת ההיא בא אחד מגבורי הרומיים ויעפור מהחרי לקיר החומה נבח יוסף כי חשב בלבו לאמר אולי אוכל ליהרג את יוסף בחצי שנון בסם המות. ויבט יוסף אליו ויצעק מול הגבור לאמר הוי בוגד על תמיחני ולפרח האיש כי חרד לבו בצעקת יוסף וישפכו היהודים עליו שמן רותח מעל החומ' וימס עורו וילך מופשט כמשוגע בכל מחנה הרומי' הלוך וצעוק ובכה בכל מחנה הרומיים' עד אשר מת האיש הרוא. ויתגרו עוד אספסיאנו' וטיטוס בנו להלח' ביורפת' עד מלאת שמונה וארבעים יום ותשגב החומה אשר לעיר מהם ולא יכלו לה' ולא היה להם כח ללכדה. ויהי אחרי כן כאשר כלו שרידי הנשארים בעיר יורפת' כי נלאו ולא יכלו לשקוד ולשמ' עוד את חומת העיר ויעלו טיטוס ואספסינוס שניה' לילה על החומ' ויעלו עליה כי הדלו השומרים לשמור עוד על חומת העיר. ויהי בעלות שנידם על החומה ויעלו אחריהם מגדודי הרומיים הרבה magnæ

(1.) Joſephus l. 3. de Bell. Jud. c. 19. rem paulo aliter narrat & Egeſippus l. 3. de Excid. Hieroſ. c. 12. non de uno ſolùm, ſed pluribus Romanis urbem oppugnantibus, refert, quòd ferventi oleo à Judæis perfuſi fuerint.

(2.) Vid. Joſeph. dict. lib. 3. c. 18.

(3.) Conſentit Joſephus dict. l. 3 c. 23. princ. & Egeſipp. l. 3. de Bell. Jud. cap. 15.

(4.) Joſephus loc. citat. ſcribit, Titum cum tribuno quodam militum, Domitio Sabino, legionis decimæ quintæ, murum conſcendiſſe, idem refert etiam Egeſippus dict. l. 3. c. 15.

(5.) Præ aliis Sextus Cerealis tribunus & Placidus, prout Joſephus dict. l. 3. c. 23. refert, Egeſippus lib. 3. de Bell. Jud. c. 14. ſcribit, quòd Cerealis iſte multos Samaritas, cùm montem Garizim aſcendiſſent, primum ſiti vexatos poſteà interfecerit.

Per idem tempus miles quidam Romanus propè murum, ubi Joſephus tunc ſtabat, ſuccedens ſagittâ venenô mortiferô tincta Joſephum transfigere ſibi propoſuerat: Joſephus autem illum aſpiciens inclamavit: ne me interfice, ô perfide, qvo ipſe clamore perterritus animo concidit; Judæi verò eum ferventi oleo (1.) è mœnibus perfuderunt, qvô cutis ejus liquefacta & à corpore ſoluta fuit; ille autem nudis oſſibus detracta cute veſani inſtar per univerſa Romanorum caſtra hinc inde cucurrit ſubinde clamans ac plorans, donec moreretur. Poſteà Veſpaſianus ac Titus, filius ejus, ad urbem Jorpatam oppugnandam ſeſe iterùm accinxerunt, (2.) cùm jam octavus & qvadrageſimus obſidionis dies (3.) præteriiſſet, qvia firmiſſima erant urbis mœnia nec ſub Romanorum poteſtatem illa redigi poterant: accidit autem poſteà, cùm illi, qvi in urbe Jorpata adhùc ſuperſtites erant, viribus deficerent & multis laboribus defatigati vigilias & ſtationes in muris urbis amplius peragere non poſſent, ut Titus & Veſpaſianus noctu (4.) murum conſcenderent, (quia cuſtodes in mœnibus oppidi excubias agere deſierant) quod ipſorum factum alii quoque multi (5.) ex militibus Romanis ſecuti in mœnia aſcenderunt, de quibus illi poſteà mediam in urbem deſcenderunt & repagula portæ

magnæ oppidi Jorpatæ perfregerunt, quô factô omnis Romanorum exercitus in urbem venit & ingentem clamorem militarem fustulit; Judæi verò audito Romanorum strepitu è somno excitati admodùm consternati & pavefacti sunt atqve omnes arrepto qvisqve gladio suo in forum (6.) urbis, quod maximum erat (ubi incolæ oppidi tumultu excitato convenire solebant) progressi sunt, sublatisque oculis Romanorum exercitum urbem intrare per portam maximam conspexerunt, qvamobrem acerrimè cum Romanis pugnaverunt, donec eo in loco, qvem quisqve in foro occupaverat, dimicantes occubuerunt, qvia sese mutuò adhortati dixerunt: moriamur in prœlio, ne vivi capiamur; Josephus autem sacerdos & qvadraginta viri fortissimi, qvi unà cum illo adhûc superstites erant, oppido egressi in sylvam (7.) profugerunt, ubi spelunca qvandam, ibidem repertam, intrârunt ejusqve latebris sese occultârunt; incolæ autem urbis omnes eo in prælio interierunt, quia Romanorum fidei se committere noluerunt: acciderat enim, ut Judæus qvidam fidem imploraret militis Romani (8.) hisce verbis: si me vivum servaveris, egomet me tibi tradam, cui Romanus sanctissimè per omnes Deos (9.) juravit, se illum haud interfecturum esse, si urbe egrederetur & ad se veniret; Judæus autem ei respondit: si tuam mihi dextram dederis, fidem tibi habebo; Romanus verò ei sinistram porrexit, qvod dum

והרבה וידעו הרומיים מהומה בתוך העיר וישברו את בריחי השער הגדול אשר לעיר יוספת ויבאו כל חיל הרומי בתוך העיר וידעו תרוע גדולה למלחמה ויהי כשמוע היהודי המירי הרומיים ויקיצו משנתם ולבם חרדי ונחפזו ויחפשו איש הרבו בידו ויצאו כלם אל רחוב העיר כי רחוב גדול לה להתקבץ אנשי העיר בו בעת המרי ויראו עיניהם ויראו והנה חיל הרומי בא בתוך העיר דרך מבוא השער הגדול אשר לעיר וילחמו היהודי עם הרומי וימהרו היהודי במלחמה במקום מעמדם כדאוב כי אמרו היהודים איש אל רעהו נמותה במלחמה ולא נהפש היום ויקם יוסף הכהן הוא ומי איש מגבוריו הנשארים עמו ויצאו מן העיר ויברחו היערה וימצאו מערה אחת ויבאו שמה ויתחבאו כלם במערה ההיא ואנשי העיר כלם תמו במלחמה ההיא כי לא האמינו את ברית הרומי כי שאל יהודי אחד לרומי אחד ברית לאמר הרחימני ואסור אליך וישבע הרומי ליהודי לאמר כה יעשה לי אלהים וכה יוסיף אם אמיתך ועת סורה משם ויצא ובוא

(6.) Ita dictionem רחוב, quæ hic in Hebræo habetur, vertere volui, Josephus dict. l. 3. c. 23. scribit, illos ἐν μέσῃ τῇ πόλει, in media urbe, convenisse, confer. Nehem. c. 8. v. 1. ubi autor Vulgatæ רחוב transtulit: plateam, Lxx. verterunt τὸ πλάτος, latitudinem.

(7.) Josephus dict. l. 3. c. 24. rem paulò aliter narrat, Egesippus lib. 3. de Bell. Jud. c. 15. refert, qvòd Josephus inter favillas urbis in qvodam lacu delituerit, confer. infrà h. lib. 6. cap. 37. n. 31.

(8.) Hunc vocat Antonium Josephus l. 3. de Bell. Jud. c. 23. circà fin. ubi refert, Antonium centurionem, cum Judæo cuidam, in latebris delitescenti, dextram suam porrexisset, per insidias à Judæo illo interfectum esse; idem refert etiam Egesippus lib. 3. de Excid. Hieros. c. 15. confer. num. seq. 10.

(9.) In Hebræo hæc habetur formula: ita mihi faciat Deus & sic addat, vid. infrà h. lib. 6. c. 23. n. 2.

ובוא אלי ויען היהודי ויאמר אל הרומי הבא לי יד ימינך ואבטחה בך וישלח הרומי יד שמאלו אל היהודי ויחזה עליה והוא לא נגזה לבו לדעת אשר יד שמאלי היתה כי נבהל וידו בתת הרומי את יד שמאלו אל היהודי ויתמך בה היהודי ויאחוז הרומי את השלח ביד ימינו ויתן את היהודי ויתת היהודי כי לא הרה בידו שלח וכי השליך אתו כלי המלחמה מידו כי האמין ברומי עד כן מת. ויהי בראות היהודי כי לא הגיד הרומי את בריתו ושבועתו לא נאמנה וכי המרי היהודי אשר בטח בו אחרי אשר נשבע לו לבלתי ימיתהו. ויאמרו נמותה כלנו יחד ולא נבטח ברומיים ויתאזרו היהודי למות על קדוש יי אלהי ישראל ובמותם המיתו עם רב מהרומי במלחמה ההיא הרבה מכל אשר המיתו במלחמותיהם הראשונות והלכו העיר אחרי כן. ויוסף וארבעים איש אשר היו עמו נחבאו כלם במערה את וישלח אספסיאנס את ניקנור השר ואת פילינוס וגליאקנוס עמו אל יוסף לאמר צא אלי והיה ולא תמות. ויאמר יוסף אל הגלוי עמו במערה הדיא מה האמר נפשנו

dum Judæus festinans ac terrore perculsus non animadvertit, sed fidem Romano habuit, gladium ille dextrâ suâ prehendit & Judæum, qvi projectis armis illius fidei sese commiserat, interfecit, (10.) qvapropter Judæi, cùm vidissent, Romanorum fidem non servâsse, sed violatô juramentô Judæum interemisse, cui ipse fidem promiserat, jurans, se illum non interfecturum esse, dixerunt: moriamur simùl omnes nec fidem Romanis habeamus, qvocircà ad mortem, pro Sanctuario Domini, Dei Israëlis, suscipiendam prompti paratique fuerunt & dum sese morti objecerunt, plures eo in prælio Romanos interfecerunt, quàm in prioribus pugnis. Urbs itaque eo, qvo dictum est, modo, capta & in potestatem Romanorum redacta est; Josephus autem & qvi cum illo erant, qvadraginta viri omnes eadem in spelunca latitârunt. Vespasianus itaque Nicanorem (11.) principem & una cum eo Paulinum (12.) atqve Gallicanum (13.) misit ad Josephum, qvi dicerent: egredere, ut vivas nec moriaris, qvo cognito Josephus ad socios suos, qvi unà cum ipso in spelunca illa erant, dixit: ecqvid de Vespasiani postulatione censetis, ut ei satisfaciamus? ego enim, si consilio meo morem gerere vultis, vobis svadeo, ut spelunca egrediamur & ad illum eamus, si

(10.) Imo Judæus Romanum dolosè interfecit, vid. num. præced. 8. ibique not.

(11.) Josephus l. 3. de Bell. Jud. c. 24. scribit, Vespasianum ab initio duos Chiliarchos, Paulinum & Gallicanum; postea verò Nicanorem misisse, cui etiam Egesippus l. 3. de Excid. Hieros. c. 15. adstipulatur, confer. num. seq. 12. & 13.

(12.) Hebr. פאולינוס, sic nomen ex Josepho & Egesippo loc. alleg. restituendum puto, nam nomen פילירינוס, quod hic in nostro codice habetur, dubio procul corruptum est, confer. infrà c. 23. n. 4.

(13.) Hebr. גליקאנוס, ita hoc quoque nomen ex Josepho & Egesippo loc. citat. restituendum erit, sic & infrà h. lib. 6. c. 23. num. 4. legitur: נאליקנוס, idque rectius, quàm hoc loco, ubi corruptè habetur literis transpositis: גליאקנוס, vid. suprà n. 11. h. cap.

qvidem principes isti fidem, qvam ab eis petiero, nobis dederint, spero enim, fore, ut Vespasianus, si in ipsius conspectum veniamus, nostrûm misereatur.

נפשכם בדברי אספסינוס ונעשהו כי אני אם תראו לשמוע לעצתי אייען אתכם כי נצא וגלך אליו אם יכרתו ברית השרים האלה עמנו באשר אודה להם ואני ועשב כי ברחמנו לפני אספסינוס הוא יחם עלינו׳

CAP. XIX.

AS viri illi, qui cum Josepho erant, cùm animum ejus eò inclinare viderent, ut ad Romanos egrederetur, dixerunt: Valdè miramur, (1.) te, qui ex multis myriadibus populi tui, (cui Sanctus ille Deus Israëlis Sacerdotium ac regnum concredidit) electus es princeps & magnus imperator genti tuæ præpositus fuisti, atqve ignominiam populi & gregis tui jam oculis tuis aspexisti, adhûc vitæ desiderió teneri tanto in dedecore, cur amplius vivere cupis? nonne satius tibi erit mori, quàm vivere? forsitàn existimas, te ab illis ideò evocari, ut te vivum servent aut in senectute tua tibi benefaciant? sed frustrà id cogitas, qvia te ideò evocârunt, ut te vivum caperent & de te gloriarentur, dicentes: en Judæorum ducem (2.) vivum cepimus! idcircò insignem victoriam reportavimus; nunc itaqve, frater ac princeps noster, si temetipsum interfeceris, id melius tibi erit, quàm si ad Romanos egrediaris, atqve illi se jactent, quòd principem Judæorum vicerint eumque in suam potestatem redegerint, atque ita in te victoriam ac fortitudinem suam ostentent, & id quidem tibi eveniet, si te

ויהי בראות האנשים אשר היו עמו כי נטה לב יוסף לצאת אל הרומי׳ ויאמרו אליו המהים אנחנו ממך השר יוסף כי בבחרה מרבבות עמך עם כהונה ומלכות לקדוש ליי׳ אלהי ישראל ותפקד לשר צבא גדול בראש עמך והראיה עיניך חרפת עמך וכשלון צאנך ביום הזה ותראה לחיות בואת החרפה ומה לך עוד חפץ בחיים והלא המו׳ טוב לך מהחיו׳ ואיה בהיו׳ הזה אולי תחשוב כי דם להחיות אותך יקראו לך או להטיב לך באחריתך הם קוראים אותך ולא ואת המחשבה מחשבת׳ אמנם יקראוך ללכוך חי להתהלל בך לאמר הנה משוח מלחמתם תפשנוהו חי ולבן רמה וחינו׳ ועתה אחינו ושרינו אם תמית את נפשך טוב לך מאשר תצא אליהם ויתהללו בי בצרנו ראש היהודים והגה בידינו ויואנ בך בצת וגבורה יוד יהיה אם לא ימיתוך ואם ימיתוך הלא טיב לך למות בחרבך מאשר תמית בהרבם וגם טוב לך למות מאשר תהיה לשמוע חרפותיה׳ וגדופיה׳ ואם יחיוך אל האמן בי יחיוך למובה או להסד אך לחרפה ישמורוך אש׳ היא קשה ממות למען יהעללו בך בחרפת גדופיה׳ ועתה אחינו ושרינו מה לך כי שמת לבך לחיות אחרי אשר אבדת את עמך ואת אחיך ולאי זה חפץ הבחר בחיים אחרי אבוד עמך ואחיך׳ והבט נא בשבלך וראה איה דבר משה רבינו עליו השלום אשר אמר לפני דאלהים על ישראל אם תשא חטאתם ואם אין מחני נא מספרך אשר כתבת ולא רצה לחיות אחרי כלות ישראל ואם אמר לו היכול על הבל הגיהה לי ויהר אפי בהם ואכלם וכו׳ ואיה אהרן אחיו אשר עמד בין המתי׳ ובין החיי׳ ויהיעב לפני המלאך דגוגית׳ כגבור וימסור את עצמו למות על עמו למען יעצור את המגפה מעל ישראל ואיה שאול המלך ויהונתן בנו אש׳ נלחמו בעד עם יי׳ וימותו על יי׳ ועל עמו והלא שאול וזה יכול להציל את נפשו ואת נפש בנו ממות במלחמה ההוא אשר מת בה והוא כי ראה אשר נכשל ישראל במלחמה ההוא לא חפץ בחיים אבל בחר מות מחיי כואותו כי נגף עמו במלחמ׳ ולבן לא נפרד מאחיו בחיים ובמותו גם הוא גם בנו יהונתן הגאו׳

te non interfecerint; si verò te interemerint, annon satius tibi fuerit, te tuo, quàm Romanorum, gladiô perire? melius certè tibi erit mori, quàm vivere eorumque contumelias & probra audire; licèt autem illi te vivere sinant, noli tamen credere, quòd vitam ideò tibi concedant, ut benignitatem vel clementiam tibi exhibeant, sed ut tibi illudant teque ignominiâ afficiant, qvæ sanè ipsa morte est acerbior: cur igitur, frater ac princeps noster, vivendi desideriô adhûc teneris, postquàm populum & fratres tuos perdidisti? & quomodo in animum induxisti tuum, ut post populi fratrumqve tuorum interitum vivere cupias? considera quæsò ac prudenter perpende dictum illud Mosis, doctoris nostri, qvi in pace qviescat! qvod ille coràm Deo de populo Israëlitico locutus est: (3.) dimitte illis hanc noxam, aut, si id non feceris, dele me de libro tuo, qvem scripsisti, etenim Moses post populi Israëlitici interitum amplius vivere noluit, etiamsi is, qvi omnia potest, ei dixerit: (4.) dimitte me, ut irascatur furor meus contrà eos & deleam eos, ubinam est Aaron, ipsius frater, qvi inter vivos & mortuos medius (5.) stetit ac tanqvam vir fortis contrà angelum percussorem sese constituit & morti semet obtulit pro populo suo, ut à gente Israëlitica plaga cohiberetur? ubi nam est Saulus rex & Jonathanus, ipsius filius, qvi pro populo Domini pugnârunt & pro Domino ejusque populo mortem oppetierunt? annon poterat Saulus se filiumque suum mortis periculo eripere eo in prælio, qvo occubuit? Sed qvia populum Israëliticum in ea pugna cecidisse viderat, ipse vivere noluit ac mortem vitæ prætulit, postqvàm populum suum in prælio victum conspexit, qvapropter & ipse & filius ejus, Jonatha-

(1.) Apud Josephum l. 3. de Bell. Jud. c. 25. brevior & nervosior habetur oratio, confer. etiam Egesipp. l. 3. de Excid. Hierosol. c. 16.

(2.) In Hebræo hîc habetur: משוח מלחמה, id est, unctus belli seu ad bellum, vid. quæ suprà l. 3. c. 9. n. 9. ea de re dicta sunt, confer. R. Salomo ad Deuteron. c. 20. v. 2. ubi etiam meminit: משוח מלחמה i. e. uncti (sacerdotis) ad bellum, confer. D. Wagenseil. Sota, pag. 842. n. 1. & autor tractatus Gallici, qui inscribitur: Histoire du Culte Levit. &c. Part. 3. c. 3. pag. 268. edit. Amstel.

(3.) Exod. cap. 32. v. 32. confer. etiam Egesipp. l. 3. de Bell. Jud. c. 16.

(4.) Vid. Exod. dict. cap. 23. v. 10.

(5.) Confer. Numer. cap. 16. vers. 48. & Sapient. cap. 18. v. 21. ac seqq. vid. etiam Egesipp. dict. l. 3. c. 16.

הנאהבי' והנעימי' גם ובור נא השד את
צדקת דוד משיח יי אשר אמר בראותו
הדבר הרע על ישראל הוא נא ידך בי
ובבית אבי כי אנכי החטאתי ואני העויתי
ואלה הצאן מה עשו ומה תפאו ואוי
התור' הקדושה הצפונה בלבך והלא
כהן ומשיח אתה והודיענו ולמדיענו את
התור' הקדוש' לדעת איכה נוכל לאהוב
את יי אלהינו בכל לבבנו ובכל נפשנו
ובכל מאדנו' ואם לא יהיה זה כי
נעבדהו ונאהב את אשר יאהב ונמורת
על בריתו ועל התורה ועל מקדשו עם
עבדיו הנהרגי' על ייחוד שמו הגדול במות
יהיה' והלא אתה העודת בנו פעמי'
רבות לאמר כי כל איש אש' ימות במלחמ'
על יי' ועל מקדשו ועל תורתו יהיה בגורל
יי' וחלקו ויחיישר ללכת אל האור הגדול
ולא יראה החשך המחשיך הנפשות'
והלא אתה הוא יוסף הבהן שנעקת
פעמי רבות במלחמה בקרב המחנה
לאמר אני הוא יוסף הבהן המשוח
מלחמ' אשר נתתי את נפשי למות על
עם יי' ועל מקדשו ועל ארצו ועל עמו'
ועתה בצאתך אליהם הי ויתעללו בך מה
תאמ' אליהם ומה תענה אותם ובמרה
תכופר בשתך ובלימתך כי יאמרו אשר
בשקר הם כל אמרי פיך' והלא הוא

nus, ambo amabiles ac decori, (6.) à fratribus ſuis diviſi non ſunt, tàm in vita, quàm in morte; recordare qvæſò, princeps, juſtitiæ (7.) Davidis, uncti Domini, qui, dum peſtem, qva tunc populus Iſraëliticus percuſſus fuit, animadvertit, dixit: (8.) vertatur, obſecrò, manus tua contrà me & contrà domum patris mei, ego enim peccavi, ego iniqvè egi; iſti, qvi oves ſunt, qvid fecerunt? qvidnam commiſerunt? ubinam eſt lex illa ſancta, in corde tuo recondita? nonne ſacerdos atqve unctus es, qvi legem ſanctam nos docuiſti, & in ea nos erudiviſti, ut diſceremus, qvomodo Dominum, Deum noſtrum, toto corde, tota anima & totis viribus noſtris diligere poſſimus? id verò non aliter fiet, quàm ſi ei inſerviamus atqve illud, qvod ipſe amat, etiam nos amemus & pro ipſius fœdere, lege ac Sanctuario unà cum illius ſervis, qvi propter nomen ejus, qvod unicum (9.) eſt & maximum, interempti ſunt, mortem oppetamus, nonne ſæpiſſimè tu ipſe hæc nobis verba inculcâſti ac teſtatus es, eos omnes, qui pro Domino ejusque Sanctuario, ut & pro populo ac lege in prælio occubuerint, ſortis hæreditatisque Domini participes ac dignos fore, (10.) qvi ad lumen illud magnum perveniant, nec tenebras, qvibus animæ obteguntur, videant? annon tu is ipſe es Joſephus Sacerdos, qvi ſæpè in prælio, media in acie exclamaſti: ego ſum Joſephus Sacerdos, unctus ad bellum, qvi vitam meam pro populo Domini ejusque Templo ac terra mortis periculo objeci; ſi itaque jam ad Romanos vivus egrediaris atqve illi te ludibrio excipiant, ecquid reſpondebis Judæis, quidnam illis dices ac quomodo dedecus & ignominiam

(6.) Vid. 2. Samuel. c. 1. v. 23. ad quem locum hic reſpicitur.

(7.) Sive: pietatis & miſericordiæ ergà populum ſuum, nam dictio: צדק etiam hoc ſenſu exponi poteſt ac ſolet, vid. quæ ſuprà lib. 5. c. 37. n. 7. notata ſunt.

(8.) Vid. 2. Samuel. c. 24. v. 17.

(9.) Ita hìc verto ייחור שמו nota autem, Judæos, præprimis recentioris ævi, his verbis Chriſtianos notare eosque fugillare, ac ſi illi non unum, ſed plures colerent Deos.

(10.) Ita hìc verbum יחיישר vertere volui, qvòd aliàs notat: rectum fieri, dirigi &c.

הוא אשר אמרת לקם הלזמו בעד עם
יי עד מותכם במלחמה כי אם המורד
על מקדש יי ועל תורתו מותכם יהיה
כפרה עד נפשותיכם והלבו אל האור
והוא אור החיים אבל אמת הדבר אשר
דברת בפיך מדוע התשוך את נפשיך ממני
מלכת אחרי עמך אשר הם הלבו אל
האור הגדול' והנה עד היום היות
עליון על כל הגוי' לשמע גבור ושר
גדול וקצין בגבורי במלחמה כי משמיך
רגזו ומאימתך חלו ועתה תתן את נפשיך
להלכד ביד הרומיים כאחד העבדים
המשוחררי' או באחת השפחות'
והלא חרפתך ובשתך יהיה גם זה וחרפת
עם יי' כי שר ומלך וכהן אתה ומשוח
לנגיד מלחמה כמוך יאסר בכבלי ברזל
הגוים ועוד כי עליך יאמרו כל הגוי' מן
היום הזה והלאה לאמר הלא זה הוא
האיש אשר מסר את עצמו ואת גבוריו
ויתר עמו למות וימלט נפשו לבד לחיות'
ויהי ככלותם לדבר אליו כדברים האלה
וישלפו איש חרבו ויגשו אליו בתוך
המערה ויאמרו אליו הסכת ושמע יוסף
השר אשר עלינו אם תאבה לשמע
בקולנו נמית אותך בראש כאדון וגבור
ושר וגדול יתבחר לך על אי זה דרך
תרצה למות ותמות בכבוד ואבו תמאן
למות

(11.) Sic dictionem תמשוחרי, quæ hìc habetur, cum Buxtorfio aliisque interpretari volui.

(12.) Ita vocem נתפרה cum nonnullis hìc vertere mihi viſum fuit, confer. Levit. c. 19. v. 20. ibiq; Commentatores.

(13.) In Hebræo dictio: מלך i. e. rex, hìc habetur, vid. quæ ſuprà lib. 2. c. 25. n. 6. annotata ſunt.

(14.) Egeſippus l. 3. de Bell. Jud. c. 16. hæc de re ita ſcribit: ſi acquieſcis mori, quaſi amici miniſterium præbebimus, ſi recuſas, quaſi proditi ultionem exigemus.

ad

למות בכבוד דע כי נמית אותך באחד
הקמים עלינו לרעה׃

ad mortem progrediaris, ut cum honore vitam finias; si verò honestè mori recusaveris, illud scias, quòd te tanqvam hostem nostrum interficiemus.

CAP. XX.

ויען יוסף הכהן ויאמר אליהם אמנם
אחי ידעתי כי צדק תדברון ומי יחפון
בחיי כהיום הזה ומי יתן אלוה דבר
ויקרא את נפשי ויקחנה אליו כי ידעתי
כי טוב לי המות מהחיים על כל הצרות
שעברו עלי והוא היודע מצפוני הלבבות
והוא נותן הנשמות ומי יפתח בעד
שיסגור והלא הוא המסגיר והפותח כי
הוא אלהים חיים אשר בידו נפש כל
חי ורוח וגו׳ ויפח באפינו נשמת רוח
חיים ויהיינו להיותנו חיי לפניו והוא׳
הפקיד את רוח החיים בקרבנו ויסגור
בעדה׳ ועתה הנוכל לפתוח בעד אשר
סגר בעדו אלהינו והלא כלכם ידעתם
כי הנפש הזאת אשר אתנו פקדון הוא
בנו מאתו ואנחנו עבדיו והוא עשה לנו
את הנפש הזאת ואם נשליכנה אליו
בלא עת דרוש אוה׳ ממנו הלא יהר אפו
בנו

JOsephus autem sacerdos illis respondit: novi jamè, fratres mei, quòd rectè dicatis (1.) & qvisnam hoc tempore vivere desideret? utinam Deus pestem immittat animamqve meam, è corpore evocatam, ad se recipiat, scio enim, satius mihi esse mori, quàm vivere, propter omnes calamitates illas, qvæ mihi acciderunt; ipse est, qvi cogitationes cordium novit, ipse animas nobis dedit, qvis igitur aperiet, quod ille clausit, nonne ipse est, qui claudit & aperit? ipse enim Deus vivus est, cujus in manu est omnis viventis anima, (2.) ut & spiritus ac corpus, si ipse naribus nostris animam spiritus viventis inspiraverit, vitam accipimus & coràm eo vivimus, ipse spiritum viventem nobis indidit eumque corpori nostro inclusit, num igitur aperire poterimus, quod Deus noster clausit? nonne vos omnes scitis, animam hanc nostram depositum esse, (3.) qvod ille nobis concredidit; nos autem ipsius servos esse? ipse animam hanc nobis creavit, si eam intempestivè, priusquam ipse illam à nobis requisiverit, (4.) projecerimus, iram ejus experiemur e-

jusqve

(1.) Apud Josephum l. 3. de Bell. Jud. c. 25. brevis & continua habetur responsio contrà αὐτοχειρίας defensores, confer. etiam Egesipp. lib. 3. de Excid. Hierosol. c. 17. Tragica αὐτοχειρίας exempla vid. suprà l. 5. c. 10. n. 19. & h. lib. 6. c. 4. n. 5. & n. 6.

(2.) Confer hic Joseph. lib. 3. de Bell. Jud. cap. 25. & S. Augustin. de Civit. Dei l. 1. c. 23. Lactant. l. 3. c. 18. ita scribit: si homicida nefarius est, quia hominis extinctor est, eidem sceleri obstrictus est, qui se necat, quia hominem necat; imò verò majus esse id facinus existimandum est, cujus ultio Deo soli subjacet, confer. & infrà h. cap. n. 12.

(3.) Sic dictionem: פקדון, quæ hic habetur, vertere volui, confer. Levit. cap. 6 v. 21. & 23.

(4.) Cicero in Catone Maiore vetat, inquit, Pythagoras, injussu imperatoris, id est, Dei, de præsidio & statione vitæ decedere; idem Cicero de Republ. sic ait: & tibi, Publi, & piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis nec injussu ejus, à quo ille est nobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum, assignatum à Deo, defugisse videamini; quæ ex Platone desumpta esse videntur: Socrates enim in

כנו והיינו ועומי׳ ודומיפי לבלתי מצוא
מנוח במקום הרחים ואמתחים עם
אברהם אבינו ע״ה ועם יתר הצדיקים
והחסידי׳ והאבות הראשונים הלא ידעתם
כי לא הלכו אליו בלתי קריאה אמנם
טרם נקראו ואור הלכו אליו וכן עשה
לכל צדיקיו וחסידיו ולכל הבדואי׳ והלא
ידעתם כי לפנים קרא למרע״ה והוא
היה בחירנו וכחירנו אמ׳ אליו אלהי ישרא׳
עלה אל הר העברים הזה ואו עלה ואם
לא נקרא לא עלה מעצמו ולכן לא יוכל
אדם לתת נפשו לאלהים ברצונו אם
לא הדרש מעמו ועת׳ אתם אוי למרו
נא מאיוב כי בשאמ׳ יאבד יום אולד בו
הלא היה יכול לחנוק עצמן ולמות או
לדקור עצמו בחרב ולמ׳ או לשמוע
בקול אשתו כשאמר׳ לו ברך אלהי׳ ומות
אבן האריך אפו בהיותו בשחין רע
ובנגע׳ גדולי׳ עד אשי׳ נדרשה נשמתו
מקרבו וישלימו׳ ליו׳ שהיו ולא רצה
להשלימה ליו׳ בלא קריאה אמנם כי
שאל

jusque indignationem incurremus atque repellemur, ne in loco veræ & cœlestis vitæ cum Abrahamo, patre nostro piæ memoriæ, & cum cœteris justis piisque hominibus & cum Patriarchis quietem inveniamus; annon scitis, illos, ante quàm vocarentur, ad Deum non venisse? (5.) certè prius vocati, dein ad ipsum profecti sunt; sic Deus omnibus fecit justis ac piis & in universum cunctis creaturis: (6.) nonne scitis, quòd Deus Israëlis Mosen, doctorem nostrum piæ recordationis, ab ipso electum anteà vocaverit eique dixerit: ascende ad montem Abarim, (7.) tunc demum ille ascendit? nam, nisi vocatus fuisset, sua sponte non ascendisset, quapropter nemo animam suam pro arbitrio ac lubitu Deo reddere potest, si ipse illam non vocaverit: discite itaque nunc, fratres mei, de Hiobo, (8.) qui, cùm dixisset: pereat dies, in quo natus sum, certè seipsum suspendio necare vel gladiô confodere vel etiam uxori suæ, dicenti: (9.) benedic Deo ac morere, obedire potuisset; sed ipse iram atque indignationem suam cohibuit, quamvis ulceribus pessimis maximisque plagis percussus esset, donec illius anima è corpore evocata fuit, tunc eam Domino, Deo suo, reddere nec priùs, quàm evocaretur, illam restituere voluit, ac licèt mortem sibi optaverit, eam tamen

in Phædone sic loquens introducitur: ὁ μὲν ἂν ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος ὡς ἐν τινὶ φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λυειν οὐδ᾽ ἀποδιδράσκειν, i. e. de illis igitur arcanus habetur sermo, quòd in custodia quadam nos homines constituti simus, nec quisquam ex ea semet liberare vel aufugere debeat; benè etiam hanc in rem Lucianus in Dialog. de morte Peregrini: χρὴ περιμένειν τὸν θάνατον καὶ μὴ θρασύνειν ἐκ τοῦ βίου, mors expectanda nulloque modo è vita fugiendum est, vid. infr. h. l. 6. c. 44. n. 12. & Tacitus Histor. l. 2. c. 46. ubi Plotii Firmi, Prætorii præfecti, verba notatu digna adducuntur, quibus ille Othonem, Imperatorem, à consilio sumendæ mortis dehortatus est.

(5.) Vid. Egesipp. l. 3. de Bell. Jud. c. 17. confer. & H. Grot. de Jur. Bell. ac Pac. l. 2. c. 19. §. 5. ubi de illis, qui sibi mortem consciverunt, ut & Ejusd. not. ad 2. Maccab. c. 14. v. 42.

(6.) Sic dictionem generalem: הברואים generaliter quoque vertere volui, licèt ad solos homines interdum restringatur.

7.) Vid. Deuteron. c. 32. v. 49.

(8.) Vid. Job. cap. 3. v. 2. ad quem locum hic respicitur.

(9.) Vid. Ejusd. Job. c. 2. v. 9.

שאל את נפשו למות אך מיד יי' ולא
מידו הלא הוא אמר המחכים למות
ואיננו ולמה לא המית עצמו אמנם חכה
המות יבואהו מיד אחר ולכן לא מת עד
בא קצו והשלים ימי חלדו׃ וגם המלך
דוד ע"ה החסיד אמ' ויציאה׳ ממסגר
נפשי כי ידע אשר הנפש סגור׳ היא
בגוף ואין מי יפתח בערה בלחי האלהים
וידעתי כי המות טובה גדולה היא בעת
פקדת דגשמה ברצון טבע האדם והטוב
אל האלהים אשר נתנה׃ גם ידעתי אשר
אבי ימות איש במלחמת יי' והו בבוד
גדול והגה הוא ילך לאור הגדול ויאור
באור החיים אבל לא ידעתי כפרה לנפש
האדם כי ימות עצמו ויפגע הוא בעצמו
וימהר הוא להשיבה אל עמה בבלתי
עתה או בבלתי מקרה יעשה זה׃ ועתה
אחי וריעי דעו אשר גם לי לבב כמוכם
לא־נופל אנכי מכם בשבר לבי כי ארואה
חרפת עמנו והרבן אוצרו אבל הנני אשם
ליי' כי אבחר לפגוע בנפשי ולהמית את
עצמי בידי ע"ל ככה׃ ואתם השרים
הדבק' ביי' אלהיכם במעשה ובדע' אמרו
מי ילין בעדנו לפני יי' שהינו אם נחטא
בנפשי׃

men nonà se ipso, sed à Domino exspectavit; nonne ille dixit: (10.) qui mortem expectant & non venit, cur igitur seipsum non interfecit? quia ab alterius manu mortem exspectavit ac propterea vitam, antequàm finis ejus adesset, sibi non ademit. David etiam rex pius, beatæ memoriæ, dixit: (11.) educ de custodia animam meam, noverat enim, animam in corpore conclusam esse, nec qvenquam, præter Deum, illam educere posse; novi etiam, mortem maximum esse bonum eô tempore, quo anima ex voluntate Dei secundùm hominis naturam evocatur & ad Deum, qui illam dedit, revertitur, id quoque scio, si quis in prælio Domini occubuerit, istud maximo esse honori & hominem ita finientem ad lumen illud magnum abire & in lumine vitæ æternæ fulgere; sed non novi expiationem (12.) animæ hominis, qui seipsum interficit ac sibi violentas affert manus quique festinat, animam suam, priusquàm tempus & fatum (13.) instet, populo suo reddere. (14.) Nunc itaque, fratres & socii mei, scitote, mihi æquè ac vobis cor esse meque perinde, ac vos, misericordiâ commoveri, dum populi nostri dedecus ac devastationem thesaurorum illius video; sed peccati reus essem coràm Domino, si me ipsum propterea interficere ac violentas mihi manus inferre vellem; vos autem, principes, qui Domino, Deo vestro, opere & animo adhæretis, dicite, quisnam pro nobis coràm Deo intercessurus sit,

(15.)

(10.) Vid. Job. c. 3. v. 21.
(11.) Vid. Psalm. 142. v. 8.
(12.) Nam hoc ipsum, quod quis manus sibi injicit, gravissimum crimen est, inquit S. Augustin. l. 1. de Civit. Dei c. 23. quapropter etiam Darius in ultimo discrimine constitutus & ab omnibus suis destitutus legem fati sui expectare potius, quàm seipsum interimere voluit, alieno scelere, inquiens, quàm meo, mori malo, vid. Curt. l. 5. c. 12. jure etiam civili non lugentur, qui manus sibi malâ conscientiâ injiciunt, l. 11. §. 3. Dig. De his, qui infam. not. vid. suprà h. cap. n. 2. & infrà h. cap. n. 17.
(13.) Ita dictionem מקרה, quæ hic habetur, interpretari volui, communiter vertunt: casum, eventum, accidens, confer. infrà h. lib. 6. c. 44. n. 29. ibique not.
(14.) Id est: mori, nam phrasi illa, quæ Scripturæ sacræ solennis est, nimirum: populo suo addi, ad populum suum colligi, mors innuitur & obitus ac sepultura hominum.

בנפשותינו ונהדוג איש את אחיו ולא
ידעתם אשר כי יהוה לאיש עבד בער
ואיש ודון ודשע והוא סורר ומורד
וקשה עורף כאש׳ תביאהו עת צרה אל
חסר דעת ויראה ביצר לו ולא יקום לו
להשועה ולך ויחלה באילן או בוולתו
ויחנק או ידקר בכלי ברזל בידו וימות
משפט הנבל ההוא אז הוא להבריח יד
ימינו אשר המיתהו וגם משפטו לגזור
עליו לבלתי יקבר בקבר כי את נפשו
השחית ואיך נבח׳ אנחנו בעצמנו להמית
איש את אחיו או לפגוע איש בעצמו
בידו למות׃ ואולם מי יתן מוהנו ביד
אויבינו ולא נמות כמות הנבלים לרצות
איש את אחיו ונחשבה לרוצחים כי
רצחנו איש את רעהו׃ ואם ימית אדם
ממנו את נפשו ויהיה הוא המשחית את
עצמו בידו כאש׳ עשה המלך שאול אש׳
הללתם אותו הנה וה המעש׳ יהשב לי
לאשם

(15.) si in nosmet ipsos peccaverimus atque nos invicem interfecerimus? annon probè nôstis, quòd si cuidam servus sit stolidus, ferox & improbus, qui contumaci ac refractario est animo duraque cervice isque calamitate quadam affectus, nullius auxiliô implorato, demens abeat ac seipsum de arbore vel alia re suspendens strangulet aut ferrô pectori adacto manu sua se interficiat, improbus sanè iste ac sceleratus condemnari solet, ut dextra, (16.) qua sese interemit, ei amputetur, sententia quoque in illum fertur, ut ipsius corpus insepultum (17.) projiciatur, quia seipsum interfecit; (18.) quomodo igitur nos invicem interimere aut nobismet ipsis mortem manibus nostris conscisere volumus? utinam hostium manibus intereamus nec improborum morte occumbamus, dum nos mutuò obtruncamus! nam hac ratione homicidæ apud homines reputabimur, quia alter alterum interfecit: si enim homo seipsum vitâ privet, ac sibi violentam mortem manu sua inferat, sicuti Sauli regis factum laudâstis, sanè facinus istud tale scelus ac peccatum habitum est, quod nunquam expiari possit, Saulus quoque ipse

(15.) Ita hic verbum יליץ vertere volui, vid. quæ de voce מליץ suprà l. 3. c. 8. n. 7. & infrà h. cap. n. 30. notata sunt.
(16.) Ut separetur à membris sui corporis, quòd adversus corpus suum vesano militaverit furore, prout scribit Egesippus l. 3. de Bell. Jud. c. 17. confer. etiam Josephum l. 3. de Bell. Jud. c. 25.
(17.) Idem Egesippus loc. alleg. ita scribit: dignum est, ut, qui patris imperium non expectaverunt, priventur quodam quasi matris gremio, terræ sepulchro, quocirca non solum Judæi eum, qui sibi ipsi violentam mortem sciens volens conscivit, (המאבד עצמו לרעה) hodiernis moribus suis nec lugent nec plangunt nec vestes propter eum lacerant nec se discalceant nec qvidquam in ejus gratiam faciunt, prout notavit Buxtorf. in Synag. Jud. cap. 49. pag. m. 705. Sed Ethnici quoque eos, qui sibi manus injecerant ἐν νεκρῶν δείπνοις, i. e. in polinctura sive ferali cœna olim inter gentiles non nominârunt, vid. Alciat. Parerg. l. 6 c. 27. hûc facit Tit. Digest. De bonis eorum, qui antè sentent. mort. imprimis l. fin. dict. Tit. confer. suprà h. cap. n. 14. & infr. h. lib. c. 44. n. 16.
(18.) Josephus dict. l. 3. de Bell. Jud. c. 25. scribit, moris fuisse apud Judæos, ut ii, qui seipsos interfecissent μέχρις ἡλίου δύσεως, usque ad occasum Solis insepulti relinquerentur, ac Plato Lib. 9. de Legib. circà fin. censet, eum, qui sibi violentas intulisset manus, θάπτειν κατὰ μόνας ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς πόλεως ἀνωνύμους ἀκλεῖς, μήτε στήλας μήτε ὀνόμασι δηλοῦντα τὸν τάφον, i. e. Separatim sepeliendum esse in obscuris urbis locis sine ulla nominis celebritate, ita ut sepulcrum nec columnis nec nominum inscriptionibus honoretur.

timidus & pusillanimis (19.) reputatus est, utpote qui nullam salutis spem in Deo repositam habuerit: quapropter majores nostri nos docuerunt, quòd nemo spem abjicere debeat salutis à Deo consequendæ, etiamsi gladius cervici illius immineat. Hiskias quoque piæ memoriæ, cui Esaias propheta dixerat: (20.) præcipe domui tuæ, quia morieris, non destitit, quò minus Deum rogaret, ut sibi vitam in hoc seculo prolongaret, quò animi sui desiderium adimplere mentemque ad Deum suum dirigere posset; quocircà Dominus, Deus Israëlis, cùm magnam illam spem, quam Hiskiæ animus in Domini salute repositam habebat, mentisque integritatem, quâ ille ad Deum sese convertebat, videret, quindecim annos vitæ ejus addidit; Saulus verò rex, quia animadvertit, se non Dei, sed populi Israëlitici voluntate regem fuisse electum (dixerant enim Samueli prophetæ: (21.) da nobis regem, qui nobis imperet) propterea à Deo desertus fuit, imprimis quia voluntatem Dei non ea, quâ par erat, integritate animi secutus nec in regno suo sincerè (22.) versatus est; sed in omnibus, quæ susceperat, improbè egit, ut regnum suum super populum Israëliticum vi stabiliret: quapropter Dominus, Deus noster, perspecta animi ejus improbitate ab illo recessit ac quia ipse voluntatem Domini ex animo non impleverat, Deus alium ipso meliorem elegit regem super populum atque hæreditatem suam & Davidem, servum suum, unxit eumque regem super populum Israëliticum constituit, vivente etiamnum Saule, qui Davidem summopere persecutus est, ut illum perderet; sed frustrà, Deus enim ei fuit auxilio. Saul itaque, cùm Davidem prudenter ac feliciter

לאשם ועון אשר לא יכופר׳ ועם זה
הגה הוא ישפט לבעל מורך לבב וקצר
נפש וחסר תקוה ישועה מי׳ ולכן הורונו
אבותינו אשר לא ימנע אדם מנפשו
תקות הישועה מאת האלהים ואף כי
תהיה החרב הולכת ובאה על צווארו׳
והזקיה ע״ה שאמר לו ישעיה הנביא
ע״ה צו לביתך כי מת אתה׳ וכו׳ הנה
הוא לא חשך את עצמו מלהתפלל אל
האלהים להאריך לו עוד חיים בעולם
הזה להשלים חפץ נפשו ולהקנה
לקראת אלהיו וי׳ אלהי ישראל כי ראה
מעלת תקות נפשו אל ישועת י׳ והשובתה
אליו בלב שלם הארך לו ימים ט״ו שנה׳
ואמנם שאול כי ראה אשר לא נמלך
על ישראל כי אם ברצונם ולא ברצון
י׳ כי אמרו לשמואל הנביא תנה לנו
מלך וימלוך עלינו ועל כן סר האלהים
מאחריו כי לא מלא אחרי י׳ והלך
במלכותו קדוניית לדרשע בכל אשר
יפנה להעמיד מלכותו על ישראל בתוכה
וכי ראה י׳ אלהינו את רוע לבבו סר
מעליו כי לא הלך לבו אחרי רצון י׳
ויבחר בטוב מכל להמליכו על עמו
ונחלתו ובעבור זה משח י׳ את דוד
עבדו והמליכו על ישראל ושאול עודנו
חי׳ ושאול כי ידע זה הדיח את דוד
ביכלתו להשחיתו ולא יכול לו כי י׳
היה

(19.) Sic קצר רוח hic vertere volui, secutus Lxx. interpretes, qui Proverb. c. 14. v. 29. verba illa transtulerunt: ὀλιγόψυχος, cui opponitur μεγαλόψυχος, magnanimus.
(20.) Vid. Esaiæ cap. 38. v. 1.
(21.) Vid. 1. Samuel. c. 8. v. 5.
(22.) Ita hic קורנית, quod in codice nostro habetur, interpretari volui, vid. Malach. cap. 3. v. 14. ibique commentatores, imprimis R. Salomo, qui ibidem dictionem illam exponit: בשפל רוח i. e. humili spiritu sive animo.

citer omnia peragere, se verò flagitiosè & improbè vivere videret, neque integro ac fincero ergà Deum esset animo, ut salutem ab eo speraret, mortem prætulit vitæ nec vivere voluit, postquàm populus Israëliticus in montibus Gilboæ ceciderat. Atq; ego quidem existimo, quòd ille timido corde atque animæ suæ salutem desperans semetipsum interfecerit, dixit enim: ne fortè incircumcisi isti veniant meq; interimant. (23.) Quòd si is forti fuisset animo, sanè in statione sua firmiter permansisset, donec aut pugnans occubuisset aut fortassis evasisset & ad Deum conversus salutem reperisset; at ille tàm sibi, quàm filio suo duræ mortis causa fuit. Videte itaque & intelligite, quòd ille, quoniam non clemens extitit rex, propterea perierit; qui enim nec sibi nec filio suo pepercit, quomodo is alii cuiquam pareceret? quæ verò de Aarone piæ memoriæ mihi objecistis, dicite quæsò m[illegible] cur Aaron inter vivos ac mortuos medius stetit? nonne, ut cohiberetur plaga à populo Israëlitico? si enim certò sciisset, se moriturum esse, non sanè coràm percussore (24.) stetisset; sed quoniam ille justitiæ suæ sanctitate confisus speravit, percussorem sibi clementem fore nec se plagâ illâ periturum esse, ideò coràm angelo stetit, ut pestem à populo Domini removeret; ego verò, licet non sim Aaron, unus tamen ex ejusdem filiis (seu posteris) existo nec unquam vitæ meæ peperci, quò minùs in bello pro populo Domini mortis periculo memet exponerem; sed tamen jam violentas mihi manus afferre nolo, ne in Deum peccem, atque animam meam culpæ obnoxiam reddam, quòd scilicèt ipsius auxilio non confisus sim. Novi sanè, præstabilius mihi esse, hostium manibus in prælio interire, quàm mihi ipsi mortem afferre, si id vobis placuerit, agite, repentè hostes aggrediamur & in prælio Domini pugnantes occumbamus,

דוה עמו וכי ראה את דוד בכל דרכיו
משכיל ומצליח ואת עצמו מחטי׳ ומרשיע
ולא דוה לו לב שלם להקות ישועה
מי׳ בחר מות מהיים ולא רצה לחיות
בנפול עם ישראל בהרי הגלבוע׳ ואני
אדמה כי לא פגע בעצמו אז כי אם
ממרך לבבו ומחסר התקוה בנפשו
לישועה וכי אמר פן יבאו הערלים האלה
ויתקרבוני אלו היה בו גבורת נפש הוה
עומד על עמדו עד ימות וימות או אוליי
היה נמלט ושב אל י׳ ונושע אבל סבב
מות קשה על נפשו ועל בנו׳ ואחם
התבוננו וראו כי לא היה מלך הומה
ולכן נשחת כי אש׳ לא יחמול על בנו
ועל נפשו איכה יחמול על זולתו ואש׳
דמיתם להקשות אלי בדבריכם מאהה
ע״ה׳ אמרו לי למה עמד אהרן בין
המתים ובין החיים הלא למען עצור
את המגפה מעל ישראל ואלי ידע כי
יגוף הוא לא היה עומד לפני הנוגף
אמנם בטח בקדושת צדיקתו כי ישא
פני הנוגף ולא יגוף ועמד לפני המלאך
להם׳ את הנגף מעל עם י׳ ואנכי
איעני כאהרן אבל אני כאהד מכנגד
ומעולם לא השמתי את נפשי ממות
לבלתי אלחם בעד עם י׳ אשמם אני
עתה בלתי בחר לפגע עצמי בידי פן
אחטא לאלהים ואשמה נפשי כי לא
הקה לישועתו׳ וידעתי כי טוב לי למות
ביד אויבי למלחמה מלמות בידי ואם
אחם

(23.) Vid. 1. Samuel. c. 31. v. 4.
(24.) Vid. Numer. cap. 16. v. 48, & Sapient. c. 18. v. 21, ac seqq. it. infrà h. lib. 6, c. 33. n. 34.

id enim ſatius mihi erit; forſitàn dabit illos Deus in manus noſtras eosque terrore perculſos perdet: Dominus enim ſive multis ſive paucis militum copiis ſervare poteſt, ſi itaque animum meum formidine gladiorum hoſtilium perterritum conſpexeritis, tunc me timidum eſſe agnoſcetis ac noveritis, quòd iſtud animi improbitate ideò faciam, ut gratiam apud hoſtes noſtros inveniam; ſi verò me tanquàm virum fortem, primum in hoſtes impetum facere nec eorum lethifera arma formidare videritis, quomodo me timidum reputare poteritis? annon vidiſti, me nunquam belli pericula ſubterfugiſſe? certè in urbe Jorpata ſemper in ſtatione mea firmus permanſi, ac quotidiè cum hoſtibus Domini pugnavi magnamque illis cladem intuli, dum in iſta urbe parva, Jorpata, quadraginta & octo diebus viriliter eisdem reſtiti; ſic mecum cogitans, fortè ego hoſtes Domini è terra noſtra expellere eorumque animos avertere potero, ne Hieroſolymam oppugnatum eant: pugnavi itaque cum illis tamdiu, donec omnes abſumpti eſſent milites atque ego ſolus vobiſcum ſuperſtes manerem, cùm autem ulterius cum hoſtibus pugnare non valerem meque illorum manibus vivum tradere nollem, in ſpeluncam iſtam vobiſcum confugi. Nunc igitur, fratres mei, ſciatis, quòd mori quidem tempore ſuo valdè bonum ſit, ſemetipſum verò vel fratres ſuos interficere atque ita in infernum deſcendere ſibique improbò conſilio exitium procurare, nequaquam utile exiſtat. Etenim quomodo fortitudo animi in homine ejusque bona ſpes in Deo repoſita cognoſci poterit, niſi ille omnia, quæcunque ei evenerint, conſtanter pertulerit, donec tempus advenerit, quò ipſius anima è corporis nexibus ſoluta ſit? conſiderate quæſò ac videte leones cœterasque feras, quæ ad mortem uspue cum aliis beſtiis, à quibus impetuntur, dimicant, ut vitam ſuam morti, quam illis beſtiæ per inſidias inferre conantur, eripiant; nonne arma earundem

dem ſunt ungves ac dentes? cur non ſemetipſas præira deſtruunt ac perdunt, ſed cum beſtiis, quæ illas laceſſunt easque dilacerare & capere volunt, eò usque pugnant, donec vel interficiant vel interficiantur? & licèt arma, quæ à natura nobis data ſunt, non æquè nobis præſtò ſint in omnibus præliis noſtris, ſicuti beſtiarum arma, quibus illæ à natura ſunt inſtructæ; adſunt tamen nobis perinde ac beſtiis, nonnulla arma à natura data, (25.) & quamvis illa non adeò fortia ſint atque robuſta, quàm ferarum arma, tamen præter illa alia nobis ſuppetunt arma, opere humano fabrefacta, quibus non ſolùm adverſùs homines, qui de induſtria ac datâ operâ nos adoriuntur; ſed & contrà beſtias ac feras ſylveſtres, quæ nobis naturâ ſunt infeſtæ ac quarum indoles humanæ naturæ eſt inimica, pugnamus ac proinde nos ipſi accingimus atque firmamus fortemque induimus animum, ut tàm cum his, quàm cum illis pugnemus, donec vel vincamus vel victi occumbamus. Quomodo igitur nunc vinculum illud amoris, quo Deo conjungimur, qui nos ſibi in populum ac peculium ſanctitatis ſuæ elegit, diſſolvamus & nobismet ipſis hoſtes evadamus pugnando invicem vel noſmet interficiendo? quòd ſi dixeritis: nos invicem atque alter cum altero, non verò nobiſcum (26.) ipſi pugnabimus, annon, etiamſi mille vel decem millia ſimus vel infinita noſtrùm ſit multitudo; tamen omnes pro uno hodiè reputandi ſumus ac veluti membra unius corporis? quomodo igitur aliqvis in animum ſuum inducat, ut oculis, pedibus vel cœteris membris ſuis vim adferat eaque perdat, niſi demens ſit atque omni ratione deſtitutus? Prætereà videte, ſocii ac fratres mei, ac conſiderate nauclerum, (27.) cur is tempeſtatem maris

(25.) Nimirum ungues ac dentes, quibus etiam inſtructi ſunt homines.

(26.) Cum ipſis corporibus noſtris, ſic juxtà Hebræum vertere poſſis.

(27.) Navis gubernatorem, navarchum, ſic enim à nonnullis רב החובל explicatur, prout hic habetur ac Jon. c. 1. v. 6. confer. Egeſipp. de Exſid. Hieroſ. l. 3. c. 17.

ris tolerat & diu noctuque laborat, cum fluctibus maris certans ejusque procella? nonne ille, ut navim & cum ea vitam suam servet, hæc omnia perfert? si verò datâ operâ eam fluctibus maris objiciat vel scopulis, qui in litore maris sunt, impingat, ut navis frangatur, annon mercatores dicent, certè improbus iste vir animam suam peccato obnoxiam reddit eamque unà cum nave, hominibus ac mercatoribus, qui in ea sunt, simùl cum eorum bonis perdit? si rex quidam mortalis vasa pretiosa præfectis suis custodienda (28.) tradiderit, annon illa tamdiu ab ipsis serventur, donec rex eadem repetat, ut sibi restituantur? si verò isti pro lubitu suo & arbitrio, priusquàm illa à rege repetantur, eidem restituere velint, nonne ipsum ad iram provocabunt ejusque indignationem incurrent sibique perniciem attrahent? Præterea si quis non accersitus nec vocatus intempestivè in conspectum regis veniat, an non ei rex irascetur ac dicet: cur tu mandatô meô haud vocatus hûc venisti? certè omnes animæ populi Israëlitici sunt Dei, ipse pro voluntate & benignitate sua eas dedit, ipse pro arbitrio ac misericordia sua easdem, quocunque voluerit tempore, recipiet, quando scilicèt finis adveniet, quô ille eas evocabit, tunc quævis anima ad locum, ubi ipsa quiescat ac habitet, perveniet: si quis itaque irâ commotus animam suam ex corpore manibus suis extraxerit, priusquàm illius finis instet, certè Deus eam haudquaquàm recipiet nec illam ad se deducet nec ipsa quietem inveniet; sed quia è loco, cui inclusa detinebatur, expulsa fuit, priusquàm finis ejus adesset & antequàm à Deo evocaretur, illa sanè peribit & semper jactabitur atque vagabunda erit, (29.) cur igitur, ô fratres sociique mei, svadetis, ut mortem nobis consciscamus animasque nostras, priusquàm

אשר יראה ולא יהיה איש בזנה׳ עוד
דעי ואזי הביטו וראו את רב התובל
למה יסבול את סער הי׳ ויתקוטט לילה
ויום להלחם עם גלי הים ושאונם
הלא למען מלט את ספינתו וימלט את
נפשו ממות׳ ואם בחפץ נפשו וקרמנה
למשברי יס או לצורי אשר על שפת
הים להשבר ואמרו הסוחרים הנה האיש
הזה הבליעל השטא נפשו ומשחיתת
ומשחית ספינתו ואנשיו וסוחריו וממנם
והמלך האנושי אם יפקוד כלי מחמדיו
אל הפקידי׳ אש׳ לו הלא ישמרו לו עד
עת יפקדו אותם וידרשם מהם וישיבום
לו׳ ואם המה ברצונם ישליכום אליו
בטרם ידרשם מידם הלא יכעיסוהו עליה׳
ויחר אפו בהם ויכלם ואם אדם יבא
לפני המלך בלא עת משמרתו ולא יקרא
הלא יגער בו המלך לאמר למה זה
בארת אלי ואתה לא נקראת במאמרי׳
והנה כל הנפשות אשר בישראל לאלהים
המה והוא נתנן ברצונו ובחסדו והי׳
יקחם ברצונו ובחסדו בעת אש׳ יחפוץ
כי יגיע קץ פקודה להם ינו הלך כל
נפש אל מקום מנוחתה ואל מרוצתה׳
ואם יהעזו איש להוציא נפשו ממסגרה
בלא עת קצה בידו הלא האלהים לא
יקבלנה ואליו לא ישיבנה וגם מנוח לא
המצא אמנם תשחת ותאבד כי נגרשה
ממקר מסגרה בלא עת קצה בלחי פקודה
מהאלהים וכל ימיה הנוע והנוד׳ ואתם
אחי

(28.) Confer. & hic Egesipp. de Excid. Hierosol. dict. lib. 3. c. 17.

(29.) Sic istud תנוע והנוד׳ hic interpretor, puto autem his verbis respici ad locum, qui Genes. cap. 4. v. 12. habetur.

usquàm illæ evocentur, ex corporibus expellamus? quonam peccati istius ignominiam deferemus? quænam expiatio nobis restabit? ecquis pro nobis intercedet? (30.) Hæc cùm Josephus dixisset, valdè lachrymatus est; ast socii ejus, cùm ipsum lachrymas profundere vidissent, eundem deridere ac subsannare visi sunt.

אחי ודעי מה העוצו בזה כי נפגע אנחנו
בדינו להמית את עצמינו ולגרש את
נפשותינו מגופותינו בבלתי פקודה להם
אנא נולך את חרפ׳ העון הזה ובמרה
יכופר לנו ומי ילין בערנו׳ ויבך יוסף
מאד בדברו אליהם כדברים האלה והמה
רואים בו בוכה ומתבוננים בו כמלעיגים
עליו׳

CAP. XXI.

POsteà Josephus (1.) sublatis ad cœlum manibus: Deus, inquit, omnipotens, pater noster, tu per misericordiam ac benignitatem maximam nos creâsti & ex luto finxisti, tu veritate & exuberante gratiâ salutis tuæ nos ducis ac regis, nec misericordia tua nos penitùs deserit, & licèt iniquitates nostræ nos procùl à te removeant, opus tamen manuum tuarum nos omnes sumus & jam inde ab antiquis temporibus ad hunc usque diem populus tuus appellamur, tu omnibus creaturis ac cunctis animabus dominaris, tu, quodcunque vis, facis nec quisquam est, qui tibi dicat: quid agis? Tu parens noster es, nos lutum sumus; tu verò figulus noster, (2.) si tibi, Domine, Deus noster, visum fuerit, animas nostras ad te evocare, accipe quæsò illas per manus angelorum tuorum, ne in animas nostras peccemus ac delinquamus; & quamvis socii isti mei, qui hic mecum sunt, sese non adjungant precibus meis, quas corâm te fundo, solus tamen animam meam tibi offero & misericordiam tuam ergà illam

ויהי אחרי הדברי׳ האלה פרש יוסף
הכהן את כפיו למרום ויאמר אהה אל
שרי אבינו את׳ יצחקנו בחסדך ובטובך
הגדול ומחומר קרצתנו ואתה מנהיגנו
ומנהלנו באמונתך ורוב חסדי השועתך
והחמיך לא כלו ממנו ואם עונותינו
מאתך התרחקונו הנה עם כל זה מעשה
ידיך אנחנו כלנו ועמך מאז נקראנו ואתה
מושל על כל הברואת ועל כל הנפשות
ואתה כל אשר תחפץ תעשה ואין מי
יאמר לך מה תפעל׳ אביגו אתה אנחנו
החימר ואתה יוצרנו ואם טוב בעיניך
מי אלהינו לקחת נפשותינו אליך קחם
נא על ידי מלאכיך ולא נפשע ולא
נחטא אנחנו בזה׳ ואם חביבי אשר
עמי פה לא יבחרו בחלק חפלתי ואת
לפניך הנה נפשו לבדי לפניך ועליה
אבקש

(30.) Ita verbum יליץ hic interpretor, cæterum vide, quæ de dictione מליץ suprà l. 3. c. 8. n. 7. & h. cap. 20. n. 15. notata sunt.

(1.) Confer. hic Joseph. de Bell. Jud. lib. 3. c. 25. & 26. ut & Egesipp. de Excid. Hierosol. lib. 3. cap. 17.

(2.) In Hebræo יוצרנו, i. e. formator, fictor, creator, noster.

illam imploro ac, si animam meam, quam mihi dedisti, ad te vocare volueris, recipe quæsò illam & in ea, quodcunque tibi placuerit, perfice, illa quippe in manu tua est, tu mihi eam dedisti & in corpore meo custodivisti, ego certè nunquam vim inferam animæ meæ, ut illam perdam eamque è corpore, priusquàm fatum instet, educam; ne me tanquam homicidam reputes, novi enim, quòd, sicuti homo sine judicio vivere non potest, ita nec absque judicio mori possit: ad te itaque, qui cœlum incolis, oculos meos sustuli, ut eam servis tuis, qui hic sunt, & mihi exhibeas gratiam, ut procùl â cord bus nostris removeas voluntatem interficiendi nosmet ipsos; si verò noveris, quòd illi non ea, quæ recta sunt, amplecti, sed omninò in proposito persistere velint, ut animas suas, priusquàm illæ à te evocentur, extrahant, rogo te, Domine, mi Deus, hanc mihi oranti exhibeas gratiam, quam quilibet pius angustiarum tempore invenire solet, flecte quæsò illorum corda, ut consilio obtemperent, quò animam meam exitio, quod ipsi animabus suis inferunt, eripiam; quapropter spiritum meum manibus tuis commendo, ut animam meam, à te evocatam, piorum cœtui aggreges, quia eorum omnium, qui vivunt, animæ ac spiritus omnis carnis in manu tua sunt. Posteà Josephus, finitis, quas Deo supplex obtulerat, precibus, ad viros, qui unà cum ipso erant, sese convertit & placidè illos compellavit; isti verò ei dixerunt: quia multus fuisti in precibus tuis, quas pro te ac nobis fecisti, num propterea animum nostrum eò flectere tè posse putas, ut consilio tuo inviti obtemperemus? nonne jam anteà te certiorem fecimus & adhùc facimus, quòd mortem quocunque modo elegerimus nec amplius vivere velimus? quocircà affer consilium ac die, quanam ratione mori desideres, nam te cœteris justitiâ, honore & dignitate præstare & propterea dignum esse existimamus, qui primus mortem obeas. Josephus itaque,

que, cùm vidisset, improbos istos, quorum mentio facta est, quovis modo mortem quærere eosque dictis suis nec aures advertere nec animum attendere, (3.) multò minus verbis sapienter prolatis illos in sententiam suam trahi posse, & proinde prudentiam suam hac in re sibi nequidquam prodesse, ad calliditatem conversus dixit: audite quæsò, fratres ac socii mei, dabo vobis consilium, quandoquidem in proposito vestro perfistitis & mortem quæritis atque omnes unanimi consensu vultis, ut nos invicem gladiis interficiamus; expediet sanè nobis, si sorte elegerimus mortem, quocircà nosmet omnes sorti subjiciamus, ita, ut bini consortes evadamus, quorum alter alterum interficiat, (4.) deinde ipsa paria (5.) in sortem conjiciamus, ut videamus, quodnam ex illis primum ad mortem egrediatur, quò factò bini illi consortes iterùm inter se sortiantur, in quemcunque igitur sors ceciderit, ut primus ex binis illis moriatur, is consortis (6.) gladiò interficiatur; qui verò alterum interfecit, ille ex secundo pari unum sibi eligat, qui ipsum interficiat, posteà illi, qui ex secundo sunt pari, inter se sortiantur; & in quem sors ceciderit, ut fratris (7.) sui gladio intereat, is primus moriatur; qui verò alterum interfecit, ille interfectorem sibi eligat, quemcunque voluerit, ex tertio pari; deinde qui ex tertio pari sunt, iterùm inter se sortiantur, ut videant, quisnam ex illis primus fratris sui gladiò occumbat atque iste primus moriatur; qui verò alterum (8.)

(3.) Idem refert Josephus l. 3. de Bell. Jud. c. 26. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hierosol. c. 18.

(4.) Confer. hic Josephus & Egesipp. loc. alleg. Simile fere exemplum refert Valerius Maximus l. 3. c. 2. Extemor. n. 7. de Theogene Numantino, qui perditis rebus Numantinorum vicum suum ascendit protinusque strictum gladium in medio posuit ac binos inter se dimicare jussit, ut victus incisa cervice ardentibus tectis superjaceretur, qui, cùm tàm sorti lege mortis omnes absumpsisset, ad ultimum se ipse flammis immersit, vid. & infrà h. lib. 6. c. 58. n. 9. ubi penè simile desperatorum hominum factum narratur.

(5.) Sive: binos illos consortes, ita hic vocem מצמדיו interpretor.

(6.) Seu: fratris, ita juxtà Hebræum, vid. num. seq. 7.

(7.) Seu: consortis sui, confer. num. antec. 6.

(8.) Nimirum consortem seu fratrem suum.

interfecit, is ex quarto pari interfectorem sibi eligat, qui ipsum interficiat, idque tamdiu faciamus, donec omnes simùl intereamus atque hoc modo moriamur, sicuti dixistis, nec amplius vivemus, ne dedecus Sanctuarii Dei nostri ac captivitatem populi nostri conspiciamus; ultimum verò par, sive bini illi consortes, qui ultimi supererunt, se invicem complexi alter in alterius ventrem gladium infigant atque ita mutuis vulneribus simùl occumbant vel ipsi quoque sortiantur & utrius sors exierit, ut primus gladiò fratris sui intereat, is etiam primus moriatur; qui verò ultimus super erit, jam vobis constat, quòd is mortem non effugiet & quoniam nos unus & quadraginta sumus, ita, ut æqualia non sint paria, jaciamus primò sortem ac videamus, quisnam ex nobis omnibus primus mori debeat atque illum è medio nostrûm separatim constituamus, posteà nos omnes in paria dividamur ac vir iste sibi eligat interfectorem ex primo pari, quod antè alia per sortem morti destinatum est; post illius autem viri mortem ii, qui primi paris sunt, inter se sortiantur atque ita faciant, sicuti consilium dedi. Cùm viri illi ista Josephi Sacerdotis dicta audissent, cuncti consilium ejus approbârunt, quia Deus exauditis Josephi precibus rem ita providè direxerat, quapropter omnes uno ore ei dixerunt: ecce parati sumus, ut consilium tuum exequamur; tibi verò, qui consilium istud deprompsisti, meritò convenit, ut viros dividas ac super illis sortem jacias; Josephus autem illis respondit: juremus priùs omnes per nomen Domini, ut consilium illud de sorte jacienda firmum reddamus, quapropter illi morem ei gerentes omnes per nomen Domini jurârunt, quòd consilium istud de sortitione facienda ratum habere velint. Josephus itaque initium fecit sortemque jecit, ut eum inveniret virum, qui sine consorte esset, cecidit ergò sors super Jehojadam, sacerdotem, Eliakimi Galilæi filium, iste vir, insigni præditus fortitudine, semper

מבני הזוג הד' והו' ימיתהו וכן נעשה
עד הומנו כלנו יהד ונמוחה כדבריכ'
לא נהיה ולא נראה חרפת מקדש ה' שלהנו
וארז גלות עמנו' ההזוג האחרון אש'
ישאי יתחבקו ביחד ברדקר הרב זה
בבטן זה והרב זה בבטן זה וימותו
שניהם יחדיו' או יפילו גם הם גורלות
ואשר יצא עליו הגורל ראשונה למות
בחרב אחיו ימות ראשונה והשנא' אחריו
ידוע יהוה לכם כי לא ימלט ולמען אשר
אנחנו עמי מ"א איש לא נבא במספר
לזוגות בשוה צפילה תחלה גורל ונרא'
מי מכלנו ימות ראשונה ונסיחהו מבינינו
ואחר כן נחלק לזוגות והאיש ההוא
יבחר לו מי ימיתהו מבני הזוג הראשון
אש' יצא עליו הגורל ראשו' למות
ואחרי מות האיש ההוא בני הזוג הראשון
יפילו להם גורלות ויעשו באשר יעצתי'
וישמעו האנשים את דברי עצת יוסף
הכהן ויישבו דבריו בעיני כלם כי מי'
היחה זאת כי שמע אלהינו אל תפלת
יוסף' ויאמרו אליו כלם פה אחד הננו
נעשינו כאשר יעצה ולך משפט העצה
לחלק האנשים ולהפיל עליהם גורלות'
ויאמר אליהם נשבעה בלנו בשם יי'
לקיים זאת העצה על פי הגורל ויאמרו
כן נעשה וישבעו כלם בשם יי' לקיים
את העצה הזעוצה הזאת על פי הגורל'
ויחל יוסף ויפול הגורל למצוא את האיש
אשר אין לו בן זוג ויפול הגורל על
יהוידע הכהן בן אליקים הגלילי והוא
היה איש גבור חיל מאד והוא היה ראש
הקרו

semper post Josephum Sacerdotem ad omne consilium primus vocatus fuit, is ipse tempore illo in spelunca consilium istud improbum dederat, ut omnes se invicem interficerent, hic ipse primus sorte eductus fuit, ut sine consorte mortem obiret. Posteà Josephus callido consilio viros in paria divisit sortemque super paria ista conjecit ita, ut ipse ejusque socius ultimi evaderent sorte: tunc Josephus bono esse animo cœpit & in salute Domini ejusque misericordia sperare certoque credidit, fore, ut ipse animam suam ab interitu & pernicie, in quam improbi isti animas suas conjecerant, servaret.

והוא היה אשר החזיק ברשע עיתו לעצת
המית' בעיר הזאת במערה הזו' והוא
יצא ראשו' למות בגורל בבלתי המצא
לו בן זוג' אחזי בן הערי יוסף ויהלך
את האנשי' לזוגות ויפל גורלות על
הזוג ח ויצא גורל זוגו אחרון ויקן לישועה
ויאמן ביי' ובחסדו כי ימלט את נפשו
משחיתות נפשות המרעים הרב'

CAP. XXII.

יהל יהוידע ויבחר לו אחד מבני הזוג
הראשון למיתה וימיתהו אחרי כן עמוד
בני הזוג הראשון למיתה ויפילו עליהם
גורלות לפני יוסף ויפל הגורל על
האחר ויפגע האח' מהם ברפרו בגורל
וימיתהו ובני הזוג השני למיתה עמדו
לפני יוסף והפילו עליהי גורלות וימת
האח' את הברו על פי הגורל והנשא'
מבני הזוג השני בחר לו להמיתו אחר
מבני הזוג השלישו למיתה ויעשו כן כלם
עד חמם בהרב ולא נשא' מהם זולתי
יוסף ועזרו והוא בן זוגו ויאמר רע
יוסף ובן זוגי ליוסף הכהן הבר' נא
ונפילה גם אנחנו גורלות עלינו ונאסף
אל אחינו' ויען יוסף את רעהו כן
בעשה אם תרצה אמנם שמעני וארברה
באזנך מעט אמור לי אם אלה התמצי
בנפשי'

JEhojada igitur factô initiô elegit sibi interfectorem ex primo pari, à quo etiam occisus est; posteà primi consortes morti destinati, coràm Josepho stantes inter se sortiti sunt ceciditque sors super unum, ut alterum interficeret, quod & ille perpetravit eumque occidit; dein qui ex secundo pari morti destinati erant, coràm Josepho stantes sorti se subjecerunt, ex quibus unus alterum sortis ductu interemit; qui verò ex secundo pari supererat, is sibi unum ex tertio pari elegit, à quo ipse interficeretur, sic omnes suo ordine fecerunt, donec cuncti internecione perirent, nec quisquam ex illis supereresset, præter Josephum ejusque socium, (1.) qui ei sorte conjunctus erat; tunc socius Josephi ejusque consors illi dixit: age jaciamus etiam nos sortem & fratribus nostris aggregemur, cui Josephus respondens: sic faciamus, inquit, quandoquidem ita vis; sed audi me, ut pauca tecum loquar, dic mihi, posteaquàm improbi isti animarum suarum contaminatores Deo fuerunt rebelles & refractarii adeò, ut sibimetipsis mortem manibus suis conscíverint, quorum

(1.) Confer. hic Josippi Epitom. p. 212.

rum ego animos flectere non potui, quò minus animas suas perderent, dic, inquam, mihi, cur nos ambo istorum exemplum sequentes nobismet ipsis malum inferamus atque eodem, quo illi, modo in Deum peccemus? si enim sors mihi obtingat, ut te interficiam, certè homicida reputabor, etiamsi post mortem tuam evadam nec interficiar; si verò tibi sors eveniat, ut me occidas idque effectui des, tu quoque homicida existimaberis & fortassis me mortuo incolumis haud evades, & licèt te mortem effugere posse putes, spem tamen in Domino, Deo nostro, reponendam ambo perdemus, dum nobismet ipsis violentas manus inferimus: omnes enim viri isti, quos jam mortuos conspicis, certè in animas suas peccârunt ac stolidè (2.) mortem appetierunt, cur igitur nos illis similes evademus & in Dominum, Deum nostrum, atque in ipsas animas nostras peccemus? Si fortè dixeris, quomodo itaque juramento, quod præstitimus & pacto, quod inter nos fecimus, satisfiet? nonne tibi notum est, quòd violans juramentum, quô quis ad peccatum (3.) sese obstringit, non peccet? neque enim homo jusjurandum Deo gratum præstare potest, nisi ut legem Dei ejusque mandata & statuta observet, (4.) propterea David dixit: juravi & servabo; (5.) sanè votum, obligatio & jusjurandum ad prophanandam legem Dei ejusque statuta & præcepta violanda, coram Domino, Deo nostro, non subsistunt, (6.) certè, priusquàm juramentum hic præstitimus, patres

בנפשותיהם: פשעו בי׳ להמית את עצמם בידם ולא יכולתי להשיבם לבבם למלטם משחת את נפשותיהם׳ אנחנו אני ואתה למה זה נרע לנפשותינו ונחטא כמו הם ליי׳ כי אם יצא עלי הגורל להזקך אותך ואעשה כן אחשב לרוצח ואולי אמלט אתה אמות׳ ואם יצא עליך הגורל להרגני תתרצני תחשב לרוצח ואולי לא תמלט אתה ואף כי תחשוב לרמלט ונאבד את הקוהנו מעם יי׳ אלהינו כי נשחית את נפשותינו כי כל האנשי׳ האלה אשר אתה רואה אות׳ מתי הנה הם חוטאו בנפשותם ומתו בלתי משא ולמה נדמה אלהים אשרנו וחטאנו ל׳ אלהינו ולנפשותינו׳ ובי תאמר ומה נעשה על השבועה אשר נשבענו ועל הברית אשר קיימנו הלא לך לדעת כי השבועה להמית אשר יפירנה לא יחטא כי לא יקפון האדם להשבע ברצון האלהים כי אם לקיים דת ומצוה וחק וחוד אשר עיל נכרת נשבעתי ואקיימה׳ ואמנם הנדר והאסר והשבוע לחלל דת ולהפ׳ חק מצוה לא יכונו לפני יי׳ אלהינו׳ ואנחנו טרם השבענו פה השבוע׳ הוא כבר נשבענו אבות׳

(2.) Sine disciplina, ita juxta Hebræum.
(3.) Jusjurandum enim non est institutum, ut sit vinculum iniquitatis, Cap. inter cœtera 22. quæst. 4. L. Juris gent. §. & generaliter, Dig. de Pact. L. Non dub. Cod. de Leg. Cap. non est, oblig. de Reg. Jur. in Sexto, L. Qui jurâsse Dig. de jutejur. fac. l. 42. Cod. de Transact.
(4.) Nam veritatem, bonam fidem, æquitatem non fraudes, non injurias firmat jusjurandum, per ea, quæ num, antec. 3. adducta sunt, jura.
(5.) Vid. Ps. 119. v. 106. ad quem hic respicitur.
(6.) Nam stultum est, existimare, Deum, qui jurisjurandi & testis & judex est, fidem jutejurando firmatam, ad ea, quæ iniqua sunt & æternæ legi contraria, adstringere velle, quapropter Davidi crimini datum non est, quòd Nabalem, ut juraverat, non interfecerit, quin potius patres eum laudibus extollunt, quòd jusjurandum non implevetit, unde S. Augustinus: quod non implevit, inquit, major pietas fuit.

tres nostri in monte Sinai pro nobis (7.) jurârunt, quòd ipsi eorumque posteri legem Domini sint servaturi & Moses, doctor noster, piæ memoriæ, cum illis ejus rei câusa fœdus iniit nec cum illis solùm, qui tunc temporis ibidem fuerunt, sed etiam cum nobis omnibus, eorundem liberis, qui tunc temporis ibidem non fuimus. fœdus illud pepigit: (8.) quomodo itaque in animum inducemus nostrum, ut juramento nos obstringamus, quô legem Dei ejusque mandata violemus atque homicidæ evadamus? quandoquidem unum ex decem illius præceptis etiam istud est: non occides; quapropter notum tibi sit, mi frater, quòd nihil mali metuendum sit (9.) nobis, si juramentum, quod præstitimus & pactum, à nobis initum, violaverimus, Deus enim nobis propitius erit, nec eam ob causam ullius peccati nos reos constituet & quia timui, ne improbi isti, qui jam mortui sunt, me primum adorirentur, ideò cogitationem mecum instituti sortisque ac juramenti viam excogitavi, ut folerti isto consilio animam meam ab interitu & pernicie, in quam improbi isti animas suas conjecerunt, servarem, eum in finem res omnis à me ita excogitata est; tu verò, qui socius ac consors meus es, si dictis meis audiens esse cupis, tuam unà cum mea servabis animam, ego sanè nunquam sortem inter me & te jaciam nec pactum & jusjurandum, quæ jure servari non possunt, effectui tradam; sed in statione mea permanens tibi resistam ac tecum pugnabo, donec te interficiam, ut vitam meam servem: his dictis Josephus saltu retrò facto gladium strinxit eumque tenens ex adverso stetit, ut videret, quid socius suus ad argumenta sua responderet; ast socius ac consors, cùm Josephi verba audisset,

אבותינו בעדנו בחר סיני אשר יקיימו הם ובניהם את התורה וי׳ ומשה רבינו ע״ה כרת ברית עמהם על כבוד אז ואת אשר היה שם כרתו ואתנו כלנו ביניהם אשר לא היינו שם כרת הברית התוא׳ ואיך יעלה על לבנו להשבע להפר תורי השם ומצותיו להיותנו רוצחים ואחר מעשרת דבריהיו הוא לא תרצח׳ לבן אחי ידוע יהיה לך כי לא נחוש על השבועה אשר נשבענו ועל הברית אשר קיימנו כי נפחד כי יי׳ אלהינו ירצה בנו ולא נאשימנו על ככה ואני ליראתי מקדשים המתים האלה כן יפגעו בי האשדה ותבוננתי לקנות התבולי הגורל והשפוכה למען אקח עצתי בקרבי למלט את נפשי בעצתיהם׳ נפשותיהם ולבי היה בכל המעשה הזה והנה אחוה רעי אם תאבה לשמוע לי תמלט את׳ נפשך עם נפשי וגם אני לא אפיל גורל ביני ובינך ולא אחבר בקיום הברית והשבוע׳ אש׳ אין קיום להם במשפט ועל משמרתי אעמוד׳ ואתיצבה מנגד להלחם עמך להמיתך ולמלט את נפשי׳ ויהי כדברו יוסף כדברים האלה ויקפון וילג אחוריו וחרבו בידו וישלוף את׳ חרבו ויעמוד מנגד לראות מה יבר בו רעהו ומה ישיב עי הנחתו ובשמוע האיש ויץ יוסף וכן הגו את דברי יוסף לא יסף עוד

(7.) Vel: nostrûm loco, nam dictio בעדנו etiam sic exponi potest, confer. hic R. Salom. ad Deuter. c. 21. v. 8. & ad Deuter. c. 29. v. 28. it, D. Wagenseil. Sota, p. 803. num. 18. ubi plura de fidejussione Judæorum pro se invicem in monte Sinai præstita habentur.
(8.) Confer. Deuteron. cap. 29. v. 14. & seq.
(9.) Ita verbum: נחש, quod hic habetur, quodque aliàs significat, augurari, conjectare, ominari, interpretari volui.

עוד להרים יד ורגל וראש לפניו ויאמר
אליו הנני ועשיתי ברצונך כי איש אלהי
אתה׳ ברוך יי׳ אלהי ישראל אשר עשרה
לך את הנפש הזאת אשר בקרבך ואשר
נתן בך רוח חכמה ובינה ויכולת לקנות
התכוללה למלט את נפשך ממות וברוך
יי׳ אלהי ישראל אשר לא עזב חסדו
מעמדי אשר הוציאני בגורלך להיותי לך
לרע ולבן וזך אש׳ בזה תמלטנו נפשי מיד
שאול ומרדת שתת וגורלך גורל צדק
ומשפט כי לא ינוח שבט הרשע על
גורל הצדיקים׳ ועוד אמר רע יוסף
כדברים האלה ליוסף כי ירא ממנו פן
ימיתהו בהרבו כי יוסף היה גבור ממנו
וגם הוא בחרי אליו לבן זוב בלהי בעל
גבורה בתחבולה ובמרמה למען יהרוג
מתגבר הי׳ עליו ובזה רב שכל יוסף
וידעהו כי נמלט מחרב הפוחאים הרשעים
להם ונמלט מחרב רעהו ולא נשחתה
נפשו׳

disset, nec manum nec pedem nec caput suum coràm illo amplius sustulit, sed dixit: ecce paratus sum, ut voluntati tuæ obsequar, quia vir Dei es, benedictus sit Dominus, Deus Israëlis, qui hunc tibi indidit animum spiritumque sapientiæ & prudentiæ tibi largitus est, quo solers consilium ad evitandum mortis periculum excogitare potuisti, benedictus sit iterùm Dominus, Deus Israëlis, qui misericordiam suam à me non removit, sed me tibi sorte conjunxit, ut tuus essem socius & consors, qui animam meam ex sepulchro & inferno eripuisti, sors tua justa est & recta, neque enim impii sceptrum requiescet (10.) super sorte justorum. Plura eam in rem insuper verba fecit socius Josephi ob metum, (11.) ne fortè ab illo interficeretur, Josephus enim fortitudine ei præstitit & propterea illum sibi socium prudenti elegit consilio, quem minimè strenuum esse noverat, quò facilius eundem superare ac vincere posset, qua in re insignis fuit prudentia Josephi, (12) dum non solùm vesanorum istorum & improborum hominum periculum, sed etiam socii sui gladium effugit nec animam suam perdidit.

(10.) Vid. Psalm. 125. v. 3.
(11.) Confer. hic Josippi Epitom. p. 212.
(12.) Quæ hic ad finem usquæ hujus capitis habentur, ab interpolatore Iudæo adjecta esse puto, neque enim modestiæ Josephi conveniens fuit, tantas de se ipso prædicare laudes, confer. infrà h. lib. cap. 31. n. 13.

CAP.

CAP. XXIII.

ויהי בעת הדוא ויקרא יוסף אל ניקנור
השר מהמערה ויאמ׳ לו כרצוני׳ האלה
ההברות ברית ואמנה לי אשר לא תפגע
בנו לא אתה ולא איש מאנשיך הנמצאי׳
פה או זולתי מהיל הרומיים עד אשר
תביאנו לפני אספסיונוס והוא יעשה בנו
כרצונו׳ ויען השר ניקנור את יוסף
ויאמר אליו כה יעשה לי אלהי וכה
יוסף כי כן אעשה כאשר דברת אך כי
תצא אלי אתה ואנשים אשר עמך׳ ויען
יוסף ויאמר אצא אליך אני ואשר אתי
וז כי אם יהי מקרה ומהו מאשר הוז
עמו במערה איך יצאו אליך׳ ויענהו
ניקנור לאמר יוסף לא התשוב כי לרמותך
אני בא צא אלי ובטח ביי׳ ובי ולא
תירא ויאמ׳ יוסף השבעה לי על כברת
ביי׳ אלהי ישראל ואם אין שמו נחרץ
לכם׳ ויען ניקנור ויאמר אני נשבע לך
באשר יצר את העולם בחכמה כי לא
תירא ממני ובטח ביי׳ ויברות ניקנור
ברית ואמנה ליוסף ולאשר עמו וישבע
במכתב הברית והאמונה בחק החמישים
ויודה המכתב אל תוך המערה ברומז
ובראל הרומה ביד ואחזיו הרומה הילך
אל המערה׳ ויקח יוסף מבתב הברית
והאמונה ויקראהו ובטח בניקנור השר
ויצא

CAP. XXIII.

PEr idem tempus Josephus è spelunca vocavit Nicanorem (1.) principem eique dixit: an pactionem mecum facere ac fidem mihi dare vis, quòd nec tu nec alius quisquam ex viris illis, qui tecum hic adsunt, nec ullus ex Romanorum militibus violentas nobis manus injicere velit, antequàm in conspectum Vespasiani simus deducti; ipse verò, quodcunque sibi visum fuerit, de nobis statuat? cui Nicanor princeps respondit: per Deos immortales (2.) sanctè tibi juro, me ita, prout dixisti, facturum, si tu & qui tecum sunt viri ad me exieris; Josephus itaque ei respondens: egrediar, inquit, ad te ego & is, qui mecum est, vivus; nam multi, qui nobiscum in spelunca fuerunt, dum casu quodam interierunt, non poterunt spelunca exire. Nicanor autem dixit: noli existimare, Josephe, quòd ad te fallendum hûc venerim, egredere ac Deo mihique fide nec metue; ad hæc Josephus: juramihi, ait, per Dominum, Deum Israëlis, etiamsi nomen ejus vobis ignotum sit. Nicanor itaque ei respondit: juro tibi per eum, qui mundum sapientiâ suâ condidit, quòd nullum à me tibi periculum creabitur, crede mihi. Hoc igitur modo Nicanor pactum cum Josepho iniit & tàm ipsi, quàm socio ejus fidem dedit eamque jurejurando firmatam scripto complexus est more Romanorum; dein hastâ, cujus ferream cuspidem ipse manu tenebat, alteram verò hastæ extremitatem in speluncam demittebat, scripturam Josepho porrexit, quâ ille acceptâ & perlectâ Nicanori principi fidem habuit & unà cum socio suo egressus est; (3.) Nicanor autem princeps in sella

(1.) Confer. hic Joseph. l. 3. de Bell. jud. c. 26. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hierof. c. 28.
(2.) Ita mihi Deus faciat atque ita addat, sic juxtà Hebræum, vid. quæ suprà h. lib. 6. c. 18. n. 9. & infrà cap. 27. n. 10. notata sunt.
(3.) Confer. hic Josippi Epitom. pag. 212. & seq.

sella honoratiori, quam ei milites in sylva è regione ostii spelunca posuerant, sedens cùm Josephum ad se venientem conspexisset, coràm ipso surrexit eumque excipiens complexus atque osculatus est, & ad dextram suam illum sedere jussit & unà cum eo valdè flevit, socium quoque ejus honoravit atque illum inter Paulinum & Gallicanum, (4.) principes nimirùm eos, qui unà cum ipso erant, medium collocavit: tunc Nicanor Josephum de cæteris illius sociis interrogavit, ubinam ipsi essent; egrediantur, inquit, ad nos, honorabimus eos nec ullo eos malo afficiemus; Josephus verò omnia, quæ iis evenerant, narravit, unde horror ei incussus atque auditâ Judæorum pervicacia & improbitate animi ipse valdè commotus fuit. Posteà Nicanor princeps surrexit atque inde abiens Josephum unà cum socio ejus in conspectum Vespasiani, principis inter omnes Romanos duces maximi, deduxit; Romani verò milites, dum Josephum conspexerunt, concursu facto maximum sustulerunt clamorem, ac nonnulli è populo valdè gavisi sunt, (5.) quòd Josephus, vir fortis, captus esset vivus, dicentes: euge, euge, nunc videmus, quod diu desideravimus; alii verò lugentes & mœsti animo fleverunt, adjectis hisce verbis: nonne hic vir ille fortis est, qui tantam adeptus est laudem non apud Judæos solùm, sed etiam apud Romanos milites, à quo terror universo Romanorum exercitui incussus est, cujus fortitudinis fama per totum terrarum orbem pervagata est, quomodo jam captus & comprehensus est vir ille fortissimus, qui magnus in patria sua & in populo suo fuit princeps? quandoquidem igitur tantus vir media in patria & inter populum ac cognatos suos captus est, quomodo ullus effugiendi locus nobis patebit in terra peregrina? nonnulli verò

ויצא אליו הוא ועדרו ויהי כראות ניקנור
השר את יוסף בא אליו והוא יושב על
מושבו בבוד עשו לו אנשיו ביער בבח
פתח המערה ויעמוד מפניו ויקרהו וישבקהו
וינשקהו וישיבהו לימינו ויבך עמו בכי
גדול וגם את רעהו כבד והושיבו בין
פולימינום וגאליקנום השרי אשר היו
אתו. וישאל ניקנור את יוסף על יתר
האנשים אשר היו אתו לאמר איה
אפה הם יצאו גם הינו ונבבדם ולא נרע
להם. ויגד יוסף לניקנור את כל אשר
קרהו עמהם וירעש ניקנור וירעד בשמוע
את אומן לב היהודים ורעת מחשבתם.
ויקם ניקנור השר משם וילך לו ויקח את
יוסף ואת רעהו ויוליכו לפני אספסינוס
השר הגדול מכל שרי הרומיים. ויהי
כראות מחנה הרומיים את יוסף ויתבוללו
מאד ויריעו תרועה גדולה ומקצת העם
היו שמחים שמחה גדולה על אשר
נלכד יוסף הגבור ונתפש זה והיו אומרי
האת זאת ראתה עינינו אשר התאוינו.
ומקצת העם היו מתאבלי ובוכי ומיחי
נפש ואומרי הלא זה הוא האיש הגבור
המהולל במחנ' היהודי ובמחנה הרומי
אשר בעזה אימתו את כל מחנה
הרומיים ילך שמע בכוחהו בכל הארץ
איך נלכד ואיך נתפש גבור מלחמה
כמוהו ושר וגדול בארצו ובעמו ואם
אדם כזה נלכד בקרב ארצו ובתוך בני
עמו ובמשפחתו במה נמלט אנחנו בארץ
נכריה. ושעים מהול אספסינוס קרבו
אל אספסינוס ויאמרו אליו אדוננו צו
ונגע בזה האיש ויומת ואל תחמל
עליו כי רבי' מעם הרומי' השוחת והוא
הוא אשר יהד הרגינו ודבה. אותך בשוקך
כי אם המותהו לא יעזבה עוד מלחמה
ואם לא אתה הראה כי עוד ישוב ויקבץ
חיל עלינו וישמידך וישמידנו. ויוסף
מצא חן בעיני טיטו' בן אספסינו' כי
מי' היהה לו זאת הטובה וכשמוע טיטום
את דברי הרשעי' המהלל' את פני אביו
על יוסף למות ויהם טיטום אותם ויחל
לשחוק עליה' ולהגיע ראשו נגדם ויאמר
הוי מרעים מה העוצו עצה רעה לאבי
להמית איש שבא אלינו בבטחון בריתו
ואמנה והאמרו להפר בריתו ולבטל הק
אך כי השר ניקנור כרת ברית עמו בעד
אבי ובעד הקיסר ובעד הרומיים כלם
הלא אתם בני מות ועליכם משפט כי
תשלחו יד לחפר בריתו הקסרי' ולבטל
חק מלכות רומא ומי יודע עוד אולי נלכד
גם אנחנו אצל היהודי באיש נלכד יוסף
הגבו' איש חוכ והו גדול המבין
המלחמות בעצה נכונה. וכשמוע
אספסינוס את טיטום בנו כאשר דבריו
בעיניו ויחמול על יוסף הכהן ויפקדהו
מלמות בהרב ויפקדיהו לשר וגדול בתוך
שריו ויוליכהו עמו מעיר לעיר עם
אגריפ' המלך. וידי אהלי בן ויסע משם
אספסי'

(4.) Sic nomina illa, quæ hic in Hebræo corrupta sunt, vertere volui, secutus Josephum lib. 3. de Bell. Jud. c. 24. vid. quæ suprà h. lib. cap. 18. n. 12. & 13. annotata sunt.

(5.) Vid. Joseph. l. 3. de Bell. Jud. cap. 26. circà fin. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hieros. c. 18.

verò improbi ex Vespasiani militibus eundem accedentes sic allocuti sunt: (6.) præcipe quæsò, Domine noster, ut vir iste è medio tollatur atque interficiatur, nec ullam ei exhibe clementiam, qui tàm multis è Romanorum exercitu necem attulit, is ipse sanè fuit, qui crus tuum sagittâ vulneravit: (7.) quapropter si eum interfeceris, non amplius ille nos bello lacesset; si verò eum dimiseris, videbis, quòd posteà copias suas denuò contrahet, quibus & te & nos simùl perdet; sed Josephus apud Titum, Vespasiani filium, gratiam invenerat, (8.) quia hanc ei Deus benignitatem exhibuerat; quocircà Titus, cùm improborum istorum verba audisset, qui patrem suum rogaverant, ut Josephus necaretur, eosdem silere jussit, dein moto capite illos irridere cœpit, hæc adjiciens verba: cur vos, improbi, malum istud consilium patri meo datis, ut virum, qui pactione ac fide interposita confisus ad nos venit, interficiat? cur ei svadetis, ut fœdus violet & fidem, quam Nicanor, princeps, Josepho tàm patris mei, quàm Cæsaris omniumque Romanorum nomine dedit, faciat irritam? annon capitalis criminis rei ac morte digni estis, dum Cæsaris fidem labefactare & pactionem, imperii Romani nomine interpositam, infringere voluistis? fieri etiam potest, ut nos quoque à Judæis capiamur, sicuti Josephus, vir fortis, strenuus & magnus princeps atque belli, quod prudenti consilio gessit, peritus captus est. Quapropter Vespasianus, cùm Titum ita loquentem audisset ejusque dicta approbâsset, Josepho Sacerdoti non solùm pepercit, eumque, ne gladiò periret, servavit, sed etiam illum inter principes suos ut magnum ducem collocavit eumque per urbes unà cum rege Agrippa secum duxit. Posteà Vespasianus captis

(6.) Vid. Joseph. in Descriptione vitæ suæ circà fin. & l. 3. de Bell. Jud. cap. 26. circà fin. confer. etiam infrà h. lib. 6. c. 31. n. 2.

(7.) Vid. suprà h. lib. 6. cap. 17. n. 3. ibique not.

(8.) Causam, cur Josephus gratiam apud Vespasianum ac Titum invenerit, refert ipse Josephus l. 3. de Bell. Jud. cap. 27. nimirum, quia vaticinatus erat, Vespasianum fore Cæsarem.

אספסינוס עם כל הילו וילך אל הלמידה
היא עכו ומשם נסע וילך אל קסריה היא
עיר גדולה מבנין המלך הורודוס ויהי
בראות אנשי קסריה את יוסף עמו ויעקוץ
נפש אספסינוס לאמר המיתהו ואם לא
הוא יגדה עליך מלחמות גדולות ולא
שמע אליהו אספסינוס להמיתהו ויזעק
לאספסינוס הנה אנשי עיר יפו הולכים
בספינות אל האיים ארצי ממשלתך
לשלול שלל ולבוז בו ולהרוג ולאבד
את עמך ויצו אספסינוס לארוב להם
עד אשר ילכו פעם אחת ויהי כי ארבו
להם וילכו באשר הלכו בא אספסינוס ע
יפו ויתפשה כי לא היו שכב בעריה
ויהי כבא ספינות יפו עם בעריה מהאי
וימצאו מחנה הרומיים בתוך העיר והם
מבקשים לצאת אל הגבשה והנה רוח
גדולה מאד מסערת הים בסער גדול
ורב ותשבר כל ספינות יפו אל הסלעים
ואל הצורים אשר על שפת הים יפו כי
אין שם מרחץ ותתנפץ הספינות בצורים
ובסלעים שעל שפת הים ומהם נאבדו
כי והגמלטו ע היבשה דקרום הרומיים
בטרם יצאו אל היבשה ויהרגו ויחותו
ויהי מספר הנהללים אשר נטבעו בים
ואשר

ואשר הרגו הרומים על שפת
הים או ארבעה אלפים איש גבורים
מלבד הנבזרים אשר נפלו ביורפת
מאנשי יהודה שהיו מ׳ אלף איש׳

ישלח אספסיאנוס את בליריבוס זאת
טריבוס שרי הרומי׳ עם בני טיטוס
וילכו ויצרו על הערים הבצורות אשר
בגליל ויתפשו׳ וכה עשה טיטוס לערי׳
הדם ולאנשיה אשי השלימו עמו דרשה
ואש׳ הקשו עורף וילחמו עמו המית
בקרב המלחמה ובל הערים אשר היו
בגליל לאגריפס המלך השיב לו מלכו
טיהרה כי הרוגים אותה ואת עמה
האנשים אנשי דמלחמה ואת הנשים
ואת הטף מכרו ביד הרומיים והעיר
דהיא

runt, à Romanis confossi & interfecti sunt, priusquàm terram contingerent; (15.) numerus autem eorum, qui tàm in mari submersi, quàm à Romanis in litore maris interempti occubuerunt, fuit 4000. (16.) qui omnes extiterunt milites, robore præstantes, præter illos Judæos, qui in urbe Jorpata cecederant, quorum numerus ad 40000. ascenderat. (17.)

CAP. XXIV.

POsteà Vespasianus Valerianum (1.) & Tribum (2.) Romanorum principes, cum filio suo Tito misit, qui urbes munitas (3.) in Galilæa obsederunt easque ceperunt; Titus autem ergà oppida illa eorumque incolas ita se gessit, ut, quicunque pacem cum illo inirent, eos omnes vivos & incolumes servaret; (4.) qui verò dura cervice animoque obstinato cum ipso pugnarent, eos in prælio interimeret, omnes quoque urbes, in Galilæa sitas, quæ ad Agrippam regem pertinebant, eidem restituit, præter Tyarnam, (5.) eam quippe evertit ejusque viros, arma ferentes, interfecit; mulieres autem & parvuli à Romanis venditi sunt,

stris inde motis Ptolemaidem, (9.) quæ Acco (10.) dicta fuit, cum omnibus copiis suis pervenit, deinde ad magnam illam urbem Cæsaream, ab Herode rege exstructam, exercitum duxit; Cæsarienses autem, cùm Josephum in Vespasiani comitatu vidissent, magna voce ad Vespasianum clamitantes dixerunt: interfice istum, si id non feceris, magna ab illo bella adversùs te excitabuntur; sed Vespasianus eorum dictis de interficiendo Josepho non obtemperavit. (11.) Intereà Vespasiano nunciatum fuit: ecce Joppenses (12.) navibus ad insulas, imperio tuo subjectas, venerunt prædamque fecerunt ac spoliorum causâ multos ex populo tuo interfecerunt, quò cognitò Vespasianus militibus suis præcepit, ut Joppensibus, si fortè ad prædas agendas iterùm exirent, insidias struerent: cùm itaque illæ paratæ essent & Joppenses ad spolia capienda denuò abiissent, Vespasianus Joppen aggressus intereà, dum milites ab urbe aberant, eandem subjugavit, posteaquàm verò Joppensium naves cum militibus ab insulis reversæ sunt & Romanorum copias in urbe deprehenderunt, ipsi milites suos in terram exponere conati sunt; sed ingens maris tempestas repentè exorta (13.) omnes Joppensium naves ad scopulos & rupes, quæ in litore maris Joppensis erant, allisit, (14.) quia nullus ibi portus reperiebatur, quocircà naves ad petras & saxa, in litore maris prominentia, impulsæ fractæque sunt, ac multi milites, qui in navibus illis erant, mari submersi sunt; qui verò superstites in terram evadere tentarunt,

(9.) Idem refert Josephus l. 3. de Bell. Jud. c. 28. & Egesippus l. 3. de Excid. Hierosol. c. 19.

(10.) Hæc urbs Accaron nominatur à Josepho Antiqu. l. 15. c. 23. de qua suprà lib. 4. c. 9. n. 14. dictum est.

(11.) Idem refert Josephus dict. l. 28. & Egesippus l. 3. c. 19.

(12.) Vid. Joseph. Eod. l. 3. c. 29. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hierosol. cap. 20. ubi Joppæ urbis situs describitur, confer. etiam Josippi Epitom. pag. 213. & infrà h. lib. 6. c. 31. n. 22.

(13.) Consentit Josephus dict. l. 3. c. 29. Egesippus l. 3. de Excid. Hierosol. c. 20. scribit, ventum impetuosum, qui nautis illius loci Melamboreus dictus sit, exortum esse, idem ventus à Josepho loc. cit. nominatur Melamboreia.

(14.) Egesippus loc. allegato ita scribit: omnia simul infesta erant, cœlum, hostis, mare, rupes,

(15.) Romani enim metuebant parcere eis, quibus Deus non pepercisset, uti scribit Egesippus l. 3. de Bell. Jud. c. 20.

(16.) Et 200. ita adjicit Josephus dict. l. 3. de Bell. Jud. c. 29. Egesippus loc. alleg. scribit, præter 4000. etiam 500. in mari submersos & in litus ejectos fuisse.

(17.) Idem refert Egesippus lib. 3. de Bell. Jud. c. 15.

(1.) Hebr. כלירואנום, sic enim hic legendum puto, secutus Josephum l. 3. de Bell. Jud. c. 31. & Egesippum lib. 3. de Excid. Hierosol. cap. 22. nam כלירובום, quod in nostro codice habetur nomen, corruptum est.

(2.) Ita nomen טריבום, quod in nostro habetur exemplari, vertere volui, Josephus lib. 3. de Bell. Jud. c. 32. & c. 44. princ. videtur illum vocare Trajanum, cui etiam Egesippum l. 3. de Excid. Hierosol. c. 13. adstipulari puto, ubi scribit, quòd Vespasianus Trajanum, qui ordini quinto decimo præerat, miserit, confer. Id. Egesipp. dict. l. 3. c. 22. quapropter pro טריבום legendum erit טראיאנום Trajanus.

(3.) Præprimis Japham urbem, de cujus expugnatione vid. Egesipp. dict. l. 3. c. 13. & c. 23. ubi etiam de urbis Tiberiadis & Scythopoleos deditione agitur.

4.) Vid. Josippi Epitom. pag. 213.

(5.) Urbs ista vocatur ταριχέαις à Josepho l. 3. de Bell. Jud. c. 31. confer. quæ suprà h. lib. 6. cap. 11. n. 2. annotata sunt, vid. etiam Egesipp. l. 3. de Excid. Hierosol. c. 23. & c. 26.

(6.) ſolam hanc urbem ex omnibus Galilææ oppidis Romani internecione deleverunt. Inde caſtris motis Veſpaſianus ad urbem venit Gamalam (7.) quæ in vertice montis ſita & ideircò Gamala (8.) dicta eſt, quia præcipua fuit inter omnes Agrippæ urbes (9.) nam, quicunque illam intrabat, is benignè ibidem recipiebatur, antè illam erat urbs Seleucia; (10.) regio autem illa urbibus, pomariis (11.) fluviis & arboribus fructiferis plena erat, (12.) quapropter Agrippas Veſpaſianum his verbis rogavit: ne quæſò, Domine noſter, urbem iſtam (13.) devaſtemus, ego ad illam accedam & pacem incolis ejus offeram, forſitàn iſti mihi obtemperabunt, ut vivi & incolumes conſerventur nec moriantur; Veſpaſianus itaque ei reſpondens: abi, inquit, & fac, quod tibi viſum fuerit, quandoquidem etiam hac in re tibi morem gerere volui. Agrippas igitur acceſſit eisque pacem obtulit (14.) atque ea de re cum illis locutus eſt, qui etiam pacatum reſponſum ei dederunt, ſed fraudulenter; quapropter eidem dixerunt: cuinam omnia terræ Iſraëliticæ bona potius, quàm tibi, Domine rex noſter, debentur? quapropter veni hùc propiùs & cum ſervis tuis loquere; cùm itaque rex Agrippas fidem illis haberet & propè urbem accederet eosque loquentes audiret, ecce ingens è muro lapis in eum conjectus eſt, qui in illius humerum cecidit ejusque brachium

(6.) Conſer. Egeſipp. dict. lib. 3. de Bell. Jud. cap. 26.

(7.) Vid. Joſeph. lib. 4. de Bell. Jud. c. 2. & Egeſipp. l. 4. de Excid. Hieroſ. c. 1. ac Joſippi Epitom. pag. 213. & ſeq. conſer. & ſuprà lib. 4. c. 12. num. 22.

(8.) Urbs hæc à camelo ratione formæ nomen traxit, vid. Joſeph. & Egeſipp. loc. citat. conſer. etiam Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmiſſa cap. 94.

(9.) Nam ipſa & Sotanis & Seleucia regni ejus portiones erant, prout ſcribit Egeſippus dict. lib. 4. c. 1.

(10.) Conſer. Joſeph. dict. l. 4. c. 1. & Egeſipp. loc. citat.

(11.) Sic dictionem פרים, quæ hic habetur, interpretari volui, de illius ſignificatione vid. inter alios Buxtorf. Lexic. hac voc.

(12.) Idem referunt Joſephus & Egeſippus loc. allegat.

(13.) Nimirum Gamalam, conſer. Joſeph. dict. lib. 4. de Bell. Jud. c. 2. & Joſippi Epitom. pag. 214.

(14.) Conſentit Joſephus loc. citat. & Egeſippus l. 4. de Bell. Jud. c. 1.

um confregit, unde Agrippas in terram provolutus eſt; ſed à miniſtris ſuis exceptus & ad Veſpaſianum deductus fuit: is, cùm vidiſſet, quòd Seleucienſes (15.) regem ſuum violâſſent & ab eo manus ſuas non continuiſſent, ſed ergà illum vindictam exercuiſſent, jurejutando ſemet obſtrinxit, ſe ab urbe non receſſurum, donec illam ceperit ejusque incolas internecione deleverit: intereà medici Romani Agrippæ vulnus, quod ei lapidis ictu inflictum erat, curârunt humerumque priſtinæ ſanitati reſtituerunt ita, ut extrà mortis periculum eſſet. Veſpaſianus itaque indignatione facti atque irâ adverſùs urbem Seleuciam (16.) commotus eandem vallo circumdato arctiſſimè obſedit atq; vehementiſſimè oppugnavit, quia incolæ ejus regem ſuum violaverant; Judæi verò ſe invicem cohortati dixerunt: forti ſimus animo in prælìis noſtris, nulla quippe ſpes vitæ nobis ſupereſt, poſteaquam regem Agrippam vulneravimus, quocircà milites oppido egreſſi cum Romanorum copiis manus conſeruerunt eisque magnam cladem intulerunt; Romani verò arietes ferreos, qui ipſis adhùc ſupererant, adverſùs muros direxerunt eosque conquaſſârunt adeò, ut veſperi in terram corruerent mœnia, atque urbs perrumperetur; quò factò Agrippas cum maxima & validiſſima manu oppidum intravit: Veſpaſianus autem omnibus militibus ſuis præcepit, (17.) ne urbem noctu ingrederentur, ſed per totam noctem muros urbis cuſtodiâ cingerent usque ad diem ſequentem; cùm verò dies illuxerit, tunc videbitis, inquit, quomodo urbem capiatis; aſt illi, ſpreto contemptoque Veſpaſiani, Domini ſui, mandatò, urbem noctu intrârunt; ſed Judæi illos noctu adorti (hoſtes enim in urbe adeſſe conſpexerant) obſtructo urbis exitu (18.)

(15.) Gamalenſes, ſic Joſephus dict. l. 4. c. 2. & Egeſippus l. 4. de Bell. Jud. c. 1. ac Joſippi Epitom. p. 214. vid. paulò poſt num. 16.

(16.) Gamalam, ita rectius, ut puto, apud Joſephum dict. lib. 4. c. 3. & Egeſippum loc. allegat. conſer. etiam Joſippi Epitom. pag. 214. & num. anter. 15. & cap. ſeq. 25. n. 1.

(17.) Idem refertur in Joſippi Epitom. p. 215.

(18.) ac præclusis ejusdem plateis, ne quis Romanorum hûc illûc ire vel ingredi aut egredi posset, hostes suos media in urbe maxima clade affecerunt adeò, ut nemo ex omnibus qui cum Vespasiano urbem intraverant, effugeret, præter ipsum Vespasianum (19.) ac decem viros, qui unà cum ipso evaserunt, omnes quippe milites ejus in oppido à Judæis interfecti erant; Butius (20.) quoque, dux exercitus, (21.) simul cum Vespasiano evaserat, nam die illucescente Vespasianus & decem illi viri, qui cum eo erant, ut & Butius, dux exercitus ejus, aufugerant, quia milites omnes ibidem ceciderant; Judæi verò eosdem persecuti Butium, exercitus ducem, comprehenderunt eumque interfecerunt (22.) is vir fortissimus fuit in Romanorum exercitu; Vespasianus itaque inde profugiens ejusque viri montes occupârunt, ut mortis periculum evitarent, posteà Vespasianus legatos in Syriam ad Titum, filium suum, misit, qui ei dicerent, ut eas Romanorum copias, quas illi Vespasianus ad Persiam invadendam dederat, secum adduceret, quapropter Titus mandato patris obtemperans copias illas in Judæam traduxit.

CAP. XXV.

POsteà Vespasianus maxima manu coadunata cum Agrippa rege ad urbem Seleuciam (1.) reversus eandem ferrô delevit adeò, ut neminem in ea superstitem relinqueret, dein ad cœteras Galilææ urbes progressus easdem subegit atque exscidit,

(18.) Vid. Joseph. dict. l. 4. c. 3. & Egesipp. l. 4. de Bell. Jud. c. 1. ac Josippi Epitom. p. 215.
(19.) Vid. Joseph. de Bell. Jud. l. 4. c. 4. & Egesipp. l. 4. de Excid. Hierosol. c. 1.
(20.) Hebr. בוציו, sic in nostro codice, cui etiam Egesippus loc. citat. adstipulatur, Josephus dict. l. 4. c. 4. illum nominat Ebutium.
(21.) Is Butius vel Ebutius δικαιοφύλαξ seu decurio vocatur à Josepho loc. alleg.
(22.) Idem refert Josephus dict. l. 4. c. 4. & Egesippus l. 4. de Bell. Jud. cap. 1.
(1.) Gamalam, ita Josephus dict. l. 4. de Bell. Jud. c. 7. & Egesipp. l. 4. de Excid. Hierosol. c. 2. & 3. confer. etiam cap. antec. 24 n. 15. & n. 16. ibique not.

scidis; tandem ad urbem Giscalam, (2.) quæ sola ex omnibus Galilææ urbibus munitis adhûc supererat, ipse unà cum omni exercitu suo venit eamque circumductô vallô obsedit, quia sangvinarii & celerati homines, qui Judæam devastaverant, in illam maximo numero confluxerant. In urbe ista vir quidam fuit, nomine Johannes, (3.) doctrinâ quidem & sapientiâ ac prudentiâ insignis; sed idem callidus ad malè agendum & eloquens malorum consiliorum fabricator, (4.) qui multos fallere eosque à recta via, quam sibi proposuerant, seducere noverat & perniciem atque exitium, quocunque se vertit, attulerat; idem vir ingenio & moribus crudelis fuit avidusque sangvinis effundendi & mala perpetrandi cupidus, qui eorum, quos sefellerat, bona ad se trahere, sangvinem effundere & improbitate ac fraude omnis generis divitias corradere consveverat; quapropter vir iste rapinis & male partis valdè dives evaserat: ad istum homines leves, vani, improbi, homicidæ, raptores, rebelles ac refractarii, qualis ipse fuit, sese congregârunt, quorum ille manus divitiis & bonis, per vim ac rapinam acquisitis, implevit; quamobrem socii ejus & fratres fuerunt atque unam constituerunt catervam, cujus ille dux fuit. (5.) Per idem tempus Titus ad urbem istam venit, quia pater ejus illum eò miserat, ut pacem incolis oppidi offerret: quapropter Titus ad urbem accessit & legatum ad illius habitatores misit, ut fœdus cum eisdem pangeret pacemque offerret, quam etiam seniores urbis valdè desiderârunt & fœderis pactique

(2.) Hebr. גיסקאלרא, ita hic ex Josepho lib. 4. de Bell. Jud. cap. 8. nomen restituere volui, nam quod in nostro codice habetur: corruptum est, vid. & Egesipp. l. 4. de Excid. Hierosol. c. 4.
(3.) Levii filius, prout scribit Josephus, & Egesippus loc. alleg.
(4.) Γόης ἀνὴρ καὶ ποικιλώτατος τὸ ἦθος, vir versutus (incantator) ac diversissimis moribus vocatur à Josepho loc. citat. in Josippi Epitome p. 215. nominatur איש רמים ומרוע לעשות i. e. vir sanguinarius & factis sceleratus (improbus,) ab Egesippo l. 4. de Bell. Jud. c. 4. describitur, quòd fuerit promptus ad conspirandum, vehemens ad audendum, acer ad efficiendum.
(5.) Idem refertur in Josippi Epitom. pag. 215.

וישלח מלאך אל יושביה לכרות ברית
אליהם ולדבר אתם שלום׃ ויאותו
זקני העיר להשלים עמו ולכרות ברית
ואמנה ויהי כראות יהוחנן הגבור איש
הדמי׳ ואיש הבליעל את זקני העיר
אשר הם מבקשי׳ להשלים אל טיטוס
ויפקוד את אחיו המתחברים עמו לשמור
את התומה לבלתי תת הזקנים לדבר עם
הרומי׳ אך אמר כי ידבר הוא עמהם
וי׳ יהוחנן הפריץ את מלאך טיטוס
לאמ׳ חג ליו׳ מחר אמור לאדוניך טיטוס
ויהדל מעלינו יומים וביום השלישי נשיב
לכם תשובה׃ וישמע טיטוס אל דברי
יהוחנן ויעש כן ויחדל מעליהם שני
יומים והיה זה בערב חג שבועו׳ אשר
הוא חג הקציר׃ ויהי ביום השלישי
ויקם יהוחנן לילה הוא ואנשיו אשי׳
ההלקטו עמו ויבחרו מן העיר דרך
יהושלם וטיטוס לא ידע כי ברח יהוחנן
ואנשיו ויהי בבקר וישכם טיטוס ויבו׳
עם אנשי העיר וישלח אליהם מלאך
לאמ׳ מה יש את נפשותיכם תשיבוני
דבר׃ וישיבו יושבי העיר לטיטוס לאמר
כרות לנו ברית ואמונה והננו עבדי לך
ונעשה את רצונך רק כי לא יגע רומי
בנו לא בנפש ולא בשלל ממון׃ ויכרות
להם ברית טיטוס ואמנה על ככה ויתתו
ויתן להם מתחת האנשים את העיר
ויבא טיטוס ובית הילו עמו אל העיר
ויקבלו

ctique ineundi percupidi fuerunt; sed Johannes, vir ille improbus ac sangvinarius, cujus jam anteà mentionem fecimus, cùm Seniores urbis ad pacem, cum Tito ineundam, inclinare animadverteret, sociis & fratribus suis præcepit, (6.) ut mœnia custodirent atque prohiberent, ne seniores urbis cum Romanis loquerentur; dixerat enim, quòd ipse solus cum illis loqui vellet. Quocircà Johannes grassator Titi legato respondit: (7.) crastinus dies sacer erit Deo nostro, die Domino tuo, Tito, ut biduò ab oppugnatione urbis desistat, tertio die responsum ei dabimus. Titus itaque Johannis verbis morem gerens biduum illis concessit & hoc accidit vespere festi Septimanarum, quæ feriæ erant messis; Johannes autem tertio die unà cum viris, qui sese ei aggregaverant, noctu surgens ex urbe profugit Hierosolymam versùs (8.) nec ipsius atque eorum, qui cum illo erant, fuga Tito innotuit; illucescente igitur die Titus surrexit & cum incolis urbis locutus est, misso ad ipsos legato, qui diceret: date jam mihi responsum, quô vestram declaretis sententiam, quapropter incolæ urbis Tito responderunt: si fœdus nobiscum inieris ac fidem nobis dederis, nos tibi subjecti erimus & quicquid volueris, faciemus, modò Romani nec corpora nec bona nostra attingant: hanc conditionem cùm Titus approbasset suamque fidem ejus rei causa interposuisset, atque illam sigillo suo obsignatam eisdem tradidisset, ipsi portam urbis aperuerunt, quam Titus cum omnibus copiis suis intravit & à Judæis cum lætitia, gaudio & honore exceptus fuit; (9.) posteà, cum Titus de Johanne ejusque sociis illos interrogâsset, atque ipsi respondissent, illum unà cum viris suis Hierosolymam versùs noctu aufugisse, equites ab eo missi sunt, qui

(6.) Confer. hic Joseph. atque Egesipp. loc. suprà allegat.
(7.) Vid. Joseph. dict. l. 4. c. 8. & Egesipp. lib. 4. de Bell. Jud. c. 4.
(8.) Idem refert Josephus eod. lib. 4. c. 9. & Egesippus loc. alleg.
(9.) Consentit Josephus l. 4. de Bell. Jud. c. 9. & Egesipp. l. 4. de Excid. Hieros. c. 4.

ויקבלו אותם היהודי׳ בשמחה ובטוב
לבב ובכוד׳ וישל טיטוס ל יהוחנן על
אנשיו ויגידו לו כי ברח הוא ואנשיו
עמו לילה דרך יהושלם אז שלח טיטוס
רודפים אחרי יהוחנן ואנשיו ולא מצאו
אותם כי מהרו לברוח ולא השיגום רק
השיגו מקצ׳ העם אשר יצאו להמלט
עמם אנשי׳ ונשי׳ וטף וזקנים ונבשלים
וימיתום הרודפים אותם ואת נשיהם
ואת טפם ויקחו כל שללם הנמצא אתם׃
ואחרי כן לכד טיטוס את עיר הגליל
כלם ופיקד עליהם פקידים ויעתק משם
אספסינוס אל הר הבור הוא הר השלג
והר חבור גברו שלשים ים וראש ההר
הולך מישור עשרים ושלשה ימים׃
וישלח אספסינוס את שר צבאו פלגיום
וילכוד את ההר ואת העיר אשר ממעל
לו ער פה נשלמו הספרים מהמלחמו׳
אשר היו בגליל ובארץ ישראל הגלילית׃
ויתר המלחמות הרמות והמעשי׳ העצומי׳
והנוראים אשר נעשו שם לא בתבנו׳ פה
ורבו מלמנו׳ ובתבנו׳ בספר הרומים׃

qui fugientes persequerentur; sed illi comprehendi non potuerunt, quia fugam acceleraverant; viros tamen nonnullos ac mulieres, ut & parvulos atque senes & infirmos quosdam, qui unà cum Johanne ex urbe profugerant, in via deprehenderunt equites Romani eosque omnes interfecerunt (10.) tàm parvulos, quàm mulieres, ac quicquid apud illos inventum fuit, deprædati sunt. Posteà Titus omnes Galilææ urbes in suam redegit potestatem eisque magistratus præfecit; Vespasianus autem castris motis ad montem Tabor (11.) pervenit, is mons nivosus est & altitudine sua ad triginta stadia (12.) ascendit, in illius vertice planities est viginti trium stadiorum, (13.) cùm Vespasianus eò venisset, Placidum (14.) exercitus sui ducem, misit isque montem occupavit & urbem in eo sitam cepit. Hic finem habent libri de bellis, in Galilæa & Israëlitarum terra, quæ in Galilæorum regione sita est, gestis; cœtera autem prælia acerrima atque facinora præclara & memorabilia ibidem perpetrata, hic perscripta non sunt, quia nimis longum esset, ea omnia recensere; in Romanorum autem libro (15.) illa memoriæ prodidimus.

(10.) Idem refert Josephus, ut & Egesippus loc. alleg. ubi scribit, mulieres & parvulos ad duo millia ferè interfectos; tria millia autem infirmæ ætatis & sexus, ubi societas necandi facta, captivitati adjudicata fuisse.
(11.) Ἰτάβυριον ὄρος. Itabyrium montem nominat Josephus dict. lib. 4. de Bell. Jud. c. 6. mons Thabir vocatur ab Egesippo l. 4. de Excid. Hieros. c. 4. in fin. confer. etiam Josippi Epitom. pag. 215.
(12.) Consentiunt hic Josephus & Egesippus loc citat.
(13.) Idem refert Egesippus dict. l. 4. c. 4. in fin. Josephus verò l. 4. de Bell. Jud. c. 6. scribit, planitiem 26. stadiorum fuisse, confer. & Joh. Lightfooti Chorograph. Johanni præmissa c. 2. §. 2.
(14.) Hebr. פלאכידום vel פלגום, ita hic nomen ex Josepho & Egesippo loc. alleg. restituere volui, nam פלגום, quod in nostro habetur codice, corruptum est, vid. infrà h. lib. c. 28. n. 8.
(15.) Intelligitur hic liber à Josepho Græcè scriptus, qui Romæ primùm editus est.

CAP. XXVI.

NUnc Hierosolymæ oppugnationem, à Romanis susceptam, describere incipiemus (1.) & res ibi gestas verè & ex fide, sicuti facere solemus, narrabimus. Johannes itaque Galilæus, cùm Hierosolymam profugisset, (2.) innumeros ibi deprehendit viros improbos, leves, vanos, homicidas, sangvinarios & fraudulentos, sibi similes; nam ex omnibus locis terræ Judaicæ & regionis Hierosolymitanæ (3.) milites eò sese receperant, (4.) ut Templum Domini, Dei nostri, tutarentur, quos omnes Ananias Pontifex recepit eosque sibi adjunxit: ast milites illi, cùm Johannis fortitudinem perspexissent, relicto Anania, summo Sacerdote, omnes ad Johannem Galilæum sese congregarunt eique adhæserunt & sua cum illo consilia communicarunt. (5.) Johannes itaque cum improbis istis àc sangvinariis hominibus consilium iniit, ut divites urbis interficerent eorumque opes & bona raperent; erat autem hæc improborum istorum hominum consvetudo, ut, cùm divitem quendam atque optimatem urbis comprehendissent, ei dicerent: nonne tu clàm literas ad Romanos & ad Vespasianum misisti, ut urbem ei traderes? cùm hæc ei coràm vulgo objecissent, ille verò respondisset: absit à me facinus istud, ipsi homines nequam subornârunt, qui falsum contrà eum testimonium dicerent, ut pœnis legis Divinæ ad mortem condemnaretur; sic Antipatro (6.) fecerunt & Leviæ, (7.) qui ambo inter optimates

ועתה נואיל לספר את מלחמות ירושלם
אשר צרו עליה הרומיי ונספר ספוריהם
באמונה במשפטינו לעשות׃ וידי כברית
יהוחנן הגלילי אל ירושלם וימצא שם
אנשים בני בליעל ריקם ופוחזי ורוצחים
ואנשי דמי ומרמה כמוהו לאין מספר
כי מכל מקומות ארץ יהודה וירושלם
נאספו אל ירושלם אנשי מלחמה להיות
לעזרה לבית מקדש יי אלהינו ויקבלם
ענני הכהן הגדול ויאספו אליו׃ ובראות
אנשי המלחמה את יהוחנן ואת גבורתו
סרו מאחרי ענני הכהן הגדול ויתלקטו
כלם אל יהוחנן הגלילי ויתחברו לו ותהי
עצתם עם יהוחנן הגלילי ויועץ יהוחנן
עם אנשי בליעל והדמים לשלחה ידם
בעשירי העיר להמית׃ ולקוח הונם
ועושרם׃ וידי מנהגם כי יתפשו איש
ואיש מגדולי העיר ואומרי לו יהוחנ׳
ואנשו הלא אתה הוא אשר שלחת
ספרי אל הרומים ואל אספסינוס להסגיר
את העיר בידם׃ ובדברם אליו כדברי
האלה באזני העם הזל והוא אומר הלילה
לי מעשות זה היו מביאים בני בליעל
להעיר עליו ערי שקר למען ישפט במותי

התורה

(1.) Vid. Joseph. l. 4. de Bell. Jud. c. 10. & Egesipp. l. 4. de Excid. Hierosol. c. 5.
(2.) Confer. Joseph. loc. alleg. & Egesipp. l. 4. de Bell. Jud. c. 6. atque Josippi Epitom. p. 215.
(3.) Vid. Joseph. dict. l. 4. c. 11. & Egesipp. loc. alleg. ac Josippi Epitom. p. 216.
(4.) Nam ex diversis regionibus principes flagitiorum eò, quasi in sentinam, confluxerant, prout scribit Egesippus dict. l. 4. c. 6.
(5.) Confer. dicta Josippi Epitome p. 216.
(6.) Hic Antipas vocatur à Josepho l. 4. de Bell. Jud. c. 11. ac dicitur ibidem, quòd fuerit ἐκ βασιλείου γένους, vir regia stirpe ortus, confer. etiam Egesipp. l. 4. de Excid. Hierosol. c. 6. ac Josippi Epitom. p. 217.
(7.) Hebr. ליבויה ita hic potius, quàm לוביא, quod in

התורה למותי׃ ויעשו כן לאנטיפטס
וללוביא ודמה שני אנשים שרי ונכבדי
ועשירים טובים מגדולי העיר ויקחו את
כל הון ביתיהם ואת כספם וזהבם ומחמדי
להוות מזה לבני בליעל ובני הדמים׃
ויקחו את הכהנים הגדולים וישליכום
ממשמרותם מעבודת הקדש ויפילו גורל
לאמר מי יכהן ומי לא יכהן כי היו
מתעתעים בכהונה ובעבודתה׃ ויפול
הגורל על איש אחר מבני הכהני ושמו
פאני בן פניאל והוא איש שדה עובד
אדמה שלא ידע משפט הכהונה ואת
עבודת הקדש כי לא נאה לאיש כמותו
לכהן בכהונה גדולה ויפקידוהו לכהן
גדול והוי להם הכהונה ללעג וקלס׃
וידי כראות אנשי האמונה והישר שדיך
בירושלם כי הגבירה עליהם יד בני
בליעל ויועדו כלם יחדיו ויתנדבו להלחי
עם בני בליעל ויקבאו העם ליי אלהים
ויחיצבו נגדם וילחמו בהם ויחזק
המלחמה מאד בין העם ובין בני הבליעל.
והלך המלחמה הלוך וגדל ברחובות

העיר

tes urbis viri erant principes ac magnæ existimationis atque prædivites, quorum opes, argentum, aurum ac vasa pretiosa ex domibus abstulerunt, ut improbos ac sangvinarios homines sustentarent; summos quoqve sacerdotes ab officiis suis removerunt, (8.) ne Divino cultui amplius operarentur, ac sortem jecerunt, (9.) quisnam summo illo Sacerdotio fungi vel non fungi deberet, adeò Pontificatum ejusque officium contemptui habuerunt. (10.) Itaque sors super virum quendam ex genere Sacerdotali, Phaniam (11.) nomine, Phanielis (12.) filium, cecidit, qui rusticus & agriculturæ deditus rituumque Sacerdotalium atque cultus Sacri parum gnarus erat, nec talem virum Pontificatui præesse decebat; eum tamen Summo Sacerdotio præficiebant, adeò Pontificatus eis deridiculo & ludibrio fuit. Cùm igitur viri honesti & probi, qui Hierosolymis erant, perspexissent, hominum istorum perditorum potentiam in urbe nimiùm augeri, omnes unanimi consensu promptoqve animo decreverunt, ut cum sceleratis istis viris pugnarent, Dei Zelô commoti; quapropter illis restiterunt & certamen cum ipsis inierunt, unde atrox bellum inter populum atque homines istos nequam exortum est, (13.) quod indies magis magisque in plateis, vicis ac foris, imò in ipso Templo Domini ejusque atrio crevit, ita, ut

in nostro codice habetur nomen, legendum puto, secutus Josephum dict. l. 4. c. 11. ubi Λεύϊαν vocat, confer. Josippi Epitom. pag. 217. & Egesipp. l. 4. de Bell. Jud. c. 6. ubi Antipæ & Leviæ seu Lebiæ, (prout ibi nominatur) etiam tertius, nempe Phora adjungitur, qui à grassatoribus istis interfectus sit, is apud Josephum loc. alleg. vocatur Sophas, filius Raguelis; fuerunt autem omnes familiæ regiæ.
(8.) Confer. hic Josephus, Egesippus & Josippi Epitom. loc. alleg.
(9.) Vid. Joseph. dict. lib. 4. cap. 12. & Egesipp. eod. l. 4. c. 6.
(10.) Juxtà Hebræum ita: errores graves circa Pontificatum ejusque officium commiserunt.
(11.) Sic nomen: פני, quod hic habetur, vertere volui, Josephus dict. lib. 4. de Bell. Jud. c. 12. Phanem nominat, Egesippus l. 4. de Excid. Hierosol. c. 6. Phanim vocat.
(12.) Ita פניאל, quod nomen hic in nostro habetur codice, interpretari volui; Josephus verò & Egesippus loc. alleg. scribunt, quòd Phanis iste Samuelis filius fuerit, in Josippi Epitome pag. 217. dicitur פרוש בן פניאל i. e. Pharus, Phanielis filius, sicuti Munsterus ibidem vertit.
(13.) Vid. Joseph. l. 4. de Bell. Jud. c. 14. & Egesipp. l. 4. de Excid. Hierosol. c. 6. ac Josippi Epitom. p. 217.

urbs plena esset cadaverum interemptorum & confossorum, quia nec vicus nec platea nec angulus urbis erat, ubi non certamen committebatur; tandem populi universi potentia homicidis istis & sceleratis hominibus superior evasit, dum indignatione ac Zelo adversus illos accensus (14.) eorum ferociam compescere cœpit: grassatores (15.) itaque, cùm perspexissent, se populo, qui ad illos interficiendos promptus erat, amplius resistere non posse, omnes ad Templum Domini (16.) profugerunt idque clausserunt & ibidem substiterunt; Ananias autem Pontifex & cœterorum piorum hominum cœtus atqve populus, quùm vidissent, improbos istos homines ad Templum confugisse, ut vitam suam servarent, tunc Summus Sacerdos populo præcepit: desistite, inquiens, nec cum illis pugnate in Templo Sancto & puro, ne illud scelestorum istorum hominum sangvine polluatis, cujus dicto populus obtemperavit & ab oppugnatione Templi destitit. Posteà Ananias Pontifex jussit, ut milites, ex populo electi, custodes constituerentur, qui Templum ejusque portam circumdarent ac prohiberent, ne quis inde egrederetur; numerus autem custodum, quibus Ananias Pontifex Templum ejusque portam circumsepserat, fuit 6000. (17.) qui omnes gladiis, scutis & hastis armati, galeis quoque ac loricis induti bellique periti erant milites: dein Ananias, dum secum reputavit, homines istos sceleratos Templô conclusos teneri, nec licitum esse, ut violentæ manus in Sanctuario Domini illis inferrentur, maximum quoqve populi detrimentum fore,

העיר ובחוצות ובשוקים ובהיכל מ׳
ובעזרה עד מלאת העיר חללי׳ ומדוקרים
כי אין רחוב ואין שוק ואין צד שאין
שם מלחמה׳ והכבד יד כל העם על
הרוצחים ועל בני בליעל כי רבה קנאת
העם עליהם ויחלו להכניעם׳ וירא
הפריצים כי אין להם יד להתיצב נכח
העם המתנרבים להרגם וינוסו כלם
אל היכל י׳ ויסגרו בעדם ויהיו שם
בחוץ ההיכל׳ ויהי כראות ענני הכהן
הגדול ויתר עדת התמידים והעם כי נסו
בני בליעל אל ההיכל למלט את נפשם
ויצו ענני הכהן את העם לאמר חדלו
לכם ואל תלחמו עמהם בקרב ההיכל
המקודש והמטוהר כרם הרשעים החללי
בני הבליעל ויחדל העם מעליהם׳ ויצו
ענני הכהן להעמיד עליה׳ שומרי׳ מגבורי
העם מסביב ההיכל ועל שער ההיכל
לבלתי תתם לצאת מההיכל׳ ויהי
מספר השומרי׳ אשר העמיד עליהם ענני
הכהן על שער ההיכל וסביבו ששת
אלפי איש הופשי חרב ונושא צנה
וחומה ולובשי שריון וכובע וכל׳ מלומדי
מלחמ׳ גבורי חיל׳ וידשון ענני מחשבה
לאמר הנה אנשי הבליעל נסגרו אל
ההיכל ואין לנו ראוי לשלוח בהם יד
בקרב

בקרב היכל י׳ הקד׳ גם כי הפולה גדולה
הויה בעם י׳ להמית איש את רעהו
בהיכל י׳׳ וישלח ענני מלאכים אל
יהונתן הגלילי שר הרוצחים ורפריצי׳
לאמר לו לעשות שלום ביניה׳ וימאן
יהונתן הפרין לעשות שלום בינו ובין
העם כי שלחו הפריצים אל אנשי אדום
לבא אל ירושלם לעזרתם׳ ואנשי אדום
היו עזים וקשים מיום היותם וגבורי
מלחמה אך נבנע׳ היו תחת יד יהודה
כי הכה אותם הרקנום מלך יהוד׳ וימל
אות׳ ויתן לגבוריהם עול עבודה להיות
גדודי׳ לשמור יומם ולילה את חומת
ירושלם ויתר העם היו כלם ליהודה
למס׳ ויהי בשלח יוחנן שר הפריצים
להביא חיל אדום על ירושלם ויבאו
גבורי אדו׳ לילה עשרים ושנים אלף
איש גבורי מלחמה הגור׳ כלם בכלי
מלחמתם וחלוצי צבא׳ ויהי כשמוע
ענני הכהן הגדול והעם שדוד עמו את
קול מהגה אדום כי בא לילה ויעל ענני
הכהן על החומה ויאמלם לאמר מי אתם
ומאין באתם ואנה תלכו ויענהו גבורי
אדום לאמר אדמוי׳ אנחנו ומאדום

אנחנו

re, si in Templo Domini mutua cæde sese contaminarent, legatos misit ad Johannem (18.) Galilæum, homicidarum & grassatorum ducem, qui ei diceret, ut pacem iniret; sed Johannes grassator mutuam pacem amplecti recusavit, (19.) quia perditi isti homines legatos ad Idumæos (20.) miserant, ut sibi subsidio venirent Hierosolymam; Idumæi autem robusti viri ac bellicosi jam inde ab antiquis temporibus erant & tunc temporis Judæorum imperio subditi vivebant; Hyrcanus enim, Judæorum rex, illos perdomuerat ac circumciderat atque id servitutis jugum eorum militibus imposuerat, ut noctu & interdiu mœnia urbis Hierosolymitanæ armati custodirent; reliquus autem populus Judæis tributum solveret. Postquam igitur Johannes, grassatorum princeps, legatos miserat, ut ab illis Idumæorum copiæ Hierosolymam accerserentur, viginti duo millia Idumæorum (21.) noctu Hierosolymam veñerunt, qui omnes armis instructi & ad militiam expediti erant; Ananias verò Pontifex & ii, quos ille secum habebat, cùm strepitum exercitus Idumæorum, noctu advenientium, audissent, ipse muros conscendit atque Idumæos interrogavit: (22.) unde venitis & quonam ibitis? cui milites Idumæi responderunt: (23.) Idumæi sumus & ex Idumæa venimus, ut Templum Domini visitemus ejusque populum salutemus, sicuti aliàs facere consuevimus; Ananias autem Pontifex illis iterum respondit: ve-

runt

(14.) Populus scilicèt Hierosolymitanus.

(15.) Qui seipsos ζηλωτὰς nominabant, uti scribit Iosephus lib. 4. de Bell. Jud. c. 12. Sed revera erant ἀπελεῖς, sicuti illi ab eodem Iosepho dict. l. 4. c. 14. vocantur.

(16.) Interius scilicet, sic etiam Iosephus loc. citat. vocat ἐνδότερον, nam primum Templi περίβολος septum seu atrium populus jam occupaverat contra Zelotas pugnans, prout Iosephus ibidem refert, confer. etiam Josippi Epitom. pag. 218.

(17.) Idem refert Iosephus dict. l. 4. c. 14. & Egesippus lib. 4. de Bell. Iud. c. 6. in Iosippi Epitome saltem 600. sit mentio; sed errorem ibi esse puto.

(18.) Imò Iohannes iste nomine populi ad Zelotas, qui interius templi atrium occupaverant, missus fuit, uti refert Iosephus dict. lib. 4. c. 15. cui etiam Egesippus l. 4. de Bell. Iud. c. 6. adstipulatur.

(19.) Ipse Iohannes à populo missus concordiæ causa ejusdem proditor factus Zelotas ad bellum & ad Idumæos recipiendos hortatus est, prout refert Iosephus loc. alleg. & Egesippus dict. l. 4. c. 6. confer. etiam Iosippi Epitom. pag. 218.

(20.) In urbe Seleucia habitantes, ita habet Iosippi Epitome pag. 218. confer. etiam Egesippus loc. alleg.

(21.) Δύο μυριάδας, i. e. viginti millia fuisse refert Iosephus dict. lib. 4. c. 16. cui etiam Egesippus l. 4. de Bell. Iud. c. 6. in fin. & Iosippi Epitome p. 219. consentiunt.

(22.) Consentit Iosippi Epitome pag. 219. Iosephus verò loc. alleg. scribit, Iesum, qui post Ananum alios pontifices ætate antecedebat, ad Idumæos verba fecisse, confer. etiam Egesipp. l. 4. de Bell. Iud. c. 7. & 8. princ.

(23.) Confer. hic Iosippi Epitom. dict. p. 219.

rum haud dicitis, non enim Deum ejusque Templum & populum visitaturi vel opem eis laturi hûc veniſtis, ſed ut Johanni, homicidarum & ſceleratorum hominum duci, auxilium feratis; nonne ſatius vobis erat, Deo ejusque Templo ſubſidio venire, quàm improbos graſſatores adjuvare, qui Sanctuarium Domini ejusque populum funditus perdere ac devaſtare conati ſunt, quique in ſancta Dei urbe juſtorum, piorum atque innocentum ſangvinem effuderunt? propter eorundem improbitatem Romani nobis ſuperiores evadent, dum intûs cum graſſatoribus, foris cum Romanis pugnandum nobis erit; bellum autem propter ſceleratorum iſtorum malitiam in urbe adeò contrà nos invalvit, ut ſæpè optaverimus, utinam Romanorum potius, quàm Judæorum, eodem, quo nos, genere natorum, manibus periremus! Si igitur ſceleſtis iſtis opem laturi hûc venitis, ſanè graviter in Dominum, Deum noſtrum, peccatis, dum iſtiusmodi ſceleratorum & improborum atque homicidarum, qui populum Domini interfecerunt, conſortio vos adjungitis; iſti enim improbitate ſua populum Domini non ſecùs ac torcularia calcârunt & Templum Domini homicidarum habitaculum (24.) & improborum domicilium fecerunt: ſi verò jam hûc veniſtis, ut Dominum quæratis, prout dicitis, cur armis inſtructi eſtis? propter vos quidem portas non clauſimus, quò minus urbem pro more ingrediamini; ſed propter arma, quibus inſtructi eſtis, quæ pernicioſa ſunt inſtrumenta, nec cuiquam convenit, ut Deum armis

(24.) Vid. Ierem. cap. 7. v. 11. & Matthæi c. 21. v. 13.

armis & inſtrumentis pernicioſis quærat; ſed ut donis, laudibus ac celebrationibus illum colat: quocircà ſi urbem intrare vultis, ut Dominum quæratis, ſicuti dicitis, pacatus ſit veſter introitus, (25.) deponite arma & in pace urbem intrate.

CAP. XXVII.

IDumæi autem Ananiæ Pontifici, Sacerdotibus, Senioribus, judicibus & moderatoribus, qui cum illo ſuprà mœnia ſtabant, reſpondentes dixerunt: (1.) miramur te, Domine noſter ac Pontifex, qui pro nobis apud Deum piaculares victimas offers, ac cœteros miramur ſacerdotes Domini, ut & Seniores, judices ac moderatores, qui apud te ſtant, & mira admodùm videntur nobis verba veſtra, dum ex iis, quæ à vobis jam dicta ſunt, cognovimus, nos pro hoſtibus haberi & à vobis ingreſſu urbis arceri, ne Deum pro more noſtro quæramus: nam quod dicitis, nos armis inſtructos hûc venire, vobis ſanè notum eſt, Veſpaſianum in procinctu eſſe, ut urbem hanc ſanctam oppugnet; quocircà arma cepimus, ut vobis auxilio veniremus urbemque cuſtodiremus, ſicuti jam anteà ſæpiſſimè facere conſvevimus; quomodo igitur in animum induxiſtis veſtrum, ut exiſtimetis, nos improbis & graſſatoribus, qui apud vos ſunt, ſubſidio venire? certe ex quo circumciſi ſumus & nos & patres noſtri, ut nomen Domini, Dei Iſraëlis, coleremus, non receſſimus à ſtatutis legis ejusque præceptis: nunc itaque dicite nobis, an aliquod exiſtat præceptum in lege Domini, quod jubeat, ut improbis opem feramus & hujusmodi ſcelera-

(25.) Bellum deponite & portæ patebunt, inquit Egeſippus dict. l. 4. de Bell. Iud. c. 7. in fin.

(1.) Per Simonem. Cathlæ filium, qui unus ex Idumæorum ducibus fuit, prout refert Ioſephus lib. 4. de Bell. Iud. c. 16. ubi narratur, quòd Simon iſte longè alia, quam quæ hic adducuntur, verba protulerit, nempe ea, quæ iræ & indignationis fuerint plena, cui etiam Egeſippus l. 4. de Excid. Hieroſ. c. 8. conſentit.

מצוה בתורת יי׳ להחזיק ביד רשעי נפ׳
נפנה אנחנו אליה לעזור לחטאי׳ כמו
הם חלילה לנו מעשות זה כי בלנו
הנמצאים פה ויהי אנשי אדום עברי׳
לי׳ ולעמו ושומרי׳ משמרת הורתו
ומשמרת ביתו ועמו׳ ועוד הם מדברים
כדברי׳ האלה והנה ענן גדיל מאד ורוח
ואש מתלקחת וחשך ואפלה וקול רעש
גדול מרעיש את הבל ומועידו ורוח
ודעמים תוקם ונראים מרעומים ומבהילי
כל רואיה׳ ויברחו כל העם הנצבי׳ על
החומה לשמור את החומה מסביב גם
ברחו כל הנצבים עם ענני דבהן דגדול
ולא יכלו להחזיק להם מעמד ולעמוד
על עמדם עוד׳ וענני הכהן הגדול אמץ
לבו לעמוד להביט באותות השמים
הנוראי׳ הנראים וחשב בלבו לשפוט על
מה הם יורו אותות הדם הנוראי׳ הנראי׳
עליהם׳ וישפוט במשפט מעיקל כי
הקולות הדם הנוראים והברקי׳ והרעמי׳
והרעש והבהל והענני׳ והאש מתלקחת
והחשך והאפלה ואחר האותות הנוראי׳
הנראים או שם כלם יורו כי המה
משלחת עזרה מאת יי׳ להלחם בעד עמו
ובעד עירו ובעד מקדשו׳ והוה המשפט
שפטו גם כל הזקני׳ אשר עמו ולא
ידעו כי כל האותות ההנה היו מורי׳ על
רעת ירושלם ועל רעת ישוי׳ ולכן הלכו
כל העם העומדי׳ לשמור את חומת
יהוש

leratis subsidio veniamus? absit à nobis quàm longissimè facinus istud! omnes quippe, qui hic sumus, ut & cœteri Idumæi Domino ejusque populo inservientes legem observamus Dei ejusque Sanctuarium ac populum custodimus. Interim, dum illi hæc proferebant verba, ecce maxima & densissima nubes, fulgure atque igne permixto coruscans exorta est, (2.) quam simùl caligo, tenebræ & horrendæ vocis fragores comitata sunt adeò, ut omnibus tremor ac pavor incuteretur, grando etiam præcipitans cecidit & immania tonitrua exaudita sunt, quæ cunctis spectantibus horrorem ac metum injecerunt; unde omnes, qui suprà muros stabant, custodes circumcircà, etiam ii, qui cum Anania Pontifice erant, aufugerunt (3.) nec stationem & excubias amplius peragere potuerunt, solus Ananias, summus Sacerdos, forti stetit animo atque terribilia ista cœli ostenta intuitus est eaque secum consideravit causamqve, cur portenta ista tàm horrenda fierent, perpendit ac perverso judicio existimavit, (4.) terribiles illos fragores atque fulgura, ut & tonitrua, turbinem, grandinem, densas nubes igne permixto coruscantes, caliginem, tenebras & cœtera prodigia omnia, quæ tunc apparebant, portendere, quòd illa Deus auxilio miserit, ut pro ipsius populo, urbe ac Templo pugnarent: in eadem sententia fuerunt etiam omnes Seniores, qui tunc temporis cum Anania erant; sed valdè errârunt atque ignorârunt, quòd omnia ista signa exitium Hierosolymæ & interitum gentis Israeliticæ portenderent; quocircà omnis quoque populus, qui suprà murum custodiæ causa circumcircà stabat, in domum quisque suam festinavit; ast improbi isti & sangvinarii homines, qui in Templo Domini concluſi detinebantur, cùm viderent

(2.) Idem refert Iosephus dict. l. 4. de Bell. Iud. c. 17. & Egesippus l. 4. de Excid. Hierosol. c. 9. ac Iosippi Epitom. pag. 219.
(3.) Confer. hic Iosippi Epitom. pag. 220. & Egesipp. l. 4 de Bell. Iud. c. 9.
(4.) Vid. Ioseph. dict. lib. 4. c. 17. & Egesipp. loc. alleg.

ירושלם מסביב איש לביתו׳ ויראו אנשי
הדמים הבליעל המגורים בהיכל יי׳
כי ברחו אנשי הצבא השומרים להם על
שער ההיכל וסביבו וגם ברחו העם אשר
היו שומרי׳ עליהם כי נבהלו ונחפזו
ללכת איש לביתו מפחדם מהקולות
הנוראים ההם ומהברקי׳ והרעמי׳ והרעשי׳
והמרעידים ויקומו הם ויפתחו את דלתות
ההיכל ויצאו בשם וילכו הרץ שער התימה
בחשך ואפלה׳ ויביטו אנשי הדמים
ואנשי הבליעל שהיו בתוך ההיכל ויחזקו
עמהם ושריה׳ ימין ושמאל ואין איש מ״ר
את ידהו מן החשך והאפלה שהיה אז
בעיר ועם כל זה לא היה איש ויצא
מדלתות ביתו החוצה בכל ע״ר ירושלם
כי נבהלו העם מפחד האותות הנוראים
ההם והפרזי׳ לא פחדו ולא נבהלו
ויקחו מגירות בידם ויבאו אל שער העיר
ויגרדו את בריח השער מבפנים ובאשר
דרך גבור קול הרעש וקול הרעם הזה
הם או מהחזקי׳ לשבר הנעול ואת
בריחיו ולגרדם למען לא יכבו קול השבר
והגרידה בקול הרעש והרעם ובהתדל
קולות הרעשי׳ והרעמי׳ היו גם הם נחרצי׳
מלשבר ומלגרד למען לא ישמע קול
השבר והגרידה לאיש ויעשו כן עד אשר
גברה ידם וישברו את מנעולי השערי׳
ואת בריחיהם ויפתחו את שערי ירושלם
ויביאו את חיל האדומי׳ העירה וישוטטו
בכל העיר בלילה ההוא לראות מה יעשו
ואין

derent, quòd non solùm milites (à quibus & antè portam Templi & in illius circuitu obsidione cincti erant) sed etiam custodes, qui suprà muros constituti erant, aufugerint, (nam metum ac timorem illis incusserant horrendi isti fragores, ut & fulgura, tonitrua ac turbines, quibus perculsi in domum quisque suam abierant) apertis Templi portis egressi in tenebris ac caligine ad portam murorum properabant; scelerati autem isti ac sangvinarii homines, qui Templo egressi erant, unà cum Johanne cœrerisque ducibus ad dextram ac sinistram oculos subinde convertebant, quia se invicem præ caligine & tenebris, quæ tunc in urbe erant, videre non poterant, nec quisquam in tota urbe Hierosolyma domus suæ foribus egrediebatur, quia portenta illa horrenda omnibus metum incusserant; soli grassatores isti nec metuebant nec consternati erant, sed serras manibus suis gestabant (5.) & ad portam urbis properabant, iisque vectes & repagula interiora secare incipiebant, nam eo ipso tempore, quò vehemens erat fragor, ac tonitru invalescebat, illi maximè occupati erant (6.) in effringendis seris & repagulis dissecandis, ne scilicèt sectionis & confractionis sonitus præ fragore ac tonitru audiretur; quando autem strepitus, ut & fragores ac tonitrua remittebant, ipsi quoque à frangendo ac secando cessabant, ne quis fractionis & sectionis strepitum perciperet, atq; id tàm diu continuabant, donec viribus prævalentibus repagula & vectes portarum confringerent & apertis Hierosolymæ portis exercitum Idumæorum in urbem introducerent, quò factò tota illa nocte per omnes oppidi plateas vagati sunt, ut viderent, quid sibi faciendum ac quomodo cum habitatoribus urbis pugnandum esset, ut illos perderent ac delerent. Postea in Templum Domi-

(5.) Idem refert Iosephus dict. l. 4. c. 17. & Egesipp. lib. 4. de Bell. Iud. c. 9. ac Iosippi Epitom. pag. 220.
(6.) Cooperatus est illis fragor cœli, ut serratum sonus non audiretur & tumultus egredientium, prout scribit Egesippus loc. citat.

ni reversi cæteros inde homines sceleratos & sangvinarios eduxerunt, sic omnes sese Idumæis aggregârunt ac se invicem jurejurando adstrinxerunt, ut unum constituerent populum & cœtum. Eadem illa nocte 8500. ex populo Domini interfecti sunt, (7.) qui omnes fortissimi milites armisque instructi ac belli periti erant, præter ingentem ex plebe multitudinem ab illis interemptam: dein die illucescente in divites populi manus injecerunt eosque acerbissimis cruciatibus affecerunt, judices quoque populi ejusque moderatores unà cum septuaginta Senioribus Synedrii convocârunt (8.) atque illos in loco judicii collocârunt; tunc Johannes Galilæus, homo iste nequam & sangvinarius eosdem sic allocutus est: cur divites istos ad mortem non condemnatis, qui fœdus cum Romanis inierunt, ut urbem hanc sanctam illis traderent? Eodem tempore primarius quidam vir, nomine Zacharias, (9.) vir justus, integer, pius, valdè probus, Dominum timens, Deoque & hominibus acceptus idemque prædives captus est, quô factô Johannes, grassatorum dux, cum cœtera hominum sceleratorum caterva Seniores ita allocutus est: condemnate virum istum ad mortem, quia cum hostibus nostris conspiravit consiliumque dedit, ut urbs ista illis traderetur; Sacerdotes autem ac Seniores judices cùm hæc Johannis, grassatorum principis, ut & cæterorum sceleratorum ac sangvinariorum hominum, qui cum illo erant, dicta audissent & cognovissent, Zachariam innocentem atque intentati criminis coràm Deo insontem, ab illis ad mortis supplicium deposci, in fletum ac gemitum maximum eruperunt propter virum illum, nec à planctu ac fletu cessaverunt: ast Johannes, vir iste nequam & sangvinarius unà cum sociis

ואיך ילחמו בישבי העיר עד להשמיד
ולהחרית׃ ויבאו עוד ברוכל ו׳ ויוציאו
משם האנשים הבישואי׳ מאנשי הבליעל
ואנשי הדמים ואספו כלם עם האדומי׳
וישבעו שה עכ שה ויהיו לעכ אחד
ולאגדה אתת׃ ויבו בעם ו׳ בלילה ההוא
שמנת אלפים ות׳ק איש כלם גבורים
אחזי חרב מלומדי מלחמה׃ מלבד אשר
הרגו מרלת העם הרבה מאד׃ ויהי הבקר
אור וישלחו את יהי׳ בעשירי העכ
ליסרם ביסורי רעים וקשים ויקראו את
שופטי העם ושוטריו ואת שבעים הזקני
אשר לסנהדרין ויושיבום במקו׳ המשפט
ויאמ׳ אליהם יהוחנן הגלילי איש הבליעל
ואיש הזמי׳ למה לא תשפטו על העשירי׳
הלזה משפט מות כי הם כרתו ברית עם
מדינה הרומי׳ להסגיר בורם את העיר
הקדושה הזאת׃ ובעת ההיא לקחו איש
גדול מגדולי העיר ושמו זכריה׳ והרוג
האיש ההוא איש צדיק וחמי׳ והסיד
ונטוב מאד וירא את יי׳ וטוב עם יי׳ ועם
אנשי יהור עשור גדול מאד׃ ויאמר
יהוחנן ראש הפריצי׳ עם עדת הפריצים
כלם אל הזקנים לאמר שפטו על האיש
הזה משפט מות כי הוא היה בעודת
אויבינו יועץ למסור את העיר הזו׳
בידם׃ וכשמוע הכתני׳ והזקנים השופטי׳
את דברי יהוחנן שר הרוצחי׳ ואת דברי
אנשי הדמים ואנשי הבליעל שרוי אחר
ויכורו

(7.) Consentiunt Iosephus, Egesippus & Iosippi Epitome loc. alleg.

(8.) Idem refertur in Iosippi Epitome pag. 220. & apud Egesippum l. 4. de Bell. Iud. c. 10.

(9.) Is erat Baruchi filius, prout scribit Josephus l. 4. de Bell. Jud. c. 17. vid. & Egesippus l. 4. de Excid. Hierosol. cap. 10. ac Josippi Epitom. pag. 221. confer, etiam infrà h. lib. c. 32. n. 24.

ויבידו כי הם מבקשים לפות את זכריה
על לא חמס בכפיו ומחשבתו זכה לו׳
אלה ישרץ ויבכו האבטים מאד מאד
ואגרתו עד לא הרחק מן הבכי אשר בכו
עליו׃ ויראו יודעי איש הבליעל איש
הדמים ויעיו עמו כי הבהגים והזקני
בוכים על זכריה ולא ירצו להמיתו
להיותו איש צדיק והמו׳ ויאמר אליהם
יהוחנן וריעו הבטרם ימות זכריה תבכו
עליו הבטרם יבא הבל המו׳ לו הנודו
כה יעשה לנו אלהים וכה יוסיף אם כה
תעשו לנו במשפטיכ׳ אם לא נשלחה יד
בכם ראשונה ואנחנו נשפוט את משפטי
עם יי׳ כרצוננו ויעיזו אז אנשי הבליעל
ואנשי הדמים את פניהם ויקחו את
זכריה מקרב הכהני׳ והזקני׳ השופטי׳
וישימוהו מביא המשפט ויליכוהו עמהם
ויעלוהו על ראש מגדל החומה הכונה
קדמה וישליכוהו משם לארץ הפוך
זכריה ממעל לחומה אל יורתי עמק
יהושפט ויכתו׃ ויראו הכהנים והזקנים
השופטי׳ מזה יהוחנ׳ הרשע ומיהר הפריצי׳
אנשי עצתו ויברלו מהם כי אמר יוחנן
הרוצח הרשע אל כל הכהני׳ והזקני׳
השופטים אם לא השכטו את כל אשר
נבוא

fociis suis, videns, quòd Sacerdotes ac Seniores Zachariam deflerent nec eum ad mortem condemnare vellent, quia justus erat & innocens, dixit: num Zachariam, nondum exstinctum, defletis? an, priusquam ille mortis dolores sentiat, planctum emittitis? Per Deum immortalem (10.) si hoc modo judicium nobis exercere vultis, nos præ cæteris omnibus violentas vobis manus injiciemus ac judicia populi Dei pro arbitrio nostro instituemus: tunc improbi isti homines ac sangvinarii Zachariam è medio Sacerdotum & Seniorum judicum pervicaci animo ac fronte perfricta abstraxerunt, & è loco judicii abductum suprà verticem turris, orientem respicientis, constituerunt atque inde in terram præcipitârunt (11.) qvi, cùm è muro cecidisset, ad fines usque vallis Josaphati provolutus ibidem mortuus est, qvo facto ingens timor ac metus sacerdotibus & Senioribus judicibus à Johanne isto impio & à cæteris ejusdem factionis grassatoribus incussus est, Johannes enim cunctis Sacerdotibus & Senioribus judicibus dixerat: nisi eos omnes, quos ad vos ducemus, pro lubitu nostro judicaveritis, notum vobis sit, quòd eodem, quo Zacharias, mortis genere perituri sitis. (12.) Per idem tempus à sceleratis iltis etiam comprehensus est vir justus, dives & gratus omni populo Hierosolymitano, nomine Gorinion, (13.) vir ille fortis belliqve peritus, simul & prudens, sapiens, probus atque integer fuit, qui ab initio omnia bella contrà gentes, Hierosolymam op-

(10.) Juxtà Hebræum ita: sic faciat nobis Deus & sic addat, vid. quæ suprà h. lib. 6. c. 18. n. 9. & c. 23. n. 2. notata sunt.

(11.) Josephus dict. l. 4. de Bell. Iud. c. 19. scribit, duos ex Zelotis maximè audaces Zachariam interfecisse ejusque corpus in subjectam vallem præcipitasse, cui etiam Egesippus l. 4. de Excid. Hierosol. c. 10. consentit, in Iosippi Epitome p. 221. eodem ferè, quo hic apud autorem nostrum, modo scribitur, quòd Iohannes Zachariam è medio judicum eduxerit: & super murum ducens eundem in vallem Josaphat præcipitem egerit.

(12.) Idem refertur in Iosippi Epitom. pag. 221. & seq.

(13.) Hebr. גורינין, sic in nostro codice, γεγίον nominatur à Iosepho dict. lib. 4. de Bell. Iud. c. 20. ab Egesippo autem l. 4. de Excid. Hierosol. c. 10. vocatur Gorgon, Iosepho ferè consentit Josippi Epitome p. 222. ubi dicitur גורין i. e. Gorion.

pugnantes, ſuſcepta, prompto geſſerat animo, is ipſe, quotiescunque gentes ad prælium adverſùs Judæos ineundum appropinqvaverant, iisdem obviam ire magnaque illas clade afficere & in fugam verſas à Judæorum cervicibus depellere conſveverat; qvocircà totum ejus corpus vibicibus & cicatricibus deformatum erat, facies quoque ac caput gladiorum haſtarumque ictibus & plagis ob aſſidua prælia, quæ pro Templo Domini ejusque populo inierat, plena erant, (14.) is, dum Johanni, tyranno, cujus jam mentio facta eſt, obtemperare ejusque factioſis hominibus ſeſe adjungere noluit, ejusdem mandatò à graſſatoribus comprehenſus & ad ipſum deductus fuit, hunc Johannes iſte improbus ſic allocutus eſt: præcipe domui tuæ (15.) ac Domino peccata tua confitere, quia mortis reus es; his dictis ipſe à Johanne & à graſſatorum, qui cum illo erant, caterva extra urbem tractus fuit, ut ibi interficeretur, ne in urbe ob mortem ejus tumultus excitaretur, nam omnes incolæ urbis illius amici erant eiq; benè cupiebant: Gorinion autem coràm illis procidens ac ſupplex lachrymis profuſis eosdem ſic compellavit: quandoquidem me innocentem morte afficere decreviſtis nec ab ultima iſta neceſſitate memet ſervare vultis (quanqvam coràm Deo ac vobis mortis non ſim reus idque vobis probè notum ſit) unum iſtud ſinite quæſò vos exorem, atque illud mihi beneficium exhibete, ut corpus meum ſepulturæ, ubicunque vobis viſum fuerit, tradatis, (16.) hac in re benevolentiam veſtram in morte mea experiar; ſed illi reſpondentes ei dixerunt: ſi te interfeciſſemus nec ullæ

(14.) Joſephus loc. alleg. iſta, quæ hic de Gorinione referuntur, de Nigro Peraita cujus ſuprà h. l. b. 6. c. 11. n. 2. mentio facta eſt) narrat, vid. & Egeſipp. l. 4. de Bell. Jud. c. 18. confer. etiam num. 16. h. cap. ibique not.

(15.) Id eſt: ultimam voluntatem ſeu teſtamentum ordina & ad mortem te præpara, confer. Eſai. cap. 38. v. 1.

(16.) Hæc de Nigro Peraita, non de Gorione refert Joſephus l. 4. de Bell. Jud. c. 20. cui etiam Egeſippus l. 4. de Excid. Hieroſ. cap. 10. conſentit, confer. Joſippi Epitom. pag. 222. & num. præced. 14. ibique not.

la ſepulturæ à te facta eſſet mentio, corpus tuum humo contexiſſemus, id enim noſtrum erat propoſitum; jam verò, quia id à nobis petiiſti, ſepulturâ te interemptum privabimus ac corpus tuum volucribus cœli & beſtiis terræ in agrum projiciemus: ſic Gorinion beneficium iſtud, quod ſolum & ultimum ab illis petierat, impetrare non potuit; ſed à Johanne tyranno interfectus & interempti cadaver beſtiis agri projectum fuit, quo facto illi in urbem reverſi ſunt.

CAP. XXVIII.

VEſpaſianus autem, Romanorum princeps, cùm in procinctu eſſet, ut Hieroſolymam veniret, Cæſareæ caſtra locavit, (1.) ubi militibus ſuis omnibus cibum atque frumentum, ut & auri argentique vim maximam diſtribuit ac multos dies ibidem commoratus eſt; nam, cùm de inteſtino Judæorum bello, quod Hieroſolymis exortum erat, certior eſſet factus, ipſe populo ſuo dixit: non acceleranda nobis eſt Hieroſolymæ oppugnatio; (2.) ſed expectandum eſt, donec incolæ urbis ſeipſos conficiant & unusquisque fratrem, ſocium atque cognatum ſuum interimat, forſitàn hac ratione illorum ferocia & ſuperbia concidet, cùm viderint, ſe & bello, quod ipſi inter ſe gerent & ſiti ac fame, quibus à nobis prementur, conſumi; Veſpaſianus enim omnibus conſiliis bellicis optimè inſtructus erat, ac conſilium iſtud non ei ſolùm, ſed etiam mili-

(1.) Confer. Egeſipp. l. 3. de Bell. Jud. c. 22. & l. 4. c. 11.

(2.) Vid. Joſeph. l. 4. de Bell. Jud. c. 21. & Egeſippus dict. l. 4. c. 11.

militibus ejus valdè utile fuit, quapropter diutius Cæsareæ cum exercitu suo subsistit: populus autem Hierosolymitanus cum Johanne ejusque militibus, qui sese ad illum congregaverant, eò usque pugnavit, donec innumeri ex populo partim gladiis interempti, partim sicis ab improbis grassatoribus confossi caderent, etenim nonnulli ex sceleratis istis grassatoribus sicas vestibus suis occultabant (3.) ac si quis ex grassatoribus istis viro cuidam probo, qvem odio prosequebatur, occurrebat, is sicâ sub vestimento occultatâ repentè illum confodiebat, ita, ut percussus statim in loco illo procidens moreretur nec quisquam scire poterat, qvisnam illum percussisset: sic multi ex populo interibant ac plures à sicariis istis, quàm à Romanis in prælio interfecti sunt, donec pauci ex populo superstites remanerent. Per eosdem dies Johannes homicida ac sangvinarius vir copias militum, quos penes se habebat, ex urbe Hierosolyma misit, à qvibus oppida, quæ cum Vespasiano pacem inierant, capta & eversa sunt, omnesque tàm Judæi, quàm Romani, qvicunqve ibi deprehendebantur, interfecti sunt, posteà ipse copias, à se præmissas, secutus eisdem sese adjunxit & qvicqvid divitiarum in urbibus istis inventum fuit, deprædatus est, urbem qvoqve Gadaram, (4.) qvæ trans Jordanem sita erat, ceperunt eamqve inhabitârunt. Eodem tempore omnes incolæ urbis Hierosolymitanæ tàm Sacerdotes, quàm Seniores (5.) cæteriqve ex populo legatos ad Vespasianum miserunt & pacem ac fœdus ei obtulerunt dicentes: succurre atqve opem fer nobis, qvia Johannis & cæterorum, qvi cum illo sunt, homicidarum & sceleratorum improbi-

בעצתו ואת לו ולעמו מאד מאד׃ וישב
הוא עם עמו בקיסריה ימים רבים והעם
אשר בירושלם נלחמו עם יוחנן ואנשיו
אשר נקהלו אליו עד אשר נפלו מן העם
החללים רבי׳ לאין מספר ומהם נפלו
הרוגי׳ בחרב ומהם נפלו מדוקרי׳ בסכיני
הרוצחי׳ הרשעים הפריצים כי מקצת
הפריצי׳ החטאי׳ היו אוחזים איש סכין
תחת בגדיהם ויסתרו אותו תחת מדויה׳
והוה כאשר יקרב הפרץ פתאום את
הצדיק והסכין תחת בגדיו נעלם וידקרהו
איש הבליעל לצדיק ויפול במקומו וימות
שם ולא היה יודע הצדיק מי הכהו
ויפלו מן העם באלה וכאלה רבי׳ ורבים
יותר מאשר נפלו במלחמות היומיים עד
אשר לא נשאר מהם כי אם מתי מספר׳
ויהי בימי ההם וישלח יוחנן הרוצח
ואיש הרמים חיל מירושלם ומאנשי
המלחמה אשר אתו וילכדו הערים אשי׳
השליטו עם אספסינוס והשוראהם ויכו
בהם כל הנמצא בם מן היהודים ומן
הדומי׳ וילך גם הוא אחריה׳ אז ויעזרם
על כבה ויקחו את כל רכוש הערים
ההם וילכדו גדרה אשר בעבר הירדן
וישבו שם׳ בעת הרוא שלחו כל יושבי
ירושלם הכהנים והזקני׳ ויהר העם אל
אספסינוס דברי שלום וברית אמת לאמר

חנה

(3.) De sicariis suprà lib. 5. c. 45. n. 36. & 37. aliquid dictum est, confer. Ægesipp. lib. 4. de Bell. Jud. c. 13.

(4.) Hebr. גדרה ita hîc pro גרורה i. e. Garara, legendum puto, nempe Daleth pro Resch, facili unius literæ mutatione, cui lectioni consentientem habeo Josephum lib. 4. de Bell. Jud. c. 25. confer. n. 6. h. c. p.

(5.) Josephus loc. alleg. scribit, Judæos quosdam ex urbe Hierosolyma fugientes Vespasianum solicitâsse, ut ad urbem accederet & laborantibus civibus succurreret, confer. etiam Josippi Epitom. pag. 222.

probitas nimium excrevit, innumeri qvippe ex populo in urbe Dei ab illis occisi sunt; Gadarenses qvoqve (6.) ad Vespasianum legatos miserunt, qui dicerent: si in terra Judaica atque Hierosolymis firmum imperium, quod auferri non possit, obtinere vis, consilio nostro obtempera, veni ad nos quàm celerrimè, nec cunctare, nam Johannes iste & sceleratigrassatores, qvi hic sunt, improbitate sua nos opprimunt & qvidqvid apud nos inveniunt, tàm homines, quàm jumenta, perdunt, atqve in nos uxoresque nostras & in omnia bona nostra dominatum exercent, atqve id unicè agunt, ut nos funditùs perdant ac deleant nec ullam nobis salutis spem & refugium in terra relinqvant, si itaque nobis auxilio venire cupis, cum instructo venias exercitu foris; nos autem intrà urbem cum militibus nostris adversùs grassatores istos pugnabimus eosque delebimus ac perdemus; hac ratione Dominus noster evades atque urbem Hierosolymam sine ullo adversario feliciter intrabis, quia omnes incolæ urbis tibi obtemperare & Romanorum imperio subjecti esse volunt atque nostrûm omnium hac in re una est voluntas atque sententia. Vespasianus igitur, cùm ista Gadarensium dicta audisset, ad opem iisdem ferendam festinavit, omissô interim Hierosolymam veniendi propositô. Per idem tempus Johanni & militibus, qui apud illum erant, nunciatum est, Vespasianum sibi proposuisse, ut ipsos aggrederetur, quô cognitô principem populi Gadarensis (7.) interfecerunt atqve ex oppido egressi in sylvam profugere secum constituerunt; ast Vespasianus, cùm percepisset, illos fugam versùs sylvam capessere, ad perseqvendum eos misit Placidum (8.) exercitûs ducem, qvi illos assecutus

הנה יהך לנו לעוזהנו כי רבה רעת יוחנן
ורעת האנשי׳ הרוצחים אנשי הבליעל
אשר עמו וישחיתו בעיר האלהי׳ עם רב
לאין מספר׃ וישלחו גם אנשי גדרה אל
אספסינוס בדברי האלי׳ לאמ׳ אם רצונך
למשול בארץ יהודה וירושלם מנשלת
הזיקה אשר לא תוסר שמע נא לעצתנו
ובואה אלינו ואל העמוד בי אתנו פתי
יוחנן ואנשיו הרשעים הפריצי׳ וישחיתונו
ברשעתם ויכלו את כל אשר מצאו אחנו
מאדם ועד בהמה וימשלו בנו ובנשינו
ובכל אשר לנו והם עומדי׳ עלינו
להאבידנו ולכלותינו לבלתי השאיר לנו
שריד ופלטה בארץ ואם תבוא אלינו
ההזק את׳ עם הילך ואנחנו עם אנשינו
מבית׳ ונכלם ונשחית׳ והיה לאזין לנו
ואחר תלך אל ירושלם באין שמן ואין
פגע רע בי גם כל יושבי ירושלם וציי׳
לעבוד אותך ולהיות תחת׳ ממשלת
הדומי׳ ואנחנו והם בעצה אחת על
כבה׃ וכשמע אספסינוס את דברי אנשי
גדרה וילך אליה׳ לעזרתם ולא פנה
ללכת אל ירושלם׃ ובעת ההיא הגיד
ליוחנן ואנשיו אשר היו שם כי אספסינוס
בא עליה׳ ויכו את שר העם אש׳ בגדר
ויצאו מהעי׳ לברוח וישימ׳ את פניהם
לברוח היערה וישמע אספסינוס כי הם
בוחבי דרך היערת׳ וישלח אחריה׳ את
פולי

(6.) Vid. Josephi l. 4. de Bell. Jud. c. 25. & Egesipp. l. 4. de Excid. Hierosol. c. 14. ac Josippi Epitom. pag. 222. & seq. confer. etiam num. antec. 4. ibique not.

(7.) Dolesum vocat Josephus dict. lib. 4. cap. 25. Dolosium nominat Egesippus l. 4 de Bell. Jud. c. 14.

(8.) Hebr. פלאכיוס sive פלאכיום, ita hic nomen restituere volui, secutus Josephum l. 4. de Bell. Jud.

פולוגרום טר רוחל וישוגב ויך בדם
מכה גדולה מאד׳ וישב פולוגרום מרדוף
אחרי הפריצי אשר עם יוחנן האבור
ובשובו דרך גדרה ויעצ׳ על שפת הירדן
עם רב מדלת הארץ והמה מבקשי
לעלות אל יהושלם להמלט עמהם׳
וילחץ אחם אל הנהר ויך מהם שלשה
עשר אלף איש ויתר העם נפל בירדן
ויומתו במים תשעי ושנים אלף איש
טף ונשים וגם צאן לאין מספר עד אשר
נסתם שטף הירדן מרוב הפגרי׳ מנבלות
האדם והבהמה׳ ויהרחבו מי הירדן
לצאת מגבולם אל הבקעות ואל השדות
הנה והנה כי סתמו הפגרי׳ ונבלי ההרוגי׳
את דרכו בעד הירדן מלשטוף מימיו
בשטף כמשפטו׳ ואחרי זה התגברו המי׳
על סתום הפגרי׳ והנבלות ויגרפו כל
הפגרי׳ ההם וכל הנבלי׳ אל יבוק מרוק
הוא ים המלח׳ וגקר גם כן ים המלח
ויכסו פגרי׳ המתי׳ יודת הירדן מרוב
נבלת

secutus maximam iisdem cladem intulit; posteà, cùm à grassatorum, qvi penes Johannem erant, persecutione reversus esset ad viam, quæ Gadaram ducit, ingentem ipse ex plebe multitudinem apud litora Jordanis (9.) deprehendit, qvæ Hierosolymam ire sibi proposuerat, ut simùl cum illis (10.) evaderet; ast Placidus eos ad flumen compulit & 13000. ex iisdem interfecit; (11.) cœteri autem in Jordanem ceciderunt ac 92000. tàm viri, quàm mulieres ac parvuli, (12.) præterea oves innumeræ in aqva perierunt adeò, ut cursus Jordanis ob cadaverum, tàm hominum, quàm pecorum, multitudinem obstrueretur atque Jordanis aqva exundans ripasque excedens in proximas valles atque agros hinc inde sese diffunderet, nam interfectorum corpora & pecudum cadavera aqvam Jordanis obstruxerant, ne consvetum teneret cursum: dein aqva, propter cadaverum obstructionem intumescens, omnia ista corpora ad mare, (13.) Sodom, (14.) quod luteum & salsum (15.) dicitur, devolvit, ripæ quoque Jordanis cadaveribus tàm hominum, quàm pecudum, utrimqve oppletæ ac tectæ fuerunt. Posteà Vespasianus castris motis in Idumæam pergit ibiqve duas urbes munitas, qvarum altera Legrith, (16.)

Jud. c. 25. & Egesippum l. 4. de Excid. Hierosol. c. 14. nam פולוגרום, quod in nostro codice hic habetur, corruptum est, confer. Josippi Epitom. p. 223. & suprà h. lib. c. 25. n. 14.

(9.) Vid. Joseph. loc. alleg. & Egesippus dict. l. 4. c. 15. unde autem Jordan oriatur & ubi sese exoneret, vid. inter alios etiam Tacit. Histor. l. 5. c. 6. n. 4.

(10.) Nimirum grassatoribus, qui apud Johannem erant.

(11.) Consentit Egesippus loc. citat. & Josippi Epitom. pag. 224. Josephus verò loc. alleg. scribit 15000. Judæos interfectos esse.

(12.) Idem refert Josippi Epitom. dict. pag. 224. sed Josephus loc. citato numerum non refert.

(13.) Hujus maris descriptionem vid. inter alios apud Justinum Histor. lib. 36. c. 3. & Tacitum Histor. l. 5. c. 6. confer. etiam Josippi Epitom. pag. 224. & n. seq. 15.

(14.) Regionem illam describit idem Tacitus dict. l. 5. c. 7.

(15.) Hebr. החסר והמלח, sic in nostro codice, Josephus dict. lib. 4. c. 25. circà fin. scribit, interemptorum & submersorum corporibus lacum Asphaltitem oppletum fuisse, hujus lacus descriptionem vid. præter autores num. antec. 13. adductos, etiam apud Egesippum l. 4. de Bell. Jud. cap. 16. & 18. & Joh. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmissa c. 5. & Ejusd. Chorograph. Marco præmissa c. 2. §. 3.

נבלת אדם ובהמה׳ וידי אחרי כן ויסע
אספסינוס משם וילך אל ארץ אדמם
וילכוד שם שתי ערי׳ בצורות שם האחד
לגריט ושם השנית כפר תור ויך מושבי
הערי׳ ההם עשרה שפי׳ איש ויתר שבה
בשבי׳ ויסע משם וילך אל תמת גדי
וילכדה הוא תמת גדי אשר בה מעינות
דמים התמים אשר מהם יוצאות מעינות
חמי העיר טבריה והם שרשי כל המעינות
החמי׳ אשר בכל הארץ לפי משפט
יודעי טבעי הארץ והחוזים בכוכבים׳
ויעתק משם ויבא אל שומרון וילכדה
ומשם בא אל יהוה וילכדה ויחל לבנות
את כל העיר׳ אשר לכר ולכונן את
החומות אשר להם ולחזק אנשי מלחמ׳
ושומרי להיותם עוד לעזר בלכתו לצור
על יהושלם ויעש כן ויבן את העיר׳
ההם

(16.) altera Caphertoch (17.) dicta fuit, in suam redegit potestatem, ac decem millia hominum, urbes illas incolentium, interfecit; reliquos autem in captivitatem abduxit: dein oppidum Hamath Gadi, (18.) aggressus est atque illud subegit, hæc est urbs illa, ubi fontes aquarum calidarum scaturiunt, ex quibus aqvæ calidæ (19.) urbis Tiberiensis (20.) oriuntur atque istæ sunt scaturigines omnium fontium calidorum totius orbis secundùm Physicorum & Astronomorum opinionem. (21.) Inde ad urbem Samariam (22.) pergens Vespasianus eandem cepit, posteà castris motis ad oppidum Jericho (23.) venit idque in suam redegit potestatem; Vespasianus autem omnes urbes devictas ædificare earumque muros restaurare cœpit, militum quoqve præsidia & custodias iisdem imposuit, quò sibi essent subsidio, si ipse Hierosolymam veniret, ut illam obsidione cingeret: dein Vespasianus, cùm id fecisset atque urbes illas pro lubitu suo ædificâsset earumque mœnia refeciisset, castris inde motis Cæsa-

(16.) Hebr. לגריט, ita nomen istud, quod hic in nostro codice habetur, vertere volui, Josephus dict. l. 4. c. 26. scribit, duos vicos: Betarim (al. Begabrim) & Caphartobam (al. Caphartophan) à Vespasiano captos ibique plus, quàm decem millia hominum interempta esse, Egesippus l. 4. de Bell. Jud. c. 16. vicos istos vocat Ligarum & Capartorem, vid. num. seq. 17. ibique not.

(17.) De villa Caphar Tebi vid. inter alios Joh. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmissa cap. 18. confer. & num. antec. 16.

(18.) Hebr. חמרת גדי, sic in nostro codice; rectius autem, ut puto, legitur חמת גדר i. e. Hamath Gadar, confer. id. Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmissa cap. 74. & Ejusd. Chorograph. Lucæ præmissa cap. 4. Sect. 3. Josephus l. 4. de Bell. Jud. c. 26. scribit, Vespasianum ad urbem Ἀμμαθοῦν rediisse, Amathunta nominat Egesippus lib. 4. de Excid. Hierosol. c. 16. ac scribit, Græcè vocari Thermas propter aquas calidas ibidem scaturientes, vid. num. seq. 19. ibique not.

(19.) De Thermis Tiberiadis, vid. inter alios Joh. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmissa dict. cap. 74. & Chorog. Lucæ præmiss. cap. 4. Sect. 3. R. Salomo ad Genes. cap. 8. v. 2. etiam meminit חמי טבריא i. e. thermarum Tiberiadis, confer. etiam num. antec. 18. h. cap.

(20.) De hac urbe Tiberiensi vid. Id. Joh. Lightfoot. in Chorograph. Matthæo præmissa c. 72. & 73. Idem cap. 81. in dict. Chorograph. refert, quomodo & quando Talmud Hierosolimitanum in urbe illa conscriptum sit.

(21.) Hanc opinionem valdè dubiam puto eamq; Physicis discutiendam relinquo.

(22.) Josephus dict. l. 4. c. 26. nominat Σεμαθρείτιδα, confer. Egesipp. l. 4. de Bell. Jud. c. 14. & c. 16.

(23.) Idem refert Josephus dict. l. 4. c. 26. in fin. &

ream (24.) reversus est, ut universum exercitum omnesque copias suas ibi contraheret & Hierosolymam obsideret eamque oppugnaret; (25.) sed dum ille in eo erat, ecce legati ad ipsum venerunt ex urbe Roma, dicentes: mortuus est Nero, Cæsar Romanus, qui, dum in agris venationi operam dedit & unà cum principibus suis feras consectatus est, igne cœlitùs delapso (26.) interiit; ei successit Galba & imperio Romano solùm anno (27.) præfuit, qvo nondum finitô principes Romani propter æmulationem imperii illum percusserunt (28.) atqve interfecerunt eique in imperio substituerunt Vitellium (29.) virum stolidum, improbum, crudelem & ebrium, (30.) cui haudquaqvam regnare, multo minus imperio Romano præesse conveniebat; omnes autem principes, qvi majestatis Imperii Romani conservandæ causa Vespasianum tunc temporis comitabantur, cùm legatorum illorum verba audissent ac vidissent, Neronem Cæsarem plagâ divinitùs immissâ (31.) periisse & Romanos ei Galbam successorem substituisse ac mox eundem primo imperii anno è medio sustulisse, deinde illos Vitellium, virum improbum, sceleratum (32.) & ebrium,

ההם ברצונו ויתוך את חומותיהם׳ ויסע משם ויבא על קיסריה לאסוף שם את כל חילו ואת כל עמו לבוא על ירושלם למלחמה לצור עליה ולגרה מלאכי באו אליו מן רומא ויאמרו לו כי מת ניארון הקיסר על רומא בצודו בשדות אשר בפלה אש יי עליו מן השמים מידי לכתו לצוד ציד עם שריו ויומת׳ וימלוך תחתיו גלבא וידו קיסר על ממשלת רומא שנה אחת ובתוך השנה הזאת הכזדו שרי הרומי׳ אשר קנאו בי על הממשלה וימיתוהו וימליכו תחתיו את בוטלין ובוטלין היה איש בסיל רע ואכזר ושכור ולא נאה לו למלוך אף כי להתקסיר וישמעו כל שרי הרומי׳ אשר היו עם אספסיונוס הפתה לבבו׳ הממשלה אשר לרומה את דברי המלאכי׳ ההם ויראו כי מת ניארון הקיסר בפגע יי׳ ברומי׳ אשר ברומה המליכו אותיו את גלבא ויכזדו וימיתוהו תוך השנה הראשו׳

& c. 27. vid. etiam Egesipp. l. 4. de Bell. Jud. c. 16. & 17. ubi urbis istius descriptio habetur.

(24.) Consentit Josephus dict. l. 4. c. 29. & Egesippus l. 4. de Bell. Jud. c. 20.

(25.) Vespasianus enim fortunâ famaque & egregiis ministris intrà duas æstates cuncta camporum omnesque præter Hierosolyma urbes victore exercitu tenebat, inquit Tacitus Histor. lib. 5. c. 10.

(26.) Idem refertur etiam in Josippi Epitome pag. 224. sed longè aliud mortis genus describit Suetonius in vita Neronis cap. 49. confer. etiam Egesippus l. 4. de Bell. Jud. c. 20.

(27.) Suetonius in vita Galbæ cap. 23. scribit, illum mense imperii septimo periisse, confer. Egesipp. l. 4. de Bell. Jud. c. 21. & Josippi Epitom. pag. 224.

(28.) De morte Galbæ vid. Id. Sueton. in ejus vita cap. 19. & 20. ac Joseph. l. 4. de Bell. Jud. c. 33. & Egesipp. loc. alleg.

(29.) Ita hic בוטלין, quod nomen in nostro habetur codice, interpretor; omissus autem est hoc loco Salvius Otto, imperator, forsitàn ideò, quia brevi tempore nimirum duobus & nonaginta diebus imperio præfuit, sicuti Suetonius in Ejus vita cap. 11. scribit, confer. etiam Joseph dict. l. 4. c. 29. & c. 33. atque Egesipp. l. 4. de Bell. Jud. c. 24.

(30.) De Vitellii luxuria & commessationibus vid. Idem Sueton. in ejus vita cap. 13.

(31.) Nimirum igne cœlitus delapso; quod tamen veritati historicæ non convenire suprà h. c. n. 26. probatum est.

(32.) Qui nequior superioribus Imperatoribus quasi fex resederat, prout scribit Egesippus l. 4. de Bell. Jud. c. 26.

הראשונה למלכותו ואנשיו המליכו את בוטלין והוא איש רע ובליעל ושכור ויחר להם מאד באדו ויקציפו השרי׳ ההם על דברי המלאכי׳ ההם ויאמרו שים ההמן השרי׳ הגדולי׳ הראוי׳ למלוכה ולקיסריות מרומה כי המלכת׳ איש שכור עלינו ואותו קטרהם בזקן הקסריות ואת כתר ממשלת הרומי׳ השפלתם ולמה לא המלכת׳ את הפתה אשר עמנו הוא אספסינוס אש׳ הוא גבור ואיש חיל ואיש חכם ומבין מלחמו׳ אשר לבר עיר׳ גדולות ובצורות והכניע גוים רבי׳ ועצומי׳ ומלכי אדירים הוחת ממשלת הרומיים וחזקן במלחמותנו להגדיל ממשלתנו ולהרחיבה ולהחזיב מקום מלכוסינו ונופף בו על גבורת ועל חבונתו וחכמתו טוב עצתו אשר אתו ברוחו יועץ נאמן בכל עצת המלחמה וכאשר ידמה כן יהיה ועתה תחת אשר הוד׳ נאה לכם להמליך את אספסינוס או איש כמוהו ואם הוא בלתי נמצא אתב׳ המלכתם עלינו איש בליעל ונבל ושכור השכלתם עשה ולהיום יכחר למשלת הרומי׳ המנוגע הראוי והמלך הנאות לכבודה׳ ויתעצו כל שרי הרומי׳ אשר היו עם אספסינוס להמליך ולקטר את אספסינוס ולהפקידו על ממשלת הרומי׳ למלך ולקיסר׳ ויבאו כלם בעצה אחת ויקומו על אספסינוס ויאמרו אליו אתה תמלוך עלינו כי לך יאתה מלוכת ממשלת רומא ואיש כמוך ימלוך עלינו ויהקם בממשל׳

um, Imperatorem declarâsse, valdè irati sunt (33.) maximumqve dolorem ex legatorum illorum dictis conceperunt atque eis dixerunt: an nulli amplius supersunt principes & magnates, qui Imperio Romano ac Cæsarea majestate digni sint, dum in ebrium contuliſtis imperium eumque Cæsarea majestate honorâstis, atque imperii Romani dignitatem contemptui exposuistis? cur non Imperatorem feciſtis hunc, qui apud nos est, principem Vespasianum, virum fortem, strenuum, prudentem bellique peritum, qui maximas & munitissimas urbes cepit atqve multas validasque gentes ut & reges potentissimos Romanorum imperio subjecit? qui in militia consenuit, (34.) ut imperium nostrum augeret idqve majus redderet, ac fines Romanæ ditionis latius propagaret, qvi præter fortitudinem, prudentiam & sapientiam, consiliorum quoque dandorum peritiâ optimè instructus est, quibus bella feliciter administravit nec eventus consilia ejus destituit, quocircà aut Vespasianus aut alius ei similis à vobis eligendus fuisset imperator; sed quia ejusmodi vir apud vos inventus non est, imprudenter sanè feciſtis, quòd hominem nequam, stolidum atque ebrium imperio Romano præfeciſtis; Deus autem rectorem & moderatorem eliget, Romanorum imperio & majestatis dignum. Posteà omnes Romani principes, qui circà Vespasianum erant, consilium inierunt, ut illum facerent Cæsarem eumque Romanorum imperio præficerent; itaqve omnes unanimi consensu & consilio Vespasianum adeuntes dixerunt: Tu nobis imperabis, tibi enim Romanorum convenit Imperium, ejusmodi vir, qualis tu es, nos gubernet & Cæsaris munere fungatur, nunc igitur impera nobis, prout tibi visum fuerit; tuum erit, præcipere, nostrum verò, præcepta exeqvi; ast Vespasianus illorum dictis obtemperare & imperium, ab eis oblatum,

(33.) Vid. Joseph. l. 4. de Bell. Jud. c. 36. & Egesippus loc. alleg.

(34.) Confer. hic Josephus & Egesippus loc. citat.

tum, accipere noluit: (35.) tunc illi vehementius instare atqve urgere cœperunt & eundem in sellâ collocârunt Imperatoria regiumque diadema atqve Cæsareum insigne ipsius capiti imposuerunt; sed ille manum admovit, ut regium diadema capite suo detraheret, quia Imperium & dignitatem Cæsaream admittere recusavit; tunc Romani strictis gladiis eundem circumstantes (36.) dixerunt: impera nobis nec imperium respue, nam si id recusaveris, ferrô interibis. Vespasianus igitur, animadvertens, eorum esse propositum, ut se vi cogerent ad imperium suscipiendum, atque illos perniciem sibi & interitum minitari, si illud detrectaret, tandem metu mortis adactus Imperium ac potestatem Cæsaream suscepit, quô facto omnes ei milites juramentum præstiterunt; ipse verò pactum cum illis iniit, fidemqve suam interposuit, sicuti Cæsarum mos est, atqve ita in solio sedit Imperatorio, ut Cæsar esset & rex regum. (37.)

CAP. XXIX.

PEr eosdem dies bellum in urbe Hierosolyma indies magis magisque crevit, ac multum sangvinis ibi effusum fuit propter Johannis, hominis perditi ac grassatorum principis, improbitatem, & ob cœterorum ducum, qvi illum seqvebantur & latronibus sangvinariis præerant, malitiam, qvorum propositum erat atqve consilium, ut urbem Domini ejusqve populum perderent. Eodem tempore vir qvidam sangvinarius ac neqvam ex nobilibus populi

(35.) Idem refert Josephus dict. l. 4. de Bell. Jud. c. 36. & Egesipp. l. 4. de Excid. Hierosol. c. 26. confer. etiam Josippi Epitom. pag. 224.

(36.) Consentiunt hic Josephus & Egesippus loc. alleg.

(37.) Priusquam autem honorem illum indueret Vespasianus, in Ægyptum festinavit ejusque urbem primariam Alexandriam occupavit, sicuti scribit Egesippus dict. l. 4. c. 26. & 27. ubi etiam ubis illius descriptio habetur.

populi Judaici, Simeon (1.) nomine, Hierosolymis fuit, hic iisdem, qvæ Johannes Galilæus, latronum princeps, posuerat, vestigiis insistens sangvinem innocentem effundere, bona rapere ac prædam in urbe Hierosolyma facere cœpit; is ipse, cùm paulò antè ab Anania, Pontifice, honoribus evectus & dux constitutus esset Hierosolymis, eidem adversarius evaserat, Ananias autem, Summus Sacerdos, posteà superior factus illum urbe expulerat. (2.) Posteaqvam igitur urbe egressus est, ipse levissimo qvoqve adsumpto latronum turbam sibi adjunxit, qvia secum reputavit, nisi improbos istos mihi socios abhibuero, non potero vindictam sumere de Anania Pontifice ejusque asseclis, qvi me cum infamia & dedecore Hierosolymis expulerunt, qvæ sanè ignominia viro, qvalis ego sum, minimè toleranda est, ut is magistratu & honoribus spoliatus furis atqve raptoris more vivat nec amplius dominetur qvocircà omnes tàm Judææ, qvàm Galilææ urbes pervagatus est & in illarum plateis præconis voce proclamari jussit, ac literas ad eos, qvi præsentes non erant, misit (3.) in hanc sententiam: qvicunqve dominum suum deserere vult aut qvisqvis vim passus & in terra sua oppressus est, aut qvicunqve servus libertatem qværit aut qvisquis rebellis ac refractarius est patri suo sive regi ejusve judicio, aut qvicunqve ære alieno gravatus est aut metuit, ne propter sangvinis innocentis effusionem in judicium trahatur ac propterea per sylvas & montes solus vagatur, aut qvicunqve scit, se propter flagitium aliqvod, qvod ipse commisit, capitalis judicii reum esse, aut si qvis prædari, rapere, adulterari, furari & occidere cupit, qvicunqve deniqve absqve ullo labore & sudore edere ac bibere desiderat,

(1.) Gioræ filius, patria Gerasenus, prout scribit Josephus l. 4. de Bell. Jud. c. 30. Tacitus Histor. l. 5. c. 12. Johannem Bargioram dictum fuisse refert; sed per errorem, quia Simon, uti jam dictum, Bargiora seu Gioræ filius fuit, confer. Egesipp. l. 4. de Bell. Jud. c. 22.

(2.) Idem referunt Josephus & Egesippus loc. alleg.

(3.) Vid. infrà h. cap. n. 11. ibique not.

משפט ואשביתה מגעם גרל וחמם
כרצונו וכנפשו׳ ויאספו עליו בעשרי אלף
איש רוצחים ושודדי׳ וסוררי׳ ומורים
ורשעים ופריצי׳ ויחל להרע לישראל
ולהרשיע בכל אשר יפנה׳ וישמעו יושבי
ירושלם ורבדגים והזקני׳ וענני הכהן
הגדול עמם את רעת שמעון כי רבה וכי
הוא הולך וגדל להרע לעם יי ויצי׳
להם מאד ויאמרו איה ירע לנו זה יהיה
מיוחנן האבוד׳ ויתועצו זקני ישרל ושוטי
הכהני׳ וענני הכהן הגדול עמהם ויאמרו
איש אל רעהו הכה ונשלחה אליו אנשי
חיל וגבורי מלחמה ויבואו עליו פתאו׳
אולי יוכלו להכותו או ללכדו חי ומת
תגדל רעתו יותר ונוסף גם הוא על
צדיני הגלחמי׳ בנו מפיה ומחרון ויהודו
לנו למוקש׳ וישלחו עליו חיל כבד מאד׳
מישראל ויהודה רכב ופרשי׳ עם רגלי
וילכו אליו פתאו׳ ויבואו עד מקו׳ מחניהו
ומצאו אותו הונה בשדות הזרע ומשחית
את הבואת הארץ ובודד ושודד ושופה
את הגרנות ושוסף ומשחית הכל מגדיש
ועד קמה ועד כרם ויית׳ ויהלוך זקני
נוחנה ירושלם את המחנה ויהלו להכות
בשמעון וכנוחנה ויכו בו ובפריציו מכה
רבה ואחרי כן נהפוק הוא על עם יי
ויקם עליה׳ לילה ויך בהם מכה רבה
מאד ויפנו האנשים הנשארי׳ ממחנת
ירושלם וישימו פניה׳ לנום ויך ירושלם
וירדוף שמעון אחריה׳ ויכם עד שערי
יהוש

siderat, is ad me veniat, ego jugum judicii ab illius cervicibus dejiciam & frangam, eumque jucunda ac dulci præda atque rapina pro lubitu & voluntate sua satiabo. His promissis latrones, raptores, rebelles, scelerati & grassatores invitati maximo numero ad 20000. sese ei aggregârunt; (4.) ipse verò hac improborum colluvie stipatus, quocunque se vertit, multa perpetrare flagitia & damna populo Israëlitico inferre cœpit; incolæ autem urbis Hierosolymæ, ut & Sacerdotes, Seniores atque cum illis Ananias Pontifex, cùm maximam Simeonis improbitatem & malitiam adversùs populum Domini indies crescentem audissent, ægro animo tulerunt ac dixerunt: jam plura nobis mala improbus iste inferet, qvàm Johannes tyrannus; quocircà Seniores populi Israëlitici ac principes Sacerdotum Summusqve Pontifex, Ananias, consilium inierunt & inter se dixerunt: agite, mittamus contrà illum viros strenuos cum militibus, qvi eum repentè adoriantur, forsitàn illum interficere aut vivum capere poterunt, priusquam ejus improbitas crescat & latius se diffundat atque ipse hostibus nostris, qui nos intrà & extrà urbem oppugnant, sese adjungat nobisque exitium adferat. Quapropter copias ingentes ex populo Israëlitico & Judaico, currus, equites ac pedites miserunt, hi igitur ad ipsius castra, in agris consitis posita, improvisò venerunt eo ipso tempore, qvo ille fructus terræ perdebat & devastabat atque horrea diripiebat & omnia, tàm manipulos ac segetes, qvàm vineas & oliveta igne consumebat & corrumpebat: quocircà Seniores exercitus Hierosolymitani divisis copiis cædis initium fecerunt & Simeonem ejusque milites grassatores maxima clade affecerunt; (5.) sed posteà fortuna vices mutante ipse populum Dei aggressus superior evasit & in-

(4.) Paraverat autem Simeon iste receptaculum sibi in vico, cui nomen Ajacis murus, sicuti refert Egesippus l. 4. de Excid. Hieros. c. 22. Josephus l. 4. de Bell. Jud. c. 30. locum illum Aim (al. Nain) appellat.

(5.) Vid. Joseph. l. 4. de Bell Jud. cap. 30.

ירושלם ויכהם עד השחית׳ ויפלו מהם
חללי׳ ברך הרבה מאד ולא נשארו מהם
כי אם מתי מעט׳ ויהי אחרי כן וילך
משם שמעון להלחם באדום ולהשיב
את מלכות אדום תחת ידו ולסור את
משמעתו כי היתה תחת יד ירושלם
וילך ראשונה על עזה כי עזה היתה גבורת
לכל ערי אדום והיא היתה ראשונה
לגבול אדום מפאת ירושלם׳ ויצא אדום
לקראתו בעמק כבד וביד חזקה וילחמו
עמו ולא הגביר חיל שמעון על חיל
אדום ולא חיל אדום על חיל שמעון
ויפרדו זה מזה ויסר כל איש מהם ויט
מבעל ריבו עם מתנגדו׳ ויחר לשמעון על
ככה מאד ויאמר טוב מיתי מחיי כי לא
יש יכולת בידי ללכוד את אדום ויום
שמעון מלהלחם בארום ויתן על גבול
ארץ אדום מנגד וישב שם׳ וישוב
לעיר עמהם עוד מלחמה ויהי הוא חושב
את מחשבות המלחמה אשר יערוך איך
יערכנה והנה יעקב האדומי בא אליו
והוא היה באדום נגיד הגבור חיל ואיש
מלחמות ורוצח ובשמעו את שמע שמעון
ואת שמע הקול אשר העביר כרת ברית
עמו ויבא אליו׳ ויאמר אליו את ידע
בעיניך עד אשר לא יכולת במלחמתך
הראשנ׳ ללכוד את אדר׳ ואתה לנפשך
כי

& ingentem in eo stragem edidit, (6.) adeò, ut ii, qui ex copiis Hierosolymitanis superstites remanserant, terga darent & Hierosolymam versùs fugerent; Simeon autem fugientibus insistens ad portas usque urbis Hierosolymæ eosdem cecidit & internecione delevit ita, ut viæ interemptorum cadaveribus undique opplerentur & pauci admodùm salvi atque incolumes evaderent. Posteà Simeon copias suas in Idumæam duxit, (7.) ut illam armis subjugaret regnumque Idumæorum potestati & imperio suo subjiceret, quia Idumæi tunc temporis ditioni Hierosolymitanæ subditi erant, quocircà primùm aggressus est Gazam, hæc enim inter omnes Idumææ urbes præcipua (8.) & in finibus Idumæorum prima Hierosolymam versùs sita erat; sed Idumæi cum ingenti exercitu validaque manu eidem obviam progessi manus cum illo conseruerunt; sed dum nec Simeonis exercitus Idumæorum copiis, nec Idumæorum copiæ Simeonis exercitu superiores erant (9.) & victoria in neutram partem inclinabat, unusquisque ab adversario suo desistebat & copiæ utrimque in castra quæque sua redibant; Simeon autem illud ægerrimè tulit ac dixit: satius mihi erit mori, quàm vivere, quoniam Idumæam subigere nequeo, dein ipse, cùm è prælio, adversùs Idumæos inito, reversus esset, ad fines Idumææ è regione hostium castra posuit ibique substitit eo animo, ut denuò cum illis acie decerneret. Dum itaque secum volvebat ac cogitabat, quomodo exercitum suum ordinaret, ecce Jacobus (10.) Idumæus, vir princeps & fortis bellique peritus, sed latro & ho-

(6.) Consentiunt Josephus loc. alleg. & Egesippus l. 4. de Bell. Jud. c. 22.

(7.) Idem refert Josephus dict. l. 4. c. 30. & Egesippus l. 4. de Bell. Jud. c. 23.

(8.) Hebr. גזרה, primaria, ita hic in nostro codice, Græcis dicitur μητρόπολις.

(9.) Josephus dict. l. 4. c. 30. idem refert ac scribit, quòd Simon habito conflictu & per totum diem tractò prælio ἔτε νενικηκὼς ἔτε νενικημένος διεχέθη, neque victor neque victus absscesserit, confer. etiam Egesippus l. 4. de Bell. Jud. c. 23.

(10.) De hujus Jacobi, Idumæi, consiliis, Simeoni datis vide plura in sequentibus hujus capitis, vid. n. 12. & n. 13. h. cap.

& homicida ad illum venit, nam, cum Simeonis famam audisset & id, quod à Simeone passim divulgatum erat, (11.) percepisset, fœdus cum eo pepigit & ad illum se contulit eique dixit: noli ægrè ferre, quòd in prælio superiori Idumæam subigere non potueris, nec tecum cogita, quòd Idumæorum manus adeò prævalida sit, ut illos superare nequeas, eos quippe vincere atque omnes illorum urbes sub potestatem tuam redigere easque evertere poteris, si velis, modò consilio meo obtemperaveris, si id feceris, ego potestati tuæ Idumæam subjiciam; Simeon autem ei respondens: expedi qvæsò, inqvit, consilium tuum, nam, si eventus ei respondebit, magno te honore afficiemus, cui Jacobus: da mihi, ait, dimidiam copiarum tuarum partem, (12.) ego noctu abiens locum qvendam insidiis idoneum occupabo; tu verò manè prælium cum illis ini & si qvidem Idumæos tibi obviam progredi videris, hastam exere ac tergum verte, ut illos ex urbe in agrum, dum te fugientem persequuntur, elicias; ego verò cum militibus, qui mecum erunt, ex insidiis consurgam & ad portam urbis properans illius custodes interficiam atque ita occupata ex improviso urbe quoscunque ibi invenerimus, ferrò interimemus tuumque vexillum in turri urbis erigemus, quò factò Idumæi, si vexillum tuum in turri urbis conspexerint, animis concident ac pavore consternati manus remittent; tu verò, revocatò à fuga gradu illos adorieris eosque pro lubitu sub potestatem tuam rediges atque delebis, vel aliud tibi cape consilium: (13.) en ego, qui diu illorum dux ac princeps fui, noctu ad urbem redibo, & si portarum custodes me, unde veniam, interrogaverint, respondebo, quòd ex castris Simeonis, quæ exploraverim & speculatus sim, redeam, posteà Seniores urbis adibo eisque ita dicam: si co-

כי יד הזקה היא מאד יד אדום ולא תוכל עליה כי יכול הובל לאדו גם כי תהרי את כל עיי אדום כי תלבדם אם תרצה רק כי תשמע לעצתי והנני מסגיר את אדום בידך ויענהו שמעון לומר דבה נא עצה ודבר הלום וכי יבא דברך ובבדנוך ואמר שו הנה בידי חצי העם אשר אתך ואלכה לי לילה ואשב במקום באורב האורב והיה בבוקר השכ' נא וערכת עמה' מלחמה וכראותך כי יבואו האדומי' לקראתך והריקות את חניתיך ופנית לנוס והתנתקם מן העיר אל השורה כי ירדפו אחריך ואני עם העם אשר אתי נקום ממקום מארב האירב ונחיש אל פתח השער ונכה את שומרי השער ונבואה העיר פתאום ונכה את המצאי' בה לפי חרב ונרים נסך על דמגדל אש' לעיר ובראותם האדומים את נסך על מגדל עיום יפלו ידיהם ויחת לבם ויחרד ויתר ממקומו ותשוב עליה' והלבדם ברצונך והחרים' או לקח לך עצה אחרת' הנה אני לי ימי רבים נגיד עליה' וגבורם אשוב אל העיר לילה והיה כי ישאלוני האנשים השומרי' בשער מאין חבא אעגם אשר אני בא ממחנה שמעון אש' הלכתי לרגל ולתור' ואלבה לי אל זקני העיר ואומרה אליהם הגד נא לי את גבוריכ' ואני אסגיר בידכם את שמעון אם ישוב להלחם כי תרתי את כל מחנהו ויבולתו נראתה אלי ושמעתי

(11.) Confer. suprà num. 3. h. cap.
(12.) Hic primum datur à Jacobo consilium.
(13.) Hic alterum datur consilium, quod etiam ducibus exercitus placuit & effectui datum est, de quo paulò post num. 25. h. cap.

si copias vestras fidei meæ commiseritis, ego Simeonem, dum is manum denuò conseret, potestati vestræ tradam, nam omnia illius castra exploravi ac vires ejus mihi notæ sunt, audivi etiam, illos (14.) hûc venturos esse, ut prælium adversùs nos renovent; tu verò, quamprimùm crastinus dies illuxerit, exercitum tuum instrue & mecum prælio dimica, ego primus antè aciem pugnabo; tu autem, cùm me tibi obviam ire videris, hastam tuam contra me exere, quò factò fugam capessam, dehinc Idumæi simùl animis concident & terrore consternati terga dabunt; tu verò eosdem persequere ac comprehensos interfice; facilè autem illorum oppida occupabis, si priùs Gazam, urbem illam amplam, sub potestatem tuam redegeris. Simeon itaque, cùm de Jacobi Idumæi consilio cum exercitus sui ducibus deliberàsset, illi secundum ejus consilium (15.) approbârunt idque effectui dandum esse censuerunt. Jacobus igitur Idumæus noctu Gazam venit ac Senioribus urbis indicavit, se Simeonem ejusque exercitum exploratum iviſſe atque sibi optimè notum esse, quomodo is superari & Gazensium potestati tradi possit, quò cognitò Seniores Gazæ Jacobum militibus suis præfecerunt eisque præceperunt, dicentes: etiamsi vos omnes strenui sitis milites; attamen prudentia & solertiâ militari non ita instructi estis, quapropter quocunque se verterit Jacobus, vos quoque eundem sequimini, sive se moveat sive quiescat, sive stet sive eat sive fugiat, sive revertatur, vos ei in omnibus obtemperate nec latum ungvem ab illius præceptis recedite. Simeon itaque die illucescente cum omnibus copiis suis advenit, quò auditò Jacobus Idumæus milites suos convocavit ac hosti obviam progressus est; sed dum propius accedens videbat, quòd Simeon hastam suam contrà se exsereret, ipse ex acie in fugam sese conjecit, quem

ושמעתי אשר בבקר לאור היום יבוא אלינו עוד להלחם בני' ואהה השנם בבקר ובאת אלי וערכת עמו מלחמה כי אני אהיה בפני המלחמה והיה בראותך כי אני בא לקראת' דרך תניחך אלי ופניתי אני לנוס לפניך ונתחם מהחה ומרך לב בלב האדומי' וינוסו וחדבת אחוריהם ולברח' ודבית' והבוא בעריהם בלבדך את העיר הגדולה היא עזה' ויתיצן שמעון עם אנשי מחנהו על עצת יעקב האדומי והבשר בעיניהם העצה השניה ויאמרו לעשותה' וילך יעקב האדומי לילה בעזה ויגד לזקני עזה כי הלך לגל את שמעון ואת מחנהו וכי הוא רביד אשר יסגירנו בידם וישימוהו וקני עזה לקצין עם גבוריהם' ויאמר אותם לאמר אתם אונב' מבוני מאד בהתחבולות המלחמות ואם בלבם גבורים ולבן פנו לכם כאשר יפנה יעקב ואם יסע מעו ואם יחנה חנו ואם יעמוד עמדו ואם ילך לבו ואם יברח ברחו ואם ישוב שובו ולא הסורו מכל אשר יצוה אתכם ימין ושמאל' ובבקר לאור היום והנה שמעון בא עם כל מחנהו ויעקב יעקב האדומי את גבוריו ויצא לקראתו' ויהי כי הקריב לבוא אליו וירא כי הריק שמעון אליו את הניהו למולו ויברח מהמלחמה וגבוריו עמו ובראות עם אדום הנשאר כי יעקב ברוח מהמלחמ' והוא היה גבורם וקציניהם ויפנו כלם לנוס מפני שמעון וירדוף הוא אחריה' ויכם מכה

(14.) Nimirum Simeonis milites, de quibus paulò antè dictum est,
(15.) De quo suprà hoc cap. num. 13. dictum est.

מכה רבה מאד וילכד׳ וילכוד את עורה׃
וידוו יושביה עברי׳ לשמעון׃ ויסע משם
שמעון ועמו ארבעי׳ אלף איש גבורי חיל
מאדום ויהודה ואנשיו הגדילו לעשות
שם מרוב השלל אשר שללו מבחי
האדומיים הגדודגים במלחמה ואתר
האדומיי הנשארי׳ הנלכדי׳ חיי השלימו
עמו ויברות להם ברית ואמנה וילכו עמו
ויעברודו ויגדל עוד מחנהו מאד׳ וילך
דברותה וילכדה ויקח את שללה וישרוף
את תבואתה ואת קצירה ויבן את עיר
תברון ויגדור פרצותיה אשר נפרצו
במלחמה וגבוריה הנשארי׳ ממות במלחמה
השלימו עמו ויקרל׳ ויעבודהו וילכו עמו׳
ויסע משם עם מחנהו וכי גדל עוד מאד
בראסף גבורי תברון עמד וישרף פנו
ללכת את ירושלם וילך סביבות העיר
וישחתו את תבואתי׳ ואת קציר׳ ואת
קמותיה וגדישיה׃ וישמע יוחנן הגלילי
שר הרושתי׳ וקצין הפריצים כי בא שמעון
אל ירושלם לצור עליה וכי השחי׳ את
כל סביבותיה ויבקש לצאת עיו מירושלי׳
להלחם בו׳ ויחת ממנו להלחם בו פנים
בפני׳ כי אמרו לו מרגליו אשר לא יוכל
לו כי נפול יפול לפניו אם יראה פניהם
עמו כי רב מאד מהנהו׳ וכשמוע יוחנן
את דברי מרגליו ויצא מירושלם ויארוב
לו על הדרכן ודבה אשת שמעון אשר
היתה בירושלם יצאה מירושלם עם
עבריה

cùm milites ejus ſecuti eſſent, cœteri quoque Idumæi, animadverſâ Jacobi, principis & ducis ſui, fugâ, omnes pariter terga dederunt Simeoni, qui eosdem perſequens maximâ clade affecit. Devictis itaque Idumæis Gaza quoque capta eſt ejusque incolæ in ſervitutem redacti ſunt à Simeone, qui cum exercitu 40000. hominum, tàm ex Idumæis, quàm Judæis collectorum, caſtra inde movit; milites autem ejus magnam nominis famam ſibi acquiſiverant propter opima ſpolia, quæ ex Idumæorum, in prælio interfectorum, domibus abſtulerant: cœteri verò Idumæi, qvi vivi in poteſtatem redacti erant, pacem cum Simeone fecerunt, qui etiam fœdus cum illis pepigit, quocircà ipſi eundem ſecuti ſunt eique obtemperârunt, unde exercitus ejus valdè auctus eſt. Poſteà Simeon Hebronem (16.) venit eamque ſubegit & diripuit atque illius fructus & meſſem corrupit; (17.) ipſam verò urbem ædificavit ejusque muros, qui in bello diruti erant, reparavit ac milites, qui in urbe ſuperſtites ex bello relicti erant & cum illo pacem inierant, recepit, eosque ſecum duxit; inde cum exercitu ſuo caſtra movit &, quia illius copiæ militum Hebronenſium acceſſione admodùm creverant, ipſe Hieroſolymam petere ſibi propoſuit, ad cujus loca circumjacentia cùm perveniſſet, tàm ſegetes illorum ac manipulos, quàm meſſem ipſam corrupit; (18.) Johannes autem Galilæus, latronum princeps, & graſſatorum dux, cùm vidiſſet, Simeonem urbi Hieroſolymæ appropinquare, ut illam obſideret & animadvertiſſet, omnia loca circumjacentia ab eo devaſtari, Hieroſolymâ egredi voluit, ut manum cum illo conſereret; aperto tamen marte cum eo congredi non eſt auſus, (19.) quia exploratores ei renunciaverant, ipſum viribus haud parem

(16.) De hujus urbis vetuſtate vid. inter alios Egeſippus l. 4. de Bell. Jud. c. 23.
(17.) Idem refert Joſephus dict. l. 4. c. 31. & Egeſippus loc. alleg.
(18.) Conſentit Joſephus dict. l. 4. c. 32. & Egeſippus loc. alleg.
(19.) Idem refert Joſephus loc. citat. & Egeſippus dict. l. 4. de Bell. Jud. c. 23.

עבריה ועם שכחות ה לנום ל שמעון
אישה כי פחדה פן יפגעו בה אנשי
יוחנן וימיתוה על רעת שמעון ויולדה
יוחנן האורב וישיבה ירושלימ׳ ויבואה
העירה ויתגאה הוא ואנשיו על שמעון
בלבבם בלכדם את אשתו ואת שפוחיתיה
ויאמרו עתה יפול שמעון בידינו וידעה
לעשות רצוננו כי לא יכלה אשתו ללכת
אליו כי לכרנוה׃ והוא אדבה מאד
ובגללה יעשה את כל אשר נחפץ ויגד
הדבר לשמעון וילכוד גם הוא רביב
מאנשי יוחנן ויקצץ את בפוחיה׳ בל כף
ימין וישימם לחרפה על יוחנן וישלחם
וירושלם אל אדניהם׃ וישלח שמעון אל
יוחנן לאמר שלח את אשתי ובא אלי
היא וכל אשר לה ואם לא תאבה לעשו׳
כן מרה תורה באחרונה לך ולקחתי
העיר הואת גם כל האנשי׳ אשר אלכור
מאנשיך את ידיהם ואת רגליה׳ אכרות
והיו לך לחרפה׃ ויירא יוחנן ואנשיו
ממנו יראה גדולה מאד וישלחו לו את
אשתו וישב שמעון מחרץ לירושלם ויוחנן
בחוב׳ מחרץ השכל חרב שמעון ומחתרי׳
אימה מפני יוחנ׳ כי אנשי יוחנן היו
מלומדים לגמל את נשי ישראל ולנאוף
בהם ולשפוך דם נקי וישמעון או פנה
מעט מירושלם וילך לו אל אדום כי
שמע אשר עשיתי אדום ובגדו בי׳
וישלח ידו ויבחו את העי׳ אשר לאדו׳
וישללם עד בלתי השאיר להם דבר ויעשר
עושר

fore, ſed ſuccubiturum eſſe, ſi acie inſtructa contrà Simeonem pugnare velit, quoniam maximas ille copias ſecum duceret. Quocircà Johannes, cùm exploratorum dicta audiſſet, Hieroſolymis egreſſus inſidias in via locavit, poſteà Simeonis uxor, quæ hactenus Hieroſolymis commorata erat, urbe unà cum ſervis, ancillis, famulisque ſuis exiit, ut ad Simeonem, maritum ſuum, fugeret, quia metuit, ne à Johannis militibus comprehenderetur & ab illis propter improba Simeonis facinora interficeretur. Hanc itaque Simeonis uxorem Johannes in inſidiis latens cepit eamque in oppidum reduxit, (20.) quapropter ipſe ejusque milites elatis contrà Simeonem animis, quod illius uxorem & ancillas cepiſſent, dixerunt: nunc Simeon ſub poteſtatem noſtram redigetur ac voluntati noſtræ morem geret, quoniam illius uxor, quam cepimus, ad ipſum venire nequit atque ille eandem valdè amat & ejus gratiâ, quodcunque nobis placuerit, faciet: aſt Simeon ea re cognita multos ex Johannis militibus cepit atque illis omnibus dextras amputavit (21.) eosque in Johannis opprobrium & ignominiam ad ipſorum dominum Hieroſolymam remiſit; poſteà Johanni nuntiari juſſit: dimitte uxorem meam, ut unà cùm omnibus ſuis ad me veniat, ſi id recuſaveris, maximum inde malum tibi orietur, nam ſubacta urbe iſta omnium virorum tuorum, quoscunque cepero, manus ac pedes abſcindam, ut tibi dedecori ſint & opprobrio; his dictis Johannes omnesque, qui circà illum erant, vehementer perterriti Simeonis uxorem ei remiſerunt. (22.) Simeon itaque foris, Johannes autem intùs urbem Hieroſolymam in anguſtias adduxerunt; extrà Simeonis ferrum omnia vaſtavit, intrà metus fuit propter Johannem, cujus milites cum fœminis populi Iſraëli-

(20.) Conſentiunt hìc Joſephus & Egeſippus loc. citat.
(21.) Idem ſcribunt Joſephus & Egeſippus loc. alleg.
(22.) Conſentiunt hìc Joſephus & Egeſippus loc. ſuprà citat.

tici rem habere easque per vim ſtuprare ac ſangvinem innocentem effundere conſveverant; Simeon autem copias ſuas pauliſper ab urbe Hieroſolyma abduxit & in Idumæam abiit, quia audiverat, ab Idumæorum principibus defectionem parari, quapropter per milites ſuos Idumæorum urbes diripuit easque ſpoliavit, adeò, ut illis nihil reliqui faceret; ſic ingentes ſibi divitias comparavit. Dein caſtris ex Idumæa motis cum omnibus tàm Judæorum, quàm Idumæorum copiis, quas circà ſeſe habebat, iterùm venit Hieroſolymam (23.) & ad portam urbis caſtra locavit; Johannis autem ejusque militum improbitas indies crevit Hieroſolymæ, nam incolas urbis ad homicidia & adulteria perpetranda aſsvefecerant, ſtuprandique libido quotidiè in urbe major evaſit, nonnulli quippe adoleſcentes ex populo barbas ſuas abraſerunt comasque nutriverunt & muliebribus induti veſtimentis (24) in publicum prodierunt virorumque turbæ ſeſe immiſcuerunt, ut ſtupra cum illis committerent, (25.) quæ ſanè improbitas & abominanda libido (26.) Hieroſolymæ exitio fuit atque ruinæ. Urbs itaque clauſa tenebatur, nec quisquam illam ingrediebatur aut ea exibat, nam egrediens Simeonis gladio interibat; remanens autem in urbe dedecus & ignominiam ſuam videbat, quocunque oculos ſuos verterat, qui contrà vel hiſcere audebat, is ſtatim Johannis Galilæi, homicidarum & graſſatorum ducis, gladiô interficiebatur: quapropter incolæ urbis, cùm Johannis iſtius tyranni improbitatem quotidiè in urbe creſcere vidiſſent, coadunatis viribus cum Johanne ejusque militibus pugnârunt; ſed ingens multitudo

עוטה גדול· ויסע מאדום ויבוא עוד אל
ירושלם מחניו ועמו כל חיל אדום וחיל
יהודה אשר נאספו אליו ויחן על שער
העיר· ויגדל רעת יוחנן שר הפריצים
ורעת אנשיו בירושלם כי למדו את אנשי
ירושלם לרצוח איש את רעהו ואיש את
אחיו ולנאוף איש את אשת רעהו ויהי
הזנות בתוך העיר· וגם מקצת העם
ובחוריהם היו מגלחי שער וקנם ואת
שער ראשיהם מגדלים והיו לובשי בגדי
נשים והולכי ומתערבי עם הנשים
למען ינאפו בהם ודרכה והתועבה הגדולה
הואת היתה לירושלם לשמה ולשערוריה·
והסגר העיר ואין יוצא ואין בא כי הוצא
יומת בחרב שמעון הפריץ והיושב בעיר
יראה בשתו והרפתו מכל פאה ופנה
ובי ידבר דבר יומת בחרב יוחנן הגלילי
שר האבזרים והרציחים· ויהי העם כי
גדלה רעת יוחנן האכזר בתוך העיר
ויקהלו אנשי העיר להלחם ביוחנן ואנשיו
וילחמו עמו ויפול מעם ירושלם עם רב
מאד· ולולי חיל אדום אשר בתוכו מפני
רעת שמעון ויאספו אל ירושלם לעזר
לעיר ולעמה כי אז השחית יוחנן ואנשיו
את כל העם היושב בירושלם עד תמו
ויהא ענני הכהן הגדול והבהנים האחרי·
והזקנים ואנשי האמונה והחכמה ושאר
כל

(23.) Idem referunt Joſephus dict. l. 4. c. 34. & Egeſippus l. 2. de Bell. Jud. c. 25.

(24.) Conſentiunt hic Joſephus & Egeſippus loc. alleg.

(25.) Contrà hujusmodi ἀρσενοκοίτας vid. Paul. ad Rom. c. 1. v. 27. Joſephus dict. l. 4. c. 34. vocat ejusmodi detestandos concubitus ἀδιμήτους ἡδονάς, conſer. etiam Egeſipp. l. 4. de Bell. Jud. c. 25.

(26.) Dum viri muliebria exercent, effœminant vocem & fluxu corporis ſexum diſſolvunt, prout loquitur Egeſippus loc. alleg.

כל העם הנותר בירושלי כי גדלה רעת
יוחנן ואנשיו בקרב העיר ולא יכלו עוד
לסבלה ויועצו כלם להחת את ירושלם
ביד שמעון להביאו העירה· אליהם
ולהמליכו עליהם למען יהיה להם לעזרה
בצדקם מרעת יוחנן כי רבידו את יוחנן
רע ממנו ויאמרו כי יבוא היא ביוחנן
וישמידהו ויאבדהו· וישלחו אליו את
אמתי הכהן להביאו העירה וימאן שמעון
במרמה לאמר לא אחפץ לבוא אליכם
העירה כי אתם שנאתם אותי ותשלחוני
מאתכם· ולא אבוא לבוא אל ירושלים
ברצון העם היושב בה וישלחו עוד את
אמתי אליו וידבר אליו תחנתים נאת
העם ויפצרו בו ויבוא לילה הוא וכל חילו
אל ירושלם· ויהי בבואו שמעון אל
ירושלם ויפר את בריתו אשר כרת לאנשי
העיר להורג עמם לעזרה ויהפך להם
לאויב ויתאמץ בברית עם יוחנן· וימלכו
שני הפריצים האלה עיר ירושלם וחלק
בחלק חדש בחדש ואשר לא היה יכול
מהם בא שמעון לירושלם לסבול עול
פריץ אחד נטה שכמו היא בבואו לסבול
עול שניהם· ואחרי כן אחר ימים אחדי
ותהי מכשלת איבה ושטנה בין יוחנן
ושמעון בגלל אלעזר הכהן בן ענני הכהן
הגדול הפריץ הראשון לישראל כי שמעון
רצה להמית את אלעזר לנקום נקמות
מאביו אשר השליכו מירושלם ויוחנן
היתי

do ex populo Hieroſolymitano occubuit, & niſi Idumæorum copiæ, quæ ad Simeonis improbitatem & ſcelera evitanda ſeſe Hieroſolymam contulerant, urbi ejusque populo opem tuliſſent, omnes incolæ urbis à Johanne ejusque militibus penitùs deleti fuiſſent. Ananias autem Pontifex cœterique ſacerdotes ac Seniores, ut & viri, fide prudentiaque conſpicui, atque univerſus populus Hieroſolymitanus, qui adhûc ſupererat, dum Johannis ejusque militum flagitia ac ſcelera in urbe adeò creſcere viderunt, ut diutius ferri non poſſent, omnes unanimi conſenſu atque conſilio decreverunt, ut urbs Simeonis poteſtati traderetur isque intrà urbem reciperetur & ad opem duris in rebus ferendam rex declararetur contrà Johannis improbitatem, quia illum Simeone multo nequiorem eſſe reipſa deprehenderant; quapropter exiſtimantes, Johannem à Simeone ſuperari, perdi ac deleri poſſe, Amithæum (27.) Sacerdotem ad Simeonem miſerunt, ut illum in urbem introduceret; aſt Simeon iſtud callidè recuſavit, dicens: ego urbem veſtram intrare nolo, quia infenſo ergà me eſtis animo atque me urbe expuliſtis, ſic ad incolarum urbis petitionem Simeon Hieroſolymam venire detrectavit: quô cognitô Amithæus denuò ad illum miſſus fuit, qui eum populi nomine ſupplicite oraret atque vehementer inſtaret, quibus precibus Simeon tandem locum dedit & unà cum omnibus copiis ſuis Hieroſolymam noctu intravit; quo facto ipſe fœdus, cum incolis urbis auxilii ferendi cauſa initum, rupit & hoſtilem contrà illos animum induit viresque ſuas per pactum, cum Johanne factum, auxit: ſic duo iſti graſſatorum duces Hieroſolymis tyrannidem alternis menſibus per vices exercebant, & qui unius graſſatoris jugum ferre non poterat, priusquàm Simeon Hieroſolymam intraret, is jam utriusque jugo, poſtquàm Simeon quo-

(27.) Joſephus dict. l. 4. c. 34. Matthiam vocat, ſic & Egeſippus l. 4. de Bell. Jud. c. 25. conſer. infrà cap. 42. n. 1.

quoque eò venerat, humeros submittere necesse habebat; sed non multo post inimicitia atque odium inter Johannem & Simeonem intervenit propter Eleazarum Sacerdotem, Ananiæ Pontificis filium, qui primus ac præcipuus grassator in populo Israëlitico fuit. Nam Simeon Eleazarum interficere voluit, ut hac ratione de ipsius patre, Anania, qui Simeonem Hierosolymis expulerat, vindictam sumeret; Johannes autem Eleazari partes fortiter defendit, quia ille ab initio Johanni ad rapinam & vim faciendam opem tulerat ac primus fuerat, à quo grassatorum potestas in populo Israëlitico originem traxit, quoniam ipsius pater Summus Sacerdos & princeps Hierosolymis erat, quo factum est, ut Seniores Eleazaro parcerent nec in illum animadverterent, imprimis, quia nec pater ejus illum objurgavit aut punivit, propterea, quòd unicus ei filius esset. Eleazarus enim primus fuit, qui raptores & grassatores coadunavit, ut unum constituerent agmen, atque is primus Johanni Galilæo, statim atque ipse Hierosolymam venit, opem tulit, hanc itaque ob causam inimicitiæ inter Simeonem & Johannem obortæ sunt, atque ii sibi invicem hostes evaserunt, atque bellum inter illos, quamdiu vixerunt, duravit, sicuti amplius enarrabimus.

היה יהו חוקה עם אלעזר בי מראש היה
אלעזר עם יוחנן לעזר על החמם והשוד
כי הוא היה הראש אשר על יהן צמחה
ממשלת הפריצות בישראל שהיה אביו
כהן גדול ומושל בירושלם ונשאו לו
פנים הזקני׳ ולא ויסרהו גם אביו לא
הוכיחו ולא יסוך כי היה יחיד לו והוא
היה הראשון אשר קרב את אנשי החמס
להיות לאגודה אחת׳ והוא עזר ליוחנן
הגלילי בבאו הוללה אל ירושלם ולבן
נפטרו שמעון ויוחנן על כבה מאז וידפנו
לאויבי׳ והדי המלחמה ביניהם כל הומי׳
כאשר נספר עוד׳

CAP. XXX.

בימים ההם שלח אספסיאנוס את
אנטוניוס ואת מנקימינוס שני שרי
הגד׳

PEr idem tempus Vespasianus Antonium (1.) & Mutianum, (2.) præcipuos duces suos, ablegavit, qui captatò inter se sapienti consiliò decre-

(1.) Hebr. אנטוניוס, sic enim hic legendum, pro אנטונינוס, i. e. Antoninus, prout in nostro codice mendosè legitur, hujus Antonii inter alios etiam meminit Tacitus Histor. l. 2. c. 86. & alibi, ut & Suetonius in vita A. Vitellii cap. ult. confer. etiam Josephus l. 4. de Bell. Jud. c. 41. & Egesippus l. 4. de Excid. Hieros. c. 29.

(2.) Hebr. מוקיאנוס, sic cum Tacito Histor. dict. l. 2. c. 28. & 83. potius legendum puto, quàm מנקימינוס, quod in nostro codice corruptum habetur nomen, confer. etiam Joseph. dict. l. 4. c. 40. & Egesippus loc. alleg.

הגדולים ויועצו החכמי׳ לבוא אל רומא
ולהלחם עם בוטלין ימי׳ אחדי׳ ולהמיתו
ואח׳ ילך הוא שם להתקסר במשפט
חוק הקסריות ברומא ולחדש את כתר
מלכותו שם׳ ויולכו ב׳ השריהם ברומא
ויקבעו להם בחכמתם חיל גדול מאד
וילחמו עם בוטלין וימיתהו ויפלו במלחמה
הרוא שמני׳ אלף איש בחור מגבורי
הרומיים בתוך העיר הגדולה רומא׳
וישמע אספסיאנוס אחר כן כי הכה
בוטלין במלחמה וכי מח וכי משלו שריו
אשר שלח שם וימהר ללכת אל רומא
להתקלם בתוך הקיסריות במשמר׳ משפט
רומא ולחדש את כתר מלכותו לישוב
הממלכה נכונה בידו׳ ויחלק כ״ל עמו
להציים תצי העם הולך עמו לעזרה
ולמלחמה ותצי העם עזב עם טיטוס בנו
לצור על ירושלם וידי בלכת אספסיינים
לארץ הרומי׳ כאשר ספרנו ויעזוב את
טיטוס בנו באליסכנדריא ויצו אותו לאמר
אתה לא תסור מפה עד שלוח אליך
מכתב מרומא ואיעצה אליך מה תעשה׳
ולא תצור על ירושלם ואמר לו כן אעשה
אבי כדבריך צו עלי ואני אקי׳ מצותיך׳
וילך

decreverunt, ut Romam irent & cum Vitellio (3.) per aliquot dies pugnarent eumque interficerent; quò factò ipse Vespasianus Romam proficisceretur, ut ibi Cæsarum more imperium occuparet & imperatorium diadema renovaret. Quocircà duo illi duces Romam profecti ingentes copias prudentiâ sua coadunârunt & manum cum Vitellio conferentes eundem interfecerunt; (4.) hac in pugna 80000. milites Romani (5.) in ipsa urbe amplissima, Roma, occubuerunt: Vespasianus autem, cùm percepisset, Vitellium in prælio cæsum periisse (6.) & duces suos, â se missos, superiores evasisse, Romam celerrimè profectus est, ut ibi Cæsar (7.) Romanorum more salutaretur & sumpto diademate imperatorio potentiam sibi firmaret, quapropter divisis omnibus copiis suis, alteram illarum partem ipse secum duxit, ut sibi in bello auxilio essent; alteram verò penes Titum, filium suum, reliquit, (8.) ut is Hierosolymam obsideret. Vespasianus igitur, cùm secum constituisset, ut Romam proficisceretur, sicuti dictum est, Tito, filio suo, Alexandriæ relicto, præceptum dedit hisce verbis: noli hinc discedere nec Hierosolymam obsidione cinge, priusquàm tibi literas Româ misero, & quid tibi faciendum sit, consilium dedero, cui Titus respondit: ita faciam, mi pater, prout dixisti, tu modò impera, meum erit, mandata tua exequi. Quapropter Vespasianus Romam abiit, (9.) ut ibi imperium sibi stabiliret atque regem

(3.) Sic verto hic nomen: בוטלין, quod in nostro habetur codice, confer. suprà h. lib. c. 28. num. 29. & Joseph. l. 4. de bell. Jud. c. 41. & Egesipp. l. 4. de Excid. Hierosol. c. 29. & seqq. usque ad finem libri quarti.

(4.) De morte Vitellii vid. Sueton. in Ejus vita cap. 17. & Tacit. Histor. l. 3. c. 85. confer. etiam Joseph. dict. l. 4. c. 42. & Egesipp. l. 4. de Bell. Jud. c. 32.

(5.) Egesippus loc. citat. scribit, suprà quinquaginta (non: quingenta, uti quædam habent exemplaria) millia cæsorum numerata fuisse, cui etiam Josephus dict. l. 4. c. 42. consentit.

(6.) Vid. Sueton. dict. cap. 17. ut & Tacitus, Josephus atque Egesippus loc. alleg.

(7.) Confer. Joseph. dict. l. 4. c. 42. & Egesipp. de Bell. Jud. l. 4. c. 33.

(8.) Vespasiano enim utilius videbatur, manere apud exercitus Titum ad omnes principatus novi eventus casusve, prout scribit Tacitus Histor. l. 5. c. 10. confer. Egesipp. loc. citat.

(9.) Vid. infrà h. lib. 6. c. 59. n. 17.

וילך לו אספסינוס אל רומא וה"ה בלבותו
לחדש את מלכותו שם וילך עמו את
אגריפס המלך ומונבז בנו כי אמר אולי
ימרדו בי וילך עמהם ועמו אותי יוסף
הכהן אשור בכבלי ברזל כי אמרו לו
יועציו לאמר אמת הוא לא ראית מיוסף
את מדד מיום באו אליך וגם לא עלה
על מוחו בגד בונדי כי איש נאמן הוא
אמנם מי יודע אחרי נסענו אנחנו מפה
אם ישוב ונהם על עמו ויבחר לירושלם
וידוק את ידי וישביה מבבוותהו וחכמתהו
וישלים בין העם והפריצי אשר בתוכה
אשר דמה מביני במלחמותיהם את עם
ירושלם לשחתה וימליכהו וישבי ירושלי
עליהם ויהיה לנו לשטן גם אתה בלכתך
אל רומא צריך אליו כי חכם הוא ויועץ
נאמן וכל אשר ישמע לעצתו בכל אשי
יפנה יצליח ואספסיאנוס בשמעו את
דבריהם כשרו בעיניו ויוליכני עמו אשור
בכבלי ברזל בחבל אגריפס המלך ובנו
וגם הם הלכו אתו בלהי אסורי בכבל
לא ביד ולא ברגל רק כי היו נשמרים
בשומרי למען לא יברחו אנה ואנה
ויהי בהגיע אספסינוס לרומא ויצאו
לקראתו כל יושבי העיר ויקבלוהו בכבוד
גדול ובשמח ובטוב לבב ויודו לו לאמר
כי

regem Agrippam ejusque filium, Monebazum (10.) secum duxit, veritus, ne se absente res novas molirentur, me quoque, Josephum sacerdotem, catenis vinctum, unà abduxit, (11.) illi enim, qui Vespasiano à consiliis erant, ei dixerunt: verum quidem est, quòd in Josepho nullum defectionis signum deprehenderis, neque is ullam perfidiæ cogitationem unquam admiserit, ex quo ille ad te venit, nam fides ejus jam dudum perspecta est; sed forsitàn ille post discessum nostrum aliam induet mentem & populi sui misertus Hierosolymam aufugiet ejusque urbis incolis sese adjunget atque illos fortitudine ac prudentia sua juvabit & inter populum Hierosolymitanum ac grassatores, quorum animus est, incolas urbis bello internecino funditùs delere, pacem conciliabit eorumque regnum occupabit, atque nobis adversarius evadet; viro quoque isto, dum Romam abis, opus tibi erit, quia sapiens est & fidus consiliarius. quisquis enim illius obtemperabit consilio, is prospero in omnibus successu utetur. Vespasianus itaque, cùm illorum verba audisset, eisdem acquievit & me catenis constrictum unà cum rege Agrippa ejusque filio, qvi nec manibus nec pedibus vincti detinebantur, sed solùm custodes illis appositi erant, ne aliquò aufugere possent, secum duxit. Vespasiano autem Romam advenienti omnes incolæ urbis obviam iverunt eumque maximo honore, gaudio & lætitiâ exceperunt atque dignum esse dixerunt, qui Cæsarum more imperaret: dein ego Vespasiani mandato custodiæ traditus sum; Agrippas autem ejusque filius liberi dimissi fuerunt. Sequenti die

(10.) Sic מונבז, quod nomen hic habetur, vertere volui, Monebazis cujusdam regis liberalitas ergà pauperes laudatur à Talmudistis, prout refert Joh. Lightfoot in Hor. Hebr. Matth. c. 6. v. 1. pag. 288. edit. Lipsi. in Josippi Epitome p. 225. nominatur מונבז quod nomen Munsterus ibidem transtulit: Munaban; sed juxtà nostrum codicem videtur etiam ibi legendum esse מונבז per Dsain, non verò per Nun, in fine hujus nominis, vid. quæ suprà h. lib. 6. c. 5. n. 21. & infrà h. cap. 30. n. 31. notata sunt, confer. & D. Wagenseil Sota. p. 683. & Voisinii not. ad Martini Pug. Fid. part. 2. c. 7. fol. 360. col. 1. med. edit. Lipsi.

(11.) Confer. Josippi Epitom. p. 224. & quæ cap. seq. 31. n. 7. & 8. notata sunt.

כי לו נאה למלוך ולהתקסר כחק
הקסריות ויצו ויאסרו אותי בבית המהר
ואת אגריפס ובנו עובו לרצונם. ויהי
ממחרת היום ההוא ויאספו כל זקני
רומא לקסר את אספסינוס בחק הקסריו'
כמשפט רומא ואגריפס ובנו עמדם
ואתחננה לשר בית הסוהר אשר ברומא
להפקיד עלי שומרים ולהוליכני במורם
מלכות הקסריו' לראו' איכה וקסרו
הקסרי' במשפט רומא ואמצא חן בעיניו
ויעש כדברי ויביאני למושב מלכות
הקסריות אשור בכבלי ברזל ויעמדני
עמו במקו' אשר ראיתי את כל אשר
נעשה. ווה מעשה משפט הקסריות על
כי חק אשר ברומא יביאו את המתקסר
כל וקני הרומיים ואנשי העצר מבית
היכל אלהיהם ולפניו משחקי בצלצלי'
ובכנורות ובכל כלי זמר ושחוק ומחעים
בהצוצרות לפניו עד הגיעם עמו קרוב
לבית המלכות באלפים אמה כי בית
המלכות הוא בער א' במדינה קרוב לצד
היום

die omnes Senatores urbis Romæ convenerunt, ut Vespasianum veteri Romanorum more crearent Cæsarem: aderat autem etiam Agrippas ejusque filius; ego verò carceris præfectum, (12.) qui Romæ erat, rogavi, ut custodes mihi adjungeret meque ad locum, ubi Cæsares renunciantur, deduceret, ut Romanorum ritum in declarando Cæsare videre possem. is igitur petitioni meæ benignè annuens me catenis vinctum ad locum, ubi Cæsares creari solent, deduxit atque penes se ibidem collocavit, ubi omnia, quæ agebantur, conspicere poteram; ritus autem & mos Romanorum in declarando Cæsare iste fuit: universus Senatus Romanus ac Senatores eum, qui Cæsar renunciandus erat, è Templo Dei sui (13.) deducebant; citharœdi autem & cymbalistæ, ut & tubicines cœterique, qui omnis generis instrumenta musica pulsabant, illum præibant, (14.) donec propè regium palatium unà cum eo veniebant, cubitis ferè bis mille, nam palatium illud à latere urbis juxtà mare situm & paululùm quidem ab urbe remotum, ei tamen contiguum erat & cohærebat, atque istud parvum erat suburbium, (15.) cujus primum atrium 100000. equites capiebat; cùm itaque illi eò venissent, septem reges, (16.) à Cæsare coronis ornati, & à Senatu Romano electi ei obviam proce-

(12.) Hæc, ut & sequentia hujus capitis usque ad illius finem, videntur à Judæo quodam interpolatore adjecta esse, cùm nec apud Josephum Græcum ulla solennitatum illarum in creando Cæsare fiat mentio & multa hic narrentur, quæ fidei historicæ parum conveniunt, vid. num. 16. h. cap. ibique not. R. Azarias quoque in Meor enajim Part. 3. quæ inscribitur: Imre bina, cap. 19. hanc narrationem à Judæo quodam interpolatore additam esse scribit.

(13.) Jovis fortè Capitolini, de quo vide inter alios Tacit. Annal. lib. 15. c. 23. num. 3 & Liv. lib. 35. c. 41.

(14.) Quæ hic de Cæsarum creandorum seu declarandorum ritu adducuntur, fides eorum sit penes autorem; quomodo verò Pertinax & postea Severus Imperatores Romani sint declarati & quænam ibi solennia fuerint adhibita, vid. apud Herodian. Histor. lib. 2. cap. 2. & lib. 3. cap. 8.

(15.) Sic dictionem מגרש, quæ hic habetur, vertere volui, confer. infrà n. 22. h. cap.

(16.) Forsitan septem Electores Judæus interpolator hic innuit, qui in coronatione Cæsaris præsto esse solent; videtur autem, quòd interpolator iste solennibus imperatoris Romano-Germanici declarandi interfuerit, quæ ille ad Josephi tempora satis audacter & imperitè refert, confer. suprà num. 12. h. cap. & infrà n. 30. h. cap.

היום חזק מהמדינה מעט ואם הוא
דבק בה׳ והוא מגרש קטן יביל בחצרו
הראשון מאה אלף וזכבי סוס וכאשר
יגיעהו אל המקום ההוא יקרבו שור ז׳
מלכים מוכתרי ע״י קיסר נבחרים על פי
עצת הומא ושני׳ מהם יביאו לו סוס
לבן מוכן רוכב עליו ויהפשהו שנים
מרכזו ותחתו זה ימין הזה שמאל ושנים
אחרי׳ יביאו לפניו סלם בו׳ מדרגות כלו
מוזהב אשר בו יעלה לרכוב על הסוס
ויהפשו שנים אחוריה׳ אל הסוס ופניה׳
אל צד הרוכב זה ימין הזה שמאל עד
אשר ירכב הרוכב על הסוס דרך הסלם
ההו׳ וב׳ מהם אחרי אשר ירכב יעמדו
בשני צידי הסוס זה מזה זה מזה ויחמך
הרוכב על כל א׳ מהם בידו וברגלו מזה
ומזה וילך לו אל בית המלכות ברוליך
את הב׳ מלכים הראשונים את הסוס
פסיעה אחר פסיעה והמלך השביעי הולך
ראשון מכולם על רגליו וזרבו שלופה
בידו ולפניו אלף גבורי׳ בתרבות שלופות
בידם הולכים ע״ל ורגליו ואין קול ואין
דבור ואין צפצוף וגם קולות המשחקים
יגוחו והמלך הרואה הו׳ ההולך ראשון
קורא בקול גדול ואומר הדברי האלה׳
הראיתם האיש אשר שם בו אלהי עולם
להנהיג את יושבי ארצו ולמשול בעולם
בתוך הקיסריות הגה זה הוא כבודהו
גדולהו בו מיי ויהיה לו דממשלה
תאליו הגיעהו הכבוד׳ האלהים אשר
מלא את משאלות לבו להנדילו לעלות

במעלת הקיסריות היום הזה הוא יתן
בלבו להנהיג את מלבי דארן ואת
יושביה בדרך ישרה ולשפטם במשפט
צדק ולהרחיק העוו׳ והחמס מהעולם
ולשגר ביד המוע׳ והרשעים ולאסרם
ולהשמיד׳ ולבלותם פן ישוטטו בארץ
להשחית את המלכו׳ ואת יושבי העול׳
ולהתגבר לעשוק ולגזול והוא בחסדיו
ומלבותו שגדלה ורמה מכל מלכות ולא
יוכל איש לבוא עד הכונת הדבור
ברוממותה יקים ויעמיד ויחזק ויחמוך אל
מלכות ותוך הקיסריות בה ויפאר ויגדל
ויגשא ויהיה וינהל במנוחה את ארונו
זה המתקסר כהיום הזה ואמרו אמן׳
וכאשר ישליט המלך הקורא את דבריו
יענו ו׳ המלבי׳ הנשארי׳ הביתיו אחריו
אמן לבדם ואחריהם יענו כל העם יחדיו
פה אחד אמן ואחרי זה שנים הוכבים
העומדי׳ מפאתי הקיסר המתקסר מזה
ומזה ישליכו ד׳ פעמים כל אחד ואח׳
מהם מזה ומזה פרחי זהב טהור לעם
הדל ההולך החוק מהוכבים מזה ומזה
פן ידוכו בם והמ׳ ילקטו איש איש׳
כיכלתו ללקוט׳ והמשליכים הפרחים
הזהב כל אחד ואח׳ ישליך בחוקת יד׳
להשליך אם הרבה ואם מעט גם
המשליכי׳ הם הם הנבחרים בעצת הומא
להיותם אחרי התקסר הקיסר ההולך אל
ימינו

procedebant, è quibus duo eqvum album, geſtando Cæſari paratum, adducebant, quorum duo illius frenum & capiſtrum manibus tenebant, alter à dextra; alter à ſiniſtra; alii bini ex regibus illis ſcalam auream, ſeptem gradibus conſtantem, coràm Cæſare apportabant, ut is per illam eqvum conſcenderet, & iſti quidem ambo terga ſua obvertebant equo; eorum autem facies adlatus Cæſaris, equum conſcendentis, converſæ erant, & alter à dextra, alter à ſiniſtra ſtabat, donec Cæſar per ſcalam illam equum conſcendebat; alii autem bini ex dictis regibus ad latera equi, poſtquàm Cæſar illum jam conſcenderat, ſtabant, alter ad dextram, alter ad ſiniſtram, quorum unicuique Cæſar equitans manibus ac pedibus ſuis utrimque innitebatur. Hoc modo Cæſar ad regium ibat palatium, equô à duobus primis regibus pedetentim ductô: ſeptimus autem rex, antè alios omnes (17.) pedibus incedebat, ſtrictum gerens gladium; hunc mille milites fortiſſimi, qvi etiam ſtrictos gladios manibus ſuis geſtabant, pedibus præibant ſummô ſilentiô, nec ullius vox aut ſermo ac ne ſcreatus (18.) quidem audiebatur, inſtrumentorum etiam muſicorum ſoni ceſſabant; tunc ſeptimus ille rex, qui primus pedibus incedebat, magna voce hæc pronunciabat verba: videte virum illum, quem Deus mundi univerſi elegit, ut is incolas terræ gubernaret & Cæſarum more imperium in orbe gereret, ecce is ipſe eſt, honorate eum, extollite eum, nam à Deo poteſtas illa ei data eſt, ab eo honor iſte ei contigit, Deus optimus maximus, qui cordis illius deſideria explevit, ut eum hac augeret gloriâ & ad Cæſareæ dignitatis gradum hodiè eveheret, animum ejus ita flectat & dirigat, ut reges orbis terrarum ejusque incolas æquitate moderetur & juſtum exerceat judicium; iniquitatem verò & injuriam procùl ab orbe removeat atque improbos ſceleſtosque homines, illius poteſtati à Deo tradi-

traditos, puniat, perdat & evertat, ne iſti terram amplius pervagentur atque regna devaſtent, orbisq; incolas ſpolient & injurias ac rapinas committant! is ipſe Deus, cujus regnum omnia alia magnitudine & potentiâ longè ſuperat, cujus eminentiam & majeſtatem (19.) nemo mente aſſequi aut ſermone ſatis dignè celebrare poteſt, is, inquam, ſupremus rerum arbiter ſtabiliat, firmet, corroboret ac fulciat miſericordiâ ſuâ Cæſareum imperium! is decus, gloriam, vitam & tranquillum regimen largiatur Domino huic noſtro, qui hodiè Cæſar declarandus venit, nunc dicite: fiat! Poſteaquàm rex iſta pronunciavit & finem dicendi fecit, cæteri ſex reges, illius ſocii poſt eum reſponderunt ſoli: fiat! dein univerſus populus uno ſimùl ore reſpondit: fiat poſteà duo equis inſidentes, quorum alter dextrum, alter ſiniſtrum Cæſaris latus tegebat, ab utraque parte ſepties aureos flores ſpargebant (20.) in plebem, quæ procùl ab illis, qui ab utroque Cæſaris latere equitabant, incedebat, ne fortè illa ab ipſis conculcaretur, quapropter populus aureos flores, ut quisquis poterat, colligebat; unusquisque autem ex duobus illis, qui miſſilia ſpargebant, quanta poterat vi manibus ſuis iſta projiciebat ſeu pauca ſeu multa: qui verò flores ſpargebant, idcircò à Senatu Romano eligebantur, ut is, qui à dextra Cæſaris equitabat, ei proximus (21.) eſſet, poſteaquàm ille ad Cæſaream perveniſſet dignitatem; is autem, qui ſiniſtrum Cæſaris latus claudebat, univerſo Romanorum exercitui præficeretur, iſtius erat officium, ut duces conſtitueret populo, dum Romani copias ſuas in provincias mittebant. Hoc itaque modo, qui ſuprà dictus eſt, primus ille rex, qui pedibus in-

(17.) Nimirum reges, de quibus jam dictum eſt.
(18.) Seu; murmur, in Hebræo hic habetur: צפצף, quod propriè pipire denotat.
(19.) Ita hic dictionem unam: רוממותה, quæ in codice noſtro habetur, duabus exprimere volui.
(20.) De conſulum miſſilibus vid. præ aliis Novell. Juſtiniani 105. cap. 1. confer. etiam Sueton. in Domitian. cap. 4. & in Neron. c. 11.
(21.) Sive: ſecundus, ſic enim dictionem משנה, quæ hic habetur, vertere volui, confer. quæ ſuprà l. 1. c. 8. n. 3. & c. 13. n. 3. ac c. 16. n. 6. ut & infrà h. cap. n. 28. & n. 29. notata ſunt.

ימינו למשנה לו והחולך על שמאלו לשר
על כל הצבא אשר יהיה להומיו' ועליו
להפקיד שרי צבאות בראש העם כאשר
ישלחו הרומיו' חיל באשר ישלחו' וכבה
יקרא המלך ההוא הקורא עד
רגליו ראשון והרבו שלופה בידו ו'
פעמים ויקרא בעניו אשר ספרנו כאשר
יגיע המתקסר אל שער המגרש אשר בו
בית המלכו' יקר' הפעם השביעית ובהגיע
המתקסר אל שער המגרש יורד מעל הסוס
על כתפי המלכים השבעה ושם בסא
עשוי מעפר יבש לבדו ויושיבהו עליו
המלכים השבעה ויחנו בידו שרביט דק
מעץ' ואחרי כן יבאו לפניו יועצי עיר
רומא וקניה ועמם ספר שטרי החפשיו'
אשר ברומא ויבקשו ממנו להשבע להם
שלא יהלל ולא יפר בריה את' מהם
אחרי התקסרו עליה' והוא יקח את הספר
וינשקהו כולו עלה עלה ודף דף וישימהו
על ראשו וישבע כי הוא יקיים כל
הכתוב בו ועוד יוסיף הוא חוקי' טובים
על החק' הכתובי' בו באשר יכשר
בעיני יועצי רומה ואחרי כן ירצה לבוא
אל המגרש והוא סגור ועל מגדליו
מלמלה עומדי' שוערי המגרש ויבקשו
ממנו להשבע גם להם כי יקיים
חוקי המגרש וחוקי שוערו ' וישבע
וידר להם כי כן יעשה ואז השוערים
ירימו ויקימו על המגד' הקרוב לשער
את נסו ואת דגלו ויפתחו השער ויבא
המתקסר על חצר המגרש ושם יקראו
המלכי'

cedens ſtrictum gerebat gladium, ſepties clara voce clamabat, & quidem ſeptima ſive ultima vice tunc temporis, quando is, qui Cæſar renunciandus erat, ad portam ſuburbii, (22.) ubi regium erat palatium, veniebat: Cæſar verò, dum ad portam ſuburbii accedebat, equo deſcendens ſeptem illorum regum humeris excipiebatur; erat autem ibi ſolium ex arida terra compoſitum, in quo ſeptem illi reges Cæſarem collocabant & ipſius manui ſceptrum ligneum valdè tenue porrigebant, poſteà Senatores urbis Romæ in conſpectum ejus venientes librum adferebant, quô privilegia & documenta libertatis Romanæ continebantur, & ab illo petebant, ut juramentum præſtaret, ne poſteaquàm Cæſar creatus eſſet, ulla in re pactum & fœdus, cum ipſis initum, violaret aut irritum redderet: quem librum cùm ille accepiſſet, ſingula ejus folia & paginas oſculatus eſt illumque capiti ſuo impoſuit, jurans, ſe quicquid in eo ſcriptum eſſet, ſervare & præterea alias leges ac ſtatuta ſalutaria iis, quæ libro illo continerentur, adjicere velle, ſicuti Senatui Romano id viſum fuerit. Poſteà, dum ſuburbanum ingredi cupiebat, omnia reperiebat clauſa; ſuprà turres autem cuſtodes ſuburbii ſtabant, qui etiam juramentum à Cæſare exigebant ad conſervanda tàm ſuburbii, quàm ejusdem cuſtodum jura, quod poſteaquàm ille præſtitit ac promiſit, ſe ita facturum eſſe, cuſtodes ſignum & vexillum Cæſaris in turri, quæ portæ proxima erat, erigebant idque ibidem conſtituebant ac portam aperiebant; quo facto is, qui Cæſar creandus erat, atrium ſuburbii intrabat, ubi omnes, qui tunc temporis Romæ erant, reges conveniebant atque dicebant: Deus, rex regum, è cœlis annuat & approbet Cæſarem hunc eumque conſilio ſuo ita firmet, ſicuti nos illum in terra Cæſarem declaramus! dein omnes, qui ibidem reperiebantur, reges pedibus præibant

(22.) Vid. quæ ſupra h. cap. n. 15. hæc de re notata ſunt.

המלכי' כלם הנמצאים ברומא אז יאמרו
יהי רצון מלפני מלך מלכו המלכי' לקסר
את הקיסר הזה מן השמו' ולהוותו רוזה
בעצתו בהתקסרו באשר נקסרהו אנחנו
בארץ ושם ילכו כל המלכים הנמצאים
שם לפניו על רגליה' והוא גם כן עד
דגליו אחוריה' ויבאו אתו אל בית המלכות
אשר בו בסא מושב הקיסרות • ובבית
ההוא שני כסאות האחד הוא בסא
מושב הקיסרות והוא קבוע והשני הוא
בסא יעשוהו לפי שעה לשבת בו
המתקס' טרם התקסרו וכאשר יבוא
המתקסר אל הבית ישב עד דבסא
העשוי לפי שעה ויבאו כל המלכים
הנמצאי' שם ובלבד שימצאו שבע' לא
פחות וינשקו רגליו והם ינשקו את
הארץ לפניו • ואחר יבואו שבעה הגמוני'
מהגמוני מלכותו אשר תחת כל אחד
מהם עשרי' וארבע הגמוני' ותחת כל
אחד מהעשרי' וארבעה הגמונים השניים
מאה ועשרי' הגמוני' שלישיים ותחת כל
אחד מהמאה ועשרי' ההגמוני' השלישיים
ה"ק הגמוני' רביעיים • והו' הגמונים
הראשונים יבואו עם ההגמון הגדול
המושל בכלם והוא הגמון רומא והוא
אב לכל ההגמונים שבכל העול' בממשלה
ונקרא

bant Cæſarem, qui ipſe quoque eosdem pedibus ſequebatur & unà regium intrabant palatium, ubi ſolium erat Cæſareum; duo autem ſolia in aula illa regia erant, alterum Cæſareum idque fixum & perpetuum; alterum temporarium, ut in iſto (23.) ſederet, antequàm Cæſar declararetur. Poſteaquam igitur ille, qui Cæſar creandus erat, palatium intravit, & ſolium, pro tempore exſtructum, occupavit, omnes, qui ibidem erant, reges (modò ne pauciores, quàm ſeptem, ibi reperirentur) Cæſaris pedes atque terram coram illo oſculabantur: dein ſeptem primarii Sacerdotes (24.) imperii Romani accedebant, ſub quorum unoquoq; alii viginti quatuor ſacerdotes erant, ſecundi ordine, quorum rurſùs unusquisque centum & viginti alios ſub ſe habebat ſacerdotes tertii ordinis; ex hiſce centum & viginti ſacerdotibus tertii ordinis unusquisque quingentos ſub ſe habebat Sacerdotes quarti ordinis; hi itaque ſeptem ſacerdotes primarii accedebant unà cum Pontifice maximo, omnium ſuperiore, qui Summus eluebat Sacerdos Romanus & pater omnium aliorum in toto orbe Sacerdotum, quibus ille imperabat, is Romæ appellabatur Pater; (25.) Græcis autem Patron (26.) audiebat, is Patronus illius, qui Cæſar creandus erat, dexteræ ſceptrum porrigebat ligneum, ex parte tantùm inauratum, à cujus capite ſacculus, cinere plenus, pendebat, dein minimo Cæſaris digito annulum aptabat, ex oſſe demortui hominis confectum, ejusdem manui ſiniſtræ aureum craterem oblongum tradebat, ſuprà quem pomum erat

(23.) Nimirum: temporario, ad tempus præparatô.

(24.) Sive: Epiſcopi, ita dictionem הגמונים quæ hic habetur, cum Buxtorfio aliisque vertere volui, confer. cap. ſeq. 31. n. 3. ibique not. it. ſuprà lib. 2. c. 9. n. 13.

(25.) Hebr. פאטר, ſic in noſtro codice, hodiè Papa dicitur, vid. num. ſeq. 26. ibique not.

(26.) Πάτρων, qua voce Patronum ſignificari inter alios notavit Euripidis interpres; πάτρωνα, non verò πάτρωνα, antiquis dictum fuiſſe epiſcopum primarium ac præcipuè Pontificem Romanum, inter alia conſtat ex Novell. Juſtinian. 131. cap. 2. & L. 7. princ. & L. 8. Cod. de Summ. Trin. confer. etiam H. Grot. Flor. Sparſ. ad dict. l. 7. de Summa Trinit. item cap. ſeq. 31. n. 4.

erat Belori, (27.) quod ſpeciem univerſi terrarum orbis referebat, poſteà illius capiti regiam coronam imponebat eumque regem creabat, quo facto rex manus Patroni, cujus jam mentio facta eſt, oſculabatur; dein Patronus Cæſareum diadema accipiebat idque illius capiti imponebat & magna voce clamabat: vivat Dominus noſter, Cæſar, ſitque imperium ejus pacificum, felix atque inclytum ſuper omnes terrarum reges! poſteà univerſus populus, qui ibi reperiebatur, uno ore reſpondebat: fiat! Patronus etiam labia Cæſaris oſculabatur & ad dextram Cæſaris ſedebat; proximus autem ille, (28.) de quo ſuprà dictum, ad ſiniſtrum Cæſaris latus ſedem occupabat; ille autem, qui ſummus Romani exercitus dux electus erat, cujus ſuprà (29.) mentionem fecimus, antè Cæſarem ſtabat, ſtrictum gerens gladium: dein omnes, qui propter debita carceribus incluſi erant, liberi dimittebantur idq; mandatô Cæſaris, ex cujus theſauris pecunia deprompta & illorum creditoribus ſoluta fuit. Eodem die Cæſar domum Patroni adibat ibique cum ſeptem illis præcipuis regibus, (30.) qui in Cæſare creando occupati fuerant, & unà cum ſeptem primariis Sacerdotibus, qui coronationis officio interfuerant, prandebat atque cœnabat: tandem Cæſar ſero diei in regium palatium revertebatur, ubi etiam pernoctabat atque Cæſaris munia ibidem obibat, nimirùm judicium exercendo ac leges condendo, ſicuti ei viſum fuit; ex iſto autem palatio regio non niſi ſemel ſingulis menſibus ipſe prodibat, eo ſcilicèt die, quo novam

ונקרא בומא פאטר וביתים פטרון והפטרון יהן ביד המחקסר הימנית שרביט עץ מוהב בהלק בלחי חלק ועל ראשו חלוי כים קטן מלא עפר. וישם באצבעו הקטנה טבעת עשויה מעצם אדם מת וביהו השמאלית יהן כום זהב אוהב ועלוי תפוח בלורי כדמיון האר כלה. ואחרי כן ישים כתר המלכות בראשו וימליכהו למלך ואחרי המליכו אותו למלך ינשק המלך את ידי הפטרון הנזכ' ומיד יקח הפטרון את עטרת הקסיורת וישימה על ראשו לכתר מלכו' ויקר' בקול גדול ויאמר יהי ארונגו הקיסר לשלו' ולברכה ולגדולה על כל מלכי הארץ ויענו כל העם הנמצאי שם יהדו פרס אחד אמן ואח' ינשקהו הפטרון בפיו וישב לו לימינו והמשנה הארד הנודע ישב לשמאלו ושר הצבא הגדול הגבתר הנודע יעמוד לו לפניו ויהיבו שלופת בידו ואחר כן יגזור הקיסר להתיר כל אסור בבית הסוהר על ממון והוא יפרע את הנושה בו מאוצרותיו וביום ההוא ילך הקיסר ל בית הפטרון ושם יאכל סעוד' הבקר ביום ההוא גם סעודת הערב עם ו' המלכים הראשונים המעמיקים בקיסריות ועם ו' ההגמונים הראשונים המחעם'

(27.) Seu: Beluri, ſive Blori ſic nomen בלורי, quod hic habetur, retinere volui, quod nonnulli proventum ſive tributum exponunt, nimirum ut iſta pomi ſimilitudine indicetur, univerſum terrarum orbem Cæſari eſſe ſubjectum atque eidem proventus terræ & tributa ſolvenda eſſe; niſi בלורי dicere velis idem hic ſignificare, ac בילרין, quod ſpeciem ornamenti exponunt, vid. Buxtorf. Lex. Talm. fol. 314. & Lightfoot. in Luc. cap. 15. v. 8. pag. 841. edit. Lipſienſ. vel legendum: כוליאר, quod vertitur: ſindon ſeu peplum muliebre, eſtque ornamentum, quo mulieres cingunt caput, inſtar annuli, in gloſſa citatur כוליא, gloſſator in Schir haſchir. rabba citat per Beth בוליאור, vide Buxt. Lex. Talm. fol. 1049. cœterum בלוריה, nonnulli vertunt: comam ſive cæſariem, confer. Buxtorf. dict. Lexic. Chald. fol. 314. alii; antias, prout D. Wagenſ. Sot. p. 777.

המהעסקי בזה גם כן ולעיב ילך לו אל ביה המלכות וישכב שם ושם ישב בממשלה לשפוט ולגזור כרצונו ולא יוא מביה המלכות רק פעם בחדש ביום הראותו היוח אחרי התחדשו בתחושו. ויהי לימים אחדים אחרי התקסר אספסינוס ויקצוף על אגריפס כי הלשינוהו רשעי ישראל לאמר כי חשב לבגוד בו וכי שלח לירושלם מכחב על בכה וימח אותו את מנבנו בנו לפי הרב זה זה ג' שנים וחצי קודם חרבן הבית. וטרם זה בטרל ההמיד אלף ו"ר והשעי' יום זה כלו טרם חרבן הבית והוא הכתוב בדניאל ומעת הסור התמיד עד הום המיפור הכתוב שם.

novam aſpiciebat lunam. Accidit autem, ut Veſpaſianus non longo poſt tempore, quo ipſe ad dignitatem Cæſaream evectus erat, irâ adverſùs Agrippam accenderetur, quia improbi quidam Judæi illum criminati erant, ac ſi defectionem à Cæſare moliretur & quòd is propterea literas Hieroſolymam miſerit; quocircà Veſpaſianus illum unà cum filio ejus, Monebazo, (31.) gladiô interfici juſſit, (32.) atque id contigit tribus annis & ſex menſibus, priusquam Templum deſtrueretur: (33.) antè illud tempus ceſſavit juge ſacrificium mille ducentis & nonaginta diebus, (34.) qui effluxerunt antè vaſtationem Templi, (35.) & hoc eſt, quod ſcriptum reperitur apud Danielem: (36.) & à tempore, cùm ablatum fuerit juge Sacrificium (& cœtera,) usque ad finem narrationis, quæ ibidem ſcripta eſt. (37.)

CAP. XXXI.

בשנה הזויא בעת הזויא בחדש מות אגריפס ובנו העיר יי את רוח אספסינוס לזכרני אני יוסיפון ברצון החמלה והאהבה והשלום ויצו לצאת את ראשי מבירת הבלא

EOdem anno & tempore eodemque menſe, quo Agrippas ejusque filius interempti ſunt, Deus Veſpaſiani animum excitavit, ut mei recordaretur meque clementer & benignè tractaret, (1.) dum miniſtris ſuis præcepit, ut me è cuſtodia educerent & coràm ſeſe ſiſterent, quo facto cùm illi

(28.) Vid. ſuprà h. cap. n. 21. ibique not.
(29.) Nimirum h. cap. dict. num. 21.
(30.) Vid. quæ ſuprà h. cap. num. 16. notata ſunt.
(31.) De hoc Monebazo ſuprà h. cap. n. 10. aliquid dictum.
(32.) Ejus rei apud Joſephum nulla fit mentio; in Joſippi autem Epitome pag. 225. idem, quod hic, de Agrippa ejusque filio interfecto refertur, confer. Wagenſeil. Sot. cap. 7. Miſchn. 8. n. 7. p. 685. & ſuprà h. l. 6. cap. 30. n. 10.
(33.) Conſentit Joſippi Epitome dict. pag. 225.
(34.) Vid. Daniel. c. 8. v. 11. & c. 12. v. 11. conſer. etiam Joſippi Epitom. loc. alleg. & infrà h. lib. 6. c. 32. n. 25. & c. 37. n. 8. & 9.
(35.) Nimirùm: Secundi, de quo hic ſermo eſt.
(36.) Dict. cap. 12. v. 11. quomodo hi dies ſint computandi, vide Commentatores ad Danielis locum alleg. confer. etiam Alſtedii Chronol. Tit. 12. Epoch. 9. & infrà h. lib. c. 32. n. 25.
(37.) Cœtera autem ibidem ſic leguntur: & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille, ducenti ac nonaginta, prout Daniel. c. 8. v. 11. & c. 12. v. 11. habetur.
(1.) Vid. Joſippi Epitom. pag. 226.

li me catenis vinctum & compedibus ferreis constrictum in conspectum Cæsaris adduxissent, ipse perquàm benignè, clementer & blandè me compellavit hunc in modum: notum tibi est, quòd statim atque in conspectum meum venisti, te valdè amaverim &, licèt te catenis constringi jusserim, id tamen non infenso ergà te animo fecerim, sed ne principes Romani propter fortitudinem, strenuitatem, prudentiam & sapientiam tuam invidiâ accensi dicerent: is ipse, qui in præliis adversarius noster & hostis fuit, eodem, quo nos, tractatur modo & honore, quapropter interficiamus illum & è medio tollamus: nunc autem bono atque læto sis animo, en ego ferreas à te compedes & catenas removeo, atque tu perinde ac unus ex principibus meis, quamdiu Romæ fueris, mihi præstò eris; deinde in Judæam ad Titum, filium meum, te mittam, ut ei patris & fidi consiliarii loco sis, ille quippe tibi pepercit nec permisit, ut Romani te interficerent, (2.) sicuti probè nôsti, is ipse multoties me rogavit, ut te clementer tractarem & vincula ac catenas tibi demerem atque aliquo te honore afficerem; sed Romanorum invidiam ergà te veritus, ipsius petitioni locum dare nolui; tum ego Vespasiano respondi: quomodo tibi tuoque filio à consiliis esse potero, cùm videam, Agrippam ejusque filium innocentes & insontes à te interfectos esse, qui fideli ergà imperium Romanum animo fuerunt? ad hæc Cæsar respondens: tace, inquit, Josephe, & nec Agrippæ nec filii ejus in bonam partem recordare, nam si scires, quænam illi in coronatione mea fecerint & quomodo adversùs imperium meum rebellionem excitare conati sint, tu ipse manibus tuis illorum ossa combureres; notum tibi est, quanto ipsum ejusque filium honore affecerim in Judæa & quanti eum æstimaverim atq; ubique locorum magni fecerim ac quomodo in urbibus ejus copias Romanas illius bonô imminuerim,

(2.) Vid. suprà h. lib. 6. c. 23. n. 6. ibique not.

rim; ad hæc respondi: novi, Domine Cæsar, vera esse, quæ dicis; ast improbus ille, pergebat Cæsar, malum mihi pro bono rependit, nam, dum principes Romani in Judæa me compellebant, ut imperium Romanum susciperem ac Cæsaris munere fungerer, ex quo fama ad illos pervenit, Vitellium, cui Cæsarea dignitas & majestas minimè conveniebat, Cæsarem esse factum, Agrippas Romanis consilium dedit, ne me Cæsarem eligerent eosque interrogavit, ecquid boni in me vidissent aut deprehendissent, ut me tanto honore dignum judicarent Cæsaremque creare vellent? is ipse, dum hûc venit, unà cum filio suo singulos adiit Sacerdotes (3.) primarios, imò ad ipsum venerunt Patronum, (4.) ut me criminarentur atque ea de me dicerent, quæ sanè nunquam commisi aut perpetravi: quibus ex rebus satis perspectum habui, Agrippam improbo fuisse animo & propterea illum ad mortem condemnavi, ubi enim improbitas, ibi & condemnatio; (5.) filium autem ejus pari supplicio affeci, quia perfidi filius haud dignus est, qui vivat in terra, quoniam parentis factum (6.) animo ejus altè infixum hæret, qui semine rebelli ac perfido natus est; te verò justum ac fidum semper deprehendi, propterea filium meum tuæ commendo fidei, ut ei tuo consilio assistas. Posteà Vespasianus præcepit, ut catenas ferreasque compedes à me removerent (7.) & me ex carcere, qui Romæ erat, (8.) liberum dimitterent

(3.) De voce הכהן, quæ hic habetur, vid. cap. antec. 30. n. 24. ibique not.

(4.) Sive: Papam aut Pontificem, vid. quæ dict. cap. præced. 30. n. 26. notata sunt.

(5.) Delictum sequitur pœna & improbitatem facti cognoscitur supplicium.

(6.) Quapropter in L. 5. §. 1. Cod. L. Jul. Majest. dicitur, quòd in filio paterni, hoc est, hæreditarii criminis exempla metuantur, regulariter quidem filius ob patris delictum supplicio non est afficiendus, nisi parentis insistat vestigiis, vid. Deuteron. c. 24. v. 16. & Ezech. cap. 18. v. 20. confer. inter alios etiam Wisenbach. Commentar. in Digest. ad L. Jul. Majest. thes. 12.

(7.) Vid. Joseph. lib. 4. de Bell. Jud. c. 38. & 39. atque Egesipp. l. 4. de Excid. Hierof. c. 28. ut & Jolippi Epitom. p. 226.

(8.) Imò Vespasianus, cum Beritum venisset, ubi legationes urbium cum summo gaudio confluxerant, Josephum ibidem vinculis solvi præcepit, sicuti scribit Egesippus loc. alleg. confer. etiam Tacit. Histor. l. 2. c. 81. vid. & cap. antec. 30. n. 11. ibique not.

& eodem, quo principes imperii Romani ejusque Senatores, honore me afficerent; quo facto Josephus dixit: nonne mihi, vinculis & catenis soluto, dedecori erit, filios Israëlis, qui hic mecum sunt Romæ, compedibus adhûc constrictos aspicere? quocircà hanc mihi, invictissime Cæsar, gratiam exhibe, ut omnes, qui mecum sunt Romæ, Israëlitæ vinculis eximantur, id si fiat, me tibi fidum habebis consiliarium, quamdiu vixero, & hostis ero hostibus tuis atq; adversarius adversariis tuis evadam. Hisce Josephi dictis morem gessit Vespasianus & præcepit, ut omnes Israëlitæ, qui cum Josepho Romæ erant, vinculis liberarentur & compedibus atque catenis eximerentur. (9.) Posteà Vespasianus Josephum ad filium suum, Titum, qui tunc Alexandriæ in Ægypto erat, misit, (10.) cum literis, quibus mandatum ei dederat de Josepho in hanc sententiam: ecce mitto tibi, charissime fili, Josephum, Judæorum principem, qui in bello consenuit & prudentia consilioque pollet, is tibi patris & fidi consiliarii loco erit, ab ejus consilio ne latum quidem ungvem discede, quia vir prudens & optimis consiliis instructus est, semper itaque illum honore & gloriâ affice, illis enim jure meritoque dignus est, quoniam Deum habet adjutorem, nec unquam fidem habe improbis, qui fortè illum coràm te aliqua in re criminabuntur; sed quisquis Josephum in suspicionem alicujus delicti apud te vocaverit, eum statim perde & interfice, quia Josephus fido conspicuus est consilio, cui si quis obtemperaverit, is recto incedet tramite; posteaquàm autem Josephus princeps ad te venerit & paululum temporis à lassitudine maris requieverit, tu viæ temet accinge & expeditionem ad oppugnandam Hierosolymam suscipe, & si quidem Judæi pacem amplectentur ac tuæ sese potestati tradent, ut imperio Romano obediant, cave, ne ulla in re

(9.) Confer. hic Josephus in descriptione vitæ suæ circà fin.

(10.) Vid. Josippi Epitome pag. 226, & seq.

re illis detrimentum adferas, sed potius vulnera, Judæis illata, cura eorumque urbes, tempore belli destructas, restaura & ex vicinarum gentium, quæ imperio nostro subjectæ sunt, proventibus eosdem fove atq; integro biennio im munes ab omni tributo serva, modò quotannis tribus vicibus, (11.) quando universus populus ad Templum pro more ascendit, ut ibi Domini, Dei sui, faciem aspiciat, vexillum imperii Romani in turri quadam Hierosolymis erigant & pro salute nostra sacrificium in sacro altari, quod Hierosolymæ est, singulis vicibus (12.) muneris loco offerant; si verò pacem tecum inire recusabunt, tunc illos eorumque urbes partim ferrò dele, partim in captivitatem abstrahe, quôd si principem Josephum sibi regem eligere voluerint, illud etiam nobis placet, ut is regnet. Tu igitur omni ratione Josephi consilio innitere, ille tibi patris & patroni loco sit; tu verò tanquam filius ei obtempera. Dein Josephus Româ profectus Alexandriam ad Titum abiit, qui, postquam Josephum advenisse didicerat, valdè lætatus est, tàm ipse, quàm Seniores & sapientes, qui circà illum erant, quia Josephus spiritu sapientiæ & intellectus, spiritu consilii ac fortitudinis, spiritu scientiæ & timoris Domini repletus fuit. (13.) Quapropter Titus unà cum omnibus Senioribus exercitus Romani Josepho obviam progressus magno eum honore excepit literasque patris sui, à Josepho traditas, aperuit ac legit; posteà Josephum compellans: jam anteà quidem, inquit, animus mihi fuit, ut omnia, quæ pater meus literis suis mihi perscripsit, tibi præstarem; sed jam multo magis, quia id mihi mandato suo præcepit, apud me itaque manebis & mihi parentis loco eris; ego verò

(11.) Sive: festis solennibus, nempe festo Paschatis, Septimanarum & tabernaculorum, vid. Exod. c. 23. v. 14. & Deuter. c. 16.

(12.) Nimirum in tribus illis festis, de quibus num. præced. 11. dictum est.

(13.) Vid. Esai. c. 11. v. 2, cæterùm laus ista, Josepho hic attributa, manum Judæi interpolatoris arguit, quia Josephi modestia arrogantiam illam & αὐθάδειαν in seipso laudando non admittit, vid. quæ suprà h. lib. 6. c. 22. n. 12. notata sunt.

ויען את יוסף ויאמר לו בכל אשר דבר לי אבי בספרו היה עם לבבי לעשות עמך אתי כי אבי יגור אנוש עלי עד בכה שבה אתו והיה לי לאב ואני אהיה לך לבן ובעצתך הנחני׳ וישב יוסף עם טיטוס באלכסנדריא חדש ימים׳ אחדי בואו מרומה עד סר ממנו סער המר הים העפו ואחרי כן נועצו יהדו לעלות על ירושלם לצור עליה כי ידע יוסף אשׁ׳ מוי היתה זאת ולא יכול להשיב את דבר יי׳ אחור׳ ויסע טיטוס עם יוסף מאלכסנדריא׳ עם כל חילו ומחנהו ויחן בניקולופילום ומשם בא בספינה וילך תניסה ומשם נסע ויבא באיוקלאה ומשם נסע ויבא בפליסים׳ ומשם נסע דרך המדבר ויבא בבעלי גוביס אשר במדבר ויסע מבעלי גוביס אשר במדבר ויבא אל

verò filius tuus ero & tuo me consilio reges. Quocircà Josephus, ex quo Româ profectus erat, integrum mensem apud Titum Alexandriæ commoratus est, donec omnis lassitudo & nausea, quam ex jactatione maris ejusque tempestate contraxerat, abscessit, posteà consilium simùl captârunt, ut Hierosolymam ascenderent eamque obsidione cingerent, quia Josephus id divinitùs decretum esse noverat, quod irritum reddi non poterat. Titus igitur unà cum Josepho atque omnibus copiis suis Alexandriâ profectus ad urbem Nicopolin (14.) castra metatus est, inde navibus pervenit Tenisam, (15.) exinde Heracleam (16.) atque Pelusium (17.) petiit, posteà per desertum iter instituens ad oppidum Baaligobim (18.) in deserto situm, venit, inde castra movens Dicronem, (19.) Gazam, Ascalonem (20.) atque Jabnam (21.) petiit, posteà Japhonem (22.) copias suas traduxit, hinc Cæsaream venit, ubi castra locavit; Titus autem, dum ita, sicuti jam dixi

(14.) Hebr. ניקופולים, ita enim hic legendum puto pro: ניקולופילום quod nomen in nostro codice corruptum habetur, confer. Joseph. l. 4. de Bell. Jud. c. 42. & Egesippus l. 4. de Excid. Hierosol. c. 33.

(15.) Hebr. תניסה, sic in nostro codice, Egesippus dict. loco vocat Thamnam, Josephus loco citat. nominat Thmuin, fortè fuit Tanis, civitas Ægypti, à qua ostium Nili dictum fuit Tanicum.

(16.) Ita hic verto: איוקלאה quod nomen in nostro codice habetur, confer. Joseph. dict. lib. 4. c. 42. & Egesipp. l. 4. de Excid. Hierosol. c. 33.

(17.) Sic interpretor: פליסים, quod hic legitur, secutus Josephum & Egesippum loc. citat. est autem Ptolemæo Pelusium urbs Ægypti ultima, de qua suprà lib. 5. c. 2. n. 3. dictum est.

(18.) Hebr. בעלי גוביס, ita hic in nostro codice, Josephus dict. lib. 4. c. 42. locum hunc nominat Casii Jovis templum, cui etiam Egesippus lib. 4. de Excid. Hierosol. cap. 33. consentit, confer. Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmissa c. 8.

Plinius lib. 4. c. 12. & lib. 5. c. 12. etiam Jovis Casii meminit, ac Lucanus lib. 8. de Bell. Pharsal. ita scribit: & Casio præferre Jovi &c. Stephanus de urbibus, nomen istud Jovi à Casio monte & urbe Ægypti inditum esse scribit, vid. Id. Lightfoot in Chorograph. Marco præmissa cap. 1. § 3.

(19.) Hebr. ריקרון, sic in nostro codice, Josephus loc. alleg. videtur urbem istam Ostracinem vel Rhinocoruram appellare, confer. Egesipp. dict. l. 4. c. 33.

(20.) De hac urbe vid. Ejusd. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmiss. c. 14.

(21.) Jamnia nominatur à Josepho dict. lib. 4. c. 42. cui etiam Egesippus l. 4. de Bell. Jud. cap. 33. adstipulatur, confer. suprà l. 3. c. 17. n. 13. & h. lib. 6. c. 5. n. 6.

(22.) Hæc Joppe dicta fuit, de qua vid. Actor. c. 9. v. 36. & c. 10. v. 5. ac Josephus ut & Egesippus loc. citat.

אל דיקרון ויסע מדיקרון ויבא אל עזה ויסע מעזה ויבא אשקלון ויסע מאשקלון ויבא אל יבנה׳ ויסע מיבנה ויבא אל יפו ויסע מיפו ויבא אל קסריה ויטע שם ומדי נסעו במסעותיו הגזברות לכד את עזה ואת בנותיה ואת אשקלון ואת בנותיה ואת יפו ואת כל סביבותיה׳

dixi, castra movit, Gazam (23.) unà cum pagis suis, & Ascalonem cum oppidis suis, ac Japhonem cum omnibus locis circumjacentibus in suam redegit potestatem.

CAP. XXXII.

בשנה הראשונה למלכות אספסינוס בחדש העשירי בו׳ לחד׳ בא טיטוס עם יוסף ועם חילו ומחנהו בעיר קסריה הנחמדה לכל הארץ והוא העיר אשׁ׳ בנה הורודוס המלך׳ וישב בקסריה עד אשר נאספו אליו כל אנשי חילו מהיל הרומי׳ ומיתר חילי הגוים אשר היו תחת ממשלת רומה אש׳ באו לעזרתו להלח׳ בירושל׳ ולצור עלי׳ ויאספו אליו שם כל החיל וידי מחנהו מחנ׳ כבד מאד וישב שם עם כל מחנהו עד תום ימי החגדה וימי הסתו ועד בוא ימי האביב׳ בשנה אחת למלכו׳ אספסינוס אשר הקים על מלכו׳ הרומיים ועל כל ממשלתם לקיסר עצמו מלחמות קשו׳ בקרב ירושלם בין יושביה באכזריו׳ חמה ויבו

Anno primo imperii Vespasiani, die septimo mensis decimi, Titus unà cum Josepho & exercitu suo Cæsaream, (1.) urbem illam, omnibus aspectu jucundissimam, ab Herode rege quondam exstructam, intravit, ubi tamdiu moratus est, donec omnes milites tàm Romanorum, quàm aliorum populorum, qui imperio Romano subjecti erant & qui Tito suppetias ferebant, ad obsidendam atque oppugnandam Hierosolymam convenirent, quo facto copiæ illæ omnes, quas Titus ibi contraxerat, ingentem exercitum effecerunt; Titus autem Cæsareæ cum omnibus copiis suis substitit usque dum vis frigoris atque hyems præteriit (2.) & vernum tempus (3.) appropinquavit. Anno primo imperii Vespasiani, quo ille Romanorum Cæsar factus est, atrocissima Hierosolymis exorta sunt bella (4.) inter incolas urbis, eaque summa vi & crudelitate gesta sunt, in quibus illi se invicem continuè sine ulla cessatione trucidârunt ac ne hyeme quidem,

(23.) Idem refertur in Josippi Epitom. pag. 227. Plura de hac urbe vid. apud. Joh. Lightfoot. in Chorograph. Matthæo præmiss. c. 13.

(1.) Vid. Joseph. l. 5. de Bell. Jud. c. 1. & 6. atqve Egesipp. de Excid. Hierosol. lib. 4. c. 33. & lib. 5. c. 1. confer etiam Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmiss. cap. 57. ac Josippi Epitom. pag. 227.

(2.) Idem refert Egesippus dict. lib. 4. c. 33. circà fin.

(3.) Ita hic אביב, quæ dictio mensem Martium denotat, quo scil. ver novum incipit, vertere volui.

(4.) Vid. Joseph. dict. l. 5. c. 1. & seqq. atque Egesipp. l. 5. de Excid. Hierosol. c. 1.

quidem, quo tempore aliàs bella omnium gentium more cessare solent, mutua inter illos prælia conquieverunt, nam & æstate & hyeme certamina inter Simeonem atque Johannem continuata sunt; iisdem tertius accessit Eleazarus, (5.) eodem quippe anno, quo Vespasianus è Judæa Romam profectus est, ut ibi imperium Cæsareum Romanorum more sibi renovaret, eodem, inquam, anno Deus perversam mentem Hierosolymitanis indidit, (6.) dum in tres divisi sunt partes, prima Ananiæ Pontifici, qui tunc temporis à Summo Sacerdotio cum dedecore & ignominia remotus fuit, adhæsit; secunda Johannem, crudelissimum istum grassatorem, secuta est; tertia ducem habuit Simeonem, impium latronem: hoc modo Judæi intrà urbem Hierosolymam divisi se invicem trucidarunt & mutuas perpetrarunt cædes; Romani autem milites extrà urbem (7.) ab oppido Cæsareensi Hierosolymam usque grassati sunt, ne quis ea egredi & ex bello intestino evadere posset atque ut omnis ad urbem commeatus prohiberetur. Ananias autem Pontifex, qui integritate & probitate vitæ conspicuus erat, cùm videret, Hierosolymam nonnisi grassatorum arbitriô regi, tertiam populi partem, quæ sibi adhærebat, filio suo, Eleazaro, (8.) grassatori primo, tradidit, (9.) qui omnium malorum, quæ populo Israëlitico atque Hierosolymis acciderunt, prima fuit causa, dum conjurationem adversùs principes (10.) Roma-

(5.) De tribus hisce grassatorum ducibus vid. plura in sequentibus ut & apud Josephum dict. lib. 5. c. 3. atque Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 1. & Josippi Epitom. pag. 227. confer. etiam Tacitus Histor. l. 5. c. 12.

(6.) Infudit, misçuit, id enim verbum מסך, quod hic habetur, denotat, non quidem eo sensu, ac si Deus perversitatis illius autor fuerit; sed quia is justo judicio permisit, ut factionibus, inter Judæos ortis, illi se invicem trucidarent: in Josippi Epitome pag. 227. etiam scribitur, quòd Deus spiritum vertiginis Hierosolymitanis immiserit, ut in tres factiones sese dividerent.

(7.) Nimirùm Hierosolymam, nam misera illa civitas & intrà & extrà infinitis calamitatibus vexata fuit, intrà seditionibus, extrà Romanorum incursionibus.

(8.) Is tamen Eleazarus Simonis filius nominatur à Josepho dict. l. 5. c. 1. princ. confer. etiam infra h. cap. n. 19.

(9.) Consentit Josippi Epitome pag. 228.

(10.) Vel: adversus stationarios Romanorum milites, nam etiam hoc modo dictionem נציב, quæ in nostro habetur codice, vertere possis, sic in Josippi Epitome dict. pag. 228. Munsterus נציב Romanorum interpretatus est: stationem Romanorum, vid. suprà h. lib. 6. c. 7. n. 3.

(11.) Confer. hic Josippi Epitome pag. 228.

(12.) Is Chelciæ filius fuit, vid. Joseph. lib. 5. de Bell. Jud. c. 1. & Egesipp. l. 5. de Excid. Hieros. c. 1.

(13.) Ita ויהצרון, omissâ copulâ & adjecta dictione: filius, hic vertere volui, ita, ut יהצרון idem sit, ac בן יהצרון, idque juxtà Josephum dict. loc. qui Simeonem Ezronis filium fuisse scribit; Egesippus verò dict. l. 5. c. 1. Simonem Zenonis filium vocat.

(14.) Hiskias iste Chobari filius nominatur à Josepho & Egesippo, loc. alleg.

(15.) Consentit Josephus loc. cit. & Cornel. Tacitus Histor. l. 5. c. 12. vid. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 1. ac Josippi Epitom. pag. 229.

(16.) Latera sive angulos, ita juxtà Hebræum, vid. infrà h. cap. n. 20.

(17.) Tacitus Histor. dict. lib. 5. c. 12. scribit, Johannem mediam urbem occupasse, confer. etiam Josephus, Egesippus & Josippi Epitom. in loc. alleg.

Romanos fecit atque populum Israëliticum commovit, ut à Romanis deficeret eisque violentas manus inferret: nam si Neronis Cæsaris ætate Israëlitæ in officio mansissent, nec sibi nec terræ suæ perniciem & interitum attraxissent, quandoquidem Cæsarum Romanorum propositum eò solum collineaverat, ut Israëlitæ Romanum imperium agnoscerent; reges verò è gente sua electos haberent, (11.) id quod etiam Vespasiani ac Titi, & ante hos Augusti tempore contigit, qui omnes mansueti & clementes Imperatores ergà populum Israëliticum fuerunt. Per idem tempus Eleazaro grassatori sese adjunxerunt Juda (12.) & Simeon Ezronis filius (13.) atque Hiskias, (14.) qui omnes nobili Judæorum stirpe nati erant atque Hierosolymis fortitudine præstabant; Eleazarus autem grassator cum asseclis suis Sanctuarium & Templum (15.) cum omnibus, quæ circà illud erant, atriis occupaverat & ex militibus suis insidiatores constituerat, qui Templi munimenta (16.) custodirent; Johannes verò Galilæus latro ingenti hominum multitudine contracta, quibus etiam milites suos auxilii causa adjunxerat, forum (17.) & plateas Hierosolymæ atque inferiorem urbis partem occupaverat; ast Simeon Hierosolymitanus grassator superiorem urbis partem (18.)

(18.) locaque Hierosolymæ editiora sibi sumpserat; quocircà Simeonis milites lapidibus, quos fundis emittebant, & sagittis, quas jaculabantur, multos ex Johannis militibus vulnerarunt atque interfecerunt; Eleazarus autem, Ananiæ Pontificis filius, (19.) Sanctuarium Domini & Templum, ejusque munimenta (20) & turres, prout suprà dictum est, occupaverat: circà idem tempus in ipsâ urbe Hierosolyma per triduum continuum sine ulla cessatione die nocteque pugnatum est, quia prælium inter grassatores eorumque milites nullo conquievit tempore; sed quotidiè sese mutuis cædibus trucidârunt adeò, ut innumera interfectorum cadavera hinc inde projecta conspicerentur (21.) nec interemptorum numerus iniri posset: sangvis autem cæsorum Judæorum per plateas urbis, per fora & vicos fluebat isque in Templo Domini torrentis instar sese diffundebat tantâ copiâ, ut limina portarum Templi sangvine opplerentur, atque interemptorum cadavera acervatim magnô cumulô jacentia computrescerent, quia nemo illa sepulturæ tradebat. Johannes igitur Galilæus tyrannus in medio fuit, ab utraque parte duo isti grassatores, Eleazarus & Simeon, extiterunt; Simeon autem meliorem urbis locum occupaverat, unde tàm Johannem, quàm Eleazarum premere poterat. Eleazarus itaque Simeonem, quantum potuit, in angustias adduxit, quia ille Johannnem, in medio positum, valdè infestabat: ast Johannes totis viribus annisus est, ut utrumque superaret; sed frustrà: nam Simeonis milites, qui edita urbis loca occupaverunt, Johannem unà cum militibus suis, qui in inferiori urbis parte erant, lapidibus, quos fundis emittebant & sagittis

(18.) Consentit Josephus eod. loc. & Tacitus dict. cap. 12. refert, extrema & latissima mœnium Simonem occupâsse, confer. etiam Egesippus & Josippi Epitom. loc. citat.

(19.) Eleazarus Simonis filius fuisse dicitur à Josepho dict. l. 5. c. 1. vid. suprà h. cap. n. 8.

(20.) Confer. quæ suprà n. 16. h. cap. notata sunt.

(21.) Confer. hic Josephus, Egesippus & Josippi Epitom. loc. alleg.

gittis vehementer presserunt multosque ex illis interfecerunt, & dum Johannis milites lapides fundis & ballistis in Simeonis milites, qui editiora urbis loca occupaverant, conjicere voluerunt, iidem lapides, quos in Simeonis milites projecerant, retrò versi in ipsos projicientes reciderunt eosque obtriverunt; quô factô sibi ipsis damnum auxerunt: sic intricatum & atrox prælium inter tres illas factiones exarsit, quod indies magis magisque crescens latissimè sese diffudit. Accidit autem, ut ingens Sacerdotum & Seniorum Judæorum multitudo in Templo conveniret, qui coràm militibus procidentes suppliciter illos rogârunt, ne ulterius in Templo Domini prælium committerent; sed à pugna desisterent: ast milites omnes istos eodem tempore interfecerunt, (22.) ita, ut neminem ex illis superstitem relinquerent; eodem die (23.) etiam Ananiam ac Josuam, principes Sacerdotum & Templi præfectos atque Zachariam, (24.) qui in nomine Dei Israëlis vera prædixerat, interfecerunt. Quamvis autem juge Sacrificium dudum cessaverit, (25.) quia jam ante triginta sex dies ablatum erat; nihilominus viri quidam probi ac fideles reperti sunt Hierosolymis, qui sacrificia Deo obtulerunt: Sacerdotes igitur illi, dum super altare sacrificia obtulerunt, in ipso oblationis actu à grassatoribus interempti sunt ita, ut Sacerdotum interfectorum cadavera super pecorum oblatorum corpora procciderent (26.) multi quoque ex plebe Hierosolymitana, qui

(22.) Confer. Josippi Epitom. dict. pag. 229.

(23.) Atqui Josephus lib. 4. de Bell. Jud. cap. 18. scribit, Ananiam & Josuam jam antè interfectos fuisse ab Idumæis, cum illi irruptionem in urbem Hierosolymam fecissent, confer. num. seq. 24.

(24.) Hic quoque Zacharias, Baruchi filius, jam antè ab Idumæis, factâ in urbem Hierosolymam irruptione, interemptus fuit, prout refert Josephus dict. lib. 4. cap. 19. vid. suprà h. lib. c. 27. num. 9. & num. antec. 23. it. infra h. lib. c. 33. n. 21.

(25.) Vid. Daniel. c. 8. v. 11. & cap. 12. v. 11. ac suprà h. lib. c. 30. n. 34. & n. 35. it. c. 37. n. 8. & 9.

(26.) Simile factum vid. suprà l. 4. c. 23. n. 9. & paulò post h. cap. n. 27. confer. etiam Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 1. ac Josippi Epitom. p. 229. & seq.

qui in Templo Domini convenerant, ut Deo supplicarent, queis nulla erant arma, à grassatoribus interempti & miserè trucidati sunt, nec quisquam ex illis superstes fuit relictus; quapropter innumera hominum cadavera in Templo Domini pedibus conculcanda jacebant, & Sacerdotis sacrificantis corpus super sacrificium oblatum cadebat, (27.) nam, dum is sacrificium adhùc manibus suis tenebat, grassator superveniebat eumque interficiebat, quocircà pecorum in sacrificio oblatorum sangvis eorumque adeps cum sacerdotum sacrificantium sangvine & adipe commixta sunt ita, ut nemo in pavimento Templi, quod marmore stratum erat, ambulare posset, quoniam istud hominum interfectorum & pecorum mactatorum sangvine atque adipe lubricum erat factum: quapropter, dum sacerdos sacrificium manibus suis tenens interficiebatur & aliud cadaver super illud cadebat, interfectorum corpora permiscebantur ita, ut corpus purum super impurum atque improbi homicidæ cadaver super pii probique hominis corpus caderet eorumque sangvis invicem permisceretur, idque in Templo Domini, quod tanquam torrente inundabatur & tàm nobilis, quàm vilis, tàm pii, quàm impii, tàm probi, quàm improbi sangvis medio in Templo Domini confundebatur, (28.) adeò, ut in illo sangvis stagnum efficeret nec aliud quidquam ibi conspiceretur, quàm adeps cadaverum & viscera atque intestina hominum interemptorum, qui ferro confossi in Templo Domini hinc inde jacebant; bellum autem istud exitiosum indies magis magisque crescebat tanta rabie, ut, quicunque grassator viribus præpollebat, is alterius incenderet domum, (29.) unde ignis latiùs serpens ædificia magna corripiebat, quæ Templo Hierosolymitano vicina, quæque antiquitùs

(27.) Vid. num. antec. 26. ibique not.
(28.) Idem refert Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 1.
(29.) Vid. Joseph. l. 5. de Bell. Jud. c. 3. & Egesipp. dict. lib. 5. cap. 1. atque Josippi Epitom. pag. 230.

tùs frumento, vino atque oleo repleta tanquam horrea publica erant, ut incolis urbis Hierosolymæ obsidionis tempore subsidio essent, ejusmodi receptacula Hierosolymis erant mille & quadringenta, quæ omnia victus & commeatus ad obsidionem tolerandam plena erant; eodem autem tempore, quo Vespasianus urbes Galilææ invaserat, seniores aliique homines fideles, qui tunc temporis Hierosolymis erant, receptacula illa visitârunt (30.) & in eis tantum victus & alimentorum deprehenderunt, quantum 200000. hominibus ad viginti annos satis esset; sed illa omnia tunc temporis à grassatoribus durante bello incensa sunt, (31.) unde fames Hierosolymis orta est (32.) nec hic grassatorum furor substitit; sed illi latius progressi omnia ædificia amœna & magnificè exstructa, quæ Hierosolymis erant, diruerunt atque everterunt, ne cujusquam nomen ampliùs extaret nec reliquiæ civium Hierosolymitanorum superessent: (33.) sic tempore illo Deus per quatuor hos judices, (34.) gladium, pestem, famem & incendium, incolas urbis Hierosolymæ judicavit, quibus quinta accessit calamitas, nempe ædificiorum destructio; in omnibus itaque locis Hierosolymæ vastatio, horror & tumultus fuit (35.) nec uspiam effugium, quies vel auxilium inveniebatur; sed ubique ejulatus, clamor, planctus & fletus mulierum ac parvulorum, ut & gemitus eorum, qui confossi & nondum mortui erant atque undique tàm senum, qui cædebantur vel alio modo affligebantur, quàm puerorum & infantium, qui fame laborabant, ejulatus audiebantur:

(30.) In Hebr. שערו i. e. æstimarunt, calculum subduxerunt victus & frumenti, quod in receptaculis istis conditum erat.
(31.) Sic Tacitus Histor. l. 5. c. 12. scribit: prælia, dolus, incendia inter ipsos (Judæos) & magna vis frumenti ambusta.
(32.) Consentit Josephus dict. l. 6. c. 3. in fin. vid. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 1. ac Josippi Epitom. pag. 230.
(33.) Ita sanguine, incendio, ruina, fame, totius urbis nervi succidebantur, scribit Egesippus loc. alleg. confer. num. seq. 34.
(34.) Vid. Josippi Epitom. pag. 231. & num. antec. 33. ibique not.
(35.) Idem refert Josephus dict. l. 5. c. 4. & Egesippus loc. alleg.

נלחצים במלחמת הפריצים׃ ובכל קץ
חוזרת בירושלב קול אומ׳ אשרי לכל
אשר מת לפנים ואוי לנשאר חי בהיום
הזה לראות ברעה הזאת׃ ובשמעי אני
יוסף את הרעות העצומות האלה אשר
בירושלם את זקני בידי מרטתי ועל
ראשי אפר שמתי ואבל וחפוי ראש על
הארץ ישבתי ועל ירושלם וישובת
קונתי׃

undique aderant calamitates, quibus viventes à graſſatoribus bellò premebantur, in omnibus compitis & angulis urbis Hieroſolymæ voces audiebantur dicentium: ô felicem, qui jam dudum obiit! væ illi, qui etiamnum vivit & mala iſta aſpicit! ego verò Joſephus, dum ſummas illas miſerias, cum quibus urbs Hieroſolyma tunc conflictabatur, audivi, barbam meam manibus evulſi & caput cineribus conſperſi mœſtusque vultu obvoluto humi ſedi, atque Hieroſolymam ejusque incolas deplorans lamentatus ſum.

CAP. XXXIII.

ויקונן יוסף הקינה הזאת על ירושלם
ואומ׳ איכה נשחתה העיר הקדש אשר
היתה מאושרה ומהוללה מכל המדינות׃
איכה העיר הגבוהה היתה דומם בעונו׳
יושביה שפלה ותחת אשר היתה מנוח
לאנשי אמונה ימצלו בה היום מרגזי
אל ויונוה זונים מאדוני יי׳ וישמידוה
רוצחים׃ ובמקום אור השכינה העליונה
יש היום שכינה וגם הם הללים נבלות
פגרי מתים ובמקום השמחה יש היום
הוגה ואנחה ובמקום הששון יגון ובמקום
הרנן בכנור ונבל שבר לב ואבל ובמקום
אשר

LAmentatus eſt itaq; Joſephus lamentationem iſtam ſuper (urbem) Hieroſolymam, dicens: quomodo urbs illa ſancta, (1.) quæ felix quondam & inclyta præ omnibus aliis urbibus fuit, jam devaſtata eſt? quomodo urbs illa ſublimis propter incolarum iniquitates adeò depreſſa eſt? quæ quondam proborum & fidelium virorum ſedes fuit, in illa jam improbi, qui Dominum ad iram provocant, (2.) quique populum à Deo abducunt, dominantur atque homicidæ eandem perdunt, ubi quondam lux fuit Divinæ majeſtatis, ibi jam ignominia eſt devaſtationis (3.) & interemptorum cadaverum ſangvis, ubi anteà gaudium fuit & lætitia, ibi hodiè gemitus eſt & mœſtitia, ubi quondam hilaritas, ibi jam triſtitia, ubi quondam citharārum & pandu-

(1.) Apud Joſephum dict. l. 5. c. 2. brevior, quàm hic, lamentatio habetur, Egeſippus quoque lib. 5. de Bell. Jud. c. 2. caſum urbis Hieroſolymæ deplorat & veram omnium calamitatum ejus originem declarat, nimirum quòd Judæi Hieroſolymitani Chriſtum, Servatorem noſtrum, tejecerint, confer. infrà h. cap. n. 34.
(2.) Eadem habentur apud Jobum cap. 12. v. 6.
(3.) Ita hic vertere volui dictionem שנינה, ut aliquo modo exprimerem ὁμοιοπλωτον, quod hic habetur in vocibus iſtis: שנינה & שכינה, ſimile exemplum habetur Eſaiæ c. 5. v. 7. & paulò poſt h. cap. n. 5. ſic in Tobia Hebraico à Munſtero edito & quidem ejusdem cap. 3. ſimile ὁμοιόπλωτον babetur, ubi Saræ, Raguelis filiæ, exprobratur, quòd non digna ſit, ut vocetur שרה, Sara; ſed צרה, Zara i. e. inimica, adverſatrix.

אשר היו הכהני׳ עובדי׳ עבודת יי׳ והובח׳
אלי׳ ובח הפריצים היום מאנשי הסד
ואנשי אמונה נובחים נבח׃ וחדה אשר
היתה עיר מעון לחכמי׳ ולפקחים היא
היום מעון לרשעי׳ ולחוצבים׃ יי׳ אלהי
ישראל והלא מלפני׳ מלאכי מרום היו
יורדים בארץ להלחם את מלחמותיך
וגם גלי הים היו רודפים ונלחמו מאז
ברודפיך והארץ בלעה את מנאציך והרוח
הבחיד את הקמים עליך וגם רעמי
השמי׳ השוחחו צויך וכוכביה׳ ממסלותם
נלחמו באויביך׃ ועתה מה ראות להחתיר
פניך ממנו וביד מי נקרת צאן מרעיתך
הבט נא יי׳ אלהינו וראה את עמך ואת
נחלתך אשר הוצאת ממצרי׳ בכח גדול
וביד חזקה ובאותות ומופתי׳ והנהלם
עד היום הזה בישר אמונתך ורחם
עליה׳ בחסדך ואל תט באף את עבדיך׃
עורה נא משה בן עמרם וראה את עמך
ואת עדר הצאן אשר רעית כבר ימיך
בחמתך איכה טורפי׳ בו דאיבים וארויות
ואיך נהפכו ישראל לאויבי׳ לנפשותיה׳
ומבדיסותי׳ ומחריבה׳ מהם יצאו׃ דבט
נא בעם יי׳ שבגללם תרימוהו את מטך
על הים והך אותו והבקעהו ותשימהו
להרבה ויעברו בו ישראל ביבשה לנוס
מפני

pandurarum (4.) ſonus auditus fuit, ibi jam animi dolor eſt & luctus, ubi quondam ſacerdotes ſacrificia Domino obtulerunt atque ſacris divinis operati ſunt, ibi jam graſſatores piorum & fidelium virorum gemitus & ululatus (5.) excitârunt, quæ urbs quondam ſedes fuit ſapientum ac prudentum virorum, ea jam habitaculum eſt improborum & homicidarum. Domine, Deus Iſraëlis, qui quondam angelos è cœlo miſiſti in terram, ut prælia tua pugnarent, (6.) cujus mandato etiam fluctus maris illos, qui te perſecuti ſunt, obruerunt (7.) & terra iſtos, qui te contempſerunt, abſorbuit (8.) ac ventus eos, qui tibi refragati ſunt, exſcidit, tonitrua quoque cœli hoſtes tuos perdiderunt ac ſtellæ (9.) in ordine & curſu ſuo (10.) adverſùs inimicos tuos (11.) pugnaverunt, cur jam faciem tuam à nobis abſcondis? cujusnam manibus oves paſcui tui tradidiſti? aſpice, quæſò, Domine, Deus noſter, ac vide populum tuum & hæreditatem tuam, quam magna vi manuque forti, præviis ſignis & miraculis, ex Ægypto eduxiſti & ad hunc usque diem æquitate ac veritate tua deduxiſti, miſerere populi tui nec ſervis tuis iraſcere. Eja expergiſcere, Moſe, fili Amram! aſpice populum tuum & gregem ovium, quas ſapientiâ tua, quamdiu vixiſti, paviſti, ô quàm miſerè jam à lupis & leonibus dilacerantur, quomodo Judæi ſibi ipſis hoſtes ſunt facti & inimici? quomodo ex illorum medio egreſſi ſunt, qui eos deſtruant ac perdant? intuere, quæſò, populum Domini, propter quem baculum tuum ſuper mare extendiſti illudque

(4.) Sic dictionem נבל, quæ hic habetur, communiter exponunt, vid. infr. h. cap. n. 16.
(5.) Hic quoque ὁμοιοπλωτον habetur in dictionibus iſtis נבח & זבח, confer. ſuprà h. cap. num. 3.
(6.) Nimirùm contra Ægyptios & Sennacheribum, vid. Exod. cap. 14. v. 19. & 2. Reg. c. 19. v. 35.
(7.) Confer. Exod. dict. cap. 14. v. 20. & ſeqq.
(8.) Nimirum Corah, Dathan & Abiram, de quibus vid. Num. c. 16. v. 32.
(9.) Omnia quatuor elementa ac cœlum ipſum hic adducuntur, quæ prompta fuerint ad mandata Dei exequenda.
(10.) Ita dictionem מסלותם, quæ hic habetur, vertere volui juxtà Vulgatam Latinam, Jud. cap. 5. v. 20.
(11.) Nempe contrà Siſeram ejusque milites, vid. Iud. dict. c. 5. v. 20.

מפני צוריכם׃ וחבוד את אשר שאלת
בתחנתך בעת רעבונם להטריפם להם
מן השמי׳ ובעת צמאונם בהחעטך בנפשם
הרוצאת להם מים מצור החלמיש׃ עודה
נא אהרן קדוש י״י אשר עמדת בין המתי׳
ובין החיים ועצרת המגפה מעל ישראל
ועברת לפני העם הזה ופגעת במשרת
לבלתי תתו לקרוב אל החיים הבלתי
חטאים׃ קום נא מעפרך פנחס המקנא
לכבוד י׳ אלהי ישרא׳ ובא ודקור בחרונך
בפריצים האלה המשרתי׳ את עם י״י
ואת בהנתו׃ הקיצה נא יהוש׳ אשר
הממת את הומם יריחו בקולו׳ תרועת
שופרותך על ידי כהני י״י המקדשי׳ נא
נא ואאה את העם שהרוסת מלפניו גוים
רבים ומלכים עזונו׳ ועהה שה את שה
הם משחיתים ויתנו יד לעיבד האלי׳
למשול בארץ הקדושה שהנחלת לישרא׳׃
ואתה דוד המלך מרי לך נודם עודך
הקיצה ובא ברוב המית גבלך וגבוריך
לשורר בנמורות הקדש והדוש נא את
דברי נעימותיך אשר שבתו מפי העם
הזה מרוב רעהם ואהה את שויהם
אשר נהפכו להם למשחיתים ולאויבים
הלא עשו כמוך דוד אשר נתת את נפשך
התת נפשם ואמרת תהי נא ידך בי
ובבית אבי ועל עמך לא הפגה להשחית׃
אלישע

lud que percutiens diviſiſti & ſiccum reddidiſti, ut Iſraëlitæ illud pertranſirent atque hoſtes ſuos effugerent, (12.) recordare quæſò, quòd, dum Iſraëlitæ fame laborabant, precibus tuis panem è cœlo petieris, ut illos ſatiares & quòd, dum ſitibundi animis deficiebant, è petra duriſſima aquam eduxeris, ut biberent. (13.) Exurge quæſò, Aaron, Sancte Dei, qui inter vivos & mortuos medius ſtetiſti (14.) atque plagam à populo Iſraëlitico cohibuiſti & antè populum illum progreſſus vaſtatori (15.) obſtitiſti, ne is ad vivos, qui non peccaverant, pervaderet. Surge jam ex cineribus tuis, Pinehas, qui honoris & gloriæ Domini, Dei Iſraëlis, vindex extitiſti, accede & juſta indignatione commotus graſſatores iſtos, qui populum Domini ejusque Sacerdotes perdunt, interfice. Expergiſcere quæſò, Joſua, qui tubarum, à ſanctis Dei Sacerdotibus inflatarum, ſonitu tantum excitâſti ſtrepitum, ut urbis Jericho muri conciderent, veni ac vide populum, coràm quo multas gentes ac reges fortiſſimos expuliſti, quomodo is jam in mutuas ruat cædes atque idolorum cultoribus locum det, ita, ut in terra ſancta, quam populo Iſraëlitico poſſidendam tradidiſti, dominentur; tu verò, rex David, ecquid ſomno ſopitus es? ſurge, evigila, Panduras (16.) ac citharas tuas pulſa & ſacra carmina canta ſuavesque cantilenas deprome, quæ propter maximam calamitatem iſtius populi jam penitùs ceſſârunt, aſpice quæſò principes iſtius gentis, qui ejusdem hoſtes & vaſtatores evaſerunt, nec idem, quod tu, rex David, fecerunt, dum vitam tuam præ ſalute populi obtuliſti ac dixiſti: vertatur, obſecrò, manus tua contrà me & contrà

(12.) Vid. Exod. c. 14. v. 16. & ſeq.
(13.) Conſer. Exod. c. 17. v. 6 & Deuter. c. 8. v. 15.
(14.) Vid. Numer. c. 16. v. 46! & Sapient. c. 18 v. 21. confer. etiam ſuprà h. lib. 6. c. 20. n. 24.
(15.) Sic dictionem משחית, quæ hìc habetur, vertere volui, Græcis dicitur ἀπολλύων, Apocalyps. c. 9. v. 11. & ὀλοθρευτὴς 1. ad Corinth. cap. 10. v. 10.
16.) De dictione נבל ſuprà h. c. n. 4. aliquid dictum eſt.

אלישע למה הישן עודה נא וראה מודי
תעשה אם תוכל להציל שאירית מישרא׳
ולרחוות לדם לפליטה והלא אתה הוא
אש׳ משכת בתפלתך ארז דל מחנות
ארם ותביאהו ל עיר מבצר כרצונך
וחמשול בו בלא חרב ומלחמה וחכניעהו
והכם בסנורי׳ והחשיך את אור עיניהם
והרפוך את איבתם על ישראל לאהבה
ואתה הוא אשר נלחמת בהפלחך על
מחנה ארם בקול רכב וקול סום ופרשי׳
וימם מחנה אר׳ וגדודיו מפני שיה תפלתך
אש׳ שפכת בעד עמך׳ ועתה רעי יש ל
ראותנו אלי והתקבצו כלכם ושמעו את
דברי אשר אדבר באזניכם היום הזה
אמרו לי איה תפלתכם ותחנתכם ושיחכם
הטוב אשר שפכתם בעד עם ישראל
להשיב מעליהם עברה וזעם וצרה וחרון
אף ומטלחת מלאבי רעים איך לא
הביטו אשר נהפך מעון הקדש למשטה
רמים וחלל כהני הקדש נופלי׳ בתוכו
ויהושלם העיר הקדושה נהפכה לנבראי
כאלו לא היה שם י׳ בה ובהיכל הקדש
אשר בה לא שכנה השכינה ונהפך
הכל קדש להיות מעון רוצחים ונוד
פריצים ומשכן אבוריס וכל הנמלטים
אליו להיות בו נהרגים בתוכו אשר הרגו
הפריצים בתוכו את ענני הכהן ואת
יהושע הכהן שני שרי הכהנים אשר הם
היו שרי הקדש וגכבדים בעם י״י ומאו
מלאבי

contrà domum patris mei (17.) nec populum tuum perde. Eliſa cur dormis? evigila quæſò ac vide, quid tibi faciendum ſit, num fortè aliqua ratione reliquias populi Iſraëlitici ſervare eisque ſalutem & incolumitatem præſtare poſſis; nonne tu is ipſe fuiſti, qui precibus tuis Syrorum copias (18.) in urbem munitam (19.) pro lubitu tuo deduxiſti easque ſine gladio & prælio viciſti ac ſuperâſti, dum illos cæcitate percuſſiſti atque eorum oculis caliginem offudiſti & ipſorum odium ergà Iſraëlitas in amorem convertiſti? tu ſanè fuiſti, qui oratione tua contrà Syrorum exercitum pugnaſti, dum illi ſonitum audiverunt curruum, equorum & equitum (20.) quo conſternati Syrorum milites in fugam converſi ſunt, idque precibus tuis, quas pro populo tuo fudiſti. Vos itaque, paſtores populi Iſraëlitici, omnes congregatione facta audite, ac verba mea, quæ vobis hodiè dicam, attendite, dicite mihi: ubinam ſunt preces, orationes & interceſſiones veſtræ pro ſalute & incolumitate populi Iſraëlitici, ut ab eo iram atque indignationem Dei malorumque angelorum immiſſionem avertatis? annon videtis, domum Sanctuarii ſangvine conſperſam & cadaveribus ſacerdotum repletam eſſe? Hieroſolyma, urbs ſancta, prorſùs alia facta eſt, perinde ac ſi Deus ejusque Divina majeſtas nunquam ibi habitâſſet: Templum ſanctum factum eſt homicidarum habitaculum; & ſedes graſſatorum ac tyrannorum receptaculum, omnes, qui eò confugerant, ut vitam ſuam ſervarent, à graſſatoribus ibidem interfecti ſunt, imprimis Ananias & Joſua, duo Sacerdotum principes ac præfecti Sanctuarii, qui in populo Domini honore conſpicui fuerunt, quos olim reges & populi venerati eorumque gratiam aucupati ſunt, eorum nunc

(17.) Vid. 2 Samuel. cap. 24. v. 17.
(18.) Vid. 2. Reg. cap. 6. v. 18. & ſeqq.
(19.) Nimirum Samariam, vid. 2. Reg. dict. c. 6. v. 20.
(20.) Vid. 2. Reg. cap. 7. v. 6. ubi hiſtoria illa refertur.

cada-

מלכים ולאומי פניהם חלו למצוא
חן בעיניהם׃ והיה הפילו פגריה בתוך
ההיכל ישרי ירושלם וקני יהודה וחכמי
ישראל אשר מלכים ולאומים היו דורשי
שלומם נפלו פגריהם מתי בתוך ירושלם
עיר הקדש נידוי למאכל לעוף השמים
ולבהמות ולחית הארץ ומזון לבלבים
ולעורבי׳ ואין קובר ולא נהרגו ולא נפלו
על רוע מעשי׳ כי אם על הוכיחם את
בני ישראל החטאים׃ איך נפלו בקרבך
ירושלם עיר הקדש דמהוללה בכל
פנות הארץ הצדיקי׳ החסידים ויגבורי
הרשעים והפריצי׳ אנשי הבליעל ואנשי
הדמים עליהם ויביאו עליך את כל
הרעות האלה׃ ואין בתוכם נפלי להני
י׳ ונביאיו ולכני היכל הקדש אשר
בתוכך נשחט ובזרה הנביא הצדיק
והחסיד וישכב בלא קבר ולא בסתה
הארץ את דמו אבל עדין הוא עולה
ומצפצף בתוכך׳ ואיך כסתה ארצך הם
עניי

cadavera in Templo projecta ſunt, principum quoque Hieroſolymitanorum ac Seniorum Judæorum ut & Sapientum Iſraëlitarum, quorum pacem quondam reges & gentes expetiverunt, eorum, inquam, cadavera in urbe ſancta jacent volucribus cœli & beſtiis terræ dilanianda & corvis ac canibus ſunt cibus, nec quisquam eſt, qui illa ſepeliat, hi ipſi viri ob nullum ſcelus vel flagitium interempti ceciderunt, ſed ideò ſolùm, quia peccata filiorum Iſraëlis reprehenderant. Ah quomodo in te, Hieroſolyma, urbs ſancta atque inclyta, ubique viri juſti & pii occubuerunt! quomodo illos improbi iſti graſſatores ac homines nequam & Sangvinarii interfecerunt atque omnem iſtam calamitatem in te introduxerunt? quomodo in te Sacerdotes Domini ejusque prophetæ interempti ſunt? Zacharias (21.) pius ille ac juſtus propheta, antè Templum, quod in te ſitum eſt trucidatus fuit & inſepultus jacuit nec terra ſangvinem ejus operuit, qui etiamnum in te erumpit & ebullit; (22.) quomodo terra tua Ananiæ Pontificis & Joſuæ (23.) principis Sacerdotii ſancti, ſangvinem conteget? dum duo illi in Templo tuo non ſecùs ac homicidæ & tyranni trucidati ſunt, quocircà in ultionem ſangvinis illorum, à graſſa-

(21.) Vid. Joſeph. l. 4. de Bell. Jud. c. 19. & Egeſipp. l. 5. de Excid. Hieroſol. c. 2. conſer. etiam Matth. c. 23. v. 35. & quæ cap. antec. 32. n. 24. notata ſunt. R. Iſaac. Abarbenel ad 2. Reg. c. 12. v. 22. fol. m. 284. col. 3. ex Talmude Tractat גטין notat, quòd, dum princeps regis Babyloniæ ad templum Domini venit atque ibidem Sacerdotes interfecit, ſanguis Zachariæ ebulliverit & effervuerit, non ſecus ac mare impetuoſum & tempeſtate agitatum nec antè quieverit, donec princeps ille Babyloniæ præceperit, ut ſuper ſanguinem illum ebullientem multorum hominum ac Sacerdotum ſanguis effunderetur, vid. num. ſeq. 22.

(22.) Ira Hebr. מצפצף, quòd aliàs pipire notat, hic vertere volui, de Zachariæ ſanguine ebulliente vide ſis narrationem in Talmud. Hieroſol. in Taanith fol. 69. 1. 2. & in Talmud Babyl. in Sanhedrin. fol. 96. allegante Joh. Lightfoot in Hor. Hebr. ad Matth. cap. 23. v. 35. conſer. & R. Salom. ad Ezech. cap. 23. v. 7. & 8. atque R. Iſa. Abarbenel ad 2. Reg. dict. c. 12. v. 22. fol. m. 284. col. 3. circa fin. vid. num. antec. 21.

(23.) Imò non tàm propter illius Ananiæ & Joſuæ; ſed potius propter verum Joſuam, nempe Ieſum Chriſtum, Servatorem noſtrum, verum illum Sacerdotii ſancti principem interfectum & rejectum tanta urbis Hieroſolymæ calamitas & populi Judaici clades evenit, quocircà Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 2 ita ſcribit: ideo ſalus abs te, ô Ieruſalem, receſſit, pax abiit, quies deſtitit, data eſt tibi ſedition, datum excidium, agnoſce tibi hodiè Barrabam vivere, Ieſum mortuum. ideò in te regnat ſeditio, pax ſepulta eſt, ut crudelius à tuis pereas, quàm ſi ab alienis perites &c.

ענני הבחן הגדול דם יהושע השר
בבהמת הקדש כי נהרגו שניהם בתוך
היכלך כהתך רוצחי׳ ואבותי׳ ועל נקמת
דם השפוך אשר נשפכו לנקמתם דמים
כשטף מים מדמי בחוריך וגבורי׳ איך
נהפכו לבו׳ אנשיך וישובו אחור ולא
ישמעו לתוכחות חמיד אבל הגם בפשלי
מסכה אש׳ לא ויאו ולא ישמעו ולא
יבינו כי כל החיות וכל צבאי הארץ
נלחמים במלחמותיהם נגד הקמים עליהם
למען אשר ימלטו מחרב אויביה׳ וממבות
שונאיהם ובניך נהפכו בתוכך לאויבים
לנפול איש בהדב אחו׳ ואיי׳ באון
עתך אשר לא הטית את שכמך לסבול
את עול הגוים והגרעי עול מצרים
ופלשתי׳ ואדם ואשור ובשדים ופרס
ומדי׳ איה גבורת האל אשר נתן לבני
השמונאי׳ אשר גבורו בתוכך בעם מתי
מספ׳ על חיל עצום חיל יון וישמידו את
גבורי בבל ויבעורו את חיל פרס ויהרגו
את קמיטיארוס ואת אנטיוכוס וידפו
אחרי גדודיהם ויכו בם מכה גדולה מאד
וימלאו את הארץ מפגרי חללי הגוי כי
בחרו מות מדמים ולא שמעו לחטאים
וימסרו את נפשם למות ולא על בניהם
ועל בנותיהם כי אם על מקד׳ י׳ ועל
הוכלו

graſſatoribus effuſi, juvenum tuorum & militum ſangvis torrentis inſtar effuſus eſt, ô quomodo incolarum tuorum animi ſunt perverſi, ac qvomodo illi retrò ceſſerunt nec piorum increpationibus & caſtigationibus obtemperârunt; ſed facti ſunt tanquam ſimulacra conflata, quæ nec vident nec audiunt nec intelligunt: omnia quippe animalia etiam propagines terræ ſuo quæque modo pugnant contrà adverſarios ſuos, ut hoſtium ſuorum gladios & inimicorum verbera evitent; aſt filii tui intrà te ſibi ipſis hoſtes ſunt facti, ut alter alterius gladio intereat: ubinam eſt egregia illa tua fortitudo, quâ gentium jugum humeris tuis excipere recuſâſti atque Ægyptiorum, Philiſthæorum, Syrorum, Chaldæorum, Aſſyriorum, Perſarum & Medorum juga confregiſti? ubinam eſt robur illud animi, quod Deus Haſmonæorum filiis (24.) indidit, qui exiguis copiis ac parva manu ingentem Græcorum exercitum ſuperârunt, Babylonios perdiderunt milites, Perſarum copias fugârunt, Demetrium (25.) & Antiochum interfecerunt, (26.) eorumque milites perſecuti ſunt ac maximam illis cladem intulerunt ita, ut gentium interfectarum cadaveribus terram opplerent, quia mortem vitæ prætulerant, nec improbis morem geſſerant ac vitam ſuam mortis periculo expoſuerant, non pro filiis & filiabus, ſed pro Sanctuario Domini ejusque Templo, ne illud gentium idolis & abominandis earundem ſimulacris pollueretur. Ubinam eſt virga illa Dei virga ſancta, (27.) quæ gaudii tui tempore efflorуit? nunc flores ejus exaruerunt, ac virga arida eſt facta, nam vera illa virga,

(24.) De his ſuprà l. 3. c. 7. n. 3. ac dict. l. 3. c. 9. n. 8. & alibi ſæpè dictum eſt.

(25.) Hebr. ומיטיארוס, ita hic potius legendum puto, quàm קמיטיארוס ſicuti nomen iſtud in codice noſtro corruptè legitur, conſer. ſuprà l. 4. c. 12. num. 25. ibique not.

(26.) Imò nec Demetrius nec Antiochus ab Haſmonæis ſive Judæis interfectus eſt, nam ille quidem ab Alexandro, Antiochi filio, in prælio interfectus eſt, prout habetur 1. Maccab. c. 10. v. 50. iſte verò, nempe Antiochus, morbo obiit, ſicuti 1 Maccab. c. 6. v. 16. & 2. Maccab. c. 9. v. 28 legitur.

(27.) De virga ſeu baculo Aaronis efflorеſcente, vid. Numer. cap. 17. v. 8.

הוכלו לבלתי השמא בשקוצי הגוים
ובגלולי תועבותיהם׃ איה מטה האלה
מטרד הקדש אשר פרח בומי שמהך
ועתה תרבו פחדי המטה ויבש דמטה׃
כי תרבו מטה האמונה׃ מלבות אנשיך
ואפסה התורה הקדושה מהם ומקרה מי
ידמי השמי לא נודע לשאוב איש מהם׃
האנשים החומלים בחמלה וברחמי עי
דיעדים ואדוהם דן ברחים הן בחורת
אין נהפכו עתה לאבודי לא ירחמו׃
איה גדל וחסדם אשר היו קוברי מיתיה׃
בבבור ועהה חלליהם ומתיהם בסו ארת
פני הארץ ואין להם קוברים ואין שלוש
לקובריהם כי יצאו אחריהם וידרגו טרם
יקברו את הדרוגי וימותו גם הם בלא
קבורה ויהיו מושלכים לדמן עי פני
השדה׃ ויהי חק בך בהיום הזה כי האב
לא יקבור את בנו והבן לא יקבור את
אביו אמר הפריצי עשו משמרי עי
דמחי לבלתי הקבר ואש ילך לקבור
יפול גם הוא ויומת עי פני השדה
ואין קובר כי יהרגהו הפריצים הרשאים
בנפשותם׃ והיכל מקדש יי אשר בך
עקב אשר היו בשמו מרעיפים ממעל
ויהי הקטרתו הולך למרחק ובשם שמן
מורקתי

nempe regnum populi tui, exaruit, lex illa ſancta ab improbis ſublata eſt, & receptaculum aquarum cœleſtis miſericordiæ illis ignotum eſt, ut inde aliquid haurire poſſint; ah quomodo viri illi, qui quondam ergà ſocios & fratres ſuos, tàm vivos, quàm mortuos, fuerunt mites ac miſericordes, quomodo, inquam, viri illi jam crudeles facti ſunt nec ulli parcunt? (28.) ubinam eſt egregia illa pietas, quâ demortuos ſuos cum honore ſepeliverunt? quandoquidem defunctorum & interemptorum cadavera jam terræ ſuperficiem opplent, nec ſunt, qui illa ſepulturæ tradant (29.) aut quietè ac ſine periculo vitæ ſepelire poſſint, quia improbi & ſcelerati ſuperveniunt eosque, antequàm cadavera ſepulturæ tradant, interficiunt, quo fit, ut, qui alios ſepelire voluerunt, ipſi ſine ſepulchro moriantur eorumque cadavera in agros projiciantur ac ſtercus fiant; is hodiè mos invaluit, ut nec pater filium nec filius patrem ſepulturæ tradat, quia graſſatores demortuorum cadaveribus cuſtodes appoſuerunt, (30.) ne illa ſepelirentur; quisquis igitur ad humanda defunctorum cadavera abit, is etiam morte afficitur & in agros inſepultus projicitur à graſſatoribus iſtis improbis, qui in animas ſuas peccant: Aromata autem Templi Domini, quæ in illo deſuper deſtillârunt, atque odor ſuffitus ibidem latè diffuſus & ungventum odorem ſuaviſſimum undique exhalans, quomodo hæc omnia jam mutata ſunt? ſqualet fœtore Templum Domini & propter interemptorum

(28.) Quomodo autem pacem ſuam tenere poterat, qui pacem Dei repudiavit? pax Dei Chriſtus eſt, qui fecit utraque unum, meritò ergò ex uno populo plures adversùs ſe facti ſunt, quia noluerunt ſequi diviſa conſociantem Jeſum; ſed ſecuti ſunt conjuncta dividentem furoris ſpiritum, ſicuti benè ſcribit Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 2.

(29.) Eò ſervati ſunt Judæi, ut viderent cum patria ſimul ſolvi etiam leges naturæ, negari jus viventibus, pacem civibus, ſepulturam defunctis, humana pariter atque divina maculari ac pollui, permixta omnia, criminoſam eſſe miſericordiam, religionis loco haberi crudelitatem, ſicuti ſcribit idem Egeſippus dict. l. 5. c. 2.

(30.) Ita quodam furore occiderant pietatis officia, crudeſcebant impietatis miniſteria nihilque magis in tantis calamitatibus perierat, quàm miſericordia, quæ ſola ſoleat allevare miſerias, ſolari ærumnas, uti ſcribit Egeſippus loc. alleg. vid. infrà h. cap. n. 33.

מורקתו מפיזה בכל הארץ איך עיה נהפכו
ובאש ותעל צחנתו ועלה באשו מגבלות
הפגרים ומדמי החללים ואין רחמים
מלאו מזוקיהם וחללי הרב והצוחיך
מלאו מתים וחללי רעב ותחתי הנשארים
בעיר נחשבים במתי כי נקטה נפשם
מיתי נבלות המתים ורבים ימותו מרוית
העולה מהם ורבים יהלו עד לאין מרפא׃
הוא המאמר אשר אמר דוד משיח אלהי
יעקב ונעים זמירות ישראל אלהים באו
גוים בנחלתך טמאו את היכל קדשך׃
וכי גוים מפחת ורבות וגדלת ותומרת
לפשוע בך ולחטוא לטמא את היכל
הקדש אשר בהוכך ומי יתן והיתה הרעה
הזאת ניד רגלי אשר ברעת השונא
ימצא איש תעי נתתה׃ אבל לרעת האוהב
לא ימצא איש נחמה כי בניך אש טפחת
ורבות וגדלת ותומרת הם בידיך בהוגך
איש אחוו ואיש את רעהו מלאו את
היכל יי אש בך מטומאת פגרי הלליה׃
עד אשר חללו מלקבור מן מנעו הפריצי
לקבור׃ והיה האיש אשר יבקש לקבור
חלל מהחללי יבא הפריץ ויהרגהו וימיתהו
ויפילהו על חלל רעהו עד אשר ישארו
שניהם על פני השדה מושלכי בגבלות
פגרי הבהמות אשר ימצאון במקומות
החרבי והשוממי גב כי יפגע איש
ברעהו מת או חלל חרב יכתת את גויות
בשרו למען ינקום נקמת שנאתו בו ואז
יגבר ריח המת על החי והדבק בו מחלה
לאין

ptorum cadavera & conſoſſorum ſangvinem putredine ac tetro odore undique repletum eſt. Quomodo plateæ tuæ corporibus interemptorum refertæ ac vici tui mortuorum fameque enectorum pleni ſunt? qui verò in urbe adhûc ſuperſtites ſunt & vivunt, ii mortuis ſimiles habentur, quia illis vita ſua faſtidio eſt præ tetro cadaverum interemptorum fœtore, quo etiam multi partim interierunt, partim in graviſſimos & inſanabiles morbos inciderunt, atque id ipſum eſt, quod David, unctus Dei Jacob & egregius pſaltes, (31.) Iſraëlis dixit: Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt Templum tuum ſanctum. (32.) An ideò educâſti, multiplicâſti & exaltaſti populos, ut te bello laceſſerent & ſanctum, quod in te eſt, Templum polluerent ac violarent? utinam iſthæc calamitas ab aliis tibi eveniſſet gentibus, quæ infenſo ergà te fuerunt animo! nam ea in re aliquid ſolatii ineſt; aſt dum quis ab amico læditur, id demum nullum admittit ſolatium: nam filii tui, quos aluiſti, educaſti atque exaltâſti, hi ipſi ſe invicem trucidârunt & manibus ſuis Templum Domini, quod in te eſt, cadaveribus interemptorum polluerunt ita, ut nemo eſſet, qui illa ſepulturæ traderet; nam graſſatores prohibuerunt, ne corpora iſta humarentur, quia, dum aliquis interemptum terrâ contegere voluit, graſſator ſupervenit eumque interfecit (33.) atque interemptum ſuper amici corpus projecit ita, ut ambo in agris jacerent, non ſecus, ac beſtiarum cadavera & morticina, quæ in deſertis & deſolatis locis reperiuntur, præterea ſi quis fortè mortuum quendam vel gladio interemptum, quem odio habuit, offendit, is corpus illius & carnem fruſtatim diviſit, ut hac ratione de inimico ſuo ultionem caperet; ſed eo ipſo, dum iſte ita iræ atque odio ſuo indulſit, factum

(31.) Confer. 2. Samuel. c. 23. v. 1. ad quem locum hîc reſpicitur.

(32.) Vid. Pſalm. 79. v. 1. confer. etiam Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 2. circà fin.

(33.) Vid. Egeſipp. lib. 5. de Bell. Jud. c. 2. circà fin. confer. ſuprà num. 30.

לאין מרפא׃ וכל זאת הרעה באה לבנך
על עזבם את תורת יי׳ ועל הפרם את
בריתיך אשר כרת עם אבותם ועל המעל
אשר מעלו ביי׳ אלהי אבותם וישפכו דם
צדיקים ונקיים בהיכל יי׳ אשר בך׃ על
כל אלה רבה אנחתינו ויגדל עון בגינו
להביא עלינו את כל הרעה הזאת אשר
אין קץ לה׃ יי׳ אלהינו עוונותינו עברו
ראשינו ואין מספר למעשי הרעי אשר
עשינו לפניך יי׳ אלהינו צדק הוא
ואנחנו פיהו מרינו ותורתו חללנו ובריתו
הפרנו׃ וכל עוד האריך אפו בנו אנחנו
יספנו למעול מעל בו ועל כן לו הצדקה
והמשפט כי שפך עלינו חרון אפו ולגו
בשת הפנים כהיום הזה וישוב וירחמינו
ויכבוש עוונותינו וישליך במצולות ים
כל חטאתינו אמן׃

est, ut teterrimus cadaveris fœtor vivum corriperet eumque morbo insanabili afficeret; omnia autem mala ista filiis tuis ideò evenerunt, quia legem Domini deseruerunt (34.) ejusque fœdus, cum patribus suis initum, violarunt, atque in Deum patrum suorum peccarunt ac sangvinem justorum & innocentum in Templo Domini, quod in te est, effuderunt: propter omnia peccata ista atque scelera jam in maximo versamur luctu & fletu, atque ideò cuncta illa mala, quorum nullus est finis, nobis evenerunt. Domine, Deus noster, iniquitates nostræ supergressæ sunt capita nostra (35.) & peccata nostra sunt innumera, quæ corâm te commisimus: Justus est Dominus, Deus noster; nos verò mandata ejus transgressi sumus atqve illius legem prophanavimus fœdusque violavimus, & dum suam ille iram ergà nos cohibuit, nos iniquitates nostras auximus; quapropter jure meritoqve illius indignationem experimur & pudore suffundimur, sicuti hoc tempore nobis accidit. Revertatur Deus & nostrûm misereatur atque iniquitates nostras deleat peccataque nostra in profundum maris projiciat, (36.) Amen!

CAP. XXXIV.

ויהי אחרי הדברי האלה ויבא טיטוס
בבקעת קמוניא בחיל וכגדודיו בחדש
הראשון ביום ג׳ לחדש בשנ׳ הראשונה
למלכות אביו בומה׳ ויחבנן בחילו
ובגדודיו ויחקרם ויתקנם לדעת מנתם
ומספרם אחרי לכת אביו אל רומה וימצא
אחר

POsteà Titus tertio die primi mensis, anno primo imperii, quod pater ejus Romæ susceperat, cum omnibus copiis suis in planitiem urbis Cæsareæ venit, ubi universum exercitum suum lustravit, recensuit & ordinavit, ut numerum militum suorum iniret, posteaqvàm pater ejus Romam profectus erat; ingentem autem illorum multitudinem invenit, adeò, ut terra obtegeretur nec conspici

(34.) Et Christum, mundi Servatorem, rejecerunt, vid. suprà h. cap. n. 1. ibique not.
(35.) Vid. Psalm. 38. v. 4. ad quem hic respicitur.
(36.) Vid. Mich. cap. 7. v. 19. qui locus hic allegatur.

אחו חיל לרוב מאד והנה דוא מכסה
את הארץ לעיני כל רואיו׃ ויסע מקריה
ויבא בחיל כבד שומרונה ויקבלוהו אנשי
העיר בשמחה ובטוב לבב ובכבוד ובשלום
ולא הרע להם בדבר׃ ויסע משם ויבא
אילונה אשר בינה ובין ירושלם לי׳ יום
ויחן שם ויעזוב את מחניהו שם ויקח
עמו שש מאות פרשים לבד ויבא
ירושלם לרגלה מרחיק ולתור את המקום
ולדעת גובה החומה אשר לעיר ולהביר
כח העם ולחקור כח הפריצים אשר
הם מתהללים במלחמה ושמעם הולך
בכל הארץ ולקרא שלום על כל המשלימי
עמו׃ ויבא ויקרב אל דחום׳ וירא והנה
אין יוצא ואין בא בשעדי ירושלם והמה
פתוחי כי אדבו לו הפריצי מחרץ לעיר
בדרך מבואו וכל העם אשר לו היו
הולכים אחריו והוא עבר עם מתי מעט
לפנים ויקרב אל החומה להקור גובהה
ויקומו הפריצים ממקום המארב והנוא
והמארב

spici posset. (1.) Dein motis castris exercitum suum Samariam duxit, (2.) cujus urbis incolæ illum læti & magno cum honore ac gaudio exceperunt, propterea Titus nullum eis damnum intulit, inde Ajalonem (3.) venit, qvæ triginta stadiis (4.) ab urbe Hierosolyma distat, qvapropter ipse, cùm castra ibidem posuisset, relicto exercitu, adsumptis solùm sexcentis equitibus, (5.) Hierosolymam versùs iter instituit, ut è longinquo locum dispiceret & murorum urbis altitudinem exploraret populique vires experiretur ac fortitudinis grassatorum, (qvi bello inclyti erant & quorum fama per totum terrarum orbem celebrabatur,) periculum faceret & ut pacem omnibus, qui eam amplecti vellent, offerret: viam igitur ingressus est & ad mœnia urbis accedens neminem vidit, qui portas Hierosolymæ apertas intraret aut illis exiret, nam grassatores extrà urbem in via, qvâ aditus ad oppidum patebat, insidias struxerant; equites autem omnes Titum, cum paucis qvibusdam prægressum, interjecto aliqvo spatio sequebantur. Cùm itaque Titus ad mœnia urbis accederet, ut eorum altitudinem exploraret, grassatores ex insidiis, non procùl ab urbe Ajalon (6.) collo-

(1.) Vid. Joseph. l. 5. de Bell. Jud. c. 6. & Egesipp. lib. 5. de Excid. Hierosol. c. 3. ac Josippi Epitom. pag. 231.
(2.) Vid. Joseph. dict. l. 5. c. 6. & Egesipp. loc. alleg.
(3.) Sic nomen: אילון, quod hic habetur & in Josippi etiam Epitome legitur pag. 231. vertere volui; Josephus l. 5. de Bell. Jud. c. 6. in fin. scribit, Titum in loco quodam, quem Judæi patrio sermone ἀκανθῶν αὐλῶνα vocarint, juxtà vicum quendam Gabath Saul dictum, castra posuisse, Egesippus lib. 5. de Excid. Hierosol. c. 3. locum hunc nominat Aulanam, confer. infrà h. cap. n. 6. & n. 11. ibique not.
(4.) De dictione ריס suprà lib. 3. cap. 17. n. 15. & h. lib. 6. c. 17. n. 8. dictum est; in Josippi Epitome dict. pag. 231. scribitur, quòd inter Ajalon seu Elon & Jerusalem iter duorum dierum fuerit, confer. infrà num. 16. h. c. de voce ריס.
(5.) Idem refert Josephus dict. lib. 5. c. 7. & Egesippus l. 5 c. 3. ac Josippi Epitom. pag. 232.
(6.) Vid. Joseph. loc. alleg. Egesippus dict. lib. 5. c. 3. scribit, Judæos non procul ab illo loco, qui Helenæ sepulchrum vocatur, ex insidiis Titum adortos esse, confer. etiam Josippi Epitom. pag. 232. & suprà h. cap. n. 3. it. cap. seq. 35. n. 7. cæterum Helena ista videtur fuisse Adiabenorum regina, quæ ad Judaicam transierat religionem, de qua Joseph. Antiqu. lib. 20. c. 2. quæ etiam, ut Rabbini tradunt, tabulam auream dono dederat, ut in Templo Hierosolymitano poneretur, confer. autor tractatus Gallici, qui inscribitur: Histoire du Culte Levitiq. &c. Part. 2. cap. 6. pag. 253. edit. Amstelod. vid. & infrà h. lib. 6. c. 54. n. 12.

collocatis, conſurrexerunt & Titi equites à tergo adorti percuſſerunt; qvi verò Hieroſolymis erant graſſatores, oppidô egreſſi impetum in Titum fecerunt ita, ut is in medio eſſet, nam graſſatores Tito obviam facti eundem à militibus ſuis ſeparârunt atque ipſum undique circumvenientes preſſerunt adeò, ut ſexaginta fortiſſimi milites ejus ibidem proſternerentur; (7.) graſſatores autem id egerunt, ut Titum vivum caperent, ſi enim illum interimere voluiſſent, facili id negotio perficere potuiſſent: (8.) Aſt Titus, cùm ſe undiqve à graſſatoribus circumſeptum videret & animadverteret, illorum propoſitum eſſe, non ut ſe interficerent, ſed vivum caperent, cumque nullum evadendi locum aut ad milites ſuos regreſſum ſibi patere conſpiceret, niſi graſſatorum catervam perrumperet ac ferrô ſibi viam patefaceret (omnes quippe milites illum deſeruerant nec operam dederant, ut ad imperatorem ſuum pervaderent eumque ſervarent, quia id impoſſibile eſſe judicabant) ipſe ſemet colligens animumqve firmans maximum in hoſtes impetum fecit ac perrupto graſſatorum agmine obvium qvemqve proſtravit (dum enim illi vivum capere voluerunt, ipſe quemvis appropinqvantem percuſſit) atqve ita incolumis ad ſuos evaſit, nam Deus illorum poteſtati eum ideo tradere haud voluit, (9.) quia per Titum ſupplicium de populo Iſraëlitico ſumere decreverat. (10.) Poſtqvàm igitur Titus ſalvus evaſit, tunc graſſatores pœnitentiâ ducti ſunt, qvòd illum non interfeciſſent ac dixerunt: cur ei manus non injecimus, dum illius interimendi copia

(7.) Egeſippus dict. lib. 5. c. 4. ſcribit, quòd duo tantùm ex Titi ſociis interfecti ſint; cum reliqvis autem Imperatoris filius ad ſuos reverterit.

(8.) Imò Joſephus lib. 5. de Bell. Jud. c. 7. refert, multa in Titum jacta fuiſſe miſſilia; ſed nullum in ejus corpus delatum eſſe, licet is neque galeâ neque thorace ſeptus fuiſſet, idque ſingulari Dei providentiâ, confer. etiam Egeſippus loc. alleg. ac Joſippi Epitom. pag. 233.

(9.) Nam cor regis in manu Dei eſt, inquit Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 4. vid. infrà num. 12. h. cap.

(10.) Idem refertur in Joſippi Epitome pag. 233. certè ad Excidium urbis illius vir tantus reſervatus eſt, prout ſcribit Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 4.

copia nobis data eſt? quocircà obfirmatis animis Titum perſecuti ſunt & pernicioſa in illum tela conjecerunt; ſed fruſtrà, quia Deus illum protexerat, ut Hieroſolymam ipſius poteſtati traderet: ſic Titus Ajalonem (11.) reverſus in caſtra pervenit, & cognovit, corda regum in manu Dei poſita eſſe. (12.) Seqventi autem die Titus cum omnibus copiis ſuis ad urbem Hieroſolymam acceſſit & in monte olivarum (13.) caſtra locavit, dein duces & milites ſuos ita allocutus eſt: quandoqvidem hodiè nobis prælium ineundum eſt contrà gentem fortiſſimam, cujus milites robore leones & pardos, velocitate capreas, montium cacumina pererrantes, æqvant, qvi ſumma celeritate currus perſeqvuntur eosque corrumpunt & equites illis inſidentes dejiciunt, (14.) veſtrum erit, animos obfirmare & voſmet viros præſtare, qvia adverſùs fortem, ſtrenuam & bellicoſam gentem vobis pugnandum erit, quæ neqvaqvàm ſimilis eſt populis illis, qvi anteà contrà vos bellum geſſerunt, ego qvippe expertus ſum gentem iſtam, illiusqve vires & aſtutiam militarem periculô meô didici. His dictis Titus milites ſuos luſtravit eosqve diſpoſuit atqve ordinem ordini ita aptavit, ut ſibi invicem arctè cohærerent, nec agmen ab agmine divelleretur, nec militum acies atqve ordinesin itinere turbarentur & confunderentur; iis etiam, qvi præcedebant, præcepit, ut caverent, ne eorum aliqvis in puteum vel foveam, qvarum multæ in via erant, incideret, nam tenebræ proſpectum adimebant; etenim Iſraëlitæ, cùm audiſſent, Titum Hieroſolymam petere, circà mœnia urbis in planitie foveas ac puteos foderant, quocircà Titus id metuens, viam, qvæ ad montem

(11.) Vid, quæ ſuprà h. cap. n. 3. & 6. notata ſunt.

(12.) Confer. ſuprà num. 9. h. cap. ibique not.

(13.) Vid. Joſeph. dict. l. 5. c. 8. & Egeſipp. l. 5. de Excid. Hieroſ. c. 4. ac Joſippi Epitom. pag. 233.

(14.) Idem refertur in Joſippi Epitom. dict. pag. 233. & ſeqq. confer. etiam Egeſip. loc. alleg. De hoc monte vid. inter alios Joh. Lightfoot. in Chorograph. Matthæo præmiſ. cap. 40. confer. etiam Egeſipp. l. 5. de Bell. jud. c. 4.

montem oliveti ducebat, elegit, ubi Judæi foveas ac puteos haud foderant. Titus itaque ad montem olivarum (14.) pervenit ibiqve castra metatus est è regione Hierosolymæ trans flumen Cedron, (15.) qvia torrens iste urbem inter & montem fluebat nec semper aquis abundabat; exercitus autem Titi ab urbe Hierosolyma sex tantùm stadiis (16.) aberat. Cùm itaque Iudæi illucescente die Romanorum copias in monte olivarum conspexissent, tunc latronum duces convenerunt atqve omnes grassatores congregârunt & inter sese pacem fecerunt, (17.) ut malum à se in Romanos verterent eisque fortitudinem suam ostenderent: qvamobrem se invicem jurejurando obstrinxerunt & mutuam pacem inierunt ac, qvi anteà trium erant factionum, jam in unum corpus coaluerunt. Grassatorum itaqve duces cum omnibus militibus suis, qvi Hierosolymis erant, apertis portis urbe sunt egressi maximumqve clamorem sustulerunt, (18.) quô ingens pavor ac metus Romanorum copiis incussus est, ita, ut à grassatorum exercitu in fugam conjicerentur ac retrò cederent, qvia grassatores ex improviso Romanos adorti erant. Titus autem milites suos increpans: pudeat vos, inqviebat, qvi, licèt numero multo superiores sitis Judæis atqve centeni contrà singulos pugnetis; eisdem tamen terga obvertitis. His Titi, imperatoris, dictis Romani animos resumpserunt ac fortiter in prælio contrà Judæos pugnârunt adeò, ut multi utrimqve caderent interempti: tandem Romani, cùm Judæorum impetum diutiùs sustinere non possent, retrò cesserunt,

פני ירושלם מעבר לנחל קדרון כי הנחל עובר בין העיר ובין ההר ואין בו מים רבי תמיד׃ וידי מחנה טיטוס קרוב אל עיר ירוש לם דרך ר׳ ריסים וידי בבקר וישא העם את עיניו ויראו והנה מחנה הרומי׳ על הר הזתי׳ ואטפר שרי הפריצי׳ וילכו ויקבצו את אנשי הפריצי׳ כלם ויעשו שלום איש את רעהו למען הפוך רעתם על הרומי׳ להראותם את גבורתם וישבעו הפריצי׳ איש את אחיו על נכה וישלימו אלה עם אלה׃ וידעו אנשי שלשת המחלקת לאיש אחד ויפתחו את שערי העיר ויצאו שרי הפריצים וכל אנשי המלחמה אשר בירושלם מן העיר וילכו וירעו תרועת גדולה ויבהלו וידהרו את המתי׳ אשר לרומי׳ מאד מאד ויגש מחנה הרומים מנחנה הפריצים וישב אחור כי פתאום יצאו הפריצי׳ עליהם ויעקץ טיטוס על עמו ומחנהו לאמ׳ הלא תבושו כי אתם מאה על אח׳ בערך היהודי׳ ואתם נסים מפניהם׃ ויתחזק הרומי׳ על דברי טיטוס אדוניו׳ ויעמדו בכח נכה עם היהודים למלחמה ויפלו מזה ומזה חללים רבים ולא הרעיקו הרומים עוד מעמד לפני היהודים אך טיטוס ורשדי׳ והגבורים והאנשים אשר עמו עמדו על עמדם׃ ויזעק עוד טיטוס עליהי׳

(15.) Fluvius iste seu torrens in sacris satis notus est, vid. 2. Samuel. c. 15. v. 23. & Johann. cap. 18. v. 1. confer. Joseph. dict. lib. 5. c. 9. & Egesipp. loc. alleg. ut & Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmis. cap. 38.

(16.) Habetur etiam hic dictio ריס, de qua suprà h. cap. num. 4. dictum est, confer. etiam Joseph. & Egesipp. loc. citat.

(17.) Idem refert Josephus dict. l. 5. c. 9. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 4. & Josippi Epitom. pag. 234. plerumque enim etiam acerba odia metus comprimit, verba sunt ejusd. Egesippi loc. alleg.

(18.) Consentiunt Josephus & Egesippus loc. alleg. ut & Josippi Epitom. pag. 234.

עלידם להשיבם ותמה ברשים מעזב את טיטוס ואין להם לאל ידם לעמוד לפני היהודי׳ ולא ידעו מה יעשו׃ וטיטוס והשרים אשר אתו התחזקו והתאמצו לעמוד בנגד היהודי׳ וחזקו הם להדוף את מחנהו וישובו היהודי׳ וכל אנשי המלחמה ויבאו קרוב לעיר מחוץ לחומה׃ ויחר אף טיטוס במחנהו ויקנוף על גבוריו על אש׳ נבעהו מפני היהודים ויאמר אליהם טיטוס העל אלה היהודי׳ לא התנקם נפשי בי מתי מעט יבהונו ואין לאל ידינו לעמוד לפניהם אף כי אני עומד על עמדי ואתם נסוגי׳ אחור ובורחי׳ מהמלחמה ואני עומד בתוכה ובפניה׃ ויהי ביום השני ויאסוף טיטוס את כל מחנהו מלבד אנשי מעט כי עזבו בהר הזתי׳ לשמור את הבלי יתד מרכ הזתי׳ לערוך עם ישר מלחמה פתח השער׃ ויבטח טיטוס אנשי מחנהו לאמר לבו ונרדה אליהם ולא תראו מכניה׳ כי הנה נחל קדרון מבדיל בין הנשאר מגדודינו בהר ובין גדודי ישרא׳ וישמע הרומי׳ לקול טיטוס וישימו פניה׳ ללכת להלחם ביהודי׳ קרוב את החומה לפני שער העיר ולבם בוטח בנחל קדרון׃ ושרי הפריצי׳ עשו גם הם בערמה ויחלקו את אנשי המלחמה וישלחו את חצי צבא הגבורי׳ לשוב ולהקיף ולעבור בנחל קדרון ולבוא על מחנה הנשאר ולרומי׳

runt, excepto Tito atqve principibus militibusqve, qvi cum ipso erant, hi enim viriliter in statione sua permansérunt: qvo facto Titus Romanos iterùm inclamavit, ut eos à fuga retraheret; sed illi partim pudore, ne Titum desererent, partim metu Judæorum, quibus resistere non poterant, incerti erant, qvid agerent; ast, dum Titus unà cum ducibus, quos penes se habebat, obfirmato animo contrà Judæos viriliter pugnabat: tandem hi qvoqve à perseqvendis Romanis desistebant & tàm ipsi, quàm illorum milites simùl ad urbem revertebantur ibique extrà mœnia subsistebant; (19.) Titus autem ira atqve indignatione adversùs milites suos commotus, quòd Judæorum metu retrocessissent, dixit: nonne Judæos istos ulciscar, qui pauci numero in fugam nos conjecerunt, nec illis resistere potuimus? qvamvis autem stationem meam ego viriliter defenderim, vos tamen terga dedistis & ex prælio aufugistis ac me fortiter obnitentem atque pugnantem deseruistis. Titus itaque seqventi die coadunato universo exercitu, exceptis paucis, quos ipse in monte olivarum ad vasa custodienda reliqverat, descendit, (20.) ut cum Judæis ad portam urbis manum consereret; animum verò militibus suis hisce verbis addidit: agite, descendamus contrà hostes nostros nec ullus vos metus capiat, ecce enim torrens Cedron milites nostros, qvi in monte relicti sunt, à Judæorum copiis separat. His dictis Romani obtemperantes sese accinxerunt, ut propè mœnia antè portam urbis cum Judæis pugnarent, quia non exiguam spem in fluvio Cedron habebant repositam; ast grassatorum duces copias suas astu militari divisérunt & dimidiam earum partem misérunt, ut per ambages ac circuitus torrentem Cedron transirent & Roma-

(19.) Tacitus Histor. l. 5. c. 11. ita scribit: Judæi sub ipsos muros struxere aciem, rebus secundis longius ausuri &, si pellerentur, paratò perfugiô.

(20.) Vid. Joseph. dict. l. 5. c. 10. & Egesipp. lib. 5. de Bell. Jud. c. 4. ac Josippi Epitom. p. 234. & seq.

nos, qvi in monte olivarum relicti erant, repentè adorirentur eosqve spoliarent; cum iis autem, qvi ad montem oliveti confugere volebant, prælium inirent: qvocircà Judæi milites, ducibus suis morem gerentes, per ambages ad montem perrexerunt & cum militibus Romanis, qvi in monte relicti erant, pugnârunt eosque loco pepulerunt; Titus autem retrò spectans cùm clamorem militarem tubarumq; clangorem audisset ac prælium, quod Judæi trans fluvium in monte oliveti cum Romanis inierant, vidisset, valdè consternatus fuit, qvia hostis à fronte & à tergo instabat. (21.) Grassatorum quippe duces, cùm cognovissent, milites suos, qvi præmissi erant, jam ad Romanorum copias, quæ in monte olivarum relictæ erant, pervenisse, ipsi unà cum omnibus misitibus suis, qvi in urbe erant, apertis portis egressi sunt & Titum ejusqve exercitum in loco, ubi acies ab illo contrà Judæos è regione portæ instructa erat, adorti sunt maximamque cladem illis intulerunt, nam Romanis haudquaqvam animus fuit, retrò cedere, sicuti ab initio fecerant; Judæi autem sese obstirmârunt & impetu in Romanos facto eosdem percusserunt, nam mortis periculum eo in prælio contempserunt: quocircà Judæi, cùm Romanos maxima clade affecissent eosqve ad montem olivarum repulissent, fugientibus institerunt multosqve ex illis interfecerunt, dum complures ex Titi copiis aufugerunt nec Judæorum impetum tulerunt, quia & à fronte & à tergo certamen ingruere viderunt; Titus autem solus restitit; (22.) sed milites ejus illum valdè rogarunt, dicentes: eripe quæsò, Domine noster, vitam tuam præsenti periculo & nobiscum in montem evade, ne Judæorum gladiò occumbas ac nos omnes pereamus: Tu enim, Domine noster, regnis multis imperas ac Deus te, mediante Cæsaris

לחומי' בהר הזתי' פתאום ולבוז אותו ולהתגדות במלחמה באשר ינוסו מהרומי' להמלט בהר הזתים ויעשו כן היהודים הגבורי' ויסובו וילכו אל הדר' ויהגבו מלחמה בנשארי' בהם ויסעום ממקומם ויפן טיטוס אחריו וירא והנה קול תרועת המלחמה וקול השופר והמלחמה אשר באו היהודים מעבר הנהר בהר הזתי' ויבהל לקול המלחמה כי הקיפוהו המלחמה פנים ואחור: ושורי הפריצי בידעם כי הגיעו עם הפריצי' השלוחים אל מחנה הרומי' הנשאר בהר הזתים ויפתחו את שערי ירושל' ויצאו הם וכל אנשי המלחמה אשר בעיר מן העיר ויבאו אל טיטוס ואל מחנהו במקום מערכתו נכח השער אשר השב להלחם בישראל נבחרי' ויכו היהודים או ברומי' מכה רבה וגדולה מאד כי הרומי' לא שמו פניהם לנוס כמבראשונה והיהודים התחזקו והתאמצו להבות בהם וישימו את נפשותיהם בכפיהם למות במלחמה ואחרי הכותם היהודי' ברומי' עד מאד דבריהם אל הר הזתי' וירדפו אחריהם ויפלו מהם חללי' רבים ורבים מגבורי טיטוס ברחו ולא עמדו בכח היהודים כי ראו המלחמה פנים ואחור בלתי טיטוס לבדו ויעצור עליו גבוריו ויפצרו בו ויאמרו אליו דוי אדוננו המלט נא הדרה עמנו עד נפשך פן תפול בחרב היהודי' ואבדנו כלנו כי אתה אדוננו אדון

(21.) Idem refertur in Josippi Epitom. pag. 235. confer. num. seq. 22. h. cap.

(22.) Vid. Joseph. dict. l. 5. c. 10. & Egesipp. lib. 5. de Bell. Jud. cap. 4. ac Josippi Epitom. dict. pag. 235. & seq. confer. etiam num. antec. 21. h. cap.

saris patris tui imperio universi terrarum orbis dominum fecit; nunc itaqve, si Judæorum gladiò interieris, etiamsi nemo nostrùm præter te solum ceciderit, nonne omnes peribimus? (23.) & qvidnam utilitatis ex sangvine tuo proveniet, si tu perinde atqve gregarius qvidam miles interfectus fueris? ast Titus eis non obtemperavit (24.) nec illorum dictis morem gessit; sed in statione sua firmiter permansit neque tergum dedit, qvia dixit: mortem gloriosam (25.) turpi vitæ præferam; quocircà ille ad Judæos invadentes conversus eosdem à se fortiter repulit & in fugam vertit: Judæi autem milites, cùm viderent, Romanorum copias ad restaurandum prælium conversas esse, relictis militibus Romanis ac spreto omni periculo vitæ unum petierunt Titum & totis viribus eò annisi sunt, ut illum superarent atqve interficerent, unde atrocissimum tunc temporis prælium exortum est & multi utrimque ceciderunt atqve die illo complures ex Titi militibus in pugna occubuerunt, & parum abfuit, qvin Titus ipse in illo certamine periret; etenim si cœteri milites ei suppetias non tulissent illumque è Judæorum manibus eripuissent, ne eo in prælio ab ipsis interficeretur, dies ille Tito fuisset ultimus. Posteà Judæi ad locum suum juxtà mœnia urbis reversi sunt; qvi verò ad montem præmissi erant Judæi, descenderunt, ut torrentem Cedron iterùm transirent atqve Hierosolymam reverterentur; sed Romani illos persecuti sunt. Judæi itaqve, cùm vidissent, Romanos sese accingere, ut ipsos insequerentur, aciem suam hostibus obverterunt eosque in fugam conjecerunt: hoc modo Romani tribus vicibus terga dederunt Judæis.

ארון ממלכות וימשלך האלהי' בממשלת הקיסר אדוננו אביך על כל הארץ ועתה בנופלך בחרב היהודי' ואף אנו לא יפול עמך זולתך הלא נמות כלנו ומה בעע לך ברמך כי תמות גם אתה כאיש אחד ממנו' ולא שמע אליהם טיטוס ולא דאגן לדבריהם ויתחזק במעמדו ולא הסב את פניו אחר כי אמר אבחרה מות בכבוד מזעי' בהרפה ויפן אל היהודים הבאים עליו במלחמה ויגרשם מעליו בגבורתו ויברחם מפארת פניו וכראות היהודים אנשי המלחמה אשר נסבו מחנות הרומיים לעמוד נגדם למלחמה ויטו מעל הרומי' וישפכו את נפש' על טיטוס ויציאו כל כחם להתאוזר ולהתחזק בכחו להמיתו והדו אז שם מלחמה גדולה מאד ויפלו עם רב מאלה ומאלה וביום ההוא נפלו מגבורי טיטוס רבים ורבי' במלחמה ובמעט אשר לא נפל טיטוס במלחמה ההוא ולולי יתר גבורין אשר שבו אליו ויצילוהו מיד היהודים מלהמיתו במלחמה ההיא או אבד טיטוס ביום ההוא וישובו היהודי' אל מקומם לצד התומה וירדו אש' בדר הזתי' לעבור את נחל קדרון ולשוב אל ירושלם וירדפו הרומי' אחריה' ובראות היהודי' שהרומי' מתאוזרים לרדוף אחריה' ויפנו הם עוד אליהם ויבריחום ותרי מנוסת הרומי' לפני היהודי' ג' פעמים'

(23.) In ejus quippe periculo pernicies erat universorum, sicuti scribit Egesippus loc. alleg.

(24.) Consentit Josippi Epitome pag. 236. & Egesippus dict. lib. 5. c. 4.

(25.) Gloriosa enim mors vitæ opprobrio præponderat, verba sunt ejusdem Egesippi loc. citat.

CAP. XXXV.

PEr idem tempus externum qvidem bellum ceſſavit; ſed internum (1.) in urbe Hieroſolyma inter graſſatores recruduit, quo illi ſe invicem conſumpſerunt. Nam primo feſti Paſchalis die Johannes Galilæus, graſſatorum princeps, cum militibus ſuis Templum Domini ingreſſus magno cum honore à Sacerdotibus, Senioribus & à reliqvo populo exceptus fuit; aſt ille ejusque milites, poſtquàm Templum Domini intrârunt, rejectis veſtibus, ſub qvibus loricas ac gladios occultaverant, (2.) ſacerdotibus manus injecerunt & occupatis Templi portis nonnullos ex populo & Sacerdotibus interficere cœperunt, tantâ ergà fratres ſuos crudelitate accenſi, ut nec ſenum autoritate ac reverentiâ nec precibus ſuppliciter orantium nec miſericordiâ infantum atqve lactentium, mulierum & parvulorum commoverentur; idem Johannes etiam contrà Simeonem atqve Eleazarum, Ananiæ filium, ut & adverſùs cœteros graſſatorum duces irâ accenſus dixit: nemo in hac urbe præter me dominatum exerceat; qvapropter Simeon & Eleazarus, graſſatorum principes, cùm calamitatem illam, quam Johannes populo Domini in Sanctuario intulerat, audiſſent, arreptis armis multos etiam ex Johannis militibus interfecerunt: ſic ab utraqve parte populus Iſraëliticus conſumebatur & ſine ulla ſpe ſalutis perdebatur. Titus verò cùm ei nunciatum eſſet, quòd Judæi maximo & atrociſſimo bello inteſtino involuti eſſent & internâ ſeditione laborarent mutuaque cæde

ויהי בעת ההיא ותשקט המלחמה הזאצונה והתעורר מלחמה פנימה בירושלם בתוך העיר בין הפריצים איש באחיו ואיש ברעהו׳ ויהי ביום הראשון לחג הפסח ויבא יוחנן הגלילי שר הפריצים אל היכל י׳ הוא וגבוריו עמו ויקבלו אותו הכהנים והזקנים ויהר העם בכבוד וידי כבואו ל היכל י׳ ויפשטו הוא ואנשיו את בגדיהם ורמה לבושי מהתת מדיהם שריוני׳ והרבותיה׳ במהניהם וישלחו את ידיהי בברני׳ ויהפשו את דלתי ההיכל ויהלו להרוג בעם ובכהנים ויהפך לבם על אחיהם לאבו׳ לבלתי שאת פני זקן ולא אבו הרשעים לשמוע אל החנת דמתחננו׳ אליהם ולא להמול על עולליו ויונקים ולא על נשים וטף ואף כי על שמעון ועל אלעזר בן ענני וגם על כל יתר שרי הפריצים הרה מאד דבר יוחנן אשר אמר אל ישב בעיר הזאת לשר בלעדי וישמע שמעון ואלעזר שרי הפריצי׳ את הרעה אשר עשה יוחנן בעם י׳ בהיכל הקדש ויקומו גם הם ויכו מהעם אשר ליוחנן רבים ורבים ובין אלה ובין שרי היו בני ישראל ספים וכלים באפס הקוה׳ ויוגד לטיטוס כי הנה קשרו היהודי׳

(1.) Vid. Joſeph. l. 5. de Bell. Jud. c. 11. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 5. c. 5. ac Joſippi Epitom. pag. 236.

(2.) Conf. Tacitus l. 5. Hiſtor. c. 12. ſic ſcribit: Johannes miſſis per ſpeciem ſacrificandi, qui Eleazarum manumque ejus obtruncarent, templo potitur, ſic & Egeſippus dict. lib. 5. c. 5. refert, quòd Judæi, Johannis partes ſecuti, Templum ſpecie civili ingreſſi ſint; ſed interius armati rejectis exuviis gladios attulerint loricato pectore.

היהודים מלחמה גדולה ורעה וקשה ביניה׳ ורמה נלחמו׳ זה עם זה בתוך העיר וישמה מאד ויקרב טיטוס עם כל מחנהו אל העיר וימצא מן היהודי׳ מתץ לעיר בחדים משאון המלחמה אשר בעיר וישאו את עיניה׳ וירא׳ו ויאמרו אליו גשה נא אתנו ובאת לעיר כי לא נובל להאו׳ מרעת הפריצי׳ אשר בעיר והצילנו נא מידם תהיה לך לעבדי׳ כי נגעה חרב עד הנפש ובכל זאת לא האמין טיטוס לדברי היהודי׳ הזה כי באשר ראה את היהודי׳ מתמול שלשום נלחמים אחו בתוק יד ובלב אחד והיו כלם עליו לאגודה אחת למלחמה וממהרי להציל איש את רעהו במלחמ׳ בעבור זה הדבר לא האמין להם כדבר׳ אליו לאמר בא והצילנו מיד הרשע׳ האלה והפריצים והיינו לך לעבדי׳ ועודינו מדבר׳ עמם והנה קול שאון העיר וזעקת המלחמה מתוך העיר ושמע קול אומרים פתחו השער ובא טיטוס ולכוד את העיר וקול אומרי׳ עוד סגרו השער פן יבואו הרומיו׳ בעיר׳ ובשמוע הרומיים את קול האומרי׳ סגרו השערי׳ פן יבואו הרומיים בעיר ויאמרו העומדי׳ על החומה להומי׳ הלא שמעתם ושמעו ארת שאון המלחמה אשר בעיר רוצו וקרבו ל העיר ונפתחה כל השערי׳ ובאו ל העיר אולי תוכלו להצילנו מיד הפריצי׳ האלה ולא נמרו בלבו

de in urbe ſævirent, valdè lætatus eſt (3.) & cum omnibus copiis ſuis ad urbem acceſſit, (4.) ubi nonnullos Judæos, qvi ob belli inteſtini tumultum ex urbe profugerant, deprehendit, qvi, cùm Titum vidiſſent, ei dixerunt: veni qvæſò ad nos (5.) & urbem propiùs accede, qvia propter graſſatorum, qui in urbe ſunt, improbitatem diutius vivere haud poſſumus; eripe obſecrò nos ex illorum manibus, quo facto tibi ſubjecti erimus, nam ad internecionem usqve omnia gladiô vaſtantur: aſt Titus Judæorum iſtorum verbis fidem non habuit, nam, dum vidit, Judæos jam anteà maxima vi & unanimi conſenſu prælium adverſùs ſe iniiſſe atqve omnes uno agmine in ſe impetum feciſſe eosque id egiſſe, ut alter alterum in pugna fervaret ac defenderet, ideò illorum verbis Titus non credidit; cùm dicerent: veni & nos ex improborum iſtorum graſſatorum manibus eripe tibiqve ſubjecti erimus. Intereà verò, dum Titus adhûc cum illis loqvebatur, nonnullorum tumultus & clamor militaris ex urbe audiebatur dicentium: aperite portam, ut Titus intret atqve urbem capiat; mox alius clamor exoriebatur dicentium: claudite portam, ne Romani urbem ingrediantur. Dum igitur Romani vocem audiebant dicentium: claudite portas, ne Romani urbem intrent, tunc ii, qvi ſuprà mœnia ſtabant, Romanos ita compellabant: annon clamorem audiſtis militarem, qvi in urbe eſt? accedite ad urbem, nos omnes vobis portas aperiemus, ut oppidum ingrediamini, forſitàn ex graſſatorum iſtorum manibus nos liberare poteritis, ne omnes improborum iſtorum & ſceleſtorum atque crudelium hominum gladiis pereamus; quocircà Romani curſu ad portam urbis contenderunt: ſed dum propiùs

mœnia

(3.) Conſentit Joſippi Epitom. pag. 236.

(4.) Vid. Joſeph. lib. 5. de Bell. Jud. c. 12. & Egeſipp. l. 5. de Excid. Hieroſ. c. 6.

(5.) Idem referunt Joſephus & Egeſippus loc. allegg.

mœnia accedebant, Judæi lapides (6.) è muro projecerunt & sagittis Romanos petierunt eorumqve non paucos interfecerunt; illi qvoqve Judæi, qvi extrà urbem erant qviqve Titum rogaverant, ut se ex grassatorum manibus liberarent, ad prælium adversus Romanos, qvi ad mœnia accesserant, conversi eosdem percusserunt ac fugientes usqve ad urbem Ajalon persecuti sunt (7.) atque Romanos tunc irridere cœperunt, tanqvam stolidos & bellicarum rerum imperitos tyrones scutaqve sua coràm Romanis in illorum contemptum & deridiculum conqvassârunt, (8.) unde Romani milites, dum Judæos sic illudentes viderunt, valdè irati sunt, eosq; aggredi voluerunt; sed Titus illorum impetum cohibuit nec permisit, ut Judæos accederent. Posteà convocatis omnibus ducibus, ministris & consiliariis suis, eosdem hunc in modum allocutus est: (9.) ego probè novi, quòd gentes omnes fortitudine vestra superetis eisque non solùm virtute vestra jure meritoqve palmam præripiatis; sed etiam disciplinâ, prudentiâ ac consilio semper populis dominati sitis, nunc itaqve, fratres mei & commilitones, non miror, quòd Judæi interposito juramento aliqvid dicant ac promittant; nec tamen illud servent; sed hoc miror, qvomodo isti vos decipere & astutia atqve calliditate sua vosmet humi prosternere ac vincere potuerint, vosque prudentiâ & solertiâ vestrâ illorum dolos & fraudes effugere non potueritis; nam fefellerunt vos & superiores evaserunt, dum jam tribus vicibus ad muros accessistis ac Judæis terga dedistis; atque hæc quidem omnia ideò vobis evenerunt, quia dictis meis morem non gessistis nec impe-

כלנו בחרב הפרצי' התחתי' והאכזרים
וירצו הרומי' אל שער העי' והמה קרבי'
אל החומה ויפלו עליהם היהודי' אבני'
מעל החומה ויורו עליה' הצים ויפלו
מהם רבים וגם היהודי' והעם תעבי'
מחרון לע' שהיו מתחננים למיטוס
להצילם מיד הפריצי' הפכו פניה' להלח'
ברומי' אש באו על החומה ויכו היהודי'
ברומי' וידפרו אחריהם והמה בורחי' עד
קרוב לאילונה ויהלו היהוד' לשחוק
ולהלעיג באנשי הרומים אשר דפרו
אחריה' כדרך השוחק' על האויל' אשר
לא ראו שהוק במלחמ' וידעו מדפיקים
על מגניהם נכח הרומים ללעג ולקלס
עליה' ויראו גבורי הרומי' את היהודים
מלעיגי' נגהם ויהר להם באד ויבקשו
ללכת אליה' וימנעם טיטוס ולא נתנם
לבוא אליהם · ויקרל טיטוס את כל
שריו ועבדיו ויועציו יחד וידבר באזניהם
לאמר אנכי ידעתי את גבורתכ' כי גדולה
על כל גבורות הגוים ולא בגבורה לבד
אתם מתנשאי' במשפט עליה' אבל אף
במוסר וחכמה ועצה משלתם בעמי' כל
ימיכם · ועתה אחי ורעי אינו תמה ונפלא
מן היהודי' אשר הם מדברי' בשבועה
ונהפכי' וממרי' את פי שבועת' אך אתמה
ואפלא מכם איך יוכלו לפתות אתכם
ולהפי'

(6.) Idem refert Josephus dict. l. 5. c. 12. & Egesipp. de Bell. Jud. l. 5. c. 6.

(7.) Josephus dict. l. 5. c. 12. scribit, Judæos Romanis fugientibus institisse usque ad Helenæ monumentum, cui etiam Egesippus l. 5. de Bell. Iud. cap. 6. adstipulatur, confer. cap. antec. 34. n. 3. & n. 6. ibique not.

(8.) Egesippus dict. l. 5. c. 6. etiam refert, quòd Iudæi Romanos secuti usque ad Helenæ sepulchrum, sicuti moris est insultantibus, clypeis concrepuerint, illudentes Romanis, quòd eos jam secundò insidiis circumvenissent.

(9.) Vid. Ioseph. dict. l. 5. c. 12. med. & Egesipp. l. 5. de Bell. Iud. cap. 7.

ולהפיל' לארץ במרמת' וחכמת' וגברו
עליכ' בזה והגה בערמתכם וברוכמתכ' לא
יכלתם לברוח מפחדיו ערמתם וחכמתם
כי פחו אתכם ויכלו לכם ונגשתם אל
חומת עיר פעמי' שלשה ונגפתם
לפניה' וכל זה קרה לכם על אשר לא
שמעתם בקולי ותפשעו במצות מלככם
ואדוניכ' ולא תמר אזן לאשר יעזה אתכם'
ועתה אחי דעו נא וראו מה תעשו מהיו'
הזה והלאה כי לא נאה לכם לחלל
את כבודי ולא לעבור על דברי ואתם
עברת' על דברי והחללו את מצותי ולא
ידעת' אם קם איש מבני עמנו במלחמת
הקוסר אגוסטוס עם הפרסי' ויהרוג את
בני על אשר נבנם בפני המלחמה והרג
שלשה פרסים גבורי' בבלתי מצוי' אביו
אשר היה שר על הצבא הרגוא תה' יד
אגוסטוס ואתם עוברי' את פי ומחללי'
את דברי לעיניך יום יום מלחמה עם
היהודי' בבלתי סדר וחכמה והיא לא
תצלה ולכן לא נאה לכם זה המנהג
במשפט מוסר דמלוכה שובו לכם
מקשותיכם ומגאותכ' והצליחו בכל
אשר תפנו ויכב טיטוס עוד לדבר באזני
עמו דברי רבות ודברי תוכחתי אשי' לא
כתבנום פה וכתבנו בספר אשר כתבנו
להומי' וישתחוו לטיטוס כל שריו ועבדיו
וכל

imperatori & domino vestro obtemperâstis neque præceptis ejus attendistis: jam verò dispicite, fratres mei, ac videte, quidnam vobis ab hoc tempore ac deinceps sit faciendum; neque enim vos decet honorem mihi debitum parvi facere ac mandatum meum contemnere: ast vos præceptum meum transgressi estis ac mandato meo non obtemperâstis; annon vobis notum est, quòd vir qvidam (10.) ex populo nostro eo tempore, qvo Cæsar Augustus bellum cum Persis gessit, filium suum interfecerit eò, quòd is extrà ordinem in hostem pugnâsset & tres Persas fortissimos sine imperio patris, qvi tunc sub Augusti auspicio exercitus illius dux fuit, interemisset? vos autem mandata mea contemnitis & imperium meum spernitis, dum quotidiè cum Judæis sine ordine & consilio pugnatis, ac propterea rem malè geritis; hunc sanè morem disciplina militaris præsente Imperatore minimè admittit: quamobrem omissa hac pervicaciâ & superbiâ vestrâ mandato meo obtemperate, (11.) id si feceritis, omnia vobis ex voto procedent. Plura insuper addidit Titus, quibus duces & milites suos increpuit & castigavit, quæ hic literis mandare supersedimus; inveniri autem possunt in libro, (12.) quem Romanis scripsimus. Quapropter omnes duces, ministri ac milites procidentes Titum suppliciter rogârunt, ut peccatum istud, quo ipsius præceptum transgressi erant ejusque animum dolore affecerant, quòd contrà Judæos sine ordine & consilio pugnâssent, sibi condonaret; his precibus Titus annuens, culpam illis remisit veniamque dedit. (13.) Posteà ipse voluntatem

(10.) De T. Manlio refert Livius l. 8. c. 7. quòd is filium suum, imperii patrii oblitum, securi ferire jusserit, unde Manliana imperia in proverbium abierunt; sed id longè antè Augusti Cæsaris ætatem accidit.

(11.) Obedientia enim militis effectum properat, metus hostium differt victoriam, inquit Egesippus dict. l. 5. c. 7.

(12.) Vid. Ioseph. l. 5. de Bell. Iud. c. 12. & Egesip. alleg.

(13.) Nam animadversio in singulos usque ad factum procedere debet, in multitudinem verbo tenus, prout scribit Egesippus dict. l. 5. c. 7. in fin.

וכל גבוריו ויודו לו ער דבריו ויבקשו
מאנו להעביר את הטאת אשר הטאו
על אשר מרו את דברו ועצבו את רוח
ללכת ער יהודה להלחם עמם בבלתי
סדר והבמה ויעש טיטוס כן וישא את
הטאתם ויחל להם ויעד בם אז
טיטוס לאמר השמרו לכם ולא תוסיפו
עוד לאת לדבר דבר ולא לעשות בלעדי
רשיוני ולא תמרו את מצותי עוד והיה
ולא תמותו ואם לא כן תעשו העובר
מכם על דברי לא אסלח לו עוד ונהתי
את נבלתו למאכל לעוף השמים כי
אמיהנו ויענו אליו כל העם ויאמרו לו
פה את כן נעשה אדוננו באשר דברת
וכן נקבל וכן נקים כאשר צויתי וידע
אחרי הדברי האלה ויראו טיטוס כי נטה
לב עם היהודי אנשי ירושלם איש מעל
אחיו ויהפכו זה לזה לאויבי ואיש בערב
נלחמי ויגש טיטוס להלחם בחומת
ירושלם ויצו את עמו ויסתמו את כל
השוחי ואת כל המחילות והבורות אשר
היו סביבות ירושלם וימלאים עפר ליושר
דרך לאנשי המלחמה׃ ויהי בעשות
טיטוס המעשי האלה לא יצאו היהודים
כתמול שלשם להלחם עמו להבריחו
ולדחותו מעל החומה כי לקח שמעון
עשרת אלפים גבורי מגבורי היהודים
הפריצי ואדומים לקח תשעת אלפים
גבורי

tem ſuam illis amplius declaravit dicens: cavete vobis, ne impoſterùm quidqvam dicatis aut faciatis ſine autoritate mea nec mandata mea ulterius violetis, ea quippe res vobis ſaluti erit, non exitio; ſi verò id neglexeritis, notum vobis ſit, quod, quicunque ex vobis imperium meum transgreſſus fuerit, is nullam amplius veniam ſpērare debeat, ſed morte plectendus ejusque cadaver volucribus cœli projiciendum ſit, ut ab illis dilaceretur & devoretur; tunc omnis exercitus uno ore eidem reſpondens dixit: faciemus, Domine noſter, ſicuti locutus es & mandatis tuis obtemperabimus. Dein Titus, cùm animadvertiſſet, diſcordiam atque diſſenſionem inter incolas urbis Hieroſolymæ eſſe eosque ſibi invicem hoſtes evaſiſſe ac mutua cæde ſævire, ad mœnia urbis oppugnanda acceſſit & militibus ſuis præcepit, ut foſſas omnes ac puteos, qui circà urbem Hieroſolymam erant, obſtruerent atque terrâ opplerent, quò via exercitui ſuo plana redderetur. (14.) Dum Titus in eo opere erat, Judæi non ulterius, ſicuti anteà, urbe egreſſi ſunt, ut cum illo pugnarent eumque à muris repellerent ac milites Romanos in fugam conjicerent. Intereà Simeon decem millia Judæorum graſſatorum ac novem millia (15.) Idumæorum fortiſſimorum, quibus Jacobus (16.) præerat, congregavit, qui ſeſe juramento obſtrinxerant, ut Johannem, graſſatorum ducem, totis viribus perderent ac delerent. Quapropter Simeon graſſator, copiis illis omnibus collectis Johannem tyrannum adortus eſt eumque usque ad atrium Templi repulit, ubi Johannes cum octo millibus (17.) ac quadringentis militibus, gladio & loricâ inſtructis ad portam, quâ introitus ad Templum patet, ſtetit;

(14.) Conſentit Joſephus dict. lib. 5. c. 12. & Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 8.

(15.) Joſephus eod. lib. 5. c. 16. quinque millia Idumæorum refert, cui Egeſipp. dict. lib. 5. c. 8. adſtipulatur.

(16.) Is Jacobus Soſæ filius fuit, prout ſcribit Joſephus dict. l. 5. c. 16. Jacobo iſti Simonem juniorem, tanquam alterum ducem, adjungit Egeſippus loc. alleg.

(17.) Incluſis nempe Zelotis, qui ſeſe Johanni adjunxerant, prout refert Joſephus dict. l. 5. c. 16. vid. etiam Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 8.

גבורים עמו׃ ויעקב נגיד האדומי הגדול
ושמעון הנגיד העיר באדום וישבע למהם
להכזדות ולהשמיד את יוחנן שר הבריצי׳
אם יובלו לו ויקהל שמעון הפריץ את
כל שאר הגבורי מגבורי המלחמה וילך
עמהם על יוחנן האבוד ויבריחהו עד חצר
ההיכל ויעמד יוחנן על שער מבוא ההיכל
ועמו שמונה אלפים וארבע מאות גבורים
תופשי הרב ולובשי שריון ואלעזר הכ יין
עומד לו מנגד כי גם הוא היה שונאו׃
ויתחברו שמעון ואלעזר ויצורו על יוחנן
האבוד ויעזבו את ישועת העיר ויחלו
עוד להלחם איש באחיו׃ והרומיים אז
מתיצ לעי מיסדי מקום מתניה׳ סביבות
ההומה בצונם ובחי להם מקומות
למצור ויקים להושיב אולי הבריל
וסוללות להלחם בהם על ירושלם והעם
מהיהודי אשר דוי או בין שלשת השורי
הנזכרים והם שמעון ואלעזר ויוחנן אשר
שלשתם היו פריצי ישראל ועם כל זה
הנה רעת יוחנ׳ הגלילי האבד׳ גברה על
רעת שמעון הרשע ורעת שמעון החוטא
גברה על אלעזר הפריץ הרשע אשר היה
ראש לפריצי והוא החל לפרוץ פרצות
בישרא׳ ראשונה וחלת העם היו ביניהם
כצאן אובדות כי דוי השורי מכים בהם
כרצונם ומחלקי אותם כאשר את נפשם
לכתות להם וזה יקח ביהודי גוזל וזה
מה

tit; Eleazarus autem graſſator eidem ſe oppoſuit, quia ipſe quoque Johannis inimicus evaſerat. Simeon itaque & Eleazarus conjunctis animis ac copiis Johannem tyrannum obſederunt, neglectâ urbis ſalute atque iterùm in mutuam perniciem ferrum ſtringere cœperunt. Intereà Romani extrà urbem caſtra ſua locis idoneis circà mœnia pro lubitu collocârunt ac muniverunt, exſtructis aggeribus, propugnaculis & munimentis, ut ſuprà illa arietes ferreos conſtituerent iisque Hieroſolymam oppugnarent; populus verò Judaicus tunc temporis medius fuit inter tres illos, quos diximus, duces, nempe Simeonem, Eleazarum & Johannem, factioſorum principes: ſed Johannis Galilæi tyranni improbitas major fuit, quàm Simeonis; iſtius verò malitia ſuperavit Eleazarum, graſſatorem improbum, qui primus latronum dux populum Iſraëliticum factionibus turbare ac dilacerare cœperat, quocircà plebs & infima multitudo inter hoſce graſſatores tanqvam grex ovium perditarum fuit, (18.) quas duces iſti pro lubitu mactârunt & inter ſeſe pro arbitrio ad cædem diviſerunt, atque ille quidem hunc, iſte alium ſibi ſorte adjunxit: ſic miſeri Judæi in ſortem conjecti fuerunt, & alter ab altero homines pretio comparavit eosque inter ſe partiti ſunt principes non ſecus ac pecora; (19.) is verò graſſatorum & reliqui populi mos erat, ut, quotieſcunque Romanorum bellum ingraveſcebat, toties omnes unanimi conſenſu arma in hoſtes verterent eosque à muris repellerent; (20.) quando autem Romani ab illis deſiſtebant, ipſi ad inteſtina prælia mutuasque cædes reverſi ſunt. (21.) Per idem tempus inter tres illos, quos diximus, graſſatores tàm atrox & ſæva exor-

(18.) Confer. hic Joſephus & Egeſippus loc. alleg.

(19.) His enim inter ſe certantibus præda erat in medio populus eorum, qui vicerant & quaſi præmium certaminis, ſicuti ſcribit Egeſippus dict. l. 5. c. 8.

(20.) Vid. Joſeph. dict. l. 5. c. 16. & Egeſipp. loc. alleg.

(21.) Atque ita Judæi in veterem morbum febris internæ ægris viſceribus recidérunt, ubi remiſſior erat exteriorum morborum acceſſio, uti ſcribit Egeſippus dict. l. 5. c. 8. circà fin.

exorta est pugna, ut sangvis torrentis instar è portis urbis Hierosolymæ erumperet, quod cùm Romani vidissent, misericordiâ commoti lachrymas profuderunt; Josephus autem Sacerdos, qui unà cum illis adstabat, Hierosolymæ calamitatem iterûm flebili voce deplorans sic lamentatus est: (22.) ô Hierosolyma, urbs quondam magni regis, quonam te nomine jam appellem? nonne anteà dicta fuisti Jebus (23.) à nomine Jebusi, qui primus in terra tua urbem istam incolere cœpit, posteà nomen Zedec (24.) sortita es & à nomine tuo vocatus est rex tuus Jehoram Melchizedec, (25.) quia rex justus fuit &, qvoniam is justè regnavit; tu quoqve justitiæ nomen adepta es & in te justitia habitavit, stella quoque, quæ te illuminavit, Zedec (26.) dicta est; ejusdem regis ætate nomen tuum etiam vocatum est Salem, sicuti in lege scriptum est: (27.) & Melchizedec rex Salem fuit, quod nomen inde provenit, quia tunc temporis completa fuit (28.) iniquitas populi, qui in te habitavit; Abrahamus autem, pater noster, piæ memoriæ, te elegit, ut in te laboraret & possessionem acquireret & in te radicem bonorum operum, quæ ille fecit, plantaret ac propterea etiam Majestas Dei in te habitavit, quando ipse Abrahamo, patri nostro, apparuit; Sanctuarii quoque locus in te fuit, ille enim (29.) filium suum unicum

וזה יקח ביהודי גזל וה' ועליהם ירד
גדולות וזה יקנא מאנשי זה וזה יקנה
מאנשי זה ויחלקו העם הדל בינהם
בצאן ומשכט השוחט והפרוצי עם יה'
העם היה אשר בהבבר עליה' מלחמות
הזמוני' יתחברו כלם כאיש אחד למלחמ'
וילחמו בהזמוני' ויבריחום מעליה' וכבורת
הזמוני' מעליה' וישובו הם בהם ויחלק
להלח' איש באחיו' ותהי אז מלחמה
גדולה וקשה בין ג' שרי הפרוצי' דנזבורי'
עד אשר יצא הדם משערי ירושלם בנחל
גובע ממבוע מים' ויראו הזמוניים את
הדם יוצא משערי ירושלם בנחל גובע
וישבר לבם בקרבם ויבבו ויצר להם על
כבוד ויוסף הכהן נצב עמהם ויקונן
יוסף אז את הקינה הואת עוד עד
ירושלם ויען יוסף בנשאו קול הקינה
ויאמ' הוי ירושלם קרית מלך רב מה שם
אקרא עליך היום הזה הלא מלפנים
נקרא שמך יבוס על שם היבוסי אשר
החל להושיב בארצך קריה ואחר נקרא
שמך צדק ועל שמך נקרא מלכך יהודם
מלכי

(22.) Lamentatio ista à Judæo interpolatore inserta videtur, confer. Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 9.

(23.) Hinc nonnulli nomen urbis Jerusalem ex Jebus & Salem componunt, cùm enim prius diceretur Salem & posteà Jebus, exinde natum esse putant nomen Jerusalem, vid. inter alios Gallæ. in Not. ad Lactant. l. 4. c. 13.

(24.) Unde traditionem istam Judæus interpolator hauserit, jam aliis inquirendum relinquo.

(25.) Hanc quoque traditionem Judaicam suo loco relinquimus; cæterum de nomine Melchizedec. vid. Epistol. ad Hebr. cap 7. & seqq. ubi mystica illius expositio juxtà sensum Christianum fusius explicatur.

(26.) Jupiter, planeta, Judæis dicitur צדק i. e. justitia.

(27.) Vid. Genes. c. 40. v. 18. qui locus hic allegatur

(28.) Vel: ad summum pervenit, finem adepta est, id enim verbum שלם, quod hic in Hebræo habetur & quò ab interpolatore Judæo hic respicitur, significat, alia nominis hujus Jerusalem derivatio vel potius allusio ad illud habetur infrà h. cap. n. 35. & 36. confer. etiam ad Hebr. dict. c. 7. v. 2.

(29.) Nempe Abrahamus, de quo hic sermo est.

מלכי צדק כי הוה מלך צדיק וכם מי
היה מולך עליך בצדק ושמך היה צדק
וכן ילין צדק וכוכבך המאי' כך צדק
וביומיו נקר' עוד שמך של' נכתו' בתורה
ומלכי צדק מלך שלם וזה על אשר אז
שלם עון עמך השוכן בהובך ובח' אברה'
אבינו ע"ה לעבוד בך ולנטול אותך ולטע'
בך שרש מטע מעשיו הטובי' ועל כן
שכן עוד משכן השהים כך בהגלוחו
לאברהם אבינו ע"ה בך מקום מקדשו
כי עקד את בנו את יחידו על ראש הר
מהריך והוא הר המוריה הקדוש והמקודש
ונספח עוד בשם להקרא ירושלם לקרוא
אברה' אבינו ע"ה את מקו' מקדשך יי'
יראה והיה שמך בבר שלם ושמך יובן
ירא שלם כי מקום מקדשך יראוהו
האלהי'

nicum (30) in sacri illius ac sanctificati montis tui, qvi Morija (31.) dictus est, vertice ligavit, quapropter nomen tuum auctum fuit, ut Jerusalem appellareris, quia Abrahamus pater noster, p. m. locum Sanctuarii tui nominavit: Dominus videbit; (32.) unde nomen tuum, quod prius Salem fuit, conjunctum & compositum effecit Jerusalem: (33.) Deus enim locum Sanctuarii tui sibi elegit, quia is perfectus & sine labe fuit; sed quia ille jam labe infectus & contaminatus est, ideò Deus faciem suam à loco illo avertit; prætereà ideò te vocarunt Jerusalem, (34.) quia sapientes viri in præstanti illo Sanctuarii tui loco angelos Dei altissimi rogârunt, ut ab eis doctrinâ spiritus sancti instruerentur (35.) illorumque animi sapientiâ & prudentiâ imbuerentur, quâ imperiti in terra tua ad sapientiam deducerentur, ideò quoque nomen Jerusalem tibi meritò vindicas, quia incolæ tui prudentiâ suâ omnis pacis & tranquillitatis (36.) fuerunt autores ac quia le-

(30.) Nimirum Isaacum, vid. Genes. c. 22. v. 9.

(31.) Confer. Genes. cap. 22. v. 2. & 2. Paralip. c. 3. v. 1.

(32.) Vid. Genes. dict. c. 22. v. 14. respicitur autem hic ad verbum יראה, quod in allegato cap. 22. v. 14. habetur, confer. inter alios etiam Ioh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmiss. cap. 21. & R. Salom. ad Ezech. c. 48. v. ult. vid. & num. seq. 33. confer. & lib. Prec. Iud. pag. mihi 132. a. princ. Editionis Amstelod. in quarto.

(33.) Hebr. ירא שלם, sic in nostro codice, atque hæc nominis Jerusalem compositio ac derivatio plerisque magis arridet & inter illos Gallæo in notis ad Lactantii lib. 4. c. 13. n. 10. confer. Ioseph. Antiq. l. 7. c. 3. & Isa. Voss. in Epistol. ad Andr. Colvium pag. mihi 395. Tacitus Histor. l. 5. c. 2. ita scribit: clara alii Judæorum initia, Solymos carminibus Homeri celebratam gentem conditæ urbi Hierosolymam nomen è suo fecisse, malitiosè Lysimachus quidam calumniatus est, Judæos ex Ægypto profugos templa spoliasse & urbem ab illa actione ἱερόσυλα dictam & ab ipsis vitandi probri causa Hierosolymam appellatam esse: Eusebius putat esse nomen compositum ex verbo Græco ἱερὸν & Hebræo שלם, quo etiam propendere videtur Lactantius, qui dict. lib. 4. c. 13. scribit, quòd Solomon, filius David, Deo templum ædificârit & civitatem, quam de suo nomine Hierosolyma nuncupârit; sed Hebraica derivatio, de qua jam dictum, verior videtur.

(34.) Alia hic nominis Jerusalem adducitur expositio seu derivatio, sed Judaica. vid. num. seq. 35.

(35.) Ita hic להורות interpretari volui, ac quia autor noster vel ejus interpolator nomen Jerusalem compositum esse dixerat ejusque nominis compositi primam partem jam antè à יראה sive ראה deduxerat, nunc ejusdem primæ partis alia adducitur derivatio, nempe ab הורה, cujus radix est ירה i. e. docuit, instruxit; sed ista potius allusio, quàm vera nominis etymologia esse mihi videtur.

(36.) Nunc ad secundam partem compositi nominis Jerusalem, nempe שלם, iterum transit interpo-

האלהי׳ בהיותו שלם בלי מום ויטהר פניו
ממנו כהיותו בעוכרו כהוי׳ הודה׳ עוד
יקראוך ירושלם כי ומביניו בגדל מעלת
מקום מקרשך יאמרו למלאכי עליון להורו׳
בם הודאות רוח הקדש ולהוחי׳ בו רוח
חכמה ובינה אשר בה יהחכמו הפהאים
בארצך׳ גבם להוי׳ מן הנאות אשר
שוכניך ושליחי מחבותם כל שלי גם כי
ישלון אוהבי החכמה והתורה בך ונקראי׳
הבאים בהם שולי עולם כי בם ישע הול
לאור באור הנשים׳ ואם היום הזה אויבך
שלו וגבו בוגדי בגד שלו סביבותי׳
והחלולים והגדל והחפארת אשר יאמרו
לך בגוי הבל בפת׳ מוד יי עליך השכילו
לדוד ושלמה ע״ה׳ בעבור היכל יי אשר
נבנה בתוכבי וכנעני ישבו בך לפני עד
בא אברהם אבינו ע״ה ויתהלך אלהינו
לו׳ ועוד הכנעני או בארץ והרשע גרש
ממך באשר יכול בני השבעה גוי׳ ואמנם
עוד

gis divinæ & sapientiæ amantes tranquillè & quietè vixerunt: hinc etiam illi, qui iisdem (37.) operam dant, tranqvilli (38) in seculo dicuntur, quia per illos salus populo obvenit, ut iste in lumine vitæ illustretur, & licèt hodiè inimici tui ac perfidi pacem inter se circumcircà inierint; attamen laus tua, decus & gloria inter gentes celebratur, sicuti Deus de te dixit, & à Davide ac Salomone p. m. sapienter scriptum reperitur: (39.) propter Templum Domini, (40.) quod in te ædificatum est. (41) Cananæi autem priùs in te habitârunt usqve ad tempora Abrahami, patris nostri, inclytæ memoriæ, cui te Deus noster possidendam dedit; sed ulterius Cananæi terram incoluerunt: Josua verò septem illas gentes, (42.) quantum potuit, de te exterminavit; ast ne sic quidem Cananæi penitùs exstirpati fuerunt, donec David, unctus Dei Jacob, qui princeps (43.) constitutus fuit, venit atque omnes Cananæos ex te ejecit eosque tributarios ac servos fecit nec in te ullum reliquit superstitem ex septem illis populis, qui, quamdiu te incoluerunt, temet obscurârunt, (44.) unde (45.) etiam populi (46.)

terpolator & à שלה, quod notat, tranquillum esse, nomen illud deduxisse, vid. suprà h. cap. n. 28. sed quæ hic habetur, etiam allusio potius, quàm vera nominis derivatio esse videtur, vid. num. anteced. 35.

(37.) Nempe Legi divinæ & sapientiæ.

(38.) Vel: quieti seculi; respicitur autem hic ad Psalmum 73. v. 12. ubi Lxx. verba illa: שלי עולם verterunt ἐυθηνοῦντες εἰς τὸν αἰῶνα, autor veteris Vulgatæ: abundantes in seculo, alias dicti Psalmi 73. vers. 12. expositiones vid. apud Commentatores, & inter illos apud R. Salom. ad alleg. v. 12.

(39.) Innuitur hic, ut puto. Psalm. 122. v. 6. & seqq.

(40.) Vid. dict. Psalm. 122. vers. ult.

(41.) Scilicet: pacem tibi optabo, ita enim locus hic, qui ex eodem Psalmo 122. v. 8 & seq. desumptus; sed non integer adductus est, hic supplendus erit.

(42.) De quibus vid. Deuteron. cap. 7. v. 1. & H. Grot. de jur. B. & P. l. 2. c. 15. n. 9.

(43.) Sic dictionem על, quæ hic habetur & ex 2. Samuel. cap. 23. v. 1. desumpta est, ex mente Judæi interpolatoris interpretari volui, quam Judaicam expositionem, præter Doctores Talmudicos, etiam R. Salomo ad 2. Samuel. dict. c. 23. v. 1. sequi videtur: aliam tamen ac veriorem loci illius, ubi illustre de Christo vaticinium habetur, explanationem vide apud Commentatores Christianos.

(44.) Operuerunt, texerunt, id enim verbum עמם significat, unde interpolator noster nomen עממים i. e. populi, originem traxisse hic existimat, vid. num. seq. 46. h. cap. confer. etiam Ezech. c. 28. v. 3.

(45.) Nempe: ex hac obscuratione seu tegumento, de quo num. antec. 44.

עוד ישבו כנעני עוד בא דוד ע״ה ודוד
משית אלהי יעקב הוא הוקם על ויגרש
ממך כל הכנעני וישימבי לעבדי ולא
השאיר בך למנוח את׳ מבני השבעה
גוים עממך כל ימי היותם שוכני בך
שעל כבה נקראו עממים וגם בית מושב
למלכות בנה לו דוד ע״ה בתוכבי שלא
היה כמוהו למלך ממלכי הארץ ועוד בא
אל לבו לבנות בך היכל יי׳ ויתן בו כסף
וחהב ואבן יקרה לרוב מאד להשלי בך
חפץ יי׳ כי ידרשך תמיד אשי׳ ויהוד׳
משכנו בתוכבי עד כן קנאו בו מלכי׳
וזחני ארץ כי גבר היכל יי׳ אש׳ האול
לבנני עד כל היכלי אלהי מלכי הארץ
ויגדל כבודו עליה׳ כי כל הגוים ראו בו
מעשה יי׳ כי נורא הוא והדו רצפת
היכלך מאבני שיש נוצץ כעין הכוכבי׳
לדוך בו עובדיו כי אתו סגלה להחבי׳
דוחבו כי דרך במדרך׳ ומשרת היכלך
היה לבוש ארבעה מיני צבעי׳ תולעת
שני וחבלה ושש וארגמן ותולעת השני
כדמות השמים אשר מעל לרקיע כי הוי
נר׳ דחלק הנראה מהם כאש עד יחשבו
רבים אשר הכבבי בשמי׳ אש והם אינ׳
אש ולא מאש והלילה לקניה׳ מעשה
הי כי האש ואורו יסחפקן בו השפלים
האפלי

(46.) nomen traxerunt. David quoque p. m. regiam in te sedem ædificavit talem, qualem nemo ex omnibus regibus totius orbis habuit; is insuper in animum induxit suum, ut Templum Domini in te exstrueret illudque argento, auro ac gemmis maximo numero ornaret, qvò Domini voluntatem in te perficeret ac Deus te semper respiceret, qvod Templum ejus in te constructum esset: qvapropter etiam reges ac principes (47.) terræ, invidiâ ergà Davidem accensi fuerunt, qvia Templum Domini, qvod rex ædificare cœperat, omnia Deorum delubra, qvæ reges orbis terrarum exstruxerant, longè superavit atque illa gloriâ & magnificentiâ vicit, omnes qvippe gentes in Templo illo opus Dei perspexerunt, quòd is terribilis sit & reverendus; pavimentum autem Templi tui marmore stratum instar vitri purissimi splenduit, qvod illi, qvi Deo sacra obtulerunt, calcârunt, nam peculiari sapientiâ ille instructus fuit, qvi pavimentum istud pedibus suis calcavit; is autem, qvi in Templo tuo sacrum ministerium peregit, vestibus indutus fuit, qvibus qvatuor inerant colorum species, nempe cocci bis tincti, hyacinthi, byssi & purpuræ; (48.) & coccum qvidem bis tinctum retulit speciem cœli, (49) qvod suprà firmamentum est, qvia illud lucet ita, ut ejus pars, qvæ conspicitur, ignis esse videatur ac multi existiment, stellas in cœlo esse ignes; sed non sunt ignes nec ex igne constant & absit istud ab illarum creatore & conditore, nam ignis ejusqve splendor inferioribus creaturis, (50.) qvæ in tenebris & caligine versan-

(46.) Hebr. עממים i. e. populi, quam dictionem interpolator noster deduxit ab עמם i. e. texit, obscuravit, videtur autem hic respici ad Nehem. c. 9. v. 22. & 24. ubi per verba illa עממי & ארץ κατ' ἐξοχὴν populi terræ Canaan intelliguntur, confer. num. præced. 44. ibique not.

(47.) Sic dictionem רגזים, quæ hic habetur, interpretari volui, vid. Psalm. 2. v. 2. ibique comment. imprimis R. Salom.

(48.) Vid. Exod. c. 39. v. 2. ad quem locum hic respicitur.

(49.) Coccum ignis speciem retulisse scribit etiam Josephus l. 5. de Bell. Jud. c. 14. circà fin. confer. & Egesipp. l. 5. de Excid. Hierosol. c. 9.

(50.) Ita hic vocem השפלים interpretor; quod autem hic de stellis dicitur, quasi non sint ignis, interpolator noster suo abundat sensu, vid. num. seq. 51. ibique not.

versantur, inservit; ast superioribus & cœlestibus creaturis nullæ sunt tenebræ, nulla caligo; (51.) hyacinthus autem (52.) & Xylinum, qvod etiam byssus (53.) dicitur, qvibus indutus fuit is, qvi in Templo tuo sacris operam dedit, terram, (54.) ex qva proveniunt, (55.) repræsentârunt; vestis autem purpurea maris fuit signum, (56.) quia, quod optimum in ea est ac præstantissimum, ex mari colligitur. (57.) Summus itaque sacerdos, dum Templum tuum ingressus est, ut ibi sacra perageret, vestibus, quibus quatuor illæ colorum species inerant, indutus coràm omnium rerum Domino ita dixit: (58.) ecce in conspectum tuum, Domine totius mundi, venio indutus quatuor istis colorum speciebus, quæ quatuor mundi à te creati partes (59.) repræsentant, ut ego coràm te perinde haberi debeam, ac si mundum universum in conspectum tuum adduxissem. Prætereà summi Sacerdotis vestis (60.) auro præstantissimo & lapidibus pretiosis ornata erat, secundùm numerum (61.) tribuum filiorum

האפלים ואין לעלוני' חשך ואפלה׳ וההכלת והשש והוא הבוץ אשר היה׳ לובש המשרת בהיכלך המורת הארץ שממנה יצמחו׳ ולבוש הארגמן בנגד הים כי מן הים יהלקט הצבת׳ ממנו ובבוא הכהן לשר׳ בהיכלך היה מלובש בארבע׳ המיני׳ האלה והיה אומר לפני אדון הכל הנה באתי לפניך ד״ש עולם בר׳ המינים האלה שהם דמיונות לחלקי עולמך ואני נחשב לפניך כמביא לפניך כל העולם ועוד היה מעדה על לבושו עדי זהב ופו ואבנים יקרות לפי דמות שבטי בני יעקב אשר נקרא שמו ישראל לשיר בהם לפני מלאכי עליון ויוכל להם עם נכה כי יעבוד בהם להאציל מרוח הקדש בכרי יתחכמו בו הושבים בך בשלות הלימוד והאמונה ואתם הכמה והבונה ומתני המשרי׳ בהיכלך חגורי במכנסי בד לכסו׳ בהן את ערותו כי נאה לכהן להיותו צנוע מכל האדם אשר על כני האדמה׳ אף כי יעמוד לשרת בבי׳ המקדש׳ אש׳ הם החוצון והפנימי כי המקדש החיצון היא אחד והמקדש הפנימי והוא קדש הקדשי׳ הוא בי׳ ובמקדש החצון יועדו הכהנים לשרת באש׳ צוו עליה׳ הכהן הגדול אבי משמרו׳ הכהנים ובמקדש הפנימי שרוא קדש הקדשי׳ לא יבא אדם כי אם הכהן הגדול לבדו פעם אחת בשנה כי שם היה׳ ארון ברית יי׳ אשר בו כ׳ לוחות האבני׳ לוחות הברית הנברת עם ישרא׳ בסיני בהיות המקדש הראשון עומד על תלו גם שם היה׳ או מטה אהרן אשר הוציא פרח וצץ ציץ ומול המקדש הוא היה י״ד מעלות אשר בהם נראה האורי׳ לחוקידו׳ והיו עיר ירושלם בצורה מבל העיים גברת לכל המדינות כי מלכים גדולים והזנים רבים בנוך ויוסף הורגדום המלך לשגבך ולחומם הומותיך ולבנות בך חומה׳ אתר׳ סביבך ויקרא הקדוש הבוא אנטוכיא ע״ש אנטיוכם הומי אש׳ הגויל

(51.) En subtilem Philosophiam & acumen Judaicum? quasi verò stellæ ideò igne ac luce destituantur, quia superi illarum splendore opus non habent, cum multo plures atque alii sint stellarum ignearum fines, effectus & utilitates, de quibus Astrologi multi multa scripserunt, ad quos lectorem brevitatis causa hic remitto, confer. etiam Ecclesiastic. c. 43. v. 10. & num. præced 5. h. cap.

(52.) Josephus dict. l. 5. de Bell. Jud. c. 14 hyacinthum à byssо separat, & byssо terram; hyacintho aërem comparat, ut quatuor his colorum speciebus quatuor elementa significentur, cui etiam Egesippus dict. l. 5. c. 9. contentit: interpolator autem noster hic hyacinthum & byssum conjungit & his duabus colorum speciebus terram repræsentari scribit, omisso aëre, cujus hic nulla refertur species seu signum; cœterùm de colore hyacinthino vid. & D. Wagenseil. Sota Excerpt. Gemar. 2. capitis 2. pag. 390. & pag. 417. n. 13.

(53.) Hebr. תבוץ, ira hic in textu; dictionem autem Xylinum ideo præmittere volui, ne idem per idem explicetur, nam voces istæ בוץ & שש quoad sonum differunt, licèt quoad rem ipsam idem significent, prout hic in textu habetur.

(54.) Idem refert Joseph. dict. l. 5. c. 14. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 9.

(55.) Nempe hyacinthus & byssus; vid. tamen, quæ num. antec. 52. notata sunt.

(56.) Vid. Joseph. & Egesipp. loc. alleg.

(57.) Succus enim, qui flos dicitur, ex purpura, concha nobilissima, colligitur.

(58.) Nota hic orationem summi Pontificis, quam coràm Deo, ex mente Judæi interpolatoris, habuit.

(59.) Confer. Joseph. dict. lib. 5. c. 14. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 9. vid. etiam, quæ paulò antè num. 52. notata sunt.

(60.) Hanc vestium descriptionem habet etiam Iosephus dict. lib. 5. c. 15. & Egesippus loc. alleg.

(61.) Seu: nomina, sic dictionem דמות, quæ hic habetur & aliàs, similitudinem ac speciem notat, vertere volui, ita, ut hic idem ac ספר שמות seu significi-

orum Jacob, (qui ideò Israël dictus est, quia cum angelis Dei altissimi luctam iniit eosque superavit) (62.) ut Summus Pontifex, dum is pretioso isto ornatu indutus sacrum peragebat ministerium, Spiritus Sancti fieret particeps, (63.) per quem habitatores tui (64.) sapientiâ instruerentur & quietè ac fideliter sapientiam ac prudentiam discerent; lumbi quoque Summi Sacerdotis, quando in Templo tuo sacris operabatur, femoralibus lineis (65.) præcincti erant, ut pudenda ejus tegerentur, qvia præ omnibus aliis hominibus, in terra viventibus, castitas & verecundia (66.) Summum decebat Sacerdotem, præprimis tunc temporis, dum in duobus Sanctuariis, nempe exteriori & interiori, stabat, ut sacrum perageret ministerium; nam alterum exterius, alterum interius erat, nimirùm Sanctum Sanctorum: in exteriori Sacerdotes convenerunt, sicuti eis summus præcepit Pontifex, qui custodiis (67.) Sacerdotum dirigendis præfuit; interius verò Sanctuarium, nempe Sanctum Sanctorum, nemo ingressus est præter Summum Sacerdotem, & quidem semel tantùm in anno, (68.) nam arca fœderis Domini ibi extitit, in qua duæ tabulæ lapideæ pacti, cum populo Israëlitico in monte Sinai initi, fuerunt; eodem tempore, quo primum Templum in loco suo adhûc integrum stabat, etiam virga Aaronis fuit, quæ germinans flores produxerat: (69.) è regione illius

Templi

signifi et, vid. Exod. cap. 39. v. 6. & seqq. ac Iosеph. dict. l. 5. c. 15.

(62.) Vid. Genes. cap. 32. v. 27. ubi unius solùm angeli, cum quo Jacob luctam iniit, fit mentio, non plurium, uti hic.

(63.) Ita verbum אצל, quod hic in Hebræo habetur, interpretari volui, respicitur autem ad Numer. c. 11. v. 25.

(64.) O Ierusalem! nam ad urbem illam in tota hac oratione fit προσφώνησις.

(65.) Vid. Exod. cap. 28. v. 42.

(66.) Confer. hic Iosеph. dict. l. 5. c. 15. princ. & Egesipp. l. 5. de Bell. Iud. c. 9.

(67.) Seu: officiis ac muneribus, nam & sic dictionem משמרות hic interpretari possis.

(68.) Vid. Exod. cap. 30. v. 10. Levit. c. 16. v. 2. & ad Hebræ. c. 9. v. 7. confer. etiam Iosephus & Egesippus loc. alleg.

(69.) Vid. Numer. c. 17. v. 8.

Templi quatuordecim gradus extiterunt, in quibus miraculum Ezechiæ apparuit; (70.) tu verò, Hierosolyma, urbs munitissima, præ aliis omnibus oppidis regina aliarum provinciarum fuisti, (71.) nam potentissimi reges multique principes te ædificârunt, præprimis Herodes munimenta tua auxit atque mœnia tua altiora fecit teque alio cinxit muro, cui Antoniæ (72.) imposuit nomen; nam Antonius ille Romanus ad reparandas murorum tuorum ruinas multum auri spontè obtulit: ast quomodo tu jam adeò abjecta & humilis facta es, ac multæ te gentes gravi premunt imperio? nonne illi, qui te evertunt ac devastant, in te reperiuntur? væ nobis, quia peccavimus! nam dejecta est excellens tua fortitudo atque Templum tuum sanctum à grassatoribus nunc conculcatur illudque receptaculum sanguinis interfectorum factum est: jam bibe poculum tuum, regina Hierosolyma, cum filia tua, Sione, & unà cum illa ebriorum instar tituba, (73.) nam adhûc superest visio, (74) quæ tibi finem deteget malorum & liberationem adferet, quâ filii tui in terram suam revertentur, qvando illorum redemptor (75.) eos servabit, tunc tempus tuum erit tempus amorum (76.) & simùl cum filia tua calicem salutis & consolationis bibes. Posteà Titus ad mœnia accessit,

הגדיל והחנרב זרב להוק בדק החמותיך.
ואיך שפלה עתה ומשלו בך לצור עליך
המון גוי וכהרסיך ומחריבך והלא המה
בהוכבי' אוי נא לנו כי חטאנו כי הורד
גאון עזך ויהי היכלך המקודש למרמס
לפרוצים ולמקוה לרם חללי' שתי כוסך
עתה הגברת יהושלם עם בתך ציון
ומהרעלי בו עמה כי עוד הזון יגלה לך
קץ פרו' ושבו בניך לגבולם עם ישועת
גואלם והיתה או עתך עת דוד' והשתי
עם בתך כום ישוע' ונחמוך. ויהי
אחרי כן ויעבור טיטום נכח החומה
לראות איזה דרך יכון להלחם בעדו על
העיר וירא והנה מקו' מישור מפאת קבר
יוחנן הכהן גדול ויחציב שם הוא ונקבור
שר צבאו וישלח אחרו טיטום לרב'
באוזי הע' העומדי' על החומה רברי
שלום ובריח ואמ' לו זכה תאמ' להם
לכו ונכרתה ברית לכם והחיו ולא
תמותו ואדוני טיטו' יחם עליכם ואם
תרצו הנה הוא כורת ברית עמכם היום.
וילך

(70.) Vid. Esai. cap. 38. v. 8. confer. etiam Egesipp. dict. l. 5. de Bell. Iud. c. 9. circà fin.

(71.) Hujus urbis accurata descriptio quoad mœnia, turres, palatia &c. habetur apud Iosephum l. 5. de Bell. Iud. c. 13. & 14. ubi in specie structura Templi, illius instrumenta, vasa &c. describuntur, confer. etiam Egesipp. l. 5. de Excid. Hieros. c. 10. & Tacit. Histor. l. 5. c. 11, & 12. ubi etiam urbis hujus ac Templi quædam descriptio adducitur.

(72.) Hebr. אנטוניא sic enim hic legendum pro אנטוכיא, quod nomen in codice nostro corruptè habetur, confer. Ioseph. Antiq. l. 15. c. 14. & l. 5. de Bell Iud. c. 15. atque Egesipp. lib. 5. de Excid. Hieros. c. 10. vid. etiam Tacitus Histor. lib. 5. c. 11. ac cap. seq. 36. n. 11. ibique not. castellum istud primo Baris dictum fuit, vid. Egesipp. l. 1. c. 13. ac lib. 5. c. 12. confer. & autor tractatus Gallici, qui inscribitur: Histoire des dogmes & des Cultes &c. Part. 2. c. 6. p. 218. edit. Amstelod.

(73.) Ita verbum מתרעלי, quod hic habetur, vertere volui, respicitur autem ad Esai. c. 51. v. 17. & Psalm. 60. v. 5.

(74.) Vaticinium, Prophetia, videtur autem hic innui Habacuc. cap. 2. v. 3.

(75.) Imò redemptor ille ac Servator jam venit; sed perversi & infideles Judæi illum rejecerunt.

(76.) Seu: tempus amantium, juxtà Vulgatam Latinam in Ezech. c. 16. v. 8.

וילך וידבר באזני העם שלום כאשר
צוהו טיטום אדניו ויהרישו ולא ענו דבר
ויוסף לדבר והנה אחד מהיהודי' שעל
החומה משך בקשת ויורה חץ ויטיחהו
ויהר לטיטו' עד יורת היורי' הציב
בשלישו והוא עודינו מדב' עמם שלום
ויצו לו מאד על שמה ניקנור אש' שלח'
ליהודי' לדבר להם שלום ולברי' ברית'
ויצו טיטום להביא סולמות ואילי ברזל
וכלי משחית' החומי' לעזוך מלח'
בירושל' וימשכו את איל הברזל לנגח
את החומה החיצונה ולהשחית ויגישוהו
ויציבוהו על המצור כמשפט' ויהי כראות
היהודי' כי הוגש האיל לנגח בו את
החומ' ויחרדו היהוד' חרדה גדולה מאד
ויבהלו ויעשו שלו' שלשת שרי הפריצי'
ויפתחו את שע' העי' ויבריחו את מחנה
רומי מעל כל כלי המשחית אשר הביאו
להשחית בהם את החומה ויציתו אש
בכל עצי הבלים ההם וישרפום וגם את
האיל שרפו באש וישכפדהו בפטישים
ומקצות המוללי' גם כן שרפו כי מעט
מהם

(77.) Consentit Josephus l. 5. de Bell. Jud. c. 17. & Egesipp. l. 5. de Excid. Hieros. c. 10. ac Josippi Epitom. pag. 237.

(78.) Vid. Josephus & Egesippus loc. alleg.

(79.) Nicanor iste amicus Titi nominatur à Josepho dict l. 5. c. 17.

(80.) Confer. etiam hic Josephu, Egesippus ac Josippi Epitome loc. alleg.

(81.) Vid hic idem Josephus, Egesippus ac Josippi Epitome loc. citat.

(82.) Vid. Joseph. dict l. 5. c. 19. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 10.

cessit, ut dispiceret, quanam ratione urbis oppugnationem instituere posset; vidit autem planitiem quandam eo in loco, ubi Johannis, Summi Sacerdotis, sepulcrum fuit, (77.) ibi ipse unà cum Nicanore, (78.) exercitus sui duce, (79) subsitit: dein Nicanorem misit, ut cum populo, qui super mœnia stabat, loqueretur eique pacem & fœdus offerret; dixerat autem Titus Nicanori: abi & populum ita alloquere. venite, ut fœdus vobiscum ineamus, quò vivatis nec morte occumbatis, nam adhûc veniæ & misericordiæ locus supereſt apud Titum &, si vobis placuerit, en ipse hodiè fœdus vobiscum panget. Nicanor itaque abiit & populo pacem obtulit, sicuti Titus, illius Dominus, ei præceperat; ast illi tacuerunt nec quidquam respondederunt; interea verò, dum Nicanor ulterius verba faciebat, ecce unus ex Judæis, qui super mœnia erant, illum sagittà transfixit atque interemit, (80.) quò factò Titus ad iram commotus fuit, quòd Judæi ducem suum, cùm is de pace adhûc cum illis loqueretur, sagittà trajecissent atque maximum animo cepit dolorem ob interfectum Nicanorem, quem ipse ad pacem Judæis offerendam ac fœdus cum illis ineundum miserat, atque præcepit, ut milites scalas & arietes ferreos aliaque instrumenta, quibus muri diruuntur, afferrent, & Hierosolymam oppugnarent: (81.) illi igitur mandato morem gerentes arietem ferreum ad exteriorem murum concutiendum ac diruendum adduxerunt, eumque suprà munimentum obsidionis, sicuti facere consueverant, constituerunt. Judæi verò, cùm vidissent, arietem ferreum ad mœnia conqvassanda adductum esse, valdè consternati sunt (82.) & tres illi grassatorum duces

pacem inter se fecerunt atque apertâ urbis portâ & eruptione facta Romanos milites, qui circà instrumenta illa, ad murum destruendum parata, reperiebantur, in fugam verterunt, atque instrumenta illa omnia igne corruperunt, ipsum etiam arietem combusserunt (83.) eumque malleis contuderunt, multas insuper scalas incenderunt ita, ut paucæ admodùm superessent, qvæ à Tito ejusque militibus servatæ erant, cœteras omnes Judæi igne combusserant. Eodem die egregia fuit Alexandrinorum, qui circâ Titum erant, fortitudo in servandis & eripiendis ex Judæorum potestate scalis; (84.) quapropter etiam Judæi Alexandrinos præprimis adorti sunt eosque superârunt: Titus autem illud animadvertens cum fortissimorum militum suorum globo celeriter accurrit & Judæos ab Alexandrinis repulit ac duodecim viros strenuos ex illis interfecit. (85.)

מרם העלו טיטום וגבוריו ויהרם שרפו היהודי באש׳ ובום הרוא נתחזקו אנשי אליכסנדריא אש׳ עם טיטום להציל את הסוללות מיד היהודים ועל ואת הגבירו היהודים על אנשי אלכסנדריאה וינצחום ואז ראה טיטום וימהר וירץ עם מבחר גבוריו ויגרש את היהודי מעל אנשי אלכסנדריא וין מהם י״ב איש גבורי מלחמ׳

CAP. XXXVI.

PEr idem tempus Johannes, (1.) unus ex principibus Idumæis, qui Judæis auxilio venerant, cecidit, nam à Romanis inductus fuit, ut cum illis in colloquium veniret; ast interea, dum ipse sermonem cum Romanis conferebat, Arabs quidam sagittâ rectè emissâ eum interfecit, unde Idumæi milites maximum luctum animis conceperunt, quia Johannes iste vir fortis & strenuus fuit, quamobrem ipsi atque alii nonnulli grassatores ex Simeonis & Johannis militibus dolore accensi nocte illa surrexerunt & ad tres illas turres ligneas, quas Titus antè mœnia urbis Hierosolymæ exstruxerat, iisque mul-

בעת ההוא נפל יוחנן והוא היה אחד משרי אדום העתרי ליהודי כי פתורו הרומי וידבר עמהם ויורה ערבי אחד ויך מאחריו וימיתהו ויתאבלו גדודי אדום מאד על יוחנן כי היה גבור בהם ויחר להם מאד עליו׳ ויקומו בלילה ההוא הם ומקצת פריצי מגדודי שמעון ויוחנן וילכו אל ג׳ מגדלי העצי׳ אשר הקימו טיטום לפני החומת העיר

(83.) Confer. Josephus & Egesippus loc. alleg.
(84.) Idem refertur à Josepho, & Egesippo loc. citat.
(85.) Consentiunt Josephus & Egesippus loc. alleg.

(1.) Is Johannes Idumæorum ductor alius fuit ab eo Johanne, qui ἀρχληστὴς seu grassatorum princeps ac Galilæus fuit, confer. Joseph. dict. lib. 5. c. 19. in fin. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 10. vid. & infr. h. cap n. 19.

העיר ירושל׳ וישם עליהם אנשי רבי׳ מגבורי הרומי׳ להביט במבואות ירושלם בקרבה בה יעשו היהודים׳ וילכו ויהרגו את גדודי הרומיים הנמצאי׳ סביבות המגדלים ויהרם בחרב וימלטו את מחנה טיטום׳ והרומי׳ אשר על המגדלי׳ לא ידעו מזה דבר כי הרומיים אשר סביבות המגדלים היו להם למשמר והיו בוטחי׳ במשמרתם וישנים בשחון כל הלילה׳ ויתאוררו היהודים אחרי הרגם מהרומיים אשר סביבו׳ המגדל להם ככל אשר יכלו׳ ואחרי המלט יהרם ויקרבו אל המגדלים ויקצצו ויבהרו ויגרדו את רגלי המגדלות׳ ויפילו אותם לארץ פתאו׳ וימותו בם רבי׳ ממחנה הרומיים׳ וישמע טיטום את קול שאון מפלת המגדלי׳ ההם והוא במחנהו ויחרד חרדה גדולה מאד הוא וכל מחנהו וינוסו אחור מקול מפלת המגדלות כי לא ידעו מה הקול והיהודים שבו אל העי׳ וירו בבקר ויקחל טיטום את כל מחנהו ויקרב אל חומת העיר בעוד אשר היהודים נלחמים בתוך העיר׳ ויקרב עוד טיטום את אל הברזל המשחית אש׳ בידו עוד וינגח את החומה הראיונה פתאום ויפרצנה וירסנה ויפילה׳ וינוסו העם אשר היו בקרב החומה ההיא ויבואו בקרב

multos milites Romanos imposuerat, quò aditus urbis propiùs specularentur ac perspicerent, quid Judæi agerent, accesserunt (2.) atque milites Romanos, qui circà turres illas reperiebantur, partim interfecerunt, partim ad Titi castra compulerunt; Romani autem, qui in turribus illis erant, prorsus ignorabant, quid ageretur, nam Romani circà turres illas agebant excubias, quibus ii, qui turribus istis impositi erant, confidentes per totam noctem securè dormiebant; Judæi verò interemptis, qui circà turres illas constituti erant, Romanis, vires suas omni ratione contraxerunt & fugatis cœteris Romanis turres ipsas aggressi sunt earumque fulcra & pedes succiderunt, (3.) detruncarunt ac conciderunt, quò factò illæ repentè in terram prociderunt ac multi Romani earum ruinâ oppressi sunt; Titus autem, cùm turrium cadentium strepitum in castris suis audisset, valdè consternatus fuit tàm ipse, quàm omnes illius milites, & propter fragorem ruinæ turrium retrò cesserunt, ignorantes, quidnam strepitus ille sibi vellet, nam Judæi in urbem reversi erant; illucescente autem die Titus copias suas omnes congregavit & ad mœnia urbis, dum Judæi adhûc inter se pugnabant, accessit, atque arietem ferreum, (4.) quem ipse reparaverat, admovit eoque murum exteriorem repentè concussit, perrupit, diruit ac dejecit, quò factò populus, qui intrà murum illum erat, profugit & murum secundum intravit. (5.) Eodem tempore Titus præcepit, ut murus, quem ille dejecerat, penitùs ad ima usque fundamenta destrueretur ejusque lapides procùl amoverentur, ne ru-

(2.) Vid. Joseph. dict. l. 5. c. 20. & Egesipp. lib. 5. de Bell. Jud. c. 11.
(3.) Josephus dict. l. 5. c. 20. refert, unam ex turribus turribus sponte sua cecidisse noctu, unde ingens terror Romanis incussus sit; Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 11. scribit, tres illas turres simul ac sponte cecidisse.
(4.) Judæi arietem ferreum maximum Νίκωρα vocarunt, quòd is omnia vinceret ac prosterneret, uti refert Josephus dict. lib. 5. c. 20. Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 11. scribit, quòd Judæi majorem arietem excisorem urbium appellârint, vid. quæ infrà h. cap. n. 15. notata sunt.
(5.) Idem referunt Josephus & Egesippus loc. alleg. atque Josippi Epitome pag. 237.

בקרב החומה השנית: בעת הרוא עזרה טיטום לחרום את כל החומה אשר הפיל עד עזרת יסודותיה ולהשלין את אבניה עד למחוק פן הרוץ הריסת באבניה מכשול ומוקש למחנהו והחומה הזאת היא חומה היותר גדולה מג' חומות ירושלם והיא החומה אש' בנה הורודוס המלך: ויתאוו הרומיים לעשות כמצות טיטום אדוניהם לעקות את יסודי החומה אשר הפילו ולהרסה עד לארץ ולהשליך אבני הריסה למרחוק ויעשו כן: ומרי עזותם יסודות החומה הרוא והרסם אותה עד לארץ המיתו היהודים מעל החומה החיכונה רבים מהם: ויראו שרי היהודים כי לבד טיטום את החומה החיצונ' ופי הרסה ועזה יסודותיה ויחרדו מאד על נפשם: ותשארנה עוד החומותים משלשה

dera exercitui ſuo eſſent impedimento; erat autem murus ille ex tribus iſtis, quibus Hieroſolyma cingebatur, (6) maximus, quem rex Herodes exſtruxerat. Romani igitur opus aggreſſi ac mandatum Titi, Domini ſui, executi ſunt, dejectumque murum usque ad fundamenta deſtruxerunt (7.) eumque ſolo æquârunt & illius rudera procùl disjecerunt: interea verò, dum Romani operi huic intenti erant ac fundamenta muri illius evertebant eumque ſolo æquabant, multi ex illis à Judæis, qui ſuprà ſecundum murum erant, interfecti ſunt; aſt Judæorum duces, dum viderunt, murum exteriorem à Tito captum eumque ad ima usque fundamenta dirutum eſſe, valdè conſternati ſunt, quamvis bina adhûc mœnia ſupereſſent, quæ urbem Hieroſolymam undique cingebant: interea graſſatores mutuam pacem fecerant (8.) & officia militaria ad urbem defendendam inter ſe diviſerant, (9) ita, ut Johannes, unus ex graſſatorum ducibus (10.) partem illam urbis, quæ Antonia (11.) dicebatur & ad Septentrio-

(6.) Tacitus Hiſtor. lib. 5. c. 8. ita ſcribit: primis munimentis urbs, dein regia, Templum intimis clauſum fuit, Idem dict. l. 5. c. 11. urbem arduam, inquit, ſitu opera moleſque firmaverant, queis vel plana ſatis munirentur. Nam duos colles immenſum editos claudebant muri per artem obliqui aut introrſus ſinuati, ut latera oppugnantium ad ictus pateſcerent; extrema rupis abrupta & turres, ubi mons juviſſet, in ſexaginta pedes, inter devexa, in centenos vicenosque attollebantur, mira ſpecie ac procul intuentibus pares, alia intus mœnia regiæ circumjecta conſpicuoque faſtigio turris Antonia in honorem M. Antonii ab Herode appellata; Templum in modum arcis propriique muri labore & opere antè alios, ipſa porticus, queis Templum ambiebatur, egregium propugnaculum.

(7.) Joſephus dict. lib. 5. c 20. refert, maximam hujus muri partem à Romanis dirutam eſſe; primo autem muro illo potiti ſunt Romani die ſeptimo Maji, prout idem ſcribit dict. loc.

(8.) Nam propinquantibus Romanis bellum extremum concordiam peperit inter Judæos, prout refert Id. Tacitus dict. l. 5 c. 12.

(9.) Idem Tacitus dict. cap. 12. ita ſcribit: Tres duces, totidem exercitus; extrema & latiſſima mœnium Simon; mediam urbem Johannes, quem & Bargioram vocabant; Templum Eleazarus firmaverat, multitudine & armis Johannes ac Simon; Eleazarus loco pollebat, confer. etiam Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 12.

(10.) Nempe אנטוניאס ille, Levi filius, Giſcalenſis, qui diverſus fuit ab eo, quem Arabs quidam interfecerat, de quo ſuprà h. cap. num. 1. dictum eſt

(11.) Hebr. אנטוניאה ſic enim hic legendum pro אנטוניאס, prout corruptè in codice noſtro habetur, vid. quæ cap. antec. 35. n. 72. notata ſunt, confer. etiam Joſeph. dict. l. 5. c. 21. & infrà h. lib. 6. c. 40. n. 2. & c. 47. n 19. Egeſippus lib. 5. de Bell. Jud. c. 12. ſcribit, quòd locus, in quo caſtrum poſteà Antonii vocabulo conditum, inter duas jacens porticus Septentrionalis, id eſt; Bios,

משלשה חומות ירושלם אשר היו חומות שלמות סביבה: ויעשו אז הפריצים שלום איש את רעהו ויחלקו למשמרו מלחמותם ויהי משמרת יוחנן שר הפריצי מפארת אנטוניאה אשר מצפון להיכל ומשמרת השר האחר לפריצים והוא שמעון מפארת קבר יוחנן הכהן גדול ומשמרת קישר הג' לפריצים והוא אלעזר על האיר מעל להחומה: ויתחזקו ויתאוררו ויעמדו המה וכל גבורי המלחמה אשר עמם נכח הרומיים והבבר המלחמה בעת ההיא מאד מאד כי מחנה הרומיים מתחזקים להלחם למען יגדל שמם והיהודים מתחזקי במלחמתם כי ראו אשר קרב קצם: וטיטום עמד לפני גבוריו לחוקם ויאמ' אליהם לאמר ההחזקו נא היום ואני אהן לכם לכל איש הנלחם דגב ביום הזה נגד היהודים בגבוריה כסף וזהב וכבוד: ויגש אחד מגבוריו ושמו לתגינו ויבא בתוך כח היהודים הנצבים מרחק לעיר ויך את האיש אשר ערך לקראתו מלחמה על פיהו ויפיתהו ויוסף ויכה אחר וידקרהו ויפיתהו: או ברח לתגינו ויפלט אל מחנה הרומי' כי הרג ב' גבורים מגבורי היהודי' בגבוריה והיהודי' לא נתנו לנפשם לברוח מפני הרומי' כי בעזה חמתם בקרבם כי שמעון עומד מול גבוריו בגבורה ומרב' וקוראו באזניהו לאמר העידותי בכם היום כי האיש

trionem Templi ſita erat, cuſtodiendam ſuſciperet; alter verò graſſatorum princeps, Simeon, eam partem, quæ Johannis, Summi Pontificis, ſepulchrum (12.) reſpiciebat, defenderet; tertius autem graſſatorum dux, Eleazarus, cœtera urbis mœnia tueretur: quapropter illi diviſis hoc modo officiis militaribus ad prælium inſtructi & armati cum omnibus militibus ſuis fortiter ſeſe Romanis oppoſuerunt, unde acerrima per illud tempus exorta eſt pugna, nam Romani pro nominis ſui gloria ſummis viribus certârunt; Judæi verò exitium ſibi inſtare animadvertentes pro ſalute ſua viriliter pugnârunt. Titus autem antè militum ſuorum ſigna ſtans eosdem ita allocutus eſt: jam viros voſmet præſtate atque rem ſtrenuè gerite, quicunque enim hodiè fortiter contrà Judæos pugnaverit, eum ego auro, argento & honore augebo: quæ cùm ille dixiſſet, miles quidam, Longinus (13.) nomine, acceſſit & in medium Judæorum, extrà urbem ſtantium, agmen impetum fecit, atque illius, qui contrà progredi auſus erat, faciem percuſſit, eumque interfecit, dein alium confodit atque interemit, quô factô Longinus pedem retulit & ad Romanorum caſtra incolumis pervenit, poſteaquàm duos fortiſſimos ex Judæorum militibus ſtrenuè interfecerat. Judæi autem irâ inflammati Romanis haudquaquam terga dare voluerunt, nam Simeon coràm militibus ſuis forti ſtetit animo eosque ita allocutus eſt: notum vobis ſit hodiè, quòd quicunque è prælio aufugerit, is morte plectendus ejusque domus diruenda ſit: contrà Titus milites ſuos adhortatus eſt, ut in prœlio ſe viros præſtarent & pugnantes ordinem ſervarent, ne quis caderet neve locum in acie, contrà Simeonem ejusque milites inſtructâ, deſereret. Poſteà Titus ad eam

Brios, nuncupatus ſit, ubi fortè pro Brios legendum Boreas vel Baris, ſicuti arx Antonii eo nomine appellata fuit, teſte eodem Egeſippo l. 1. de Bell. Jud. c. 6. & c. 13. confer. infrà num. 14. h. cap.

(12. Conſentiunt Joſephus dict. lib. 5. c. 21. & Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 12.

(13.) Vid. hic Joſeph. dict. l. 5. c. 21. & Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 12.

האיש אשר תנום מן המלחמה מות יומת
וביתו יהרס׳ וטיטוס קוהה ומדבר באוני
עמו להתאזר ולהלחם ולשמור מערכת
המלחמה פן יפול איש או יעזוב את
מקום המלחמה אשר אתו נבח שמעון
וגבוריו וילך על פאת מקום יוחנן אשר
שמה הציבו אוהל הברזל כי היה מקום
מושור ובעת הדוא עזה טיטוס לנגח את
החומה באוהל׳ והיה בירושלם
איש אחד גבור מגבורי יהודה ושמו
קנטור ויתחבר עם גבורי הפריצי׳ בחברת
הגבורה ויהיצב קנטור עם גבורי הפריצי׳
ממעל לחומה והוא היה איש גבורת
ובעל מלחמות חזקות ויהה השיב ויך
רבים ממחנה הזמני׳ וגם רבים מהם
הביות׳ והיה האיש ההוא קנטור נלחם
בפארי אתר מפאות ירושלם עם טי׳
גבורים תבורו היה שר לעשרת ויהי
כדגיש מחנה טיטוס את אוהל הברזל
למול החומה לנגח ויקרא קנטור מעל
לחומה לטיטוס ויאמ׳ לו בי אדוני טיטוס
תמול נא על העיר המהוללה הזאת אשר
היא כב׳ פרזה ול׳ תשתיתנה תמוט
נא על בית המקדש אשר בה ואל
תשחיתהו כי משנן אלהים בו׳ ובשמוע

eam urbis partem, (14.) cui Johannes præfectus erat, accessit (nam eo in loco propter planitiem aries ferreus constitutus erat) ac præcepit, ut murus ferreo isto ariete (15.) concuteretur. Fuit autem tunc temporis Hierosolymis vir quidam fortissimus inter Judæos, nomine Castor, (16.) qui se grassatorum agmini adjunxerat; is, quia robore insignis & bello strenuus erat, cum cœteris grassatorum militibus suprà mœnia stabat & missilibus atque sagittis multos ex Romanis militibus partim interficiebat, partim in fugam vertebat; pugnabat autem in parte quadam urbis Hierosolymæ cum novem (17.) commilitonibus suis, nam decurio erat: cùm igitur Titi milites arietem ferreum adduxissent, ut eo mœnia concuterent, Castor iste Titum è muro compellavit eique dixit: parce quæsò, Domine Tite, inclytæ huic urbi, cujus jam anteà murus dirutus est necillam amplius perde; parce etiam Templo, quod in ea est, nec illud destrue, quia Deus ibidem habitat: quocircà Titus, cùm Castoris clamorem audisset, militibus suis præcepit, ut à prælio & oppugnatione muri desisterent; (18) posteà Castorem vocavit eique dixit: si ad me egredieris, incolumitatem tibi atque vitam promitto; ad quæ Castor respondens: en ego, inquit, novem (19.) commilitones meos inducam, ut simùl ad te egrediantur; sed dolo usus est Castor, ut Titum deciperet isque ab oppugnatione urbis desisteret; nam dum ille novem commilitonibus suis coràm Romanis dixit: abeun-

מיטוס

(14.) Nempe Septentrionalem, de qua suprà h. cap. n. 11. confer. etiam Joseph. dict. l. 5. c. 23. & Egesipp. de Bell. Jud. c. 12. in fin.

(15.) Josephus loc. alleg. arietem ferreum vocat ἀῖπολον, vid. quæ suprà h. cap. n. 4. notata sunt, similis ferè dictio Latina apud Plautum in Milite Glorios. Act. 4. Scen. 2. habetur, ubi Pyrgopolinices, miles ille gloriosus, vocatur urbicapus. German. Stadtgewinner.

(16.) Hebr. קנטור, sic enim hic pro קנטור, quod nomen in codice nostro corruptum est, legendum puto, secutus Josephum dict. lib. 5. c. 23. confer. etiam Egesipp. lib. 5. de Bell. Jud. c. 13. & Josippi Epitom. p. 237. ac seq.

(17.) Huic numero consentit Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 13. sed Josephus loc. alleg. decem sociorum mentionem facit.

(18.) Idem referunt Josephus & Egesippus loc. citat.

(19.) Vid. quæ paulò antè n. 17. de commilitonum numero dicta sunt.

טיטוס את העקת קנטור ויצו את גבוריו
ויהדלו מן המלחמה ומנגח את החומה
ויקרא טיטוס את קנטור ויאמ׳ לו צא
אלי והיה ולא המות ויען קנטור את
טיטוס לאמר הנני מפתה את השערת
הגבורים חבורי ויצאנו אליך יחד והוא
עשה במרמה לפתות את טיטוס לחדול
מהמלחמה׳ ויהי כראות את השערת
הגבורים חבוריו לעיני הרומיי לאמ׳ לכו
נא ונדידה ונמלט׳ אל מדאה הרומיים
וידעו חבוריו כי הוא מרמה אותם לרמות
את הרומיים לחדול מנגח את החומה׳
מאל הברזל וישלפו הצעות הגבורי׳ הדם
איש את רעהו ויכוהו ממעל לשריונו
ויפל במרמה לעיני הרומים׳ ויהי כנפלו
במרמה לעיני הרומיים והם לא ידעו כי
במרמה׳ עשו כן לבלתי מדר הרומיים
להלחם על היהודים ולמנוע את האיל
לבלתי יקרבו בו לנגח את החומה
להפילה׳ ולהשחיתה ויורה להם אחד
מהרומיים בחץ ויך באפו של קנטור
ויעבור החץ מעבר אפו ויפל ויך גבור
אחר׳ ויצעק קנטור אל הרומיים בקול
רם לאמ׳ מה זאת עשיתם על דבור
אמנה ובריח שלום אתם מורים הציב
עלינו ויאמר קנטור עוד לטיטוס לאמר
הורה יהיה נמולי שבקשתי לנוס אליך
ויורה עבורך עלי חץ ויכני והוא שומע
אשר אני מבקש ברית ואמנת שלום
ועתה אדוני שלח אלי אחד מן השרים
הנכבדי׳

euntes descendamus & ad Romanorum castra perfugiamus; tunc socii ejus intellexerunt, ipsum per fraudem ita loqui, quò Romani dolo inducti arietem ferreum à muro concutiendo removerent: posteà novem illi milites strictis gladiis Castorem suprà loricam percusserunt, quo facto ipse Romanis inspectantibus cadere se simulavit; dum igitur ille coràm Romanis ex composito cadebat atque ipsi non intelligebant, hæc omnia esse conficta, ne illi ad pugnam cum Judæis ineundam properarent neve arietem ferreum ad concutienda, dejicienda & evertenda mœnia admoverent, ecce Romanus quidam sagittâ emissâ Castoris nares (20.) vulneravit eisq; perforatis alium percussit militem Judæum; quamobrem Castor magnâ exclamans voce: ecquid hoc rei est, inquit, dum ego de fide ac pacis fœdere vobiscum loquor, vos sagittas in nos conjicitis? dein Castor Titum ulterius ita allocutus est: hoccine ego, qui ad te transfugere volui, meritus sum, ut tuus quidam miles me sagittâ vulneraret; qui tamen audivit, quòd fœdus ac fidem pacis à te peterem? nunc itaque, Domine, mitte aliquem ex principibus tuis honore conspicuis ad me, cui ego memet tradam, si cautionem tuam, animo benevolo ac bona fide scriptam, ex ejus manu accepero; sic ad te veniam & servus tuus ero. Quapropter Titus, dum Castorem ita loquentem audiebat, verbis ejus fidem habuit & Josepho (21.) Gorionis sacerdotis filio, dixit: abi & cum illo fide nostra interposita fœdus pange & virum istum ad nos duc, ut vivat nec morte pereat; Josephus autem Tito respondens: cur me, ait, mittis, qui nihil in te peccavi & qui per omnem vitam meam bonâ fide tibi servivi? nunc itaque rogo, hanc mihi exhibeas gratiam, ne me ad illum mittas, quia nullam ei fidem habeo, (nam Josephus

dolum

(20.) Vid. Joseph. dict. lib. 5. c. 23. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 13.

(21.) Idem refert Josephus dict. l. 5. c. 23. & Egesipp. lib. 5. de Bell. Jud. c. 23

dolum Caſtoris ejusque fraudem probè noverat) quocircà Titus Æneam (22.) principem miſit, qui Caſtori dixit: deſcende quæſò ad me, fidem tibi præſtabo, ut ad Titum, Cæſaris filium, unà eamus. Ad hæc Caſtor ei reſpondit: expande obſecro manus tuas atque oras veſtimenti tui explica, ut argentum & aurum, quod apud me eſt, tibi projiciam; ſic deſcendam, ne fortè incolæ urbis illud cogноſcant & pecuniam à me auferant: aſt, dum Æneas extenſo veſtimento ſuo aurum & argentum, de quo Caſtor dixerat, excipere voluit, ille ingentem lapidem ambabus extollens manibus ſuper Æneam projecit, quem ipſe quidem cadentem conſpiciens declinavit & retrò cedens ictum evaſit; ſed ſocius ejus lapide oppreſſus interiit, quamobrem Titus irâ atque indignatione valdè commotus arietem ferreum ſtatim admoveri eoque murum ſecundum concuti juſſit, quò factò etiam ille concidit: dein ignem adhiberi eumque circà murum accendi præcepit (23.) quem dum Caſtor conſpexit, fugâ ſalutem quæſivit; intereà dum ille domum quandam incendio conflagrare videt & hinc inde concurrens metuit, ne fortè ipſe etiam igne corriperetur, quia gravi loricâ indutus erat, accidit, ut in medium incendium rueret & flammâ extinctus moreretur (24.) tali vitæ exitu dignus, quia mortem vitæ prætulerat. (25.) Romani igitur ſecundum intrârunt murum; (26.) aſt graſſatores cœterique milites contrà

(22.) Hebr. אינייאם, ſic nomen illud ex Joſepho & Egeſippo loc. alleg. legendum & reſtituendum puto, nam אינרום, quod in codice noſtro hic legitur, corruptum eſt, conſer. Joſippi Epitom. p. 238. ubi res aliter refertur.

(23.) Conſentit hîc Joſippi Epitome pag. 239. aſt Joſephus l. 5. de Bell. Jud. c. 23. circà fin. ſcribit, Caſtoris ſocios turrim arietis ictibus jam cedentem incendiſſe & per flammam in ejusdem turris ſpeluncam quandam incidiſſe atque ita Romanis fortitudinis opinionem de ſe præbuiſſe, cui etiam Egeſippus lib. 5. de Bell. Jud. cap. 13. ferè adſtipulatur, conſer. numer. 25. hoc cap.

(24.) Idem refertur in Joſippi Epitome p. 239.

(25.) Poterat enim fidem Titi ſecutus vitam ſuam ſervare, ſed noluit; ideò dignum luit ſupplicium, conſer. tamen, quæ num. antec. 23. ex Joſepho & Egeſippo adducta ſunt.

(26.) Nimirum die quinto, poſtquàm primum ceperant murum, vid. Joſeph. dict. lib. 5. cap. 24. & Egeſipp. lib. 5. de Bell. Jud. c. 14.

contrà Romanos egreſſi atque inter ſeſe in prælio juncti acerrimè pugnârunt, quò factò Judæorum manus prævaluit atque ingens Romanorum multitudo cecidit; cœteri autem Titi milites ad primum murum, quem anteà deſtruxerant, profugerunt. Per idem tempus Titus arcum manu tenens Judæos ſagittis petiit, quarum nulla ſine adverſariorum vulneribus fruſtrà in terram cecidit; Romani tamen ab urbe repulſi ſunt, (27.) quia Judæorum impetum diutius ſuſtinere non poterant, donec quartus advenit dies, quo maximæ ex omnibus gentibus copiæ ad Titum confluxerant, ut Romanis opem ferrent: Judæi igitur extrà urbem Romanis obviam progreſſi manus cum illis conſeruerunt; ſed à gentibus ſuperati ad interiora mœnia ſeſe receperunt (28.) eorumque portas clauſerunt. (29.)

(27.) Idem refert Joſephus & Egeſippus loc. alleg.

(28.) Titus enim ſecundo muro denuò potitus totam ejus Septentrionalem partem ſtatim diruit, prout refert Joſeph. dict. l. 5. c. 24. in fin. vid. & Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 14.

(29.) Idem ferè Tacitus Hiſtor. l. 5. c. 11. ſcribit: mox ceſſere hoſtes (Judæi) & ſequentibus diebus crebra pro portis prælia ſerebant, donec aſſiduis damnis intrà mœnia pellerentur.

CAP. XXXVII.

PEr idem tempus Titus militibus ſuis præcepit, ut à muro extrà urbem recederent & paululum temporis à prælio requieſcerent, quò ſcilicèt cum Judæis de pace agi poſſet, (1.) quia cogitaverat, forſitàn illi ſua ſponte Romanorum jugum ſuſcipient, quæ res illis ſaluti erit & incolumitati, nam Titus urbi, Templo ac populo Domini parcere voluit, ne omnia peſſum irent, quocircà quinqve diebus (2.) ab oppugnatione urbis ceſſavit: eodem die quinto ipſe ad portam urbis acceſſit; ſed Simeon, graſſatorum dux, & Johannes per idem tempus vaſa ignea præparaverant, quibus omnia inſtrumenta bellica, à Romanis facta, incenderent, nam omnes unanimi conſenſu conſilium inter ſe ceperant, ut contrà Romanos fortiter pugnarent: qvamobrem Titus, dum animadvertit, Judæos obſtinato animo reſiſtere & vitam ſuam ultimo periculo exponere mortemqve in bello vitæ præferre, de pace cum illis loqvi cœpit, &, dum eosdem increpare & orare voluit, ne adeò dura & præfracta cervice eſſent, illos hunc in modum allocutus eſt: (3.) en ego jam duos cepi muros ac tertius ſolum vobis ſupereſt, ecquid igitur, ô miſeri, facietis, qvi tàm dura eſtis cervice? ſi tertium murum ſub poteſtatem meam redegero, ego veſtram illam urbem, vobis ſimùl omnibus pereuntibus, delebo ac Templum Domini, Dei veſtri, evertam; annon itaqve vos vitæ veſtræ, uxoribus, filiis ac filiabus veſtris parcetis? Aſt Judæi ne ſic qvidem Titi verbis morem geſſerunt, qvia cervicem ſuam induraverant, qvapropter Joſephum ad

בעת ההיא צוה טיטוס אל עמו למרחק
מעל החומה ל מרגע לעיר ולהשבית את
המלחמה ימים אחדים למען יקרא באזני
היהודים שלום כי אמר אולי ישובו
ברצונם על הרומיים וידעו ולא ימותו כי
חמל טיטוס על העיר ועל הכל וי ועל
עם וי לבלתי השחית הכל ויחדל מן
המלחמה חמשה ימים וביום החמשי
בא אל שער העיר ובעת בואו ודנה
שמעון שר הפריצים ויוחנן עמו ערכו
כלי שרפה לשרוף באש לכל כלי
המשחיתים שעשו הרומי' ויועדו כלם
יחד להלחם בלב אחד כגבורי' וכראות
טיטוס את היהודי' כי מסרו נפשם
לעמוד ולהתחזק ולמות כלם במלחמה
כי בחרו מות מחיים או החל לדבר
באזניהם דברי שלום ודברי תוכחה
ולהתחנן על קשי ערפם ויאמר אליהם
טיטוס כדברי האלה לאמ' הנה לכדתי
את שתי החומו' ותשא' לכם הנמה אותת
לבד ומה תעשו עניים בהקשותכם את
עורפכם ולכדתי גם את החומ' השלישית
והחרמתי את העיר הזאת ואבדתם יחד
והרסתי את היכל וי' אלהיכם ולא התמלט
על נפשותיכ' על נשיכם ובניכם ובנותיכ'
הבכל

(1.) Conſentiunt Joſeph. dict. lib. 5. de Bell. Jud. cap. 25. & Egeſippus lib. 5. de Excid. Hieroſ. c. 14.

(2.) Joſephus dict. lib. 5. c. 25. ſcribit, Romanos quatriduo ab oppugnatione urbis abſtinuiſſe ac quinto demum die aggeribus tertium murum circumdediſſe, cui etiam Egeſippus dict. lib. 5. c. 14. conſentit.

(3.) Confer. hic Joſippi Epitom. pag. 239.

ובכל זאת לא שמעו היהודים לקולו כי
הקשו את ערפם וישלח טיטוס את יוסף
אליהם לדבר באזניהו דברי שלום ודברי
תוכחה ודברי חמלה וליעצ' עצות טובות
למען ימלטו וידבר להם בלשון עבריית
למען יאמינו ויבטחו וילך יוסף אליהם
ויעמוד נכח שער החומה כי יראה לקרוב
אל החומה כי ידע יוסף אשר הוא
נתעב בעיני העם על אשר נשא עול
הרומיים ויהי ויקרא יוסף בקול
גדול נכוח השער לאמר שמעו אלי כל
העברים אשר אדבר באזניכם היהודים
אשר ייטיב לכם ויטו העם את אזניהם
לשמוע אל יוסף ויען וידבר יוסף אל
העם לאמר' נאה היה לכם מהתלדה
להלחם באשר אתם נלחמי' עתה בטרם
תבא הרעה הזאת בהיות עריכם עומדות
וארצכם מלאה עם לפני אבדכ' גבוריכם
במלחמותיכם שנלחמתם איש באחיו
באבותיות עד אשר נישארתם מתי מספר
ומלאתם את מקדש וי' ואת היכלו מדמי
החללים ופגרי המתים ולא תמלטם על
נפשותיכם ומה תוחילו על ואת ולא וי
לכם וה אבל התגברת' מלחמ' בעם עצום
ועז פנים אשר משלו בכל הגוי' ולכדו
את כל הארצות וידעו בכל האומות וגם
בגוי אשר ידו בכם מלפני המה מושלי
וכלם עבדי' להם ואתם נלחמי' עמדם
באולת

ad illos miſit, qvi cum eis de pace loqveretur atqve illos objurgaret eisqve ſimùl veniam offerret ac bonum daret conſilium, quô ſervarentur; præceperat autem Joſepho, (4.) ut lingvâ Hebraicà Judæos alloqveretur, quò illi verbis ejus magis crederent ac fidem haberent. Joſephus igitur ad illos accedens è regione portæ muri ſtetit, (5.) qvia ad mœnia ipſa præ metu accedere noluit, nam probè noverat, populum Judaicum infeſto ergà ſe animo eſſe, eò, quòd Romanorum jugum ſuſcepiſſet atqve hac ratione vitam ſibi ſervâſſet. Joſephus itaqve Sacerdos è regione portæ magna voce clamans: (6.) audite, inqvit, omnes Hebræi, verba mea, qvæ vobis dicam, ut benè vobis ſit; his Joſephi dictis dum populus Judaicus aures ſuas obvertit, Joſephus cœptam ad populum orationem continuans: ab initio, ait, vos bellum gerere oportuit, qvemadmodum nunc illud geritis, antequàm hæc vobis calamitas accideret, dum urbes veſtræ adhûc ſtabant incolumes & terra veſtra populo plena erat, priusquàm fortiſſimum qvemqve in bellis perdidiſſetis, quæ contrà fratres veſtros crudeliſſimè geſſiſtis adeò, ut jam pauci admodùm ſuperſtites relicti ſint; Sanctuarium Domini ejusqve Templum interfectorum cadaveribus repleviſtis, qvænam itaqve ſpes erit veſtra? neqve id vobis ſatis fuit, ſed etiam bellum ſuſcepiſtis contrà populum fortiſſimum & robuſtiſſimum, qvi omnibus nunc imperat gentibus, qvi univerſum terrarum orbem ſubegit & in omnes populos imperium ſuum exercet, etiam in eos, qvi vobis anteà leges præſcripſerunt, (7.) hi omnes jam Romano parent imperio; vos autem imprudenter & ſtolidè contrà populum illum bellum geritis nec urbi iſti

(4.) Vid. Joſeph. l. 5. de Bell. Iud. c. 26. & Egeſipp. l. 5. de Excid. Hieroſ. c. 14. in fin. & c. 15. ac Joſippi Epitom. pag. 239.

(5.) Quantum à jactu ſagittæ longius poterat, uti ſcribit Egeſippus dict. l. 5. c. 14. in fin.

(6.) Vid. Joſephus dict. l. 5. c. 26. & Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 15.

(7.) Ægyptios, Cananæos, Babylonios, Syros, Perſas ac Græcos hic innuit autor noſter, vid. infrà h. cap. n. 13.

nec Templo Domini ejusque Sanctuario, imò nec vobismet ipsis ac vitæ vestræ parcitis; sed contrà populum Romanum etiamnum arma ferre in animum vestrum induxistis, ut majori calamitate populum Domini ejusqve Sanctuarium involveretis; valdè metuo, ne illud destruatur atqve magna ista urbs evertatur; timeo etiam, ne devastato Sanctuario Domini holocausta & sacrificia cessent & aboleantur, sicuti jam abolita est jugis oblatio; (8.) metuo etiam, ne ignis perpetuus (9.) extinguatur ac desinat: propterea lachrymas profundo, quia in Dominum peccavimus ejusque Templum prophanavimus, auxilium ejus à nobis recessit, quoniam in medio ipsius Sanctuario bella gessimus ejusque Templum factum est improborum receptaculum & latronum habitaculum; (10.) Sacerdotes ejus & Sanctos interfecistis & in medio Templi multum sanguinis innocentis effudistis. Ecce, fratres mei, jam instrumenta exitiosa ad destruendum Templum parata sunt, jam ignis ad incendendum Sanctuarium in promptu est; sed populi, qvi hostes vestri sunt, Templo Domini ejusque Sanctuario parcere volunt, ne illud devastetur; cur itaque vos, fratres & amici mei, vobis ipsis ac vitæ vestræ non parcitis atque id operam datis, ut instrumenta ista pernicioſa à vobis removeantur, ne pereatis? & quænam tandem vestra hæc est confidentia, qvanam in re spem vestram repositam habetis, nonne duo jam subruti sunt muri, ita, ut unus saltem adhûc supersit? in qvonam igitur confiditis? forsitàn dicetis: in Deo nostro; annon reipsa deprehenditis, illum à vobis recessisse & hostibus vestris auxilio esse? quoniam illi magnum ejus nomen honorant ipsumqve timent; nos

באולת ולא בחכמ' ובבינה ולא התמלי
על העיר הוא' ועל היכל י' ועל מקדשו
ועל נפשותיכם אמנם נשאת' לבבכם
להתגרות עמהם עוד מלחם למען האריך
רעה בעם י' ועל היכל הקדש אני ירא
פן ינתץ ועל העיר הגדולה אור פן
תחרם ועל מקדש י' אוחל פן יחמם
ועל העולות והזבחי' אירא פן ישבתו
ויסרו באש' הנסר התמיד על אש התמיד
אבכה פן תבטל כי אנחנו חטאנו ליי'
וא' ההיכל הזה מעלנו ועל כן סר צלו
מעלינו כי נלחמנו בתוך מקדשו
והיה היכלי מעון לרשעי' ונוה לפריצים
והרגתם את כהניו ואת קדושיו ושפכת'
דם נקי לזוב בקרבו ועה' אחי הנה
הכלי המשחיתי מוכני לנתוץ את ההיכל
והאש עוכה לשרוף את המקדש והנה
הגוים אויביכם הומלי על היכל י' ועל
בית מקדשו לבלתי הת מקדשו שמור'
ואתם אחי ורעי למה לא התמלו על
נפשותיכם למען יסורו מעליכם הכלים
המשחיתי' ולא ישחידו בם ועל מה אתם
ביטחי' מעתה הלא שתי החומות נהרסו
ולא נשארה רק אחת וא"כ על מה
הבטחו וכי תאמרו אנחנו נבטח באלהינו
הלא הדעו כי איננו בקרבכ' כי הוא סר
לעזוב אויבינו בגלל אשר הם כבדו את
שמו הגדול ויראו ממנו ואנחנו מעלנו
בו

(8.) Nam propter bellum cessavit jugis illa oblatio, confer. suprà h. lib. c. 30. n. 34. & 36. ibique not.

(9.) Hebr. אש התמיד, sic in nostro codice, is sacer ignis semper ardens in altari servabatur, nullus enim ignis peregrinus seu alienus vi legis Diviæ in Templum afferri debebat, vid. Levit. c. 10. v. 1. & seqq. confer. etiam infr. h. lib. cap. 42. n. 5.

(10.) Respicitur hic ad Jeremiæ c. 7. v. 11. confer. & Matth. c. 21. v. 13.

nos autem illum peccatis nostris offendimus; propterea Deus noster à nobis recessit, ipsis (11.) verò auxilio fuit atqve opem tulit, adeò, ut illi omnibus jam imperent gentibus & in universo terrarum orbe dominentur, iis solummodò locis exceptis, qvæ vel nive (12.) vel arenâ ita clausa sunt, ut ad illa nullus pateat aditus: nunc itaqve dicite mihi, quænam vestra sit confidentia, qvandoqvidem Deus Romanorum terrorem omnibus incussit populis, ita, ut eis obtemperent, cur non & vos iisdem subjecti eritis, ut vitam vestram servetis nec morte pereatis? nonne perspectum vobis est, quòd illi jam rerum sint domini & magnitudine prævaleant, quòdqve ipsis Deus imperium in omnes gentes dederit eisqve auxilio suo adsit? annon cognitum vobis est, quòd ipse ab initio Ægyptiis auxilio suo adstiterit illosqve totius terrarum orbis dominos effecerit? sed posteà Deus ab illis recessit ac vobis opem tulit atqve omnes gentes imperio vestro subjecit vobisqve & regibus vestris auxilio suo adfuit, deinde ille à vobis recessit & summum rerum arbitrium Chaldæis, Assyriis ac Persis (13.) dedit, qvi omnibus gentibus atqve vobismet ipsis regibusqve vestris imperarunt; omnes qvippe illius manuum opus sunt: nunc autem Deus gentes illas deseruit atqve Romanis auxilio fuit eosque jam per multos annos ope sua adjuvit, adeò, ut ipsi omnibus nunc populis imperent, etiam illis, qvi antea rerum potiti erant; si verò dicere velitis, quidnam utilitatis Deus inde percipiet, si ille Romanis aliisqve populis imperium in universum terrarum orbem & in peculium populumqve suum, unicam illam in terris gentem, populum scilicèt Israëliticum, dederit? nonne vos pudeat, ita loqui & ignominia ac dedecus vos confundat, dum hæc

בו מעל ועל זה סר אלהינו מעלינו והיה
בעזרת' ועמם ומשלו בכל הגוי' וידיו
בכל הארצו' רק המקומו' אשר סוגרו
בשלג או ברוש אש' אין להי' דרך לעבור
עליו ועתה' אמרי לי מה תוהלתכם
ואלהי נתן פחדם בכל גוי הארץ והמה
עיבדי' להם ולמה לא העכדום גם אתם
נתהיו ולא המותתי' והלא תדעו כי עת
ממשלה ועת גדולה היא להם ושדי
המשילם על כל הגוים והוא עמהם
בעזרתם והלא ידעתם כי מתחלה היתה
עזרתו עם אנשי מצרי' וימשילם בכל
העולם ואתר כן סר מעליהם וידי עמכם
והמשילכם על כל הגוים היה עמכם
ועם מולכים ואחרי כן סר מעליכם
ויתן הממשלה ביד הכשדים וביד אשור
ופרס וימשלו על כל הגוים ועליהם ועל
מלכיהם כי מעשה ידיו כלם· ועתה עזב
אותם והחי עזרתו עם הרומיים והוא
עמהם לעזרה לשני' רבות והנם מושלי'
על כל העמי' אשר משלו מלפנים וכי
תאמרו מה בצע כי האלוהים ימשיל
הרומי' וזולתם על העולם ומבלתי ועמו
גוי אחר בארץ והוא עם ישרא' הלא
תבושו וחכלמו באמרכ' זה והחפזו
בקלון וחרפה כי יפלא זה בעיניכם·
ואיכה תאמרו כי חכמי' אתם כי תפלאו
על נכה ואתם ידעתם אשר ברל בני
האדם מעשה ידי האלהים ואת אשר
יעצה

(11.) Romanis scil. confer. hic Egesipp. de Excid. Hierosol. lib. 5. c. 15.

(12.) Quæ nimirum vel nimio æstu vel gelu invia sunt, uti scribit Egesippus d. l. 5. c. 15. confer. & Joseph. de Bell. Jud. l. 5. c. 26.

(13.) Idem refert Egesippus dict. lib. 5. de Excid. Hierosol. c. 15. confer. suprà num. 7. h. cap.

יוצה להשפיל ושפיל ואוד אשר יוצה
להרי יוים׃ ואף כי את׳ בני עכ׳ יי׳
וסגלתו ולכם תאות הממשלה במשפט
ואונכם נשפטי׳ בקרי ובחמת קרי הנה
סר צל יי׳ מעליכם כי חטאתם לו ומעלת׳
בהיכלו ובכדגיו׳ ואין תבטחו כי ישא
פנין אליכם לעזר לכם והוא הסתיר
פנין מכם ועונותיכם מבדילים ביניכם
לבין אלהיכם בני ואוד אל התשבו ואת
המחשבה כי לא נבונה היא׳ ועתה
אוד ואזבי מה לכם להלח׳ עם דרומיי
ודם מושלו הגוים אשר פחדו סגר
מעברו הודן וכל איי היס ער יס אוקינוס
אשר מעבר להודו ופל יובתי המזרח
ומשלו עד אפסי ארץ עד ברטניאה ועד
יס אוקיאנוס ובכל ארץ סקוטיניאה
הסגודה באגמי מים ויושביה עם גדול
בענק׳ המה גבוה קומה והמוד אנשי
חיל ברכב ורומי קש׳ וגבורי מלחמה׳
ובלכת שר צבא רומה אלידם כלם
נאספו ויהיו לאגודה אחת ויתעצו על
צפוני דמלחמו׳ ויאמרו נלחם׳ באויבינו
ונמוטה יחד ולא נעבוד מלכי גוי׳ זרי׳
ממנו ואחרי כן באו מלכי דרומיים
והבני׳

hæc res vobis eſt admirationi? qvomodo vos ſapientes audire vultis, qvibus illa res admiratione digna videtur? nonne perſpectum vobis eſt, omnes homines eſſe opus manuum Dei, qvi, qvemcunqve vult, dejicit & extollit? an vos populus Dei ejusqve peculium eſtis, ac veſtrô meritô rerum imperium affectatis? nonne juſtiſſimum Dei judicium & graviſſima illius ira vos premit? (14.) en auxilium Domini à vobis receſſit, qvia ſceleribus veſtris ipſum offendiſtis atqve in templum ejusqve ſacerdotes peccâſtis, quomodo igitur ſperatis fore, ut ille in gratiam vos recipiat vobisqve auxilium ferat? qvi faciem ſuam à vobis avertit, (15.) dum peccata veſtra vos ac Deum veſtrum ſeparant; (16.) ejicite, quæſô, ex animis veſtris, filii ac fratres mei, cogitationem iſtam, qvæ minimè laudari & probari poteſt: cur autem jam, fratres & amici mei, bellum adverſûs Romanos geritis, qvi illarum qvoqve gentium, qvæ tranſitus in Indiam clauſtra reſerunt, domini ſunt, atqve omnibus inſulis usqve ad magnum illud mare, qvod ultrà Indiam eſt cunctisqve Orientis regionibus imperant? qvorum dominatio ad fines terræ & in Britanniam, (17.) usque ad Oceanum & in univerſam Scotiam, (18.) quæ ſtagnis aqvarum clauſa eſt, ſeſe extendit, cujus incolæ inſtar gigantum longâ ſunt corporis ſtaturâ ac viri bellicoſi, qvi tàm curru, quàm arcu contrà hoſtes pugnare didicerunt: adverſûs hos Romanorum imperator copias ſuas eduxit; illi verò agmine facto

(14.) Sic locum iſtum in Hebræo ſatis obſcurum hic vertere volui; reſpicitur autem ad Levit. c. 26. v. 28. ubi eadem, quæ hic habentur verba, nempe חמת קרי graviſſimæ quoque ibidem minæ habentur, quæ tandem per vaſtationem templi ſecundi in effectum deductæ fuerunt.

(15.) Vid. Deuter. c. 31. v. 17. & c. 32. v. 21. atque Eſai. c. 1. v. 15.

(16.) Conſer. Eſai. cap. 59. v. 2.

(17.) Interfuſo mari à toto orbe diviſam, uti loquitur Egeſippus lib. 5. de Excid. Hieroſ. c. 15.

(18.) Hebr. סקוטיניאה, ſic pro סקוטיניאה (quod nomen hic mendoſum videtur,) legendum puto, ſecutus Egeſippum, dict. l. 5. de Excid. Hieroſ. cap. 15. qui in hac Joſephi oratione etiam Scotiæ mentionem facit; idem Egeſippus loco allegato ſic pergit: tremit Saxonia, inacceſſa paludibus & inviis ſepta regionibus, quæ, licèt belli curam videatur augere, & ipſa frequenter captiva Romanis acceſſit triumphis, validiſſimum genus hominum perhibetur, præſtans cœteris; piraticis tamen myoparonibus non viribus nititur, fugæ potius, quàm bello parata.

והכניעו׳ והמה להם לעבדים׳ ועתה אוד
ואזבי באומרכם נמותה יחד ולא נעבוד
את מלכי הגוי כי טוב לנו ימות מזדים
ולא נראה ברעתנו וברעת מקדשנו׳ שלו
נא כימי אבותיכם מתי היות הפשי׳ בלא
אדוני׳ ולא היה עליכם עול מיהם והלא
ידעת׳ כי בא יעקב אבינו ע״ה אש היה
יי׳ עמו והוא היה חמיד עם יי׳ ונטה
שכמו לגור במצרי׳ באדמת זדים ז ם
לבלתי ימות ברעב הוא ובניו ומקנהו
ויבא מצרימה עכ בל אנשי ביתו ועם
מקנהו ועם כל רכושו ושם עמו י״ב בניו
יוצאי חלציו ויגר שכ במחי מעט למען
החיותו את נפשו ואת נפש כל אנשי
ביתו ולא ימות ברעב הכבד ההוא׳
והלא ידעת׳ אשר ברדת יהוד׳ עם אחיו
מצרימה קם יוסף כמחנב׳ על אחיו
ויהגולל עליה׳ למגוא עלילות לשנאה
לגליהם כי זכר את מעשיה׳ עמו ויאסור
מהם ויגדף ויקלל מהם ברצונו׳ ושם
היה יהודה הגבבר בבני ישורון אשר על
שמו נקראנו יהודי׳ והיה יכול להכניעו
אלף פעמים לו רצה כי לא הבירו אשר
הוא יוסף ובדברו עמו עת ברוגז ורעש
היה יכול לפגוע לו כי גבור בחיל היה
וגחול נפש ויקר היה ומה היה לו שיפגע
באיש מצרי וימיתהו גם לו המית מהמצרי׳
מספר

(19.) Conſer. hic Joſeph. de Bell. Jud. dict. lib. 5. cap. 26. & Egeſipp. de Excid. Hieroſol. lib 5 cap. 15.

(20.) Occaſionem contrà illos quæſiverit, anſam captavyerit, ſic illud: יתגולל, quod hic & Gen. c. 43. v. 17. habetur, vertere poſſis, Lxx. καπηλευσαι, ut calumniis circumveniret.

21.) Sive: inter Iſraëlitas, ſic vocem בישורון, quæ hic ac Deuter. c. 32. v. 15. habetur, vertere volui, ſecutus Munſterum in notis ad Deuter. d. cap.

מכפר עצום מה היה נחשב בעינו לפי
שכלו והו לא כן עשה אבל נטה שכמו
לסבול עול ועבוד את יוסף ויקראהו
אדון ובלבבו עליו אשר הוא איש מצרי
וינגע לעבדהו למען השיגו ממנו מבוקשו
כי ישבור שבד אוכל לבלהי ומות ברעב
הו' ואביו ואחיו ושיחי' ובניהי' ובנותיהי'
וכל קנינם וכל אשר להם וגם שם היה
יוסף היפה תואר ויפה מראה בדמות
גלמו והגבון והחכם בנפשו וטבל עבדות
בית פרעה ואנשיו לדעתו בחכמתו את
אשר השלי עושה וכו הדאה לפרעה זה
על אשר הרה אז נחשב בעיניו יותר
מכל המלכים שהיו בארץ בימים ההם
ויוסף אם היה אב לפרעה ואדון לביתו
ע"כז היה נכנע אליו לבקש דרך למען
חיותו בה את אביו ואת בני ביתו קטני
הגדולים בלהם לפי הטף ואם הבל
היה בידו לעשה זה לדעתו כי לפרעה
ולעמו היתה זה נאותה המלכי והממשלה
ואיך לא יעשה הוא יקר וגדולה ברבוי
ובמעשה למי שמלך העולם בולו חפץ
ביקרי ולו חפץ אז יוסף לשוב לארץ
כנען הוא וכל בית אביו בלתי רצון פרע'
ודעתו מי היה יכול להשיבו ואין יכול
לו כי הוא היה השליט אז בארץ וכל
אשר יחפוץ בה יעשה וגם בנימין הנמשל
לואב

phum, qvem tunc non agnoverat, millies (22.) opprimere eique manus injicere eo tempore, quò Josephus irâ animiqve fervore commotus cum Juda loquebatur, Judas qvippe robore ac fortitudine, ut & animi magnitudine conspicuus fuit, qui sanè pro minimo duxisset, si virum adortus Ægyptium interfecisset; imò, etiamsi magnam Ægyptiorum multitudinem trucidâsset, ea sanè res, cum fortitudine illius & prudentia comparata, exigui fuisset momenti; sed ille neqvaqvam id fecit; verùm humeros suos jugo ferendo submisit ac Josepho servivit eumque dominum vocavit, & qvamvis illum Ægyptium esse putaverit; servituti tamen semet subjecit, ut ab eo id, quod petebat, impetraret & frumentum ad comedendum emeret, ne tàm ipse ejusqve pater, qvàm fratres, uxores, filii ac filiæ, ut & pecora omnia atqve universa familia fame simùl perirent: ipse etiam Josephus, qvi non solùm venusta fuit facie & pulchro corporis aspectu, sed præterea prudens ac sapiens extitit, in Ægypto Pharaonis domui ejusqve viris inserviit, etiamsi ipse prudentiâ suâ illâ, qvæ Deus facturus erat, cognoverit & Pharaoni somnium interpretatus sit; qvam ob causam etiam à Pharaone major habitus est, quàm omnes terrarum orbis reges, qvi tunc temporis vixerunt, & qvamvis Josephus patris loco Pharaoni extiterit & illius domui præfectus fuerit, eidem tamen ipse semet subjecit, nempe ut viam inveniret, qva patrem suum ejusqve liberos, parvos & magnos unumqvemque pro numero familiæ suæ, (23.) alëret; & licèt omnia in manu ejus fuerint, nihilominus eo, qvem dixi, modo agere voluit, qvia scivit, Pharaoni ejus-

cap. 32. v. 15. ubi scribit: secundum omnes Hebræos capitur ישורון pro ישראל Israël, cui & H. Grotius, Aben Ezra, Junius ac Tremelius in locis ibid. consentiunt, confer. & Deuter. c. 33. v. 5. & v. 26. ibique interpretes, vid. & nos. ad librum Prec. Jud. part. 2. pag. 56. à. & dict. part. 2. p. 197. b. princ. it. Gur. Arjeh fol. 65. col. 3. med.

(22.) Nota hic hyperbolen in deprædicando robore Judæ, hinc interpolatoris Judæi manum hic agnoscere possis.

(23.) Sic verba ista: לפי הטף quæ h. loc. & Genes. cap. 47. v. 12. habentur, vertere volui, vide interpretes ibid.

לואב הטורף כי הושב לבית יוסף
באבותיות ע"ל ית האיש אשר על ביתו
במרמ' ובעלילת כוב ושקר למה לא פגע
בו להמיתו שגם הי' יקר בזוז היה והלא
האיש אשר על בית יוסף הוסיף אחרי
בנימן ואחיו אז לבדו רחף ולו רצו אחי
בנימן הלא המיהורו וקבחהו ולא נודע
לאיש דבר וע"כז לא כן עשו אמנם
יהודה החכם והמבין בעולם שפלתו
ודממותו שב אל העיר עם אחיו ויגש
אל יוסף ויאמר אלו בי אדוני וידבר ליד
תחנונ' וכורת עד אשר נבמרו רחמי
יוסף ויודע לאחיו והיה את אשר הי'
והתורה הקדושה מספר לנו כל זה
להודיענו את אשר נבנע לפני מי שהוא
בזמנו בעל ממשלה ויבלת ולא יעלה על
לב איש כי יוסף הצדי' חטא בהטותו
את שכמו לעבוד את מלך מצרי כי אין
תרפה לאיש החכם בהבנעו לעבדי ארצ
אשר יצטרך אליו יהיה מי שיהיה ואת
כי יהוה נושל ואדון והלא תדעו כי
אבותינו הוו עבדי לפרע' במצרי' וכי זכר
אלהינו את בריתו עם אבותינו ויואל
להוציאם ממצרי' וישלח בעד ה' ארצ
משה רבינ' עליו השלו' מלאכ' וכתורו
ומ"עה יודע היה כי י' אתו וכי הוא
בעזרו ויכול להשחות ולהשמיד ולהכחיד
את כל הקמים עליו לרעה וע"כז בבאו
לדבר לפני פרעה המושל אז במצרים
היה בא ברעש וברעד לרביר בו כי הוא
מושל

ejusque populo tunc regnum & imperium competere; annon verò honorandus & tàm verbis, quàm factis magnificandus est is, qvem rex totius mundi honorare voluit? si itaqve Josephus unà cum universa domo patris sui sine consensu ac voluntate Pharaonis in Cananæam reverti voluisset, quisnam illum prohibere & à proposito suo avertere potuisset? ipse enim tunc terræ illius fuit dominus rerumqve arbitrium obtinuit. Benjaminus quoque, qvi lupo rapaci comparatus est, (24.) cùm is crudelem in modum à viro, qvi domui Josephi præpositus erat, callidè ac dolosè ab itinere retractus esset, cur ei manus non injecit ipsumqve interfecit; cùm tamen Benjaminus magnanimus fuerit & fortis: nonne vir ille, qui domui Josephi præpositus erat, Benjaminum ejusque fratres solus persecutus est? si itaque illi voluissent, facili negotiô virum istum interficere ac clàm sepelire potuissent; verùm illi id facere noluerunt. Judas itaque, qui mundum benè noverat atque vicissitudinis rerum haud imperitus erat, cum fratribus suis in urbem reversus est ac Josephum adiens eundem appellavit Dominum, (25.) & suppliciter atque blandè cum illo locutus est, donec ad misericordiam commotus fuit Josephus seseque fratribus suis manifestavit & se agnoscendum præbuit, quis esset; lex autem sancta hæc omnia ideò nobis enarrat, ut nos doceat, ne simus superbi, sed ut ei, qvi suo tempore rerum arbitrium habet & potestatem, nosmet subjiciamus, nec quisquam existimet, Josephum, virum illum justum, peccâsse, quòd ipse humeros suos submiserit, ut regi Ægyptiorum serviret, neque enim viro sapienti probrum est, ei sese subjicere atque servire, quô ipse opus habet, (26.) quicunque tandem is fuerit, multò magis, si ille princeps sit & re-

(24.) Vid. Genes. cap. 49. v. 27. ibique interpretes ac commentatores.

(25.) Prout Genes. c. 44. v. 18. habetur.

(26.) Nam potentioribus servire, crimen non est, inquit Egesippus libr. 5. de Excid. Hierosol. c. 15.

rum dominus, annon vobis notum eſt, quòd patres noſtri Pharaoni in Ægypto fuerint ſubjecti? etiamſi Deus noſter fœderis, cum majoribus noſtris initi, fuerit memor eosque ex Ægypto educere decreverit & propterea Moſen doctorem noſtrum, piæ memoriæ, miſerit legatum præcipuum, qui probè noverat, Deum ſibi eſſe auxilio, ita, ut perdere, exſcindere ac vaſtare poſſet omnes, qui ſibi adverſarentur malumque inferre vellent; nihilominùs, dum is cum Pharaone, qui tunc Ægypti dominus erat, loqui voluit, pavidus atque tremens ad illum venit: nam Pharaonem moderatorem & dominum eſſe noverat, in cujus manu rerum arbitrium atque poteſtas erat, ut ipſe, quodcunque vellet, perficere poſſet. Poſteà, cùm dominus ille, Pharao, populum Domini durò premeret jugò, Moſes, doctor noſter, piæ memoriæ, Dei fretus auxiliò gentem Iſraëliticam forti manu atque brachiò, contrà Ægyptios ſemper extenſo, ex Ægypto eduxit, dum multiphcem illis calamitatem & varias plagas intulit (27.) & ſigna atque miracula edidit & à dura ſervitute filios Iſraëlis liberavit eosque ad montem Domini deduxit, (28.) atque bonorum omnium hæredes fecit, dum legem divinam eis obtulit. Dein, cùm Joſua veniſſet & filiis Iſraëlis terram ſanctam poſſidendam dediſſet ipſiqve eam incoluiſſent, majores noſtri ea tranſegerunt tempora, quæ in prophetarum libris habentur, usque dum Aſſyriorum regibus ſubjecti (29.) ſatis diu ſervitutis jugum tulerunt: Perſarum quoque atque Chaldæorum regibus, licèt non adeò durâ ſervitute ſubditi fuimus, poſteà multis gentium regibus ſervivimus; quò tempore maxima exorta ſunt bella, quibus interdum ſuccubuimus, interdum vicimus. Nunc itaque dicite mihi, fratres mei, quænam ignominia vobis erit, ſi etiam nunc Romanorum imperio voſmet

(27.) Vid. Exod. cap. 7. & ſeqq. conſer. & Joſeph. lib. 5. de Bell. Jud. c. 26.
(28.) Ad montem ſcil. Sinai, de quo vid. Exod. c. 19. v. 17.
(29.) Vid. Joſeph. dict. l. 5. de Bell. Iud. c. 26. & Egeſipp. l. 5. de Excid. Hieroſol. c. 15.

voſmet ſubjeceritis? quidnam vos æſtimandi eſtis, ſi cum aliis gentibus, qvæ jam Romanis parent, comparatio inſtituatur? nonne videtis, quòd illi hoſtibus veſtris nunc imperent atque illis populis, qvi quondam domini veſtri & inimici fuerunt, leges præſcribant? annon Romanos amore complecti debetis, qui omnes adverſarios veſtros ſubjecerunt veſtramque de illis vindictam ſumpſerunt? (30.) vos autem hoſtes Romanorum facti eſtis nec mores hujus ſeculi prudenti conſideratione perpendiſtis: ſi enim dudum Romanorum jugo collum veſtrum ſubmiſiſſetis, felices ſanè fuiſſetis & unà cum illis proſperum rerum ſucceſſum habuiſſetis nec vobis regionique veſtræ ruinam atque exitium paraſſetis. Ego quoque, dum in Galilæa adverſùs Romanos pugnabam, probè noveram, me illis tandem ſuccubiturum eſſe: ſed nihil meò arbitriò tunc agere poteram, graſſatores enim, qui circà me erant, imperium meum contempſerant nec mihi obtemperaverant; metui etiam, ne graſſatores iſti violentas mihi manus inferrent, ſi eis conſilium, ut ſeſe Romanis ſubjicerent illisque obedirent, dediſſem. Poſtqvàm igitur Deus animum meum exploravit ac cogitationes cordis mei probavit, dixi: pugnabo, qvantum potero, cum Romanis, & ſi quem deprehendero locum, unde ad illos evadere poſſim, occaſionem illam arripiam; dum verò in ſpeluncam quandam (31.) cum quadraginta ſociis meis, qvi ſeipſos, ſpretò ſaniori conſiliò, mutuâ cæde trucidârunt, perveni, certè periiſſem, niſi Deus, in quo ſperavi, miſericordiâ ſuâ ſapientiam menti meæ indidiſſet ac prudens mihi ſuppeditâſſet conſilium, quò evitavi perniciem iſtorum hominum, qui violentas mihi manus injicere meque ideò interficere voluerunt, quia conſilium eis dederam, ut ipſi mecum ad Romanos profugerent, poſteaquàm videram, eos jam

(30.) Idem refert Egeſippus dict. l. 5. de Bell. Iud. c. 15.
(31.) De qua ſuprà h. lib. 6. c. 18. dictum eſt, ubi vid. num. 7.

ארץ דודו ובכל ממשלות הגוים והיום
הזה הלא תראו כי הממשלה נכרתת
מהם והם עבדי לרומי ובהחלה כי
באו עליהן הרומיים גאה גאו עליהן
ויערבו בהם מלחמ' ומלחמות עד אשר
הכניעום הרומי' וידעו להם לעבדי' והנה
הגוים הזה נכנעי' מגאון גאות' ויטו את
שכמם תחת על הרומי' ועל עם פלשתי'
אשר הוו נגדכם והיו בגאון גאות
גלחמי' עמכם ומשומדי' ארצכם מה
אדבר לכם ומה אספר הלא צעיד השוי'
אשר לרומיים מושל היום בכל ארץ
פלשתי' ובכל ממשלת' ומה תוחילו אתם
ואתם יודעי' אשר הפלשתי' היו גבורים
מכם ולפניה' נפלתם ונפל שאול מלכ'
וכי תאמרו כי דוד משיה אלהי ישואל
רבותים והשמידם ושפילם הכניעם
זכרו לכ' כי או דוד עין ה' אליה' ומביט
אליכם עין בעין והוא הרה לזרם
מלחמותיכ' והיום הזה אינכו מעזרכ' כי
הסתיר את פני ישועתו מכם על אשר
רשאת' לו ומי בכם מכלכם ירע את סור
ה' באמרו לדוד ע"ה בשמעך את קול
המעדה בראשי הבכאי' או הארז יבין
את דברי ויעזכם על לבו ויגיד פודם
לאוזר מכם ויהן את לבו לעשות את
עיתי' ועתה אוזי שמעו בקולי ובואו
לעבוד את הרומי' כדרך שלו' בסרת
ובאמונתו בטחון כי רב לכם כבוד לעבד'
עם מלכי פרס ולדוחכ' רעים ותסרים
להם

rerum dominos esse Deumque pro suo arbitrio eisdem imperium in omnes gentes dedisse: sanè sic Deus agere consvevit, ut ipse tàm cœlesti exercitui in excelsis, quàm regibus terræ in mundo imperet & quisnam cum potentiore litigare poterit? En Romani hodiè totius orbis atque omnium gentium sunt domini & non solùm Ægyptiis atque Assyriis; sed & Persis imperant ac Chaldæis, quibus omnibus vos quondam subjecti fuistis. Ægyptii quippe & cum illis cœteræ gentes arant, seminant, metunt, plantant atque colligunt fructus cum labore; Romani autem quieti in pace & otio illos consumunt, sic gentes eis inserviunt. Prætereà considerate, fratres mei, atque perpendite, annon Macedoniæ reges in omnibus locis totius orbis dominati sunt? certè iidem Alexandri, Macedonis, ætate universam Indiam atque omnium gentium imperia in suam redegerunt potestatem; sed hodiè, uti videtis, regnum ipsis ademptum est illique Romanis subjecti sunt, qvi ab initio, cùm à Romanis bellô peterentur, admodùm feroces ac superbi fuerunt acieque cum illis contenderunt multaque fecerunt prœlia; verùm à Romanis tandem victi & sub eorum potestatem redacti sunt, (32.) ita, ut ad hanc usque ætatem depositâ superbiâ & ferociâ humeros suos Romanorum jugo submittant. De Philisthis autem, qui hostes vestri fuerunt atque superbiâ elati vobiscum bella gesserunt vestramque vastârunt terram, quid dicam vobis aut quid referam? nonne minimus inter principes Romanos jam universæ imperat Philistæorum regioni & ditioni? (33.) in quonam igitur confiditis? nonne cognitum vobis est, quòd Philistæi vobis superiores extiterint, & quòd illi vos vicerint Saulemque, regem vestrum, in prælio occiderint? si fortè dicere velitis, quòd iidem à Davide, qui

(32.) Confer. & hic Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 5. c. 15.

(33.) Hos enim unius Præsidis potestas coërcet, verba sunt Egesippi dicti. lib. 5. de Excid. Hierosol. c. 15.

להם בעבודת הרומי' כי הם היו אדוניכ'
ועתה יהי הכרים לכם' עוד בני עמי
התיצבו על עמדכם ואוכחה עמכם הגדד
נא לי מתי היו אבותיכם חפשי' ולא
היה אתם סער מבוכה ממלחמות גוים
וממשלות לאומי' הלא מיום צאתכם
מארץ מצרים עד יום מלוך שאול בן
קיש דויד נוצחי' וגוברי' כי יי' היה
מלככם והיית' אדני' ולא היית' עבדים
לאדם כי אם לאלהי' ואחר כן כי השכין
אהבם יצרכם הרע ותמאסו את י' מהיותו
לבדו מלך עליכ' בחרתם לכם אדם
למלוך עליכ' ולשפוט אתכם כיהר הגוי'
המולכי' והשופטי' עליה' שופטי אדם
ומלכי איש וימלוך עליכ' שאול בן קיש
ויהר המלכי' ועבודת' אותם והיו בניכם
לעבדי' לו והטובי' מכם למשרתי' ובנותיכ'
היקרות לרקחות ולטבחות ולאפות ואחריו
מלך דוד ע"ה עליכ' אשר משל בגוים
רבים אשר סביבותיה' אחרי מות שאול
וגם הוא העביד אתכם ברצונו עד אשר
המירת רבים מכם להשלי' תאות לבבי
ואחרי מות דוד בן ישי עברתם את
שלמה בנו ע"ה וגם הוא ויהי בכם
בנפשו וישלח יד בבנותיכ' ובבניכ' ויקח
מהם

qui à Deo Israëlis unctus fuit, excisi, perditi atque deleti fuerint; at meminisse vos oportet, tunc temporis Deum vobis auxilio fuisse & singulari providentiâ vosmet protexisse ac pro vobis pugnâsse; verùm hodiè ille nullam vobis opem fert, quoniam ipse salutarem faciem suam propter peccata vestra à vobis avertit, & quisnam ex vobis est, qui arcanum Domini sciat? dum is Davidi, piæ memoriæ, dixit: (34) cùm audiveris sonitum gradientis, (35.) in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium; attendite itaque nunc verbis meis atque animum vestrum advertite habitaque inter vos deliberatione (36.) consilio meo obtemperate atque verbis meis morem gerite, suscipite nunc, fratres mei, Romanorum jugum & pacem, initô cum illis fœdere, bona fide ac securitate colite; satis enim honoris & gloriæ habebitis, (37.) si unà cum Persarum regibus, qui anteâ vestri fuerunt domini, Romanis serviatis eosque in ferendo communi jugo habeatis socios. Subsistite etiamnum paulisper, ô filii gentis meæ! ut vos coarguam, dicite quæsô mihi, ecquando majores vestri liberi & sine turbis bellicis finitimarum gentium ac populorum fuerunt? nonne jam inde ab eo tempore, quo ex Ægypto egressi estis usque ad regis Saulis, filii Kis, ætatem victoriis ac fortitudine inclyti fuistis, quoniam Deus rex vester fuit, idcircò dominati estis nec homini ulli serviistis, sed soli Deo? verùm postquàm pravâ cogitatione seducti Dominum spreviistis, ne is solus rex vester esset, (38.) vos homi-

(34.) Vid. 2. Samuel. c. 5. v. 24. ubi res illa narratur.

(35.) Sic ab autore Vulgatæ Latinæ, quam hic secutus sum, dictio מערה, quæ 2. Samuel. dict. cap. 5. vers. 24. reperitur, versa est; sed scriptor noster hic habet מערה i. e. turbo, unde & Lxx. interpretes ibidem verterunt συγκλεισμὸς, nisi fortè legendum συγκλυσμὸς vel συσσεισμὸς, confer. Jerem. c. 23. v. 19. & Habac. c. 3. v. 14. ibique Lxx. interpretes.

(36.) Videtur locus iste in Hebræo hic mendosus esse vel mutilus.

(37.) Numquid non vestra nobilitas est, cum Persis servire? hoc est enim servire vobiscum reges regnumque maximum habere socium subjectionis, uti scribit Egesipp. l. 5. de Excid. Hierosol. c. 15.

(38.) Vid. 1. Samuel. c. 8. v. 7. Egesippus alleg. l. 5. de Excid. Hierosol. c. 15. ita scribit: habebatis regem Deum, repudiâstis regnum ipsius, sub quo solo eratis liberi, voluistis servire hominibus.

hominem elegistis, qui imperium in vos atque judicium exerceret aliarum instar gentium, quæ homines sibi constituerunt reges & judices. Quocircà Saul, filius Kis, cœterique deinceps reges vobis imperârunt, vos autem illis subjecti fuistis: Saul, rex, filios vestros atque optimos juvenes servitio & ministerio suo adhibuit filiasque vestras præstantissimas sibi constituit ungventarias, focarias & panificas. (39.) Post illius mortem David, piæ memoriæ, rex vobis præfuit, qui gentes finitimas multas sibi subjugavit; sed etiam hic pro arbitrio suo vobis imperavit adeò, ut non paucos ex vobis interfecerit, quò animi sui desiderium expleret. Postquàm David, filius Isai, mortuus est, vos Salomoni, ejusdem filio, piæ memoriæ, subjecti fuistis, qui itidem pro lubitu suo in vos imperium exercuit atqve nonnullos ex filiis filiabusque vestris servitio & ministerio suo adhibuit; eô autem defunctô improbi reges successerunt, qui regnum maximô vestrô malô administrârunt: ab illo tempore regio vestra perdi ac devastari cœpit, optimusque inter illos, qui post Salomonem regnârunt, extitit Rehabeamus, ipsius filius, is scilicèt, qui vobis dixit: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus; (40.) sic cœteri fecerunt reges, qui ei in regno successerunt, nam pauci ex illis Deo fuerunt grati, reliqui corruptissimè vixerunt & abominanda perpetrârunt; nemo ex illis bonum fecit, (41.) ne unus quidem regnum in timore Domini administravit: istud itaque tempore satis longo continuatum fuit regibus sibi invicem succedentibus, donec Chaldæorum monarchæ advenerunt, qui vos ex terra vestra Babylonem captivos abduxerunt ibique detinuerunt usque ad tempora Cyri, Persarum regis, iste soluta captivitate vos in regionem vestram reduxit,

(39.) Vid. 1. Samul. c. 8. v. 11. & seqq.
(40.) Prout 1. Reg. c. 12. v. 11. habetur.
(41.) Confer. Psal. 14. v. 3. & Epist. ad Rom. c. 3. v. 10.

xit, (42.) nec vos vacuos dimisit; sed argentô, aurô, divitiis & honoribus auctos vi maxima vos protexit, Deo rem ita dirigente, quæ sanè restitutio Cyro ad justitiam reputata fuit. (43.) Post mortem autem Cyri arma vobis intulerunt impii reges Græciæ, ut vos perderent, destruerent atque delerent, isti ipsi dum multis vos bellis atque injuriis vexatos durô pressêrunt jugô, tandem Deus animum sacerdotum suorum prudentum atque piorum, filiorum Hasmonæorum, excitavit, qui injurias vestras & oppressiones ultum iverunt: tunc fratres ac socii fuistis Romanorum, quæ mutua inter vos atque Romanos amicitia diu duravit; postea vos omnes injurii fuistis in Hasmonæorum posteros, qui vos servaverant nomenque vestrum inclytum reddiderant, ac quendam è gente sua virum elegistis, nomine Herodem, qui, postquàm regnum est adeptus, durum vobis jugum imposuit: eô mortuô Archelaus, illius filius, successor in regno, non destitit, quò minùs vos dura premeret servitute; tandem etiam ab hoc omnes defecistis, dicentes: non ampliùs regibus Judæis subjecti erimus, sed Romanorum imperatoribus serviemus, sic Romanorum imperiô spontè electô humeros vestros Augusti, Imperatoris, jugo submisistis, (44.) quoniam clemens ergà vos fuit nec vos crudeli rexit imperiô; quamobrem aliarum instar gentium, quæ ei paruerunt, etiam vos eidem subjecti fuistis, nec ea res vobis dedecori fuit, sed potiùs nominis celebritatem vobis conciliavit, quòd bono imperatori subjecti essetis. (45.) Nunc itaque, fratres & filii gentis meæ, cur adeò præ omnibus aliis populis insipienter ac stolidè agitis & mor-

(42.) Vid. 2. Paralip. c. 36. v. 22. & seq. it. Esræ c. 1. v. 1. confer. & Egesipp. de Excid. Hieros. l. 5. c. 15.
(43.) Respicitur hac phrasi ad Genes. c. 15. v. 6.
(44.) Vid. Egesipp. de Excid. Hieros. l. 5. c. 15. ubi sic scribit: defuncto Herode, pulso Archelao, sub Cæsare esse Romano postulavistis, tradidistis vos Cæsari.
(45.) In communi enim conditione universorum servire quædam libertas est, quoniam dignitate dominantium honestantur obsequia servorum, inquit Egesippus l. 5. de Excid. Hieros. c. 15.

הכל ומושל בכל והכל נקש' זה עם זה
ועומד זה בזה וזה מעמיד לזה והכל
מעמד לבור' העולי ישתבח לנצח והכל
ישוב אל העפ' ברצון הבורא ויתעלה
שמו' קחו לכם דמיון מחלקי העולם
בלי וראו איך חלק ימשול בחלק וחלק
יכנע ל חלק ולא תקשו ערפ' לאנוס
את מקרה טבע העול' ומקריו ותמשיכו
בתורתכ' אחרי פבותיו ואז יקרא שמכם
עם חכם ויתה בני עמי בהיותכם
צעירי' ונבנעי' לחומי' לא תחשבו כי זה
יהיה חסרון לכם וקלון כי עתכם יבא
ותשובו אל יי בכל לבבכם ותהיו גם
אתם מושלי בעמי' כרצונכם רק כי
תלבו אחרי אלהיכ' החומך אתכם בכל
עוז ואין הרומי' אשר ירדו בכם היום
גוי שפל או חלש יותר מהגוים אשר חד
בכם מלפני כי גוי איהן הוא ומארת
השמי' המליכוהו להותו מושל בעמי'
וקחו לכם עדות ודמיון ומשל מהבהמות
והחיות המתגאי' ומושלים זה על זה לפי
טבע העולם וסדרו ודעו כי המקרה בני
האד'

mortem facibus (46.) quæritis nec vobis ipsis liberisque vestris parcitis? considerate quæsò omnes terræ creaturas, vobis solummodo exceptis, tàm homines, quàm cætera animalia, bestias, reptilia, volucres cœli ac, quotquot sunt, pisces maris, videtis sanè, quòd ea, quæ viribus præstant, infirmioribus imperent (47.) nec imbecilliori dedecus sit & ignominia, parere fortiori; sic bos & hœdus leonem timent, aries & agnus lupum, vacca atque ovis ursum, capra pardum, accipiter aqvilam, columba accipitrem metuit; perpendite quæsò bestias, volucres cœteraque animantia ac videte, quomodo bos major juvencis minoribus, aries ovi, hircus caprarum insultet gregi; eundem in modum omnia animantia & bestiæ, quæ robore præcellunt, infirmioribus dominantur: cur igitur homines ab animalibus, bestiis & avibus non discunt, quid è re sit? nonne unus omnia creavit Deus, qui omnibus imperat, cuncta etiam inter sese connexa subsistunt atque res creatæ se invicem sustentant; omnia autem totius mundi creatori, qui semper laudandus est, obtemperant atque omnia ex arbitrio ejusdem creatoris, cujus nomen sit benedictum, in pulverem revertentur, exemplo sint vobis mundi universi partes: (48.) videte, quomodo pars altera dominetur, altera verò pareat & subjecta sit; quocircà haud quaquam dura cervice naturæ totius mundi fato (49.) obluctamini, sed potiùs voluntatem vestram illius (50.) causis attemperate, sic nomen vestrum prudentiæ laude erit inclytum. Quamobrem si vos, gentiles mei, ad paucitatem redacti Romano pareatis imperio, nolite existimare, quòd ea res vobis inopiam vel dedecus

(46.) Hebr. מחפשים את הטורח בנפוריהן, sensus est: cur ultrò ac datâ operâ vosmet mortis periculo exponitis & extremam perniciem vobis accersitis?
(47.) Vid. Josephus de Bell. Iud. l. 5. c. 26. & Egesipp. de Excid. Hierosol. lib. 5. c. 15.
(48.) Τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου i. e. elementa mundi hic nomine חלקי העולם præcipuè intelliguntur.
(49.) Sic dictionem מקרה quæ aliàs accidens & casum fortuitum significat, hic vertere volui, fati definitionem vide præ aliis apud Lipsium de Constant. lib. 1. c. 18. & c. 19. confer. & n. 51. h. cap.
(50.) Videlicèt naturæ universi mundi seu fati.

האדם לא יובל הגדול למשול בקטן כי
אם בעונותיו אשר יגדלו עליו יגדל מי
שכגברו להעבירו ויונהו שבמו לסבול
עולו ולקב' ממשלתו ועתה בני עמי לבשו
ענוה וקחו לכם דרך להיותכם בכל
הבריות ולא תרצו להיותכ' בעלי תמורה
ושינוי בעולם קחו עמכם דברי אלה
ושובו לעצתי הטובה ושמעו אלי ועבדו
הרומיים וחוז נפשכ' כי יכרתו לכם
ברית בחסדם' ויהי כדבר יוסף הכהן
באוני עם ירושלם את הדברים האלה
וישאו קולם ויבכו ויחזקו שיניה' עליו
ויחרפוהו ויקללוהו קללות נמרצו' מעל
החומה וישליכו עליו אבני' ויהי עלי
הציים הרבה ויבקשו להמיתו וכאשר ראה
יוסף כי לא שמעו לעצתו ויקשו ערפם
ויעיז פניהם נגדו ויחל להוכיחם עוד
כדבריו הספרי

cus adferat, nam tempus adveniet, quò vos totò corde ad Deum convertemini, tunc etiam vos pro lubitu vestro populis imperabitis, si voluntati Dei vestri, qui omni robore vos sustentat, obtemperaveritis: certè Romani, qui hodiè vobis dominantur, non inferiores nec infirmiores sunt illis gentibus, quæ vobis quondam imperârunt; sed fortissimus est populus Romanus, cujus imperium ab ipso venit Deo, ut gentibus daret leges; quocircà testimonia vobis & exempla præbeant animantia & bestiæ, qvarum aliæ aliis secundùm naturam atque ordinem totius mundi dominantur & imperant: notum autem vobis sit, quòd hominum fatò (51.) ita comparatum sit, ut nemo viribus præstans infirmiori dominari possit, nisi propter ipsius peccata, quæ, quia in illo prævaluerunt, adversarium quoque ejus potentiorem fecerunt, ita, ut infirmior servitutem subire atq; potentioris jugo humeros suos submittere eiq; parere necesse habeat. Nunc itaq;, filii gentis meæ, humilem ac submissum induite animum atq; omnium creaturarum mores imitamini nec eos, qvantum in vobis est, mutate neq; viæ, universo mundo contrariæ, insistite: attendite hisce dictis meis atq; huic bono consilio meo morem gerite mihiq; obtemperate, Romanorum parete imperio, ut vitam vestram servetis, nam ipsi pro clementia sua ad fœdus vobiscum ineundum prompti sunt. Hæc cùm Josephus, sacerdos, coràm incolis Hierosolymitanis dixisset, illi lachrymas præ ira profuderunt ac dentibus infrendentes acerbissima in eum probra & maledicta (52.) jactârunt eumq; lapidibus sagittisq; multis petierunt, quò illum interficerent; Josephus autem cùm videret, consilium à se datum ab ipsis rejici eosque dura cervice & obstinata facie contrà niti, objurgare illos cœpit hunc in modum.

(51.) De voce מקרה, quæ etiam hic habetur, confer. quæ paulò antè num. 49. notata sunt.
(52.) Confer. hic Joseph. lib. 5. de Bell. Iud. c. 26. circà med. & Egesippus l. 5. de Excid. Hierosol. c. 15. in fin.

CAP. XXXVIII.

ברפאי לישראל בדברי עצתי ותוכחתי הטובה ולא אבו שמוע ונגלה עתה לקללני ולבקש להמיתני ועין יוסף ויאמר אליהם דברי הוכחות ומריבה בחרפה ובוש הוי סורדי' על יי' מה לכם כי תחגאו ועל מה תבטחו ויי' סר מעליכם ואתם רעים וחטאי מאד לו במה וכופר עונכם אשר עשיתם בהכלו ששפכתם בו דמי נקיים לזוב ולא תמלטם איש על דעתו ואיש על אחיו ואיש על קרובי אבל אתם אשמי שנלחמתם בהיכל יי' ומקדשו וטמאתם אותו בפגרי חלליכם אשר הרגתי' ותחללו את שם יי' במלחמותיכ' בשבתות ובמועדי' ובחגים הגידו נא לי סורדי' ומורדי' הגבת אבותיכם על אויביה' בחרב או בחנית ובמלחמה הלא כי אם בתפלה ותשובה ובלב טוב ווושר ליי' כי עבדוהו בכל לבכם והי' היה עזור' ואתם במרה תאמינו כי לא תאמנו ועל מרה תבטחו כי לא תעזרו סר צלכם מעליכ' ויי' שהיכם עזר לאויביכ' ותמך בידם להשמיד ולהאביד אתכם ' אם בהרבכ' בחניתכ' תחשבו למלט מיד אויביכ' את אשר לא יראה יי' למלטו מדם פקח עיניהם ומאו מה אמר דוד משיח יי' כי לא

Dum populo Israëlitico (1.) cogitaveram, consilio meo atque argumentis, bonò animò depromptis, medicinam adferre, ipsiq; obtemperare noluerunt, certè eorum improbitas inde manifestè patet, quòd me maledictis & probris affecerint meque necare conati sint, dein Josephus eosdem reprehendens ita objurgavit: væ vobis, qui adeò contumaci adversùs Deum animo estis! cur superbitis, in quonam confiditis, postquàm Deus à vobis recessit, quem vestrâ improbitate atque peccatis gravissimis offendistis? quomodo scelus istud, quod in Templum Domini commisistis, dum multum sanguinis innocui in eo effudistis & nec amicis vestris nec fratribus nec sanguine junctis pepercistis, expiabitis? certè maximi criminis rei estis, qui in Templo Domini ejusque Sanctuario prælium commisistis atque illud hominum, à vobis interfectorum, cadaveribus polluistis, nomenque Domini profanâstis, dum in festis, Sabbathis aliisque diebus sacris pugnâstis, dicite quæsò mihi, rebelles & refractarii, an vestri majores, (2.) hostes suos gladiis atque hastis vicerunt in prœliis? nonne oratione, resipiscentiâ, animi puritate & integritate ergà Deum eosdem superârunt? nam, dum ei toto pectore adhæserunt ac servierunt, ipse quoque illis fuit auxilio; at vos in quonam spem vestram repositam habetis, si(Deo)non creditis? in quonam confiditis, qui omni auxiliò destituti estis? umbraculum vestrum (3.) à vobis recessit & Dominus, Deus vester, hostes vestros adjuvat eisque ope sua adsistit, ut illi vos perdant ac destruant; an putatis, quòd gladiis

(1.) Vid. hic Joseph. de Bell. Jud. l. 5. c. 26. circà med. & Egesipp. de Excid. Hierosl. lib. 5. c. 16.
(2.) Confer. & hic Josephus de Bell. Jud. l. 5. c. 26. circà med. & Egesipp. de Excid. Hierosl. libr. 5. c. 16.
(3.) Id est: protectio, auxilium vestrum, respicitur hic ad Numer. cap. 14. v. 9. ubi vide præ aliis R. Salomonis notas.

לא בחרב ובחנית יושיע יי' ועתה פרעו' וזכרו את אברה' אביכ' אשר הוליד אתכ' במות נצח את פרעה מלך מצרי' כי אנכו ויקח מידו את שרה אשתו רק כי הלה את פני יי' בתפלה ובתחנוני ויער יי' את רוח פרעה וישב לו את שורי' אמנו הקדושה ודנהודה בלתי מחוללת ובלתי נטמאת כי אברה' אבינו ע"ה היה שוכב על ערשו במנוחה ובהשקט ובשלוה ובבטחה ופרעה המושל היה מהנגע ומהכאב במאורות ובנגעי גדולי ורעי' אשר נגעו יי' על דבר שרה אשת אברה' אבינו הקדוש והטהור על אש' חמד אותה המושל פרעה מלך מצרים ויקחנה אליו למען עשו' לה נבלה ולגלוי ער מסתריה ולא נתן יי' לו מאויו לגלות מסתריה אמנם עקב אשר בקש לגלות את בשרה ולגבל את מסתרי גלה את בשרו להראו' את מסתריו ואת אברי עדותו לרופאים לראות אם יוכלו לרפאתו כי מי יוכל לרפאת את המחלה פושלה יי' באיש ומי ידע טבעה ומי ידע כי שחץ חזקיהו הרפאהו דכלת התאנים וצרעת נעמן ירפאהו מי הירדן ומרורות המים ירפהו עץ הלענה' פנה או לדבר אל אברה' אבינו

diis hastisque vestris eum ex hostium manu eripere possitis, quem Deus ex illorum potestate liberare non vult? aperite oculos vestros ac videte, quid David, unctus Domini, dicat: non gladiò nec hastâ servat Dominus; (4.) revocate in memoriam, ô stolidi, Abrahamum, patrem vestrum, (5.) qui vos genuit, quibusnam ille armis superavit Pharaonem, (6.) regem Ægypti, cùm is Saram, ipsius uxorem, per vim (7.) abstulisset? nonne ille Dominum supplex precibus rogavit? qui etiam ejusdem orationi annuens Pharaonem impulit, ut Saram, matrem nostram sanctam & puram, Abrahamo restitueret incontaminatam & incorruptam: nam Abrahamus, pater noster, piæ memoriæ, in lecto suo quietè, tranquillè ac securè dormivit; (8.) at Pharao, ille Ægypti dominus, maximis pessimisque plagis atque doloribus correptus & percussus fuit à Deo propter Saram, Abrahami, patris nostri sancti ac puri, uxorem, quam Pharao, dominus & rex Ægypti, concupiverat & ad se deduci curaverat, ut turpe facinus (9.) cum illa perpetraret ejusque secreta revelaret; sed Deus non permisit, ut desideria sua expleret & arcana Saræ detegeret. Dum itaque Pharao verenda Saræ revelare atque turpe facinus cum ea clàm perpetrare voluit, ideò Deus ejusdem verenda denudavit ita, ut secreta & pudenda sua medicis ostendere coactus fuerit, quò dispicerent, an morbum sanare possent; quis enim efficax remedium adhibere poterit infirmitati, quam Deus homini immittit aut quis-

(4.) Vid. Psalm. 44. v. 7. ad quem hic respicitur.
(5.) Idem exemplum adducit Josephus lib. 5. de Bell. Iud. c. 26. circà med. & Egesipp. de Excid. Hierosl. lib. 5. c. 16.
(6.) Is Pharao Νεχαὼς vocatur à Josepho dict. l. 5. c. 26.
(7.) Sic verbum אנס, quod hic in Hebræo habetur, exprimere voluí, Josephus quoque eod. lib. 5. c. 26. circà med. scribit, quòd Pharao cum valida manu descenderit reginamque Saram, Judaici generis matrem, rapuerit; sed Genes. cap. 12. v. 15. & seqq. nulla violentæ abductionis fit mentio.
(8.) Bellò abstinuit Abraham, assumpsit piæ orationis arma, defensorem adhibuit, qui dormiente eo vinceret & expugnato hoste intaminatam sibi conjugem repræsentaret, inquit Egesippus l. 5. de Excid. Hierosl. c. 16.
(9.) Hebr. נבלה, quam dictionem autor versionis Vulgatæ Latinæ exponit: fœdam rem Genes. c. 34. v. 7. Lxx. ibidem verterunt: ἄσχημον indecens, turpe.

quisnam morbi istius naturam cognoscere potest? ecquis scivit, quòd ulcus Ezechiæ (10.) regis ficuum massâ sanari, & Naamanis lepra Jordanis fluviô (11.) mundari, atque amaritudo (12.) aquarum absinthii lignô auferri potuerit? Rex itaque cum Abrahamo, patre nostro, blandè locutus est eumque suppliciter rogavit, ut Dominum oraret (13.) isq; mortiferas illas plagas à se removeret, id quod etiam Abrahamus fecit. Posteà rex Pharao (14.) Saram pulcherrimis vestibus, auro, argento atque gemmis auctam remisit Abrahamo, qui tunc in domo sua sedebat, cùm Sara rebus pretiosis omnis generis ornata, illibatâ pudicitiâ ac vitæ sanctitate conspicua ad illum veniret; quid verô de Isaaco, patre nostro, piæ memoriæ, dicamus? (15.) qui, cùm à Philistæorum rege, Abimeleche, expelleretur, (16.) tunc temporis trecentos, (17.) decem & octo vernas patris sui, Abrahami, secum habebat, cum quibus ille quinque reges ceciderat, (18.) & præter hos alii quoque eidem fuerunt servi familiæ, ipse etiam (Isaacus) robore viribusque satis instructus erat ad bellum cum Philistæis gerendum; sed ipse noluit cum Abimeleche, Philistæorum rege, pugnare atque humilitate & mansvetudine conspicuus imperium arbitriumque regis terræ, in qua tunc commorabatur, agnovit: posteà cùm Isaacus ex illorum terra ejectus esset, Philistæi ad eum venerunt illumque blandè & suppliciter compellantes fœdus

אבינו רכות ולבקש ממנו ברוחניי
להתפלל אל יי׳ להסיר מעליו את מות
הגגעי הה׳ וכן עשה ואתרי זה ותרבה
המושל פרעה להלבישה בגדי המדה
ולשלחה בכסף והזהב ובאבנים יקרות
והיה אברה׳ אז יושב בביתו והנה שרה
באה אליו מעוטרת בכל מיני מחמדי׳
וגם בכשרון צניעותה ויהודה וקדושה׳
ומה נאמר ביצחק אבינו ע״ה כי בגרש
אותו אבימלך מלך פלשתים היו אתו
הניכוי של אברהם אבינו שמנה מאו׳
ושמונה עשר חניכי אבינו ילידי ביתו
שהכה בהן ה׳ מלכי וולתם היו עמו
עבדי ביתו וגם גבורה היתה אתו להלחם
בפלשתי׳ ולא אבה יצחק לעשות מלחמה
עם אבימלך מלך פלשתי׳ אך נתמך
ברוב ענוה וישוה וישפיל להודות לרצון
מלך הארץ אשר היה גר בה ואחרי
אשר גורש מארצם באו פלשתי׳ אליו
ויתחננו ויאמרו לו דבריהם טובים דברי
שלום בראות׳ כי יי׳ עמך באמרם לו ראה
ראינו כי היה יי׳ עמך בכתוב בתורה׳
ומה׳ נאמר ביעקב שבברחו מפני עשו
אחיו לא נשא עמו דבר כו אם במקלו
עבר

(10.) De quo vid. Esai. c. 38. v. 21.
(11.) Vid. 2. Reg. c. 5. v. 14. ubi historia illa narratur.
(12.) Qua de re vid. Exod. c. 15. v. 23. nulla autem ibi absinthii fit mentio, prout hic glossa habet Judaica.
(13.) Vid. Genes. cap. 20. v. 14. & seqq. ubi res ista refertur de Abimeleche, Geraris rege, confer. num. seq. 14.
(14.) Quod hic narratur, de Abimeleche, non de Pharaone dicitur Genes. alleg. c. 20. v. 14. confer. Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 5. c. 16.
(15.) Confer. & hic Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 5. c. 16.
(16.) Vid. hac de re Genes. c. 26. v. 16.
(17.) Hebr. שלוש מאות, sic enim pro שמנה מאות i. e. octingenti, uti in codice nostro mendosè, ut puto, habetur, legendum est juxtà Genes. cap. 14. vers. 14. Josephus libr. 5. de Bell. Jud. cap. 26. circà med. vernas istos vocat ὑπάρχες seu præfectos, quorum singulis infinita multitudo paruerit.
(18.) Istius facti fit mentio Genes. cap. 14. v. 14. & seqq.

עבר את הירדן כמו שכתוב כי במקלי
עברתי את הירדן הזה ולקח לו ציידה
לדרך לבר והוא היתה הפלחו וגם היא
היתה כל מלחמתו ובהפלחו עזרו יי׳
בלבתו את לבן ובשובו משם וימלט
מיד עשו אחיו אש׳ היה צורר נפשו
לקחתה גם כי בשובו ויאבק איש עמו
ויוכל לו וישר לו בראבקו עמו ומי יוכל
לספר את חסדי יי׳ אשר לא המו
ונפלאותיו אשר עשה עם אבותינו
אברה׳ ויצחק ויעקב ע״ה׳ ומה׳ אומר
לכם על משה רועינו איש השלה׳ אשו
יא מחרב פרעה עד אשר כתב בתורה
כי קרא את שם בנו שיעור לאמר כי
אלהי אבינו היה בעזרי ויצילהו מחרב
פרעה וכאשר בא להציל את ישר׳ מידו
ולהוציאם ממצרים במה נצח את פרעה
ואת חילו הלא בתפלחו׳ והלא במטה
אלהי׳ אשר עמו לבד הכניע את גאון
פראה והרטומיו וחניניה׳ וכשפיהם ובו
הבה את מצרי׳ בעשר מכות ובו קרע את
הים לשנים עשר קרעים ונתיבות ובאשר
קרב את ים סוף פרעה ומחנהו וכל
חיל מצרי׳ וחכמיה והרטומיו לא נלחם
עמהם משה בכלי מלחמה כי אם
בתפלתו ובהתנחו וצללו כעו׳ וחללי
בהמם רבה ומשה שר שיר והודות
לאלהינו

fœdus cum ipso fecerunt, (19.) cùm vidissent, quòd Dominus cum illo esset, dixerunt enim: manifestè vidimus, quòd tecum sit Dominus, sicuti in lege scriptum est. (20.) Quid præterea dicamus de Jacobo, qui, cùm ex conspectu Esavi, fratris sui, fugisset, nihil secum tulerat, baculum solummodò manibus tenens Jordanem transierat, prout scriptum est: (21.) cum baculo meo transivi Jordanem istum; verùm ipse peculiari viatico instructus erat, videlicèt precibus, quibus ille pugnavit, (22.) precibus quippe suis ipse Dei auxilium impetravit, cùm ad Labanem iret atque inde rediret, oratione sua ipse manum Esavi, fratris sui, effugit, qui vitam ei eripere conatus erat & à Labane reversus cum viro quodam luctatus est, (23.) atque in lucta prævaluit superiorque evasit. Ecquis præterea misericordiam Domini, quæ nunquam deficit, ejusque mirabilia, quæ ipse cum patribus nostris, Abrahamo, Isaaco & Jacobo, piæ memoriæ, fecit, enarrare poterit? quid dicam vobis de Mose, pastore nostro, viro Dei? qui Pharaonis gladium extimuit, sicuti scriptum est in lege, (24.) vocavit filium suum Eliezer, Deus enim patris sui ipsum adjuverat eumque de gladio Pharaonis eripuerat. Cùm itaque Moses Israëlitas è manu Pharaonis liberare eosque ex Ægypto educere vellet, quibusnam ille armis devicit Pharaonem ejusque exercitum, nonne oratione sua & precibus? annon ille solô Dei baculô, (25.) quem habuit, Pharaonis ejusque Magorum, draconum & præstigiatorum superbiam compressit? certè eodem ille baculô decem plagis Ægyptios percussit, eodem ille mare in duodecim partes (26.) ac semitas divisit; præte-

(19.) Vid. Genes. c. 26. v. 31. ubi res ista narratur.
(20.) Nempe: Genes. dict. c. 26. v. 28.
(21.) Genes. c. 32. v. 10. res ista refertur.
(22.) Idem scribit Egesippus lib. 5. de Excid. Hierosol. cap. 16. nempe, quòd Jacobus sanctus, Esauo fratre parricidium minitante, patriam reliquerit, solius secum orationis ferens viaticum.
(23.) Qua de re vid. Genes. c. 32. v. 24.
(24.) Videlicet Exod. c. 18. v. 4.
(25.) Confer. hic Egesipp. lib. 5. de Excid. Hierosol. c. 16.
(26.) Sic tradunt Judæi, confer. infrà num. 31. hi. cap.

præterea cùm Pharao ejusque exercitus atque omnes Ægyptiorum copiæ, ut & sapientes atque Magi ad mare rubrum (27.) venissent, Moses non aliis contrà Ægyptios pugnavit armis, quàm supplici oratione ac precibus, quibus Pharao ejusque exercitus in abyssо magna submersi fuerunt, (28.) quô facto Moses hymnum cecinit Deumque laudavit; Ægyptii autem irâ ac furore Domini perierunt, qvia cum Mosе ac populo Israëlitico armis, equis & curribus certare conati erant; Moses autem contrà illos precibus suis pugnavit, (29.) quibus effecit, ut Pharao ejusque copiæ omnes in mari rubro suffocarentur ac ne unus quidem ex illis superesset; (30.) at Israëlitæ hymnos ac laudes cecinerunt Domino eique gratias egerunt: ecquis ignorat, quòd preces cunctis armis sint præstantiores & quòd per illas auxilium Dei ejusque salus celeriter impetretur? annon probè nôstis, quòd Josua, minister Mosis, cùm ille Jordanem transiret, vir fortis fuerit & quòd viros bellicosos secum duxerit? tamen ille non viribus aut præliis, sed precibus suis clamoreque militari patrum nostrorum, sacerdotum scilicèt Dei tubarumque sonitu atque clangore septem (31.) illos urbis Jericho muros diruit (32.) &, quoniam urbem illam ipsе internecioni devoverat, neminem reliquit superstitem, præter Rahab, meretricem, eosque, qui ad illam confugerant; nam exploratores, qui à Josua missi erant, cum illa & omnibus, qui in ejus domo inveniebantur, fœdus inierant. Annon vobis cognitum est, quòd preces salutem

לאלהינו וגבורי מצרי נאבדו בועם
ובעברה בי הכ בקשו להלחם במשרי
ובישי בבלי מלחמ' ובמוסו' וברכב ומשה
נלחם בדבר בתפלתו ויטבעו בים סוף
פרע' וחילו לא נשאר בהם עד אחד
וישראל הו מנגנין בשיר והלה ונוהגי
הודות ליי' ומי לא ידע אשר התפלה
נבבדה מכל כלי המלחמה ובי התפלה
תחיש עזרת יי' וישועתו הודיעהם כי
באשר עבר יהושע משרת משה את הירדן
גבור מלחמה היה וגבורי מלחמה הו
אחר ולא הרס את ד' חומות ויריחו
בגבורה ובמלחמה הלא בתפלתו ובהרועי
אבותינו מהבי יי' והיקיריהי' אשר הו
מריעי והוקעי בשופרו' וגם בהרימו
אוחה לא הדיה בהם כל נשמה מלבד
רחב הזונה וכל הנמלטים אליה בי ברחו
שלחיו ברית לה ולכל הנמצא בביתה
והלא ידעתם כי תפלת גדעון עמדה לו
לישועה בבואו עם שלש מאות איש
ויך את כל המון מדין ועמלק ובני קדם
ולולי תפלתו ותחנתו אשר ערך לפני
יי' וכיתו הגדוב אשר שפך ולחשו אשר
יצק מה היו נחשבי שלש מאות איש
נגח מדין ועמלק ובני קדם אשר הו עם
רב ועצום כחול על שפת הכם לרוב

בינו

cap. it. R. Salom. not. ad Exod. cap. 14. v. 22. & ad Psalm. 136. v. 13. vid. & D. Wagenf. Sota, p. 700.

(27.) Ita יום סוף communiter interpretantur, de quo vid. præ aliis D. Lutheri Gloss. ad Exod. c. 13. v. 18.

(28.) Vid. Exod. c. 14. v. 27. & sequ. ibique R. Salom. not.

(29.) Nam in oratione meliora sunt arma, quàm in virtute, illa enim sibi Divinum auxilium adhibet, hæc corporis, scribit Egesippus l. 5. de Excid. Hierosol. c. 16.

(30.) Vid. Exod. dict. cap. 14. v. 28. ubi res illa narratur.

(31.) Est hæc traditio Judaica, cujus similem vide suprà num. 26. h. cap.

(32.) Vid. hac de re Josu. c. 6. v. 20. conser. & Egesipp. l. 5. de Excid. Hierosol. c. 16.

lutem attulerint Gideoni? qui trecentos tantùm viros secum duxit (33.) atque omnem Midianitarum, Amalecitarum aliorumque populorum Orientalium multitudinem delevit: nam, nisi preces ejus ac supplicatio, quâ ille Dei opem imploraverat, & pia cordis suspiria atque oratio submissa, quam coràm Deo effuderat, suppetias ei tulissent, quomodo trecenti illi viri Midianitis, Amalecitis aliisque populis Orientalibus, quorum maxima vis fuit atque ingens multitudo, instar arenæ, quæ est in littore maris, resistere potuissent? perpendite quæsò, ô stolidi! quid in arca fœderis Domini, quam Philistæi abstulerant, factum sit, (34.) num majores nostri gladiô aut bellô eam è manu Philistæorum eripere potuerunt? nonne precibus & supplicationibus, quas viri justi illius ætatis ad Deum fecerant, arca fœderis ad pristinum locum reducta fuit? (35.) considerate tempora Ezechiæ, Judæorum regis, cùm Sennacheribus, (36.) rex Assyriorum, contumelias ac probra in Sanctuarium Domini exercituum jactaret atque superbô elatoque animo exitium minitaretur, quanam re ejusdem superbia compressa fuit? an patres nostri illum ferro devicerunt aut præliô? nonne precibus & supplicationibus, ad Deum factis, eundem superârunt? Ezechias enim precum ornamentis instructus saccum pro scuto induit ac galeæ loco caput pulvere consperſit, & pro sagittis crebras ad Deum preces (37.) atque supplicationes fecit, ejusque oratio ad eum ascendit locum, ad

בינו בתעי' באהן בירח יי' אש' לקחו
אוהו פלשתים אם יכלו אבותינו להצילו
מידם בהרב או במלחמה כי אם בתפלה
ובתחנוני אשר ערכו לפני יי' צדיקי
הדור ההוא הושב האהן אר' מקומו'
ואו בימי חזקיהו מלך יהודה בבוא
סנחריב מלך אשור ויחרף ויגדף ארת
מקדש יי' צבאות והראה את זרעו לבו
ברע' במדי הושפל ההשפילו אוהו
אבותינו בחרב או במלחמה הלא כי אם
בתפלה ובהתנוני כי הזקידו קם ויעדה
ערי תפלה ותחת המגן לבש שק ותחת
הבטע אפר ותחת החצים הרבה הפלות
והתנוני והעל התפלה אשר התפלל
חזקידו במקום אשר לא יעלה שיח יען
ותפלה אחת אש' התפלל נפלו מאה
ושמני' וחמש' אלף מגבורי חיל סנחריב
הרוגי' וחללי ונגפי במחנה מלבד המתי
במלחמה בפגוע איש ברעהו כי לא
נספרו · ומלך יהודה ומלך ישראל ומלך
אדום בהתחבר יחד ולכו על ארץ מואב
למלחמה ותתעטף נפשם במנוא במדבי
בארץ ציה וערבה מה הועילו להם כלי
מלחמה' או גבורה' הלא בתפלת אלישע
הנביא איש האלהי יצאו להם מים

במדבר

(33.) Vid. Jud. cap. 7. ubi præclari istius facinoris fit mentio.

(34.) Idem exemplum adducit Josephus lib. 5. de Bell. Jud. cap. 26. circà med. & Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 5. c. 16.

(35.) De qua re vid. 1. Samuel. cap. 6. & 7. quo indicio clarùit, quod & sine religione arma non vincant & religio sine armis vincat, verba sunt Egesippi lib. 5. de Excid. Hierosol. c. 16.

(36.) Vid. 2. Reg. cap. 19. & Esai. cap. 37. it. Joseph. de Bell. Jud. l. 5. c. 26. circà med. atque Egesipp. dict. l. 5. de Excid. Hierosol. c. 16.

(37.) Cilicio se ut scutò induit, pro galea cinere caput texit, pro jaculis orationem intorsit, sic Egesippus l. 5. de Excid. Hierosol. c. 16.

במדבר ונחל בישימון׳ ובהלתם ארם
בשומרון הלא הפלת איש נשמעה במו׳
ותשמע באזני ארם מבוכה ודומיה מקול
רכב וקול סוסים ופרשי׳ ותרועה גדולה
ויבוסו כל מחנה ארם כי דקף אות׳ קול
עלה נדף ונסו ואין רודף׳ וגם תפלתו
של איש הפכה את הרעב אשר ה׳ה
בשומרון לשובע עד שנמברו שליפי
איפות סולת בסקל אחר׳ התראו עוה
בעו׳ כי בהפלה אבותינו גברו מעולם
ועד עולם ומדור ודו׳ ונשוב עוד
מראש ונאמר והלא בפרוש משה רבינו
ע״ה את בפיו השמימה גברו וישרל על
המון עם עמלק בשביל תפלתו ויהושע
בתפלתו העמיד השמש והירח לעיני
ישראל ודום השמש בגבעון והירח
בעמק אילון עד אשר נהפך הערב לצהרי׳
ויגברו ישרל על צוריהם בהפלתו׳ ולולי
הפלתו אשר בד׳ העמיד את השמש
והירח היה הלילה מבדיל בין ישרל ובין
צוריהם׳ וגם שמשון הגבור הלא בטרם
יחטא היתה הפלתו נשמעת והיתה לו
לגבורה וכאש׳ תטא נפל באחד מבני
האדם׳ וכן שאול דמלך הלא בהיותו
בחם דרביו היתה לו הפלתו לעז ולגבורה
וכאשר תטא סר י׳ מעליו׳ ודוד מלך
ישרלא׳

quem nulla pettingere poteſt ſagitta, (38.) atque una oratione, quam Ezechias ad Deum habuit, centum & octoginta quinque millia militum ex Sennacheribi exercitu ceciderunt plagâque percuſſi interierunt, præter illos, qui in ipſo belli certamine occubuerant, quorum infinita penè multitudo fuit. Cùm etiam rex Judææ & rex Iſraëlis atque rex Idumææ, ſocietate inter ſe juncti, copias ſuas in expeditionem contrà Moabitas eduxiſſent & in deſerto, in terra arida, ſiti laboráſſent, quid eis arma profuerunt aut vires? nonne oratione Eliſæi, prophetæ ac viri Dei, aquam impetrárunt in deſerto ac fluvium in ſolitudine? (39.) Prætereà cùm rex Syriæ Samariam arctiſſimè obſideret, nonne exaudita fuit in cœlo Eliſæi oratio atque omnis Syrorum exercitus auditô curruum, equorum & equitum ſtrepitu ac ſonitu magnoque clamore exterritus in fugam conjectus eſt? (40.) perterruit enim illos ſtrepitus folii agitati, (41.) terga verterunt nemine perſeqvente; Eliſæi quoque oratione fames, quæ tunc Samariam premebat, in abundantiam verſa fuit, (42.) ita, ut triginta Ephoth (43.) ſimilæ unô argenteô venderentur. Videtis itaque, ô ſtolidi! quòd patres noſtri jam inde ab initio mundi per omnes ætates precibus & oratione hoſtes ſuos devicerint. (44.) Sed revertamur, unde digreſſi ſumus; nonne, dum Moſes, doctor noſter, piæ memoriæ, manus ſuas in cœlum ſuſtulit, Iſraëlitæ Amalecitarum multitudinem ſuperárunt? tàm efficax fuit ejusdem oratio. (45.) Joſua precibus ſuis ſolis & lunæ curſum coràm populo Iſraëli-

(38.) Aſcendit oratio, deſcendit angelus, cæſa per noctem centum & octoginta quinque millia, inquit Egeſippus dict. c. 16.
(39.) Vid. hac de re 2. Reg. c. 3. v. 9. & ſeqq.
(40.) Qua de re vid. 2. Reg. c. 7. v. 6.
(41.) Vid. Levit. c. 26. v. 36. ad quem locum hîc reſpicitur.
(42.) Vide hac de re 2. Reg. cap. 7. v. 16. confer. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 5. c. 16.
(43.) Hebr. איפורי, eſt illa menſura major tantum continens in aridis, quantum Batus in liquidis, confer. Buxtorf. Diction. Hebr. hac voce.
(44.) Idem adducit Joſephus de Bell. Jud. lib. 5. cap. 26. circà med. confer. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 5. c. 16
(45.) Vid. Exod. c. 17. v. 13. confer. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 5. c. 16.

ישרל ע״ה מילדותו ועד אחריתו לא
נפל מגבורתו כי אב׳ בתפלתו נצור
המיד ולא חפץ להלחם בבני אחיו
ובבני עמו ברדפו שאול אחריו ועל כן
גבר על צריו אשר במאסו לשלוח יד
באחיו התי׳ מוראו והתתו על כל הגוי׳
והלא אסא מלך יהודה בעם מתי מספ׳
יצא לקראת הבושי׳ ויתפלל אל י״י להגיו
ויעתר לו באמרו לפניו ואנחנו לא נדע
מה נעשה כי עליך עינינו ויקשב שדי
בקול תפלתו ויך ממחנה הבושיים אלף
אלפים׳ ודבורה הנביאה בתפלתה
עשתה תשובה גדולה בישראל ונשים
רבות צדקניות הלא תפלתן עמדה לישר׳
לחומת ישועה׳ אמרו לי פתי׳ הידעתם
מה עשה אמציהו מלך יהודה ברלומו
באדום כי הבה אותם לפי חרב ושבה
את טפם ואת נשית׳ עם אלילים
ויבוא אחרי כן אל ירושלם ויעבור את
האלילים אשר לקח מאדום ויעמידם לו
לאלהי׳ ולפניה׳ השתחוה ויזבח ויקטר
וינסך להם ויאמר אליה׳ אתם הושיעתם
אותי ובעבודתכ׳ נצחתי אדום וכי בא
אליו נביא י״י ויאמר לו למה דרשת את
עוי העם אשר לא הצילו את עמם
מיד קפץ על הנביא ההוא ויאמר שיו
הלויען למלך נחנוך ויתרל הנביא
מלהוביחו כי יען ראלהי׳ להשחיתו
בכתוב

Iſraëlitico retardavit; (46.) Sol itaque ſtetit in Gibeon & Luna in valle Ajalon, atque veſpera in meridiem verſa fuit: ſic Iſraëlitæ oratione Joſuæ hoſtes ſuos devicerunt; ſi enim ille precibus ſuis Solis ac Lunæ curſum non retinuiſſet, nox interventu ſuo, prœlium inter Iſraëlitas eorumque hoſtes diremiſſet. Nonne Simſonis fortiſſimi oratio, antequàm peccaret, exaudita fuit, qua mediante vires & robur nactus eſt? ſed poſteà quàm ille ſeſe peccato involvit, perinde, ut alius homo cecidit: (47.) ad eundem modum cùm Saul rex probus eſſet atque rectâ incederet viâ, preces ei robur ac fortitudinem addiderunt; aſt poſtquam ille deliquit, Dominus ab eo receſſit. David quoque, rex Iſraëlis, piæ memoriæ, à prima nativitate usque ad vitæ ſuæ finem nullo non tempore fortis fuit; oratione quippe & precibus auxilium Divinum impetravit ſemper; & licèt Saul illum perſequeretur, ipſe tamen contrà fratres ſuos & populum pugnare noluit, ac propterea etiam hoſtes ſuos devicit, qui, dum fratribus ſuis manus injicere haud voluit, terrorem atque pavorem omnibus gentibus incuſſit. Nonne Aſa, rex Judææ, (48.) parva cum manu Æthiopibus obviam progreſſus ad Dominum, Deum noſtrum, preces fudit & coràm eo hæc (49.) ſupplex oravit: nos ſanè haud ſcimus, quid nobis agendum ſit, ad te ſolum converſi ſunt oculi noſtri; hiſce precibus aures ſuas advertit Omnipotens & decies centena millia Æthiopum ad internecionem usque delevit. Debora (50.) quoque, vates, precibus ſuis maximam populo Iſraëlitico attulit ſalutem: ſic multarum aliarum mulierum, ſanctitate conſpicuarum, preces inſtar muri ſalutaris fuerunt Iſraelitis. Dicite mihi, ô inſipientes!

(46.) Joſu. c. 10. v. 13. iſtius miraculi fit mentio.
(47.) Hiſtoriam iſtam vide Judic. c. 16.
(48.) De quo vid. 2. Paralip. c. 14. v. 13. confer. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 5. c. 16.
(49.) Alia, quàm hîc, orationis Aſæ verba habentur 2. Paralip. dict. cap. 14. v. 11. quæ verò hîc adducuntur, verba ſunt regis Joſaphati, vid. 2. Paralip. c. 20. v. 12.
(50.) De hac vid. Judic. c. 4. v. 4. ac ſeqq. confer. & Egeſipp. de Excid. Hieroſol. l. 5. c. 16.

כבהוב בדברי הימי למלכי יהודה ועל
כן נלכד אחזי כן כשועל בהלחמו עם
יואש מלך ישרל בבית שמש ואז עלה
ערך אמציה לחזה וערך יואש לארז ובל
הרעה אשר באה אלינו מימינו מעולם
ומראש מידינו באה אלינו כי צדיק הוא
יי אלהינו על כל מעשיו אשר עשה
עמנו ולא הרעו אויבי לנו באשר הרענו
אנחנו לנפשותינו הלא תראה כי לקחו
הגוי בבבל כלי מהמדי מקדשינו וישיבו
אלינו מבבל בטהרה ובקדש ואנחנו
משמאי את מזמדי המקד והיכל בדם
הנקי אשר שפכנו לחוב בקרב הוכבד
והוסיפנו הטאות על חטאתנו ושהתנו
התורה במעשינו כי מי הביא זמיים
על עיר ירושלם ראשונה כי אם הזרקנים
ואיסתובלוס אשר נחלקו ויבגדו איש
באחיו וברעה ובשנאת איש באחיו הביאו
זמיי על ירושלם ומי הביא אנטוניוס
וסוסיאוס שרי הרומיי על ירושלם אם
לא הזדודם בהלחמו עם בני החשמונאים
ומי קרא את נאיון קיסר למולך עליכם
הלא אתם קראת אותי ועתה למה
מרדתם בחק הקסריאות ואם תאמרו
כי שר צבא הרומיי האדומי לחץ אתכם
הלא היה לכם להביאו במשפט לפני
הקיסר ולא לכרוד ברומיי ולעשות מלחמ
עמהם וכי נאמי כי מרדתם בנאיון קיסר
על אשר הרע לכם למה מרדתם עתה
באסספינוס

tes! annon cognitum vobis est, qvid Amazias, (51.) rex Judææ, fecerit, cùm Idumæos gladiô percussisset eorumque liberos & uxores unà cum idolis in captivitatem abduxisset, nonne is posteà Hierosolymam reversus simulacris, quæ ipse ab Idumæis acceperat, servivit eaque Deorum loco coluit & adoravit eisque sacrificia, incensa ac libamina obtulit, dicens: vos me servâstis, & quia vos colui, Idumæos superavi? cùm autem propheta Domini ad illum venisset ac dixisset: cur eos consuluisti Deos, qui populum suum è manu tua non liberârunt? rex prophetæ isti iratus dixit: tune consiliarius es regis? propheta igitur cessavit nec regem ampliùs objurgavit, Deus enim illum perdere decreverat, prout in libris dierum (52.) regum Judæorum scriptum reperitur: quamobrem idem ille rex vulpis instar in prœlio, quod adversùs regem Israëlitarum in Beth-Schemes inierat, captus est; tunc similitudo illa (53.) quâ Amazias carduo, Joas autem cedro comparatus est, effectum sortita est. Certè omnis mali, quod jam inde ab initio mundi ad nostram usque ætatem nobis evenit, nos ipsi causa sumus: Dominus enim, Deus noster, justus est in omnibus operibus suis, quæ ille nobiscum fecit, nec tantô nos malô affecerunt hostes nostri, quantum nosmet ipsi nobis intulimus. Nonne videtis, quòd gentes vasa pretiosa è Sanctuario nostro Babylonem secùm abstulerint; sed posteà illa ad nos pura atque sancta inde reduxerint? (54.) nos autem venerandum illud Sanctuarium ac Templum innocenti sangvine, qui maximâ copiâ in illo effusus est, polluimus & peccata peccatis cumulavimus legemque sceleribus nostris violavimus. Nam ecquis primus Romanos in urbem Hierosolymam introduxit? nonne Hyrcanus

(51.) De quo vid. 2. Paralip. c. 25. v. 14. confer. & Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 5. c. 16.
(52.) Vid. 2. Paralip. c. 25. v. 16. ubi res ista narratur.
(53.) De hac similitudine seu comparatione vid. 2. Paralip. c. 25. v. 18.
(54.) Vid. Esræ cap. 1. v. 7. confer. & Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 5. c. 16.

באסספינוס הקיסר שהוא איש הדמים
ומעולם לא הרע לכם ולמה לא תשלימו
עם בנו לשאת עולו עליכי כיתר הגוי
הסובלים עולו ושהוו ולא תמותו והלא
אתם יודעים את תחלתו עליכי ולמי
היה נאה להרע כי אם לי אשר דוושתי
את הרבי על דרומיי ואדרגה מדם
חללי לאין מספר ואם לא נוחפץ לבי
עשיתי זה שאתם שלחתי אותי להלחם
על הגליל ביוסיפת ושם באתא ונלחמתי
לכל מאדי והרגתי מהרומיי רבי עד אשי
בסוסי אנשי דוסיי באבני קלע ובחצים
הקיפוני ובאש בוערה ואני עודני מתאמץ
עליה במלחמתי והרגתי מה רבי בידי
ונלחמתי כנים ואהי ועם כל זה לא
גמלוני רעה על הרעה אשי עשיתי עמה
כי טובות גמלוני ועתה הנני בידם ודמה
בחמתה הדאיני ואני מורה על מעשוני
לבבי אשר פעמי רבות בקשתי להמלט
אליהם בטרם ילכדוני ולא יכולתי כי
יראתי מדחבתי דחטאים אשר היו אתי
פן יפגעו בי להמיתני ואהיה נתפה בלא
משפט ועתה אודה את יי הפעם דואת
גם בבל פעם ופעם כי אזכרה מעללי
חסדיו עכי על כל הטובות אשר גמלני
ועל החסד אשר עשה עמי ולא נרגני
להיות עמכם ברעה אשי אתם עושי
אשר הרגתם צדיקי מצודקים ולא
אזהה

nus & Aristobulus, (55.) inter quos dissensio fuit ac discordia, mutuô odiô & malitiâ Romanos intrà urbem Hierosolymam receperunt? ecquis præterea Antonium atque Sosium, (56.) Romanorum principes, Hierosolymam introduxit? nonne Herodes, qui adversùs Hasmonæorum filios bellum gessit? quis etiam Neronem, Cæsarem, vocavit, ut vobis imperaret, nonne vosmet ipsi? cur itaque nunc contrà Cæsaream Majestatem arma fertis? Si fortè dicere velitis, quòd injuriâ Idumæi (57.) cujusdam, qui exercitui Romano præfuit, ad id compulsi fueritis, licuit sanè vobis, illum coràm Cæsareo tribunali (58.) in jus vocare, nec propterea à Romanis deficere eisq; arma inferre debuistis: quòd si ampliùs objicere velitis, quòd à Nerone, Cæsare, ideò defeceritis, quoniam ille malum vobis intulit, cur igitur jam contrà Vespasianum, Cæsarem benignum, qui vos nullô unquam malô affecit, arma cepistis? cur pacem cum illius filio non habetis ejusque jugum recipitis, sicuti cœteræ gentes, quæ ipsius imperio sese subjecerunt? hac ratione vitam vestram servabitis mortemque evitabitis, annon clementiam illius ergà vos jam experti estis? & quem potiùs punire debuissent Romani, quàm me ipsum, qui arma contrà illos tuli & innumeros ex iisdem interfeci? ac, licèt non sponte istud fecerim, quoniam vos me belli causa in Galilæam ad urbem Jorpatam misistis; ego tamen eò veni atque omnibus viribus meis contrà illos pugnavi (59.) multosque ex Romanis interemi eò usque, donec illi me fundarum lapidibus obruerent sagittisque & igne ardenti me undique premerent: verùm ne sic quidem à bello destiti; sed contrà audentior ivi ac multos ex illis

(55.) Idem refert Josephus lib. 5. de Bell. Jud. cap. 1. 26. circà med. & Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 5. c. 16.
(56.) De his vid. Joseph. atqûe Egesipp. locis allegatis.
(57.) Flori mentionem facit Egesippus l. 5. de Excid. Hierosol. c. 16.
(58.) Querela Romanis deferenda fuit, non arma inferenda, inquit Egesippus dict. l. 5. c. 16.
(59.) Bellorum quidem initia non probavi; sed susceptа non deserui, verba sunt Egesippi l. 5. de Excid. Hierosol. c. 16.

manu mea interfeci atq; tàm à fronte, quàm à tergo fortiter pugnavi; non tamen Romani pro malo, quô illos affeci, malum mihi rependerunt, sed bonum. Ecce enim jam in ipsorum potestate sum atque illi pro clementia sua vitam mihi conservârunt, certè, (ut occulta animi mei sensa nunc depromam,) priusquàm illi me caperent, sæpè ad ipsos transfugere conatus sum; sed destinatum perficere haud potui, quoniam socios meos improbos, qui mecum fuerunt, timui, ne me interficerent morteque indignâ perimerent. Nunc itaque hac quoque vice, sicuti omni tempore, quô Dei beneficia in memoriam revoco, gratias ei ago pro benignitate & misericordia, quam ille mihi exhibuit nec permisit, ut criminum vestrorum, quæ perpetrâstis, dum justos interfecistis, particeps fierem, nec socius essem perditorum hominum, cujusmodi vos estis, qui innocentum atque justorum sangvinem in Templo Domini effudistis: nam, si vobiscum ibi fuissem, scelerum vestrorum consors evasissem, ac spes mea unâ cum vestra periisset, dum vobis ipsis vitæque vestræ non parcitis, sed animis obstinatis in exitium vestrum ruitis. Videte jam, quòd improbitas vestra valdè creverit nec Dominus inter vos versetur, nam antè bellum intestinum aqua Siloæ (60.) ferè exsiccata fuit; at quando gentes sese congregârunt, ut vos bellô persequerentur, ecce aquæ Siloæ exundârunt (61.) & proruperunt instar torrentis ac fluvii magni, qui ripas suas (62.) omni ex parte implet: vos autem, ô gens stolida! in pertinacia & obstinatione animi perseverantes Deum ad iram provocâstis, dum in medio Templo Domini vosmet invicem trucidâstis, quomodo gloria Domini vobiscum habitabit? dicite

אדוה תבר לאנשי משחיתים כמוכם
לשפוך דם נקיים וטהורי בהיכל י׳ כי
לו דיתי עמכם שם היה גדולי נופל
כרעה ואבדה תקותי באבוד תקוותכם
אשר לא הועלו על נפשותיכי וקטו
עיפכם למוקש לכם׃ כי עתה ראו
רעתכם אשי רבה היא כי אין י׳ בקרבכם
אשר מפני המלחמות שולחמות איש
באחיו במעט הרבו מי השילות ובמלחמות
הגוי כי נקרלו עליכם הנה מי השילות
שוטפי ונוהלים כנחל וכנהר גדול מלא
על כל גדותיו׃ ואתם סוחרים עוד ומוכי
עם נבל ומכעיסי שדי ושראל אתם
דרגתם איש את אחיו בקרב היכל י׳
ואין ישבון בבוד י׳ עמכי סוחרי וזונותי
אמרו לי הלא ידעתם אשר על דבר קרח
ועדתו אמר י׳ למשה ועמו הרחקו מתוך
העדה הזאת ואכלה אותם כרגע׃ ואתם
הוסיפו סרה כי אין לכם חמלה והדושו
את היכל י׳ בידכם והבעירו שריפה על
בניני המקדש אשר בנו המלכי היקרי
והנביאים הקדושים בשם י׳ שדי ישרש
הנבבד והגוזא ואתם בידכם השחיתו
היכל ולא החמלו על מקדש י׳ ולא על
בניכם ובנותיכי ונשיכם וטפכם פן ילכו
בשבי לחרפה ולטומאה׃ ואף כי אני
במהנה הרחני כמו אני עמכם נחשבתי
כי עתה הנה אשתי אהובתי יקרתי עמכם
ואשה

(60.) Confer. Johann. cap. 9. v. 7. ubi κολυμβήθρα Σιλωὰμ fit mentio, it. Joseph. lib. 5. de Bell. Jud. c. 26. circà fin. & Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 5. c. 16. confer. & Lightfoot. Chorograph. Matth. præmiss. c. 25. & Ejusd. Chorograph. Johanni præmiss. c. 5. §. 2. & 3.

(61.) Idem refert Josephus dict. lib 5. de Bell. Jud. cap. 26. & Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 5. c. 16.

(62.) Vid. Josu. cap. 3. v. 15. ad quem locum hac phrasi respicitur.

ואשה נעורי היא ולא מאסתיה׃ ואם
בנים ממנה לא היו לי אהבתיה מאד
להיותה ממשפחת רמים וטובים עם י׳
ועם אנשים גם אבי ואמי העניים
הקדושי הזקני רבאים בימים עמכם כי
אבי בן מאה ושלש שנים הוא היום ואמי
בת שמונים ושמ שנים היא היום׃
ואני שנותי מעט ורעים ושנות צרה
והגגה שמים ושבעה שנה ועדין לא
השגתי לגבול בקשת המות בדרך הטבע
לא בבחירה בלתי דעון ולא ברצון בלתי
בחירה גם בבור אבי לאבי וכבר החם
לאמי׃ והיה אם לא יאמנו דברי בעיניכי
פן האמרו כי במרמה אקרא באזניכם את
הדברי האלה ושמעתם לעצתי ולא יצדק
דברי על הברית ועל השלום אשי יגיעכם
מארי אדוננו טיטום בן אדוננו הגדי
ממנו והוא הקיסר והשחם שמה את אבי
הקדוש ואת אמי הקדושה וגם את
אשתי חמדתיה ואהובתי ויקרתי המאהו
גם כי אותי לא החיון כי אני נשבע
בי׳ אלהינו אשי אשלמה את נפשי בידי
ועשית׃ לי בטוב בעיניכי׃ ועתה שמעו
שמע

cite mihi, rebelles & homicidæ! (63.) nonne probè nôstis, quid Deus de Cora ejusque conciliabulo dixerit Mosi (64.) & populo suo: separamini de medio congregationis istius, ut eos repentè dispердam; at vos rebellionem augetis, dum crudeli animo Templum Domini manibus vestris destruitis ejusque domum sanctam, quam reges præstantissimi atque sancti prophetæ in nomine Domini, Dei Israëlis, qui honorandus ac tremendus est, ædificârunt, igne succenditis: omnia itaque manibus vestris corrumpitis & nec Sanctuario Domini nec filiis filiabusque vestris nec uxoribus familiæque vestræ parcitis, (65.) nam valdè metuo, ne illi omnes in captivitatem cum probro & ignominia abducantur; ego verò, licèt in castris Romanorum sim, tamen perinde habendus sum, ac si apud vos adhûc essem, quoniam uxor mea charissima, quam jam inde ab adolescentia mea dilexi neque eam rejeci, penes vos degit, (66.) &, quamvis mihi nulli ex illa sint liberi; tamen eandem valdè amo, quia ex præclarorum ac Deo hominibusque acceptorum hominum genere orta est: miseri quoque parentes mei, pater & mater, sancti illi & venerandi senes, apud vos versantur, pater enim meus jam centum & tres habet annos; * mater autem octoginta & quinque annos hodiè complevit; anni verò ætatis meæ pauci ac mali (67.) mœrorisque & miseriarum pleni septem & sexaginta sunt, (68.) nec hucusque ad eum perveni terminum, qui ordine naturæ mihi mor-

(63.) A Josepho lib. 5. de Bell. Jud. c. 26. circa fin. appellantur σιδήρεοι, ἀτειγεῖς & λίθων ἀπαθέστεροι i. e ferrei, duri & lapidibus stupidiores, ab Egesippo lib. 5. c. 16. vocantur: saxis duriores, ferrò rigidiores.

(64.) Vid. Numer. cap. 16. v. 21. confer. & Egesipp. dict. l. 5. c. 16.

(65.) Confer. hic Joseph. dict. lib. 5. c. 16. circà fin. & Egesipp. de Excid. Hierosol. l. 5. c. 16.

(66.) Vid. Joseph. eod. lib. 5. c. 26. circà fin. & Egesipp. de Excid. Hierosol. lib. 5. c. 16. in fin.

* Confer. infrà cap. 44. h. lib. 6. Sign. * & ibid. num. 4.

(67.) Respicitur hac phrasi ad Genes. c. 47. v. 9.

(68.) Josephus Antiqu. l. 20. c. 9. in fin. scribit, se annò decimò tertiò Domitiani, Cæsaris, quinquaginta & sex annos habuisse, vid. quæ suprà lib. 5. cap. 1. num. 8. n. 20. & n. 24. annotata sunt.

שמוע אלי ויהי נפשי ויהיה דם אבי
ואמי ואשתי לכם לערבון ודמי עמהם
ויצאו זקני העיר אלי ואקרבה עמהם אל
אדוננו טיטום הפקיד עלינו במצוי אביו
הקיסר המושל בכל ממלכות הרומיים
ואברתה ברית בינו ובינם בער בלבם
ואכתבה ספר ברית באמונה ובבטחון
לגדוליהם וקטניהם. ואולי באשר שש יי
עליכם עד עתה להאביד אתכי ולהשמיד
אתכי כי הקשית ערפכם ולא תטו שכמכם
לסבול עול הרומיים אשר רצון יי דוש
הוה להיותם מושלים בכל קצוי הארץ
כן ישיש יי עליכם מן הדם הזה והלאות
להטיב לכם ולרפא את שבריכי עקב כי
תהרו לי וחראו כי הממשלה על פיו היא
ואת אשר יצוה להשפיל ישפיל ואת אשר
יצוה להרי ורים. וכל הימים אשר אתם
מחוקים ברשותכי לבלתי תת את הרומיי
למשול עליכם אתם מקציפי את יי
עליכם גם כי תאחרו את קץ גאולתכם
והחזיקו את הישועת לזרעכם אחריכם.
כי אזר אשר הדבר יצא מפי מלך העולם
להיותנו גולי במשפט השאתנו וקץ
גלותנו לא נודע כי אם אליו מי יתן
וכבר עברו ימי מגלותנו ושני מפרידינו
אשר כל אשר יעבור עלינו יום בגלות
נהקרב היום אל עת הגאולה והישועה
ויהיה לאלהינו הודעה מאתו במשפטי
עלינו.

mortem adfert, nam, ut ſponte mihi vitam adimerem ſine voluntate Dei ejusque beneplacito, nunquam mihi propoſitum fuit: (69.) primogenitus quoque ſum patri meo atque matris meæ uterum primus aperui; vos autem, ſi dictis meis fidem habere haud vultis ac fortè putatis, me perſuaſionis cauſa hæc fraudulenter loqui nec vera eſſe, quæ de fœdere ac pace à Domino noſtro Tito, qui filius eſt Domini potentiſſimi Cæſaris, impetranda dixi, patrem meum ſanctum ſanctamque matrem meam & uxorem chariſſimam mihiq; unicè dilectam occidatis, ac me ipſum interficiatis, nam per Dominum, Deum noſtrum, juro, quòd me ipſum poteſtati veſtræ tradam, ut quodcunq; vobis placuerit, in me ſtatuatis. Nunc igitur dictis meis morem gerite, ut vitam veſtram ſervetis, en patris, matris & uxoris meæ atq; mei ipſius ſangvis pignoris loco vobis ſit, egrediantur ad me Seniores urbis, ego unà cum illis ad Dominum noſtrum, Titum, qui patris ſui Cæſaris atque Romanorum Imperatoris mandato nobis præeſt, accedam atque fœdus inter illum & ipſos (ſeniores urbis) veſtrum omnium nomine pangam iliudque bona fide ſcripto complectar, cui vos omnes tàm magni, quàm parvi confidere poſſitis: forſitàn ſicuti Dominus hactenus exitio & damno veſtro lætatus eſt, quia dura cervice & animo obſtinato humeros veſtros jugo Romanorum, quos Deus hodiè univerſo terrarum orbi imperare voluit, non ſubjeciſtis, ita idem Dominus ab hoc die ac deinceps ex animo vobis benefaciet veſtraque ſanabit vulnera, modò confeſſione veſtra declaraveritis, quòd ex ipſius nutu rerum imperia dependeant & quòd ille pro arbitrio ſuo homines dejiciat & extollat; nam usq; dum (70.) vos improbitate veſtra impedimento fuiſtis, ne

(69.) Sic locum iſtum in Hebræo ſatis obſcurum, ſi quidem ille corruptus non eſt, vertere volui.
(70.) Videntur iſta & quæ ſequuntur usqùe ad finem hujus capitis a Judæo interpolatore adjecta eſſe, quia nec in Joſephi nec Egeſippi oratione eorum fit mentio.

עלינו. וכל ימי אשר נגע העקשות
בלבבנו ולא נודה לרצון שהינו להשלי
חפצו להיותנו מושלים באשר גזר הנה
אנחנו בצרה ובאנחה. והומים אשר עכרו
עלינו לא יבאו בחשבון ימי קץ הגלות
אשר נהיה בו כי הגלות לא יחחיל עלינו
כי בהוות יהושלם משולה ביד אויבינו
בגלל אשר היא ראש למלכי ישראל
ולממשלתם. תעתה אזי עלי היה לעשות
לכם התראה מכל דבי ולכם הי הנבחר
והשומע ישמע והחדל יחדל.

ne Romani imperium in vos exercerent, Dei iram ergà vos provocâſtis, finem quoque liberationis veſtræ hoc modo retardabitis ac Dei auxilium ſalutemque à poſteritate veſtra procùl removebitis. Nam poſtquàm rex totius mundi decrevit, ut propter peccata noſtra exules eſſemus, nec finis exilii noſtri cuiquam, præter Deum, notus eſt, optandum ſanè foret, multos jam exilii & captivitatis noſtræ dies dudum præteriiſſe, quia ſingulis diebus captivitatis noſtræ præterlapſis propius accedimus ad tempus liberationis & ſalutis, quæ Deo noſtro nota & ab illo in nos decreta eſt. Quamdiu igitur perverſitate cordis noſtri voluntati Dei non obtemperamus nec ei morem gerimus, ut illis pareamus, quibus ipſe imperium decrevit, ſemper in luctu & miſeria verſabimur; dies autem, qvi jam præterierunt, non connumerantur diebus finis captivitatis, in qua vivemus: nam exilii noſtri tempus non incipiet, antequàm Hieroſolyma ſub hoſtium noſtrorum poteſtatem redacta ſit, quia urbs illa caput eſt regni & imperii Iſraëlitici. Nunc itaque, fratres mei, de re tota vos admonere mei fuit officii, veſtrum jam erit, eligere, quod vobis placuerit: qui audit, audiat, qui contemnit, contemnat. (71.)

CAP. XXXIX.

ויהי כשמוע העם את דברי יוסף הכהן
ויבכו מאד כי נטה לבם לדברי הטובים
אשר דבר להם יוסף בצעקה ובהתנגי
ובנהי

DUm Hieroſolymitani iſta Joſephi Sacerdotis verba audiverunt, valdè lachrymati ſunt, nam illorum animos Joſephus flexerat (1.) oratione ſua benevolâ, luctus, doloris, precum & lacryma-

(71.) Ita verbum חדל, quod hic habetur, vertere volui; reſpicitur autem ad Ezech. cap. 3. vers. ult. ubi autor Vulgatæ vertit: quieſcat; Junii ac Tremellii verſio habet: deſiſtat, LXX. ἀπειθείτω, i.e. inobediens ſit; antiquus interpres Latinus ibidem vertit: incredulus ſit.

(1.) Joſephus l. 5. de Bell. Jud. c. 26. in fin. ſcribit, populum Judaicum orationi illa πρὸς ἀυτομολίαν, ad transfugium fuiſſe commotum, cui etiam Egeſippus lib. 5. de Excid. Hieroſ. c. 17. adſtipulatur, confer, & Joſippi Epitom. p. 240.

ובנדי ובדמעות גדולות ויבכו העם בכי
גדול מאד ובעת ההוא צוה טיטוס וישלחו
הרומיים את כל ההגדים העבדי אשר
קנו ואשר לקדו בשבי חפשי ל' ירושלם
ויתן הוא דמי העבדי אל אדוניהם כי
נכמרו רחמי טיטוס על דברי יוסף הבהן
ועל טוב עציו להם ויחמול עליהם
ויחאו העם הדל לצאת אל טיטוס
ולעשות עמו שלום בעצת יוסף ויעמוד
שמעון שעזר ויוחנן שרי הפריצי ופקידי
אנשי גבורים על השערי לאמר כל
אשר יצא מירושלם אל הרומי דפי
אותו לפי חרב ויעשו גבורי הפריצים כן
בכל שרצה לצאי מירושלם וידרגו דבי
מישראל וחסגר ירושלם עד אין יוצא
ואין בא׳ והרעב כבד בירושלם ויחפשו
הפריצי את הבתי וההדרי אשר לישובי
ירושלם למצוא אכל למחיה׳ והיה כי
מעט בעל דבי מחפש להם אוכל
בביתו והוכה ומת ויעשו כן הפריצי לכל
אנשי ירושלם עד אש׳ שלמה ותמה
המחיה מהעי׳ וילכו ישובי ירושל׳ ללקט
האשפה והדומן לאכול עד אשר נפלו
ומתו עם רב מישובי ירושלם מרוב הרעב
ואשר מצא מחיה מעשב או דשא או
ירק או עכבר או נחש או שרץ מן
השרצי׳ הוא היה נקרא נושע כי דוה
מוצא אוכל לאכול למען חיות נפשו כי
הזק

srymarum plenâ, quam ad eos habuit, qua etiam Hierosolymitani ad maximum fletum commoti sunt. Per idem tempus Romani mandatô Titi omnes servos, quos pretio emerant vel captivos abduxerant, liberos dimiserunt Hierosolymam (2.) ac Titus ipse pretium servorum dominis restituit, quia animus ejus ad misericordiam flexus fuit Josephi Sacerdotis oratione, ejusque bonô consiliô, Judæis dato, ad clementiam commotus est: quocircà vulgus ad Titum egredi & pacem cum illo juxtà Josephi consilium inire voluit; sed Simeon, Eleazarus & Johannes, grassatorum principes, milites in portis constituerunt hoc mandato: quicunque Hierosolymis egredi vult, eum gladio interficite, (3.) id quod & milites grassatorum executi sunt in iis omnibus, qui Hierosolymâ egredi cupiebant, ac multos ex populo Israëlitico interemerunt. Posteà urbs undique clausa fuit ita, ut nemo egredi vel ingredi posset, quocircà fame invalescente in urbe Hierosolyma grassatores domus & conclavia incolarum urbis perscrutati sunt, (4.) ut alimenta conquirerent. Quicunque igitur paterfamiliâs illos prohibere voluit, ne in ædibus suis victum quærerent, is ab illis interemptus fuit; sic cunctos urbis incolas grassatores isti tractârunt, donec omnia alimenta in urbe penitus consumpta sunt: dein fimum ac stercus victus causa colligere cœperunt atque ingens multitudo incolarum urbis fame periit. Quisquis igitur herbam, gramen, olus, murem, serpentem vel aliud quoddam reptile, quo aleretur, invenit, is beatus (5.) ductus est, eô, quòd alimoniam invenisset, quâ vitam suam sustentare posset, quoniam fames invaluerat; penes quem autem triticum reconditum

(2.) Idem refertur in Josippi Epitom. dict. pag. 240.
(3.) Idem refert Josephus dict. l. 5. c. 26. & Egesippus loc. alleg. ac Josippi Epitom. p. 241.
(4.) Confer. hic Joseph. & Egesipp. ut & Josippi Epitom. loc. alleg.
(5.) Vel: servatus, id enim dictio: נושע, quæ hic habetur, significat; confer. Deuteron. cap. 33. v. 29. ibique Commentatores.

חזק הרעב׳ ואש׳ הוי לו חטי גמוים
ומסתורי׳ אתו היה יוא לטהון אף כי
ללוש ולאכות מפני רעת בפויצים פן
יודע לפריצי׳ ויקחו אותם ולכן היו
אובלי׳ חטים יבשים חדר בחדר בדחבא׳
והיו אנשים בני עשוי ירושלם הושפי׳
את האוכל יד מיד זה מזה האב יחוטף
מהבן והבן יחטוף מהאב והאם מהי
ובניה ממנה והוצא מהם מחוץ לשער
כי לא יראוהו הפריצי׳ או יוד מעל
הממה לילה ללקט עשב מחוץ לעיר
למחיתו ימיתוהו הרומיים כי ימצא ר
וישמידו אותו׳ ותגדל הרעה הזאת עד
אשר אכל העם את כל רמש הארץ
מעכבר ועד שממית ועד נחש וחולד וצב
וחרב מהלת מגפה מהרעב בעם ומהזה
העם ואין להם קובר וכי היתה נמצאת
בירושלם גבלת עפם או גבלת פל
בהמה היו נלחמים עליה׳ רבים מישרא
ומתי׳ בהלחמם על גבלת הבהמה או על
גבלת החיה בעוברי הרעבי׳ ימים רבים
עוד כאשר היו יוצאים אנשי׳ מהעי׳ עם
נשיהם ובניה׳ ובנותיה׳ יטפם למצוא
עשבים ללקטם למחיה׳ והיו מוצאים
אותם הרומי׳ היו שוחטי׳ את יליהם
ואומרי׳ נשחט הקטנים הלה מן יגדלו
ולקן הוסים ילחמו לנו באויבים ולכן
היו הרומיים הוגים את דלת העם
הוצאי׳ מן העיר ותולים אותם על עצים
נבח

ditum & occultatum fuit, is molere, depsere & panem coquere propter grassatorum improbitatem timuit, ne fortè illi re cognita frumentum abs se auferrent, propterea triticum comederunt aridum in occultis ædium partibus & conclavibus; (6.) etiam divites incolæ urbis sibi invicem cibum per vim rapuerunt adeò, ut pater filio ac filius patri, mater filiæ & filia matri cibum auferrent; (7.) qui verò non advertentibus grassatoribus portâ urbis egrediebatur vel noctu è muro descendebat, ut herbam extrà urbem victûs gratia colligeret, is à Romanis deprehensus interficiebatur. Malum autem istud in urbe adeò crevit, ut populus Hierosolymitanus omnis generis reptilia, mures, araneas, serpentes, mustelas & bufones comederet, quocircà multi morbi propter famem istam grassari cœperunt, quibus populus absumptus fuit & insepultus jacuit; quòd si fortè equi vel alterius cujusdam animalis cadaver in urbe repertum fuit, multi ex populo Israëlitico non secus, ac corvi famelici, circà illud inter sese digladiati & in certamine interfecti sunt: (8.) si fortè viri quidam cum uxoribus, liberis & familia sua urbe exierant, ut herbas victûs causa quærerent easque colligerent, Romani liberos eorum comprehenderunt atque interfecerunt, hæc adjicientes verba: occidamus parvulos istos, ne aliquando illi adulta ætate perinde ac patres eorum arma nobis inferant; quam ob causam Romani multos ex plebe, qui urbe egressi erant, interfecerunt eosque de arboribus è regione portæ urbis suspenderunt; (9.) sic quotidiè fecerunt Romani, ita, ut numerus interfectorum & suspensorum ad quingentos ascenderet. Simeon autem & Johannes atque Eleazarus eodem mortis genere affecerunt, quoscunque ex militibus Romanis cepe-

(6.) Idem refert Josephus dict. l. 5. c. 27. & Egesippus l. 5. de Bell. Jud. cap. 18.
(7.) Omnem enim affectum excludit fames & maximè verecundiam, inquit Egesippus loc. alleg.
(8.) Confer. Josippi Epitome pag. 241.
(9.) Consentit Josephus dict. l. 5. c. 28. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 18 ac Josippi Epitom. p. 241. & seq.

rant, nam insidias eis struxerant; idem supplicium Judæi de omnibus, qui ad Romanos transfugere volebant, sumpserunt, eorum quippe cadavera supes mœnia è regione Romanorum suspenderunt, nempe, ut Romani militum suorum miserti Judæos à se captos benignius & mitiùs tractarent; qui verò à grassatoribus suspendio necati erant, quingenti fuerunt, (10.) nimirùm pari numero eorum, quos Romani ex Judæis suspenderant. Quamobrem Titus omnibus militibus suis præcepit, ut, quicunque aliquem ex Judæis Hierosolymâ egredientibus inreremerit, is morte mulctaretur, idque Titus ideò fecit, quia populi Israëlitici misericordiâ afficiebatur; quapropter non desistebat, quò minus Hierosolymitanos blandè alloqueretur eosque precibus ad pacem solicitaret, (11.) quamobrem ad mœnia iterùm accedebat atque eos sic compellabat: amplectimini quæsò Josephi consilium & ad me venite, ut vitam vestram servetis mortemque evitetis, miseremini populi vestri; cur fame, siti, obsidionis angustiis omniumque rerum inopiâ perire vultis? ut jam nihil dicam de Romanorum armis & intestinis certaminibus, quæ vos undique premunt: ast grassatorum principes dum Titum sic loqventem audiebant, ad iram commovebantur & malum malo adjicientes obstinato ac pertinaci animo crudelitatem ergà populum Domini exercebant & probra ac maledicta in Titum jactabant, (12.) ut eum ad iram & indignationem compellerent atque efficerent, ne ille amplius ad populum ejusmodi verba faceret; vilioris quippe conditionis homines (13.) propter grassatorum metum eisdem dixerant: satius nobis

(10.) Idem refertur in Josippi Epitome pag. 242.
(11.) Vid. Josephus & Egesippus loc. citat.
(12.) Idem referunt Josephus & Egesippus loc. alleg.
(13.) Hebr. העם הרל, ita hic legendum atque vertendum puto, prout transtuli, nam verbum הרל, quod in codice nostro habetur & significat: cessare, desinere, corruptum mihi videtur; si verò hactenus receptam lectionem verbi הרל (pro quo ego הרל substituendum existimavi) retinere velis, locum hunc ita vertere posses: quia populus desierat timere grassatores, quia ei (nempe populo) dixerunt: satius nobis est, fame &c. eligat lector, quam velit, interpretationem.

nobis est, fame atque igne perire propter Sanctuarium Domini ejusque Templum, ac libertate gaudere, quàm Romanorum jugum ferre, (14.) ecquid enim commodi inde percipiemus, si paululùm temporis adhûc vixerimus & Templum Dei nostri destructum viderimus? nonne præstat in calamitate illa perire & ad lumen istud magnum, nempe vitæ æternæ splendorem & ad paradisi requiem transire? (15.) Quamobrem Titus hanc Judæorum pertinaciam conspiciens arietem ferreum adduci eoque murum concuti ac destrui jussit, ut eos, qui sub Eleazari, Johannis & Simeonis tyrannide erant, liberaret ac grassatores interficeret. Dum igitur aries ad murum conquassandum adducebatur, juvenis quidam ex Titi militibus in Romanorum castris erat, nomine Comagenus, (16.) Antiochi Macedonis filius, ex regum Græciæ progenie ortus, qvi Tito suppetias tulerat, quoniam Vespasianus, Cæsar maximus, Titi pater & totius terrarum orbis Imperator, istud ei per epistolam injunxerat; (17.) hic juvenis regius pedibus qvidem velox erat ac corporis viribus pollebat, sed ratione parum valebat ideoque Titum ita compellabat: miror certè, (18.) cur milites tui, qvi omnes totius orbis gentes fortitudine sua deviceruntam diu hic hæserint nec robore ac viribus, qvibus aliàs conspicui sunt, Judæos omnes, extrà mœnia collocatos, jam dudum interfecerint; ad ista juvenis, regis Græciæ, verba Titus subridens: cur, inqvit, non perficis ea, qvæ mente concepisti ac protulisti verba? (19.) cur virili animo ad effectum

(14.) Vid. Joseph. dict. l. 5. c. 28. circa fin. & Egesippus l. 5. de Bell. Jud c. 18.
(15.) Devoverant enim Judæi animas suas in Templo, immortalitatem futuram, si cum Templo exustis aris ac foci patriis immorerentur, verba sunt Egesippi dict. l. 5. de Bell. Jud. c. 18.
(16.) Hebr כומאגין, sic enim nomen istud hîc legendum & ex Josepho dict. l. 5. c. 29. restituendum puto, nam quod in nostro codice legitur נמגאגין corruptum videtur, confer. etiam Egesipp. lib. 5. de Bell. Iud. cap. 19. ac Josippi Epitom. pag. 251. & seq.
(17.) Nimirùm, ut Comagenus Tito suppetias ferret.
(18.) Vid. hic Josephus & Egesipp. loc. alleg.
(19.) Egesippus dict. l. 5. c. 19. refert, quòd Titus ad ista juvenis verba ridens dixerit: commune est opus.

non deducis, qvæ dixisti? ecqvid tamdiu cunctaris nec gladium in Judæos stringis eisqve fortitudinem tuam ostendis? his dictis juvenis, rex Græciæ, animatus omnes Macedones convocavit & propiùs ad Judæos accedens contrà illos sagittis, missilibus & hastis pugnavit; ast Judæi, qvi extrà mœnia erant, obfirmatis animis Macedonum impetum excipientes magna eos clade affecerunt, (20.) nam illi qvoqve, qvi suprà murum erant, Judæi sociis suis opem ferebant: sic ingentem stragem Judæi Macedonibus juvenis regis Græciæ militibus intulerunt adeò, ut omnes interfecti occumberent, nec qvisquam ex Macedonibus superstes remaneret, (21.) præter juvenem, Græciæ regem, qvi, qvoniam pedibus velox erat, solus evasit & ad Titum reversus est; erat autem juvenis iste regius prognatus ex stirpe Alexandri Macedonis, inclyti illius regis, qvi universum terrarum orbem subjugaverat qvemqve omnes populi ac gentes extimuerant. Posteà Josephus Sacerdos juveni, Græciæ regi, Alexandri Macedonis nepoti, coràm Tito dixit: indica, quæsò, mihi, regie juvenis, cujusnam tu filius es? ille verò respondens: ego, inqvit, ex Alexandri genere ortus sum & qvidem inter posteros ejus generatione decimus; ad hæc Josephus eidem respondit: verum est, qvod dicis, te ex prosapia Alexandri ortum esse, qvantum ad animi magnitudinem, (22.) qvæ in te satis elucet, spectat; sed hoc scias velim, qvòd magnanimitas etiam robore ac fortitudine niti & fulciri debeat: qvisqvis igitur Alexandro comparari eiq; similis esse & eadem, quæ ille, præclara facinora perpetrare vult, hunc etiam eadem, qva ille, fortitudine ac robore præditum esse oportet, (23.) tunc

זה כמוך בגבורה להרוג לכל היהודי׳
הנמצאי׳ נצבים על החומה מחזק׳ ויזחק
טיטוס מדברי המלך הבחור הזוני ויעלג
עליו ויאמ׳ טיטוס הגד כאשר עלו שה
הדברי׳ על רוחך לדבר נכ למה לא
תתחזק לעשות מהר כאשר דברת ולמה
זה התמה ולא תשלוף חרבך ותראנ׳ את
גבוריתך עליהם׳ ויתחזק הבחור המלך
הזוני ויקרא לכל אנשיו המקדוני׳ ויגש
ויהגר מלחמה בחצי׳ ומקשתות וברמחים
מול היהודים׳ ויעזור היה וידי׳ פניהם
על המקדוני׳ ויכו בהם היהודי׳ איש׳
מחזק לחומה מכה רבה ונפ את העומדי׳
על החומה הכר ויתנו להכות במקדוני׳
אנשי המלך הבחור הזוני מכה גדולה
מאד עד אשר נפלו כלם חללי לפני
היהודי׳ ולא נשאר מן המקדוני׳ עד אחד
והמלך הבחור הזוני נמלט לבדו כי היה
קל ברגליו וישב ויבא אל טיטוס׳ והמלך
הבחור היוני היה מזרע אלכסנדר׳ מקדון
המלך הגדול אש׳ משל בכל הארץ
וידעתי ממנו גוים ולאומים׳ ויאמ׳ יוסף
הכהן למלך הבחור היוני נכד אלכסנדר׳
מקדון לפני טיטוס הלא תגיד אתה לי
בן מי אתה העלם המלך ויענהו מורע
אלכסנדרוס ואני עשיתי לבני בנוי׳ ויענהו
יוסף האמת אתך לאמר כי אתה מורע
לאבירות הלב אשר נראה בך אמנם דע
לך

(20.) Idem refert Josephus dict. lib. 5 cap. 29. & Egesippus loc. citat. ac Josippi Epitome p. 251. & seqq.

(21.) Consentit Josippi Epitom. pag. 252. Josephus dict. l. 5. c. 29. scribit, paucos ex Macedonibus illis evasisse, confer. etiam Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 19.

(22.) Ita hic אבירות הלב vertere volui, Græci μεγαλοψυχίαν, magnanimitatem, vocant.

(23.) Josephus dict. lib. 5. c. 29. in fin. ita scribit, quòd Macedonibus, si vincere velint, etiam de-

poterit cum populo fortissimo, cujusmodi Judæorum, popularium meorum, gens est, pugnare; novimus enim, Alexandrum solum (24.) noctu urbem qvandam (25.) scalâ muro admotâ intrâsse eumqve solum tota nocte cum incolis urbis pugnâsse (26.) ac multos ex illis interfecisse; cùm verò die illucescente milites ejus audita Alexandri voce homines illius loci interrogâssent, qvidnam tumultus iste ac strepitus in urbe sibi vellet, atque illi, qvi rem noverant, respondissent, Alexandrum regem in urbe esse, tunc milites ejus cursu ad urbem contenderunt fractisque repagulis ac vectibus portarum oppidum irruperunt & Alexandrum, regem suum, servârunt: (27.) sic David, rex noster, solus egregium factum patravit in prælio, cum gigantibus (28.) inito; Alexander fortitudinem suam ostendit, dum in urbe solus pugnavit, David qvoqve solus ad gigantum (29.) castra abiit; cùm verò Abisai, Zerujæ filius, Joabi frater, audisset, quòd David cum gigantum copiis manum conferet ac multos ex illis prosterneret, unus autem ex gigantibus Davidem à tergo adoriretur, ut eum percuteret, tunc Abisai, frater Joabi, accurrens ictum illius, qui sublatâ manu Davidem interficere conabatur, scutô suo excepit, qvo facto David conversus gigantem illum interemit, qvamobrem probè novimus, quòd Alexander, qvi solus in urbe pugnavit, propter

לך כי׳אבירות הלב צרך לכל הגבורה
וכל מי אשר יחפוץ להתמשל ולהדמות
באלכסנדרוס ולעשות גבורות כמוהו נאה
לו להיות גבור כמוהו ואו ילחם בעם
עז ככני ישראל בני עמי כי ידענו אשר
בא אלכסנדרוס בעיר אחת לבדו לילה
בסמכו סלם על קיר החומה וירד אל
תוך העיר ויך ביושבי העיר לבדו כל
הלילה ויהי בבק׳ וישמעו אנשי מחנהו
את קולו וישאלו אנשי המקו׳ מה קול
ההומיה הזאת בעיר ויאמרו שיה׳ ידעי
הדב׳ כי המלך אלכסנדרו׳ בתוך העיר
וירוצו גבורי מחנהו ויגדעו את בריחי
דלתות העיר ויבואו אל העיר ויצילו את
אלכסנדרוס מלכם׳ וכן דוד מלכנו עשה
גבור׳ לבדו במלחמ׳ בנפלי׳ ואלכסנדרוס
לבדו עשה גבורה במלחמה כי נלחם
בתוך העיר ודוד המלך הלך לבדו במחנה
הופאי׳ וכשמוע אביש אחי יואב בן
צרויה כי נלחם דוד במחנה הנפילים
והיה דוד המלך מכה בנפילים ויבוא
את׳ וישב מאחורי דוד להכותו ויהי
בהרימו ידו להכותו וירץ אביש אחו
יואב

(24.) Hæc & sequentia ferè usque ad finem hujus capitis videntur à Judæo interpolatore inserta esse, cùm apud Josephum Græcum hoc loco nullâ eorum fiat mentio.

(25.) Hanc puto Mallorum urbem seu arcem fuisse, de qua vid. Q. Curt. Histor. l. 9. c. 4. & 5. & Arrian. lib. 6. de Expedit. Alexand. pag. mihi 395. confer. etiam Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 19.

(26.) Aliæ, quàm quæ hic habentur, circumstantiæ referuntur à Curtio & Arriano loc. alleg.

(27.) Sic temeritas victoriam invenit & eventus periculum in gloriam vertit, prout scribit Egesippus dict. l. 5. c. 19.

(28.) Hebr. נפלים, ita hic in nostro codice, iidem 2. Samuel. c. 21. v. 15. dicuntur Philistæi, vid. n. seq. 29.

(29.) Hebr. הרפאים, sic in Hebræo, in dicto 2. Samuel. c. 21. v. 15. nominantur פלשתים Philistæi, inter quos unus ex gigantibus Davidem percutere conabatur, de quo vid. dict. c. 21. v. 16. confer. etiam Joseph. Antiq. lib. 7. c. 12. & num. antec. 28. h. cap.

propter peccata incolarum urbis illius ſervatus ſit, ut oppidum iſtud ſub ejus poteſtatem redigeretur; Davidem verò regem noſtrum lumen Spiritus ſancti, (30.) qvi ſemper cum eo fuit, ſive ſtaret ſive ſederet, protexit: tu qvoqve, Graje juvenis, rex Macedoniæ, mortis periculo, quod tibi à Judæis imminebat, ereptus fuiſti propter peccata incolarum urbis Hieroſolymæ, ut eis exitium (31.) & interitum adferres. Te itaqve, Graje juvenis, ſcire oportet, quòd Romani non ignaviâ tamdiu ceſſaverint ab oppugnandis Judæis; ſed quòd illud prudentiâ & ſolertiâ fecerint, quia cum fortiſſima & robuſtiſſima gente bellum gerunt, ſicuti hodiè tu qvoqve illorum fortitudinis periculum feciſti, qvod iis, qvi te interrogant, narrare poteris.

יואב ויקח את מבת המכה בזיר במגנו ויסוב או דוד את פניו ויך את דגפיל בדרי ימת על כן ידענו כי אלהים הצילהו מיד אנשי העיר אשר בא להלח עליה לבדו ענו אנשי העיר הזיא למען הנתן העיר הזיא בידו ודוד מלכנו הצילו אור רוח הקדש אשר היה אתו המיר עומד וישפ וגם אותך הבזיר היוני המולך במקדוניאה הצילוך מלמות בהוך ירושלם על יד היהודי ענוניו ישובי ירושלם למען הדאה להם עוד למוקש ולכן דע הבחור היוני כי לא מרפיון ידים חדלו הרומיי להלח ביהודי כיאו כי אם מחכמה ומערמה עשו את הדבר הזה הרומיי להיות גלחמים בגוי עז ואיתן אשר היום הזה הברת מעט מגבורתו ותספרנה לשואלך׳

CAP. XXXX.

אחר הדברים האלה ויחלק טיטום את כל מחנהו לארב׳ מזרח ויציגם סביב לחומה׳ ויערך ארבע אילי ברזל לנגח בהם את החומה מסביב ויערכו את האיל האחר ויציבוהו לנגח מפאת אנטוניי

POſteà Titus copias ſuas omnes in qvatuor caſtra (1.) diviſit iisque mœnia circumdedit, qvatuor etiam arietes conſtituit, ut murum Hieroſolymitanum undique concuterent, ex qvibus unus directus ac diſpoſitus fuit, ut illam muri partem, qvæ Antonia (2.) dicebatur, pulſaret; longitudo autem arietis ejus fuit triginta cubitorum. (3.)

(30.) Alexandrum eventus ſervavit, prophetam (Davidem) gratia (Divina) inquit idem Egeſippus dict. l. 5. c. 19. in fin.

(31.) Ita dictionem: מוקש i. e. laqueum, hîc vertere volui.

(1.) Joſephus l. 5. de Bell. Jud. c. 30. ſcribit, quod qvatuor aggeres ingentes exſtructi fuerint, quibus arietes & machinæ bellicæ impoſitæ fuerint, cui etiam Egeſipp. l. 5. de Excid. Hieroſ. c. 20. adſtipulatur.

(2.) Vid. Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 20. confer. etiam quæ ſuprà h. lib. 6. cap. 36. n. 11. notata ſunt, it. infrà h. l. 6. c. 40. n. 9.

אנטוניאה ויהי ארך האיל הדואה לי אמה׳ ויהי בלילה הדואה ויצא יוחנן שר הפריצי׳ עם גבוריו ויהפוך את העבי מהה׳ אוכני העגלי המשאי לאול כי כל אילי רבהל המשוחי׳ אשר הביא טיטום ל ירושלם כלם היו אל עגלות ולבלם ראש עגול אטום ועוצר עב לא היה לראש אחד מהם קרני׳ מלבד שני אילי תוניי׳ אשר הביא שם והמה היו בעלי קרני׳ במשפט אילי התורני׳ כאשר הדעני באיל למעלה וישימו תחת האופנים החם לזהות עץ מופתות בזפת ונפט וגפרית ויהנו עליהם עוד זפת ונפט וגפרית ויטירו בהם עוד וישלחו אש וגפרית ויטיהו בהם עוד וישלחו אש בלוחות הרן ומהלוחות ההן בערה האש ברגל האיל והרומי׳ שומרי האיל היו ישגים על העגלות הנושאות לאול ולא ידעו במעש הפריצי׳ ולא עלה על רוחם כי נדמו בשינה והלהט האש את רגלי האיל ויפול על השומרי׳ וימיתו׳ ויבהלו כל מחנ׳ הרומי׳ ויאמרו לא נוכל עוד להלח׳ בעיר הזאת וירושלם כי שרפו את כל כלי המשחיתי׳ אשר היו אהנו לנגח בהם

(3.) Eadem nocte Johannes, graſſatorum dux, cum militibus ſuis egreſſus (4.) terram, quæ ſuberat rotis plauſtrorum, qvibus aries vehebatur, ſuffodiebat; (nam omnes arietes ferrei, qvos Titus ad mœnia Hieroſolymæ concutienda adduxerat, erant curules, capite rotundo & obtuſo (5.) armati ac collo denſo inſtructi, nec ullius capiti cornua erant infixa, præter duos arietes, qvi tignis ſuſpendebantur, qvos Titus ad eum locum adduxerat; hi cornibus armati erant, ſicuti arietes illi, qvi tignis ſuſpendebantur, inſtrui ſolebant, (qva de re ſuprà (6.) in deſcriptione arietis dictum eſt) hiſce plauſtrorum rotis Judæi tabulas ligneas, pice, ſulphure ac reſinâ illitas, ſupponebant atque iisdem tabulis coria, pice, reſina ac ſulphure obducta, applicabant ac poſteà ignem tabulis iſtis injiciebant, à quo pedes arietis incenſi ſunt; Romani autem arietis cuſtodes juxtà plauſtra, quibus aries vehebatur, ſecurè dormiebant, (7.) ignari, quid à graſſatoribus ageretur, interea ignis pedes arietis combuſſerat, quo factum eſt, ut ejus caſu cuſtodes opprimerentur, quapropter omnes Romanorum copiæ conſternatæ dixerunt: non poſſumus urbem iſtam Hieroſolymam ulteriùs oppugnare, quia omnia inſtrumenta, quibus mœnia percutere conſvevimus & quibus cuncta regna ſubegimus, combuſta ſunt, nam ex qvinqvaginta arietibus ferreis, quos hûc adduximus, non niſi tres nobis ſuperſunt arietes curules & qvid faciemus, ſi Judæi

(3.) Egeſippus loc. alleg. ſcribit, quòd unus ex quatuor iſtis aggeribus è regione munitionis, cui nomen Antonia, per mediam ductus fuerit piſcinam, quam Struthiam vocâsint, & quòd hunc aggerem quintus numerus triginta cubitorum in altitudinem fecerit juxtà Johannis ſepulchrum.

(4.) Idem refert Joſephus dict. lib. 5. c. 30. princ. & Egeſippus loc. citat.

(5.) Senſus hîc eſt, quòd Galea ferrea, arietis iſtius trabi præfixa, ſine cornibus fuerit, nam אטום hîc opponitur בעל קרנים, i. e. cornibus inſtructo arieti, nam arietes penſiles cornua habebant; curules verò obtuſo & rotundo erant capite, vid. quæ ſuprà h. lib. 6. cap. 15. n. 9. notata ſunt.

(6.) Vid. ſuprà dict. lib. 6. c. 15. num. 9. & Joſeph. dict. l. 5. c. 30. princ. & Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 20. ac Joſippi Epitom. p. 242.

(7.) Vid. Joſeph. lib. 5. de Bell. Jud. c. 30. princ. & Egeſippus loc. alleg. ac Joſippi Epitom. dict. p. 242.

dæi graſſatores etiam iſtos combuſſerint? (8.) quibusnam machinis mœnia deinceps percutiemus? quomodo urbem iſtam, quæ nos ita conſumpſit, ulterius oppugnabimus? ex ferreis qvoqve arietibus, qvi tignis ſuſpenſi ſunt, non niſi duo nobis ſuperſunt, qvomodo igitur urbem hanc arietibus iſtis oppugnare poterimus? nonne probè meminiſtis, qvid milites Jorpatenſes (9.) circà arietes tignis ſuſpenſos, qvibus illos oppugnavimus, fecerint? Hæc Romanorum dicta cum graſſatorum duces intrà & ſuprà mœnia audiſſent, ludibrio illos & deridiculo habuerunt. Quocircà Titus ad iram vehementer commotus tres illos arietes curules, qvi ex qvinqvaginta arietibus, qvos pater ejus Româ abduxerat, ſupererant, inſtrui atque aptari eosque in loco illo, ubi aries à Judæis combuſtus erat, contrà murum dirigi juſſit; quô factô quatuor juvenes Judæi Zelo pro Templo Domini inducti & ſe invicem exhortati dixerunt: agite, juvenes, vitam noſtram Domino, Deo noſtro, ſponte offeramus & nominis noſtri celebritatem hodiè acqviramus; juvenum verò iſtorum, qvi omnes ex gente Judaica erant, hæc fuere nomina: primus ex illis numero & fortitudine fuit Thephtæus (10) Galilæus, ſecundus Megaſſarus, Hebronæus, tertius Adiabenus, (11.) Samaritanus, quartus Agiras, (12.) Hieroſolymitanus: iſti itaque quatuor juvenes armis inſtructi ad Romanorum copias, (quæ juxtà tres illos atietes ferreos, murorum vaſtatores, ſtabant & inter ſe conſultabant, quomodo & ubinam loci arietibus illis mœnia Hieroſolymitana concu-

בהם הרמוזרי ובהם בפשנו כל
הממלכות: ועתה מהמשו אלי בחל אשר
הביאומו לא נשאתו לנו ביאתם ג' אולי
משוזיתים מאולי העגלי ומה מעשה כי
ושפר הפרוצי גם אותם השלשה במה
נגזות עוד את החומה ובמה נלחם עוד
על העיר הזאת אשר כלתנו גם מאולי
דתורני לא יש אהנו הן שנים ואין
נוכל לערוך מלחמה בעיר הזאת באולי
ההורני הלא הזכרו מה עשו לנו גבורי
יוסף באולי התוזני אשר נלחמנו כו
עמהם והפרוצים שמעו דבריה מבפני
מהחומה ומעל להחומה וילעגו להם
שוי הפריצי ויצעקו עליהם בלעג וצחוק
על הדברי האלה ויחר לטיטום מאד על
לעגם וקלון ויצו ויערכו את שלשת
אולי העגלי רבותי מהאולי החמשים
אשר הביא אביו מרומא: ויערכו ויעמדו
את שלשת האולי ההם על מקום האול
הנשרף אשר שרפו היהודים נכח קיר
החומה ויערכום על קיר החומה: ויחר
בעשות הרומי כן ויקראו אדבעה בחורי
מבחורי היהודי וימלאו קנאה על דבר
יי ויאמרו איש אל אחיו הבה ונתנדבה
ליי אלהינו ונעשינו לנו שם טוב בהיום
הזה

(8.) Vid. Joſeph. & Egeſipp. loc. citat.
(9.) Vid. ſuprà h. lib. 6. cap. 16. n. 5. ubi iſtius rei narratio habetur in textu.
(10.) Hebr. תפתציים, ſic enim hic potius legendum puto, quàm תופתיים, quod nomen in noſtro habetur codice, vid. Joſeph. dict. lib. 5. c. 30. & Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 20.
(11.) Hebr. מגאשארום & אויאבינום i. e. Megaſſarus & Adiabenus; ita hic nomina iſta ex Joſepho loc. alleg. reſtituere volui, nam quæ in noſtro codice habentur, nempe: ירמינום & מגאדים aliàs ירוניסום, corrupta puto, ab Egeſippo l. 5. de Bell. Jud. c. 20. iſti nominantur Magaſſalus & Jabenus, niſi & ibi nomina ſunt corrupta.
(12.) Hebr. אגיראס ſic enim hic nomen ex Joſepho & Egeſippo dict. loc. reſtituendum ac potius legendum puto, quàm אריאוס, quod in noſtro habetur codice.

הדר האלה שמרת הכחורי ההם אשי
כלם היו מבחורי יהוד' הראשון מהם
במספר ובגבורה תופתיום הגלילי והשני
מגראדם התבחורי והשלישי ירמינום
השומרוני והרביעי אריאוס היהושלמי
ויחגרו ארבעתם את כלי מלחמתם ויצאו
על מחנה הרומי העומדי עם שלשת אולי
הברזל דנותרי המשחיתי ארז הה מי
ומתיעצי איכה ינגחו בהם את חומת
ירושלם ועל אי זה פאה ינגחו ויפלא
לבם הימה וקנאה וזעם ובעם וילכו
ארבעתם בלא פחד ובלא מגור ויראד
על מחנה הרומיים הנצב על האולים
המשחיתי באשר יבא אד בתוך שכותיהו
באין חרדה ויכו את האנשי שהיו עומדי
סביבות האולים המשחיתי ההם ואת
יתר העם הבריחו ובעוד שנים מהם
מבריזי כל מי שרוצה להתקדם את
האולי לעזרה ורבי מהרומי מאוימים
ומהתזקים נכחם ויטיחו כ' הבחורי
האחרי והם הירושלמי והשומרוני את
עצי האולי בעזרה השריפ ויציהו איש
בהם והבער האש בעצי האולי המשוחתי
ודבחורי ההם דחאמצי ארבעתם בחק
העמדה ולא נתנו יד לאה מהרומיים
לקרוב לכוות את האש עד שנשפכו
רגלי האולים ויפלו האולי לארץ והרומי
יורים

(13.) Joſephus dict. l. 5. c. 30. ſcribit, quòd juvenes illi καθάπερ οἱ φίλας ἐκτρέχοντες, ὑ πολεμίους ἐφεῖς velut in amicos, non in hoſtium agmen excurrentes incenderint machinas. Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 20. refert, quòd quatuor iſti Judæi in medium hoſtium prorumpentes non trepidaverint, non retractaverint; ſed tanquàm familiarium ſuorum conſortiis immorati non antè remeandum putârint, quam ſubjectis ignibus aboleverint obſidialium inſtrumenta machinarum.
(14.) Nota hic hyperbolen Judaicam, Judæi interpolatoris, confer. infrà h. cap. num. 16. & c. 56. n. 6. ibique not.

concuti poſſent,) urbe egreſſi ſunt, atque irâ, æmulatione, indignatione & furore accenſi ſine ullo metu, pavore ac trepidatione Romanorum copias, qvæ propè arietes, murorum vaſtatores, tunc temporis ſtabant, adorti ſunt, easque non ſecus, ac pater familias ad ancillas ſuas intrepidè accedere ſolet, (13.) aggreſſi ſunt, atque milites illos, qvi penes arietes ſtabant, percuſſerunt; cœteros in fugam verterunt & interim, dum duo ex iſtis juvenibus eos omnes, qvi ad arietes illos auxilii cauſa accedere volebant, (nam multi Romanorum arma arripiebant & juvenes iſtos adoriebantur) propellebant eosqve in fugam conjiciebant; cœteri duo juvenes, nempe Hieroſolymitanus & Samaritanus, qvicqvid ligneum erat in arietibus illis obducebant materiâ igni concipiendo apta, eamq; ſuccendebant: dum ergo ignis lignum arietum pernicioſorum comprehendebat, qvatuor illi juvenes, ſimùl in gradu ſuo firmiter perſiſtentes, nulli Romanorum facultatem dederunt appropinqvandi atque ignem extingvendi, donec arietes, qvorum pedes igne conſumpti erant, in terram caderent; Romani autem ſagittas, lapides aliaqve tela pernicioſa quàm plurima pluviæ inſtar in qvatuor iſtos juvenes eminùs conjiciebant, nam ad juvenes illos propiùs accedere eorumqve fortitudinis periculum facere præ metu non audebant, quia qvatuor illi juvenes ſummè ſtrenui erant, nec unqùam hoſti terga dederant, qvorum unus mille aliis robore æqvandus erat; qvatuor autem ſimùl juncti ne qvidem decem millibus ceſſiſſent: (14.) Romanorum autem militum, qvi propè arietes illos tunc cuſtodiæ cauſa ſtabant, tria millia erant; ſed tantam hoſtium

multitudinem qvatuor isti juvenes, qvorum mentio facta est, parvi faciebant. Romani igitur arreptis armis tela pernicioſa in juvenes istos eminùs vibrabant, (15.) ut eos loco & gradu depellerent & ut ipsi accedere atqve ignem exstingvere arietesqve incendio eripere possent, ne penitùs conflagrarent; sed juvenes illi Judæi immobiles stabant nec loco aut gradu cedebant, donec qvidqvid ligneæ materiæ erat in arietibus, igne consumeretur nec aliud, qvàm ferrum, supereſſet, nam juvenes illi robore ac fortitudine insignes erant adeò, ut unus mille alios in fugam verteret; duo autem ex illis ne qvidem decem millibus terga darent. (16) Intereà Titus, dum in castris suis de damno, qvod qvatuor isti juvenes fortissimi Romanis intulerant, certior factus est, cum omnibus copiis suis celerrimè accurrit, ut arietes ex incendio eriperet & juvenes illos caperet; sed frustrà: nam Simeon, Johannes & Eleazarus, grassatorum duces, unà cum militibus suis contrà Romanos urbe egressi erant, (17.) ac Eleazarus qvidem in porta substitit; Simeon autem & Johannes militari clamore sublato hostes adorti sunt eosqve propulerunt, ne ad arietes combustos accederent, qvo facto illi qvatuor istos juvenes mortis periculo eripuerunt & è manibus Romanorum, qvi illos undiqve circumdederant eosqve ab urbe Hierosolyma intercluserant, ne ad eam reverti possent, liberarunt; hac ratione juvenes isti ultimo vitæ discrimine erepti sunt: Romanorum verò militum (18.) ingens multitudo eo in prælio occubuit adeò, ut interemptorum numerus, qvi tunc temporis Tito exhibitus fuit, ad decies mille & qvingentos ascenderit. Per idem tempus omnes Romanorum copiæ

יורים עליה' חצי' מרחוק האבנים' ובלי משחית במטר למוב כי היו יראים לגשת אליה' להביר' עזים גבורת' אשר ארבעת' היו גבורי חיל אשר לא יסבו פניה אחד מאלף וארבעת' יחד לא יסבו פניהם מי' אלפים איש ואז הרומי' שדעו עומדים על האילים הדם לשמוד היו ג' אלפי' גבורי' ולא חשבום ד' הגזרים למאומה והרומי' היו מוראדי' ומאבמי' ליורת כלי משורת מהחוק להבחורי' הדם להריגת' ממקו' מעמדם למען יקרבו הם לכבות האש ולהציל האילי' מהשרף מכל וכל והיהודי' הבחורי' לא זעו ולא הלכו ממקומם ומעמד' עד אשר כלו לשרוף כל עצי האילי' ולא נשא' מהם דק הבהיל כי היו הבחורי' והם גבורי מלחמה אחר מהם ירדוף אלף ושנים מהם לא ינוסו מלפני הבבה' וישמע טיטום והוא במחנהו לרעת ארבע הבחורי' ההם הגבורי' ויון הוא וכל מחנהו להציל את האילי' מן דאש וללכוד את הבחורי' ההם ולא יכלו כי יצאו עליה' שמעון ויוחנן ואלעזר שרי הפריצים וגבוריה' עמהם וישאר אלעזר בשער הרו' ושמעון ויוחנן היעו בחרוע' מלחמ' לקראתם ויבריחו' מגשת אל האילים ויגשפו' וישיעו את ארבעה הבחורי' ההם

(15.) Idem refert Josephus dict. l. 5. c. 30. & Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 20.

(16.) En odiosa repetitio hyperboleæ illius Judaicæ, de qua suprà h. cap. n. 14. confer. & num. 29. h. cap. & cap. seq. 41. n. 8. ibique not.

(17.) Vid. Joseph. dict. lib. 5. c. 30.

(18.) Hæc & quæ sequuntur usque ad finem hujus capitis, videntur à Judæo interpolatore adjecta esse, dum eorum nulla apud Josephum & Egesippum loc. alleg. fit mentio.

copiæ sese congregarunt, ut adversus Judæos conjunctis viribus pugnarent, qvapropter atrox & latè diffusum inter illos prælium exortum est, in qvo Romani propiùs mœnia urbis Hierosolymæ ad dimidium usqve jactum sagittæ venerunt atqve Judæos ita inclamârunt: num boves estis aut hirci vel arietes, qvi mœnibus concluſi pugnare & in ipsa urbe non secùs, ac boves vel capræ in septis suis capi vultis? si strenui estis ac viri fortes, egredimini ad nos, ut in planitie ista manus conseramus, tunc videbimus, qvænam vestra sit fortitudo; vos autem tantùm nonnullos militum vestrorum eligitis, qvi furum instar noctu vel interdiu Romanos, qvi instrumenta bellica custodiunt, qviqve propter ignaviam & debilitatem veluti purgamenta qvædam ex Titi militibus segregati sunt, ex improviso adoriuntur; sic vos nonnullos ex Romanis carpitis, instar luporum, oves rapientium, & ad urbem refugitis, tanqvàm lupi in sylvam; si forti estis animo, ecce nos hic stamus, exite, pari numero invicem acie decernamus, ut videamus, qvisnam tandem superior sit evasurus. Quapropter grassatorum duces, cùm hæc audissent, milites suos, qui Hierosolymis erant, ita alloqui sunt: quisnam ex vobis se spontè offert, ut canes istos aggrediatur & fortitudinem suam ostendat atque Sanctuario Domini ejusque urbi decus & gloriam pariat? his dictis qvingenti ex illis fortissimi se spontè obtulerunt atque Romanos ex improviso adorti eorum octo millia conciderunt, cæteros autem procùl ab urbe removerunt; eodem illo die Judæorum fortitudo Romanis præclarè innotuit: nam qvadraginta millia militum Romanorum eo in loco steterant, ac qvingenti solùm Judæi octo millia hostium fortitudine sua interfecerant, cæteris in fugam conjectis, & ne unus qvidem ex Judæis cecidisset. (19.) Romani itaqve Judæorum copiis ampli-

הדם מלכות בידי הרומי' אשר הקיפום מסביב ויבדילו ביניה' ובין העיר ירושלם לבל יוכלו לשוב אל העיר ולא מחו ארבעה הבחורי' ההם במלחמה הדיא ויפלו שם במלחמה הדויא רבים מגבורי הרומי' ואש' יודע מספרם אז לטיטום היו עשרת אלפים וח"ק גבורים: אז נקהלו מחנות הרומי' כלם להלח' יחדו על היהודי' והבי המלחמה הולכת וגדלה ומחזקת ביניה' ויקרבו הרומים קרוב להומת ירושלם כמטחי חצי מהלך חץ קשת ויצעקו על היהודי' ויאמרו אליהם כדברי' האלה: הפרי אתם או עזודים והישיי כי תרצו להלח' מתוך החומה' ולהלכר בחוך העיר כהלכר הפרי' הרעים בתוך הגדר העשוי להם אם גבורים אתם ונבודה יש אתכם צאו אלינו ונתראה במישור הזה פנים בפני' ונראה מה הזה גבורתכם אבל אתם בחרי' גבי' מכם ויצאו פתאי לילה או יום להכות ברומי' השומרי' את כלי המלחמות והמה הבחורי' ממחנ' טיטום בחלשה דאתם תשפים מהם בחטוף הואבי' מהצאן ובוחרי' אל העיר כבוזה הואבי' ביער אם גבורה אתכם הננו עומדי' פה צאו אלינו ונהיצבה אנחנו נגדכם ואתם נכחנו מספר במספר זנרא' מה תהזה אחריתנ' ובשמוע שרי הפריצי' את הדברי' האלה ויאמרו אל אנשי המלחמה אש' בירושלם מי בכם מתנדב לצאת אל הבלבים האלה להראות בם גבורתו לכבוד מקדש

(19.) Egregium sanè facinus! sed & hoc inter dicta hyperbolica Judæi interpolatoris referendum est, confer. suprà h. cap. n. 10. & 16. ibique not.

us ferro resistere non poterant, (qvia Judæi illo die superiores evaserant;) sed eminùs stantes sagittas, lapides aliaqve tela pernicioſa in hoſtes suos conjiciebant; tunc Judæi Romanos vicissim ita compellabant: accedite hûc propiùs, nonne vos estis, à qvibus ad certamen provocati sumus? cur igitur jam ad nos haud acceditis; sed lapidibus & sagittis nos eminùs petitis? num canes nos esse putatis, qvi lapides ac sagittas vestras metuant, annon viri atqve domini vestri sumus, quorum vos conspectum fugitis, sicuti servi dominos perseqventes fugiunt propter dominicæ potestatis metum, quô illorum animus constrictus est & propter subjectionem, qvâ illis (20.) ab initio devincti sunt, qvia illorum ingenia (21.) dominorum ingeniis sunt inferiora.

יו' ועידך ויתגברו מה' ת"ק גבורי' ויצאו
על הרומי' פתאר ויכו מהם ה' אלפים
גבורי' ויהרם הרחיקו מקרוב לעי' ויודע
גבורת היהודי' לרומי' ביו' הזה מאד
כי היו שם מ' שף אנשי מלחמה והיהודי'
ת"ק איש והרגו מה' בגבורה ה' שפים
ויתר' הפרוזו ומהיהודי' לא נפל אחד
ולא יכלו הרומי' עוד להתיצ' בתוך מחנ'
היהודי' בחרב כי התחזקו היהודי' ביום
הזה ויתיצבו הרומי' ליהוד' על היהודי'
מרחק תצי' ואבני' וכלי משדחי' ויאמרו
אלי' היהודי' גבו נא אינו הלא אתכם
שקראתם אותנו לצאת אליכם ועתה למה
לא הקרבו אלינו אבל אתם מורי' עלינו
אבני' וחצי' מרחוק הלכלבי' התשובנו
כי ניא מיודעת אבניכ' והציבם הלא
אנשי' אנחנו והנינו אדונים לכם אשר
אתם בורחי' מלפנינו בברוח העברי'
מלפני אדוניה' כי ידפו אחריה' אדוניה'
בגלל יראת האדנות אשר בלבם ובגלל
דוות' נכנעי' להם מראש ושכעה' שפלים
נבה טבעי אדוניהם'

CAP. XLI.

TItus autem, cùm exercitum suum omnem à Judæis in fugam versum eumque maximâ clade ab illis affectum esse vidisset, milites suos ita inclamavit: (1.) Nonne vobis, Romani, maximo hodiè dedecori, ignominiæ & probro est, terga

ויהי כראות טיטום כי ברח כל מחנה
מלפני היהודים וכי נפלו הרומים לפני
היהודים במכלה עצומה ויעק על עמו
ויאמר אלהים הלא כליתה היא לכם
רומי'

(20.) Nempe: dominis sive heris suis.
(21.) Ita hic dictionem עבע, quæ in codice nostro habetur & aliàs naturam notat, hic vertere volui.

(1.) Confer. hic Iosephi. lib. 5. de Bell. Iud. c. 30. circà fin. & Egesipp. lib. 5. de Excid. Hierosol. c. 21.

רומי' והרפה ובושה כהיו' הזה לנוס
מפני היהודי' הרעבים גם צמאי ומצומים
במצור אוי לכם הרומים אנא תוליכו
את חרפתכם כי ימעט הגוי שבשת'
ולבזת' בגבורתכ' אש' חנוטו יהה מפני
היהודי' המתי' רבים יום יום ברעב ובצמא
ובחסר כל והלא לבדנו את ארצם ולא
נשאר להם כי ארז העיר הזאת פרצנו
ולא נשאר להם עהה רק חומה אחת
ובלי מלחמה אשר בידם זהם מעם ואנשי'
מתי מספר ואנחנו רבים והם אין גוי
ולא עם מסביב בא לעזרתם ואנחנו כל
רגוי מסביב באי' לעזרתנו ועתה מה
לכם אתם כי חנוטו מפגידם באשר יגוטו
הצפרי' מפני הנשרי' ואם היהודי' בהיום
הזה מחנדבים למות על ארצם ועל מקדש
אלהיהם למה זה לא התנדבו גם אתם
למות במלחמ' עמה' לעשות לכם שם
וגבורה' ויהי ביום ההוא ויתחזק
היהודי' ויתאזרו ויתאמצו ויתגברו וישובו
על עיר ירושלם בגבורה אחרי הבוחם
ברומיים מכה גדולה' ויצו טיטום לעוך
את שני אולי התורנים הנשארי' לרומיים
או מכל הכלי המשחתים אשר הביאו
מרומו ולהציב להם מצודים ילבנות להם
דיקים לנגח בהם עוד את חומת ירושלם
ויחלו חרשי העץ אשר לרומיים להציב
המצודים במקום אשר צוה להם טיטום
ויעזבום היהודים לעשות עד העמיד
קורות

terga obvertere Judæis famelicis & sitibundis, qvi obsidione & angustiis undiqve premuntur? qvonam terrarum ignominiam hanc vestram, Romani, asportabitis? etenim gentes, virtute vestra devictæ ac superatæ, audient, vos à Judæis, qvorum multi quotidiè fame, siti atque rerum omnium penuriâ pereunt, fugatos esse, annon terram eorum sub ditionem nostram redegimus, nec illis qvidqvam supereſt, qvàm urbs ista, cujus mœnia dudum perfregimus & unus saltem murus illis jam reliqvus est? prætereà paucis instructi sunt armis & exiguus virorum numerus eis supereſt; nos verò maxima sumus multitudine, nulla illis gens, nullus populus subsidio venit; nobis verò omnes finitimæ gentes suppetias ferunt: cur itaque illis terga datis atque eos non secus atque aves aqvilam fugitis? & Judæi qvidem hodiè pro patria sua & Sanctuario Dei sui sponte morti seſe offerunt, cur non & vos mortis periculum sponte subitis & cum Judæis fortiter pugnatis, ut nominis celebritatem vobis acqviratis? Judæi igitur (2.) re fortiter, strenuè & præclarè gesta ad urbem Hierosolymam illo die victores reversi sunt, posteaquàm Romanos maximâ clade affecerant. Dein Titus præcepit, ut duos arietes tignis suspensos, (qvi soli Romanis ex omnibus instrumentis pernicioſis, Româ adductis, supererant) apparerent eosque circumvallarent ac propugnaculis munirent, ut murus Hierosolymitanus iisdem denuò concuti posset; qvapropter fabri lignarii, quos Romani secum adduxerant, munimenta exstruere cœperunt eo in loco, qvem Titus illis assignaverat, ac Judæi quidem fabros illos in opere suo eò usque non turbârunt, donec arietum trabes inter tigna constitutæ sunt; sed postqvam opus ad finem perductum

(2.) Hæc & sequentia hujus capitis usque ad illa: per idem tempus Titus cum principibus &c. quæ num. 9. habentur, à Iudæo interpolatore interjecta esse videntur, cùm nec Iosephus dict. l. 5. c. 30. nec Egesippus lib. 5. de Bell. Iud. c. 20. eorum fecerint mentionem, vid. dict. num. 9. hcap. ibique not.

ductum est & nihil aliud superfuit, qvàm ut arietes inter tigna medii suspenderentur iisque murus concuteretur, & dum Romani securi à Judæorum metu degebant atque se invicem læto hoc nuntio exhilarabant, quòd nullus inter Judæos supereſſet vir fortis, nam Judæi diu oppido contrà Romanos non erant egressi, accidit, ut nocte qvadam, priusqvàm illucesceret, tres illi grassatorum duces, Eleazarus, Johannes & Simeon inter se deliberarent, qvid facto opus esset; Eleazarus itaque sociis suis dixit: in proximo qvidem prælio, quô fortissimi illi qvatuor juvenes tres arietes curules corruperunt, vos contrà Romanos egressi rem præclarè gessistis ac virtute vestra celebritatem nominis adepti estis; ego verò portam urbis vobis custodivi: nunc igitur vos portam urbis mihi custodite atqve concedite, ut cum viris strenuis, qvos ex militibus meis elegero, adversùs Romanos egrediar atqve ita etiam mihi præclaro aliqvo facinore nominis celebritatem acqviram; ad hæc Johannes & Simeon responderunt: egredere atqve cum Romanis pugnans præclarum tibi nomen fortitudine tua acqvire, nam Deus Sanctuarii ac Templi, qvod Hierosolymis est, tibi auxilio erit; sed cave, ne nimis acriter pugnam capessas, ne fortè capiaris vel interficiaris atqve ita dedecori nobis sis & ignominiæ; Eleazarus autem respondens illis dixit: Dominus proteget me, quia in justitia, quâ pater meus, Ananias Summus Sacerdos, Deum coluit, spem meam repositam habeo (3.) nec improbitas mea jam mihi erit nocumento, dum Deus eam suo tempore ac loco in me puniet. His dictis Eleazarus centum fortissimos juvenes ex militibus suis elegit eisque ipse præfuit, dein armis instructus noctu, priusqvàm dies illucesceret, adversùs Romanos egressus est, qvi propè arietes, tignis suspensos, maximas pyras accenderant, ut nocturnum frigus à se propellerent;

קיומו האילו בין התורנים ובאשר שלמו
המלאכה ולא נשאר כי אם להלות האילו
בין התורנים ולנגח והרומיים בטוחים
מהיהודי ומבשרי זה לזה שלא נשאר
עוד גבור ביהודים כי לא יצאו לקראתם
זה כמה ולילה אחד טרם אור הבקר
ויחגרו ג' שרי הפריצים אלעזר ויוחנן
ושמעון מה יעשו על ככה ויאמר להם
אלעזר אחם במלחמי האחרת היא מלחמת
שלשה אילי העגלות אשר נלחמו ד'
בחורי גבוריהו יצאתם וקניתם לכם שם
בגבוהתכם ואני שמרתי לכם שער העיר
ועתה שמרו לי גם אתם השער והניחו
לי ואצא עליה' עם הגבורי' אשר אבחר
מגבורי ואקנה לי גם אני שם בגבורה׃
ויענהו יוחנן ושמעון צא לך אלהים
וקנית לך שם בגבורה כי יעזרך אלהי
המקדש והיכל אשר בירושלם רק השמר
לך פן תכנס במלחמ' מאד והלכר או
חמות והיית לנו להרפ' ולבשת ויענם
אלעזר ויאמר אלהים י' ישמרני כי עד
צורקת עבד' אבי ענני הדין הגדול אבטח
ולא העמוד לפני עתה רשעתי בי עוד יש
לה מקום להנקם האלהים מנפשי בעד
רשעיהי׃ ויבחר אלעזר מאה גבורים
מגבוריו ויוא עליהם ויתאזר ויצא אליהם
טרם עלות השחר בלילה ההוא וסביב
אילי התורני מדורות אש גדולות הבעירו
והלילקו הרומים העומדים שם להבירת
מהם קור הלילה ושם חמשה שלפי גבורי
מגבורי הרומים והרשו יודעי מלאכת עץ
וברזל

(3.) O vana spes ac fiducia, in alterius hominis peccatoris justi ita reposita!

rent; erant autem ibidem quinqve millia Romanorum militum, præter fabrorum lignariorum, ferrariorum ac lapicidarum turbam, quæ centum & qvinqvaginta viris constabat: id ipsum verò accidit vigesimo septimo mensis Kislev, (4.) nempe mensis noni, ex qvo Titus Hierosolymam obsederat. Eleazarus itaque Hierosolyma cum centum militibus suis egressus repentino impetu adortus est Romanos, qvi eo in loco juxta rogos, nocturni frigoris arcendi causa structos, partim stabant, partim sedebant, eosqve Judæi pro lubitu interfecerunt atqve omnes deleverunt adeò, ut ne unus qvidem superstes relinqveretur; multi autem militum Romanorum rogis ibidem accensis consumpti sunt: posteà Judæi arietum trabes combusserunt eorumqve materiam ferream atqve cornua corruperunt nec qvidqvam, qvod arietis speciem referret, reliqverunt; præterea munimentorum & propugnaculorum partes atqve tigna, ut & pondera, annulos, funes, catenas cœteraqve instrumenta partim igne, partim lapidibus perdiderunt eaqve penitus consumpserunt: artifices verò, armorum conficiendorum peritos, qvi ibidem reperiebantur, Judæi ceperunt vivos eosqve in pyras, eò loci structas, conjecerunt & ad unum omnes combusserunt. Titus autem, dum die illucescente fumum, ex lignorum hominumqve combustorum deflagratione ortum, procùl conspexit, dumqve cadaverum ustulatorum putridus fœtor castra pervasit, cum omni exercitu suo celeriter accurrit, ut videret, qvid istud rei esset, & qvid hoc sibi vellet; sed Eleazarus, grassatorum dux fortissimus, ejusqve centum milites singuli partem arietum combustorum, qvantam qvisqve ferre poterat, ac capita artificum igne consumptorum secum asportantes abierunt & laudes atque gratiarum actiones

ובזרל ואבן מאה וחמשים איש וזה היה
בשבעה ועשרים יום לחדש כסליו בחדש
התשיעי לבוא טיטוס על ירושלם׃
וידו בצאת אלעזר מירושלם עם מאה
גבוריו וילך וידלג דלוג והלוך הי' וגבוריו
וידלגו פתאום על הרומיים הושבי' במקו'
הוא קרוב למדורות האש להתחמ' מקור
הלילה ומהרומיים שוכבי' ומהם עומדי'
ויכו בהם היהודי' ברצונם מכת חרב והרג
ואבדן עד בלי השאיר אחר מהם ורבים
מהם שרפו במדורות האש אשר שם ואת
קדו' האילי' שרפו באש ואת ברזל
האילי' ואת קרניה' השחיתו עד בלי
השאיר להם חמונה וחלקי המצורים
והדזיקי' והתורני' והמשקולות והטבעות
וההבלי' והשלשלאות והבלים השחיתו
באש ובאבנים עד בלי השאיר להם מעמד
ואת הדרשי' היודעי' במלאכות כלי
המלחמה המשחיתי' אשר שם לכדו חיי'
ושרפו אחם במדורות האש אשר שם
לא נשאר מהם אחד׃ ויהי הבקר אור
ויראו טיטוס מרחוק ורגה עין השרפה
מהעצי' והאנשי' הנשרפי' עולה באשת
עשן הנשרפי' הנבאשים בשרפה הבאישה
והסריחה את המחנה וירע הוא וכל
מחנהו לראות מה זה ועל מה זה ולעזר
הפריץ הגבור עם ק' גבוריו נשאו חלק
בחלק כאש' יוכלו שאת מאת הלקי
הבלי' המשחיתי' הנשרפים ואיש איש
מהם ראש ראש מראשי הרשי' המתי'
בשריפה

Deo

(4.) Is mensis incipit à novilunio Novembris nostri, sicuti à Buxtorfio aliisque notatum est.

Deo reddiderunt: Romanos verò, poſt ſe relictos, ludibrio, riſu ac ſannis exagitarunt & ad portam urbis Hieroſolymæ, unde egreſſi erant, pervenerunt, ubi Johannes & Simeon illos læti cum honore exceperunt; ſic & iſti fortitudinis laudem tunc temporis ſunt adepti. Per eosdem dies maxima multitudo, ex omnibus gentibus collecta, Romanis auxilio venit, Hieroſolymam oppugnatura, nempe ex omni ditione poteſtatis Cæſareæ & Imperii Romani, qvod tunc robore ac proſpero rerum ſucceſſu maximè florebat; Cæſar autem erat Veſpaſianus, Titi pater: dum itaqve tanta gentium multitudo ad auxilium, Romanis ferendum, convenerat, Titus ſenioribus populorum omnia, qvæ ſibi in oppugnatione urbis Hieroſolymæ evenerint, narravit, ac Judæorum robur & fortitudinem, quâ contrà Romanos pugnârint, multis extulit verbis & prolixè expoſuit, qvomodo Judæi milites Romanos interfecerint & principes ſuos cæterosqve homines perdiderint atqve ſuum ipſius animum prœliis ſuis excruciârint, ac qvomodo iidem omnia inſtrumenta ſua perniciosa atq; arma corruperint, qvibus Titi verbis univerſa gentium multitudo in maximam admirationem adducta fuit. Dein Titus ſermonem continuans: etiamnum, inqvit, Judæi viriſiter & ſtrenue pugnant; qvæ verò bella nobiſcum geſſerint & quàm fortiter prœlia iniverint, ex millibus ne unum qvidem vobis narrare poſſum. An unqvam vidiſtis, Seniores gentium, qvòd qvatuor viri decem millibus ac qvingentis militibus, qvi omnes viri fortes erant, reſſiterint & qvòd tanta multitudo non ſatis virium habuerit, ut qvatuor viros aut vivos caperet aut interficeret? iſti verò nonnullos ex Romanis militibus proſtraverunt, interemerunt & conciderunt non ſecus ac prægrandes cucurbitas, qvæ acutis cultris amputari ſolent; ſic qvatuor illi juvenes Hieroſolymitani nos tractârunt: hæc Titi verba admirationem multitudinis gentium earumqve ſeniorum auxerunt.

Circa

Circa idem tempus Titus præfectis populorum, qvi ſibi ſuppetias tulerant, & ducibus ſuis cæterisqve viris ſtrenuis dixit: conſulite jam in medium, quid ea in re facto nobis opus ſit, ut dedecoris & ignominiæ notam apud omnia totius orbis regna effugiamus; nam qvi procùl habitant populi, qvibus Judæorum fortitudo non eſt cognita, huic rei fidem non habebunt, ſi illis fortè ea narrata ſit. Tunc gentium duces Tito reſponderunt: ſi tibi, Domine noſter, placuerit, paululum qvietis concede Romanis, qvi prœliis, quæ cum Judæis ſæpè inierunt, feſſi ac defatigati ſunt; nos verò, qvi integri & recentes hùc advenimus, experiamur, an rem feliciter gerere poſſimus in prœliis adverſùs Judæos; nam quomodo illi tantæ militum multitudini, qvæ penes nos eſt, reſiſtere poterunt? aſt Romani duces dixerunt Tito: ne, qvæſumus, iſtorum petitioni annuæ, etenim mœrorem mœrori & dolorem dolori noſtro adjicies, ſi etiam iſtæ gentes à Judæis interficiantur, quæ ſanè res nobis maximo erit dedecori: nam ſi nos, qvibus Judæorum ingreſſus & egreſſus ſatis perſpecti ſunt, ac qvibus belli gerendi ratio, qva illi hactenus uſi ſunt, optimè nota eſt, eis adeò non reſiſtere potuimus, ut unus ex illis mille Romanos in fugam verterit, ecqvid iſtæ facient gentes, qvæ Judæos nondum expertæ ſunt? annon perinde erunt atque hyſſopi è pariete pullulantes, ſi cum cedris Libani comparentur? Aſt gentium duces in propoſito ſuo perſiſtentes dixerunt: aſcendamus contrà Judæos & cum illis manus conſeramus, ut fortitudinis gloriam nobis acqviramus. Itaque dum apud Titum vehementer inſtiterunt eumqve rogârunt, ille tandem ipſorum petitioni annuit eisqve facultatem dedit, ut ipſi qvoqve contrà Judæos aſcenderent & cum illis certamen inirent; nam Titus ſecum reputaverat, forſitân Judæi à tanta gentium multitudine, qvæ ſine ullo metu, utpote Judæorum fortitudinis ignara, cum eis manus conſeret, ſuperabuntur,

nam Romani, Judæos jam experti timidè cum illis ac trepidè pugnârant: qvapropter octoginta millia ex gentium illarum multitudine electa fuerunt, nempe decem millia Macedonum, viginti millia Britannorum, qvinqve millia Syrorum, decem millia Afrorum, decem millia Burgundorum, (5.) qvinqve millia ex gente Kedar ac decem millia (6.) militum Persarum & Chaldæorum, his populis nullus ex Romanis admixtus fuit; qvapropter illi in planitiem, qvæ est juxtà sepulchrum Johannis, summi Pontificis, descenderunt & contrà Judæos, qvi suprà mœnia erant, prælium inire & scalas aliaqve instrumenta lignea, qvibus ipsi protegebantur, admovere cœperunt, ut murum conscenderent; ast Johannes, grassatorum dux, Simeoni atqve Eleazaro, sociis suis, dixit: ego, si vobis visum fuerit, urbe egrediar & adversus incircumcisos istos pugnabo eisqve fortitudinem meam ostendam; sed Simeon ei respondit: duo ex nobis egrediantur; unus autem portam urbis defendat, qvia hostium ingens est multitudo, nec tu solus tàm exigua manu illos superare poteris; ad hæc Eleazarus: approbo, inqvit, consilium istud, ego simùl cum Johanne egrediar. Dein Simeon eis dixit: egredimini contrà hostes nostros; Deus autem, cujus Sanctuarium est ac Templum, illos potestati vestræ tradat nec vos isto tempore juxtà vias & opera vestra judicet! Johannes itaqve & Eleazarus cum mille & qvingentis grassatoribus egressi sunt maximamqve cladem multitudini gentium cædendo ac prosternendo intulerunt atqve à matutino tempore ad serum usqve diei pugnarunt; id

אלף איש עשרת אלפי מקדוני ועשרים
אלף מאנשי ברטניאה זה׳ שלפים ארמיי
ועשרת שלפים מאנשי אפריקאה ועשרת
אלפים בבורי מאנשי ברגנדיאה וה׳ אלפי
מבני קדר ועשרת שלפים מגבורי
פרס וכשדים ויתהלכו באשר התהלכו
אין דומי אחד מהם ולכן במישור אשר
מפאת קבר יוחנן הגדול ויחלו להתגרות
מלחמה ביהודי אש׳ על דרמה ולהציב
סולמות עם כלי עץ מגני עליה׳ לעלות
בהם על החומה׳ ויאמר יוחנן שר
הפריצי׳ לשמעון ואלעזר חבוריו היושב
בעיניכם איש אנא אני ואלחמה בעדים
האלה ואראה להם גבורתי׳ ויאמר אליו
שמעון שנים ממנו יצאו ואחד יעמוד על
השער כי רבים הם ולא תוכל להם
לברך עם מתי מעט ויאמ׳ אלעזר העצה
הזאת נבונה ואני אצא עם יוחנן ויאמ׳
אליהם שמעון צאו לכם עליהם ואלהי
המקדש והיכל יתנם בידכם ולא ישכוש
אחכם בעת הזאת לפי דרכיכ׳ ומעשיכם׳
ויצאו יוחנן והאלעזר עם אלף ות״ק
מגבורי הפריצים ויצו בהמונת הגוים
מכת חרב והרג ואברן מבקר יום המלחמ׳
עד ערב והיה זה בתשעה לחדש טבת
העשירי לבוא טיטום על ירושלם
מרמונות

(5.) De Burgundis suprà lib. 1. c. 1. n. 58. dictum est; hoc autem Burgundorum nomen, utpote recentioris ævi, interpolatoris Judæi manum hic arguit; vid. dict. n. 58. ibique not. alius codex habet ברטניאה i. e. Britannorum.

(6.) Hebr. עשרת אלפים, sic in nostro codice; sed pro עשרת videtur legendum עשרים i. e. viginti (millia), ita, ut numerus 80000. cujus hic fit mentio, compleatur, aliàs decem millia huic Summæ deerunt, id, quod ex numeris, hic adductis & simùl computatis, cuivis perspicuum est, vel dictio אלפים hic ita erit punctanda: אלפים id est, duo millia, unde adjecta voce עשרת i. e. decem, numerus decem millium duplicatus resultabit, nempe: viginti millia.

מהמונות הגוי׳ הדם חמשי׳ ושבעה אלף
וחמש מאות איש וילכדו מהם חיים
שלשה אלפים שרים ואת היותר הבריחו
ומדיהודי׳ נפלו ביום ההוא שבעה אנשי׳
ואת חלליהם הביאו הפריצים אל ירושלם
לקברם פן יהעללו בהן העולים לבואו
יוחנן ואלעזר אל ירושלם עם גבוריהם
בהלל והודה ליי׳ והנשארים הבורחים
מהמונות הגוי׳ הדם שבו אל מחנה טיטום
בכלימה והרפה ובושת וקלון ויאמ׳ אליה׳
טיטום בהראות להוות משפטכם כי לא
האמנתם לרומיים ועתה קבו שם המחים
מכם לחרפה ובה ואתם הבוחרים בגזים
ושפלים היום הזה ויהי ממחרת ויקחו
הפריצים את שלשת אלפים השרים אשר
לכדום חיים וינקרו עין אחד מכל אחד
ויד כל אח׳ מהם וישלחום אל מחנה
טיטום להיותם לו לקלון ולחרפה׳ ויהי
בעת ההיא ויעץ טיטום עם שרו וגבוריו
ועם בני עמו הרומיים ועם כל הגוים
הנוספי׳ עליהם לאמר מה יעשה על
ישרא׳ ועל גבוריו כי כל הגבורי׳ נופלי׳
ממלחמות הפריצי׳ ויהן כל אחד משרי
עצה לטיטום לפי שכלו על כבה איש
אשר בחכמתו ליעץ והנה עצת כלם
בזויה לפני טיטום ולא קבל עצת אחר
מהם

id ipsum accidit die nono mensis Tebheth, (7.) qvi decimus fuit, ex qvo Titus Hierosolymam oppugnare cœperat. Ex istarum gentium multitudine septem & qvinqvaginta millia ac qvingentos milites Judæi prostraverunt & inter hos ter mille viros primarios ceperunt vivos, cœteros in fugam verterunt; ex Judæis autem non nisi septem eo die ceciderunt, (8.) qvorum cadavera grassatores secum Hierosolymam duxerunt, ut illa sepelirent, ne incircumcisi eis illuderent. Johannes itaqve & Eleazarus Hierosolymam cum militibus suis reversi laudes & gratiarum actiones Deo obtulerunt; qvi verò ex illa gentium multitudine incolumes evaserant, ad Titi castra cum dedecore, probro & ignominia redierunt; eos Titus sic allocutus est: meritò vobis hæc clades accidit, qvia Romanis fidem non habuistis, qvamobrem ii, qvi ex vobis ceciderunt, dedecus & ignominiam sibi acqvisiverunt; vos autem superstites hodiè contemptui ac probro estis. Postea Judæi grassatores seqventi die unumqvemq; ex viris illis principibus, qvos vivos ceperant, qvorum tria millia erant, altero oculo ac manu privârunt eosqve ad castra Titi, in ipsius dedecus & ignominiam, remiserunt. Peridem tempus (9.) Titus cum principibus suis ac viris primariis è populo Romano, ut & cum omnium gentium, quæ ibi congregatæ erant, ducibus deliberavit, qvidnam de populo Israëlitico, cujus tàm eximia erat fortitudo, statuendum esset, postqvàm ferè omnes strenui milites Romani in præliis, qvæ cum grassatoribus inierant, occubuerunt:

(7.) Est nomen istud mensis decimi, qui Decembri nostro respondet, sicuti à Buxtorfio & aliis id observatum est.

(8.) Insignis sanè victoria, si quidem res ita, prout hic narratur, gesta est; sed hic quoque vel hyperbolen Judaicam interveniisse vel narrationem à Judæo interpolatore omnino confictam esse idque in gentis suæ laudem ejusque fortitudinis nimiam deprædicationem existimo, alioqui Josephus Græcus hoc loco non intermisisset, victoriæ hujus tàm insignis ac præclaræ mentionem facere, confer. quæ cap. antec. 40. n. 14. 16. & 19. annotata sunt.

(9.) Vid. quæ suprà h. cap. n. 2. notata sunt, confer. etiam Josephus lib. 5. de Bell. Jud. c. 31. & Egesipp. de Excid. Hieros. l. 5. c. 21.

(10) quapropter quilibet ex ducibus illis pro ſapientia ſua Tito conſilium dedit, quid faciendum cenſeret; ſed Titus omnium conſilia repudiavit nec ullius ex illis ſententiam probavit, cuncta ei diſplicuerunt conſilia; ipſe verò animi ſui ſenſa eisdem poſteà expoſuit his verbis: hoc meum eſt conſilium, qvod de populo Iſraëlitico capiendum eſſe ſtatui neqve id unqvam mutabo, nempe obſidendam hanc urbem, non armis oppugnandam cenſeo. (11) quia incolæ ejus victus inopiâ laborant, nec alimenta illis ſuppetunt; fortaſſis fames eos conſumet atqve ipſi, ſi nos ab oppugnatione urbis ceſſare viderint, inter ſeſe prælia excitabunt & in ſe id patrabunt, quod nos in illos ſtatuere volumus: Hoc Titi conſilium omni populo ejusqve ducibus placuit; qvapropter urbs arctè obſeſſa atqve omnes illius aditus præcluſi fuerunt. (12.) ne Judæi repentinam eruptionem facere poſſent, milites qvoqve conſtituebantur, qvi dies noctesqve omnes urbis aditus cuſtodirent, ne qvis oppidò egrederetur, ut herbam victus cauſa colligeret, unde fames incolas Hieroſolymæ ejusqve milites valdè afflixit, certè, ſi malo iſto Hieroſolyma non laborâſſet, nunqvàm perruptum ac captum fuiſſet oppidum: nam milites populi Iſraëlitici velociores fuerunt aqvilis & fortiores leonibus; (13.) qvamobrem multi ex incolis urbis Hieroſolymæ fame conſumpti ſunt (14.) multi qvoqve ex Judæis locum ſepeliendi mortuos ſuos qvæſiverunt, ſed propter cadaverum multitudinem nullum invenire potuerunt; multa etiam cadavera in vicos & plateas urbis projecta fuerunt, nec quisquam ea ſepelivit, deerant enim veſpillones; multi inſuper Judæi

מהם כי לא ישוה בעיניו ויאמר אליהם
טיטוס כדברי השה לאמר זאת העצה
היעוצה על ישו' מאתי וממנה לא אסור
רבה וגצור את העיר הזואת בלא מלחמה
כי מהיהם כלתה ואין מזון אתם ואולי
הרעב יכלה אותם גם אולי כי יראו
איש לא נתגרה אנחנו מלחמו עמהם
יהגרו הם מלחמה איש ברעהו ויעשו דם
בנפשם את אשר נהפוץ אנחנו לעשות
בהם' ותיטב עצת טיטוס בעיני כל
העם ובעיני כל השרי ויצוו על העיר
במצורתו ויסגרו את דרכי העיר מסביב
פן יצאו עליה היהודים פתאום ויפקדו
רומיים שומרי ביום ובלילה בכל מבואות
העיר לבל יצא איש מהעיר ללקוט עשב
לחיו בו ויחזק הרעב ביושבי ירושלם
ובאנשי המלחמה מאד מאד ולולא החזק
הרעב בירושלם לא הובקעה העיר ולא
נלכדה לעולם כי גבורי ישרל מגשרים
קלי ומאריורי גבורי ומומחו רבי מיושבי
ירושל' ברעב עד אש' רבי מהיהודי היו
מבקשי מקום לקבור מהיהם ואין מקום
לקברם מחוץ המתים גם רבי היו מתי
ומושלכים במבואות העיר ואין להם
קובר כי אפסו הקוברים ורבי מהיהודי
היו משלכים את המתים על הבורות
וגופלי הם עליהם בעודם חיים ומומחו
שם

(10.) Hebr. יפלו, id enim verbum vel aliud, idem ſignificans, quod hîc in Hebræo omiſſum, ſupplendum erit.
(11.) Confer. hic Joſephus & Egeſippus loc. alleg. & Joſippi Epitom. p. 242.
(12.) Conſentit Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 21. ubi ſcribit, quòd murus, quo per circuitum omnem incluſa eſt civitas, Romanorum operâ properè ſurrexerit, confer. etiam Joſippi Epitom. pag. 242.
(13.) Reſpicitur hic ad 2. Samuel. c. 1. v. 23.
(14.) Vid. Joſeph. l. 5. de Bell. Jud. c. 32. & Egeſipp. loc. alleg. ac Joſippi Epitom. p. 243.

dæi cadavera in puteos conjecerunt atque ipſi adhûc vivi ſuper illa ceciderunt ibique interierunt; (15.) non pauci etiam Judæi ſibi ipſis vivi ſepulchra fecerunt & in iis ſeſe condiderunt ibique biduò vel triduò jacuerunt ac tandem animam exhalârunt, nec quisquam erat, qui illos terra contegeret aut fletu proſeqveretur. Sic neminem habuit Hieroſolyma, qvi mortuos ſepeliret eosque defleret, nam defierat planctus, defecerant lacrymæ, leſſus & lamenta ceſſaverant propter gravitatem famis: omnes itaqve plateæ urbis Hieroſolymæ undiqve cadaveribus plenæ erant, qvæ nemo colligebat, nemo ſepeliebat, nemo deflebat, nemo ad eorum conſpectum horrebat ac plura famis hujus mala erant, quàm ut numerari poſſent, ego quoque, dum unum ex mille malis ejus refero, laſſus fio. Titus verò, cùm defunctorum cadavera, quæ Hieroſolymis fame conſumpta erant, conſpexiſſet ac vidiſſet, nonnullos adhûc vivos & ſpirantes in torrentem Cedron (16.) projici non ſecùs ac ſtercora ſuper agrum, valdè conſternatus eſt & Judæorum improbitatem ac peccata perhorreſcens manus ſupinas ad cœlum extendit (17.) & in genua procumbens dixit: Domine, Deus cœli & terræ, in qvem Iſraëlitæ credunt, noli me delicti iſtius reum peragere, neque enim id perpetrare animus mihi fuit, quia pacem Judæis obtuli, ſed illi eam rejecerunt ac ſibi ipſis mali hujus cauſa fuerunt & in ſe peccârunt; quapropter ne mortis Judæorum iſtorum culpam mihi imputes, rogo.

שם ורבים מהיהודי עוד היו הולכים
ועושים להם קברי והם היים ונכנסים
ברם ושוכבי שם יומים או שלש וישאדו
שם באין קובר ואין בוכה ויהשאר ירושלם
באין קובר ואין בוכה כי כלתה הבכיה
ואפסה הרמעה וידומו הקולות ויתרישו
הצעקי מפני כובד הרעב וימלאי כל
רחובות ירושלם מתים מבית נמחוץ באין
אוסף ואין קובר ואין בוכה ואין מרחיד
ורעות הרעב רבו מלמנות עד אשר נלאיתי
לספר אחת מאלף מהן וכראות טיטוס
את פגרי המתים שמהו ברעב בירושלם
והשליכום היש על נחל קדרון בדומן על
פני האדמה זיכרל טיטוס מאד ויירא
מעשם ויפרוש טיטוס את כפיו השמימה
ויכרע על ברכיו ויאמר יי שהי השמים
והארץ אשר בך יאמינו ישרל נקני מן
האשמה הזאת כי לא חפצתי לעשותם
כי אני שלום אבקש מהם ולא דצו והם
עשו את הרעה והמה חטאו בנפשם
ועל יהשב עלי עמות היהודי הזה לעון

(15.) Idem referunt Joſephus & Egeſippus loc. citat.
(16.) Idem refertur in Joſippi Epitom. p. 243.
(17.) Conſentiunt hic Joſephus, Egeſippus ac Joſippi Epitom. loc. alleg.

CAP.

CAP. XLII.

PEr idem tempus improbi qvidam cives Hierosolymitani Amithæum (1.) Sacerdotem apud Simeonem, unum ex tribus grassatorum ducibus, falsò ac per mendacium detulerunt, dicentes: Ecce Amithæus, Pontifex, qvi te in urbem hanc introduxit, ad Romanorum castra transfugere conatur, jam verò satis nota tibi est eximia prudentia ejus ac præclara sapientia, & qvomodo ille omnes urbis ut & Sanctuarii ac Templi aditus sciat, forsitàn is media nocte Romanos intrà urbem recipiet, eiqve hac in re nonnulli custodes portarum urbis ac murorum defensores opem ferent atque illius consilium seqventur, dum ipsi quoqve ad Romanos transire cupiunt: qvapropter Simeon, grassatorum dux, certos homines misit, qui Amithæum, Sacerdotem, unà cum qvatuor filiis ejus, caperent & ad se deducerent; dum verò improbi nonnulli ac sangvinarii viri abierunt, ut Amithæum comprehenderent, unus ex illius filiis aufugit & ad Romanos egressus ad Josephum Sacerdotem venit; (2.) Amithæus autem Pontifex cum tribus filiis captus fuit: is, cùm in Simeonis conspectum perductus esset, illum supplex rogavit, non ut vitam suam servaret, sed ut mortem maturaret, anteqvàm ipse filiorum suorum necem aspiceret; (3.) ast Simeon animo obdurato precibus ejus locum dare noluit, quia Deus Amithæum ideò punire voluit, quòd is Simeonem Hierosolymam introduxisset, quocircà etiam ipse Simeonis potestati traditus est, qui eum supplicio pro beneficio affecit. Nam sangvinariis qvibusdam atque

ובעת ההיא הלכו בני בליעל מאשמי
ירושל' והלשינו את אמתי הכהן בשקר
וכזב ויספרו לשמעון השר משלש שרי
הפריצי לאמר הנה אמתי הכהן הגדול
שהביאך אל העיר הזאת מבקש לצאת אל
מחנה הרומי' ואתה יודע את הקף
חכמתו העצום והחבולות וכי הוא יודע
את מבואות העיר והמקדש והיכל כלם
ומי יודע אם בחצי הלילה יבוא הומי'
אל העיר כי יהזיקו בידו וישמעו לעצתו
מקצת שומרי שערי העיר או מקצת שומרי
החומה אשר ימצאו גם בהם חפצי
לצאת אל הרומי' וישלח שמעון הכוזב
לקחת את אמתי הכהן עם ארבעה
בניו ולהביא' לפניו ויהי כי הלכו בני
הבליעל ואנשי הדמי' לקחתו ונס אחד
מבניו ויצא אל הרומיים ויבא אל יוסף
הכהן וילכד אמתי הכהן עם שלשה
בניו ויביאו אמתי לפני שמעון ויתחנן
אליו לאמר אל אדני יהוה כי אם למדני
להמיתו פטרם יראה בממות בניו ויחזק
לבו ולא הקשיב לתחנתו כי רצה הלה'
לשפוט את אמתי על הביאו את שמעון
לירושלם ולכן נפל אמתי ביד שמעון
וישלם לו הע' תוח טובה ויצו שמעון
לאנשי

(1.) Hebr. אמתי, sic in nostro codice, Josephus l. 5. de Bell. Jud. c. 33. nominat Matthiam, qui Boëthi filius ac summus Sacerdos fuit, confer. & Egesipp. l. 5. de Excid. Hieros. c. 22. & Josippi Epitom. pag. 243. & seq. vid. etiam quæ suprà h. lib. 6. c. 29. n. 27. notata sunt.

(2.) Idem refertur in Josippi Epitome p. 244.

(3.) Consentiunt hic Josephus, Egesippus ac Josippi Epitome loc. alleg.

לאנשי הדמים ואנשי הבליעל ויעיגו את
אמתי על החומה נבח הרומי' ויקרב אליו
שמעון ויאמ' אליו הנה אמתי למה לא
יצילוך הרומי' עתה מידי שבקשת להמלט
אליהם ודום אמתי ולא ענהו דב' כי
רצה עוד להתחנן אל ויתחנן עוד אמתי
אל שמעון הפריץ איש הבליעל לעזבו
לנפשו לבניו לפני מותו ויאמן שמעון
הרשע ולא נתנו לנפשם ויהם או אמתי
את קולו בבכי ויאמ' אל בניו בדברי'
דאלה בני אנכי דבאתי את הרוצח
הזה של העיר הזאת לירושלם ולכן נהשבתי
גם אני לרוצח כמוהו כי מידי היהה
דאת לי ולכם כי מן היום ההוא אשר
דבאתיו הרה גאו' עלי משפט מות כי
הבאתי פריץ ורוצח בעיר יי' הקדושה
על אשר אמרתי שאולי יהיה לעיר הזאת
לעוז' והוא עשה כה רעות גדולות ויהפך
לישרא' לאבוד ויהי לו למכשול ולמוקש
ולא יי לנו רוצח אחד שהיה בקרבנו
והוא יוחנן שהוסיף ברעתו על אלעזר
הפריץ הראשון אכל הבאותי אני בהנאתי
את שמעון הרשע הזה ונוסף גם הוא על
שונאינו ונלחם בנו והיה לנו רוצח אחר
ממהר לכלותנו ולאבדנו ולהשמידנו וגם
אני לא הביאותיו של העיר הזאת מאהבתי
אותו כי כל דבריו והחמידו וכל העם
שלחוני להביאו להיות לנו לעזרה דגה
עם כל זה מחויב אני למשפט מות רע
להתחבר

dam atque sceleſtis hominibus à Simeone injunctum fuit, ut Amithæum in muro è regione Romanorum constituerent; quo facto Simeon ad illum accessit eumq; sic allocutus est: cur te, Amithæe, jam Romani, ad quos transfugere voluisti, è potestate mea non eripiunt? ad hæc tacuit Amithæus nec ei qvidqvam respondit, dum illum amplius supplex rogare voluit; nempe à Simeone, improbo grassatorum duce, id posteà humiliter petiit, ut sibi filios suos, antequàm moreretur, osculari liceret, sed impius iste Simeon illud concedere noluit; tunc Amithæus lachrymas profundens filios suos lamentabili voce ita allocutus est: ego, qui homicidam istum, (4.) ô filii, in urbem hanc Hierosolymam introduxi, homicida, sicuti ille, reputandus sum, quia omnis mali istius, quod me & vos jam premit, autor sum, nam ex quo illum in urbem introduxi, mortis reus fui dum grassatorem & homicidam intrà sanctam Domini urbem recepi: equidem mecum reputavi, forsitàn Simeon iste urbi huic saluti erit; ast ille maxima perpetravit scelera & crudelitatem ergâ populum Israëliticum exercuit eique perniciem & exitium attulit, nempe unus nobis non satis fuit homicida, qui in urbe grassaretur, Johannes, qui improbitate sua Eleazarum, primum grassatorem, superavit; sed ego insuper impium istum Simeonem in urbem hanc maximô malô introduxi, qui se inimicis nostris adjunxit & in nos bellum gessit atque alius nobis homicida evasit, qui ad nos perdendos, vastandos ac penitus delendos omnem operam dedit; attamen ego quidem non ideò improbum istum in urbem hanc introduxi, quòd eum amaverim, sed omnes sacerdotes ac viri, integritate vitæ conspicui, & universus populus me miserunt, ut illum in urbem introduce-

(4.) Hæc Amithæi oratio seu lamentatio satis prolixa à Judæo interpolatore inserta videtur, dum ejus nulla apud Josephum loc. alleg. fit mentio; Egesippus tamen dict. lib. 5. cap. 22. ejus meminit, confer. etiam Josippi Epitome pag. 244.

להתחבר לשלוח לרביאו לירושלם ועת׳
מה עשה הוא גל העם שהיו הפשו׳
בבש לו לעברים ויך בהם הוא ועיר
הפריצו אלעזר ויוחנן ברצונם ואנחנו
הביאונו את שמעון איש הדמי הזה ואיש
הבליעל להתחזק בו להכניע את פריצי
העיר שהיו אתנו והוא היסיף לפרוץ
פרץ על פני פרץ והעה על רעה ויוסף
עוד אמתי ויאמ׳ עתה מה לי לדבר בך
שמעון הרשע ואיש הבליעל אשר הפעל
רשע בכל אש׳ הפנה ובי הפעל צדק בי
השאתני אני לאלהי׳ ולעמו ולעיר הזאת
שאני הביאותיך אל העיר הזאת לרעה
ולא לטובה ובגלל זה הדבר היה משפטי
להסקל באבני׳ על אשר הביאותיך אל
העיר הזאת להיותך שור על עם יי׳ ואתה
איש דמים ובליעל ונאה היה לך שמעון
להציל אותי ואת בני מידי הרשעים
הפריצים המבקשים רעתנו כי להם
הרעותי ולך הטיבותי אבל לא ירצה
שהינו לעוות משפט כי משפטי הוא
לנפול בחרב יד עיל אשר הטיבותיך
לבוא ל העיר הזו ואני הפצרתיך עיל
בכה ותשאתי לאלהי׳. הוי שמעון הרשע
לו היה׳ מהשבתי ועצת לבבי לברוח ל
מחנה הרומי׳ הלא יבול הייתי על ככה
וזה כמה הייתי נמלט אליה׳ בטרם
הביאותיך פה כי אז לא היית אתה מושל
עלינו אמנם טרם הביאונך אלינו הפך
יוחנן הפריץ למכשול ולמוקש ל העיר
הזאת ונאמ׳ לכל זקני העיר ויועציה פה
אחד הנה שמעון יהיה לנו לעזרה כי
נגרש את צרינו מבינינו ואתה נהפכת
לנו

ducerem isque nobis opem ferret; nihilominus ego pessimæ mortis reus idcircò factus sum, quia legationis istius munus in me susceptum, ut improbum illum in urbem Hierosolymam introducerem; ecquid autem ille non perpetravit? nonne is universum populum liberum in servitutum redegit & tàm ipse, quàm illius socii. Eleazarus & Johannes, grassatorum duces, incolas urbis pro lubitu interfecerunt? Nos verò Simeonem. scelestum istum ac sangvinarium virum, intrâ urbem hanc ideo recepimus, ut ipsius operâ grassatores urbis, qui circà nos erant, subigerentur eorumque audacia reprimeretur, ast ille ruinam ruinæ & malum malo addidit; posteà Amithæus in cœpto pergens sermone: ecquid, ait, de te, Simeon improbe & neqvam, jam dicam? tu, qvi undiqve scelera perpetrâsti, in me quidem nunc justitiam exerces, nam in Deum ejusqve populum atqve in civitatem istam peccavi, dum te in hanc urbem ad ejus perniciem, non in salutem, induxi & propterea commerui, ut lapidibus obruerer, qui te virum improbum & sangvinarium intrà mœnia ista recepi, ut populo Dei præsses; tibi verò, Simeon, incubuit, ut me filiosqve meos ex improborum grassatorum, qvi nobis perniciem machinati sunt, manibus eriperes; nam illos quidem malò, te autem beneficiò affeci; sed Deus noster judicium pervertere haud voluit, ego enim jure meritoque gladiò tuò perire debui, qvi autor tibi fui teque ad id impuli, ut hancce urbem intrares, quocircà in Deum graviter peccavi; si verò, ô improbe Simeon, animus mihi atque consilium fuisser, profugiendi ad Romanorum castra, nonne id facili negotio perficere & jam dudum ad illos transire potuissem, priusqvàm te in oppidum istud introduxi, quia nullum tunc temporis in nos imperium habuisti? antequàm tu urbem hanc intrares, Johannes, grassator, exitium ei & interitum molitus est, qvapropter omnibus senioribus urbis ejusque consiliariis unô ore dixi-

לנו לעיר אמרנו אולי יכלה את הרוצחי׳
מהעיר והנה נוספת עמהם לרוצח בעיר
אמרנו כי הכניע עדת הפריצים ואהה
נוספת עליהם לפרץ איש דמים אמרנו
כי הציל נקיים מיד אויבי׳ ואתה שפכת
דמי נקיים רבים. אמרנו כי אתה חשבית
את המלחמו׳ מהעיר ואתה הוספת
מלחמות בתוך העיר הפריצי׳ אשר היו
אתנו טרם בואך פה היו הורגים את
יהרגוהו בטרם כי היו נבלמים ובושים
גם יראים מפני העם ואתה הרגת
וכלית את גדולי העם ואת גבורה׳ בית
רמה׳ לעיניהם ומי החזיק ידי צוינו
הרומי׳ הלא אתה אשר כלית את גדולי
העם כי הרומי׳ רבו מעט מחרון לעיר
ואתה הרבית להבות חללי׳ בישראל
בקרב ירושלם וטיטום היה מבקש לעשות
עמנו שלום כי חמל עלינו ועל מקדשנו
ועל היכל י׳ ועל בנינו ובנותינו ושפינו
ונשינו ועל עיר אלהינו ואת׳ מאס׳ לעשות
שלום בינינו ובינית׳ והגדת׳ עליו
מלחמות ומדני׳ וטיטום היה מצוה את
עמו ומעיד בהם לבלתי ישלחו יד בהיכל
י׳ ביום הלחמ׳ עם יוחנן ואתה שלחת
יד בהיכל י׳ והטמאתו והשפוך בקרבו
דמי׳ רבי׳ וטיטום סר מעלינו ביום הג י׳
לבלתי הלהם בנו כי אמר לנו לכו חגו
חגיכם לשלו׳ ואתה חללת חג י׳ והכבה
את אש התמיד ברם הנקי וכל הרעות
אשר עשית אתה איש הדמים ואיש
הבליעל עלי הן נהשבות ומשפטי כאלו
אני

dixi-

tur,

(5.) Hebr. אש התמיד, de hoc suprà h. lib. 6. c. 37. n. 9. dictum est.

tur. perinde, ac si ipse illa commisissem, qvia te in urbem hanc introduxi. Nunc itaque vindictam istam divinam meritò experior, dum mortis supplicium atque interitus canitiei meæ jam impendet atque tuis ego manibus cum mœrore ad sepulchrum deducor, quoniam omnia illa mala atque scelera, quæ in urbe sancta à te perpetrata sunt, à me provenerunt, qui te nimis imprudenter in hanc urbem introduxi, in qva multum sangvinis innocui crudeli animo effudisti. Enimverò, si tu, Simeon, vir sangvinarie, me priùs interfeceris, quàm oculi mei deflagrationem Templi Domini conspiciant, id valdè gratum mihi erit; sed cur tu, homicida ac vir sangvinarie, filios meos me inspectante interimere cupis nec canitiei meæ atque mœrori parcis? utinam, sicuti Templi Domini exustionem non videbo; ita & filiorum meorum sangvinem in terram effusum non aspiciam! sed quid agam? Dominus enim in tyranni istius improbi manus me tradidit nec à casu & ruinâ, qvâ jam premor, resurgere possum; nos autem seniores urbis Hierosolymæ ideò Johannem aversati sumus, quoniam ille seniores populi perdidit nec cano capiti pepercit, quamvis pueris ac juvenibus manus suas haud injecerit; tu verò & senes perdis & juvenes interimis atque magnates exscindis vilioribusq; non parcis: Johannes seniores urbis à se interfectos lamentatus est eosque deflevit & maximo honore sepelivit eisque cantilenas lugubres cecinit; tu verò, dum senes juvenesque interficis, instrumenta musica pulsas & ad nablium citharamque canis ac dum patres unà cum filiis filiosque cum patribus trucidas, tubarum buccinarumque clangore interemptis illudis eosq; ludibrio habes. Posteà Amithæus, sacerdos, ad Simeonis, grassatoris, servum, (6.) qvi gladium ad interficiendum Amithæum manibus tenebat & coràm qvo secu-

אני עשיתי בגלל אשר הביאותיך אל
העיר הזאת ועתה נקמה היא מאת יי
עלי ונקמת הרג ואבדן החול על שיבתי
כי מידך אדד ביגון שאולה על אשר כל
הרעה הזאת אשר נעשתה בעיר הקדש
מידך מדי הוה׳ ואת אשר בזוב אולתי
אספתי אותך אל העיר הזאת והשפך
דם נקי לזוב בתוכה ולא תמלט׳ ועתה
שמעון איש הדמים כי תהרגני בטרם
תראינה עיני את שריפת היכל יי׳ יטוב
בעיני מאד׳ אמנם רוצח ואיש הדמי מה
לך להמית את בני לעיני ולא התמול
על הוגרת שיבתי ומי יחן ובאשר לא
אראה את שריפת היכל יי׳ כן לא אראה
את דמי בני לעיני נשפכי ארצה אבל
מה יש בידי לעשות יי׳ נתנני ביד
עריץ ורשע אשר לא אוכל קום ממפלתו
אשר הפילתני׳ ואנחנו זקני ירושלם
בעבור זה העבנו את יחזן כי היה
משוחי׳ וקני׳ ולא החה מהדר פני בעלי
שיבה ואם ידו לא החטה נוגעת בנעוריי
ובחוריי ועתה הגך מאבד וקנים ומכלה
בחוריי ואת גדולים תשחית והכרית על
קטני׳ לא התמול׳ ויחזן כרצדע את
זקני העיר היה מקנן קונות ומחאבל
עליהם ומכבדם בכבד גדול בקבורם
והקינות היו לו ומידי׳ ואתה ברצחך
זקני׳ עם בחוריי תנגן בגגינות והזמר
בזמירות בנבל וכנור וברצחך אבות עם
בנים ובני׳ עם אבות תריע בקול שופר
ותרועה בהתול וצחוק׳ אחרי כן דבר
אמתי

(6.) Is Ananus fuit, Bamadi filius, inter omnes Simeonis satellites crudelissimus, juti scribit Josephus lib. 5. de Bell. Jud. cap. 33. confer. & cap. sequ. 43. num. 1.

אמתי הבהן ל עבד שמעון הפריץ אשר
היה התרב בידי להרוג את אמתי ורגזין
לפניו לכור׳ את ראשי בנ׳ ויאמר אליו
אמתי מהר ועשה את גזירת שמעון
אדוניך ורך בגרון את הבני לעיני אביה׳
ואשמע את קול אבוזיות מכותיך בבני
ואני טוב לך על כל זה כי כאשר אשמע
אני את אש׳ אשמע ואראה את אשר
אראה מזה בבלתי רצוני׳ כן אהה המכה
והרזוב בלתי רצונך רבה ובלתי רצונך
חדרוג ומי יתן ויניחך שמעון הפריץ
והרוצח הגדול לנשני לנשק את בני
ולחבקם בעודני חי ודם חיים׳ ועתה
אהה העבד יגדל נא חסדך עמדי אשר
אם המיתני אחרי בני ל נא תפריד את
נבלתי׳ מעל נבלתי למען תכסה נבלתי
את נבלותיה׳ ואגן עליהם מעוף השמים
כי יאכלו עופות השמי׳ את נבלתי מעל
נבלותיה׳ ולא יאכלו את נבלות בני כי
יסריחו מדי אוכלם את נבלתי ולא יאכו
לאוכלם ואולי יכחנו לקבורה׳ ועשה
יכלחך להפיל פי ולשוני על פני בני
בהשליכך נבלתי על נבלותיה׳ ואדביקם
ואנשקם ואני מת אחר אשר לא יחננני
האויב לנשקם והם חיי׳ ואני חי׳ וראה
איך העשה בעניך שלא יפריד את נבלתי
שמעון האכזר מעל נבלי בני ובזה אמצא
חן בעיניך ואם יוצרי שמעון הרוצח
להפריד את פגריהו לא יוכל להפריד את
נשמותינו כי אחרי אשר אקבל משפטי
זה על ידי שמעון האכזר בעולמי זה
הגה אבטח ולא פחד כי תשוערת יי
היה

securis ad amputanda filiorum capita posita erat, conversus eidem dixit: accede & Simeonis, domini tui, mandatum celeriter exequere filiosque coràm patre securi percute, ut crudelem istum ictum, qvô filii mei è medio tolluntur, audiam; tibi verò hæc omnia remitto atqve condono; sicuti enim invitus hæc audio & video, ita tu præter voluntatem tuam percutis atque interficis: utinam Simeon, grassator ille & homicida maximus, tibi permitteret, ut filios meos adhûc superstites vivus osculari & amplecti possem! nunc itaque te servum istud rogo beneficium, ut, si me post filios meos interfeceris, illorum cadavera à meo haud separes, sed permittas, ut corpus meum illorum corpora contegat eaque à volucribus cœli defendat, quò meum cadaver super illorum cadavera projectum ipsæ priùs absumant nec filiorum meorum corpora dilanient, nam, interea, dum aves meum comedent corpus, filiorum meorum cadavera putrescent nec volucres cœli eadem ampliùs dilacerare cupient, forsitàn illa sepulturam posteà nancisc entur: tu verò, quando corpus meum super illorum provolves cadavera, id operam da, ut os lingvamque meam super faciem filiorum meorum projicias, quò illos amplecti & osculari possim etiam mortuus, postquàm inimicus meus mihi vivo vivos illos osculari haud permisit; diligentiam quoqve adhibe, ne Simeon iste crudelis corpus meum à filiorum meorum cadaveribus divellat, hanc quæsò mihi exhibe gratiam. Tandem, etiamsi homicida iste, Simeon, corpora nostra separare voluerit; ipse tamen animas nostras disjungere haud poterit, nam, posteaquàm hanc pœnam Simeoni tyranno in hoc mundo dedero, certò spero nec ullus dubito, quin Deus in altero seculo, in lumine vitæ æternæ, animam meam servaturus sit. Dein filii ejus, cùm hæc audissent verba, acerbissimè fleverunt, ipse quoqve simùl cum illis in maximum fletum erupit; posteà filios suos sic allocutus est: cur

lacrymas profunditis, filii mei, cur animos veſtros dolore conficitis, jam ſatis ploravimus, ecqvid enim lacrymæ nobis proſunt? præcedite, ô filii mei! vos enim oculorum meorum lumina eſtis, ego ponè ſubibo, qvàntum vires ac robur corporis mei permittent; exſpectate me pauliſper, ego citò vos conſeqvar, ſenum quippe animæ celeriùs currunt & aſcendunt ad alterum illud ſeculum, ad lumen vitæ æternæ, quàm juvenum, juvenum quippe animæ, (7.) qvando à corporibus ſuis ſeparantur, terrenâ gravique materiâ inquinatæ atqve oneratæ ſunt, quoniam illarum finis nondum advenit, ut à corporibus ſuis naturaliter ſejungantur; aſt ſenum animæ leves ſunt admodùm, nam in ſenectute tempus adeſt, quô anima à corpore ſeparatur; quapropter etiamſi vos præceſſeritis, ego tamen voſmet aſſeqvar, quia vos celeritate vincam: nunc itaque nihil facere poſſum, quoniam Deus in eas me tradidit manus, unde reſurgere nequeo, nempe in manus tyranni iſtius, qvi canitiei meæ non parcit nec ullâ juventutis & adoleſcentiæ veſtræ miſericordiâ movetur: licèt autem vos juvenili robore polleatis, ego verò juventutis & adoleſcentiæ viribus deſtituar; in me ipſo tamen atque animâ meâ ſpem poſitam habeo, quòd vos aſſeqvar (8.) atque anima mea veſtras complectetur animas & ſimùl omnes in lumine vitæ Dominum, Deum noſtrum, intuebimur: & qvamvis aſpectu veſtro jam ſatiari vosque in hoc mundo ampliùs videre non poſſim; in altero tamen ſeculo exſatiabor, cùm imagines veſtræ expergiſcentur, (9.) quia oculis hiſce meis pulchritudinem animarum veſtrarum coram intuebor, vos etiam viciſſim animæ meæ ſplendorem videbitis; currite jam filii mei,

תהיה לנשמתי בעולם אור החיי׳ וישאר בניו את קולם ויבכו בכי גדול בשמעם את דבריו ויבך גם הוא עמהם מאד מאד ויען עוד ויאמר לבניו הוי בני למה תבכו ולמה אינע לבבכם רב לנו לבכות כי מה יועיל הבכי לנו לכו לכם בני לפני ואהם הם דמאיוי׳ עיני ואני אבואה אחריכם לפי אילותי ונחי דכו לי מעט ואשיגה אתכם כי נפשות הזקני׳ חמהרנה לרוץ ולעלות לעולם לאור החיי׳ ויחר מנפשות הבחורי׳ כי נפשו׳ הבחורי׳ עת תפרדנ׳ מגויותיהיגה יבדרי בבוכר הטומר העב אש׳ הגה מטונפי׳ בו כי לא הגיע קצן להפרד ממנו בשבע ואמנם נפשות הזקני׳ קלות מאד כי בזקנה עת ההכרד׳ לנפש מהגוף ולכן אם הלבו לכנים אני אשיגכ׳ כי ארוץ יותר מכם ׳ ועהה אין לאל ידי לעשות דבר כי נתנני יי׳ בידי לא אוכל קום הם ידי האבור הזה אשר לא יהום על שיבתי ולא ירחם על בחוריתיכ׳ ולדותיכ׳ ואתם בני אם כח בחורי׳ לכם וממני הדל כח הבחרי׳ והילדו׳ אאמין בעצמי ובנפשי כי אשיג אהכם ונפשי הדבק בנפשותיכ׳ ונאור יחד כלנו באור החיי׳ את יי׳ אלהינו׳ ואם לא אוכל עהה לשבוע מראי׳ פנים ולא אוסיף עוד לראותכם עד עולם שמה אשבעה בהקיץ תמונתכם כי עין בעין אראה

(7.) Nota hic opinionem Judaicam de ſenum juvenumque animabus à corpore ſolutis, confer. num. ſeq. 8. it. infrà h. lib. 6. c. 44. n. 15.

(8.) Vide quæ paulò antè num. 7. h. cap. annotata ſunt.

(9.) Sic verba Pſalmi 17. verſ. ult. juxtà ſenſum autoris noſtri hic interpretari volui; genuinam explicationem vide apud Commentatores & interpretes Chriſtianos.

mei, & abeuntes hoſpitium nobis quærite idque in longum tempus præparate, utinam ego vos præcedere & habitaculum illud mihi ac vobis invenire & inſtruere poſſim! nam Deus novit, quòd animo lubentiſſimo vos præcedere cupiam ad præparandum hoſpitium; ſed tyrannus iſte id mihi concedere recuſat, ecqvid amplius facere poſſum? Nunc igitur, filii mei, dum viam iſtam ante me ingreſſi fueritis & ad vitæ æternæ hoſpitium veneritis, incolæ ejus locum vobis optimum pro lubitu veſtro aſſignabunt nec vos aſpernabuntur, quia juſti eſtis nec in Deum peccaſtis, quemadmodum ego feci, ſi ego vos antecederem, cœlicolæ illi me propter peccata mea averſarentur, quoniam Simeonem homicidam in ſanctam iſtam Domini urbem introduxi, qui mala innumera ei intulit, cujus flagitia omnia mihi non immeritò imputantur, dum illum intrà oppidum iſtud recepi, in quo ipſe improbitate ſua Sanctuarium Domini contaminavit ac profanavit. Cœterùm caſus iſte, qui mihi ac vobis, nempe patri & filiis, accidit, haudquaquam vos, filii mei, in admirationem trahat, neque enim is novus eſt in hoc mundo, nam & anteà idem tempore Sacerdotum Haſmonæorum contigit ſcelere & improbitate Antiochi impii, qui ſeptem juvenes Iſraëlitas coràm eorum matre interemit; illi verò abeuntes locum hoſpitii ſibi ac matri ſuæ in lumine vitæ apud Dominum, Deum noſtrum, præparârunt: ea mulier fuit Hanna (10.) juſta ac pia, quæ ſeptem filios ſuos cum gaudio & lubenti animo præmiſit, quos ipſa quoque poſteà ſecuta eſt, fœmina integritate vitæ conſpicua, cui à Domino ea obtigit miſericordia, ut unumquemque ex filiis ſuis antè mortem ſuam complecteretur & oſcularetur, qui etiam omnes, antequàm morerentur, ſe invicem complexi & oſculati ſunt; ſic cuncti pro populo Domini ejusque fœdeer

אראה בנועם נפשותיכם והראו גם אתם בנועם נפשי׳ ׳ונא בני ולכו ומצאת׳ לנו מלון והקנתם אחור לארך ימי׳ ומי יתן והלכתי אני לפניכם והבירותיו ותקנתיו לי ולכם ואח׳ ידע כי בכח מאודי חפצתי ללכת לפניכם להבין את המלון והאצור לא רצה בזה ומה יש עוד בידי לעשות ׳ ועתה בני אם הלכו נא לפני בדרך הזאת ובאת׳ למלון ההיים הרם אנשי המלון ההוא יתנו לכם מקו׳ למלון טוב כחפצכם ולא יתעבו אתכם כי אתם צדיקים ולא חטאתם ליי׳ כמוני ׳ ואם אני הם יתעבוני לפי רוע מעשי על אש׳ הבאתי את שמעון הרוצח אל עיר יי׳ הקדושה הזאת והרע לה עד בלי די ומעשיו הרעי׳ בלם גם עלי נחשבים בהחשב׳ עליו כי אני הביאותיו פה לטמא ברשעו ולחלל קדשי יי׳ ׳ ואתם בני אל התמהו על מקרה זה שיקרה לאב עם בניו לי ולכם כי לא הרשה היא זאת בעולם וכבר נעשתה זאת מלפני׳ בימי הכהני׳ החשמונאי׳ ברשעת אנטיוכו׳ הרשע אשר הרג שבעה בחורי׳ מבחורי ישראל לפני אמם וילכו ויבינו מקום מלון להם ולאמ׳ באור החיי׳ את יי׳ אלהינו והאשה הזאת היא הנה הצדקת והחסידה אשר שלחה שבעה בנים לפניה בשמחה ובטוב לבב ואתרי כן ותלכה היא אחריהן ואמנם היא ובתה ויהי לה חסד מאת יי׳ כי היתה מחבקת ומנשקת כל אחד ואחד מבניה טרם יומת וגם כל אחד

(10.) Vid, ſupra apud autorem noſtrum lib. 3. c. 5. n. 2.

re ac lege mortem obierunt, quorum mater id videns coràm illis gaviſa eſt; dein ipſa quoque filios ſuos ſecuta ad lumen illud magnum valdè læta abiit, de qua Pſaltes dixit: (11.) mater filiorum lætans. Atque illi quidem, crudelitate regis Macedonis, Græci incircumciſi, interempti ſunt, cùm priùs ab eo facultatem impetrâſſent, ut ſe invicem ac matrem ſuam, antequàm vitam finirent, amplecterentur & oſcularentur; ſed nos crudelitate Simeonis, qui Iſraëlita vocatur & Abrahami fœdus in carne ſua gerit, (12.) interficimur, à quo facultatem impetrare non potuimus colligendi & recreandi animum noſtrum, antequàm moriamur, nec permiſit, ut antè obitum nos invicem oſcularemur; atq; utinam, filii mei, nos ſimùl cum ſeptem illis fratribus ac matre in eodem habitaculo degere poſſimus! nam manſionem illorum glorioſam & honoris plenam eſſe puto, qvia cuncti ſimùl mater & filii in juſtitia & pietate mortui ſunt ac licèt tantam prærogativam conſequi & ad eorum habitaculum pervenire non poſſimus; iisdem tamen haud inferiores, ſed vicini erimus, quia etiam nos in vitæ integritate & innocentia noſtra (13.) mortem oppetimus ac pro lege Domini ejusque fœdere ultimum ſupplicium, qvô nos tyrannus iſte impius ſine ulla miſericordia afficit, ſuſtinemus, quapropter bono, bono, inqvam, animo ſitis, filii mei chariſſimi & exoptatiſſimi, abeuntes feſtinate ad hoſpitium noſtrum, ut ab improborum iſtorum conſortio ſeparemur, (14.) ne propter

אחד מהם היה מרחק ומנשק את אחד
שהם יומת וימותו כלם על עם יי ועל
בריתו ועל התורה ואמם ויואה ושמחה
בהם ואחרי כן הלכ' היא אחרי בניה
אל האור הגדול בדם שמחה ועליה אמר
המשורר אם הבנ' שמחה. והמה נדרגו
באכזריות מלך מקדון הערל היוני ואמנ'
עם זה היה להם השיון מנגד לנשק
ולחבק זה את זה ולנשק את אמם טרם
מותם אמנם אנחנו נדרג באכזריו' שמעון
הדוקח אשר יכונה בשם ישרא' ובריח
אברהם בבשרו ולא יחננו השב רוחנו
ולא ישיבנו לנשק זה את זה טרם מותנו
ומי יתן בני והייתם גם אנחנו אני ואתם
במלון אחד עמה' כי מלין נכבד הוא
מלותם כי מתו כלם ראמ' והבנים
בצדקה ובחסידות. ואם אנחנו לא נוכל
להגיע למעלת לבא אליה' אל מלונם
הנה לא נהיה שפלים מהם כי נהיה
שכני להם אש' גם אנחנו בתומתנו
ובעונותינו נמות ועל תורת יי ובריתו
נשפט כמשפט מורת ואכזר רשע בלתי
הומל יפגע בנו. לכן נחמו נחמו בני
ויקרי ומחמדי עיני מהרו נא ולכו ובאו
אל מלוננו וגרם מעדת הפריצי' הרשעים
הזה

(11.) Vid. Pſalm. 113. verſ. ult. conſer. etiam ſuprà dict. lib. 3. c. 6. n. 2.

(12.) Circumciſio hic ab autore noſtro intelligitur.

(13.) Ita vertere volui, quod in Hebræo hic legitur: בעונותינו i. e. in iniquitatibus noſtris; ubi errorem deſcribentium ſeu typothetarum ſubeſſe & pro בַּעֲוֹנוֹתֵינוּ legendum puto בַּעֲנוּתֵינוּ i. e. in humilitate ſive abjectione noſtra, vel, ſi prior lectio retineatur, dictio illa בעונות ſenſu Judaico intelligenda erit de pœna propter peccata irrogata, quæ tanquam כפר ſeu expiatio pro peccatis ſoluta hominem abſolvit, ſicuti Judæi exiſtimant; ſimile ferè in Sacra legitur Scriptura ubi dictio חטאת interdum pro ſacrificio pro peccato ſumitur, vid. Exod. cap. 30. v. 10. Ezech. c. 45. v. 23. Eſr. c. 6. v. 17. & alibi, conſer. & 2. Corinth. c. 5. v. 21.

(14.) Reſpicitur hic ad locum illum Numer. c. 16. v. 21.

propter illorum peccata animas noſtras eodem exitio involvamus, dum vos hinc abibitis, & Jonathanem, Sauli Iſraëlitarum regis filium, habebitis obvium, qui de ſtatu noſtro vos interrogabit, ei totius rei veritatem narrate; is ipſe Jonathan, decorus & amabilis (15.) Deo ac Davidi, Iſai filio, qui in montibus Gilboæ coràm patre ſuo pro Domino ejusque populo interfectus eſt, ſi vobis obviam iverit & de populo Dei vos interrogaverit, (16.) eadem ei reſpondebitis, quæ & ego patri ejus Saulo, ſi is mihi occurrerit ac me de eadem re interrogaverit, dicam, nempe verba iſta: notum tibi ſit, Saule, qui primus fuiſti rex Iſraëlis & Judæ, quòd populus ille, coràm quo aqua maris rubri ætate Moſis, prout benè nôſti, diviſa eſt, in quo etiam ſubmerſi ſunt illi, qui gentem Iſraëliticam perſecuti ſunt, & propter eam tanquàm lapis in profundum deſcenderunt, (17.) is, inquam, populus, cui nubes cibum, nempe manna cœleſte, deſuper ſtillârunt, cui rupes terræ, quæ ſub cœlo eſt, aquam ad potum emiſerunt, ut gens iſta ali & ſuſtentari poſſet, cujus paſtores fideles, Moſes & Aaron, nubibus cœli unà cum populo illo tecti fuerunt, ne ab inimicis ſuis conſpici poſſent, (18.) cui (19.) Sol ipſe in Gibeon ſtetit tempore Joſuæ, ut is ſine ullo hoſtium metu ac timore ſalvus & intrepidus transiret, ecce is ipſe populus hodiè involutus eſt turbine improborum & ſceleratorum graſſatorum, quorum tres duces illis auxilium ferunt, nam Eleazarus cum graſſatoribus Hieroſolymitanis per inſidias homines è medio tollit, & Johannes Galilæus cum latronibus Judæis ac Galilæis juſtos & pios perdit eosque clàm interficit; Sime-

הלה פן נספה בנשמותינו בעונ' ור יה
בלכתכ' בדרך יפגוש אתכם יהונתן בן
שאול מלך ישרא' וישאלכם על אודותינו
הגידו לו האמת והוא יהונתן הנעים
והנאהב ליי' ולדוד בן ישי והצד הוא
נהרג בהרי הגלבוע לפני אביו על יי
ועל עמו כמו שקרה לכם וכי יפגשכם
וישאלכ' בעבור עם יי' ואמרת' ליהונתן
בן שאול את אשר אומר אני לשאול
אביו כי יפגשני וישאלני על ככה אומר
אליו כדברי האלה ידוע הרע שאול
הראש למלכי ישרא' ויהודה כי העם
אשר ידעת כי נבקעו מי ים סוף
מלפני' בימי משה דועם ונבעו בים
סוף העם אשר רדפו אחריהם וירדו
במצולותיו כמו אבן בגלגל והשחק' אשר
ממעל הרעיפו להם מן לאכול והארץ
אשר מתח' צוריה הוציאו להם מים
לשתו' להות להם למחיה ורועיהם
הנאמני' משה ואהרן עמהם יחבסו בענני
שמים למען לא יביטו בהם אויביה' וידו'
השמש בגבעון בימי יהושע לעבור בו
בלתי נגוע ופחד מאויב ובלתי צוער
וסער הנה הם הומם הזה נבוכי בסערת
רעות הפריצי' החטאי' והרשעי' ושריהם
ג' המחזיק' בחזיה והנה אלעזר עם
פריצי ירושלם יאריבו נפשות ויהונן
הגלילי

(15.) Innuitur hic locus, qui 2. Samuel. cap. 1. v. 23. habetur.

(16.) En egregii floſculi Rhetorici & Proſopopœiæ à Judæo interpolatore hîc adducta!

(17.) Reſpicitur hîc ad Exod. c. 15. v. 5.

(18.) Nempe, ne ab hoſtibus ſuis lædi & malo affici poſſent.

(19.) Nimirùm popu'o Iſraëlitico, de quo vid. Joſ. c. 10. v. 13. & ſeqq.

Simeon autem cum militibus Idumæis, qvi quondam servi nostri fuerunt, omnia vastat & delet atqve illorum improbitas Hierosolymis valdè crevit: ista dicetis justis illis, qui antè me & vos corporeis soluti vinculis ad alteram migrarunt vitam, qui mortem vitæ prætulerunt propter populum Domini ejusque Sanctuarium, ne dedecore afficerentur neve impuritate gentium illarum, quæ & Deo & populo ejus inimicæ fuerunt, contaminarentur. Præterea hæc sanctis illis, qui Mattathiæ, Johannis, summi Sacerdotis filii, Hasmonæi ætate mortem ideò oppetierunt, ne die Sabbathi pugnarent, dicite: notum vobis sit, quòd Simeoni, improbo & sangvinario viro, atque Johanni homicidæ, ut & Eleazaro grassatori non satis fuerit, durante Sabbatho Hierosolymis arma capere & mutua cæde sævire; sed etiam quòd die Sabbathi Sacerdotes Domini in Templo ejus & super Sanctum illius altare interfecerint: hæc dicta dum audiet Jechonias, valdè ingemiscet, quòd Simeon iste in populum Domini imperium exerceat & quòd propter illum Hierosolyma, urbs sancta, vastetur ac Templum incendatur, quia Jechonias tale facinus non perpetravit; sed vitam suam mortis periculo objecit, ne Templum Domini destrueretur. (20.) qua in re melius fecit, quàm Sedecias, (21.) nam propter Jechoniam Templum Domini & urbs sancta destructionem & servitutem ignominiosam effugit, dum ille unà cum domo sua captivitatem & exilium amplecti maluit, quàm ut Chaldæi urbem Hierosolymam devastarent; ast Sedecias in improbitate sua perseveravit & spreta jurisjurandi (22.) religione animum suum contrà Domini iram atque furorem obfirmavit nec animi sui superbiam coràm illo deponere voluit, donec Templum Domini propter illum destructum atque ipse

(20.) Vid. 2. Reg. c. 24. v. 12. & infrà h. l. 6. c. 48. n. 13. ibique not.

(21.) Vid. 2. Reg. cap. 25. ubi factum ejus fusiùs narratur.

(22.) Quod juramentum ille Chaldæorum regi præstiterat, vid. 2. Reg. dict. c. 24. v. 20,

ipse in captivitatem abductus fuit, ubi Chaldæi liberos ejus coràm illo trucidârunt eumque oculis privârunt (23.) & in exilium abduxerunt, unde major Sedeciæ, quàm Jechoniæ miseria fuit. Nunc itaqve, filii mei, ego Amithæus, sacerdos & pater vester, minorem existimo meam, quàm Sedeciæ & Jechoniæ, calamitatem: nam Sedecias post filiorum suorum mortem diu opprobrio & ignominiæ expositus vixit; ego verò unà cum vobis abeo, quæ res & mihi & vobis solatio est: dum verò Chaldæorum rex misericordiâ ductus Sedeciæ (24.) alimenta constituit eumque honoravit, posteaquàm ipse liberos ejus interfecerat atque illum oculis privaverat, nonne ei satius fuisset, unà cum filiis suis mori, quàm post illorum interitum vivere? quocircà ista Babyloniæ regis misericordia majorem regi Judæ calamitatem attulit, qvàm mors ipsa, nam si illum interfeciſſet, anima ejus à mœrore & molestia fuisset liberata.

CAP. XLIII.

Posteà Amithæus Sacerdos servo percussori, (1.) qui Simeonis tyranni carnifex fuit, dixit: propera, percussor, & me, dum exoptatissimos filios meos adhûc viventes conspicio, gladiò feri, posteà filios quoque meos celeriter percute & interfice, fortè nos quatuor simùl morìemur, nam præstat mori, quàm urbem Domini ejusque Templum videre tanquàm macellum, (2.) in quo hominum multitudo mactetur. Dein Amithæus Sacerdos ad Deum clamans: Domine fortissime,

(23.) Vid. 2. Reg. c. 25. v. 7. ubi factî istius habetur narratio.

(24.) Imò non de Sedecia, sed de Jechonia sive Joachino, rege Judæ, dicitur, quòd Evilmerodach, Babyloniæ rex, eum honoraverit eique annonam constituerit omnibus diebus vitæ suæ, vid. 2. Reg. c. 25. v. 28. & seqq.

(1.) Vid. quæ de servo isto cap. antec. 42. num. 6. dicta sunt.

(2.) Seu: lanienam, in Hebr. hîc habetur בית משבח, taberna mactatoria sive carnaria, Gall. boucherie.

אל יי ואמר אנא יי הגשגב השוכן
במרום שפוט נא לשמעון כמעשהו אתה
האל הגדול הגבור והנורא ל נא תמית
שמעון הפרץ והרוצח בקרב עם מרעיתך
כי אם בדד ובגדול יהיה מותו במות
המרעי ונחפז ובגדול המתרומו למען לא
יהרה על חטאיו לפניך וישוב אליך טרם
מותו ותקבלהו כי דרכך לקבל שבים כי
הוא בלהי נאות לתשובה והוא דעטא
אשר בחטאו אבד טובה הרבה מביתך
קדשך ותפארתך והאביד והשמיד והשחית
והבריד צדיקיך ועבדיך לכן למען יראו
משפטיך הגאמן בו הכשילהו ולכד בתך
אויביו ובכח מבקשי נפשו הוא ואשתו
ובניו ובנותיו וכל בני משפחתו ואנשי
אהבתו עמו ואל תתן לנפשו גדול עם
עם יי ולא יהיה לו חלק לא עם צדיקיך
וחסידיך בהיכל מקדשך כי לא יאות לו
זה ולא עם הרשעי השבי אליך ותשא
עונם כי חטא והחטיא ובבר ברית שמענו
והיא כרותה מפיך על הכמי ישרל בכל
דור ודור ועל פי כדבי עכוד הוכלין
שמענוה ואת הברית אומרת אשר הטא
לי ושרחטיא את ישרל לא יראה יי
ולא

inquit, qui in excelsis habitas, judica, quæsò, Simeonem istum secundùm opera sua; rogo te, Deus maxime, potentissime atque tremende, ne permittas, ut Simeon iste grassator & homicida in pòpulo pascui tui moriatur, sed solus ac separatus malo leto pereat & mors repentina trepidum opprimat, (3.) ne peccata sua coràm te confiteatur neve ad te antè vitæ suæ finem convertatur & à te recipiatur, (4.) quia pœnitentes in gratiam recipis; iste verò scelestus non est dignus, ut pœnitentiam agat, quippe qui peccatis suis multa bona ex sancta & gloriosa domo tua exterminavit sanctosque tuos ac servos perdidit, trucidavit & exscidit: quocircà ut homines justum tuum judicium in improbo isto videant, fac, ut ipse & uxor ejus ac liberi, ut & tota illius familia atque amici simùl in hostium manus deveniant & ab eis, qui illorum interitum quærunt, capiantur nec improbi istius hominis animæ sortem inter populum Domini tribue, nec cum justis ac piis ullam in sancto tuo Templo habeat partem, quia ille beneficio isto se indignum fecit, nec is peccatoribus, ad te conversis, & qvibus delicta condonâsti, annumeretur, quoniam impius iste non solùm ipse peccavit, sed & alios ad peccandum induxit: jam verò olim decretum, (5.) quod ex ore tuo ad sapientes populi Israëlitici emanavit, quod omni ætate invaluit & quod Sacerdotes, qui in Templo tuo sacra peragunt, narrâsse audivimus, cujus tale est effatum: (6.) quicun-

(3.) Similis ferè imprecatio habetur Psalm. 69. vers. 27. & 28.

(4.) Alia & meliora nos docuit Servator noster, Christus, nempe, ut etiam pro inimicis & persecutoribus nostris oremus, Matth. c. 5. v. 44. & alio, quàm hic Amithæus, animo fuit Stephanus, qui pro lapidantibus sese oravit: κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην, vid Actor. c. 7. v. 60. confer. infra n. 7. h. cap.

(5.) Ita hic dictionem ברית, quæ aliàs fœdus seu pactum notat, vertere volui, idem enim ac גזרה hic significare puto.

(6.) In Talmud. lib. Sanhedrin fol. 107. b. ita legitur: כל החוטא ומחטיא אדת הרבים אין מספיקין בידו לעשות תשובה i. e. quisquis peccat & complures ad peccandum inducit, ei non conceditur facultas pœnitentiam agendi, prout hic locus à D. Wagenseilio in Disputat. R. Jechielis cum Nicolao pag. 19. & in Confutat. libri Toldos Jeschu, pag. 16. adductus reperitur, confer. Id. D. Wagenseil. in Sota cap. 9. Excerpt. Gemaræ 7. pag. 1041. & 1043. num. 8. it. Pirke Avot. cap. 5.

ולא ילך לעולם בארץ החיים כי רשעתו
היא למכשלה לנפשו ולא יהן ל לבו
לשוב אל יי טרם מותו ובעונו והטאו
ימות ולא יודה ליי על רשעו ועל דונו
ועל חטאו ושמעון האבזר הזה בשער
עמך נודע כי חטא והחטיא את ישראל
עד להשחית לכן יהוה משפטו מלפניך
כי ידאה את אשתו ואת בניו ואת ביתו
בידי שוביה ואחרי כן ימות מיתת משוגע
גם יומו במיתי אכזרי יפגעו בו ויתחוללו
ועודנו חי ומרי התגרתו יראו עיניו גלות
ביתו ובניו ובני משפחתו ואנשי אהבתו
הולכי לשבי ולגול ויכיח את משפטו
מאתך ולא יצדק דינך עליו ולא יתמכו
פעלך על נפשו והוה לשה ולקללה לכל
רואיו וידע שמעון כי גדלי טוב מגוללי
אש אני נאספה עם בני אליך ולא נראה
הרבן ביתי מקדשך והוא ימות כנבל
בראבון נפשו לבדו והברת תברת נפשו
ולא יהיה לה חלק באוי הדיי והישועה
להשארות הנשמות ויהי אחרי הדברים
האלה ויאמר עוד אמתי הכהן ל העבר
אשר לשמעון המכה והוצה במצותו לכל
אשר יצוהו להמיתו אמצא חן בעיניך כי
תהרוג את בני בשלח מדר נה והכני
בו בעוד נזל דמי בני ערל ברזל השלח
דהרי ובטרם יחרבו ממנו למען יתערב
דמי בדמי בני ויהיה זה לי למכתי תרופה
ולנשמתי מנוחה והכני נא נכח הדומיי
כי הם יונקמו נקמת דמי ונקמת דמי בני
מאת שמעון האכזר וידעו לי לעדי אשר
שמעון

quicunque in Deum non solùm ipse peccat, sed etiam Israëlitas ad peccandum inducit, is Deum non videbit nec in altero seculo æternæ vitæ particeps erit, quia improbitas ejus exitium adfert animæ nec ejusmodi homo sceleratus in animum suum inducit, ut ad Deum antè mortem suam sese convertat; sed in peccato & iniquitate sua æternùm perit nec delicta atque superbiam & scelera sua Domino confitetur: jam verò cuilibet ex populo tuo notum est, quòd Simeon iste tyrannus & ipse peccaverit & Israëlitas ad pessima & perniciosissima peccata induxerit; quamobrem à te condemnetur, ut uxorem & liberos atque familiam suam ab hostibus in captivitatem abduci videat, & ipse postmodum miserabili ac crudeli mortis genere pereat & vivus in frusta dissecetur, dumque ita dilaceratur, ipse oculis suis domum, liberos, cognatos & amicos suos in captivitatem atque exilium abstrahi cernat & supplicium suum à te quidem provenire agnoscat; non tamen fateatur, justum esse in sese judicium tuum, nec te rectè sibi pœnam irrogâsse; (7.) omnes autem, qui illum conspiciunt, execrentur eum ac detestentur: sic improbus iste Simeon experiatur, quòd sors mea ipsius sorte multo melior sit, dum ego quidem unà cum filiis meis ad te, Domine, migrabo nec destructionem Sanctuarii tui nos simùl videbimus; ille verò tanquam flagitiosus cum mœrore animi solus ac lugens vitam finiet atque anima ejus exscindetur nec cum cœteris animabus, quæ superstites erunt, luminis vitæ & salutis particeps erit. Posteà Amithæus Sacerdos servo illi, qui omnes, quos Simeon jubebat, percutere & interficere solebat, dixit: illud quæsò beneficium mihi exhibe, ut statim atque filios meos gladiò interemeris, me quoque eodem ferrò, dum id recenti filiorum meorum sanguine adhùc stillat, interficias, ut sangvis meus cum filio-

(7.) Idque ideo ei imprecatur Amithæus, ne ille resipiscat & pœnitentiam agat; sed an diræ illæ imprecationes verò Israelitæ conveniant, vid. suprà h. cap. n. 4. ibique not.

filiorum meorum sangvine misceatur atque istud plagæ meæ sanatio & animæ meæ quies sit. Prætereà rogo te, ut me Romanis inspectantibus percutias, nam illi mei filiorumque meorum sangvinis vindictam de Simeone tyranno capient ac testes mihi erunt, quòd Simeon iste sceleratus suppliciò de me sumpto eisdem monstraverit, me illorum fuisse amicum, utinam ab initio Simeoni, viro isti sceleratoac sangvinario, ita inimicus fuissem, sicuti Romanis extiti hostis! utinam perinde amicus fuissem Romanis, atque improbum istum amore complexus sum! utinam statim ab initio contrà crudelem hunc Simeonem eo, quò contrà Romanos, modò pugnâssem & Simeonis grassatoris istius ac homicidæ crudelitatem & audaciam repressissem eumque è populo Domini exterminâssem! Posteà Amithæus, cùm hæc dixisset, Deum omnipotentem, cujus nomen sit benedictum, suppliciter rogavit hunc in modum: ô Deus cœlorum, Deus maxime ac fortissime, terribilis ac potens, qui sublimis in excelsis habitas, aperi quælò oculos justitiæ tuæ ac vide & judica inter me & Simeonem grassatorem & homicidam, qui in populo tuo maxima perpetravit mala, dum gentis illius, quam possides, pios ac nomen tuum timentes interfecit eorumque sangvinem in sancto atque glorioso Templo tuo ideò effudit, quia scelera ejus & flagitia graviter reprehenderunt, propera nec differ judicium tuum propter sanctos tuos, qui interfecti sunt, nam judicia tua recta & justa sunt. Dum hæc omnia Amithæus Sacerdos locutus est, Simeon tyrannus & grassatorum dux qvatuor grassatores crudeles advocavit, quorum tres totidem Amithæi filios, ipso (8.) inspectante, interfecerunt; quartus autem grassator Amithæum Sacerdotem, illorum patrem, gladiò interemit; (9.) sic ipse unà cum filiis suis mortuus est atque filiorum sangvis,

(8.) Nempe: Amithæo, filiorum istorum patre. (9.) Vid. Josi[illegible] i E, it[illegible]me pag. 245.

sangvis, cum paterno commixtus, unum effecit rivum: dein Simeonis grassatoris servus, qui ejusdem carnifex & instrumentum pernicioſum fuit, accurrit atque Amithæi sacerdotis cadaver super filiorum suorum cadavera projecit, sicuti illum Amithæus, dum vixit, rogaverat; posteà Amithæi & trium filiorum ejus cadavera interfecta suprà murum projecta fuerunt. Ejusdem Simeonis tyranni jussu etiam Ananias, (10.) Sacerdos, qui ex præclarorum atque præstantium sacerdotum genere Hierosolymis ortus erat, interfectus fuit ejusque cadaver super Amithæi ejusque filiorum cadavera provolutum jacuit. Per idem tempus Aristhæus (11.) scriba sapientum populi Israëlitici interemptus est, qui etiam nobili genere (12.) Hierosolymitano prognatus erat; is eodem in loco, quo Amithæus Summus Sacerdos steterat, Simeonis mandato interfectus est, ac furore crudelissimi istius tyranni, (qui nullius misericordiâ ducebatur, cujus cor lapidem æquabat duritie,) sublatus est: idem homicida decem (13.) viros probos ex illius (14.) genere & familia interfici jussit, quia Aristhæi scribæ, qui inter illos præcipuus erat, mortem defleverant. Cùm itaq; Simeon grassator viros illos probos omnes interemisset & homines qvidam nobiles ac divites ex magnatibus Hierosolymitanis atq; viris, præclaro genere ortis, prætereuntes vidissent, quomodo homines illi, justitiâ ac probitate conspicui, à Simeone homicida interfecti essent, illi subito pavore consternati sunt eosque tremor ac dolor, tanquam fœminam ex partu laborantem, invasit atque inter se dixerunt: quousque tolerabit Deus improbitatem Simeo-

(10.) Fuit is Ananias Masbali filius, de quo vid. Joseph. l. 5. de Bell. Jud. c. 33. & Egesippus l. 5. de Excid. Hierof. c. 22. ac Josippi Epitome dict. pag. 245.

(11.) Confer. hic Josephus, Egesippus & Josippi Epitom. loc. alleg.

(12.) Josephus dict. l. 5. c. 33. scribit, quòd Aristhæus iste ex Ammaunte genus duxerit.

(13.) Quindecim viros primarios ex populo Judaico interemptos fuisse scribit Josephus dict. l. 5. c. 33. cui etiam Egesippus l. 5. de Excid. Hierosol. cap. 22. & Josippi Epitom. pag. 245. consentiunt.

(14.) Nempe Aristhæi, de quo hic sermo est.

Simeonis, graſſatoris iſtius & homicidæ? (15.) usq; quò ſcelera in populo Domini & in ſancto hoc loco ab ipſo perpetrata videbit ac tacebit, nec ſanguinem juſtorum & piorum in populo ſuo requiret eorumque vindictam de improbo iſto ſumet? Hæc verba cùm à nonnullis graſſatoribus excepta & ad Simeonem tyrannum delata eſſent, iidem viri nobiles ab illius ſervis eodem die etiam comprehenſi & ipſius mandatò occiſi ſunt: ſic duo & quadraginta morte occubuerunt, qui omnes ſapientiâ, prudentiâ, nobilitate ac præclaro genere conſpicui erant Hieroſolymis. Poſteà undecim viri (16.) ex primoribus & nobilibus Hieroſolymitanis prætergreſſi ſunt; hi, dum Simeonis tyranni crudelitatem & ſævitiam, quâ duo & quadraginta viri, juſtitiâ atque integritate vitæ inſignes, interfecti erant, conſpexerunt, ſublatis in cœlum oculis dixerunt: quousque Domine, Deus Iſraëlis, iram tuam differs in puniendis illis, qui voluntatem tuam transgrediuntur? Quæ res cùm etiam ad Simeonem delata eſſet, ipſe eosdem quoque comprehendi juſſit atque illos manu ſua gladiò interfecit. Poſteà Eleazarus, Ananiæ Pontificis filius, graſſatorum dux, dum vidit, improbitatem graſſatorum, Johannis & Simeonis, ſociorum ſuorum in urbe Sancta indies creſcere & à Simeone, homine crudeliſſimo, pios atque juſtos viros ex urbe deleri nec ullam amplius ſpem ſupereſſe, ipſe mœnia arcis, (17.) quæ Hieroſolymis erat, cum militibus ſuis occupavit eamq; ingreſſus cuſtodiæ cauſa inſedit. Judas autem Chiliarcha, (18.) qui in urbe Hieroſolyma turrim quandam cuſtodiebat, cùm vidiſſet, quàm crudeliter Simeon graſſator viros probos, qui in urbe erant, tractâſſet, ad ſumma aſcendit mœnia, & Romanos, ut ad ſe venirent, rogavit, ſi fortè hac ratione nonnulli, qui in urbe Hieroſolyma adhùc ſuperſtites erant, ſervari & à Simeonis ac Johannis improbitate & crudelitate liberari poſſent: quocircà Judas cum mille militibus, (19.) qui cum eo erant, ad Romanos profugere voluit; (20.) aſt illi verbis ejus fidem non habuerunt, quia putârunt, hæc ab illo per fraudem dici, nec crediderunt, ſincerò animò ac bona fide Romanos ab illo vocatos eſſe; quamobrem neque Judæ neque militibus ejus auxilium tulerunt nec ullam eorundem rationem habuerunt. Simeon autem tyrannus re cognita præcepit, ut Judas Chiliarcha unà cum mille militibus ſuis interficeretur; quò factò eorum cadavera cum cœteris piorum hominum interemptorum corporibus extrà murum è regione Romanorum projecta fuerunt; (21.) dein Simeon, graſſator ille crudelis, Romanorum duces inclamans: en, inquit, Judæos, qui ad vos transfugere conati ſunt, accipite illorum cadavera, ut vobis ſint teſtes eisque opem ferte, ſi illa ad vitam revocare poſſitis, vel cœteros, qui adhuc ex illis in urbe ſuperſtites ſunt, adjuvate, ſi quidem eos ex poteſtate noſtra eripere poſſitis.

וימיתו גם הפה ביו׳ ההוא ויהיו ושנו׳
על גבה ארבע׳ ושנים כלם הכמים
וכולם נבוני׳ ובלם שוע׳ם וכלם מיקרי
המשפחות היקרות אשר בירושלם׳
ואחרי אלה׳ עכיו אחד עשר אנשים
מגדולי ירושלם ומשוע׳ה וירא את רע׳ת
שמעון ואבור אשר הרג ארבעים ושני׳
איש הצדיק׳ על לא חמס בכפיהם
וישאו עיניה׳ ל מרום השמים ויאמרו
י׳ אלהי ישרא״ל עד מתי האריך אפך
לעוב׳י רצונך ותגר הדבר לשמעון ויצו
ויתפשם וכם הוא בידו לפי חרב׳ וירא
אלעזר בן ענני הכהן הפורץ בי רבר׳
בשע׳ת הפרי׳ם יוחנן ושמעון חבוש
בתוך העיר הקדושה׳ וכי שמעון
האבו׳ השמיד ובלה את החסידי׳ והצדיקי
מן העיר ואין עוד תקוה׳ ויתפוש את
חומת המצודה אשר בירושלם עם אנשי
וילך אליה׳ וישב בה לשמה׳ ויוא
יהודה שר האלף אשר בעיר יהושלם
שומר המגדל את אשר עשה שמעון
הפרין לצדיקי העיר ויעל על ראש החומה
ויצעק ל הרומי׳ לבא אליו אולי יצולו
את יהר הפלטה הנשאר׳ בירושלם מרעת
שמעון וויחנן׳ וימלט ויהודה אליהם עם
אלף

אלף אנשים אשר אתו ולא האמינו
הרומי׳ את דברי יהודה שר האלף כי
חשבו אשר בערמה דבר להם ככה ולא
ידעו כי בתום לבבו ובאמונה צעק אליה׳
ולא באו הרומי׳ לעזרת יהודה ולעזרת
אנשיו ולא פנו אליהם׳ ויצו שמעון
האבור וירגו את יהודה שר האלף ואת
אנשיו השלשה וישלחו את פגריהם עם
פגרי אויבי׳ הצדיקים ל מחוץ לחומת
נבח הרומי׳ ויקרא שמעון הפריץ האבור
את שרי הרומים ויאבור אליהם רנה׳
היהודי׳ אשר בקשו לנאת אליכם קחו
לכם את פגריהם וידעו לכם לעדים
ועודו להם אם תובלו להחייתם או עודו
לנשארים בעיר מהם אם תוכלו למלטם
מידינו׳

(15) Idem refertur in Joſippi Epitome. pag. 246.
(16.) Idem narrat Egeſippus dict. l. 5. c. 22. circà fin. vid. etiam Joſippi Epitom. pag. 245. & ſeq.
(17.) Hebr. המצודה, ſic in noſtro codice; poſſet hic intelligi arx Sionis, quam τὴν ἄκραν nominat Joſephus lib. 5. de Bell. Jud. cap. 15. alleg. Joh. Lightfoot. in Chorograph. Matthæo præmiſſa cap. 22. ſed verius puto, arcem Maſſadam hic innui; quæ tamen non Hieroſolymis, ſed ſatis procùl ab illa urbe ſita erat: nam & Joſephus l. 6. de Bell. Jud. c. 30. & Egeſippus lib. 5. de Excid. Hieroſ. c. 52. referunt, Eleazarum cum aſſeclis ſuis ſeſe Maſſadam contuliſſe, fretum loci munimine, ac Maſſada Hebræis מצורה dicitur. de qua vid. ſuprà l. 5. c. 9. num. 3. quamvis eadem arx infrà h. lib. 6. c. 56. n. 22. & num. 24. מצירה nominetur, in Joſippi Epitome pag. 246. ſcribitur, quòd Eleazarus à facie Simeonis fugerit אל בצורה i. e. in Bozra, uti Munſterus ibi tranſtulit; ſed erratum eſſe & pro בצורה ibidem מצורה legendum puto, conſer. infrà dict. c. 56. n. 22. ibique not.

(18.) Hebr. שר האלף, Latinis dicitur tribunus militum; ſed Græcam dictionem hic retinere malui, ut Hebræum melius exprimerem, confer. Joſeph. l. 5. de Bell. Jud. c. 34. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 5. c. 22. in fin.
(19.) Joſephus dict. lib. 5. c. 34. ſcribit, Judam iſtum decem ex fideliſſimis ſuis convocâſſe eisq; crudelitate graſſatorum propoſita ſuaſiſſe, ut ad Romanos transfugerent.
(20.) Ita verbum ישלי, quod hic habetur, ad propoſitum ſeu conatum potius, quàm ad effectum referre & interpretari volui, quod etiam ſequentia evincunt.
(21.) Confer. hic Joſeph. lib. 5. de Bell. Jud. c. 34. & Egeſipp. l. 5. de Excid. Hieroſ. c. 22. in fin.

CAP. XLIV.

גוריון הכהן אבי יוסף הכהן הכתב הספר הזה לישראל לזיכרון להם לעדות ולמוכחת היה בעת הזאת אסור בבית אסורי ובכבלי ברזל במגדל אחד מגבולי ירושלם והוא זקן בא בימים בן מאה ושלש שני' ואין בא אלו אל המגדל ואין יוצא ' ובעת ההוא בא יוסף בנו מול החומה מהחוץ נכח המגדל אשר בו היה אביו גוריון הכהן אסור אז שמע ויבץ מעט ל ההומה לדעת את שלום אביו ומה יעשה בו ' ויעבור יוסף קרוב להומת המגדל ההוא ועיניו צופות אל המגדל אשר היה בו אביו אסור שמע אולי יראה פני אביו בעד הלונות המגדל אז בעד מקומות יוות החצי אשר הוו במגדל ותחמהו וידבר על לבו ויודיעהו אשר הוא חי ומרי עבור והוא צופה למעלה אל המגדל ההוא ושליבו עליו הפריצ' אבני ידים ותביאהו אבן יד גדולה על ראשו והכהו ויפול לארץ מעל מרכבתו והפריצים ראו כי נפל יוסף מעל מרכבתו ורצו להרוג אליו ויגידו הדבר לטיטוס ויכהר טיטוס ויצו את גוריון ללכת שלו להצילו בטרם וישגו אחרו הפריצ' ויעשו הומות באשר צוה טיטוס

PEr idem tempus Gorion, facerdos, pater Jofephi, facerdotis, qui iſtum librum Iſraëlitis ſcripſit, ut illis teſtimonio ac monimento eſſet, catenis vinctus (1.) & compedibus ferreis conſtrictus in turri quadam Hieroſolymitana detinebatur; erat autem ille tunc temporis valdè ſenex, centum & tres habens annos, * atque adeò arctè cuſtodiebatur, ut nemo ad turrim illam accedere aut inde exire poſſet. Eodem tempore Joſephus, illius filius, ad mœnia procùl è regione turris iſtius, in qua tunc pater ejus, Gorion facerdos, vinctus detinebatur, venit & paulò propiùs ad murum acceſſit, ut comperiret, an pater ejus adhùc ſalvus eſſet & quid cum illo ageretur: poſteà Joſephus ulteriùs progreſſus propè murum turris iſtius venit atque oculis ſuis turrim illam, in qua pater ejus captivus erat, perluſtravit, ſi qua fortè ratione per feneſtras vel per ea turris loca, è quibus ſagittæ emittuntur, patris ſui faciem conſpicere eumque ſolari ac blandè compellare atque illum certiorem facere poſſet, ſe adhùc vivere; ſed, dum ipſe propiùs accedebat & ſublatis oculis turrim illam circumſpiciebat, Judæi graſſatores lapides manuales (2.) in eum conjecerunt, è quibus ingens qvidam in illius caput provolutus eſt, (3.) cujus ictu ipſe è curru ſuo in terram cecidit; graſſatores autem, cùm Joſephum è curru cadentem conſpexiſſent, celeriter à mœnibus ad illum deſcendere voluerunt: ſed Titus re cognitâ militibus ſuis præcepit, ut quantò poſſent ſtudiò properantes Joſephum eriperent, priusquàm graſſatores illum

(1.) Vid. Joſeph. lib. 5. de Bell. Jud. c. 33. in fin. & Egeſipp. l. 5. de Excid. Hieroſ. c. 23. ac Joſippi Epitom. pag. 246.
* Confer. ſuprà h. lib. 6. c. 38. ſign. *
(2.) Sic אבני ירים i. e. lapides, qui manibus tolluntur ac projiciuntur, hic vertere volui.
(3.) Confer. hic Joſeph. de Bell. Jud. lib. 5. c. 35. & Egeſipp lib. 5. de Excid. Hieroſ. c. 23. it. Joſippi Epitom. pag. 246.

טיטוס ולבו אליו ויקימוהו וידוקדו וינהלוהו לאט וסובבוהו ממעל ומסביב במגניהם מפני החצים והאבני' אשר דוו יורי' עליו הפריצים מעל החומה ויצילוהו הרומי' ולא מת ' והפריצ' ברוצם ללכוד את יוסף כי נפל הריקו הרועה גדולה ואם יוסף היתה או בת שמוני' ותשע שנה והיא יושב' בבית שמעון הצבוע אשר היה קרוב למגדל אסוריה בבלתי בבלי כי לא יהנוה לצאת מן הבית ובשמעה את קול התרועה ושם יוסף עם התרועה והשל מה קול התרועה הואת באוני בשם יוסף ויגידו לה לאמר אשר עלי בנה יוסף הריקו הפריצים כי יצאו ללכדו על אשר דובה ונפל מדמרכבה ותרץ אם יוסף בן גוריון והיא מן הבית אשר היתה בו אסור והעל על החומה באלו היא בת ארבע עשר שנה והשם את שחי ידיה על ראשה והפרע את ראשה ושערותיה לבנות כשלג מהולחלות עד אזנה ותשא את קולה בבכי ונהי וקול נהי והאמר נגד כל שומעיה כרבים רשה עד ואת הרעה הרגע התחלתי ובה היה הקיתי אשר קויתי לחיי' אתרי מות בני יוסף מאור עיני ומשת המאור הגדול לי ולא אזכה לראותו ולקברו והלא התחלתי והקויתי היתה כי הוא יקברני ובשיבתי יכלכלני ועל צעדי ואבלי אשר ראיתי בני משפחתי נשמדו ונשחתו על ידי illum caperent. Romani itaque Titi juſſum exequentes ad Joſephum venerunt eumque erexerunt & confirmârunt atque leniter deductum ſcutis ſuis deſuper & circumcircà à jactu ſagittarum atque lapidum, quos Judæi graſſatores è mœnibus in ipſum projiciebant, defenderunt: ſic Romani Joſephum ſervârunt & à mortis periculo liberârunt. Graſſatores autem, dum ad Joſephum, qui ceciderat, capiendum properabant, maximum clamorem ſuſtulerunt: Joſephi autem mater tunc temporis quinque & octoginta compleverat annos (4.) & in Simeonis tyranni domo, quæ turri vicina erat, captiva ſedebat, ſed vinculis ſoluta, quoniam domo egredi non poterat; hæc cùm clamorem & ſimùl cum eo Joſephi nomen audiſſet, ſciſcitata eſt, quid clamor iſte & nominis Joſephi mentio ſibi vellet? poſtquàm ei renunciatum fuit, quòd propter ipſius filium, Joſephum, graſſatores tantum ſuſtuliſſent clamorem, illos enim egreſſos eſſe, ut ipſum caperent, quoniam lapide ictus è curru ſuo cecidiſſet, tunc mater Joſephi, Gorionis filii, curſu ſeſe proripuit è domo, in qua captiva detinebatur & tanquam puella quatuordecim annorum ad mœnia ſcandit atque ambabus manibus capiti ſuo admotis velamentum detraxit; (capilli autem, qui ad cingulum usque propendebant, nivem æquabant albedine,) & in lacrymas, lamenta (5.) atque acerbiſſimum fletum prorumpens coràm omnibus adſtantibus & audientibus hæc protulit verba: (6.) eone calamitatis pervenit expectatio mea? hæccine extitit ſpes mea, ut morti filii mei, Joſephi, qui lux oculorum meorum fuit, ſuperſtes eſſem? occidit mihi lumen illud amabile nec digna ſum habita, ut eum aſpicerem atque ſepulturæ traderem; nonne ſperavi & exſpectavi, fore,

(4.) Confer. ſuprà h. lib. 6. cap. 384 ſign. * ac Joſeph. lib. 5. de Bell. Jud. c. 35. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. c. 23.
(5.) Idem refert Joſephus dict. lib. 5. de Bell. Jud. cap. 35. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 5. c. 23.
(6.) Confer. hic Egeſipp. de Excid. Hieroſ. lib. 5. c. 23.

re, ut ille me sepeliret & in senectute mea me sustentaret? in omnibus enim afflictionibus & calamitatibus meis, dum familiares & cognatos meos à grassatoribus istis occisos ac perditos vidi, mecum cogitavi, hic filius meus solatio mihi erit? nunc autem quid agam? nemo enim ex omnibus filiis meis, quos peperi, ullum mihi adfert solatium, quia inimici & hostes Dei tàm grassatores qvàm gentes octodecim filios meos perdiderunt, ecquid igitur aliud jam mihi supereſt, quàm ut mortem expetam, nam vitæ prorsùs tædet? quomodo ullum admittere possum solatium, dum filium meum interfectum esse percipio, nec tamen illum sepulturæ tradere possum? utinam hoc ipso momentô mortem obire mihi liceat! non enim ullô vivendi desiderió ampliùs teneor, postquàm filius meus, Josephus, mortuus est, utinam simùl cum illo mori atque eundem hac ipsa veste, quâ induta sum, velare possim eo modo, quô duo homines eodem velamento contegi solent! utinam simùl cum ipso eo in loco, quô ille nunc jacet, dormire mihi liceat! dein Josephi mater ulteriùs progressa suprà mœnia ad turrim (7.) usque venit & supinas ad cœlum manus protendens maximo & acerbissimo planctu dolorem atque luctum suum testata est, subinde clamans atque hæc ingeminans verba: mi fili, Josephe, fili, fili! qui primus uterô meô egressus es, ubinam es? loquere quæsò mecum atque animum meum mœstissimum solare. Hæc cùm grassatores audissent, qui suprà mœnia stabant, ludibrio eam ac deridiculo habuerunt: Romani autem, qui infrà erant extrà urbis mœnia, cùm illius clamorem audissent & à Josepho didicissent, quòd anus illa ipsius esset mater, ad vocem ejus illacrymârunt (8.) & propter mœstitiam animi ejus maximum ceperunt dolorem; Judæi quoque,

ודי הפריצי אמרתי זה ינחמני ועתה מה אעשה ואין מנחם לי מכל בני אשר ילדתי כי השחיתו לי הצוררי והאויבים לי בין הפריצי והגוי שמונה עשר בני ומה יש עוד לי לעשות חק לשאול המות כי לא אתפרן עוד בחיים ואיבה אוכל להנחם אשר אראה כי מת בני ואין לאל ידי לקברו מי יתן לי׳׳א אמותה ברגע כי לא חפצתי לחיות אחרי מות בני יוסף ומי יתן ואמותה עתה עמו ואבוסנו בבגדי אשר על בשרי באשי ובמה בגר את לשני בני אדם והיינו אני והוא שוכבים יחד באשר ישכב הוא׳ והעל עוד אם יוסף ער׳ והתומה עוד אשר באה אל המגדל והפרוש בפיה השמומה והצעק בקול גדול ומר והגדיל צעקתה והמר נפשה מאד מאד והיא צועקת מרה וקוראה ואומרת בני יוסף בני בני פט רחמי בני איכה דבר נא על לבי ונחמני והפריצים השומעים לה היו שוחקי׳ ומלעיגי עליה והמה עומדים על החומה׳ והרומים אשר מלמטה מחוץ לחומה׳ כשמעם את קולה ויגד להם יוסף כי היא אמו בכו לקולה ויתאבלו על מריות לבה וגם היהודים אשי׳ בירושלם בלעדי הפריצי בכו לקולה׳ מאד מאד רק כי הוו מסתיים את בכים פן יראום אנשי שמעון האכזרי׳ ותאמר אם יוסף לפריצי׳ אשר אחה אל החומה למה זה לא תהרגוני אותי הלא אני ילדתי את יוסף בני אשר הרגתם

(7.) De qua suprà dictum fuit, in quo marius ejus, Gorion, captivus detinebatur.

(8.) Febant Romani, insultabant sui, apud socios crudelitas, apud hostes misericordia, inquit Egesippus lib. 5. de Excid. Hierosol. cap. 23. in fin.

הרגתם אותו והלא אני הניקותיהו משני שדי אלה והלא אני גדלתיהו ובחיתיהו ושפחתיהו ואתם אויבי יי׳ כליהם אותו עם שאר צדיקי יי׳ ועתה׳ למה זה החיוני ולא׳ המיחתני ישפוט יי׳ ביני ובינכם אש׳ הרגת׳ על לא חמס את׳ בני׳ ואומרו הפריצי אליה והלא בידך הוא להפיל את נפשך עתה מעל החומ׳ ולמות והרשיון נתון לך ממנו למה לא תעשי כן והרומיים יקבלוך ויקברוך בכבוד כי אנחנו יודעי׳ אשר את אם יוסף הכהן מיודעם ואהובם והעגם והאמי׳ אליה׳ הוי אויבי יי׳ ואיך אעשה אני את הרעה הגדולה הזאת כי אסגץ בעצמי ואמצב את מותי בידי ואנוס את נשמתי לצא׳ מגויתי בטרם יבקשנה ארוניה והלא ידוע הוא לכל בעלי דעת אשר הנשמה היא היותר חכמה מכלל הנשמות ובי יאנסה בעליה להוציאה בבלתי הסכמת הטבעים על כן הנשמה הזאת נשמות ונאבדת ואין לה יהרון ושאירית ואיך אעשה אני בעצמי זה המעשה ונשמתי חבור במקיה העולם ופגעיו ולכל זמן ועת לכל חפץ תחת השמים׳ ובי תאמרו מה יהרון יהי לי כי ההרגוני אתם כי גם ברחיצתכם תאנס נשמתי לצאת ולא יסבימו הטבעים אשר לגויתי על ככה אמרתם שוא ושקר וכוב דברתם כי יהרון רב יש בין שני הטבעים ואם שניה׳ כאחר רע׳ כי אתם הרגתוני אני לא אבהל ולא אחפו ע׳׳י דבר

(9.) Nempe: Deus, qui vitæ mortisque dominus est.

(10.) Sic cum autore Vulgatæ versionis Latinæ hic interpretari voluit locum, qui Ecclesiast. cap. 3. vers. 1. habetur, vid. ibid. præ aliis R. Salom. not.

interrogaveritis: quænam utilitas ad me perventura sit, si non ego, sed vos me interfeceritis, quoniam etiam, dum vos me occidetis, anima mea ex corpore egredi cogetur, naturâ ad id non consentiente; ego verò respondeo, vos falsò istud dicere atque mentiri, quia multum sanè discriminis est inter utramque mortem, (11.) etiamsi ambæ æquè acerbæ sint ac malæ: nam, si vos me interfeceritis, ego nequaquàm propterea timore perterrita contremiscam, (12.) sed rationem mentemque meam obfirmabo, ut locum mansionis cœlestis mihi proponam atque viam, per quam anima mea migratura est, mecum reputem maximòque studiò in id intenta sim, quo animæ meæ separationem à corpore considerem; tunc corporis mei consvetudinem deseram & ab actionibus istius vitæ requiescam nec naturam meam ulla ratione prohibebo, quò minùs in mortem consentiat atque omnes animi mei sensus & cogitationes colligam ac contraham, ut Domino, Deo nostro, penitùs adhæream: nam, dum ordinem rerum naturalium mente mea contemplabor, anima mea à corpore soluta discedet eo tempore, quo in consideratione mundi superioris (13) occupata ero, ibi mens (14.) mea defixa stabit ibique acquiescet & ego semper cum Deo ero atque illius pulcritudinem & decus cum cœteris justorum animabus, quarum unaquæque suo in loco erit, contemplabor; ast, dum me ipsam interficere volo, ecce propositum illud meum, quomodo nempe manum mihi adferam mortemque consciscam, mentem meam à consideratione ac contemplatione sua distrahet,

דבר ואאמין את שכלי להמות לי את
מקום מלוני ולשער דרך הנסיעה לנשמתי
ולהתעסק בעסק הפרד מגויתי ומעזוב
או את הנהגת גופי ויניחנה ולא אמנע
הטבע' אשר לי דבר מלהסכי' על רמות
ואקבץ ואכלול את רעיוני ואת מזמותי
כלם לדבקה בי' אלהינו כי אעין בעין
הדעה את סדר הנמצאים ותפרד נשמתי
מגויתי ע"ת אגיע בעין העולם העליו'
ושם יעמוד שכלי ושם ינוח והייתי עם
וי' תמיד הוזה בנעמו עם יחר נשמורת
הצדיק' איש איש על מקומו ואם אני
אפגע בעצמי הנה דמיוני איכה אפגע'
בעצמי לרמיה את עצמי יבטל שכלי
מרעיונו ויבהלו מעיונו וטבעי' גויתי לא
הסכימו כלם על ככה אחרי אשר שכלי
לא התעסק במלאכ' הפרד' נשמתי מגויתי
אבל עודנו מחזיק בהנהגת גופו ולא
יסבי' למעשה הדמיון המשו' לי וימנע
הטבע' אשר לי מהסכים על ההפרדה
לנשמתי ואמות ונשמתי עודנה בגויתי
והיה מבוהלת על מעשה שכלי אשר
הגיעהה הסערה הגדולה מסער' המות
בשלי ולזה היה חק כל עם וגוי מכל
הגוים אשר לא יקברו כל הפוגעים
בעצמם ויסיתו את נפשם בידם כי אין
שארית לנשמתם ואין להם עוד חלק
בתחיית

(11.) Sive: inter utrumque mortis genus, nempe inter naturale ac violentum, quod quis manibus suis sibi accersit.

(12.) Quæ hic à Judæo Judaicè adducuntur rationes & argumenta, Philosophis atque Theologis examinanda relinquo: solidiora sanè & firmiora contrà αὐτοχειρίαν jam suprà h. lib. 6. c. 20. n. 4. adducta sunt argumenta; videntur autem rationes istæ, quæ hic adducuntur, à Judæo interpolatore allatæ esse, cum nec Josephus Græcus nec Egesippus ullam hoc loco earum faciant mentionem.

(13.) Id est, in alterius seculi seu vitæ cœlestis contemplatione.

(14.) Sive: intellectus seu ratio, nam Hebræum שכל hæc significat.

het, unde cogitationes ejus turbabuntur nec omnes corporis mei vires naturales in propositum istud consentient, dum mens mea in consideranda animæ meæ separatione à corpore non est occupata, sed adhûc corporis sui consuetudine detinetur nec actui contemplationis, quæ mihi utilis est, affixa erit, atque ita natura mea distrahetur, ne illa in separationem animæ meæ consentiat. sic mortem obibo & anima mea adhûc in corpore remanebit (15.) ac mens mea propter facinus istud turbata erit, dum maximus mortis instantis metus illam invadet eamque turbinis instar commovebit: propterea etiam apud cunctas gentes & populos consvetudine receptum est, ne illi omnes, qui sibi ipsis violentas manus attulerunt mortemq; sibi consciverunt, sepulturæ tradantur, (16.) quia animabus eorum nulla superest spes salutis, nec partem habebunt in mortuorum resurrectione; nam sepulcra, quibus defuncti conduntur, iis solùm tribui solent, qui naturali morte (17.) vitam finiunt, & propter hanc causam, ne scilicet demortuorum cadavera dolore & luctu cognatos ac propinquos superstites afficiant (18.) Judæi eorum omnium, qui apud illos defuncti sunt, corpora igne comburunt, imprimis si is, qui apud suos magno in honore fuit, mortem obierit; hoc ipsum quoque ideò faciunt, (19.) ut locus evitetur, cujus aspectu defunctorum memoria ac desiderium excitari possit apud eos, qui demortuos lugent, ne subitò ad planctus & lamen-

בתחיית המתים כי הקבורה אשר יקברו
בה האנשי' לפגר המתים אשר ימותו
להם· ואם הרצון הוא למען לא יעודו
הנבלות הזה אבל לקרובים אשר לזה
ישוקו היהודי' את כל אשר ימות ביניהם
והוא נכבד במשפחתו גם למען ישמרו
במקום יכבדו את המתאבלי' עליה' לקונן
ולבכות ול יעורו פתאום וזה חק בכל
עם זולת עמי' מעטים· גם למען הסר
באשת הנבלות הזה מלהשחית את האויר
הנשאף לחיים וימותו דחיים בו מצד
פועל החוק אשר יגיע בין החיים בטבע
וזה חק כולל לכל העמים אשר תחת כל
השמו' הנה עם זה יש אות אחר לקבורה
באלו עפר הנקבר ההוא יהין אדרי ימים
לקבל דוה חיים כמלאכ' התחיה הידועה
לאלהי הרוחות לכל בשר והשוב עוד
רוח חיים בו כי יצבור ויקרץ ויגבל
להומר נרון על ידי עושי המלאכה אשר
המה עושים כה על פי יי· וכי לא יהין
איש לקבורה והיתה נבלתו לעוף השמי'
ולבהמות הארץ ולא ישוב עפר הגויה
ל הארץ כשהיה והרוח השוב ל האלהי'
אשר נתנה הנה או לא יתכן לחומר
הגויה·

(15.) Atqui mors nihil aliud est, quàm animæ separatio à corpore, quomodo igitur anima ejus, qui mortem obit, adhûc in corpore remanebit, prout hic dicitur? nisi illud fortè de animæ, à corpore solutæ, affectionibus & inclinationibus corporeis intelligere velis, quibus a ima gravetur, ne ad cœlestia scandere possit quæ Ethnicorum quorundam & Judæorum fuit opinio, vid. quæ suprà h. lib. 6. cap. 42. num. 7. notata sunt.

(16.) Vid. suprà h. l. 6. c. 20. n. 17. ubi hac de re plura.

17.) Ità hic verba illa: אשר ימותו להם vertere volui, ac mors naturalis hic opponitur voluntariæ, qua quis sibi ipsi violentas manus adfert, Judæi recentiores mortem naturalem vocant מיתה טבעיית, cui opponitur מיתה מקריית, vid. R. Abarban. in Præfat. libri Jud. fol. mihi 40. b.

(18.) Hic prima ratio adducitur, cur Judæi defunctorum corpora combusserint.

(19.) Altera hic adfertur ratio, ob quam Judæi aliæque gentes defunctorum cadavera combusserint.

הגויה הזוא דרך האמיפה והההכנה לקבל
קבלת התורה אם לא אחרי המורה
למות יעפרו עליה' ומנים שוני והמתעים
מפל זה דבים המעוזרים והמרמיקים
ההכנה לקבלת התוזיה לא יספרו מרוב
בכל דור וזה סוד יי לויאוי' ואחם ערת
הפריצים לא תדעוה ולא תבינוהו כי
בבהמות אתם נחשבי' ואשר יגלה פתרונו
לכם הלא הוא חוטא בנפשו' ובשמוע
הפריצים עוד את דבריה לעגו עליה'
וישנאו את טעם דבריה המשבוע לנשמות
החכמי' בשובע שמחות את פני אור
החיי' לזחול וצחוק' ותוסף עוד לבכות
עד בכי למולה כל מחנה רומי' ורבים
מהיהודי' החסידים הנוחים בירושלם
בכי לקולה כי שמעו את דבריה וכי
נתנו את לבם אחרי תכמת' ויוסף
הכהן בן גוריון דברן הזה שומע את
קול דברי אמו מדברה ל הפריצי בקול
גדול והוא למענה לארץ מזרץ למחנה
גגדה.

lamenta commoveantur; atque mos iſte apud omnes gentes, paucis admodum exceptis, invaluit. Præter illam hæc quoque cauſa eſt, (20.) nempe, ut fœtor cadaverum removeatur, ne aër, quem vivi hauriunt, corrumpatur eoque homines abſumantur propter halitum noxium, qui vivorum naturam inficeret; (21.) hæc itaque conſuetudo apud omnes in univerſum populos, qui ſub cœlo ſunt, ſervatur. Alia inſuper ratio eſt, cur defunctorum cadavera terrâ contegantur, (22.) nimirum ut indicetur, quòd homo, qui per ſepulturam in pulverem redactus eſt, poſteà recipiet ſpiritum vitæ in mortuorum reſurrectione, quæ Deo, cujus in manu ſunt omnes omnium creaturarum animæ, nota eſt, tunc ſpiritus vitæ ad pulverem illum redibit, quia is (23.) denuò colligetur, compingetur ac ſubigetur inſtar luti, quod illorum, quos Deus operi huic perficiendo deſtinaverit, manibus fingetur ac formabitur: ſi verò defunctus non ſepeliatur, ſed cadaver ejus volucribus cœli & beſtiis terræ dilacerandum projiciatur nec corporis ejus pulvis in terram, unde erat, revertatur; ſpiritus tamen ad Deum, qui illum dedit, redibit: (24.) ac licèt pulvis & lutum corporis illius minùs aptum videatur, ut ad vitam recipiendam congregetur ac colligatur; iſtud tamen certò fiet poſt varias mutationes & longa temporum ſpatia, quamvis multi ſint, qui fidem illam de reſurrectione mortuorum ac vita denuò recipienda non admittant, ſed eam procul removeant, quorum tanta ubique eſt multitudo, ut ea numerari non poſſit; ſed iſtud Dei arcanum (25.) apud illos eſt, qui eum

(20.) Tertia ratio, cur defunctorum corpora comburi vel terræ mandari ſoleant.
(21.) Ita locum hunc ſatis difficilem, ſi quidem corruptus non eſt, interpretari volui.
(22.) Quarta ratio, cur defunctorum cadavera comburantur vel terræ mandentur.
(23.) Nempe: pulvis ille ſeu cinis defunctorum corporum.
(24.) Reſpicitur hic ad Eccleſiaſt. c. 12. v. 7. ubi vide ſis Commentatores.
(25.) Hebr. זה סוד יי, ita hic in noſtro codice; reſpicitur autem ad Pſalm. 25. v. 14. ubi autor veteris Vulgatæ locum hunc ita vertit: firmamentum eſt Dominus timentibus eum, idque juxtà Lxx. interpretes; quamvis etiam verſio, juxta

נגדה' ויהי בשמעו את קולה והיא עוד
על התומה ויתאמץ ויהאזר ויקרב עוד ל
התומה וגבורי הרומיים סובבי' עליו
במגניה' ומסתירים אוהו לכסותו פן
יפגעו בו אבן או חץ מעל התומה'
ויען יוסף ויאמ' לאמו ל תראי אמי כי
נמלטתי מידי הפריצים ולא נתנני יי'
בידיהם אבל מי יתן ומחי היום הזה
בטרם אראה שרפת האכל יי' ואבדן עמי
כי הנפשו' אשר בקרבנו הלא הן נחש וח
באסורי' אשר במשמר ואשר תצאנה
מגויהנו בהסכמת טבענו ורצון שכלנו ל
מקום מלן הנשמה הנשארת להפשי תצא
ואוי תצאנהן מאפלה לאורה ותאוינה
באור החיים את יי' אלהינו' והיועצים
הדעים אשר היו מיעצי' לך אמי הקדושה
לפגוע בעצמך ולהרוג את נפשך בידך
כי היו אומרי' לך אשר הרשיון נתן לך
להפיל את נפשך מעל האדמה לארץ
למות שמעתי דבריהם ושמעתי תשובתך
אליהם וידעתי בטרם שמעי כי זאת תהיה
תשובתך וחלילה לאם יוסף ולאשת
גוריון

um timent; vos autem grăſſatorum turba, illud ignoratis nec intelligitis, quia brutis ſimiles eſtis &, quisquis ſecretum iſtud vobis revelaverit & explicaverit, is in ſeipſum injurius erit & peccabit. Aſt graſſatores, dum hæc ejus verba audiverunt, multo majori ludibrio eam habuerunt & dictorum, ab illa prolatorum, ſenſum, qui ſapientum animos lætitiâ corâm facie luminis vitæ implet, in riſum & jocum verterunt: illa verò in fletus & lamenta iterùm erupit adeò, ut univerſa Romanorum caſtra, quæ ex adverſo poſita erant, ad lacrymas commoverentur; multi quoque Judæi probi, qui Hieroſolymis erant, ad lamentabilem vocem ejus, cum verba ab illa prolata audiviſſent eaque prudenter ſecum conſiderâſſent, fleverunt. Joſephus autem Sacerdos, Gorionis filius, cùm matris ſuæ verba, quæ illa magna ac clara voce ad graſſatores protulerat, audiſſet, (quia ipſe extrà Romanorum caſtra infrà mœnia è regione matris ſuæ ſtabat) denuò ad murum, ubi mater ejus adhùc lamentabatur, obfirmato animo ſpretoque periculo acceſſit; (26.) Romani verò milites ſcutis ſuis illum circumderunt ac protexerunt, ne Judæi ſagittas vel lapides è mœnibus in eum jacerent. Joſephus igitur matrem ſuam compellans: ne metuas, inquit, mater mea, nam graſſatorum manus evaſi, nec me Deus eorum poteſtati tradidit; ſed utinam hodiè mihi mori liceat, (27.) priusquàm incendium Templi Domini & populi mei exitium conſpiciam! certè animæ noſtræ corporibus incluſæ tanquàm in carcere detinentur; ſi verò è corporibus noſtris, natura & ratione noſtra conſentiente, egreſſæ fuerint ad locum cœleſtis habita-

juxtà illum ſenſum, qui hic habetur, non ſit rejicienda, quia dictio סוד utrumque, & firmamentum & arcanum notat, hoc poſteriori ſenſu etiam ſumpſit & expoſuit R. Day. Kimchi in notis ad dict. Pſalm. 25. v. 14.
(26.) Vid. Joſeph. l. 5. de Bell. Jud. c. 35. & 36. atque Egeſipp. lib. 5. de Excid. Hieroſol. c. 24.
(27.) Cui dulce fuerat antè patriam mori & pro patria, dum ſalutaria ſuadet, procumbere, verba ſunt Egeſippi dict. l. 5. c. 24.

bitaculi, tunc verâ fruentur libertate & è tenebris ad lucem evadentes in lumine vitæ coràm Domino, Deo noſtro, ſplendebunt ; hominum autem iſtorum improborum, qui tibi, mater ſancta, conſilium dederunt, ut tibi violentas manus adferres ac te ipſam interficeres, (quia dixerunt, in arbitrio tuo poſitum eſſe, ut temet ipſam è muro in terram dares præcipitem & vitam finires) horum, inquam, improborum hominum verba tuamque ad illa reſponſionem audivi ; probè autem noveram, antequàm illam perciperem, quòd iſta ſis reſponſura : ſed abſit quàm longiſſimè à matre Joſephi eademque Gorionis uxore, ut ambulet in conſilio impiorum, (28.) proinde, quantum poteris, mater mea, graſſatorum iſtorum jugum tolera ac temet illis ſubjice nec fato (29.) & temporum viciſſitudini, quam mutare non potes, repugna ; illi interibunt, nos autem permanebimus.

גזרון מלכת בעצת רשעי הלכן אמי סבלי את עול הפריצי באשר תוכלי סבול והכנעי להם ואל תלחמי עם מקרי הזמן אש' לא תוכלי למשלם והמה יאבדו ואנחנו נעמוד׳

CAP. XLV.

EOdem die viri nonnulli unà cum uxoribus, liberis ac familiâ ſua Hieroſolymis egreſſi ſunt, nam repulſis graſſatorum cuſtodibus, qui portas urbis tuebantur, oppidò exierunt & apertis portis ad Romanorum caſtra venerunt, (1.) quia famem ſimùl & graſſatorum improbitatem amplius ferre non poterant; ii omnes viri erant apud Hieroſolymitanos fide ac dignitate conſpicui, quos Joſephus Sacerdos probè noverat, &, quoniam maximo cum vitæ ſuæ diſcrimine Hieroſolymis egreſſi erant, Titus unà cum principibus ſuis eos ſingulari clemencia excepit : nam Joſephus affirmaverat, illos ex magnatibus & nobilibus Hieroſolymitanis eſſe, quapro-

ביום ההוא יצאו אנשי' עם נשיהם ובניה' ושפם מירושלם כי גברו עליהם אנשי משמר׳ הפריצי׳ אש' בשער העיר ויפתחו את השער ויצאו מהעיר ויבואו על מחנה הרומיי כי לא יכלו לסבול עוד הרעב עם רעת הפריצים׳ והמה היו בעלי אמונה ומעלה בירושלם ויכירם יוסף הכהן וכי יצאו מירושלם ויעמדו על דם נפשם תמל עליה׳ טיטוס וישרו מאד מאד אף כי העיד עליה׳ יוסף אשר הם

(28.) Reſpicitur hic ad Pſalm. 1. verſ. 1. ubi vide præ aliis R. Dav. Kimchi not.

(29.) Ita hic dictionem מקרי potius vertere volui, quàm caſum ſeu fortunam, vid. ſuprà h. lib. 6. c. 20. n. 13.

(1.) Vid. Joſeph. l. 5. de Excid. Hieroſ. c. 24. ac Joſippi Epitom. p. 247.

הם מגדולי ירושלם ומשועיה ויקבלם טיטוס וישרו וינהלם ויתנו להם מחיה ומזון ומאכל ומשתה וכי מהם לא יכלו לפתוח פיהם לאכול כי כחשך להיה׳ מרוב ימי הרעב ובבוא ל קרבם הלחם היו מהם והילדים הקטנים בראותם את הלחם הי׳ נופלין עליו ונושכין אותו בשיניה׳ ולא יכלו לטוחנו בם ויגעו ומהו והלחם בפיה׳ ויראו טיטוס כי דמה מהם באכלם את הלחם אשר מרוב ימים לא אבלו לחם ויתמול עליה׳ ויצר לו על ככה מאד מאד ויאמר טיטוס ל יוסף מה אעשה לעמך אשר דמה מהם באכלם את הלחם ואת המזון׳ ויענהו ויאמר יוסף בן גזרון שיר לאמר אדני כה ראיתי אשר באשר יצום אדם ימים באים ואחר יבוא ל מקום לאכול הנה ראוי הזהר׳ לשתות מעט מהלב השם מבושל או סולת מבושל בחלב עז ואולי בזה יתחזקו מעיו בנחת מעט ואחר יכנה לאכול לחם׳ וכה יעשו הילכי המדבורת כי ויקו מעיה׳ במעוט דאוכל כאשר ישובו ל הנקומות הנושבי׳ כאשר יוכלו לאכול כרצונם ויצו טיטוס את עכדיו ויעשו כדבר יוסף ויחי רבים מהיהודי׳ ורבים מהם מהו ברלוך מעים׳ והיהודי׳ אשר יצאו מירושלם ל מחנה הרומיים מיראתם מהפריצי׳ הד בולעי׳ וזב

quapropter Titus ſimùl cum ducibus ſuis eos benignè excepit & in caſtra deduxit atque illis alimenta, cibum ac potum, præberi juſſit; ſed multi ex illis ne ora quidem ſua ad comedendum aperire poterant, quia diutina fames maxillas eorum effecerat flaccidas atque macilentas & ſtatim ac panis ſtomacho exceptus fuit, homines interierunt (2.) ac parvuli, dum panem conſpexerunt, avidi in illum involârunt; ſed quia dentibus ſuis eum mandere & comminuere non poterant, moribundi prociderunt, pane adhùc illorum ori inhærente. Titus autem, dum vidit, quòd panem comedendo morerentur, quia longo tempore nullum guſtaverant, eorum miſertus & gravi dolore affectus eſt; qvamobrem ad Joſephum converſus dixit : ecquid faciam populo tuo, qui panem & cibum capiendo moritur? cui Joſephus, Gorionis filius, reſpondit : illud, Domine, experientiâ didici, ſi quis per aliquot dies neceſſitate coactus nihil comederit & poſteà ad locum, ubi cibus propoſitus eſt, venerit, ecce utile admodum & conveniens erit, ut ab initio paululum lactis, tritico excocti, bibat (4.) vel etiam ſimilâ cum lacte caprino cocta veſcatur, & ſi hac fortè ratione viſcera ejus vires aliquas receperint, tunc ad panem accedere eoque veſci poterit; idem faciunt etiam illi, qui per deſerta iter fecerunt, quorum viſcera cibi penuriâ evacuata ſunt, poſtquàm ad loca culta atque oppida, ubi pro lubitu ſe cibo reficere poſſunt, reverſi ſunt: quò cognitò Titus ſervis ſuis præcepit, ut Joſephi conſilium exequerentur, quò etiam multi Judæorum ſervati ſunt; non pauci tamen viſcerum ejectione interierunt. Cœterùm Judæi, qui ob graſſatorum metum Hieroſolymis egreſſi erant

(2.) Idem referunt Joſephus, Egeſippus & Joſippi Epitom. loc. alleg.

(3.) Cœpit oneri eſſe cibus, qui prius uſui erat, deſuetisque edendi officiis miniſterium feriabatur, inquit Egeſippus dict. l. 5. c. 24.

(4.) Confer. hic Joſephus, Egeſippus ac Joſippi Epitom. loc. cit. in dicta Joſippi Epitom. p. 247. refertur, quòd Joſephus Tito reſpondens id conſilium dederit : ſi Judæis שחרורית שלשלת ſ. c. potus ventris ſolutivus (prout Munſterus ibidem vertit) detur, fortaſſis vivent.

ad Romanorum castra, aurum, argentum, uniones & gemmas deglutiverant, ut pretiosa ista à grassatorum rapina servarent & occultarent, (5.) dum verò Judæi illi omnes, qui in Romanorum castris adhûc superstites erant, & pane ac cibo vesci poterant, foris exibant, ut more cunctorum hominum ventrem, natura id flagitante, exonerarent, illorum qvilibet solus ac separatim sedens, peracto naturæ opere, excrementum suum perscrutabatur, ut aurum & gemmas, quas deglutierat, inveniret, (6.) quodcunque igitur ex pretiosis illis per alvum egestum erat, id ipsi accipiebant & occultabant atque istud Judæi, qui apud Romanos erant, quotidiè faciebant; ast nonnulli Syrorum & Arabum (7.) cùm factum illud Judæorum vidissent, suo quisque commilitoni id narraverunt ac consilio inito Judæis insidias struxerunt eosque clàm deprehensos exenterârunt (8.) & in illorum visceribus aurum ac lapides pretiosos invenerunt; qvamobrem Arabes & Syri se invicem cohortati, ut Judæos eo modo tractarent, multos ex illis eviscerârunt (9.) adeò, ut numerus eorum, qui à Syris & Arabibus tàm miserè excarnificati erant, ad duo millia ascenderet: (10.) sed Titus, cùm facinus istud, à Syris & Arabibus in Judæos perpetratum, audivisset, vehementer indignatus est ac præcepit, ut omnes, qui flagitium istud commisissent, comprehenderentur & interficerentur eorumque bona Judæis superstitibus, qui occisorum hæredes forent, addicerentur; militum autem tàm Syrorum, quàm Arabum, qui ob facinus istud mandato Titi interempti sunt, sex millia fuerunt. Posteà ejus-

(5.) Vid. Joseph. dict. l. 5. c. 36. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 24. ac Josippi Epitom. p. 248.
(6.) Illud sanè est ex stercore aurum, juxtà proverbium.
(7.) Idem referunt Josephus & Egesippus ac Josippi Epitome loc. alleg.
(8.) Cruentis manibus eviscerârunt ventris secreta, verba sunt Egesippi dict. l. 5. c. 24.
(9.) Misera fames auri nihil sequendum putat, nisi quod ad præsens lucrosum, nihil honestum, quod pecuniæ vacuum, scribit idem Egesippus loc. alleg.
(10.) Consentit Egesi pus dict. l. 5. c. 24 sed Josippi Epitome pag. 248. mille virorum solùm meminit.

ejusdem Titi jussu omnes Romanorum duces convocati & ad dandum consilium congregati sunt, ubi dum arma illorum auro obducta, nonnullorum etiam baculos, (11.) quos manibus suis gestabant, gemmis ornatos conspexit, eisdem præcepit: auferte, inquiens, ab armis vestris aurum (12.) nec baculos vestros gemmis ornate, quicunque vestrûm imperio meo non paruerit, is morte mulctator; nam aurum ac gemmæ Syros & Arabes impulerunt, ut pessimum istud facinus & abominandum scelus in miseros illos & afflictos Judæos, qui Hierosolymis egressi nostræ sese fidei commiserant, perpetrarent: sed Deus exercituum animum nostrum excitavit, ut miserorum illorum ultionem de improbis istis caperemus eosque ad mortem condemnaremus; Judæorum quippe Deus Dominus est cœli & terræ, qvi omnia justè judicat, ipse valdè terribilis est, ecquis à facie ejus profugere potest? Cuncti itaque duces, qvi in Titi castris erant, cùm hæc audissent, illius mandato obtemperârunt & aurum ab armis atqve gemmas à capitibus baculorum, (13.) quos duces gestare solebant, removerunt. Per idem tempus Syri & Arabes, qvi in Titi castris adhûc supererant, (14.) illius jussu expulsi sunt, nec ullus Syrorum aut Arabum facinus istud intrà Romanorum castra in Judæos amplius commisit; sed extrà illa si fortè Arabes aut Syri Judæum qvendam, ab hominum conspectu procùl remotum ac solum, deprehenderunt, eum clàm interfecerunt atque aurum, qvod visceribus ejus inclusum erat, extraxerunt; ex Romanis

(11.) Hebr. שרביטים, sic in codice nostro, quam dictionem communiter vertunt: sceptra, hæc qui gestant σκηπτοῦχοι Græcis dicuntur, vid. infr. h. cap. n. 13.
(12.) Josephus dict. lib 5. c. 36. rem paulò aliter narrat, ubi vide sis, confer. etiam Josippi Epitom. p. 248.
(13.) Hebr. שרביטי שרוך, sic in nostro codice, quæ vertere possis juxtà Hebræum: sceptra seu baculos principatus, quibus etiam nostris temporibus duces belli & imperatores uti solent, German. Regiments-und General-Stäbe / Gall. bastons des Generaux & Mareschaux, confer. suprà h. cap. num. 11. & infrà h. lib. 6. cap. 50. num. 13.
(14.) Nempe præter illos, quos Titus interfici jusserat, de quibus paulò antè.

manis verò nemo exiit, qvi Judæis ullum intrà castra malum inferret, exceptis nonnullis improbis, qvi facinus istud à Syris & Arabibus didicerant, (15.) illi, si qvem fortè Judæum procùl à castris & hominum auxilio remotum ac solum nacti sunt, eum interfecerunt & in occisi visceribus aurum scrutati sunt. Ast Titus, cum pessimum istud scelus ei nuntiatum esset, rei investigandæ causa publicè per præconem in castris ita proclamari jussit: qvicunqve facinus istud à Romanis qvibusdam improbis in Judæos, qvi nostræ sese fidei commiserunt, perpetratum noverit, viderit aut fecerit, is veniam delicti, si qvidem illud indicaverit, consequetur; si verò istud non detulerit, is scelus illud morte luet; qvô facto non solùm metus à Tito injectus fuit Romanis, qvi flagitium istud commiserant, sed etiam illi, qvibus sceleris istius autores noti erant. eisdem dixerunt: si rei veritatem Tito non confessi fueritis, en ipse pro sapientia sua in facinus istud tamdiu inqviret, donec illius autores invenerit eosqve debitô supplicio affecerit. Omnes igitur, qvi delictum istud perpetraverant, Titi verbis consisi accesserunt & factum confessi sunt; qvi verò scelus istud perpetratum sciverunt, Tito dixerunt: novimus qvidem illud, sed id tibi non indicavimus; fuerunt autem trecenti ac viginti, qvi sceleris istius sive autores sive conscii extiterunt, qvos simûl omnes Titus per servos suos in eadem fovea comburi jussit: (16.) ab eo tempore Judæi in castris Titi securè versati neminem adversarium aut contrariam fortunam experti sunt; nam dum fortè Judæum extrà castra procul errantem conspexit Romanus, is placidè illum deduxit & comitatus est, donec salvus & incolumis ad castra Romanorum perveniret. Per eosdem

בזוטנה לא מארם ולא מערב אך אם
ימצאו אנשי ערב ואדם יהודי מחרף
למחנה מרחוק ודיה היהודי למרו ואין
מי יראהו דנה ימיתוהו ויוציאו את הזהב
אשר היה בקרב מעיהם וגם הרומיים
לא היה איש מהם מרבר מטוב עד רע
עם היהודי במחנה אך מקצת מרשעי
הרומי למדו מהערבי והארמיים והיה
אם ימצאו יהודי מרחוק למחנה והיהודי
לברו ואין מי יראהו להצילו יתפשהו
הרשע הרומי וימיתהו ויבקע את מעיו
להפש בהם זהב ויוגד הדבר הרע הזה
לטיטום ויבקש טיטום ויצו להעביר קול
במחנה לאמר כל היודע במעש היזה
אשר עשו הרומי הרשע ביהודי שבאו
להסות תחת כנפיו והוא עד או ראה
או ידע אי עשה אם יגיד יכופר לו עונו
ואם לא יגיד ונשא משפט עונו ויראו
הרומיים העושי המעשה הרע ההוא
והיודעי בעושי מפני טיטום ויאמרו אם
לא יגידו לו האמת הנה הוא בחכמתו
ידרוש הדבר עד אשר ימצא את החוטאי
וימיתם ויבטחו במאמרו ויבאו ויגידו
לו כל העושי אנחנו עשינו וכל היודעים
אנחנו ידענו ולא הגדנו לך וידו מספר
הגמצאי בין העושי ויודעים שלש מאות
ועשרי איש ויצו טיטום לעבדיו וישרפו
כלם בתוך בור אחד ויהיו היהודי מאז
בטוחי במחנה טיטום ואין שטן ואין
פגע

(15.) Nihil enim facilius in alterum transit, quam amor pecuniæ & desiderium habendi, inquit Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 24.

(16.) Factum satis feyerum, ne dicam crudele; sed ejus nulla nec apud Josephum l. 5. de Bell. Jud. c. 36. nec apud Egesippum l. 5. de Excid. Hierosol. c. 24. fit mentio, quapropter commentum esse puto Judæi interpolatoris.

dem dies scriba qvidam Hierosolymitanus idemqve fidelis custos urbis, qvi minimam oppidi Hierosolymitani portam juxtà torrentem Cedron custodiebat, homo fide dignus, Menachemus, (17.) Seruci filius, (cujus majores Esræ, scribæ, p. m. Babylone inservierant,) recensuit & numerum iniit mortuorum, qvi ex sola illa urbis porta elati sunt, præter illos, qvi in plateas urbis atqve foveas, ibidem existentes, projecti erant, & præter illa cadavera, qvæ ex mœnibus ejusdem loci in torrentem Cedron provoluta erant; exceptis etiam illis, qvi in eadem urbis parte gladio interierant; deniqve non connumeratis iis mortuis, qvi ex aliis urbis portis elati erant, nempe solos mortuos istius loci, qvi ex porta jam dicta elati erant, numeravit & invenit, quòd ex una illa porta, cujus ipse scriba & custos erat, ad sepulturam elati sint 115808. & qvidem omnes nobili ac præclaro genere orti, (18.) qvi tempore illo, qvo grassatores urbem Hierosolymam premebant, sepulti sunt; neqve his annumerati sunt illi, qvi ex plebe in agrôs projecti erant, qvorum cadavera volucribus cœli & bestiis terræ esca fuerunt. Qvapropter Titus præcipuos qvosdam ex illis Judæis, qvi ad ipsum confugerant, coram Josepho Sacerdote sic interrogavit: adjuro vos, ut numerum mortuorum, qvi vobis noti sunt, verè & ingenuè mihi dicatis atqve indicetis, qvotnam interierint ab eo tempore, qvo Hierosolymam obsidione cinxi, usqve ad hunc diem; tunc primarii illi viri ex Judæis, qvi ad Titum ideò egressi erant, ut grassatorum crudelitatem & improbitatem evitarent, numerum mortuorum, qvi qvidem ipsis noti erant, qviqve ex omnibus portis Hierosolymæ ad sepulturam elati ac famis belliqve tempore absumpti erant, verè ac fide-

פגע רע דק כאש' יצא דומי אחר את
יהודי את' נבוך מחרן למחנה מרחוק
ינהלהו לאט וינהגהו עד יביאהו אל
המחנה בשלום ובהשקט ובבטחון טוב'
בימים ההם ספר סופר אחד מסופרי
ירושלם ומשומריה הנאמנים בשעדי
ירושלם והוא היה שומר בשער הקטן
שבירושלם מפאת נחל קדרון והוא היה
איש נאמן ושמו מנחם בן סרוק הסופ'
שרוי אבותיו משרתי לעזרא הסופר ע"ה
בבבל' וספור ויפקוד את מספר המתים
אשר יצאו מן העיר מן השער ההוא
לבדו מלבד הנשלכי על רחוב העיר ואל
הבורות אשר בפאת ההיא ומלבד
המושלכי אל נחל קדרון מעל הומת
הפאה ההוא ומלבד אשר נפלו בחרב
בפאה ההוא ובלבד אשר הוציאו בשערי
אחרים והם היו ממתי הפאה ההוא
ומצא אשר הוציאו משער מנחם לבדו
להקבר מספר מאה אלף חמשה עשר
אלף ושמונה מאות ושמנה נפשות וכל
אלה נפשות שוער וגבברי מקרי ירושלם
שנקברו אז בערי ההם אשר היו עהות
צהות הפריצים מלבד עוד יתר העם
המושלכי על פני הארץ ואשר נתנו
נבלותיהי למאכל לעופות השמי ולבהמת
הארץ' וטיטום שאל את ראשי היהודי
שיציאו אליו להמלט לפני יוסף הכהן
ויאמ' אליהם כדברי האלה באמונה
אני

(17.) Hebr. מנחם בן סרוק, sic in nostro codice, Josephus l. 5. de Bell. Jud. c. 37. nominat Mannæum, Lazari filium, cui & Egesippus lib. 5. de Excid. Hierosol. c. 25. consentit.

(18.) Quoad numerum consentit ferè Josephus dict. lib. 5. c. 37. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 25. ac Josippi Epitom. p. 249.

liter indicârunt, eorumqve ſumma fuit 601575. (19.) exceptis illis, qvi in domibus ac plateis ab improbis graſſatoribus interempti fuerunt, & inſepulti jacuerunt, & præter eos, qvi in Templo Domini ejusqve Sanctuario atqve in plateis urbis Hieroſolymæ in certaminibus & bellis, qvæ graſſatores inter ſe & contrà incolas urbis geſſerant, interfecti ſunt; iisdem qvoqve non annumerati erant nobiles ac primarii viri, qvi Hieroſolymis obierant, qvorum corpora graſſatores iſti ſepulturæ tradi prohibuerant & qvorum cadavera in agros ſtercoris inſtar projecta erant. Titus autem tantam populi Hieroſolymitani multitudinem valdè admiratus dixit: notum eſt Deo, cœlorum Domino, quòd, qvicqvid hujus factum eſt, ejus nullam habeam culpam & totius rei inſons ſim, ego qvippe ad vos pacis cauſa veni, ſed graſſatores bellum paci prætulerunt. Per idem tempus fames in urbe adeò invaleſcere cœpit, ut etiam graſſatorum principes gravitatem ejus ſentirent, qvi ad eum usqve diem illam experti non erant, nam improbi iſti qvicqvid alimenti apud homines inventum fuit, id omne ad ſe traxerant & rapueraut. Fames itaqve graſſatores illos eorumqve duces adeò afflixit, ut equorum ſuorum ſtercora (20.) & curruum armorumqve coria comedere inciperent, (21.) poſteaquàm omnes illorum eqvi abſum-

אני משביעכם שתאמרו לי המתי הנודעים
לכם מעה בואי לצור על ירושלם עד
היום הזה ומפני ראשי היהודי אשר יצאו
אל טיטוס להמלט מרעת הפריצי באמת
ובאמונה את מנין המתים אשר יצאו
מכל שערי ירושלם להקבר בימי הרעב
ובמלחמה הנודעים להם היהי מספרם
שש מאות אלף ואלף וחמש מאות
ושבעים וחמשה מלבד המתי בבתים
ובחובות על ידי רעות הפריצי ואין
קובר להם ומלבד המתים בהיכל וי
ובבית המקדש ובחצרות ירושלם על דבר
הפריצי הגלחמי והמגרי מרגות ומלחמה
בישבי ירושלם בין איש לאחיו ובין
איש לרעהו ומלבד השוער והיקרי שמהו
בירושלם ולא נתנום הפריצים להקבד
ויהי לזמן על פני האדמה . ויפלא
טיטוס מאד על העם אשר בירושלם
ויען ויאמר נודע לי אלהי השמי אשר
בכל זאת אין עין בי ולא אשמה כי אני
באתי אליכם לשלום וכי אדב שלום או
הפריצי יצו מלחמה . בימים ההם היה
רעב כבד בירושלם ויחל הרעב בשרי
הפרי

(19.) Ἑξήκοντα μυριάδας i. e. ſexcenta millia mortuorum egenorum porris ejecta fuiſſe refert Joſephus dict. l. 5. c. 37. citrà fin. cui etiam Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 25. ac Joſippi Epitom. pag. 249. conſentiunt. Tacitus Hiſtor. lib. 5. c. 13. ſcribit, ſe accepiſſe, multitudinem obſeſſorum omnis ætatis, virilis ac muliebris ſexus ſexcenta millia fuiſſe, vid. infrà cap. 55. num. 31. ibique not.

(20.) Vid. Egeſippus ac Joſephus loc. alleg. & Joſippi Epitom. p. 250.

(21.) Vid. hic Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 3. c. 5. ubi ſcribit, Chriſtianos ſeu populum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ oraculi cujusdam indicio, quod probatioribus per revelationem traditum fuerat, antequàm bellum oriretur, ex ea civitate (ſcil. Hieroſolyma) migrare & oppidum quoddam trans Jordanem, quod Pellam nominant, in habitare juſſum eſſe, in quod, qui in Chriſtum rediderant, relictis Hieroſolymis commigrârint atqve ita ſancti viri cum ipſam regiam Judæorum metropolim, tum univerſam Judææ terram reliquerint, quæ ſane ſingularis Dei ergà ſuos cura ac providentia fuit, ab hiſce Chriſtianis veteres Nazaræos, quorum præcipua ſedes fuit urbs Berrhœa, atque illos, qui per Syriam inferiorem hinc inde diſperſi vivebant, originem traxiſſe refert Epiphan. Hæreſ. 29. fol. mih. 58. vid. Idem Epiphan. libr. de Menſuris fol. 537. editionis Græcæ

הפריצי אשר לא היה בם רעב עד היום
ההוא כי היו הומסים האוכל מכל איש
אשר ימצאו אותו אתו ויהי רעב בפריצי
ובשוריהם עד אשר החלו לאכול את
דמן סוסיהם ואת עיות מרבבותיהן
וכלי מלחמותם אתרי אכלם כל סוסיהם
ויבקשו שרי הפריצים קנת עץ רענן או
עשב או יזק לאכלה ולא מצאו כי
הדומי הבריחו כל עץ והשחיתו כל יזק
והביטו כל דשא מסביבי ירושלם מפה
ומכה דרך י"ג מיל ולא נשא בכל הגבות
אש מסביב לירושלם לא עץ ולא עשב
ולא יזק אש לא כרתו הומי וירושלם
מראש סביבותיה היו מלאים מכל עץ
נחמד ושוב למאכל ועץ כל פרי ופרדסי
וגנות עמוסי מכל מיני מגדי
השחיתו הכל והתי כל ארץ ירושלם
מסביב כארץ ציה ושממה בארץ לא
עבר בה איש ולא ישב אדי שם . ויהי
כל רבא מרחוק מאשר באו בתחלה וראו
את ירושלם בכבודה ועינתה גנותיה
ופרדסיה ויהי הולך ויבט אל ימין ואין
עין ויפן אל שמאל ואין עשב וידי
משהומם ומר נפש ובוכה בנהי וקינה
ומקונן על ירושלם .

abſumpti erant: qvocircà principes graſſatorum virides arborum ramos, herbas & olera qvæſiverunt, ut illis veſcerentur, ſed non invenerunt; nam Romani arbores omnes ſuccideranr & qvidqvid undiqve olerum & herbarum circà urbem erat, perdiderant usqve ad tredecim milliaria (22.) in circuitu, nec in omnibus hortis circumjacentibus Romani qvicqvam reliqverant, non arborem, non herbam, (23.) non olus, etenim ab initio finitima Hieroſolymæ loca variis arboribus iisqve amœnis & fructiferis, ut & pomariis (24.) ac hortis eximiorum fructuum (25.) omnis generis plena erant; ſed Romani, ex qvo urbem obſederant, cuncta vaſtârunt adeò, ut omnis regio Hieroſolymæ circumjecta inſtar terræ eſſet aridæ ac deſertæ, quam nemo tranſit, nemo incolit, & qvicunqve è longinqvo veniens Hieroſolymam anteà florentem ejusqve hortos, fontes ac pomaria conſpexerat, is, dum in itinere nec arborem à dextra nec herbam à ſiniſtra videbat, obſtupuit animoque dolorem cepit atqve Hieroſolymæ caſum fletu, lachrymis ac lamentis proſecutus eſt. (26.)

CAP.

Græcæ Baſileæ 1544. excuſæ. confer. & Rich. Simon Hiſtor. Crit. N. T. cap 7. p. 72. col. 1. cœterum de urbe Pella vid. inter alios Joh. Lightfooti Chorograph. Marco præmiſſa cap. 7. §. 4.

(22.) Huic numero Egeſippus dict. lib. 5. c. 25. & Joſippi Epitome pag. 250. adſtipulantur, Joſephus libr. 6. de Bell. Jud. c. 1, nonaginta ſtadia refert.

(23.) Sic impletum fuit vaticinium Moſis Deuter. c. 29. v. 21. & ſeqq.

(24.) Ita hic dictionem פרדסים vertere volui, vid. Nehem. c. 2. v. 8. & Cant. c. 4. v. 13. & Eccleſ. c. 2. v. 5. ibique interpret.

(25.) Sic vocem מגדים, quæ hic habetur, transferre volui, vid. Deuteron. cap. 33. v. 13. & 14. & Cantic. dict. cap 4. v. 13. & 16. ibique Commentat.

(26.) Idem refert Joſephus dict. l. 6. c. 1. & Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 25. in fin.

CAP. XLVI.

POsteà Romani animis resumptis arietem ferreum valdè terribilem, qvo mœnia urbis concuterent, fecerunt eumqve ad urbem oppugnandam adduxerunt, ut explorarent, an adhûc Judæi fortitudine conspicui in urbe supereſſent; qvapropter graſſatorum duces, catervis ſuis ſtipati, ad prælium contrà Romanos egreſſi ſunt eorumqve ingentem multitudinem proſtraverunt, (1.) qvamvis Judæi fame ac ſiti confecti atqve defatigati eſſent, qvod cùm vidiſſet Titus, dixit: non amplius cum Judæis inſtructa acie & aperto marte pugnabimus, ſed illorum mœnia concutiamus, qvia eorundem urbs jam uno ſaltem muro circumdata eſt, illum ſi dejecerimus, cum omnibus copiis noſtris oppidum intrabimus atque graſſatores exſcindemus; qvi verò ex plebe ſuperſtites pacem petent ac qvietem deſiderabunt, eos ſalvos & incolumes ſervabimus: hoc Titi conſilium principes ejus atque omnes illius copiæ approbârunt ac cenſuerunt, ut id effectui traderetur. Aſt graſſatorum duces, dum animadverterunt, à Romanis denuò confici arietem ferreum perniciosum,(2.)quo murus urbis Hieroſolymæ,qui adhuc ſupererat,concuteretur ac dejiceretur, novum intrà urbem murum ſtruere cœperunt (3.) è regione loci illius, ubi Romani arietem ferreum ad mœnia concutienda adduxerant; is locus in planitie erat juxtà Johannis Pontificis ſepulchrum, nam alius præter hunc nullus ſupererat locus, ubi murus Hieroſolymitanus pulſari poſſet, eodem in loco erant ruinæ illæ, quas Romani in duobus muris prioribus fecerant, cœterùm graſſatoribus tantum virium non erat,

אחר העת הזאת והזמים ההם התאזרו עוד הרומיים ויעשו איל ברזל משחית נורא מאד ויהתוקן בו ויגשו על החומה למלחמה וראשונה לבדין אם יש עוד יהודים גבורי בע' ויצאו אליה' שרי הפריצים עם עדת' למלחמה והם העבים ויצמאי' ושוקקי' ויפילו היהודי' מהרומיים המון רב מאד' ויאמר טיטום לא נעריך עוד עמהם מלחמה אנשי' עם אנשי' רק נגוח את החומות' כי אין לעיים אלא החומה אחת ויבא כל המונגו בתוך העיר ונשמיד את הפריצי' ויתר העם הדל המבקשי' שלום ומנוחה וכבוד וחיים ויושבו דברי טיטום בעיני יהודי ובעיני כל עמו ויאמרו לעשו' כן כאשר יען טיטום ושרי הפריצי' חשבו מאז כי הרומי' עוד יעשו להם איל ברזל משחי' לנגח בו עוד את חומת ירושלם הנמואת להפילה ויחלו הם מאז ויבנו חומה חדש' מפניכה לעיר ירושלם נכח על מקום הגביהה אשר שם היו מגרתי' הרומיים באילי הברזל והוא בפאת המישור אשר מפאת קבר יהוחנן הכהן הגדול ולא היה להם מקום זולתו לנגח בו בחומת ירושלם רק שם ושם היו שתי הפרצו' אשר פרצו הרומי' בשתי החומות הראשונו' אשר לירושלם ולא

(1.) Vid. paulò poſt h. cap. n. 6. ibique not.
(2.) Ἑλέπολιν vocat Joſephus dict. lib. 6. de Bell. Jud. c. 2.
(3.) Vid. Joſeph. dict. lib. 6. c. 3. & Egeſipp. lib. 5. de Bell. Iud. cap. 26. ac Ioſippi Epitome pag. 251.

erat, ut armis inſtructi arietem illum perniciosum comburere poſſent, ſicuti priùs fecerunt, (4.) propterea murum interiorem ædificarunt, cùm anteà conſilio habito decreviſſent, ut arietis concutientis impetum perferrent ac nova ſtruerent mœnia eaqve ruinis prætenderent è regione ejus loci, ubi Romani murum ariete ferreo concutiebant; nam propter ingentem famem, qvâ premebantur, amplius reſiſtere non poterant: qvòd ſi Judæi arietem illum tunc combuere valuiſſent, Romani, qvi jam anteà urbis per arietes ferreos ſubigendæ ſpem abjecerant, obſidionem Hieroſolymæ ſolviſſent; (5.) ſi verò Romani eo in bello ab oppugnatione urbis & populi Iſraëlitici deſtiriſſent eorumqve reliqviæ à Judæis deletæ fuiſſent, graſſatores dixiſſent: nunc defatigatæ ſunt Romanorum copiæ nec urbem Hieroſolymam iterùm obſidione cingent; illi abibunt, nos autem, qvi incolumes evâſimus, ad Dominum, Deum noſtrum, revertemur. Sed Romani collectis viribus animisqve reſumptis ea, qva priùs conſveverant, fortitudine cuſtodias ac ſtationes circà urbem firmârunt atqve ſe invicem cohortati dixerunt: agite, viros nos præſtemus in præliis, ſummum qvippe dedecus & ignominia nobis eſſet, terga dare Judæis iſtis defatigatis & famelicis, qvi ob graviſſimam inopiam, qvâ premuntur, mortuis ſimiles ſunt, qvorum cutes exaruerunt ac facies inſtar cornu exſiccatæ ſunt. Inteteà graſſatores, cùm Hieroſolymam eſſent reverſi, victoriâ (6.) ac fortitudine inclyti, denuò crudelitate ergà miſeram plebem uſi ſunt, adjectis hiſce minis: ſi cibum nobis haud ſuppeditabitis, ipſi veſtram liberorumqve veſtrorum carnem devorabimus. Per idem tempus Romani milites

ולא היה להם כח עוד בפריצי' להתאזר לשחות את האיל המשחית כאשר היו עושי' ראשונה ולכן בנו החומה הפנימית ויהיעצו למבול גביהת האיל ולבני' הומי' מבפני' בפרצה אחר פרצה נגד מקום הגביהה באיל הברזל כי לא עצרו כח לעמוד עוד מפני הרעב הגדול שהיה בהם: ולו היה בהם כח לשרוף את האיל ההוא עוד בבר נואשו הרומיים מלבוד את ירושלם באילי הברזל משחיתי והיו נופלי' מעל ירושלם והיה כאשר נסו במלחמה ההאת הרומי' מלפני ישרל ויתרם נפלו חללים לפניהם ויאמרו הפריצי' עתה ילאו המונות הרומי' ולא יוסיפו עוד לצור על ירושלם והמה ילכו ואנחנו נשאר נושעים ונשוב אל יי אלהינו: ואז הרומי' התחזקו והתאזרו ויחזיקו את לבם בפעם ובחזיקו משמרות ומעמדות ויאמרו איש אל רעהו חוק ונתחזקה במלחמותינו כי הרפה וכלימה היא לנום מענו היהודי' האמללי' הרעבי' האלה אשר המה כמותי מפני חוק הרעב אשר בם ויבש עור פניהם ויקרן והפריצי' בשובם על ירושלם בנצח ובגבורה עוד התעודדו להשחית בעם הרל באבוזיות' לאמ' הבו לנו אכל ואם לא נאכל את בשרכם ואת בשר בניכם ובנותיכ' ואז באו גדודי הרומי' ויתאזרו ויתחזקו

(4.) Idem refertur in Ioſippi Epitome pag. 250. & ſeq. & ab Egeſippo lib. 5. de Bell. Iud. c. 26. ubi ſcribit, quòd exhauſtæ jam Iudæorum vires fame & res fractæ priores ſucceſſus negârint, ſubſtantia defecerat, audacia manebat.
(5.) Confer. hic Ioſeph. dict. lib. 6. de Bell. Iud. c. 2.
(6.) De hac mentionem factum eſt ſuprà h. cap. num. 1.

ויתחזקו ויתגברו וינגפו את חומת עיר
ירושלם פתאום באל הבהל המשוררת
והפל מרה את מהתומה הפנימית
הגשארת בעיר לארץ ויריעו המון הרומי'
תרועה גדולה ויאמרו לכדנו את ירושלם
וישאו עיניהו היומי עיד ויראו והנה
חומה אחרת חדשה נבה הפרצה שעשו'
ויריעו גם היהודי' מתוך העיר תרועה
גדולה כי בנו חומה אחרת נבה החומה
הנהרסת מפאת משור קבר יחנן דבהן
ששם היתה משמרת יוחנן הפריץ הגדול
והשר האבור נבה פרצות החומה'
וכשמוע הרומי' את קול הרועה היהודי'
מביה לעיר ובראותם והנה בנו היהודי'
חומה אחרי חדשה והמה עליה כאשר
דגו עומדי' על הגבהות באולי הבהל
המשוררתי חיצונה תיבונה ופנימית ויברלו
הרומיים מאד והתפך שמחתם לאנחה
ויגון ולא ידעו מה יעשו עם הגוי העז
אשר בירושל' ואין ילכדהו אש כלי'
לפים וברבורת מרמונות הרומי' ויתר
הגוים שבאו לעזרתם ונתפך יד המנוי
עוד למלחמה כי נואשו ללכד את העיר
בנגיחת איל ברזל משחית ויאמר אליהי
טיטוס הנה החומה החדשה אשר בנו
היהודים עתה לחזק הוא ולא יבשה מי
מקרוב נבנתה ועתה הגישו נא אליה
את איל הבהל ונגבהנה בי נפול הפרל
גם הוא ולכדנו את העיר ועשינו בה
הפצנו

murum Hieroſolymitanum aggredientes ſummis illum viribus repentè concuſſerunt ariete ferreo, (7.) qvi urbi exitium minabatur, eoqve non exigua pars muri interioris, qvi urbi adhûc ſupererat, in terram dejecta fuit; qvô factô Romani milites maximo clamore ſublato dixerunt: cepimus Hieroſolymam; ſed dum alium eumque novum conſpexerunt murum, qvi ruinæ, ab illis factæ, prætenſus ac præſtructus erat, Judæi viciſſim ingentem ex urbe clamorem ſuſtulerunt, (8.) qvia aliud munimentum è regione muri, à Romanis deſtructi, ædificaverant in ea urbis parte, qvæ planitiem reſpiciebat, ubi Johannis, ſummi Sacerdotis, ſepulchrum erat, in illa qvippe urbis parte, nempe è regione muri dejecti, Johannes, graſſatorum dux ac tyrannus maximus, excubias agebat atqve urbem defendebat. Romani itaqve, cùm Judæorum clamorem, intrà urbem ſublatum, audiſſent atqve alium eumqve novum murum exſtructum vidiſſent, ſuper qvem Judæi eodem modo ſtabant, qvo in tribus prioribus muris, nempe in exteriori, medio & interiori (qvi omnes à Romanis jam anteà arietibus ferreis, murorum vaſtatoribus, dejecti erant) ſteterant, valdè conſternati ſunt eorumqve gaudium in gemitum & mœrorem converſum eſt (9.) ac dubitârunt, qvid ſibi cum fortiſſima hac gente Hieroſolymitana agendum & qvanam ratione populus iſte ſubigendus eſſet, à qvo tot millia tàm Romanorum, qvam aliarum gentium auxiliarium interempta erant. Qvamobrem Romanorum animus iterùm ad prælia cum Judæis ineunda converſus fuit, qvia arietis ferrei, murorum vaſtatoris, concuſſione urbem capi poſſe deſperaverant. Titus autem illud animadvertens eisdem dixit: en novus ille murus, qvem Judæi ædificârunt, etiam-

(7.) Vid. Ioſeph. l. 6. de Bell. Iud. c. 2. & 3. & Egeſipp. l. 5. de Excid. Hieroſ. c. 26. ac Ioſippi Epitom. pag. 251.
(8.) Idem refertur in Ioſippi Epitom. p. 251.
(9.) Sic novi muri ſpecies improviſa Romanorum gaudia reſtinxit, Iudæorum audacia ſucceſſit, inquit Egeſippus l. 5. de Bell. Iud. c. 26.

הפצנו וישלם צקרנו במצורה ושרי הרומי'
לא שמעו לעצתו אבל התאזרו ויעלו עם
גדחיהם על החומה שפרצו' והיהודים
היו עומדי' על החומה התרישי אשר בנו
נכחם ויהיו קרובי אלה מאלה וילחמו
שם בין ב' החומו' ויגברו היהודי ויגרשו
את הרומי' מעל החומה הפרוצ' ויבריחום
עד למחוץ מהעיר וישובו הם אל העיר
וירפו ידי הרומי' ויתאשו מלהלחם עוד
ויאמרו לא נלחם עוד בעיר הזאת כי לא
נלכדה כל ימינו ועתה נסעה ונלכדה
מפה טרם נספה כלנו פה כי גועני
אבדנו כלנו אבדנו' וכראות טיטוס מ
הקשה הדבר הזה על המון הרומי' כי
כלם פה אחד צעקו ויאמרו הרוחים
האלה' ויקרא אל כל שריו ויאמ' אליהם
אמרו לי שרי הומו הלא ידעתם כי כל
מלאכ' וגם כל מלחמ' וכל דבר אחריתו
קשה מראשיתו ואם באחרית המלאכ'
ירפו ידי עושי המלאכה הלא יגעו לריק
וכן אתם אם המלחמה והמצור הזה אשר
צרנו עד ירושלם הנה יגעתם לריק'
והביטו וראו מן האניה אשר הלך בים
והעבור כל דרך היום אש' תעבור ער
בואם למחוז וכאש' הגיעה אל המחוז
באה ותה סערה על שפה היום אם
המלחים ירפו את ידיהם או ויניחוה
מכלחי הברגה ותחנגח באחד מהצוים
או באחת מהסלעי' אשר בפאות המחוז
הלא

etiamnum recens & infirmus nec exſiccatus aut benè compactus eſt, qvia is non ita multo antè ſtrui cœpit; (10.) nunc igitur ferreum admovete arietem eoqve mœnia nuper excitata concutite, nam iſte qvoqve murus brevi concidet, qvo facto urbem capiemus & cum ea pro lubitu & ex ſententia noſtra agemus, ſic obſidionis labor tandem deſinet. Romanorum verò duces neglecto Titi conſilio arreptis armis in murum, qvem perruperant, cum militibus ſuis aſcenderunt; ſed Judæi ſuper mœnia recens exſtructa Romanis fortiter reſtiterunt & acerrimum prælium intrà duos muros ab utraqve parte exortum eſt, (11.) in qvo Judæi ſuperiores evaſerunt atqve Romanos, à deſtructis mœnibus repulſos, procul ab urbe removerunt, ſic Judæi victores in urbem redierunt. Romani autem animum deſponderunt atqve omni ſpe urbis per vim potiundæ abjecta inter ſe dixerunt: deſiſtamus ab ulteriori urbis iſtius oppugnatione, qvia nunqvam ſub noſtram poteſtatem redigetur, qvocircà ſolvamus obſidionem atqve inde abſcedamus, priusqvam omnes hic conſumamur, nam cuncti perimus, nulli fumus, omnes perimus. Titus autem, cùm vidiſſet, rem in ancipiti eſſe loco, qvia omnes Romani milites uno ore clamârunt, ſolvendam eſſe obſidionem, duces ſuos convocavit eosqve hunc in modum allocutus eſt: (12.) dicite mihi, Romani duces, nonne vobis probè notum eſt, quod uniuscujusqve operis ac belli & deniqve omnis rei finis principio ſit gravior? & ſi qvidam in fine operis rem neglexerint, nonne omnis labor fruſtrà inſumptus erit? idem vobis in bello & obſidione iſta, qva Hieroſolymam cinximus, eveniet, ſi remiſſius egeritis, ecce omnis labor veſter in caſſum ibit; perpendite quæſô ac conſide-

(10.) Conſtructio enim recens infirmum & facilè ſolubilem fecerat, verba ſunt Ejusdem Egeſippi loc. alleg.
(11.) Conſentit Ioſippi Epitome pag. 251.
(12.) Vid. Joſeph. l. 6. de Bell. Iud. c. 4. & Egeſipp. lib. 5. de Excid. Hieroſ. c. 27. ac Ioſippi Epitom. p. 252.

rate navem, qvæ per medios maris fluctus cursum su-
um conficiens portum petit, hanc licèt portui vici-
nam si tempestas ac turbo corripuerit & nautæ ma-
nus suas remiserint eamqve ventorum ac fluctuum
arbitrio sine ulla gubernatione reliqverint ita, ut il-
la ad scopulum vel rupem aliqvam istius loci allida-
tur, nonne navis ista confringetur & omnia, qvæ
in illa sunt, pessum ibunt ac vana erit spes nautarum
& eventus illorum exspectationem destituet? idqve
propter ignaviam & negligentiam eis eveniet: si
verò manus suas operi admoverint & navi dirigen-
dæ laborem impenderint atqve portum ex voto &
animi sententia attigerint, annon in tranqvillo
tunc erit navis atqve ipsi laborum metam adepti
spei atqve expectationis suæ fructum auferent? ad
eundem modum illi, qvi ædificium aliqvod exstru-
unt, si opus haud perfecerint, sed in eo propter i-
gnaviam cessaverint, nonne totum opus inutile erit
atqve ipsi mercedem suam perdent eorumqve labor
omnis inanis erit ac vanus? sic agricolæ, qvamvis
terram subegerint ac sulcis semina commiserint a-
grorumqve segetes, donec in culmos & spicas sese
erigant, diligenter custodiverint; si tamen messis
tempore ignavi fuerint nec falcem ad agros deme-
tendos immiserint, annon operam suam perdent &
victum atqve alimenta sua ipsi corrumpent? Vos
qvoq; qvi urbem istam qvotidiè oppugnâstis & obsi-
dionem ejus, licèt multi iiqve præclari duces & in-
numeri milites ex vobis ceciderint, ad hunc usqve
diem fortiter continuâstis ita, ut mœnia urbis vali-
dissima jam perrupta & in terram projecta atqve in-
colæ urbis bello, fame ac peste jam consumpti sint
ac pauci illi, qvi superstites sunt, qvotidiè ferrò in-
tereant atqve unus solùm isqve novus & recens ex-
structus restet murus, vos, inqvam, qvemnam omni-
um laborum vestrorum percipietis fructum, si nun-
manus vestras à perficiendo obsidionis & oppugna-
tionis opere abstraxeritis & inceptum vestrum ac
propo-

הלא חשבר הספינה ויאבד כל אשר בה
ובובה חוחלת המלחי' הם ולא ישיגו
התועלת אשר הקוחם אליו וה יגיעם
מרפיון ידים ואם התקנה ידיה' במלאכת
הנהגת האניה ויגיעו ל המחוז ויבאו בו
כי יהיה מחוז הפצם הלא יהוה אז
במרגוע ובמנוח' ותחולת' השל' לטוב
וכן דבוני לבניני אם לא ישלימו פעולת'
בם ויניחום מרפיון ידי' הלא שחת כל
מפעלם בהם והם יאבדו את שכרם ויהיה
עמלם לריק ולהבל וכל עובדי אדמה אם
יהרשו שדה האדמה ויזרעוהו וישמרו אם
זרע השדה עד מלאת שבלו ובבוא
מועד קציחה והפך הידם ולא יקצרו את
קציר השדה הזוא הלא יאבדו את
יגיעם וישחיתו את מחיית' ואתם אשר
נלחמה' את העיר הזאת מימים ומימה
ויפלו מכם שרים רבים ונבחרי' והמונות
גבורי' אין מספר להם והחזקה ידיכם
עוד להלח' בה עד היום הזה ועתה הנה
הומוחיה הבצורות פרוצו' ומושלכו' לארץ
וישביה כלו במלחמה וברעב ובדבר
והבשאוי בה ימותו בחרב ותשאר החומה
הדשה הזאת מה יועיל כל אשר עשיתם
אם ירפו ידיכם עתה מלהשלי' מלאכת
המצור והמלחמה בה להשיב את מקדשכ'
ואת חפצכם ממנה מה יועיל לכ' כל
אשר עשית' הלא לשוא עמלת' ולריק
יגעתם ולמה תבזיל אחכם חומתם
החרשה ולא התאוה להפילה והיא רפה
והלוש' מאד נגד החומות הבצורות
החזקות הראשיות השלש אשר הפלתם
וכי הבקשו לעזוב עתה את המלחמה
ממנה

propositum urbis subjugandæ omiseritis? ecqvid
vobis proderunt omnia ista, qvæ hactenus feciistis?
nonne frustrà laborâstis & in vanum operam insum-
psistis? cur novus iste murus, à Judæis exstructus,
vos terret? cur vosmet non accingitis ad eum dejici-
endum, qvi valdè infirmus est & fluxus, si cum tri-
bus illis prioribus validissimis, qvos jam destruxi-
stis, comparetur? & qvandoqvidem ab oppugnati-
one urbis discedere ejusqve obsidionem solvere
nunc tantopere desideratis, cur non statim ab initio
illud feciistis & obsidionem urbis ejusque oppugna-
tionem omisistis? nonne id facere & ab obsidione
discedere vos oportuit, anteqvàm numerus vester di-
minueretur vestriqve milites interficerentur, prius-
qvàm copiæ vestræ perderentur & multitudo ve-
stra periret? nunc, dum numerus vester durante ob-
sidione imminutus est & milites vestri absumpti co-
piæqve vestræ exhaustæ sunt, vos manus remittere &
ab oppugnatione urbis discedere vultis, ecqvid ul-
terius vivere desideratis? nonne mors præoptanda
erit? annon urbem istam tempore Neronis Cæsaris
aggressi estis, ut pro illius gloria & honore pugna-
retis, ne ipse dedecore afficeretur? Jam autem, ex
qvo Vespasianus, pater meus, rerum potitus est, qvi
Neronem Cæsarem virtute superat, qvi benignitate
ergà vos & clementiâ priores Imperatores vincit,
manus vestræ remissæ sunt, nonne ea res vobis ho-
diè ignominiæ erit & dedecori? cur fortitudinem
non discitis à Judæis istis, qvi, licèt ferrò, fame ac pe-
ste exhausti sint, ita, ut nulla spes salutis eis supetsit;
tamen ferarum more contrà nos pugnant, annon vi-
detis, qvòd unus aut duo ex illis qvotidiè vitæ perí-
culo sese exponunt &, postqvàm Romanos milites
adorti sunt multosqve ex illis interfecerunt, tandem
etiam ipsi morte occumbant? atqve id quidem illi
non aliam ob causam faciunt, qvâm ut vel vitam su-
am conservent vel mortem viriliter oppetant ac for-
titudinis gloriam sibi acqvirant.

CAP.

ממנה ולנטוע ולבטל ארת המצור למה
לא בקשתם לעשות זה ולעזוב המלחמי'
ואת המצו' מראש והלא נאוה היה לכם
לעשו' זה ולעזוב המלחמה והמצו' ולנטוע
ממנה בטר' ימעט מספרכם ובטרם יפלו
גבוריכ' ובטרם יפלו גדודיכ' ובטרם
השמד המוניכם אמנם עתה בהמעט
במצורה מספרכ' ובכלות גבוריכ' ובנפול
גדודיכ' הרפינה ידיכם ותעזבו המלחמה
מה לכם עוד חפץ בחיי' הלא טוב לכם
המות והלא אתם הם אש' באתם אל
העיר הזאת בימי ניארון הקיסר להלחם
על שמו לבלתי שאת עליו חרפה ועתה
במלוך אספסינוס אבי שהוא יותר גבור
מניארון קיסר ורחב לב עמכם יותר
מהקיסרי' שעבדו קודם ממנו תרפינה
ידיכם הלא נבלה לכם זה וחרפה תהיה
לכם כהיום הזה ולמה לא תלמדו גבורה
מהיהודי' האלה שכלה אותם החרב
והרעב והדבי' ויאבדו באין תקוה ועודם
הם נלחמי' עמנו כחיות רעות והלא תראו
אש' בכל יום יבא מהם אחד או שני'
וישפכו נפשם על מחנה הרומי' וימיתו
רבים מן המחנה ואחר ימותו גם הם
והם לא יעשו הדבר הזה כי אם למען
היות נפשם להמלט או למות ולעשות
להם שם וגבורה׃

CAP. XLVII.

DUm Titus ea ad ſuos verba faciebat aliaque adjiciebat, ecce unus ex militibus ejus, nomine Sabinus, (1.) qvi jam inde à pueritia bello innutritus & fortitudine inſignis erat, Romanis dixit: quisnam ex vobis omnibus ſpontè ſe ſocium mihi adjunget & contrà gentem iſtam pugnabit, ut imperium & voluntas filii Cæſaris, Domini noſtri, perficiatur? his dictis Sabinus ſcutum ſiniſtrâ, dextrâ ſtrictum tenens gladium undecim milites (2.) lectiſſimos ſecum duxit; qvapropter & Titus fortitudinem ejus atqve animi magnitudinem, qua ille tantum facinus aggredi audebat, admiratus eſt. Judæi autem, qvi propè ruinam muri ſtabant eo in loco, unde Romani anteà repulſi erant, dum viderunt, (3.) Sabinum ejusque ſocios contrà ſe venire, ſagittas ac lapides in eos conjicere cœperunt; aſt Sabinus hiſce nequidquam perterritus audacter & intrepidè Judæos eo in loco, ubi mœnia perrupta erant, adortus eſt; ſed, poſtquàm eò venit, Judæus quidam illum gladiô percuſſit, (4.) cujus ictu Romanus in terram pronus cecidit tàm graviter, ut caſus ejus procùl audiretur: attamen Sabinus collectis iterùm viribus animoque reſumpto genibus innixus etiamnum pugnavit; ſed Judæi quidam juvenes promptè accurrentes eum interfecerunt; ille verò, licèt moribundus adhûc reluctabatur, quia pugnam vitæ præferebat

(1.) Hebr. סבינוס, ſic enim potius hic legendum puto, quàm סבינאוס prout in codice noſtro habetur, vid. Joſeph. l. 6. de Bell. Iud. c. 5. & Egeſipp. l. 5. de Excid. Hieroſ. c. 28. ac Joſippi Epitom. p. 253.

(2.) Conſentiunt hic Joſephus, Egeſippus ac Joſippi Epitome loc. citat.

(3.) Ita locus hic ad Judæos referendus eſt; non non verò ad Romanos, ſicuti in codice noſtro habetur וכראוהו הרומיים i. e. & dum viderunt Romani, nam pro הרומיים legendum erit היהודים, ſic exemplaria Hebraica hactenus vulgata puto corrigenda eſſe idque contextus ipſe evincit.

(4.) Joſephus dict. l. 6. c. 5. rem ita refert, nempe quòd Sabinus lapidis offenſione pronus ceciderit, cui etiam Egeſippus lib. 5. de Bell. Iud. c. 28. adſtipulatur.

bat & mori potius, quàm à prælio deſiſtere volebat, ex ſociis quoque ipſius tres ſimùl cum eo interempti ſunt: octo autem reliqui ad Titum reverſi ſunt (5.) vivi quidem; ſed mortuis ſimiles, nam & ipſi dubio procul interiiſſent, niſi Romani, qui eos in vitæ diſcrimine conſtitutos videbant, accurriſſent atque illos ita ſervatos ad Titi caſtra reduxiſſent; ipſi tamen ſequenti die etiam mortui ſunt. Intereà Romani milites iterùm animos ſumpſerunt atque æmulatione egregii facinoris, quod Sabinus, fortiſſimus Romanus perpetraverat, incitati ſunt, quia is maximam nominis gloriam inter Romanos ſibi acquiſiverat. Quapropter eadem illa nocte viginti (6.) juvenes ex Titi militibus gloriæ cupiditate & fortitudinis laude accenſi inter ſe dixerunt: agite, urbem noctu ingrediamur per viam illam, quâ mœnia perrupta ſunt: dum illud nunciatum fuit ei, qui Titi vexillum ferebat, (7.) ipſe quoque iisdem ſeſe adjunxit, quos dein alii multi ex fortiſſimis militibus Romanis ſecuti ſunt. Hi itaque noctu (8.) eo in loco, ubi murus disjectus erat, (9.) aſcenderunt, Judæis non advertentibus, quia illos defeſſos ac fame debilitatos ſomnus occupaverat. Romani igitur, poſteà quam mœnia aſcenderant, maximum clamorem ſuſtulerunt, (10.) ut belli ſimùl ac lætitiæ ſignum darent, quocircà Judæi ob repentinum & inopinatum Romanorum adventum valdè conſternati, ſunt, ignari, quidnam rei accidiſſet: aſt Titus audi-

(5.) Conſentit Joſephus dict. lib. 6. c. 5. in fin. & Egeſippus l. 5. de Bell. Iud. c. 28. in Joſippi Epitome pag. 252. res paulò aliter narratur.

(6.) Idem refert Joſephus dict. l. 5. c. 6. & Egeſippus lib. 5. de Bell. Iud. cap. 29. ac Joſippi Epitom p. 253.

(7.) Quinti ordinis ſignifer fuiſſe refertur ab Egeſippo dict. l. 5. c. 29.

(8.) Egeſippus loc. alleg. ſcribit, quòd quinta hora noctis ſilentio per aggeres ſeſe fragmentorum muralium in ſuperiora attulerint cæſisque cuſtodibus Antoniæ murum occupârint.

9.) Conſer. hic Egeſippus loc. citat. it. infrà h. cap. n. 19. & n. 31.

(10.) Joſephus dict. lib. 6. cap. 6. ſcribit, tubâ ſignum fuiſſe datum confer. & Egeſipp. eod. l. 5. c. 29. ac Joſippi Epitom. p. 253.

audito Romanorum clamore atque re cognita ex omnibus militibus suis fortissimos quosque elegit atque ipse quoque ad mœnia perrupta accessit; (11.) Judæi verò, dum die illucescente expergefacti etiam Titum suprà mœnia conspexerunt, vehementer admirati sunt. Cœterùm Romani illi, qui murum conscenderant, se quoque Tito conjunxerunt, nonnulli etiam ex illis ipsam urbem eo in loco, ubi aperta erant mœnia, intrârunt, nam via subterranea (12.) ibi erat, per qvam Judæi urbe egredi eamqve ingredi poterant: accerrimum itaqve prælium in ipso Templi Domini atrio utrimqve commissum est, (13.) nam lectissimi quique ac fortissimi milites Romani strictis gladiis eo in loco Judæos adorti sunt, quia Romani nulla alia, præter gladios, arma secum attulerant; idem fecerant etiam Judæi: quocircà ab utraque parte tacito qvasi consensu res gladiis gesta fuit & tàm atrox ibi pugna commissa est, qualis nunquam anteà Hierosolymis visa fuit; nemo ibi Romanorum ac Judæorum eques erat, omnes utrimque pedites vir virum adoriebantur & telis atque gladiis inter se pugnabant, (14.) nulli ex iis effugium patebat nec alter ab altero recedere poterat, quia sibi invicem nexi & impliciti erant, unde ingens cæsorum ac confossorum strages ibi edita est atqùe pugnantium strepitus ac tumultus procùl audiebatur, nam cædentes læti exclamabant; cæsi autem ingemiscebant ac flebilem vocem emittebant & gladii inter se collisi horrendum sonitum edebant, qvi ex eo major efficiebatur, dum membra hominum eorumque galeæ & loricæ ensibus percussa

(11.) Consentiunt hic Egesippus & Josippi Epitom. loc. cit.

(12.) Vid. Joseph. loc. alleg. Egesippus dict. l. 5. cap. 29. scribit, quòd nonnulli milites Romani per cuniculum, quem Johannes ad subvertendos Romanorum aggeres defoderat, in urbem se detulerint, in Josippi Epitome pag. 253. via ista subterranea dicitur מערה, caverna, quam Romani foderint à castris usque ad urbem Hierosolymam, vid. Ejusd. Epitom. pag. sequ. 254.

(13.) Sic etiam Egesippus loc. alleg. scribit, quòd in ipso Templi vestibulo grave prælium exortum sit atque in ipso Templo furor bellicus dominatus sit.

(14.) Idem hìc referunt Josephus, Egesippus ac Josippi Epitome loc. citat.

cussa ingentem strepitum, qvi procùl audiri poterat, excitabant. (15.) Romani se invicem adhortati dixerunt: hic est ille dies, quem optavimus, jam voti compotes eum læti videmus; Judæi autem gradum stationemque suam in acie viriliter defendentes dixerunt: quia nullus hic fugæ locus relictus est, pro Domino, Deo nostro, ejusque Templo ac Sanctuario mortem oppetamus, id, quod perinde nobis erit, ac si hodiè sacrificia & holocausta à nobis Deo offerantur: quapropter à tempore matutino (16.) ad quartam usque diei partem atrium Templi Romanorum Judæorumque sangvine repletum fuit, qui more stagni inundantis per atrium profluebat, in quo innumera cæsorum corpora hinc inde projecta jacebant; interemptorum verò pars maxima erant Romani. Sed dum vir qvidam ex Titi militibus, nomine Julianus, (17.) qui Romanos (18.) omnes fortitudine superabat, vidit, quòd Judæorum manus prævaleret ac Romani remissius pugnarent pedemqve ex atrio Templi referrent nec Judæorum impetum ampliùs sustinerent, quia pauci ex illis supererant, ipse ira atque furore accensus citato gradu Judæis, qui Romanos intrà atrium propellebant, obviam ivit usque ad eam urbis partem, quæ Antonia (19.) dicebatur, eisque restitit nec permisit, ut illi Romanos amplius persequerentur: qua-

(15.) Idem refertur in Josippi Epitome p. 254.

(16.) Josephus dict. l. 6. c. 6. scribit, à nona hora noctis usque ad septimam diei utrimque pugnatum esse, in Josippi Epitome pag. 254. refertur, quòd ab ortu Solis usque ad horam tertiam diei pugnatum sit.

(17.) Hebr. יוליאנוס sive גוליאנוס, ita enim hic pro גוליונוס, quod in nostro habetur codice, legendum & ex Josepho dict. l. 6. c. 7. nomen istud restituendum puto, Josepho adstipulatur etiam Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 30. ubi refertur, quòd Julianus centurio ex Bithynia profectus provincia, sed Romanis assuefactus fuerit disciplinis, confer. num. seq. 18.

(18.) Sic dictionem כתיים, quæ hic habetur, vertere volui, vid. supr. lib. 1. c. 1. n. 63. ubi plura de nomine כתיים, nisi hic fortè pro כתיים legendum בתיים i. e. Bithynii, nempe ב pro כ facili unius literæ mutatione, nam Julianus ex Bithynia profectus erat, prout num. antec. 17. notatum est.

(19.) Hebr. אנטוכיא ita hic pro אנטוניא quod nomen in nostro habetur codice, legendum erit, vid. Egesippus dict. l. 5. c. 30. & quæ suprà h. lib. 6. c. 36. n. 11. & infrà h. cap. n. 31. notata sunt, it. cap. 49. h. lib. 6. n. 24. & h. lib. 6. cap. 53. n. 43. it. dict. l. 6. c. 56. n. 21.

propter Judæi in atrium reversi sunt, quod & Julianus, eosdem insequens, simùl intravit; sed Judæus quidam scutum ejus, quod ipse manu gerebat, gladiò percussit; Julianus autem id conspiciens è terra subsilire volebat, sicuti moris est in prœliis, ubi, qui manus conserunt, è terra sese attollere & sibi invicem insilire solent, ut hoc modo adversarios suos in pugna vincant. Dum itaque Julianus sic prosilire conabatur, accidit, ut pedes ejus propter lubricitatem lapidum atrii titubarent ac labascerent atque ipse in terram procideret, quia calceis (20.) indutus erat; sic superatus & interfectus est Julianus, (21.) qui hac qvidem in re viri fortis officio non est functus: nam vir strenuus, qui adversarium suum interficere vult, cavere sibi debet, ne ab illo interimatur, & qui alterum cædere cupit, is, ne ipse cædatur, observare debet, quocircà non nimium viribus ac robori suo confidere debet. (22.) Julianus enim in prælium descendit non sicuti vir, qui cum æquè forti ac strenuo pugnaturus est, qui omnes belli casus & circumstantias, imprimis locum, ubi acies atque certamen instruitur, probè considerat; sed ipse superbiâ ferox ad bellum, tanquam ad ludum & jocum abiit nec perpendit, rem sibi cum viris fortibus futuram esse, nec in animum induxit qualitatem loci, quem ipse cum Judæis pugnaturus intraverat. Julianus igitur, cùm cecidisset, (quia tali ejus nutârunt & gressus eundem fefellerunt) genibus subnixus paululùm quidem pugnabat ac se viriliter defendebat; sed Judæus quidam juvenis fortitudine insignis illum percutiebat atque interficiebat: intereà Titus expectabat, donec Julianus cum fortitudinis laude reverteretur; sed frustrâ, quia ille interemptus

בפניה' ולא נתנם לעבו' אחוי הרומיים
ולדוף אתיה' וישובו אל העזרה ויבא
גוליונוס בתוך העזרה אחרי היהודי' ויך
בדם אחד מיהודי' בחרבו על מגינו
אשר היה בידו וידי כראותן גוליונוס כי
הכהו היהודי ויתחזק לקפוץ מן הארץ
כחק המלחמה כי יקפצו הבלחמי' זה
עם זה וילכו זה על זה למען הגבר יד
זה על זה במלחמה וידי מידי קפצו
והדה רגלו על אבני רצפה שהיו בעזרה
ותמעד ותפול לארץ כי נעולי' היו רגליו
במנעלי' ויפול וימת ואין זה חק הגבור'
כי אם יבקש הגבור להרוג את רעהו
יאוד לו להשמי' ממנו ולמכה ראוי
להשמר פן יוכה גם הוא ולמות ראוי
הוא להשמ' פן ימות גם הוא ולא יאמר
בלבבו שגבותהו השבהו כי גולינוס לא
הלך במלחמה כאיש שאר ילך להלחם
בגבור כמותו עד אשר יחשוב בכל צד
מצדדי המלחמה ובמקום שבו הערוך
המלחמה ואמנם הלך בגאותו במלחמה
כאיש אחד שולך ל השחוק וההתול ולא
שת לבו כי ילחם עם גבור' ולא שם
לבו להשוב את האר המקו' שבו היה
הולך להלחם עם היהודי וידי בעת
נפול גוליונוס כי מעדו קרסוליו ותנה
אשוריו ויברך על ברכיו וילחם מעט
בגבורה ויכהו אחד מן היהודי' הגבור'

(20.) Quibus creberrimi & acuti clavi infixi erant, prout scribit Josephus dict. l. 6. c. 7. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 30.

(21.) Cùm is antea multos ex Judæis partim interfecisset, partim vulnerâsset, sicuti referunt Josephus & Egesippus loc. alleg.

(22.) Meritò hic audacia ac temeritas ab autore nostro reprehenditur, quæ à viro forti procul abesse debet, nam plurimum in bello valet prudentia, quæ cauta semper & perspicax incertorum providet casus, verba sunt Egesippi l. 5. de Bell. Jud. c. 30.

הגבורי לגבורה וימת' ומטטום מהרי
שיבוא גוליונוס בגבור' האגנו כי נפל
שם ומת וכשמוע טיטוס כי נפל גוליונס
וכי מת ויבקש גם הוא לבוא לעזרה ולא
עזבוהו גבוריו כי יראו פן יפול גם הוא
ותחזק יד היהודי' על המונה הרומיים
שבאו לעזרה ביום ההוא ויכבו שם רבלי
רומיים לאין מספר ויפשיטו היהודים
לגוליונוס וכל הללי הרומי' ויקרו כל
כליה' מיריה' ואלה שמות שרי הצבא
הגבורי' אשר ליהודי' שעשו את המלחמי'
ואת הגבורה הזאת ביום ההוא מגוול
יוחנן השר הגדול לפריצי אלעשא
ויפתח ומגורל שמעון האבור הפרץ
השר השני מלכיה ויעקב האדומי נגיד
האדומי' ומגורל השלישי השר הגדול
והוא אלעזר הפרץ בן ענני ארשימון
ויהודה' אלה הגבורי' עם יתר אחיהם
הם אשר הרבו להכות את הרומיים
ביום ההוא בתוך העזרה ויבריחום
ויסגרום בתוך אנטוביא ומגנעם לצאת
משם

emptus erat & in certamine ceciderat. Cùm igitur Juliani casus ac mortis fama ad Titum perlata esset, ipse atrium ingredi voluit; sed milites ejus id non permiserunt, metuentes, ne & ipse in prælio caderet, (23.) sic Judæorum manus eo die Romanorum multitudini prævaluit, qvi atrium intraverant, quorum ingens numerus ibidem occubuit. (24.) Posteà Judæi tàm Juliani, quàm cœterorum Romanorum, qui interempti erant, cadavera spoliarunt eisqve arma omnia detraxerunt. Cœterùm ducum strenuorum exercitus Judaici, qui eo die prælium commiserant & præclara facinora ediderant, hæc erant nomina: sub auspicio (25.) Johannis, maximi grassatorum ducis, Eleasa & Jephta; (26.) sub Simeonis, secundi ducis & grassatoris crudelissimi, ductu, Malchia (27.) & Jacobus (28.) Idumæus, Idumæorum princeps; ex tertii autem ducis, Eleazari, grassatoris magni, Ananiæ filii, ordine: Arsimon (29.) & Jehuda, hi ipsi fortissimi fuerunt duces, qui unà cum cœteris fratribus suis Romanos illo die ingenti clade in atrio Templi affecerant eosqve, ut retrò cederent & intrà mœnia, (30.) quæ Antonia (31.) dicuntur, se reciperent, coëgerant ac prohibuerant, ne inde egredi vel ingredi possent Romani. Titus autem, cùm vidisset, arcem Antoniæ plus de-

(23.) Revocatus fuit à suis, quia in milite unius fors est, in Imperatore universorum periculum, docuit exemplum, quid cavendum potius, qvàm sequendum Cæsari foret, verba sunt Egesippi l. 5. de Bell. Jud. c. 30.

(24.) Vid. Joseph. dict. l. 6. c. 7. atque Egesippus loc. alleg. & Josippi Epitom. pag. 255.

(25.) Hebr. גוד ל, de sorte, sic juxta Hebr. ἐκ τάγματος, ex ordine sive agmine, ita Josephus loc. alleg.

(26.) Sic nominantur etiam in Iosippi Epitome dict. pag. 255. Alexas & Gyphthæus vocantur à Iosepho l. 6. c. 7. Alexas & Gyttæus appellantur ab Egesippo l. 5. de Bell. Iud. c. 30.

(27.) Sic etiam is in Iosippi Epitome pag. 255. nominatur; Egesippus dict. lib. 5. c. 30. vocat Malichum, à Iosepho l. 6. de Bell. Iud. c. 7. appellatur Malachias, idem Iosephus loc. alleg. huic Malachiæ adjungit etiam Iudam, Mertonis filium, qui hic omissus est.

(28.) Is Iacobus Sosæ filius fuit, prout refert Iosephus loc. alleg.

(29.) Sic & ab Egesippo dict. lib. 5. c. 30. in fin. nominatur, ut & in Iosippi Epitom. pag. 255. à Iosepho lib. 6. de Bell. Iud. cap. 7. vocatur Simon.

(30.) Sive: arcem, vid. Iosephus & Egesippus loc. citat.

(31.) De hac arce Antonia suprà h. cap. n. 19. dictum est.

משם ולבא שמה וירא טיטוס אשר אנטוביא היתי לחומי למוקש ויצו טיטוס וידרסו אותה. ויהי הדבר הזה בחמשה בסיון בחדש השלישי בערב חג שבועות והוא בחדש הארבע עש לבוא טיטוס לצו על ירושלם.

trimenti, quàm commodi Romanis adferre, præcepit, ut illa destrueretur. (32.) Hæc gesta sunt die quinto (33.) mensis tertii, (34.) qui Sivan (35.) dicitur, inumbrante vespera festi Septimanarum, (36.) is mensis decimus quartus fuit, ex quo Titus Hierosolymam obsidione cinxerat.

CAP. XLVIII.

ויהי ממחרת היום ביום חג השבועי ויחוגו היהודי הנמצאי בירושלם את חגם והוא חג השבועות ויגש טיטוס על בית המקדש קרוב להיכל כי שם נבצור הפריצי וגבורי היהודי ויוסף בן גוריון הכהן עמו ויקר טיטוס ליוחנן וליתר שרי הפריצי בקול גדול וידבר אליה׳ ברבריש האלה ויוסף בן גוריון היה מבאר להם את דברי טיטוס ויען טיטוס ויאמר ליוחנן הפרין מה תעוא לך להיכל הזה שתגרה עליו את הערה הזאת הגדולה להרסו אם בכח וגבור׳ תתהלל צא נא עם גדודיך וגבוריך על השדה ונלחמה שם ברצונך ועתה הלא היום הזה הוא יום הקיבם ויום טוב לכם מדוע אתם נלחמי׳ במקום הקריבכם הזבח והעולה ואתם מחללי

SEquenti die, quô Judæi, qui adhûc Hierosolymis superstites erant, festum septimanarum celebrabant, Titus ad Sanctuarium ac Templum Domini propius accessit, (quia grassatores ac Judæi milites ibidem convenerant) & Josephum, Sacerdotem, Gorionis filium, secum duxit; dein Johannem cœterosque grassatorum duces vocavit (1.) eosque magna voce ita allocutus est: (Josephus autem, Gorionis filius, verba Titi Judæis interpretabatur) ecquid tibi, Johannes, Templum istud peccavit, dum id maximo involvis exitio, ut destruatur ac devastetur? si robur & fortitudinem tuam ostendere cupis, egredere cum copiis & militibus tuis in campum, ut ibi, pro lubitu tuo, pugnemus, nonne hodiernus dies vobis sacer ac lætitiæ destinatus est? cur igitur eo in loco, ubi sacrificia & holocausta à vobis offeruntur, bellum geritis ac Sanctuarium Domini, Dei vestri, ejusqve nomen profanatis? nos verò non adversùs Templum, qvod domus est Dei tremendi, sed contrà vos pugnamus, qvi dura cervice & superbiâ

(32.) Vid. Ioseph. dict. lib. 6. c. 8. & Egesipp. l. 5. de Bell. Iud. c. 31. princ.
(33.) Idem refertur in Josippi Epitom. p. 255.
(34.) Nempe si initium fiat à Martio, qui Hebræis ניסן dicitur, atque illis primus est ratione anni legalis, vid. Exod. c. 12. v. 2. & Buxtorf. Lexic. hac voc.
(35.) Is mensis Majo respondet, prout Buxtorfius dict. loc. notavit; Josephus dict. l. 6. c. 8. scribit, istud accidisse die decimo septimo mensis Julii.
(36.) Josephus loc. alleg. scribit, illo die τὸν ἀϊδιλειτουργησίαν i. e. juge sacrificium, desiisse Deo offerri virorum penuriâ eamque ob rem populum nimis doluisse, confer. etiam Josippi Epitom. pag. 255.
(1.) Vid. Joseph. l. 6. de Bell. Jud. c. 8. & Egesipp. lib. 5. de Excid. Hierosol. cap. 31. ac Josippi Epitom. pag. 255. & seq. confer. & infrà num. 6. h. cap.

מחללי את קדש אלהיכ׳ ואת שמו ואנו אין אנו נלחמי׳ עם הזכר כי ביד אלהי׳ נורא הוא אך מלחמתנו עמכם הנה אש׳ הקשו ערפכם לבלתי הכנע למי אשר רצון האלהי׳ לתת הממשלה בידו והתאוו׳ לבטל את רצונו ולנו אין דבר מלחמ׳ עם ההיכל אשר לו בעיר הזאת ואם תאמרו לא נוכל עוד להלח׳ הכניעו ערפכם ושאו עולנו חזו ואם תאמרו הבה ונלחמה לכו נא ונצא השדה ושם נערוך את מלחמתנו ולמה זה תחללו את מקדשכ׳ ותשביתון זבח עבודת אלהיכם. ויתלין בין טיטוס ויהודים השומעי׳ הוה יוסף הכהן כי הלין דברי טיטוס ליהודי ובארם מרומי ללשון עברי. ויוסף עוד טיטוס ויבר את היהודי׳ דברי טוביס דברי נחומי ויוכיח׳ על אשר טמאו את מקדש׳ וישפכו בו דמים נקיים ועוד הם יחללוהו בהתגרה׳ מלחמה עם המחנה הכבד הבא עליהם עד שימותו כלם וידיח גבלותיה׳ לדומן על פני האדמה ויחרב מקדשם וישרף היכלם והשבת עבודתם ובל אלה הדברי היו יוצאי מפי טיטוס דבר אחר דבר מול היהודי׳ ונכחם ויוסף כשהליץ את דברי טיטוס ליהודי׳ החרישו כל העם ולא ענהו דבר כי מצוה יוחנן הפרין ושר הפריצי׳ לבלתי השיב לו דבר ויתנו כבוד ליוחנן השר הגדול׳ אז ענהו

perbiâ feroces ei parere recusatis, cui Deus pro arbitrio suo summum imperium tradidit, vos autem ipsius voluntati, quantum in vobis est, reluctamini; ast nobis nullum certamen est cum Templo, quod in hac urbe Deo dicatum est. Si dixeritis, non possumus amplius arma ferre atque pugnare, submittite ergò cervices vestras & jugum nostrum recipite, ut vivatis; si verò dixeritis: agite prælium ineamus, egredimini igitur in campum, ut ibi instructa acie decernamus, cur Sanctuarium vestrum ita profanatis & sacrificia aboletis cultumque Dei vestri tollitis? interpres autem inter Titum ac Judæos fuit Josephus (2.) Sacerdos, qui Titi verba Judæis interpretatus est, eaqve ex Romana in Hebræam lingvam transtulit; alia insuper verba benigna & clementiæ plena Titus cum Judæis loqvens addidit: posteà illos objurgavit, quòd non solùm polluissent Sanctuarium & in eo sangvinem innocentem effudissent; sed etiam quòd Templum Domini adhûc profanarent, dum arma contrà tantum exercitum, qvi eos oppugnabat, gererent, donec omnes incolæ internecione delerentur eorumqve cadavera stercoris instar in agros projicerentur atqve illorum Sanctuarium devastaretur ac Templum incendiô consumeretur & denique cultus divinus aboleretur; hæc omnia verbotenus ex ore Titi prolata sunt, Judæis è regione stantibus & audientibus; Interea verò, dum Josephus Titi verba Judæis interpretabatur, populus omnis tacebat nec quidquam respondebat, (3.) nam Johannes cœterique grassatorum duces præceperant, ne qvis ei responderet; quocircà omnes in honorem Johannis, summi principis, tacuerunt. Dein Johannes, grassatorum dux, respondens ei dixit: (4.) non possumus meliora & Deo magis grata offerre

(2.) Idem refert Egesippus dict. l. 5. c. 31. vid. & Josippi Epitom. pag. 256.
(3.) Consentit Josephus dict. l. 6. c. 8. & Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 31. confer. etiam Josippi Epitom. p. 257.
(4.) Idem refertur in Josippi Epitome pag. 257. cui etiam Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 31. fere con-

ferre in Templo sacrificia atque hololausta, quàm corpora nostra (5.) nec in Sanctuario Domini ejusque Templo melius quidquam, quàm sangvinem nostrum spargere possumus, nam pro Deo nostro pugnantes moriemur; idque perinde erit, ac si holocausta atque agni aliaque sacrificia Deo grata offerantur, (6.) quapropter in urbe sancta nos liberi nec sub jugum vestrum redacti moriemur. Ad hæc Titus, interprete Josepho Sacerdote, Johanni respondens dixit: urbs quidem ista sancta est (7.) Templumque sanctum & valdè venerandum, nec quisquam de eo minus honorificè sentiet ac dicet, nisi vilis homo & ratione destitutus; sed vos peccâstis, qvia Templum Domini, Dei vestri, ejusque Sanctuarium atque urbem profanâstis, dum sangvinem innocuum effudistis & in medio Templo Dei vestri sanctos ejus ac pios homines atque Sacerdotes, qvi illius cultui in Sanctuario operam dabant, & nullius criminis ac peccati rei erant, interfecistis; quomodo igitur vosmet justos prædicabitis ac dicetis, coràm Deo vos haberi tanqvàm holocausta & sacrificia, quæ illi grata sint & accepta? imò verò fœtidi estis coràm ipso, reprobi & abominandi, nonne lex vestra docet, omne holocaustum, (8.) cui macula inhæret, Deo non esse acceptum? quomodo ergò dicetis, vos ei gratos fore & acceptos, qui omni vitiorum genere contaminati estis? dicite mihi, num major in homine labes sit & macula, quàm peccatum ejus & iniquitas? an quis coràm Deo suo magis detestabilis erit, quàm is, qui ipsius legem ac præcepta violat & contemnit? vos autem procùl à Domi-

ענתן יוחנן שר הפריצים ויאמר לו אין
לנו לזבוח זבח לי׳ בתוך ההיכל ולטבוח
טבח לעולה יחד נגבר מבשרנו ואין
לזרוק בבי׳ מקדשו ובהיכלו טוב מרמאר
כי עיר אלהינו גמרת זנלחמנו ונחשב
לפניו בעולות ובכשי לרצון לו ונמותה
חפשי בתוך עיר הקדש ולא עבדים
בידיכם׳ ויען טיטוס ליוחנן ויאמר אליו
והמלין ביניהם יוסף הכהן ויאמ׳ אמנם
העיר עיר הקדש היא וההיכל היכל הקד׳
הוא ונורא מאד ולא יחב׳ בו בבלתי
כבוד כי אם גבוה וחדל דעת׳ אבן אתם
חטאתם כי טמאתם היכל יי׳ אלהיכ׳
ומקדשו ועירו כי שפכתם בתוכו דמי
נקיים והרגת׳ בתוך היכל אלהיכ׳ את
קדושיו ואת חסדיו ואת כהניו העובד׳
אותו בקדש על לא חמס בכפם ואיכה
תצדקו אתם באמרכם כי נחשבן לפניו
בעולות נרצות וזבחי רצוי׳ ואת׳ מוצאשי׳
בעיניו והנב׳ לי מאוסי׳ ומשוקצי׳ והלא
תורתכ׳ תורה אש׳ כל זבח אשה שיהי׳
בו מום לא ירצה לפניו ואיך תאמרו כי
הניו את׳ נרצי׳ ורצוי׳ לפניו ואת׳ מלא׳
כל מו׳ והטא ואשמה ועון׳ אמרו לי
היש לאיש מום גדול מעונו והטאנ
היתועב איש לפני אלהיו כי אם בהפרו
את התורתו ומצותיו אשר צוהו ואתם
החזקו׳

consentit, dum refert, quòd Johannes respondederit, nullum esse præstabilius Deo sacrificium, quàm pro aris, pro focis, pro Templo ponere animam. Josephus autem dict. l. 6. c. 8. scribit, Johannem respondisse, Hierosolymam Dei esse urbem, proinde se excidium ejus non metuere.

(5.) Idem; sed alio ac meliori sensu præcepit Paulus ad Roman. c. 12. v. 1. παραστῆσαι τὰ σώματα ἡμῶν θυσίαν ζῶσαν &c. ut exhibeamus Deo corpora nostra hostiam viventem &c. vid. infrà h. lib. 6. c. 58. n. 5.

(6.) Istud sanè hic est, impio in scelere se pium gloriari.

(7.) Consentit Josippi Epitom. p. 257. & Egesippus dict. l. 5. c. 31.

(8.) Respicitur hic ad Levit. c. 1. v. 3.

Domino, Deo vestro, remoti estis; hæc est via vestra, quam insistitis, nam à planta pedum vestrorum usq; ad verticem pleni estis iniquitatum & peccatorum maculis, quæ hominum animos vulnerant ac lædunt, etiamsi illi maxima sapientiâ sint præditi: sed absit quàm longissimè à viris sapientibus, qui integritate & innocentiâ vitæ conspicui sunt, ut facta vestra imitentur, vos enim eorum, qui corde cœci, stolidi, dementes, vesani & imprudentes sunt, opera peragitis; certè qui sapientia ac prudentiâ valent, temporum adversitates & molestias, quæ sibi eveniunt & à Deo immittuntur, patienter ferunt, quia rerum eventa, molestias &, qui quotidiè nasci solent, casus probè nôrunt. Quomodo verò, ô stolidi, dicere audetis, vos Deo gratos & acceptos esse, tanquàm holocausta & sacrificia ritè oblata? quomodo vosmet ipsos puros & innocentes jactatis? dic mihi, Johannes cœterique grassatorum duces ac tyranni, qui tecum sunt, nonne tu mortalis es & multis miseriis obnoxius? quem adhûc vivum vermes circumdant ac multò magis mortuum rodent; nos quoque æque, ac tu, homines sumus: numquid gratum tibi erit, si quis ex mensa tua, opiparè instructâ, aliquid surripuerit, (9.) nonne id tibi valdè displicebit eumque, qui id perpetraverit, delicti reum perages nec à peccato ac crimine illum absolves? cur verô tu sacrificia Dei tui ex ipsius Templo sustulisti atque domum ejus cadaveribus interemptorum implevisti, ut pedibus conculcentur, idque in summum illius dedecus, contemptum & ignominiam? ecquis videbit, quisnam audiet nec deflebit ingentem illam multitudinem interemptorum ex populo Israëlitico, qui propter te & Simeonem atque Eleazarum, socios tuos ac scelerum communione tibi junctos, interierunt? certè flagitia ac delicta vestra

הרחוק׳ מיי׳ אלהיכם זה דרכיכ׳ כי מכף
רגליכם ועד קדקדכם אתם מלאי׳ ממומי
עונות ואשמות מכותנו׳ ומעדיריך לנשמו׳
האנשי׳ ואף כי יהיו הבמים שלמי׳ אבל
חלילה להכמים השלמים החמומים
בדעותידם לעשות מעשיכם כי מעשיכם
הם מעשי עורי לב ומעשי פחיי׳ ומשוגעי׳
וגבלים וסכלי׳ ואמנם אשר בינה וחכמה
אתם הם ישאו וישכלו לקבל תלאות
הזמן הקורות אותם כאשר תתנן להם
דרך יי׳ כי הם מכיתי בקוות העולם
ותלאותיו וילדי יום יום׳ ואיכה האמרו
פתאי׳ כי התרצו לפניו בעולות וזבחים
ואתם מהנשאי׳ לאמר זכים אנחנו׳
אמור לי אתה יותנן ושרי הפריצי׳ אשר
אתך ובאשי האבות׳ אש׳ עמך הלא
אתה אנוש בעל מבאובו׳ ורמה והולעה
תסובבך בעודך חי ואף כי אחרי מותך
ואנחנו כמוך דומים בעיניך אם יבא
איש לחטוף את שולחנך מלפני׳ כי
יהיה ערוך לפניך לכבוד הלא ירע בעיניך
רדב׳ הוה ותאשי׳ את עושהו ומאשמה
והטא לא תנקה׳ ואתה למה תחטפת
את ובתי אישי אלהיך מתוך היכלו ותמלא
את ביתו פגרי חללי׳ למרמס ולהרפה
ולקלון ובוז מי יראה ומי ישמע ולא
יבכה להמון החללי׳ אשר נפלו מישראל
בגללך ובגלל שמעון ולעזר חבריך ורעיך
לרעה כי עצמו מספ׳ רעותיכ׳ ואשמותיכ׳
ואין אתי משפט נודע יכון לכם לפי
עונותי׳

non

(9.) Idem simile adducitur etiam à Josepho dict. l. 6. c. 8. & ab Egesippo l. 5. de Bell. Iud. c. 31. conser. etiam Josippi Epitome p. 258.

non possunt numerari nec ullum supplicii genus mihi notum est, quo peccata vestra possint expiari; tu verò (10.) in impura illa animi tui improbitate ac crudelitate adhûc pergis & nihilominus putas, Deum tibi auxilio fore, atqve existimas, vos ei gratos & acceptos esse; sed peccata vestra vos à Deo separant eaque tanquàm murus ferreus & sepimentum montium æneorum vos à Domino sejungunt. Verum quidem est, (11.) quòd fortes viri, quales vos estis, pro populo, urbe ac terra sua pugnare debeant, nam cuilibet viro strenuo, quem acerbi premunt casus, satius est mori, quàm hosti suo servire, qui illum dedecore afficere & à lege patriaque sua expellere atque ipsum ejusque terram perdere ac devastare cupit: ast ego hûc non veni, ut vos ignominiâ afficerem aut à legis observatione prohiberem aut terram patriamque vestram vastarem aut vos perderem urbesque vestras delerem; sed ut pacem vobis offerrem ac fœdus vobiscum inirem, si nobis obtemperare & humeros vestros jugo nostro ferendo submittere vultis, sicuti jam anteà Romanis subjecti fuistis; ecquis enim ex omnibus populis eâ, quâ nos, clementiâ vos tractabit? quisnam adeò benignum ergà gentes sese præbebit, sicuti nos facimus? Nonne Hannibal, Carthaginiensium dux, cum omnibus copiis suis terram nostram ingressus eandem vastavit & urbes munitas, imperio nostro subjectas, evertit atque ipse cum exercitu suo copias nostras ferro delevit ac nos diu obsidione pressit, prout nos urbem vestram jam circumvallatam tenemus; sed, posteaquam illum sub potestatem nostram redegimus, ei pepercimus ac benefecimus, atq; illum populo suo principem præfecimus, quia is depositâ superbiâ ac ferociâ jugum nostrum tulit: idem

עוונותיכם׃ ועודך מחזיק בטומאת רעת נפשך ובאכזריותך ומדבר ואומר כי אלהי יהיה בעזרך והושב כי אתם רצוני לפניו ובינו וביניכ׳ מבדילי׳ עונותיכ׳ אש׳ המה בין המביני׳ כחומת ברזל ובגדרת הרי נחשת׃ ואמנם האמת הוא אשר נאה לגבורי כמוכם להלחם בעד עמם ועירם ואדמת׳ כי כל איש גבור ומר נפש טוב לו למו׳ בגבורתו ממשול בו שונאו דבא להכלימו ולהוציאו מהודתו ומאדמתו ולהשמידו ולהאביד ארצו׃ ואני לא באתי להכלים אתכם ולא להוציאכ׳ מהודתכ׳ ולהאביד ארצכ׳ ואדמתכ׳ ולא להשמידכם או להרום עריכם רק באתי לקיוא לכם לשלו׳ ולברות ברית אתכ׳ אם תשמעו אלינו להטות שכמכם ולקבול עולנו כאשר היתם מלפני עם היומי׳ כי מי בכל הגוי שדמלו עליכם כתמלתנו ויטיבו לעמ׳ וכטובתנו׃ הלא אניכל מלך קטרגניא וכל חילו בא וירמום את ארצנו וידרס מבצריכו ויכלה דמון גדודינו כחרב הוא ועמו ויצר ימים רבי׳ עלינו כאשר עשינו לכם אנחנו ואת׳ כך לכדנו אותו ונתמול עליו ונמיב לו וישמנוהו לשר ולקציך על עמו בי נבנע ונכבל עולנו וכן עשינו לאנטיוך מקדון וליתר מלכי הגוים ושריהם אשר לכדנו׃ והלא אתם אומרי׳ כי אתם שומרי׳ את משמרת יי׳ אלהיכ׳ למה לא תעשו

(10.) Nempe: Johannes, nam ad illum præprimis directa fuerunt Titi verba, vid. suprà h. cap. n. 1. ibique not.

(11.) Idem refertur in Josippi Epitome pag. 258. & apud Egesippum l. 5. de Bell. Jud. c. 31.

תעשו כאש׳ עשה וכניה מלככם אש׳ המלה נפשו על הוכל מקדש אלהיכם לבלתי העשו׳ שממה ועל עמכם לבלתי ילך בשבו או ומות בחרב ויסגור את נפשו ואת ביתו ביד מלך כשוים לשון חשוך אתכם מיד גוים׃ ואתם למה זה לא תחלו׳ על נפשכ׳ ועל עמיכם ועריכ׳ ומקדשוכ׳ ועתה שמעו לי והנני כורת לכם ברית לפני אלהי הבית הזה והיה הו׳ לעד ביני וביניכם כי הוא עד שומע ביניתנו ואני נשבע באלהי׳ אשר לא אמיר ולא אפיר בריתי אשר אכרות ולא אעשה לכם רעה ולא אשלוח ולא אשבה אתכ׳ ולא אמלין כי אם איש מגדוליכם והנה יוסף הכהן אשר אתי והיה שר עליכם מבראשונ׳ אם יש את נפשכם אמליכהו עליכ׳ וכל אשר אתו מאנשי האמונ׳ ישובו וישבו בארצכם ואבלו איש את פרי גפנו ושתו איש את מי בורו והיו ולא תמותו ועבודת מקדש אלהיכם לא תשביתו׃ ולמען תבטחו בי עד השלימי בריתי אתכם עם חי׳ ושלום אתן לכם את יוסף שרכם ומקצת שרי הנבבדים ושועי הרומיים והיו בידכם לערבון ויצאתם והשלמתם עמנו והטיתם את שכמיכם והבנעת׳ את ערפכ׳ לעבוד אותנו כבל הגוי׳ וכאשר עשיתם גם אתם

dem fecimus Antiocho, Macedoni, (12.) cæterisque gentium regibus & principibus, quos cepimus. Ast dicitis, vos statuta Domini, Dei vestri, observare, cur ergò non idem facitis, quod Jechonias, rex vester, (13.) qui seipsum pro Templo Dei vestri ejusque Sanctuario, ne illud devastaretur & pro populo vestro, ne is in captivitatem abduceretur aut ferrô periret, tradidit (14.) & se cum domo sua Chaldæorum regi dedidit, ut sic efficeret, ne vos in gentium potestatem veniretis? cur non vitæ vestræ, populo, urbi & Sanctuario vestro etiam vos parcitis? nunc igitur auscultate mihi, en ego fœdus coràm Deo hujus Templi vobiscum pangam, is testis sit inter me ac vos, hic audiat inter utrumque testis; ego per Deum juro, quòd nec fœdus, quod vobiscum facturus sum, rumpam nec ullum vobis malum inferam nec prædam faciam nec vos in captivitatem abducam, nec alium, quàm qui est ex gente ac magnatibus vestris, regem super vos constituam, en Josephus, sacerdos, qui mecum est, ab initio princeps vester sit, & si vobis ita visum fuerit, eundem super vos regem constituam; (15.) præterea omnes Judæi, qui sese fidei meæ commiserunt, revertantur & in terra vestra habitent, ut quilibet fructum vitis suæ comedat & aquam putei sui bibat; sic vivetis ac mortem evitabitis atque sanctum Dei vestri cultum non relinquetis: ut autem fidem mihi habeatis vobisque cautum sit, donec fœderi, vobiscum vitæ pacisque servandæ causa inito, satisfaciam, en Josephum, principem vestrum & nonnullos viros primarios nobilesque Romanos vobis obsides tradam, quocircà egredimini ac pacem nobiscum facite hu-

(12.) Is Syriæ rex fuit à Romanis devictus, de quo Livius l. 37. c. 45. & l. 38. c. 38.

(13.) Vid. 2. Reg. c. 24. v. 10. & seqq. ac Joseph. dict. l. 6. c. 8. circà med. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 31. confer. etiam, quæ suprà h. lib. 6. c. 42. n. 20. notata sunt.

(14.) In Hebræo hic verbum חמל i. e. pepercit, habetur, nam Jechonias, dum semet Chaldæis dedidit, et ipse vitam suam ac Templum, ne illud everteretur, servavit eisque hac ratione pepercit.

(15.) Idem refertur in Josippi Epitome p. 258.

merosque vestros & cervices submittite, ut nobis, sicuti aliæ gentes, serviatis, quemadmodum ipsi quoque antehac feciſtis, qui Neronis Cæsaris ætate Romanis subjecti fuiſtis, hoc modo vitæ vestræ consuletis ac mortem evitabitis nec cultum Sanctuarii Dei vestri deseretis. Dum Titus hæc locutus est, Josephus sacerdos coràm grassatorum ducibus in lachrymas & fletum maximum prorupit propter blandaTiti verba ejusque clementiam, quâ ille Judæos complectebatur; ast ipsi dictis hisce animum non adverterunt. (16.) Josephus itaque, dum vidit, grassatorum animos à Tito ad pacem flecti non posse, eorundem duces (17.) ita allocutus est: non miror, urbem istam vastatum ac perditum iri, novi enim, finem ei instare; sed illud miror, vos Danielis librum (18.) legere nec vaticinium ejus intelligere (19.) ac licèt omnia, quæ ille prædixit, evenerint, neminem tamen ex vobis id animadvertere, ecce enim juge sacrificium abolitum & sacerdos unctus excisus est (20.) atque omnia Danielis dicta effectum sortita ac verè impleta sunt; oculi vestri illud vident, sed cor vestrum non credit: alia insuper verba satis multa, benevolentiæ & humanitatis plena, fecit Josephus ad Judæos; sed grassatores illis animum non attenderunt nec aures suas obverterunt. (21.)

אהם מלפנים אשר עבדתם את הזרומים
בימי נארון קיסר ותהיו ולא תמותו ועבוד'
מקד' אלהיכ' לא תשבותו וישא יוסף
הכהן את קולו בבכי ויבך לעיני שרי
הפריצים בכי גדול על דברי טיטוס ועל
אש' המל עליה' והמר' לא שהו לב
להר'. ובאשר ראה יוסף כי לא יכול
טיטוס לרמו' לב הפריצי' ל השלום ויען
יוסף ויאמר ל שרי הפריצים איגני חמה
מהעיר הזאת אשר היא החלב' להר'
שממה חרבה כי ידעתי כי בא קצה
אמנ' אני המר מכם כי הקראו ולא
תבינו את ספר חזון דניא אשר כל דבריו
באו ואין מבין מכם כי הנה שבת התמיד
ונבורת הבהן המשיח ועמדו כל דברי
דניא במעמד האמת ועיניכם הראות
ולבבכם לא יאמין וידבר עוד יוסף דברים
טובים וויברים ניחומים רבים ל היהודים
ולא שמעו הפריצים ולא הטו את אזנם.

(16.) Consentit Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 31. ac Josippi Epitome p. 259.
(17.) Ad Johannem præcipuè verba fuisse directa scribit Egesippus loc. alleg.
(18.) Respicitur hic ad Daniel. cap. 9. v. 25. & seqq.
(19.) Vid. Joseph. dict. l. 6. c. 8. circà fin. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 31. in fin.
(20.) Ecce illustre illud Danielis vaticinium de summo sacerdote nostro ac vero Messia, Jesu Christo, in alium sensum hic ab autore nostro torquetur, confer. Epistol. ad Hebræ. c. 4. v. 14.
(21.) Egesippus dict. lib. 5. c. 32. in princ. scribit, quòd Deus jam dudum perfidas mentes ursrit, ex quo impio se parricidio commacularunt, Christum Jesum crucifigentes; hic est ille, inquit, cujus mors Judæorum excidium est.

CAP.

CAP. XLIX.

ויהי כשלות יוסף לדבר אל היהודים
והפריצים הקשו ערפ' ולא שמו לב
לדבריו ויפן טיטוס ויצאו מירושלם
הוצה כי אמר פן יספה בעון העיר ו חן
מנגד יהושלם במבראשונה גם כי כחד
מקפריצ' פן יארבוהו וישחיתו אותו ואת
חילו במבואו העיר העצומ' והרבים
ויהחכמו ביום הדוא רבים מאנשי האמונה
מבני הברבי' הגדולים והשועים הנשארי'
בירושלם ויצאו אל טיטוס ויפלו בידם
ויהם עלידם טיטוס ויקבלם בשלום
ובכבוד. ויצו טיטוס את מבחר השרי'
אש' אתו לשלחם עד ארץ גשן אשר
היה מושב לישר' בימי יעקב אביה' ע"ה
ובימי יוסף הצדיק השליט על ארץ
מצרים ולהתהדר להם ולכו
הכשדים וישלחום ויביאום גשנה ויחנה
להם לאחזה ויאחזו בה וידרו שם.
ויצו טיטוס את נציב הרומים אשר
בארץ מצרים לחמול על היהודים הנצבי'
בארץ גושן ולבלכלם שם ולשמור אות'
לבלתי ירע להם אחר מגדודי הרומיים.
ורבים מהיהודי' עוד הערימו ובקשו לצאת
מירושלם

PO steaquàm Josephus finem dicendi fecit & grassatores cervices suas indurârunt nec Josephi verbis animum adjecerunt, Titus Hierosolymis egressus est, metuens, ne peccatis urbis involutus simùl interiret, & castra è regione urbis locavit, sicuti ab initio fecerat, quia etiam timor eum incesserat, ne grassatores per insidias se suumque excitum circumvenirent eumque in vicis urbis, qui bene muniti ac multi erant, opprimerent. Eodem die non pauci ex filiis summorum Sacerdotum cæterorumque fide, dignitate ac nobilitate conspicuorum, qui Hierosolymis adhûc superstites erant, saniori consilio electo, ad Titum egressi sunt (1.) seque Romanorum potestati tradiderunt, quibus Titus pepercit eosque benignè & honorificè suscepit & præcipuis quibusdam ducum suorum injunxit, ut Judæos illos in terram Gosen, (2.) ubi Israëlitæ tempore Jacobi patriarchæ (3.) p. m. & Josephi justi, qui Ægypto præfuit, ætate habitârunt, deducerent eamque regionem illis possidendam traderent. Quapropter Chaldæi abierunt & Judæos in terram Gosen deduxerunt, quam & illi occuparunt ibique habitârunt: prætereà Titus principi Romano, (4.) qui Ægypto præfectus erat, præcepit, ut Judæos, in terra Gosen habitantes, benignè tractaret, eisque victum præberet ac solicitè caveret, ne quis ex militibus Romanis illos injuriâ afficeret, multi quoque Ju-

(1.) Vid. Joseph. l. 6. de Bell. Jud c. 9. & Egesipp. l. 5. de Excid. Hieros. c. 33. ac Josippi Epitom. p. 259.
(2.) Autori nostro consentit Josippi Epitome dict. pag. 259. sed Josephus lib. 6. c. 9. scribit, quòd Titus Judæos transfugas ad urbem quandam Gophnam dimiserit, cui & Egesippus dict. l. 5. c. 33. adstipulatur; cæterum de urbe ista Gophna vid. inter alios Joh. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmissa c. 55. n. 7.
(3.) De quo vid. Genes. c. 47. v. 27.
(4.) Hebr. נציב הרומיי, sic in nostro codice, quæ verba Munsterus in Josippi Epitome pag. 259. transtulit: stationem Romanorum, confer. R. Salom. ad 1. Samuel. c. 13. v. 3. & ad 1. Paralip. c. 11. v. 16.

dæi inito clàm consilio conati sunt Hierosolyma egredi; (5.) sed grassatores id prohibuerunt, fortassis illorum scelera Deus ultus est, nimirùm ut simùl cum cæteris grassatoribus, fratribus suis, interirent, quoniam ipsi quoque flagitiorum & crudelitatis societate eisdem conjuncti erant. (6.) Grassatores itaque omnes Templi exitus clauserunt, ne quis ex Judæis, qui Hierosolymis erant, ad Titum egredi posset. Titus autem, cùm probè nôsset, multos ex Judæis urbe egredi & ad se quidem profugere velle; (7.) sed eos à grassatoribus prohiberi, denuò ad locum illum, ubi grassatores erant, accessit & Josephum, Sacerdotem, secum duxit. Vilioris itaque turbæ homines, dum Josephum unà cum Tito accedentem conspexerunt, in lachrymas ac fletum maximum eruperunt atque Josephum ita allocuti sunt: agnoscimus nostras ac patrum nostrorum iniquitates atque fatemur, quòd in Dominum, Deum nostrum, peccaverimus eumque ad iram provocaverimus, perspectam quoque habemus Titi, Imperatoris filii, clementiam, quâ ille ergà nos utitur & quòd ipse afflictionum atque calamitatum nostrarum misericordiâ tangatur: sed quid agamus; nam nos quidem egredi & ad Titi clementiam confugere volumus, ut grassatorum improbitatem ac tyrannidem evitemus; ast facultas & vires nobis desunt, quia tyranni isti ab incepto nos prohibent. Grassatores autem, cùm audissent, quid Judæi cum Josepho coràm Tito locuti essent & quòd Titum Cæsaremque Vespasianum, illius patrem, honorâssent eumque dominum vocâssent, strictis gladiis adorti sunt miseros illos eosque interimere voluerunt; sed ipsi maximo clamore sublato Titi auxilium implorârunt,

מירושלם ולא עזבום הפריצי לצאת ומי
יודע אם אולי נפקד עונם גם הם להספי
בעי עם יחד אחיהם הפריצי כי גם הם
יהודים היו במעל הרעה והאבודים וסגרו
הפריצים את מוצאי ההיכל לבלתי תת
איש מכל היהודי הבאים ביהושלם
לצאת אל טיטוס ויודע לטיטוס כי רבי
מהיהודי מבקשי לצאת מירושלם ולהמלט
אליו והפריצים מונעים אותם· ויקרב עוד
טיטוס אל מקום הפריצי ויוסף רבהן
עמו ובראות העם הזל את יוסף עם
טיטוס ויבבו בכי גדול ויאמרו אליו
כדברים הללה יודעים אנחנו את עונותינו
ואת עונות אבותינו ואש מעלנו ותאנו
ליי שהינו גם יודעים אנחנו את המלת
טיטוס בן המלך אשר יחמול עלינו וירחם
על צרותינו ועוותינו אמנ מה נעשה כי
אנחנו נבקש לצאת אליו ולהמלט אל
רחמיו מרעת הפריצים ואין לאל ידינו כי
הפריצים מונעים אותנו· וכשמוע הפריצי
דבריהם שהיו מדברי ליוסף בעיני טיטוס
ואשר הין מכבדים לטיטוס והקיסר
אספסינוס אביו וקוראים אותו אדון
וירוצו עיהם בהרבות להמית ויצעקו כל
טיטוס לאמר הושיענו אדונינו וירוצו
הרומיים להצילם מיד ותחגרה עור
המלחמ בקרב ההיכל בין הרומיים ובין
היהודי ויחלצו הרומיי אל בית קדש
הקדשים

(5.) Idem refert Iosephus dict. lib. 6. cap. 9. in Iosippi Epitome pag. 259. narratur, quòd Iudæi etiam per cuniculos ac fossas excavatas conati sint egredi ad Romanos; sed à grassatoribus ab incepto prohibiti fuerint.

(6.) Confer. hic Egesippus dict. lib. 5. de Bell. Iud. c. 33.

(7.) Vid. Egesippus loc. alleg. & Iosephus l. 6. de Bell. Iud. c. 10.

הקדשים להמלט שמה וירדפו היהודים
אחריה׳ ויהרגו אותם שמה בתוך הקדש·
ויקרא טיטוס והוא עומד מחוץ להיכל
ליוחנן שר הפריצים בקול גדול ויוחנן
היה בתוך ההיכל ויאמ׳ אליו הוי יוחנן
הלא רעתך רבה ואין קץ לעונותיך איה
כבוד אלהיך ותפארתו הלא כתוב בתורת
שלהיכם בעבור המקום הקדוש הזה שהוא
מקום קדש הקדשי׳ והזר הקרב יומת כי
לא יקרב לבא בו רק הכהן הגדול לבדו
פעם אחת בשנה כי קדש קדשי׳ הוא
ואין הנמלט עתה אליו לא החיון רק
השפכו בו דם ערלים אשר הם מהועבים
לכם ועם דמי אתיב׳ היהודי׳ תערבו עם
דמי הערלי׳ בהוכו ויי׳ שלהיכם יהיה לי
לעד כי לא אהבתי לנתוץ את הבית
הזה ולא להרסו אמנם ידיכם ומעשיכ׳
הרעי׳ הם יהצורו וירחיקוהו ומי יתן
והייתם נאותים לנו להשלים עמנו והיינו
מכבדים את בית המקדש הזה ואת היכל
יי׳ שבתוכו ונסענו מכאן והלכנו מעליכ׳
אך הוזק לבבכם כברזל וגם כרחל ערפכם
ומצחכם נחושה לרעתכם ואתם עוננם
תשאו ובארצות הרומיים תמותו ואני
ובית אבי נקיי מאשמתכם ושתמא מוכיכ
נגד יי׳ ונגד היכלו ומקדשו עדי הם
היום· ויראו טיטוס כי אין מקשיב
מהפ׳

(8.) Quod gentiles cum formidine spectabant. Iudæi cum furore ac temeritate adibant & madidas manus humano sanguine gerentes ipsa tractabant altaria, verba sunt Egesippi dict. lib. 5. c. 34.

(9.) Confer. Egesippus loc. alleg. & Ioseph. l. 6. de Bell. Iud. c. 10.

(10.) Vid. Numer. c. 3. v. 10. & Ioseph. dict. l. 6. c. 10. circà med. atque Egesipp. l. 5. de Bell. Iud. c. 34.

(11.) Confer. Exod. c. 30. v. 10. & Levit. cap. 16. v. 2.

(12.) Advenarum simul & civium cruore vestra altaria commaculatis, scribit Egesippus lib. 5. de Bell. Jud. c. 34.

(13.) Idem refert Egesippus loc. alleg.

rârunt, dicentes: serva nos, quæsò, Domine noster; his dictis Romani accurrerunt, ut illos è grassatorum manibus eriperent, unde denuò atrox prælium inter Romanos ac Judæos in medio Templo (8.) exortum est atque Romani ad domum Sancti Sanctorum, ut vitam suam ibi servarent, se receperunt; sed Judæi eosdem persecuti in loco sanctissimo interfecerunt, quô facto Titus, (9.) qui extrà Templum stabat, alta voce Johannem, grassatorum ducem, qui in Templo erat, ita inclamavit: improbitas tua in immensum crevit & iniquitates tuæ nullum habent finem, ubinam est reverentia Dei tui ejusque honor? nonne in lege Dei vestri de loco isto sacro, qui Sanctum Sanctorum dicitur, scriptum est: quicunque extraneus accesserit, is moriatur (10.) nec locum illum alius quisquam ingrediatur, præter solum Pontificem, idque semel tantùm in anno, (11.) quia Sanctum Sanctorum est; cur igitur nunc illos, qui se eò recipiunt, vivere non finitis, sed in eo sangvinem incircumcisorum, qui vobis abominationi sunt, effunditis atque in illo sangvinem Judæorum, fratrum vestrorum, miscetis cum sangvine incircumcisorum? (12.) Dominus, Deus vester, sit mihi testis, quòd domum istam nequaquam destruere ac devastare cupiam; (13.) sed manus vestræ & peccata vestra sunt, quæ illam destruunt ac diruunt; utinam animus vester ad pacem nobiscum ineundam inclinet! nos sanè domum Sanctuarii istius ac Templum Domini, qui in eo est, honore afficeremus & castra nostra statim ab urbe ista moveremus atque illius obsidionem solveremus; sed cor vestrum ac cervi-

cervices ferrum æqvant duritie & frons vestra ænea est in perniciem vestram: qvamobrem scelerum vestrorum pœnas dabitis & in Romanorum terra vitam finietis; ego verò & domus patris mei insontes erimus nec delictorum & peccatorum vestrorum, qvibus vosmet ipsos morti objecistis, culpam sustinebimus, testes hujus rei sint nobis hodiè Dominus ejusque Templum & Sanctuarium. Titus igitur, dum vidit, neminem grassatorum dictis suis animum adjicere (14.) nec illis attendere, triginta millia fortissimorum militum (15.) ex omni Romanorum exercitu elegit eisque præcepit, ut atrium Templi, quod sanctum erat, oppugnatum irent, ipse etiam Titus simùl cum illis prœlium inire voluit, (16.) sed duces ejus illum ab eo proposito averterunt, dicentes: elige tibi locum quendam excelsum, unde milites tuos pugnantes conspicere possis, illi enim, si te certamen, ab ipsis initum, procùl intueri animadverterint, animos sument & ex voto tuo lubentes pugnam capessent; tu verò sanctum Templi atrium non ingrediaris, ne fortè simúl cum aliis eô, quô minimè decet, modô ibi occumbas & nos omnes exitio tuo involuti unà pereamus. Titus itaque, ducum suorum consilium secutus tunc quidem cum militibus illis non abiit, sed Cerealium (17.) & Dosithæum (18.) duces triginta millibus militum, quos ad sanctum Templi atrium misérat, præfecit, ut ibi cum exercitu suo contrà Judæos pugnarent eisque simùl præcepit, ut Judæos noctu, (19.) dum somno

מהפריצים ל דבריו ואין שומע מהם ל ו
ויבחר מכל גבורי הרומי' שלשי' אלף
בורי' למלחמה ויצו' ללכת ל העזרה
אשר היא הצר הקדש ויבקש גם הוא
ללכת עמהם וימנעו אותו שריו ויאמרו
כדברים האלה עמוד לך אתה במקום
גבוה והביטה במלחמת גבוריך · והוא
באשר יראון גבוריך מרחוק יחזק לבם
וילחמו ברצונך בלב טוב ולא הלך אל
העזרה והיא הצר הקדש פן תספה עם
הנספי' שם בלא משפט ואבדנו כלנו ·
וישמע טיטוס לעצת שריו ולא הלך עם
הגבורי' ההם למלחמ' בפעם הזא'
ויפקד טיטוס את קריאולום ואת ווספטיאום
שלישי' על שלשים אלף הגבורים אשר
שלה ל העזרה אשר היא הצר הקדש
לבא עם צבאיו להלחם שם עם היהודי' ·
ויצו אותם טיטוס לאמר אשר יבאו על
היהודי' לילה בעודם שוכבים ועיפים
ויתאזרו ויתחזקו להלחם עמהם ולהבות'
והיהודי' שמרו משמורות וידעו כי הרומי'
באים עליהם לילה ויתיצבו ויתאזרו
לקראת הרומיים כל הלילה ולא נלחמו
הרומיים עמהם כי פחדו מהם כי מי
יתאזר להלח' בנשף באישון לילה ואפלה
בעת

(14.) Vid. Joseph. dict. l. 6. c. 11. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 35.
(15.) Idem refertur in Josippi Epitome p. 250.
(16.) Consentiunt hic Josephus & Egesippus loc. alleg.
(17.) Hebr. קריאולום, ita hic pro קריאולום, quod in nostro codice habetur, legendum puto, secutus Josephum dict. lib. 6. c. 11. Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 35. nominat Cerealem, vid. infra h. cap. n. 22.
(18.) Hebr. דוסיטיאום, sic & hic & Josippi Epitom, pag. 260. legendum videtur, pro דוסטיאום quod nomen in codice nostro & in Josippi Epitome dict. pag. corrupte legitur; cæterum hujus Dosithæi nulla nec apud Josephum nec penes Egesippum loc. alleg. fit mentio, confer. quæ supra l. 4. c. 4. n. 26. de hoc nomine notata sunt, vid. & infra n. 22. h. cap.
(19.) Horâ nona, uti scribit Josephus dict. l. 6. c. 11. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 35.

בעת אש' אין אדם מביר לרעהו · ויהי
ברוחת הבקר אור ויחלקו היהודים
למשמרות על שערי העזרה וילחמו על
השערי' מלחמ' גדולה ויסב קריאולום
וווסטיאו' את בית המקד' עם שלשים
אלף הגבורי' לבלתי תת איש מהיהודים
להמלט ממנו ותחזק המלחמה בין
היהודים והרומיים שבעה ימים · ויהי
כאשר היתה מתחזקת יד הרומיים על
היהודי' ויהי להוצי' אותם אל תוך העזרה
הת היהודים מהאזים ורודפים אחרי
הרומיים עד הומת אנטוביאה ויעשו בן
כל שבעת הימים ואחרי כן סרו הרומי'
מעל היהודי' ולא אבו להלחם עוד עמהם
שם כיצוה טיטוס לנתוץ את הומת
אנטוביאה להרחיב מקום לכל מחנה
ויעשו אנשיו בן · והרעב כבד מאד
בירושלם ואין מזון ואין מרוה והיהודים
ההלו לצא' כל איש אשר יחזק לבו
ללכ' לצא' ולגנוב ולחטוף לילה ממחנ'
הרומי' סוסים ותמורי' וכל ברמה לאכול
ולהוות להם למזיה להוות את נפשם ·
ויהי

somno graves & laboribus defatigati essent, adorirentur. Romani itaque milites armis instructi paratique fuerunt ad prælium cum hostibus ineundum; Judæi verò impigrè excubias egerunt, (20.) quia ipsis compertum erat, Romanos noctu venturos esse, quapropter & illi instructi paratique tota nocte Romanorum impetum expectârunt: ast Romani præ metu cum Judæis non pugnârunt; (21.) ecquis enim noctu tenebris obortis ac cœca caligine, quâ homines se invicem dignoscere ac discernere non possunt, pugnam capescere audeat? Illucescente autem die Judæi copias suas ad defendendas atrii portas diviserunt, ubi atrox exortum est prælium; nam Cerealius & Dosithæus (22.) cum triginta millibus militum domum Sanctuarii circumdederant, ne quis Judæorum inde evadere posset; istud inter Judæos & Romanos certamen per septem dies continuos (23.) duravit: cumque Romanorum copiæ contrà Judæos prævaluissent eosque intrà atrium compulissent, Judæi collectis viribus animisque resumptis Romanos viriliter rejecerunt eosque ad arcem usque Antoniam (24.) persecuti sunt. Dum itaque pugna ista septem illis diebus continuata fuit, tandem Romani à Judæis recesserunt nec cum eis amplius eo in loco pugnare voluerunt; nam Titus præceperat, ut Antoniæ mœnia destruerentur (25.) ac locus universo exercitui suo latius pateret, qvod mandatum etiam milites ejus

execu-

(20.) Idem refert Josephus dict. l. 6. c. 12. princ. & Egesippus loc. alleg.
(21.) Imo à nona hora noctis usque ad quintam diei utriusque pugnatum fuisse scribit Josephus dict. l. 6. c. 12. circa fin. cui etiam Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 35. consentit.
(22.) Vid. quæ paulò ante num. 17. & 18. de his nominibus dicta sunt.
(23.) Consentit Josippi Epitom. pag. 260. sed Josephus dict. l. 6. c. 12. rem paulò aliter refert, vid. & Egesippus lib. 5. de Bell. Jud. c. 35. idem cap. 36. princ. scribit, quòd septem dierum spatio omnia fuerint deposita usque ad fundamenta terræ, quæ castro, cui Antoniæ nomen, Herodes immuniverat, confer num. 25. h. cap.
(24.) De hac arce Antonia supra h. lib. 6. c. 47. n. 19. nonnulla annotata sunt, confer. & num. sequ. 25. h. cap.
(25.) Vid. quæ num. antec. 23. & 24. & saprà h. l. 6. c. 47. n. 19. notata sunt.

executi sunt. (26) Intereà fames Hierosolymis vehementer invaluit, nec ullus superfuit victus aut cibus; quocircà nonnulli Judæi urbe egredi cœperunt animo audaci, ut è Romanorum castris eqvos, asinos aliaqve animantia noctu furarentur (27.) eaque subtraherent, quò sese illis sustentarent, ne fame penitùs deficerent atqve perirent, qvod dum Judæi sæpius fecerunt, Romani tandem intellexerunt, Judæos noctu Hierosolymis egredi & è Romanorum castris animalia victus causa subtrahere ac furari: quapropter Romani ad iram commoti custodias circà castra sua disposuerunt, (28.) ut Judæorum rapacitatem prohiberent, qvô etiam factum est, ut nemo Judæorum amplius qvid subtrahere posset.

CAP. L.

PEr idem tempus Judæi, armis instructi, venerunt ad portam Orientalem & murum, qvem Titus ibi fieri curaverat, destruxerunt ac demoliti sunt; nam Titus mœnia è regione portæ illius ædificari præceperat propter Judæos grassatores, ne illi repentè eruptionem facerent atque Romanos milites opprimerent, prout sæpius facere consveverant. Itaque juvenes nonnulli lectissimi Judæorum militum ex loco illo, qvem ipsi in muro, è regione portæ orientalis ædificato, destruxerant, egressi sunt atqve inde subitò ad montem olivarum ascenderunt, (1.) ubi eqvos, mulos, asinos atqve alia multa animantia deprehenderunt, & quæcunque poterant, occisis priùs custodibus, abduxerunt atqve inter abigendum maximum clamorem sustulerunt. Roma-

(26.) Confer. Joseph. dict. l. 6. c. 13. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 36.
(27.) Idem refert Josephus dict. l. 6. c. 14. & Egepus loc. alleg. confer. etiam Josippi Epitom. pag. 260.
(28) Idem refertur in Josippi Epitom. p. 260.
(1.) Vid. Joseph. lib. 6. de Bell. Jud. cap. 15. Egesipp. l. 5. de Excid. Hieros. c. 36. ac Josippi Epitom. p. 260.

יהו בעשורת ההודו כן מוטב ליום
ומללה ללילה ויבינו הדומים אשר
היהודים מתגנבים ויוצאו מירושלם לילה
וגונבו והוטפים מוהנו המומי בהמות
למחית ויכעסו הדומי עד בכה מאד
ויהר אפם וישימו משמורת סביבות
מחניהם מפני שודדי היהודים ואין מי
יוכל מהיהודי לגנוב עוד׃

בעת ההיא יצאו היהודים הגבורי בכלי
מלחמה ויבאו ל שער הקדי ויהרסו את
הקיר אשר בנה עליו טיטוס ויהתמהו כי
בנה טיטוס חומה בגלל הפריצים נכח
השער ההוא למען לא יצאו היהודי
פתאו עליו ויכו במחנהו כאשר עשו
מימים ימימה׃ ויצאו בהורים ברוחים
מגבורי היהודי הרם מן המקו אשר
הרסו בקיר אשר נכח שער הקדי ויעלו
משם פתאום ל הר הזתים וימצאו שם
סוסים ופרדים וחמורי ובהמה רבה מאד
ויכו את שומריה לפי חרב וינהגו את
כל

כל אש יכולו מהם וירעו מדי הנהיגם
לברמות הדן תרועת גדולות׃ ויבינו
הרומי את הדבר הזה ני שמעו קולות
ההרועה ויראי כי נהגו היהודים את
בהמותיה ויקומו וירוצו אחריה למלחמה
והבהודי הדמה נחלקו לשתי חלקי בני
החלק האחד נהגו את הבהמו ובני
החלק האחר עמדו על אם הדרך לנכח
הרומים וילחמו בם מלחמ גדולה
ועצומה ויגברו היהודים על הרומים
וינצחום ויביאו את שללם ל ירושלם
כי היהודי היו יוצאי מירושלם מדוב
הדוהק ומכוכד הרעב ומקצר רוחם במיעוט
המחיה והמזון אש נעדר מהם והיו
מתאוי במלחמה למען הציל להם מזון
למחיה׃ וההומי לא היו נלחמי רק על
הרפתם אשר ראו כי היהודים נהגו
בהמותיה לפניה ולא היו משימים את
נפשותיה בכפותיה להלחם עד המות
ביהודי ויפלו אז מהרומי אשר הדפו
אחרי הבהמי׃ והם חללי רבי והיהודים
נהגו את הצאן ואת יתר הבהמות אשר
שללו מהרומים וימלטו העירה ויהדפו
אחריה גבורי הרומים ולא לכהים רק
כי ראו אשר הביאו את שללם לפניהם
ל ירושלם׃ והבחורי הדם היו גוברים
על הרומי הדם ומכי בהם הלוך ודבות
ויהדפו אחריה עד קרוב למחנה טיטוס
ויהי כי ראו כל המונות הגבי את גבורת
הבחורי הדם ואת קשי עופם וחקת
לבם לדחוף אחרי הרומים עד המערה
הגדול

Romani autem rem istam animadvertentes (audierant enim clamorem illum ac viderant, pecora sua à Judæis abigi) arreptis celeriter armis juvenes istos persecuti sunt; ipsi autem in duas sese partes diviserant, qvarum altera pecora abigebat, altera in bivio stabat armata contrà Romanos & adversùs illos fortissimè & acerrimè pugnabat adeò, ut Judæi eo qvidem tempore Romanos superarent eosque repellerent atqve prædam suam in urbem Hierosolymam deducerent, nam Judæi summa necessitate atqve famis gravitate, ut & cibi ac victus penuriâ, qvâ tunc laborabant, adacti urbe exierant (2.) atqve alimentorum qværendorum vitæqve sustentandæ causa pugnam inierant; Romani autem non nisi dedecoris & ignominiæ evitandæ gratia præliô certaverant, dum Judæos pecora sua ante se agentes conspexerunt; qvocircà Romani non ita, uti Judæi, vitam suam temerè profundentes ad mortem usqve pugnârunt, ac multi Romanorum, qvi Judæos illos juvenes persecuti erant, tunc temporis interempti ceciderunt. Judæi verò pecora aliaqve animantia, Romanis adempta, abegerunt eaque in urbem duxerunt, qvos Romani qvidem milites persecuti sunt; sed illos capere non potuerunt, nec aliud qvidqvam utilitatis inde retulerunt, quàm ut Judæos prædam ad urbem Hierosolymam præ se agentes conspicerent, sic juvenes isti Romanis superiores evaserunt eosqve subindè cædendo ac prosternendo usqve ad Titi castra persecuti sunt. Ast dum universa gentium multitudo juvenum istorum fortitudinem, pertinaciam & obstinatum animum, qvo illi Romanos ad ipsa castra perpulerant, conspexit, tunc omnes gentium copiæ, qvæ in castris Romanis erant, arma sumpserunt, ut juvenes istos invaderent eosqve vel interficerent vel vivos caperent; sed illi id animadvertentes & ingentem multitudinem sibi imminere

(2.) Vid. Joseph. dict. l. 6. c. 15. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 36.

הגדול ויקומו כל המונות הגוים אשר במחנה הרומי׳ לבא ל הבחורי׳ ההם להמית׳ או ללכדם והבחורי׳ ההם כי ראו אשר רוב העם עליה׳ וימלטו העירה וירדפו אחריה׳ גבורי המינות הגוי׳ ההם ולא לכדום ולא פגעו באיש מהם רק כי לכדו אחד מנעריה׳ חי ויביאוהו אל טיטום ושם האיש אשר לכד את הנער הנ׳ פידאנום ויתגברו גבורי הרומי׳ על ככה וישובו זה לאות טוב עליה׳ ויתגאר גבורי רומי׳ ויהללו את פידאנום כי גדול היה בעיני טיטום ושרוי וטיטום לקח את הנער היהודי וינשאהו וילבישהו ויכבדהו ויתנהו למשרת ליזקף הכהן אשר אתו לשר׳ ויהי איש אחד מן הבחורי׳ ההם את לנער דבלכד חי על יד פידאנום והוא איש נבוה וחדל אישים בתואר וקצר הקומה ושמו יונתן ויסוב פניו ויפן אחור ויוא והנה פידאנום אשר לכד את הנער אחיו חי וימלא עליו חמה על ככה ויולך ויעמוד אצל קבר יוחנן הכהן הגדול מחוץ לעיר נבוה מחנה הרומי׳. ויקרא ל טיטום ואל כל מחנהו ויאמר אליהם בדברי׳ השה מי בכם גבור במלחמה יבא

conſpicientes intrà urbem ſe receperunt &, licèt gentium copiæ juvenes iſtos celeriter perſeqverentur, neminem tamen ex eis comprehendere potuerunt, præter adoleſcentem qvendam, qvem vivum ceperant, is ſtatim ad Titum deductus fuit; nomen autem viri, qvi adoleſcentem illum ceperat, fuit Pedanius. (3.) Qvapropter Romani milites animis elati rem illam in bonum omen traxerunt ac Pedanium laudibus extulerunt, qvia Titus ejusqve duces eum magni æſtimaverant: (4.) adoleſcens autem ille Judæus à Tito benignè ac clementer exceptus (5.) veſtibusqve indutus Joſepho Sacerdoti, qvi apud Titum principem locum obtinebat, traditus eſt, ut ei miniſtraret. Erat autem vir qvidam inter Judæos milites, adoleſcentis iſtius, qvi à Pedanio vivus erat captus, frater, vilis conditionis homo & aſpectu deformis (6.) humiliqve ſtatura, nomine Jonathan, is, cùm Pedanium, à qvo frater ejus vivus erat captus, reſpiciens vidiſſet, irâ inflammatus proceſſit & juxtà ſepulcrum Johannis, ſummi Sacerdotis, extrà urbem è regione caſtrorum Romanorum ſtetit (7.) & Titum omnesqve illius milites inclamans ita dixit: quisnam ex vobis eſt, qvi robore ac fortitudine bellica præſtat, is hûc veniat & ad me accedat? id enim verè dico, quòd hinc non ſim receſſurus, donec ille ad me venerit & ego ipſe cum eo pugnavero; ſic hodiè notum fiet, qvinam fortitudine antecellant, Romani ne an Judæi: ſed Romani virum iſtum parvi æſtimarunt eumqve contemptui

(3.) פראניום, ſic potius hic legendum puto, quàm פיריאנוס, quod nomen in codice noſtro mendosè habetur, priorem lectionem confirmant Joſephus & Egeſippus loc. alleg. vid. infrà num. 10. h. cap.

(4.) Egeſippus l. 5. c. 36. in fin. ſcribit, quòd Pedanius Judæum captivum velut lepuſculum aquila aut accipiter fulicam antè pedes Cæſaris viventem dejecerit, quo delectatus admodum Titus laudatum eum & honoratum dimiſerit.

(5.) Joſephus dict. lib. 6. c. 15. ſcribit, captivum illum juvenem à Tito traditum fuiſſe ſupplicio.

(6.) A Joſepho dict. lib. 6. & cap. 17. deſcribitur, quòd is fuerit τὸ σῶμα βραχὺς καὶ τὴν ὄψιν ἐυκαταφρόνητος, ſtaturâ brevis, & aſpectu contemnendus; eidem adſtipulatur etiam Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 37. ubi refert, quod Jonathas iſte exiguus corpore ac deſpectu dignior fuerit.

(7.) Idem refert Joſephus & Egeſippus loc. alleg.

יבא נא ויגש אלי כי את דברי אקים לבלתי סורי מפה עד בואו אלי ואלחמה עמו ויודע כהיו׳ הזה למי הגבורה אם לרומי׳ או ליהודים׳ ויהי האיש הזה כנתעב בעיני הרומי׳ ויבזוהו בעיניה׳ וגם יראו מגשת אליו כי אמרו אם נמיתנו לא תחשב לנו לגבורה כי נבזה הוא ואם ימית הוא ממנו והיה לנו מעיר להרפה ולקלון׳ ויען יונתן ויאמר אל הרומי׳ מה תחשב גבורת הרומי׳ לפניני בבל מקומות מלחמותנו הלא נגפתם לפנינו ונך אחב׳ כשפחותנו ושפנו לנוס מפנינו׳ ועתה מה אתם נחשבי׳ בעיניני לולי המונות הגוי׳ האלה אשר המה נוספי׳ יום יום עליכם מסביב ועתים לכם כי מאו היית׳ למאכל לנו ואנחנו אבלתנו חרבנו כי כליגו איש את רעהו ברעתנו על כן לא נשארנו כי אם מתי מעט ואתם מה אתם ומה גבורתכם וכאין אתם נחשבי׳ בעיניני ועתה מי מגבוריכ׳ אשר מלאו לבו מעולם לעשות גבורה יבא נא עלי להלח׳ עמי ואני נבוה מבל היהודי בחרו לכם אתם דנבחר בגבורה מגבורי הרומים למען הדעו כי לנו הוא עיצם הגבורה ולא לכם׳ ויתנדב לבא אליו אחד מגבורי טיטום ושמו פודנס אשר לכד את הנער אחי

temptui habuerunt nec eorum qvisqvam ad illum accedere voluit, qvia cogitaverant, ac ſecum reputaverant, ſi virum iſtum deſpicatum & ignobilem vicerimus, nullam inde gloriam reportabimus; (8.) ſi verò ille noſtrûm aliqvem ſuperaverit, id ſummo nobis dedecori & ignominiæ erit. Jonathan autem Romanos iterùm ſic compellavit: ecqvid robur veſtrum præ noſtra fortitudine, qvam ubiqve in præliis noſtris ſpectandam exhibuimus, æſtimandum eſt? nonne vos ſuperavimus & non ſecus atqve ancillas & parvulos noſtros vos in fugam conjecimus veſtrisqve tergis inhæſimus? nunc itaqve qvid præ nobis æſtimandi eſtis? etenim niſi maximæ illæ gentium copiæ, quæ quotidiè ex locis finitimis ad vos catervatim confluunt, auxilium vobis tuliſſent, dudum nobis eſca facti eſſetis; nos verò bellô inteſtino conſumpti ſumus, dum noſmet ipſi mutuis cœdibus ac lanienis improbè interfecimus, unde pauci noſtrûm ſuperſunt; qvid autem vos, qvid fortitudo eſt veſtra? certè præ nobis nihili æſtimandi eſtis, ecqvis igitur veſtrorum militum eſt, qvi unqvam præclarum facinus perpetravit? is ad me veniat ac mecum certet, qvi cœteris Judæis omnibus fortitudine inferior ſum; vos autem virum qvendam robore præſtantem ex militibus Romanis eligite, ut cognoſcatis, qvòd nobis meritò fortitudinis laus, non vobis, competat. His dictis qvidam ex Titi militibus, nomine Pudens, (9.) is ipſe, qvi adoleſcentem, Jonathanis fratrem, vivum ceperat & ad Titum deduxerat, ad certamen ſeſe ſponte obtulit, dum igitur Pudens, qvi & Pedanius, (10.) ad Jonathanem acceſſit, ille eundem ſubitò adortus interfecit,

(8.) Vid. Joſeph. dict. l. 6. c. 17. & Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 37.

(9.) Hebr. פודנס, ſic enim hic potius legendum puto, quam פודנס quod nomen corruptum in codice noſtro habetur, nimirum pro ר Reſch legendum erit ד Daleth, facili mutatione, priori lectioni conſentit Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 37. à Joſepho libr. 6. cap. 17. nominatur πάδης Pudes.

(10.) Hebr. פראנום, ſic hoc loco; ſed legendum פראניום, de quo vid. ſuprà h. cap. num. 3. ibique not.

fecit, (11.) qvo facto Pudens Jonathani fortitudinis laudem, Romanis autem dedecus & ignominiam morte sua peperit, hinc Judæi Jonathanem honoris & gloriæ causa ob interfectum Pudentem fortissimum vocârunt Jehonathanem (12.) eiqve baculum (13.) principatus insigne tradiderunt. Ast postqvam Jehonathan propter Romanum interemptum Deo Israëlis laudem non tribuit, sed in viribus ac robore suo fiduciam collocans superbiâ se extùlit & Romanis iterùm insultare eosque maledictis ac probris incessere & provocare cœpit, dicens: alium ad me mittite virum strenuum ex militibus vestris, qvem interficiam vobisqve robur ac fortitudinem meam ostendam. Dum is hæc dicebat & adhûc coràm Romanis tripudiabat (14.) & in eos probra atqve maledicta jactabat, ecce miles qvidam Romanus, fortitudine insignis, nomine Priscus (15.) repentè illum jaculô trajecit atqve interfecit: sanè is, qvi hostem suum interemit, neqvaqvam superbire aut lætitiâ se insolenter efferre debet, qvia incertum est, qvid serus vesper vehat. (16.) His rebus gestis cùm Judæi vidissent, qvòd non solùm tres urbis muri diruti, sed etiam ipsa mœnia Templi perrupta essent, cùmqve vidissent, nullam sibi spem evadendi ex Romanorum manibus supersesse, consilia inter se contulerunt, qvid facto opus esset & qvam viam

אחו ינתן זה חו ויוליכהו חו ל פיטום
ויהי בגשתו פודם הוא פודאנס אר
יונתן ויפגע בו יונתן פתאום וימיתהו על
כן הגדול פודם את יונתן גבורה במוהר
ולרומי׳ הגדול הרפ׳ ובשרו ויונתן זה
בהכותו את פוריאנירוס הגבור הסבר
היהודי׳ את שמו יהונתן לכבור ולגדולה
ויתנו בידו שרביט לשחיה ויהי יהונתן
זה בהכותו את פודנוס לא נתן תודה
והודות לאלהי ישרא׳ אמנם בטח בגבורה
ויתגאה ע׳ נכה ויחל עוד לרקד לפני
דרומי׳ ולחרפ׳ ולהוביה׳ ויאמר אליהם
הגישו נא לי עוד גבור אחר מגבוריכם
ואמיתהו ואראה לכם גבורתי והוא
עודנו מרקד ומחרף לרומי׳ והנה גבור
את׳ מהרומי׳ ושמו פוריון דרומי וירד
עליו הין פתאום ויפגע בו ומיתהו׳
ונאה לאדם המית את אויבו לבלתי
ישמח כי מי יודע מה יהיה באחרונה
ויהי אחרי כן ויראו היהודי׳ כי נפרצה
גם חומת ההיכל, וג׳ חומות העיר וידעו
כי אין עוד להם הקוה להמלט מיד
הרומי׳

(11.) Nempe, cum Pudens à fortuna proditus in terram prolapsus esset, uti refert Josephus dict. l. 6. c. 17. confer. etiam Egesippus loc. alleg.

(12.) Hebræis in usu fuit, ut nominibus quorundam excellentium virorum honoris causa adderent ה vel הו, vid. quæ suprà l. 4. c. 1. n. 3. notata sunt.

(13.) Hebr. שרבים לשורר, sic in nostro codice, vid. suprà h. l. 6. c. 45. n. 13. ibique not.

(14.) Ἀνασκιρτῶν & ματταίζων, subsultans & vana jactans, ita Josephus dict. lib. 6. cap. 17. de illo scribit, confer. & Egesipp. libr. 5. de Bell. Jud. c. 37.

(15.) Hebr. פריסכוס, ita nomen istud hic legendum puto, secutus Josephum & Egesippum loc. alleg. nam quod hic in codice nostro habetur פוריין (al. פוריון) corruptum est.

(16.) Idem Paulus Consul apud Livium lib. 45. c. 8. admonuit: in secundis rebus, inquiens, nihil in quenquam superbè ac violenter consulere decet nec præsenti credere fortunæ, cùm, qvid vesper ferat, incertum sit; is demum vir erit, cujus animum nec prospera flatu suo efferet nec adversa infringet: quapropter Jonathan iste tripudians ac vana jactans ὠκυτάτην ἀπίφησιν ἐν πολέμῳ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀλόγοις εὐτυχήσι νέμεσιν, ostendit, quàm velox ultio sequatur eos, qui sine ratione in bello sunt felices, prout scribit Josephus dict. l. 6. c. 17.

viam insisterent. Erat autem à latere Templi turris qvædam (17.) à Salomone rege ædificata, valdè excelsa, qvam reges Templi secundi structis parietibus cedrinis altiorem reddiderant eamqve trabibus abiegnis texerant; hujus turris, qvæ amplissima erat, parietes cedrinos Judæi materiâ, igni concipiendo aptâ, nempe pice, sulphure ac resina largiter obduxerunt & repleverunt. Dum itaqve Romani contrà Judæos iterùm pugnaturi ad Templum accesserunt ac Judæi à Romanis pulsi ad eum locum, ubi turris illa erat, confugerunt, Romani eosdem secuti turrim simùl intrârunt; sed Judæi alia turris parte egressi sunt: tunc Romani, qvi Judæos persequebantur, partim in turris istius tectum ascenderunt, partim scalis eò adductis & ad turris exteriora admotis in parietes ejus atqve tecta penetrârunt ac præ gaudio ingentem clamorem ediderunt dicentes: capta est turris nec qvisqvam in urbe locus munitus, sicuti turris ista, supereſt, qvò Judæi confugere possint. Cùm itaqve turris illa eo modo capta eaqve intrà ac suprà in tectis plena esset Romanis, juvenis qvidam Judæus, memorandum facinus ausus, noctu ad portam turris accessit eamqve foris clausit & materiâ, incendio idoneâ, oblevit: posteà injecto igne omnes turris parietes circumcircà incendit atqve lignis cedrinis, qvæ materia, incendio apta, obducta erant, ignem admovit adeò, ut omnes turris parietes undiqve arderent flammaque cunctos Romanos, qvi intrà & extrà turrim illam erant, corriperet; posteà Judæus incolumis ad socios suos evasit. Interea ignis latè flammas spargere & in immensum excresce-

הרומי׳ ויועצו יהדיו מה לעשות בזה ואי
זה דרך ידרכו בה והדי בצד ההיכל
בירנה אחת שבנה המלך שלמה ויאא
בירנה גבוה מאד ויוסיפו עוד מלכי בית
שני להגביה את קיוותיה בעצי אהיוב
ולבסוף בעצי ברוש׳ והיה הבירנה
גדולה מאד וילכו היהודי׳ ויטיחו את
עצי הארזי׳ אשר לבירנה מטידת שרפה
זפת גפרית ונפט וירבו להדטיה אותה
וילכו עוד הרומי׳ לבוא על היהודי׳ ש
ההיכל למלחמה והם נדרפו לפני הרומי׳
אל פאת הבירנה והרומי׳ רדפו ויבאו
אחריה׳ בבירנה והם יצאו ממוצא אחרת
מהבירנה והרומיים עלו על גג הבירנה
למעלה וגם יתר הרומי׳ שרדפו אחריה׳
הביאו סולמות ויסמכום ש קיוות הבירנה
מחרץ ויעלו על קיר הבירנ׳ ועל גגותי׳
וישמחו הרומי׳ וירעו הרועות גדולות
לשמחה כי אמרו נלכדה הבירנה ואין
ליהודי׳ עוד מקום מבצר בעיר לדמלט
אליו במקום הבירנה׳ ויהי באשר נלכדה
הבירנה וימלאו הרומי׳ מבית ומחעל על
גגותיה ויתנגד אחד מבחורי היהודיים
וילך אל שער הבירנה לילה ויסגרה׳
מחרץ ויטיח את דלתותיו בטידת שרפה
ויבער בהם אש ויבער עוד אש בבר
קיוות הבירנה מסביב וישלח אש בעצי
ארזי׳

(17.) Sic dictionem בירנה, quæ hic habetur, vertere volui, secutus expositionem R. Salom. ad 2 Paralip. cap. 17. v. 12. ubi בירניות explicat מגדלים turres magnas; alii ibidem interpretantur: Palatia seu habitacula, Josephus dict. lib. 6. c. 18. locum istum nominat Porticum, sic & Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 38. vocat Porticum Salomonis, confer. Johann. cap. 10. v. 23. in Josippi Epitome pag. 261. appellatur in genere: בנין גדול ædificium magnum, quod reges domus secundæ à diebus Salomonis, regis Israëlitici, lignis cedrinis & abiegnis plurimis operuerant, prout refertur in dicta Josippi Epitom. loc. alleg. Cœterum de porticu Salomonis vid. plura apud Joh. Lightfoot. in Chorograph. Johanni præmissa c. 6. §. 2.

אחי המוטחות בטירות השרפה ולהטו
כל הקרוב אשר לבירה מסביב באש
ולהלהט האש את כל העם הנמצאים
מהרומיים בתוך הבירה מבית ומחוץ
והיהודי נמלט אל הבירה ולהלהט האש
והלך הלוך ולהוט עד כי גדל להט
האש עד לשמי ויביטו הרומיים אשר
בבירנה כלהט האש וילכו ל השער והנה
להט האש גבר בו ויעלו אל גבותיה
והנה להט האש עליהם ואין לרומיים
מנוס משם כי הקיפה עליהם האש הגדולה
בבירנה והיהודים עיד עומדים מחוץ
לבירנה מסביב בכל כלי מלחמת לבלתי
תת את מאשר בבירנה מהרומי להמלט
וישרפו שמה כל אשר באי שם מהרומי
עד תמ והוו הנשרפי שם חיל גדול
והנודע מהם בהודעת מספר כ"ב אלף
איש אנשי מלחמה וישמע טיטוס את
צעקת הנשרפי וירץ הוא וגבוריו לעזור
להם ולא יכלו להושיעם כי גדלה תבערת
האש סביבם מאד מאד ויתל טיטו
ויבך בכי גדול ויבכו עמו כל השרי אשר
אתו ואנשו שהו ממעל לגג הבירנה
כראותם לאדניהו טיטוס עומד נבהם
ובוהה והאש הבדילה בין הבירנה ובין
טיטוס ויפלו האנשי להם לפני טיטוס
ממעל לגג הבירנה ויומתו גם הם
לפניו כי אמרו נמות לפני טיטוס ויהיה
לנו שם בזה כי גבוה מאד גג הבירנה
ואין

creſcere ad cœlum usque cœpit. Romani autem, qvi in turri erant, dum incendium iſtud conſpexerunt, ad portam properârunt; ſed illa jam igne correpta erat: poſteà in tecta aſcenderunt; ſed & illa jam flamma vorax comprehenderat: ſic nullum Romanis effugium patebat, nam ingens eos incendium in turri undiqve concluſerat; Judæi qvoqve omni armorum genere inſtructi eandem foris circumſepſerant, ne qvis Romanorum inde aufugere & elabi poſſet. Itaqve Romani omnes, qvotqvot in turri illa erant, igne penitus conſumpti ſunt, (18.) qvorum ingens fuit multitudo, qvæ ad duo & viginti millia militum (prout qvidem eorum numerus tunc haberi poterat) aſcendebat. Titus autem, cùm hominum, igne pereuntium, clamorem audiſſet, militibus ſuis ſtipatus accurrit, ut eis opem ferret; ſed tardum erat auxilium, qvia incendium circumcircà in immenſum creverat; qvapropter Titus vehementer flevit & cum eo omnes ſimùl principes, qvi circà ipſum erant, lachrymas profuderunt: milites verò, qvi ſuprà tectum turris erant, cùm dominum ſuum, Titum è regione ſtantem ac lachrymantem vidiſſent (nam ignis interjectus illum à turri arcebat) ſe ipſos coràm Tito è tecto turris præcipitârunt eoqve ſpectante interierunt, (19.) dixerant enim, moriamur coràm Imperatore noſtro, ut hoc modo nominis celebritatem nobis adipiſcamur. Erat autem tectum turris iſtius altiſſimum nec qvisqvam inde deſcendere poterat atqve ingens circumcircà incendium, qvô ligna conſumebantur, flagrabat, unde nemini effugiendi locus erat relictus; Judæi qvoqve milites portas turris circumdederant. ut, ſi qvem viderent, qvi evadere & incendium effugere vel è tecto deſcendere vel etiam porta egredi conaretur, eum

(18.) Sic Romani brevis lætitiæ graves pœnas dederunt, ut verbis Iulii Cæſaris apud Saluſt. de Bell. Catilinar. utar; eadem ferè Cleo apud Thucyd. lib. 3. ἡ μὲν πόλις βραχέα ἠθροῦσα μεγάλα ἐζημιώθη, urbs brevi tempore læta maximum ſenſit damnum.

(19.) Vid. Joſeph. dict. l. 6 c. 18. & Egeſipp. l. 5. de Bell. Iud. c. 38. ac Ioſippi Epitom. p. 262.

ואין לדרת והאש הלוהטת סביבי גדה
מאד אוכלת את העצי ואין מנוס לאיש
ממנה ויהודי הגבורי היו אז עומדים
נכח שערי הבירנה והיה כאשר ראו איש
כי ימלט ויואל לבריח מהשריפה ולרחת
מעל הגג ויציץ לצאי השער יפגעו בו
וימיתוהו בחרב כן עשו היהודי אז לכל
פליטי הרומי הדם עד כלה ועד השמי
והיו שם בתוך השריפה איש אחד מגדולי
רומי ממשפחת מלכיה ושמו להנגיוס
ויקראו אותו היהודים ויאמרו לו בלעג
לאמר המלט נא אליגו ותחיה ולא תמות
תבקש לצאת משער את משערי הביתה
ולא נתנו נפשו לצאי כי יראי שלא יהרגו
היהודי כי לא יהיו לא לו ולא כל נמלט
אליה וישלוק את חרבו לעיניה ויהקעה
בבטנו ויכת והיו שם עוד בתוך השריפה
הרבא איש אחד מגדולי הרומים ושמו
ארטוריאוס ורא והנה למטה לפני טיטו
עומד ועדו האהוב לו למאוד למולו
מחוץ לבירנה ושם האיש הדוא לוקוס
ויקראדו ארטוריאוס ממעל הגג אשר
לבירנה ויאמר אליך כדברי האלה אחי
לוקוס ועי החאור ועמוד נא ואפלה
נא עליך וקבלתני והיה בנפלי אם אמו
אחה

eum gladiô interficerent; hoc modo Judæi Romanos omnes, effugium qværentes, tractârunt, donec illi ad internecionem usqve delerentur. Eodem incendiô involutus erat qvidam ex magnatibus Romanis, ſtirpe imperatoria (20) ortus, nomine Longinus, (21.) hunc Judæi vocârunt eiqve cum irrilione dixerunt: progredere ad nos, ut vitam ſerves mortemqve evites; qvapropter ipſe ex turris illius porta qvadam egredi voluit ſed poſteà animus ejus illum à propoſito retraxit (22.) qvia metuit, ne à Judæis interficeretur, atqve ita nec ipſe nec alius qvisqvam Romanus, qvi ad illos profugere velit, vivus & incolumis ſervaretur, qvamobrem ſpectantibus Judæis ſtrictô gladiô ventrem ſuum transfixit (23.) ac morte occubuit. Alius qvoqve ibidem igne correptus erat vir ex proceribus Romanis, nomine Artorius, (24.) is, dum amicum ſuum, ſibi unicè dilectum, qvi Lucius appellabatur, procùl è regione turris illius coràm Tito ſtantem conſpexit, è tecto turris eundem vocans ita allocutus eſt: accede qvæſô, frater & amice ac me deſuper cadentem excipe, ſi qvidem ego caſu iſto interiero, tu mihi hæres eſto; ſi verò ego vivus temet oppreſſero, liberi tui mihi hæredes ſunto: his dictis Lucius amore erga Artorium ductus accurrit & infrà parietem turris è regione loci illius, ubi Artorius erat, ſtetit; Artorius autem è recto turris proſiliens ſemet præcipitem egit ac caſu ſuo Lucium ſimùl & ſeipſum vita privavit, (25.) ſic ambo morte occubuerunt, qvô facto

(20.) Seu: regia, ita juxtà Hebræ. ab Egeſippo dict. lib. 5. c. 39. princ. dicitur, qvòd fuerit egregiæ virtutis vir.

(21.) Ita & hic & ab Egeſippo loc. alleg. nominatur; à Ioſepho l. 6. de Bell. Iud. c. 19. appellatur: Longus.

(22.) Joſephus loc. alleg. ſcribit, Longinum à fratre Cornelio perſuaſum, ne ſe Judæis dederet, ſemetipſum gladio trajeciſſe, conſer. num. ſeq. 23.

(23.) Idem refertur à Joſepho dict. loc. & ab Egeſippo l. 5. de Bell. Jud. c. 39.

(24.) Codici noſtro adſtipulantur quoad nomen iſtud Joſephus & Egeſippus loc. citat.

(25.) Joſephus dict. l. 6. c. 19. rem aliter narrans ſcribit, qvòd Lucius qvidem pondere oppreſſus, Artorius autem ſervatus fuerit, cui etiam Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 39. adſtipulatur.

אהה הוריש את נחלתי ואם אני אהיה
ואהה תמות ויצאו בניך גם את נחלתי
וידע לוקיום לחזק האהבה אשר היתה
בינו ובין ארטוריאוס ועמוד בהחתירת
קיר הבירנה נגד מקום מעמד ארטוריאוס
וודלג ארטוריאוס ויפל עליו מעל הגג
אשר לבירנה ובנפלו עליו מזו שניהם
ויצו טיטוס ויכתבו את שבועתם ואת
בריתם אשר כרתו שניהם לפני מזבח
בדם על חרב להות גד לזומיי לקנד
ויצו עוד טיטוס ויכתבו חק אהבתם
בספר הזברונו אשר לקסרי הרומיי למען
תהיה אהבת לעדה לכל אוהבי להביר
חק האהבה עד אן וכולו וחתו אז
נקמה בגבורי הרומיי בעתים היהודים
וחלך האש הלוהט ושחוף והשרף
כל הבירנה עד בית חוקיהו מלך יהודה
עד אשר היה קרוב להיכל יי והרומיי
נסו מהיכל ומהעיר וילכו אל מחניהם
כי דומעט המוגם ובללי אותי אנשי
ירושלם ויחנו הרומיי סביב לירושל כי
אמרו לא נוכל ללכוד עוד את ירושלם
בחרב כי אם כרעב ויצודו עליה מסביב
ואין בקרב ירושלם כל מחיה וכל מזון

cto Titus præcepit, ut juramentum ac fœdus, quod ambo antè mortem ſuam inierant, ſangvine ſcriberetur in gladio, (26.) quò Romani dolorem ac luctum ſuum hoc modo teſtarentur: ejusdem Titi mandatò utriusqve conſtans amicitia Cæſarum Romanorum monimentis inſcripta & memoriæ prodita fuit, ut illorum amor omnibus verè amantibus eſſet teſtimonio ac notum fieret, qvousqve amicitiæ leges ſeſe extenderent. Hoc itaqve modo Judæorum fraude de militibus Romanis tunc temporis vindicta ſumpta fuit. Intereà ignis latius ſerpens non ſolùm turrim illam, ſed & proxima qvæqve conſumpſit usqve ad Ezechiæ, (27.) regis Judæ, palatium, (28.) qvod Templo Domini vicinum erat, qvo factum eſt, ut Romani è Templo ſimùl & ex urbe recederent & in caſtra ſua ſe reciperent, inprimis, qvia illorum copiæ valdè imminutæ & à Judæis Hieroſolymitanis debilitatæ erant, qvocircà Romani iterùm ad obſidionem urbis converſi eandem undiqve cinctam tenebant, nam dixerant, non ferro, ſed fame ſubigenda nobis erit Hieroſolyma; ſic eam obſidione undiqve cinxerunt, donec omnis in urbe victus ac cibus penitùs conſumeretur. (29.)

(26.) Egeſippus lib. 5. de Bell. Jud. c. 39. ita ſcribit: verè bellicum teſtamentum, non atramento ſcriptum; ſed ſanguine, nec in charta; ſed in mucrone.

(27.) Idem refertur in Joſippi Epitome pag. 262.

(28.) Joſephus dict. l. 6. c. 19. ſcribit, quòd ignis latius progreſſus ſit, usque ad Johannis turrim, quam ille tempore belli, quod cum Simeone gerebat, exſtruxerat, atque hæc turris ædificata erat ſuper portas regiæ domus, quam Ezechias rex ſibi ad habitandum condiderat, ſicuti refert Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 39.

(29.) Egeſippus loc. alleg. ſcribit, quòd Judæi aperto ore, ſicut rabidi canes, auratum captantes ſpiramina hùc atque illùc circumlati ſint inopia duce.

CAP.

CAP. LI.

והדי ביהושל' אשה אח' מבני' הנדיבי'
הישועי' ושמה מרים והיא היתה מעבר
הירדן והיתה אשה עשירה מאד ובהתחזק
המלחמ' בימי אספסינוס עלתה אל
ירושלם עם העולי' אז משם ותעל
עם עבדיה ושפחותיה ועם עושר רב
עמה' ויהי בהזות הרעב בבר בירושלם
ויחפשו הפריצי' למצוא להם מחיה ומזון
מבית לבית ויבאו ל בית האשה הזאת
ויקחו את כל אשר לה מאכל ומזון וכל
מחיה ולא השאירו לה מאומה למחיה
מכל אשר עמה' ויהי בהכבד הרעב עליה
שאלה את נפשה למ' ולא בא קצ'
והזל האשה ללקוט מן הארץ כל חבן
וכל קש לאכול וכל אשר המצא בדומן
הבדמות ואין כל ויהי לה בן אחד והיה
כאשר ראתה כי הזק עליה הרעב וירד
הרעב ל הדרי בטנה ויהפכו לאכזריות
כל רחמיה' ובשמוע "האשה את קול
בנה בוכה נכרה ללהם ואין ואתמר אין
מה אעשה לך בני כי מסביב לירושלם
תרון אף יי ומכל פנ' רעב ומחרון
חשכל חרב ומהדרי אימה גם הפריצי'
הגבירו כחם עליהו מבית וישמידונו
ואוביני

(1.) Sive: Maria; Joſephus lib. 6. de Bell. Jud. c. 21. ſcribit, quòd fœmina illa fuerit è vico Batechor, Eleazari filia, Egeſippus l. 5. de Excid. Hieroſ. c. 40. refert, quòd è locupletibus fœminis regionis Perææ, quæ trans Jordanem jacet, fuerit, confer. etiam Joſippi Epitom. p. 262. & Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. l. 3. c. 6.

(2.) Sæva fames intimis ſe infuderat medullis, exaſperaverat humores, mentem exagitaverat, prout ſcribit Egeſippus dict. lib. 5. c. 40.

(3.) Nam pietatis genitalis uſu obliterato dolorem abſorbuerat, furorem aſſumpſerat, ſcribit idem Egeſippus loc. alleg.

(4.) Vid. Joſeph. dict. l. 6. c. 21. & Egeſipp. loc. citat.

Fuit autem Hieroſolymis fœmina qvædam illuſtri ac nobili genere orta, nomine Mirjam (1.) eaqve valdè dives, qvæ trans Jordanem qvondam habitaverat; ſed ingruente bello Veſpaſiani tempore cum cœteris ejus regionis incolis ſe Hieroſolymam contulerat, ſervos & ancillas maximasqve divitias ſecum ducens. Dum itaqve fames Hieroſolymis admodùm invaluit, graſſatores per urbem hinc inde vagati ſingulas ædes perſcrutati ſunt, ut victum & alimenta ſibi qværerent: inter alias etiam fœminæ iſtius domum ingreſſi ſunt &, qvicqvid illa alimenti ac cibi penes ſe habebat, abſtulerunt, atqve ei nihil reliqvi fecerunt, unde ſe ſuosqve ſuſtentare potuerit. Qvapropter ingraveſcente fame fœmina illa mortem ſibi optabat; ſed vitæ finis nondùm inſtabat. Mulier itaqve famis neceſſitate coacta qvicqvid ſtipulæ ac paleæ, ut & qvodcunqve in jumentorum ſtercore invenire poterat, victus cauſa colligere cœpit; ſed iſta quoqve defecerunt: cùm igitur videret, ſe fame, qvæ ad intima illius viſcera jam penetraverat, (2.) admodùm affligi & acriter premi, tandem omnia illius inteſtina in crudelitatem verſa ſunt, (3.) nam, dum filii ſui, qvi ei unicus erat, vocem, qvâ is corâm illa lachrymans panem petebat qvi tamen non aderat, audivit, ei dixit: ecqvid faciam tibi, mi fili, qvia Hieroſolymam ira Domini ejusqve furor undiqve premit, fames ubiqve graſſatur, (4.) foris ſævit gladius

ואויבינו מושל גברו חיל לבלותנו והנה
שופה בתוך העיר והנה מפולת והנה
רעב והנה דבר והנה משוחה ואין לאל
ידי להאכילך בני׳ ועתה בני אם אמות
ברעב למי אעזוב ואתה קטן ואני רוצה
מיחלת עליך אשר תגדל והכלכל את
שיבתי ואאכילני ותשקני ותלבישני וביד׳
מותי בכבוד והוד תקברני גם לו היית
מת לפני בטובה היותי קורץ בכבוד
וקינה כוהן הנשפט והמוספק על האב
לעשות לבן בטנה׳ ועתה בני מחמד
עיני הנך נחשב במת כי אין לי מזון
להאכילך והרעב בבד והאויבי גוברין
מבית ומחוץ ואם תמות בשא׳ מיתי
הרעב אין קב׳ טוב לקבר׳ אותך בכבוד
בנפשי וכרצוני ולכן אמרתי אבחרה לך
קבר את בטני פן תמות ואכלוך הכלבי׳
בחוצות וארוחי אני לך לקבר ואתה
תהיה לי למזון ומחיה׳ ותחת אשר היה
חוב עליך לכבדני ולכלכלני לי חייתי
וביתי וגדלת האבילני גא עתה את
בשרך וכלכל בו את שיבתי בשרם ואכלך
הרעב ויכלה גופך ויבאישרו ותאורת לי
למזון ולמחיה ושלם לאמך את אשר
נתנה לך כי ממנה יצאת ושמה תבוא
ואביאך על החרר אשר בו נופחה נשמת
חיים באפך כי אתה הוא בני יהודי
בוחמר עיני אשר אהבתיך כל ימי בכל

dius, intùs terror inſtat, graſſatores tyrannidem in nos exercent atqve intrà urbem nos interimunt, extrà illam hoſtes noſtri maximis viribus annituntur, ut nos funditùs deleant, ecce incendium in urbe, en ruina, fames, peſtis, cædes ubiqve dominantur, nec in mea eſt poteſtate, ut te, mi fili, cibô reficiam: nunc itaqve, ſi fame moriar, cuinam te, mi fili, qvi parvulus es, relinqvam? ſperaveram ſanè, ut adulta ætate tua ſenectutem meam ſuſtentares ac me cibo potuqve reficeres atqve veſtires, & tandem me mortuam honorificè & ſplendidè ſepelires; (5.) ſed utinam antè me proſpero adhûc rerum ſtatu mortuus eſſes! te ſanè pompa funebri ac planctu extuliſſem, ſicuti moris eſt ac matrem decet, nempe ut filio ſuo juſta perſolvat. Nunc autem, tu, exoptatiſſime fili, mortuo ſimilis es, qvia nullus mihi ſuppetit cibus, qvo te alere poſſim; fames verò qvotidiè ingraveſcit & hoſtes foris atqve intrà urbem dominantur: ſi itaqve inediâ perieris, prout cæteri, nullus tibi ſepulturæ honor, qvem tibi ex animo ac lubentiſſimè præſtare vellem, obveniet; qvapropter illud mecum cogitavi ac dixi: venter meus tuum ſit ſepulcrum, ne fortè te mortuum canes in plateis devorent, ego tuum ero ſepulcrum, tu meum eris alimentum ac nutrimentum & pro filiali officio, qvo me honorare & alere debuiſſes, ſi ad maturam ætatem perveniſſes, jam me carne tua ciba atqve illâ ſenectutem meam ſuſtenta, priusqvàm fame pereas ac corpus tuum putredine conſumatur; qvocircà deſiderium meum exple ac me carne tua nutri atqve ſatia, reſtitue jam matri tuæ id, qvod illa tibi dedit, nam ex ea egreſſus es & ad illam reverteris, ego ad eum te locum (6.) deducam, ubi halitum vitæ naribus tuis primùm

(5.) Euripides in Medea ita: ἦμεν ποθ' ἡ δύσμορος εἶχον ἐλπίδας πολλὰς ἐν ὑμῖν, γηροβοσκήσειν τ' ἐμὲ κἀπισφάξασ' χερσὶν ἂν περιστελεῖν ζηλωτὸν ἀνθρώποισι. νῦν δ' ὀλωλε δὴ γλυκεῖα φροντίς, certè miſera ego multam de vobis (liberis) ſpem quondam conceperam, fore, ut in ſenectute mea me ſuſtentetis ac mortuam manibus (veſtris) honorificè ſepeliatis, id, qvod homines deſiderant; ſed jam dulcis illa cura periit.

(6.) Conclave ſeu penetrale, ità juxtà Hebr. Egeſippus dict. l. 5. c. 40. hæc mulieris verba refert: redi, fili, in illud naturale ſecretum, in quo domicilio ſumpſiſti ſpiritum, in eo tibi tumulus defuncto paratur.

מאודי והיותה לאכל לאבלה וגם תהיה
לפריצי׳ לחרפה ולכבד עין אשר לקחו
את מחייתנו׳ ועתה בני שמע בקול אמך
וסגרת את נפשי וחמכת את דוי והיה
לי למדוה ולמזון ואהה לך לקץ הנתון
לך על ידי ויהוה גוולך בגן ערן והיית
לי למזון לשובע ולפריצי׳ לחרפה ולקלון
למען יאמרו זה אמו הרגתהו ואבלתהו׳
ויהי כדברה ל בנה כדברי׳ הלה ותקח
את הלד בידיה ותפן אחור ותמיהו
במאבל׳ ותבריחהו ופניה אחור ועיניה
לא ראו את גבלת הלד בעצה נפשו
ממנו ותקח את גבלת הלד ותנתחהו
ותקח מבשרו והצלה ממנו ע״ב האש
ויהיו בשלה בכלי ותאכל ממנו ודבותר
ממנו שמורה לה למשמרת׳ ויהי היה
בשר הלד ברוהב העיר ויריחו אוהו העם
ויאמרו איש ל רעהו ראה ריח זה כריח
בשר צלי ולך דויה ל שרי הפריצים
ויחושו בו וילכו אחרי הריח׳ ויבאו ל
בית האשה בחרון אף ויאמרו אליה מה
זה מדוע את תאכלי ותחיי ואנחנו נמות
ברעב ותען ותאמר אליהם אל נא יהי
אפכם על זה באמתכם כי הנה חלקכם
אשר אצלתי לכם אתי ועתה שבו נא
כוה גבו אתם ואערכה חלקכם לפניכם
ותאכלוהו כי בשר טוב והעריך להן
שולחן

mùm hauſiſti; tu qvippe unicus & exoptatiſſimus mihi filius es, qvem omnibus diebus vitæ meæ toto pectore amavi: ſis itaqve jam matri tuæ cibus & graſſatoribus dedecus atqve ſceleſtorum iſtorum, qvi omnem nobis victum abſtulerunt, grave pondus; audi jam vocem matris tuæ, ſatia corpus meum ac ſuſtenta vitam meam, eſto mihi victus & cibus, abi jam ad vitæ finem, qvem tibi manus meæ dabunt, ſit fors tua in horto paradiſi! ſis mihi cibus ad ſatietatem & graſſatoribus dedecus atqve opprobrium, (7.) ut dicant: hæc eſt mater illa, qvæ filium ſuum interfecit ac manducavit. Dein mater, cùm ita filium ſuum allocuta eſſet, averſo vultu illum cultro interemit (8.) ac diſcidit, nec filii ſui, dum is animam exſpirabat, corpus aſpexit, poſteà in fruſta iſtud diſſecuit ac partem carnis ejus ad ignem aſſavit, partem reliqvam vaſe coxit atqve inde comedit &, qvod ſuperfuit, ad uſum ſervavit. (9.) Nonnulli igitur, cùm nidorem aſſæ carnis, in plateas urbis exeuntem, percepiſſent, inter ſe dixerunt: odor iſte non aliunde, qvàm ex carne aſſata, provenit, itaqve graſſatorum duces nidorem odorati eumqve celeriter ſecuti ad mulieris domum venerunt eamqve irati ſic compellârunt: qvid hoc rei eſt, cur tu epularis ac ſplendidè vivis, nos verò fame conſumimur? fœmina autem illis reſpondens: nolite, inqvit, eam ob rem iraſci ancillæ veſtræ, nam veſtram qvoqve partem penes me ſepoſitam habeo, ſedete jam hic, ego illam vobis comedendam afferam, nam caro valdè ſvavis eſt & delicata: dein mulier inſtructâ menſâ ferculum elixæ carnis filii ſui illis propoſuit dicens: comedite, hoſpites, ecce manum, en pe-

(7.) Eſto cibus mihi, furor latronibus & vitæ fabula, qvæ ſola deeſt calamitatibus noſtris, verba ſunt ejusd. Egeſippi loc. alleg.

(8.) ὡς δὲ ἔφθη πάτρος ἢ σίδαρος ὅστις τίνων, ὦ τέκνες, ἄρτον αὐτόχειρι μοίρᾳ κλάσεις, ira ſanè ſaxum fuiſti aut ferrum, qvæ liberorum, quos peperiſti, ſegetem manu tua violenta morte interimis, ſic ex Euripidis Medea hic matrem acclamare libet.

(9.) Idem refert Joſephus dict. l. 6. c. 21. & Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 40.

dem cœteraque membra corporis filii mei, qvæ vobis offero; nolite existimare, qvòd alterius fœminæ puer iste fuerit, sed is ipse filius meus extitit unicus, qvem nôstis ac sæpè apud me vidistis, ego eum peperi, ego eundem comedi ac vobis partem qvoq; vestram reservavi. His dictis fœmina in fletum & lacrymas erumpens dixit: ô qvam dulcis mihi fuisti, mi fili, cùm adhûc viveres & ô melle dulcior mihi post mortem tuam, qvia carne tua me famelicam nutrivisti ac vitam meam conservasti meamqve canitiem cibô sustentâsti atqve me à grassatorum istorum & homicidarum, qvi carnis tuæ nidore adducti me violenter aggressi sunt, ira atqve crudelitate liberâsti: ecce illi jam convivæ & sodales mei sunt, nam ad mensam meam sedent, eisqve ferculum, ex carne tua confectum, proposui. Posteà mulier ad grassatores conversa: edite, inqvit, ac vosmet satiate, cur cibum meum, qvem vobis obtuli, adeò aversamini? ego eodem me satiavi; vos autem cur non editis nec filii mei carne vosmet satiatis? gustate qvæsô ac videte, qvàm dulcis sit caro filii mei, eadem vobis grata erit ac sapiet, nec major jam illius commiseratio cor vestrum, qvàm fœmineum, tangat, si filii mei carne vesci fastiditis, qvam tamen ego comedi: nonne id vobis hodiè opprobrio & simùl indicio erit, majorem esse animi mei, qvàm vestri, fortitudinem? en ego in mensa benè instructa vobis, fortissimis viris, cibum istum proposui, cur eo non vescimini? nonne svave est edulium, quod vobis obtuli? ego vestra causa id apparavi, vos me impulistis, ut mensam istam vobis instruerem, (10.) atqve hunc cibum vobis proponerem, me sanè potius, qvàm vos, filii mei misereri oportuit; cur autem jam vos major illius commiseratio, quàm meipsam, cepit? annon vos ipsi estis, qvi domum meam spoliâstis nec ullum mihi ac filio meo cibum

(10.) Confer. hic Egesipp. dict. l. 5. de Bell. Jud. c. 40. in fin.

cibum atqve alimentum reliqvistis? vos me eò adegistis, ut cibum istum ob gravissimam, qvam sustinui, famem vobis apparārem, cur igitur jam ex eo non comeditis, qvi tamen me eò compulistis, ut facinus istud perpetrarem? Posteà Judæi, dum id audiverunt, maximo luctu ac dolore affecti sunt, ipsi etiam grassatorum principes rem illam ægrè tulerunt, qvia factum istud eis atrox visum est, ac populum tædium vitæ suæ cepit, (11.) qvia famis gravitate, qvâ premebatur, consternatus fuit: qvocircà multi ex plebe omnia sua secum portantes ex urbe noctu egressi sunt & ad Romanorum castra transeuntes Tito narrârunt, qvid mulieri isti ejusque filio acciderit; qva re Titus ad lacrymas commotus & magno dolore affectus fuit. (12.)

CAP. LII.

Posteà Titus, cùm id audisset, supinas ad cœlum manus protendens dixit: Deus totius mundi, Domine, ad qvem Templum istud spectat, (1.) cui arcana omnia detecta sunt, tu, qvi cordium omnium scrutator es & mei qvoqve cordis arcana cognita habes, probè nôsti, qvòd hûc venerim, non ut urbem istam oppugnarem, sed ut pacem ei offerrem: ast incolæ urbis illam rejecerunt, ego

(11.) Vid. Joseph. dict. l. 6. c. 21. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 41.
(12.) Confer. hic Josephus & Egesippus loc. alleg.
(1.) Vid. Egesipp. lib. 5. de Bell. Jud. c. 41. ac Jossippi Epitom. pag. 262. ubi eadem ferè, quæ hic, habetur Titi oratio; Josephus l. 6. de Bell. Jud. c. 21. orationem illam paucis complectitur.

ego sæpè eos rogavi, ut pacem amplecti vellent, sed nec aures nec animum mihi adverterunt; id etiam operam dedi, ut illis parcerem eosqve incolumes servarem, & dum ipsi mutuis cædibus se invicem confecerunt, ego opem eis ferre volui, sed illos bestiis sæviores deprehendi, qvorum animi nullâ ergà fratres suos misericordiâ commoti sunt: neqve hic stetit illorum improbitas, sed ea usqve eò progressa est, ut mulier ista illorum rapacitate & crudelitate adacta filium suum comederit. Audivi sanè ac parentes mei mihi narrârunt omnia illa præclara facinora, qvæ tu Judæis istis eorumqve majoribus ab initio exhibuisti, (2.) nempe quòd nomen tuum inter eos habitaverit & qvòd ex illis pios homines elegeris eosqve ad te in cœlum receperis (3.) qvòdqve Israëlitas ex Ægypto, ex servitutis domo, prævalida manu & brachiò extensò, præviis miraculis, signis ac portentis, qvæ omnibus gentibus nota fuerunt, eduxeris ac mare rubrum diviseris atqve Judæos per illud siccis pedibus traduxeris, eorum verò hostes in illo submerseris (4.) & quòd eos per desertum duxeris ac pane cœlitùs delapso (5.) atq; frumento cœlesti cibaveris & è terra coturnices (6.) eis dederis atqve aqvam è petra eductam (7.) sitientibus bibendam ad satietatem usqve dederis, & quòd postèà illos in terram istam sanctam deduxeris, patratis miraculis & portentis magnis atqve terribilibus, dum aqvam Jordanis exsiccâsti (8.) eamque cumuli instar (9.) constituisti & coràm illis divisisti, ita, ut procul recederet propter Israëlitas, donec illi transirent. Solis etiam ac lunæ cursum (10.) eorum causa inhibuisti, donec illi prœlium adversùs

יושביה ודובריהי להתחנן להם על כבוד
ולא השוו את אזנם ובקשתי לחמול עליהם
אולי יחזרו ובאשר נלחמו איש ברעהו
רציתי להצילם ומצאתים בחוות רעות
אכזרי' המה לאחיהם ולא ירחמו על כל
זאת גדלה רעת' והלך הלוך וגדול עד
אשר אכלה האשה הזאת את בנה בגדל
רעתם עמה' וגם אני שמעתי ואבותי
ספרו לי את כל הגבורות שעשית להם
ולאבותיהי מקדם והשכן שמך בתוכם
והבחר מהם חסידי' ותעלם אליך השמימה
גם כי הוצאת אותם ממצרי' מבית עבדי'
ביד חזקה ובזרוע נטויה ובמוראי גדולי'
ובאותות ובמופתי' אשר נודעו לכל
הגוים ותקרע להם את ים סוף ותעבירם
בו בחרבה ואת צריהם השקעת בהובו
ותוליכם במדבר ותנהלם בלחם המטרת
אוחו להם מהשמי' והאכלת' דגן שמים
ושלו העלית להם מן הארץ ומים מהצור
הוצאת להם ותשקם לצמאנם עד אשר
רוית את נפשם ואח' נך אל הארץ
הקדושה הזאת הבאת אותם באותות
ובמופתי' גדולים ונוראי' כי הובשת את
מי הירדן והצבתם כמו נד והעמדה' מזה
ומזה מפניה' ונסר מאחור למענם עד אשר
עברו בו והשמש והירח העמדת להם
ולא נתתם ללכת לפני' בלבתם עד אשר
נלחמו

(1.) Vid. Egesipp. loc. alleg. & Joseph. lib. 6. de Bell. Jud. c. 21.
(3.) Henochum & Eliam hic intelligi puto, de quibus vid. Genes. c. 5. v. 24. & 2. Reg c. 2. v. 11. confer. infrà num. 11. h. cap.
(4.) Vid. Exod. c. 14. v. 27.
(5.) Confer. Exod. c. 16, v. 15.
(6.) Vid. Exod. cap. 16. v. 13. & Numer. c. 11 v. 31.
(7.) Confer Exod. c. 17. v. 6.
(8.) Vid. Josuæ c. 3. v. 16.
(9.) Sive: montis instar, prout S. Hieronymus transtulit Josuæ d. l. c. 3 v. 16.
(10.) Confer. Josu. c. 10. v. 12.

versùs hostes suos patrarent & tuam contrà illos opem atqve salutem sentirent, nomen quoqve tuum in medio Israëlitarum collocâsti, dum eis urbem istam, cujus tu semper memor es, possidendam dedisti, atqve Templum sanctum, qvod in ea est, nominis tui gloriâ impleviſti; prophetas etiam ex illis tibi elegisti, qvi eos castigarent atqve docerent eisqve qvotidiè imminentes casus, qvos cavere possent, prædicerent; sapientes qvoqve viros inter illos excitâsti, qui populum Israëliticum docerent, qvid ei faciendum esset atque jus sincerè & verè eidem docerent: præterea Sacerdotes ex illis tibi elegisti, qvi cultui tuo inservirent & in nomine tuo populo Israelitico benedicerent, pios quoque viros inter eos curru igneo in turbine ad te in cœlum tractos recepisti, (11.) igneos etiam currus & eqvos è cœlo, potentiam tuam prædicante, in terram demisisti atqve gentis tuæ hostes, in stratis suis dormientes, per illos deleviſti, dum in castris regis Assyriorum, Sennacheribi, centum & octoginta quinque millia interemisti (12.) & pauca quidem facta, benignitatis & misericordiæ plena, quæ Judæis exhibuisti, parentes mei mihi narraverunt; plura autem nonnulli sapientes viri inter Judæos mihi retulerunt, quæ interprete Josepho, Sacerdote & principe inter illos viro, didici, quapropter cogitavi, quòd populus iste Hierosolymitanus, cum quo bellum gessi, spem suam in te repositam habeat. Ast tu nunc ipse vides, quòd illi nequaquam in salute tua & auxilio, sed in armis ac prælis suis fiduciam collocent & in viribus suis glorientur atque signis & portentis tuis, quæ illis evenerunt, se improbè efferant, nec sciant, quòd terribilia mihi signa exhibueris meque adjuveris, ut Judæos istos percuterem; illi verò jactant: nemo tàm potens est, qui nos subjugare possit, nam

נלחמו באויביה' והושיעם מידיהם ואת
שמך השכנת בתוכם כי הנחלת להם
העיר הזאת אשר אתה דורש אותה
תמיד ושמך שוכן בבית המקדש אשר
בה ומהם בחרת נביאים מוכיחי' ומנחגי'
להם ומודיעי' אותם את כל הקורי'
מהתלאות יום יום להשמרם מהם וחכמי'
המצאת ביניהם לדעת מה יעשה ישראל
ולשפטם במשפט אמת וצדק וכהני'
עובדי' עבודתיך בחרת מהם לשרתך ולברך
בשמך את עמך ישראל וחסידי' משכת
אליך מהם והעלית אותם ברכב אש
בסער' השמימה ורכב אש וסוסי אש
הורדת משמי עוזך והך בם לצרי' והם
שוכבי' על משכבות' ברבותך את מחנה
אשור במחנה סנחריב קפ"ה אלף ומעט
מחסרך אש' התחסרת עמהם אבותי
ספרו לי ומקצ' מהם חכמיה' הודיעוני
לריק אש' ידעתי מהם על פי יוסף הכהן
הגד' והשר בהם ידעתי ועתה הע' הזה
אש' בירושל' אש' נלחמתי עמה' אמרתי
עליך הם בוטחי' והנך רואה כי הם לא
יבטחו בישועתך כי אם בחרבם ובמלחמות'
יבמחו ובגבורתם יהנשאו ויתגאו על
אותותיך ומופתיך כי יגיעום ברשעת'
ולא ידעו כי אותות נוראי' עשית לי
ותעזרני להכות אותם והמה יאמרו לא
יכל מושל להבניענו כי אלהינו יעזרנו
ואם אנחנו רשעים כי הים קרע לנו ולהם
מן השמים הוריד בגללנו ומים מצור
החלמיש

(11.) Respicitur hic ad Eliam, de quo vid. 2. Reg. c. 2. v. 11. confer, & supra num. 3. h. cap.
(12.) Vid. 2. Reg. c. 19. v. 35.

החלמיש התציא לנו מאודות שמי׳ ושמש דמם בעבורנו וכוכבי׳ ממסלותם נלחמו לעזרתנו והם לא ידעו כי אלה האותות עשיתי לאבותיה׳ בצדקתם ולאלה ערל רעתם הבית במלחמותינו למען תת את ארצם שממה ועירה׳ דרכה ערל רוב עוונותיה׳ וכלית אותם בחרב וברב׳ וברעב עד אשר אבלו בשר בניה׳ ובנותיה׳ ובבל זאת לא נכנעו לפניך ולא ידעו כי ידך היתה בם מפני זעם מעליה׳ ואני הנני נלחם בהם מעט ואם לא תתנם בידי אסוה לי מעל האנשי׳ הלה הרשעים ואנוסה ואמלטה ארת נפשי פן אספה בכל חטאתיה׳ אם הרפוך את ארצם כאשר הפכת את סדום ואת עמורה ולכן הנני ממהר לצא׳ מקרב ארצם פן נספה ברעה׳ כי עיניהו ראות את סדום אשר בגבולם נהפכה וגם הדבר הזה הקשה את לבם כבהל כי יאמרו נדמ׳ לאבותינו באכזרי׳ לכב כי אברה׳ אבינו היה לו בן את׳ וילך לשחטו באכזרי׳ לשם י׳ ואני לא ארשיענו ערל זה כי לא ארע סדרי אך אפלא איך לא נבחרו הזמי׳ ערל בנו יחידו וגם שמעתי ערל אחד ממלכיה׳

Deus nobis, licèt improbi simus, opem feret, quia mare propter nos divisit ac panem nobis è cœlo demisit atque aquam è petra durissima nobis eduxit, propter nos luminum cœli ac Solis cursum inhibuit (13.) atque stellæ ex ordinibus & cursibus suis pro nobis pugnârunt: (14.) sed planè ignorant Judæi isti, quòd signa illa patribus eorum propter justitiam, qvâ præditi erant, exhibueris; hos verò ob peccata sua præliis nostris percusseris, quò propter scelerum, ab eis perpetratorum, multitudinem, illorum terram desertam atque urbes desolatas redderes eosque ferrô, peste ac fame consumeres, donec filiorum suorum ac filiarum carnem comederent. Verùm ne sic quidem animi ferociam & superbiam coràm te deponunt, nescientes, quòd calamitatem istam propter peccata sua illis immiseris; en ego paululum temporis adhûc contrà eos pugnabo, si illos in manum meam non tradideris, abscedam ab improbis istis hominibus (15.) atque obsidionem solvam vitamque meam servabo, ne fortè illorum sceleribus & peccatis involvar, dum terram eorum perdes, sicuti quondam Sodomam & Gomorrham funditùs evertisti: (16.) itaque profectionem meam ex istorum regione maturabo, ne nos quoque propter illorum improbitatem simùl pereamus, (17.) nam Sodomam, cum finitimis locis eversam, oculis nostris cernimus. (18.) Hoc quoque inter alia cor illorum instar ferri durum reddit, dum dicunt, patribus nostris crudelitate & duritiâ animi similes evadamus,

(13.) Vid. Josu. cap. 10. v. 12. confer. & suprà h. cap. n. 7. & n. 10.
(14.) Nempe contrà Si eram, de quo vid. Jud. c. 5 v. 20.
(15.) Idem refert Egesippus l. 5. de Bell. Jud. cap. 41. & Josippi Epitom. p. 264.
(16.) Vid. Genes. c. 19. v. 25. ubi Tragica illa historia narratur.
(17.) Titus apud Egesippum lib. 5. de Bell. Jud. c. 41. in fin. ita loquens introducitur: quare maturius bellum conficiamus, quia emendari nequeunt (Judæi) ingruamus instantius, ut fugiamus regionum istarum morientes aquas, terras ruentes.
(17.) Vidimus mare mortuum, vidimus etiam mortua terrarum nascentia, humum aridam, virentium fructuum umbras inanes, foris gratiam, intus favillam, quis dubitare potest, quin apud inferos versemur, apud quos etiam elementa moriuntur, sic idem Titus apud Egesippum loc. alleg.
(19.) Confer. etiam hic Egesipp. dict. l. 5. c. 41.

ממלכיה׳ כי ביום צאתו למלחמה נדר לאלהיו להעלות לו עולה לוי אם יצליח למלחמה והיא ובאשר בא מהמלחמ׳ הה׳ העלה את בתו יחידתו אשר לא היה לו בלעדה ושלם את נדרו אשר נדר לוי ומזה ידעתי כי רחם קשה ואשר יעלה על רוחם ירצו להיות והמה רעים וחטאי׳ לך מאד ולכן אם לא תתנם בידי מהרה אחדל מלחלה׳ עליה׳ עוד כי לא ארצה להיות בגללם נספה בלא משפט׳ ויהי ככלותו לדבר הדברי׳ האלה ויצו ויביאו את איל הברזל אל החומה החדשה אשר עשו הפריצי׳ ויאמ׳ לנגחה ולהפילה׳ ואז יצאו אליו הרבה משרי הפריצים וישלימו עמו ויקבלם ויתנם בראשי גדודיו׳

damus, nam Abrahamus, pater noster, unicum habuit filium, & tamen illum nomini Domini immiti corde sacrificare voluit: (19.) ego quidem hoc ejus factum improbare nolo, quia arcanas illius cogitationes haud scio; miror tamen, quòd filii sui unici misericordiâ commotus non fuerit. (20.) Præterea de quodam illorum principe (21.) relatum mihi est, quòd eodem die, quo ipse in bellum proficisci voluit, votum Domino, Deo suo, fecerit, se ei holocaustum oblaturum esse, si rem eo in bello prosperè gessisset; posteà illum voti compotem factum filiam suam unicam obtulisse (22.) atque ita votum, Deo factum, solvisse, unde cognovi, animum illorum durum esse (23.) &, quod semel mente conceperint propositum, id eos effectui tradere: improbi autem isti gravissimè in te peccârunt, ideò, nisi illos citò in manus meas tradideris, ego à bello, contrà eos ulterius gerendo, desistam, nam propter illos sine meo merito simùl exitio involvi nolo. His dictis Titus arietem ferreum, (24.) muro, à grassatoribus recens structo, admoveri eoque mœnia illa concuti ac dejici jussit. (25.) Circà idem tempus multi ex primariis grassatorum viris (26.) ad Titum egressi sunt pacemque cum eo fecerunt, quos etiam ipse clementer recepit atque militibus suis eosdem præfecit.

(20.) Non contemno devotionem; sed quæro pietatem, inquit Titus apud Egesippum loc. alleg.
(21.) Is fuit Jephta, de quo vid. Iudic. c. 11. v. 31. confer. & Egesipp. loc. citat.
(22.) Qualis ista gens, quæ religioni tribuat hominis necem, & sacrificium putet esse parricidium? quis Deus possit hoc exigere aut qualis sacerdos, qui hoc possit deferre? sic idem Titus apud Egesipp loc. alleg.
(23.) Habeant suos ritus, inquit Titus apud Egesippum eod. loc, tàm duri homines, apud quos disciplina est, filios occidere, infelix civitas, in qua talis officina, tale mysterium! operiant eam ruinæ suæ!
(24.) Vid. Joseph. dict. l. 6. c. 22. & Egesipp. l. 5. de Bel. Jud. c. 42.
(26.) In Josippi Epitome pag. 264. narratur, quòd Titus ariete ferreo parietem Templi perfodi jusserit, cui etiam Egesippus loc. alleg. consentit.
(26.) Inter quos Ananus, Amauntinus, Simonis satelles crudelissimus & Archelaus, filius Magaddati, referente Josepho dict. lib. 6. c. 23. confer. etiam Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 42.

CAP. LIII.

FUit autem porta quædam Templi clauſa eaq; argento obducta, quam Romani admoto igne ſuccenderunt, (1.) quô factô porta illa igne conſumpta eſt & argentum liquefactum in terram cecidit, Romani igitur apertâ portâ viam conſpexerunt, quæ ad Sanctum Sanctorum duxit. Titus autem, cùm illud vidiſſet, ei pepercit idque veneratus eſt ac præcepit, ut milites cohiberentur, ne ad Sanctum Sanctorum accederent, (2.) viris etiam circà ſe conſtitutis dixit: recedite à domo iſta, donec initô conſiliô decreverimus, quid de hac æde ſtatuendum ſit; in caſtris quoque ſuis proclamari juſſit: qvicunque ad ſacrum illum locum acceſſerit, is morte mulctetur; præterea milites conſtituit, qvi domum illam cuſtodirent, ne qvis ex omnibus militibus eò veniret atqve locum ſanctum pollueret. Sed principes Romani (3.) & primarii conſiliarii, qvi circà Titum erant, ei ſic dixerunt: niſi domus iſta incendio deleatur, non poteris populum illum ſubjugare, quia propter ædem iſtam ſacram Judæi mortem lubenter oppetent: Titus autem illorum conſilio hac in re morem gerere noluit; ſed milites quosdam Romanos & Judæos, qui pacem cum Tito fecerant, ibidem conſtituit eisque præcepit, ut Sanctum Sanctorum cuſtodirent, ne quis illud contaminaret, donec ea de re conſilium fuerit initum. Aſt Judæi graſſatores, qui adhûc Hieroſolymis ſuperſtites erant quique nullam cum Romanis pacem inierant, dum viderunt, Romanas copias inde diſceſsiſſe & ſaltem milites quosdam, qvi SanctumSanctorum

ויהי שער אחד משערי ההיכל סגוד
והדלת היה מצפה בכסף ויבואו הרומיי
ויציתו אש בשער ההוא ויבער בו האש
וישרפו עצי הדלתו ויפול הכסף לארץ
ויפתח השער ויראו
והנה הדרך ההולכ' אל קדש הקדשים
ויהי כראו טיטוס את קדש הקדשים
ויחמול עליו ויכבדהו ויצו טיטוס למנוע
את עמו מנגוע בקדש הקדשי' ויאמ' אל
אנשיו חולו לכם מן רבית היה עד אשר
חכון לנו את העצה מה נעשה בו ויצו
ויעבירו קול במחנהו לאמר כל איש אשר
יקרב אל הקדש הזה יומת ויפקד עליו
גבורי מגבוריו לשמרו לבל יחללוהו איש
מכל אנשיו לבוא בו ויענו שרי הרומיי
וגדולי היועצי' אש' לטיטוס ויאמרו אין
כדברי הזה לאמר אם לא ישרף הבית
הזה לא תוכל לכבוש את העם הזה כי
למענו ימותו וטיטוס לא אבה לשמוע
לעצת' הזה וק העמיד שם מקצת מגבורי
הרומי' גם מקצת מגבורי היהודי' אשר
השליטו עמו ויצו אותם לשמור את קדש
הקדשי' לבל יחללהו איש עד העצם
והיהודי הפריצי הנשארי עוד בירושלם
שלא השליטו עם הרומי' בראותם כי
סרו

(1.) Vid. Joſeph. l. 6. de Bell. Jud. c. 23. & Egeſipp. l. 5. de Excid. Hieroſol. c. 42. ac Joſippi Epitom. p. 264.

(2.) Idem refertur in Joſippi Epitome pag. 265. & apud Egeſipp. loc. alleg.

(3.) Horum nonnulli nominantur à Joſepho dict. lib. 6. c. 24. confer. etiam Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 42. ac Joſippi Epitom. p. 265.

סרו משם חיל הרומיים ויניחו שם שומרי
קדש הקדשי' ויחצו עליה' בחרבותם
ויכום לפי חרב וישמידום · וכשמוע
טיטוס את כל אש' עשו היהודים ההם
וינהג את כל גבוריו וילך עליה' וך
מהם רבי' והנשארי מהם ברחו אל הר
ציון' ויהי ממחרת ויקהלו הרומי' וישלחו
אש בקדש הקדשי' מסביב ויקחו קורות
ויעמידום על שערי הזהב אש' לקדש
הקדש' ויציתו בהם את האש · ויהם
הזהב וישרפו עצי הדלתות ויפלו לארץ
ויפתח בית קדש הקדשי' לעיני הכל
בחדש החמישי בשתש לחדש והוא האום
אשר בו נפתח בית קדש הקדשי' בימי
הבשדים · ויהי בפתחם הרומי' את השער
אשר לקדש הקדשים ולכדהו · ויויעו
תרועה גדולה מאד לשמחה ובית קדש
הקדי

Ppppp 3 qvanto

ctorum cuſtodirent, ibi relictos eſſe, (4.) eosdem ſtrictis gladiis adorti percuſſerunt & interfecerunt. (5.) Titus autem, cùm omnia, à Judæis iſtis perpetrata, audiſſet, univerſum exercitum ſuum eò adduxit ac graſſatores iſtos aggreſſus eſt multosque ex illis interemit; qui verò ſuperſtites erant, ad montem Zion profugerunt: poſtero die Romani agmine facto Sanctum Sanctorum undique incenderunt; (6.) nam ad portas ejus aureas conſtituerunt trabes ingentes, qvibus ignem injecerunt, à quo aurum liqvefactum ac januæ combuſtæ in terram prociderunt, ſic domus Sancti Sanctorum omnium oculis patuit idque accidit die nono menſis quinti, (7.) nempe eodem die, qvo domus Sancti Sanctorum à Chaldeis quondam fuit aperta. Dum autem Romani illam Sancti Sanctorum portam dejecerunt eamque in ſuam redegerunt poteſtatem, ingentem præ gaudio clamorem ſuſtulerunt: aſt Titus, poſtquàm ignem circà domum Sancti Sanctorum undique ardentem ac latius ſe extendentem conſpexit,

(4.) Vid. Joſeph. dict. l. 6. de Bell. Jud. c. 26.

(5.) Idem refertur in Joſippi Epitome p. 265.

(6.) Conſentit Joſippi Epitome pag. 266. ſed Joſephus lib. 6. de Bell. Jud. c. 26. ſcribit, militem quendam Romanum, non exſpectato cujusquam edicto, divino impetu motum in feneſtram auream ignem injeciſſe. Egeſippus l. 5. de Excid. Hieroſ. cap. 42. refert, portam auream à milite quodam Romano incenſam fuiſſe, dùm is ſemiuſtam nactus materiam, quæ de faſtigio deciderat, adulto igne portæ admovit, quæ aurea nuncupatur, quòd auro veſtitas habebat fores.

(7.) In Joſippi Epitome dict. pag. 266. ſcribitur, quòd die decima menſis quinti id acciderit; Hodierni Judæi deſtructionem urbis ac Templi Hieroſol. lugent die decimo ſeptimo menſis תמוז, qui Junio noſtro ferè reſpondet, de quo vid. ipſorum libros precum titulo: סליחות pag. mihi 671. ubi dicitur, quòd illo ipſo die 17. dicti menſis i. e. tabulæ (Moſis) confractæ & Lex (divina) igne combuſta ſit. Joſephus lib. 6. de Bell. Jud. cap. 26. ſcribit, die decima menſis Auguſti Templum fuiſſe incenſum, quo etiam die prius à rege Babyloniorum fuerat concrematum, cui etiam Egeſippus dict. lib. 5. c. 42. conſentit, & à prima quidem ſtructione Templi Salomonei usque ad hoc excidium, quod anno ſecundo imperii Veſpaſiani accidit, mille, centum ac triginta colliguntur anni & ſeptem menſes ac dies quindecim; à poſteriori verò, quam ſecundo anno Cyri regis Aggæus fecerat, usque ad excidium iſtud Titi, anni ſexcenti, triginta novem & dies 45. fuerunt, referente Joſepho dict. lib. 6. c. 27. Egeſippus loc. alleg. ſcribit, quòd decimo die Joma menſis, quem jamdudum inter funeſtos numerabant Judæi, Templum ſuccenſum fuerit, ubi Cornel. Gualtherus obſervavit, in exemplari veteri pro Ioma ſcriptum eſſe Loina, quod prepius accedat ad verum nomen Loi, quod prius ſcriptum fuiſſe appareat, nam menſem hunc Loum à Macedonibus dictum fuiſſe Suidas

quanto potuit ſtudio accurrit, (8.) ut incendium, quô Sanctum Sanctorum conſumebatur, extingveret; ſed fruſtrà, quia ingens eorum multitudo fuit, qui ignem ſubjiciebant atque ædem ſacram deſtruebant; ac licèt Titus eos increparet, ut ab incepto deſiſterent, illi tamen non obtemperabant nec ei morem gerebant; ſed gentium turba undarum more ad perdendum & deſtruendum accurrebat: fumus autem incendii longè lateque ſpargebatur; Titus quidem clamabat, ſed nemo ei aures obvertebat. Quocircà Titus, cùm videret, milites à Sancto Sanctorum arceri non poſſe, gladium ſuum ſtrinxit & in exercitus ſui duces acriter invehi eosque increpare & objurgare cœpit; cœterarum verò gentium peregrinarum, quæ non erant ex populo Romano, turbam gladiô percuſſit, ut eas inde arceret; ſed illas repellere non potuit, quamvis non paucos ex iis interfecerit; omnes autem gentium copiæ, quæ Romanis auxilio venerant, domum illam ſacram magis, quàm Romani ipſi, vaſtârunt ac perdiderunt: quamvis itaque Titus multos ex illis interemerit, eosdem tamen inde expellere non potuit, nam multitudo populi accurrentis ſubinde aucta ac major reddita fuit; Titus quidem ad ravim usque clamabat; (9.) ſed vox ejus amplius exaudiri non poterat. Intereà Sacerdotes, qui in Sancto Sanctorum erant, eò usque adverſùs Romanos pugnabant, donec omnibus viribus deſtituti penitus deficerent (10.) nec cum Romanis amplius manus conſerere poſſent,

הקדשים היה נשרף בכל סביבותיו שרוף
והלוך. וירץ טיטוס בבל בוחו למען אשר
יכבה את האש מעל קדש הקדשי ולא
היה יכול לכבות את האש כי רב העם
השופכי והמשחיתים מאד. ויצעק טיטוס
עליה לבלתי עשות כן ולא הטו את
אזנם ולא שמעו אליו כי כשטף מים
לרוב כן באו משחיתי מרמונות הגוים
לרוב ועשן השרפה היה הולך וגדל
וטיטוס קורא וצועק ואין שומע אליו.
ויהי בראות טיטוס כי לא יכול לגרש
את העם מעל קדש הקדשי וישלוח את
הרבו ויתל ויגער בשרי עמו ויהרפם
ויקללם ודמונות יהו הגוים הגבורי אשר
לא מהרומי הבה נרוב למען יגרשם
משם ולא יכול לגרשם ויתת מהם רבים
וכל המונות הגוי אשר באו שם לעזר
הרומי היו משחיתים ומשמידים יותר
מהרומי ומהם המית טיטוס רבים ועם
זה לא יכול לגרשם משם והעם הולך
וגדול ויצעק טיטוס בהם עד התנור גחנו
ולא יכול לצעוק עוד והם לא שמעו
לקולו והכהני אשר היו בקדש הקדשי
היו נלחמי ברומי עד בלתי יכולת בהם
להרי עוד יד להלחם בם. ויהי בראות
הכהני

Suidas teſtatur, Græcè enim Λαῶς; Auguſtus nominatur. Rabbini tradunt, nono die menſis Ab promulgatum fuiſſe à Deo decretum adverſùs Iſraelitas in deſerto, quòd non introituri eſſent in Palæſtinam, eodem die tàm primum, quàm ſecundum Templum ſolo æquatum eſſe nec minus eodem die captam eſſe Bitter, urbem longè maximam, &c. vid. Wagenſeil. Sot. cap. 7. Excerpt. Gemaræ 10. pag. 734. & 736. num. 8. it. cap. 9. Miſchn. 12. pag. 942, & ſeq. & pag. 954. confer. & lib. Prec. Jud. part. 2. pag. mih. 31. b. fin. & dict. Part. 2. pag. 34. b. med. confer. & Buxtorf. Lexic. Chald. fol. 916.

(8.) Idem refert Joſephus, ut & Egeſippus loc. alleg. vid. eriam Ioſippi Epitom. p. 266.

(9.) Eadem referuntur in Ioſippi Epitome p. 266. & ab Egeſippo dict. l. 5. c. 42.

(10.) Vid. Ioſeph. dict. l. 6. c. 28. & 29. ut & Egeſipp. lib. 5. de Bell. Iud. c. 43, ac Ioſippi Epitom. p. 266.

הכהני כי אין להם ישועה עוד וילגו
ויפילו את גופותיהם אל האש אשר
שולחה בקדש הקדשים ורבים מבחורי
היהודי אשר היו שם נחבאים מפני
הרומיים נפלו באש הקדש עם הכהני
ההם ונשרפו כי אמרו אין את שריפת
בית יי היום. וטיטוס עוד היה מכרה
בעם למנעם ולהשחית אותם מחטוא עוד
בקדש הקדשים ואין שומע לו כי רבי
הגוי והמשחיתי והמשמידי עד
בלה וייגע ויעף ויפול לארץ מבלי כח
ויהי בראותו כי לא יכול להציל את מעון
קדש הקדשי לבלתי השרף ויחזל מצעוק
ומושתך וממגוע. ויהי אחרי השרף בית
קדש הקדשי ויקם טיטוס ויבא אל קדש
הקדשי ויראה תפארות הבית ואת הודו
ואת הדרו ויאמן כי בית אלהים הוא כי
עדין לא נשרף כל הבית וכי רבו היצל
מהשרף למען יהדר ביופיו ותפארתו והדרו
כבודו. ויאמר טיטוס עתה ידעתי כי אין
זה כי אם בית אלהי וזה מעון אלהי
השמים ומשכנו ולא לחנם נלחמו היהודי
עליו עד כלה ויפלא עוד הדר כבוד
הבירה בעיני טיטוס ויאמר גם ידעתי
עוד אשר הגוי אשר היו באים מאפסי
ארץ בכסף ובזהב ובכלי חמדה להשתחוות
לאלהי הבית הזה לא על דעם היו
באים כי גדול כבוד הבית הזה וגדול
הדר

sent: dum itaque viderunt, nullam ſibi ſalutis ſpem ſupereſſe, ipſi ſeſe in ignem, quô Sanctum Sanctorum conflagrabat, conjecerunt; (11.) multi quoque milites Judæi, qui ſeſe ibi Romanorum metu occultaverant, ſimùl cum Sacerdotibus illis in ſacrum huncce ignem ſe præcipites dederunt atque combuſti ſunt, quia dixerant, poſtqvam Templum Domini incendio conſumptum eſt, nullô amplius vitæ deſiderió tenemur. Titus autem milites ſuos à deſtructione ædis ſacræ arcere cupiens illos iterùm percuſſit, ut eos prohiberet, ne in Sanctum Sanctorum peccarent; ſed nemo ei obtemperavit, quia ingens gentium multitudo confluxerat, quæ Templum Domini funditùs perdebant, deſtruebant & comburebant: tandem Titus laſſus ac defatigatus in terram cecidit viribus deſtitutus; nam, dum vidit, ſe domum Sancti Sanctorum ex incendio eripere non poſſe, ulterius clamare atque gentium turbam prohibere deſiit. Poſtquàm verò domus Sancti Sanctorum incenſa eſt, Titus ædem ſacram ingreſſus decorem ejus & ornatum ac magnificentiam contemplatus eſt, (12.) atque domum illam Dei fuiſſe ſedem certè credidit, nam domus illa ſacra tunc temporis nondùm penitùs igne conſumpta fuit; (13.) ſed multa ab incendio in ea ſervata fuerunt, ut Titus decorem ejus & magnificentiam conſpicere potuerit; quamobrem ille in admirationem abreptus dixit: nunc deprehendo, (14.) domum iſtam reverà Templum Dei, cœlum inhabitantis, ejusque habitaculum fuiſſe, nec immeritò Judæos pro illo ad mortem usque pugnâſſe. Dein Titus domus illius magnificentiam iterùm admiratus dixit: non ſine cauſa gentes ex ultimis terræ finibus hûc veniſſe & argen-

(11.) Ioſephus eod. l. 6. c. 29. refert, duos è nobilibus, cum ad Romanos tranſeundo ſervari potuiſſent, ſemetipſos in ignem conjeciſſe, nempe Meirum, Belgæ, & Ioſephum, Dalæi filium, confer. etiam Egeſippus ac Ioſippi Epitom. loc. allegat.

(12.) Vid. hic Ioſeph. & Egeſipp. loc. alleg.

(13.) Idem refertur ab Egeſippo loc. adduct. & in Ioſippi Epitom. p. 267.

(14.) Eadem penè verba referuntur in Ioſippi Epitom. dict. pag. 267. & ab Egeſippo l. 5. de Bell. Iud. c. 43.

argentum, aurum atque vasa pretiosa secum attulisse puto, ut Deum ac Dominum domus illius adorarent, quia magna fuit domus hujus gloria atque Templi istius magnificentia Romanorum templum, (15.) & omnia gentium delubra, quæ quidem ego vidi, longè superavit; certè Dominus cœlum incolens, qui Templi istius Deus est, domus suæ ultionem capiet de grassatoribus istis, qui improbitate sua omnibus hujusmodi malis & calamitatibus, quibus domus ista jam premitur, ansam dederunt. Posteà ignis vis adeò invaluit, ut domus Sancti Sanctorum eò conflagraret: (16.) ast grassatorum duces cœterique milites, qui Hierosolymis adhûc superstites erant, dum viderunt Sanctum Sanctorum incendiò esse destructum, reliquam etiam Templi partem cœterasque domos, in urbe existentes, quæ divitiis atque rebus pretiosis plenæ ac præ cœteris magnitudine conspicuæ erant, imprimis illa ædificia, in quibus alimenta quædam supereſſe noverant, incenderunt, (17.) ne Romanorum potestati quidquam relinqueretur; (18.) cœtera quoque Templi ædificia igne absumpserunt, nam dixerant: postquàm domus Sancti Sanctorum incendio deleta est, ecquid amplius vivendi desideriò ducimur, cur ullam relinquimus domum aut ædificium? Romani autem posteà accurrerunt & incendium extinxerunt atque Deorum suorum simulacra in Templo constituerunt (19.) iisque sacrificia obtulerunt & in Judæos eorumque legem coràm idolis istis probra jactârunt. Circà idem tempus Judæus quidam fallò vaticinatus est (20.) grassatoribus, qui Hierosolymis adhûc superstites erant, atque ita dixit:

הדר כבוד וכלו מהיכל הרומיים ומכל הכלי הגוים אשר ראיתי ושדי השמים אשר הוא אלהי הבית הזה ינקום נקמת ביהו מארת הפריצים אשר סבבו עליו ברשעתם את כל הרעה הגדולה הזאת׳ והאש הגבירה ללהט את קדש הקדשים ובראותה שוד הפריצי׳ עם הפריצי הנשאר׳ עוד בירושלם כי נשרף קדש הקדשים שרפו גם הם את שאירית בית המקדש וגם את כל הבתים הנשאר׳ בעיר מלאים כל הון יקר וכלי חמדה וישרפו כל בית גדול אשר בירושלם וכל בית אשר ידעו כי בו עושר וכבוד וכל מניה למען לא תהיה בם ממשלה לרומי׳ וגם יתר בנין ההיכל שרפו כי אמרו אחרי אשר נשרף בית קדש הקדשים מה חפץ עוד בזאי׳ או להשאיר בית או בנין ויקומו אחרי כן הרומיים ויכבו את השרפה׳ ויעמידו צלמיה׳ בהיכל ויעלו להם עולות ויחרכו את היהודי׳ ואת תורת׳ לפני צלמיהם׳ בעת ההיא עמד אחד מיהודי׳ ונבא בשקר ויאמר לפריצי׳ הנותרי׳ בירושלם עוד התחזקו והתאמצו ועמדו בכלי מלחמה כי עתה יבנה הבית מאליו ולא מידי אדם למען הראות אלהי ישראל לרומי׳ את גבורתו כי יתגבר על היהודי׳ אשר נצחום ועתה אם תתאמצו ותלחמו ברומיים

(15.) Capitolium, ut puto, ac Iovis templum hic intelligitur.
(16.) Vid. Ioseph. dict. l. 6. c. 29. & Egesipp. l. 5. de Bell. Iud. c. 43.
(17.) Confer. Egesipp. loc. alleg. & Ioseph. dict. l. 6. c. 29. ubi factum istud non ad grassatorum duces, sed ad Romanos refert.
(18.) Idem refertur apud Egesippum loc. alleg. & in Iosippi Epitome p. 267.
(19.) Vid. Ioseph. dict. l. 6. c. 31. & Egesipp. l. 5. de Bell. Iud. c. 45. ac Iosippi Epitom. p. 268.
(20.) Confer. Ioseph. dict. l. 6. c. 30. & Egesipp. l. 5. c. 43.

ברומיים כבר יכלוכם היום יבנה הבית מאליו׳ ויהגרו הפריצים להלח׳ ברומיים ויכו מהם רבים וגם נפלו מהפריצי׳ רבים ויכו הרומי׳ אז מדלת העם כצאן לטבח אתרי אשר תמלו מהרוג בהם תחלה כי שמעו ל דברי המורה יקר הנביא לכוב ולא שמו לב ל דברי האותות הנקרות׳ בירושלם אשר היו אותות נוראו׳ מאד כי לכני בוא אספאסיאנוס שנה אחת נרא׳ על היכל כוכב אח׳ נוצץ כמו איש בידו חרבות שלופות ובימי החם יום האות הזה בימי חג הפסח היה וכל הלילה אש׳ ליום ההוא היה ההיכל מאיר ומניה באור יום ויהי כן כל שבעה ימי הפסח וידעו כל הכמי ישרל כי אות רעה הוא ויתר העם אמרו כי אות טובה הוא׳ גם בעת ההיא וגם בימי החם הביאו עגלת בקר לעולה ויהי ברפילם אותה׳ לארץ לשחטה והנה היא ילדה כבש ויאמרו כי גם זה אות הוא ויראו עוד שם או אות אח׳ בשער הקדי׳ כי שער קדים היה שער גדול וכבר מאד ולא יפתח עד בא עשרי׳ אנשי׳ לפתחו וכן

לא

dixit: nolite animos vestros penitùs abjicere, sed vosmet viros præstate atque armis instructi state, nam domus ista jam per seipsam, nulla humana ope, ædificabitur, ut Deus Israëlis fortitudinem suam Romanis ostendat, qui ob Judæos devictos superbè sese efferunt; quapropter si nunc animis resumptis contrà Romanos totis viribus pugnaveritis, domus ista per seipsam hodièexstruetur. His dictis commoti grassatores prœlium adversùs Romanos inierunt & multos ex illis interfecerunt; sed grassatorum quoque non pauci ceciderunt, quô factô Romani plebem, cui ab initio pepercerant, non secus atque oves mactationi destinatas, trucidârunt eò, quòd dictis falsi doctoris & prophetæ mendacis obtemperâssent nec ad portenta illa atque signa terribilia, quæ Hierosolymis evenerant, animos attendissent: (21.) nam integro anni spatio antequàm Vespasianus in Judæam venisset, (22.) stella suprà Templum apparuit, (23.) speciem hominis, strictos gladios manu tenentis, referens. Eodem tempore, quô portentum istud apparuit, per totam noctem, quæ festum paschatis præcessit, (24.) templum Domini colluxit (25.) & non secùs, atque clarissimus dies, resplenduit idque per omnes septem paschatis dies (26.) duravit, (27.) & cuncti sapientes viri ex populo Israëlitico signum istud minimè bonum esse judicarunt; cœteri verò ostentum illud

(21.) Sic miseri, dum infeliciter fallis circumventionibus credunt, dedecores & inulti sicut pecora trucidabantur, qui, si voluissent credere, evidentia imminentis signa exitii habebant, quibus veluti claris vocibus admonebantur, finem sibi affore, verba sunt Egesippi dict. l. 5. c. 43.
(22.) Vid. Joseph. dict. l. 6. c. 31. & Egesipp. l. 5. c. 44.
(23.) Cometes, passim ignis & gladii quandam præferens similitudinem denunciabat quoque ferro & igni gentis & regni urbisque ipsius vastitatem futuram, prout idem Egesippus loc. alleg. scribit.
(24.) Vid. Joseph. dict. lib. 6. c. 31. & Egesippus loc. citat.
(25.) Xantici mensis octavo die, sicuti refert idem Egesippus l. 5. c. 44.
(26.) Vel potius: noctes; loquitur autem hîc autor noster more Judæorum, qui sabbatha ac festos dies à vespera incipiunt, confer. Joseph. dict. l. 6. c. 31. ubi res paulò aliter refertur.
(27.) Per dimidium ferme horæ quoti iiè manens, prout scribit idem Egesippus dict. l. 5. c. 44.

לא יפגר עד בא עשור׳ אנשים לבגדי׳
וקול ציר השני נשמע עד למרחוק ובימי
מעשהו כי נפתח מאליו בלילי יד ולא
יכלו לסגור אותו עד אשר נקהלו התב׳
אנשי׳ וסגרוהו וגם על האות הזה הוי
אומרי׳ רבמי ישרל׳ והכהני כי אות רעה
הוא ויהי עכ הארץ היו אומרי׳ כי אות
טובה הוא׳ וידי אחרי בן נראה על בית
קדש הקדשי׳ מלמעלה כל הלילה בחצנית
פני אדם אשר לא נראה ביופיו בכל
הארץ ומראהו נהוא מאד׳ ועוד בימים
הדם נראו רכבי אש ופרשי עלית׳ והל
גדול מאד מעופפי׳ על פני הוקיע קרוב
ים באים על ירושלם ועל כל ארץ יהודה
וכלם טוסי אש וזוכבי אש׳ ויהי בימים
ההם עוד ביום חג השבועות שמע
הכהני׳ בתוך ההיכל בקול לבת בני אדם
וקול מצעדות וגלי בני אדם הולכים
בקרב ההיכל לרוב וישמעו קול גדול
תנוא מאד נורא וקורא ואומר לכו ונגלה
מן הבית ונסעה לנו תכמי ירושלם כלם
אמורי אשר זה אות רעה הוא ויהי העם
הזו אומרי׳ כי אות טובה הוא׳ ולפני
דאותות

lud fauſtum eſſe interpretati ſunt. (28.) Circà idem tempus cùm vitula in holocauſtum Domino oblata eſſet, accidit, ut illa in terram ad mactandum proſtrata agnum pareret, (29.) eam quoque rem prodigium eſſe homines dixerunt. Præterea aliud ſignum apparuit in porta Orientali, (30.) quæ magnitudine ſua ac pondere cæteras antecedebat, quæ nec aperiri nec claudi poterat, niſi viginti viri ad eam reſerandam ac claudendam conveniſſent; ſtridor autem cardinis portæ iſtius procùl audiebatur; ſed tunc temporis porta illa ſponte ſua, non manu humana, aperta inveniebatur nec ea claudi poterat, donec multi conveniſſent homines eamque clauſiſſent: (31.) hoc quoque portentum ſapientes & Sacerdotes populi Iſraëlitici minimè fauſtum eſſe arbitrabantur; ſed vulgus prodigium iſtud in bonam partem interpretabatur. Poſtea ſuprà domum Sancti Sanctorum tota nocte ſpecies apparuit vultus humani (32.) mira pulchritudine, cui nulla per univerſum terrarum orbem ſimilis viſa fuit; ſed eadem ſpecies ingentem ſpectantibus terrorem incuſſit. Per eosdem quoque dies ignei currus, quibus equites vehebantur, (33.) & ingentes militum copiæ in aëre volitantes apparuerunt, (34.) quæ ſtadii (35.) intervallo propè urbem Hieroſolymam & univerſam Judæam veniebant; omnes autem equi & currus fuerunt ignei. Eodem tempore in feſto Septimanarum (36.) Sacerdotes ſtrepitum audiverunt

(28) Conſer. Egeſippus loc. alleg. & Tacitus Hiſtor. l. 5. c. 13.
(29.) Idem refert Egeſippus loc. citat.
(30.) Conſer. etiam hic Egeſippus dict. cap. 44.
(31) Vid. Joſeph. & Egeſipp. loc. alleg. Tacitus quoque Hiſtor. l. 5. c. 13. ſcribit, quòd expaſſæ repentè fuerint delubri (Hieroſolymitani) fores.
(32.) Joſephus dict. l. 6. c. 31. nullam hujus portenti mentionem facit; Egeſippus l. 5. c. 44. ſcribit, quòd figura quædam inæſtimabilis magnitudinis apparuerit, quam plurimi circumſpexerint.
(33) Antè Solis occaſum hoſce currus igneos eſſe ſcribit Egeſippus dict. c. 44.
(34.) Vid. Joſeph. loc. citat. Tacitus quoque Hiſtor. l. 5. c. 13. narrat, quòd viſæ ſint per cœlum concurrere acies, rutilantia arma & ſubito nubium igne collucere Templum, conſer. & Egeſippus dict. c. 44.
(35.) Sic dictionem ים interpretes communiter exponunt, vid. ſuprà l. 3. c. 17. n. 15. & Joſeph. dict. l. 6. c. 31.
(36.) Conſer. Joſeph. & Egeſipp. loc. alleg.

דאותות הלזה שנים ארבע היה בירושלם
איש מעם הארץ ושמו יהושוע בן חנניהו
ויחל לקרוא בקול גדול ביום הג הסוכות
לאמר קול ממזרח קול ממערב קול מארבע
רוחות השמי׳ קול על ירושלם וקול על
ההיכל קול על חתן קול על כלה וקול
על כל העם וישנאהו כל אנשי העיר
ויאמרו לו למה תצעק לקרוא הזיבר הזה
ויצו השר אשר לעיר לבל יאמרו לו דבר
כי נהשב בעיניו כמשוגע׳ וילך עוד
האיש הלוך וקרוא אוי על ירושלם ואוי
על מקדשה אוי עד היכלו עד יום
המלחמה׳ ויהי בהות המלחמה הראשונה
החל לקרוא ואבואהו אבן יד גדולה
והכהו על ראשו ותמיההו׳ בימים ההם
נמצא מכתב כתוב עד הצור מימים
הראשוני ויקראו אותו והנה כתוב בו
לאמ׳ בעת אשר ימלא בנין ההיכל ויהיה
מרובע או יהרם וכאשר נלכדה אנטוכיאה
והרסוה הזל הרומי׳ ויפרצו פאת ההיכל
וימהרו היהודי׳ לבנות את פרצת פאת
ההיכל ככלותם לבנות והנה ההיכל
מרובע והם לא זכרו את דברי המכתב
ההוא וגם נמצא כתוב בקיר בית קדש
הקדשי׳

runt tanquam hominum magnà frequentia in Templo euntium atque hinc inde ambulantium; dein maximam & valdè terribilem vocem audiverunt clamantem ac dicentem: agite, eamus & emigremus. (37.) ex domo iſta; quamobrem omnes ſapientes Hieroſolymitani dixerunt: malum iſtud omen eſt; cæteri autem prodigium illud bonum eſſe interpretati ſunt. Cœterùm quadriennio prius, quàm hæc ſigna evenirent, vir quidam plebejus Hieroſolymis fuit, nomine Joſua, (38.) Ananiæ filius, is maxima voce clamare cœpit feſto tabernaculorum die, dicens: vox ab oriente, vox ab occidente, vox à quatuor ventis cœli, (39.) vox ſuper Hieroſolymam, vox ſuper Templum, vox ſuper ſponſum ac ſponſam, vox ſuper omnem populum. His dictis vir iſte odium in ſe concitavit omnium incolarum urbis, qvi ei dixerunt: cur hæc ita proclamas? princeps autem urbis (40.) præcepit, ne homini iſti quidquam diceret, quia illum non ſanæ mentis eſſe exiſtimavit; aſt vir iſte denuò circumambulans clamavit: væ Hieroſolymis, væ Sanctuario ejus ac Templo! atque hunc ille clamorem continuavit usque ad eum diem, quò bellum ingruit: dum verò urbs primùm oppugnari atque vir eodem modo clamare cœpit, ingenti lapide caput ejus percuſſum fuit, quo ille ictu etiam interiit. (41.) Iisdem diebus ſcriptura quædam, olim petræ inſculpta, reperta ac lecta fuit hujus ſententiæ: quando ædificium Templi completum & quadratum evadet, (42.) tunc illud deſtruetur: dum itaque Antonia (43.)

(37.) Tacitus Hiſtor. l. 5. c. 13. refert, quod audita fuerit major humanâ vox: excedere Deos; simul ingens motus excedentium (fuerit,) conſer. & Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 44.
(38) Vid. Joſephus & Egeſippus loc. citat.
(39.) Id eſt: a quatuor mundi plagis ſeu partibus.
(40.) Is Albinus dictus fuit, ſicuti refert Joſephus dict. l. 6. c. 31. & Egeſipp. l. 5. de Bell. Jud. cap. 44.
(41.) Idem referunt Joſephus & Egeſippus loc. alleg.
(42.) Vid. hic idem Joſephus & Egeſippus loc. citat.
(43.) Hebr. אנטוניאה, ita enim hic legendum, non אנטוכיה, uti hactenus in vulga is exemplaribus, vid. ſuprà h. lib. 6. c. 47. n. 19. conſer. etiam Joſeph. & Egeſipp. loc. alleg.

הקרשים לאמר כאשר יהיה הבנין מרובע
או ימלוך מלך על ישראל וימלוך מלך
המולך ומושל בכל ארץ ישראל ועם
הארץ מקצתם אמרו כי הוא מלך
ישראל ובבבלי אמרו כי הוא מלך
הרומיים׃

capta & à Romanis eversa atque hoc modo latus Templi perruptum fuit, Judæi celeriter operam dederunt, ut illam lateris Templi ruinam repararent, quod dum perfectum atque opus ad finem perductum fuit, ecce Templum tetragonum evasit; sed Judæi illo tempore scripturæ istius non recordati sunt. Alia insuper Scriptura parieti domus Sancti Sanctorum insculpta fuit reperta in hanc sententiam: quando ædificium Templi erit tetragonum, tunc rex super populum Israëliticum regnabit (44.) & in omni terra Israëlitica imperium obtinebit; qvapropter nonnulli ex plebe dixerunt: is erit rex Israëlis; sacerdotes autem dixerunt: iste rex erit Romanorum. (45.)

CAP. LIV.

ויהי בבוא כל חיל הרומיי אל ההיכל
וינוסו היהודיי אל הר ציון וישאו הרומיי
את עצביהם ויעמידום בהיכל יי׳ ויבחנו
להם זבחי׳ וינסכו לו נסכים ויהללוהו
וישתחו

CUm itaque omnes Romanorum copiæ in Templum venissent ac Judæi ad montem Zion profugissent, Romani Deorum suorum idola in Templo Domini constituerunt (1.) eiqve sacrificia & libamina obtulerunt (2.) & simulacra sua laudârunt; populum verò Israëliticum ejusque Deum

(44.) Vid. Joseph. dict. l. 6. c. 31. & Egesipp. l. 5. c. 44.

(45.) Suetonius in vita Vespasiani cap. 4. scribit, quòd toto Oriente vetus & constans opinio percrebuerit, esse in fatis, ut eo tempore Judææ profecti rerum potirentur; Tacitus quoque Histor. l. 5. c. 13. scribit, antiquis Sacerdotum (Judæorum) literis contentum fuisse, eo ipso tempore fore, ut valesceret Oriens profectique Judææ rerum potirentur, ac refert, his ambagibus Vespasianum & Titum prædictos esse, vid. id. Tacit. Histor. lib. 2. c. 78. & Josephus l. 6. de Bell. Jud. c. 31. rectius à nonnullis vaticinium istud de Christo, Servatore nostro, exponitur; est ea de re egregius locus apud Zonaram Annal. Tom. 2. pag. 193. ubi inter alia sic loquitur: δικαιότερον δ' ἂν ἡ ἀληθὲς μᾶλλον νομισθείη, τὸ, ἐπὶ τὸν Σωτῆρα τῶν ἀνθρώπων γένους, τὸν Κύριον, Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸ χρησμὸν ἐκληφθῆναι. ἀγὰς τῆς οἰκουμένης ἁπάσης Οὐεσπασιανὸς ἐβασίλευσε κατὰ τὸν χρησμὸν, ἀλλὰ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις μόνης i. e. rectius autem ac verius id oraculum de Servatore humani generis, Domino nostro, Jesu Christo, intelligetur, neque enim toti terrarum orbi imperavit Vespasianus juxtà vaticinium istud; sed Romano imperio duntaxat, vid. Gerard. Ioh. Voss. de Flav. Ioseph. lib. 2. Histor. Græc. c. 8. confer. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 44. & Mornæus de Verit. Relig. Christ. c. 29. pag. m. 521. & H. Grot. de Ver. Rel. 4. pag. 88. & l. 5. pag. 110.

(1.) Vid. Ioseph. lib. 6. de Bell. Iud. c. 32. & Egesipp. l. 5. de Excid. Hieros. c. 45. ac Iosippi Epitom. p. 268.

(2.) Contra portam orientalem, prout refert Egesippus dict. cap. 45.

ויחרפו ויגדפו את ישראל ואת אלהיהם
מאד מאד׃ בעת ההיא ירד ל הרומיי
נער קטן מן הכהנים מזרע ציון ויען ויאמר
אל כחת הרומיי אשר היה על ההיכל
לאמר חנה לי מים ואשתה ויתמהו
הפחה על הנער כי מצא חן בעיניו ויצו
ויתנו לו מים ויקח הנער את הכלי אשר
הוא בו המים וישת והגיחה לקח עמו
ויברח ויעל אל הכהנים וישקם וידוך
הפחה אחרי הנער לעיני בני עמו ולא
חפץ ללכדו כי שמח על אשר עשה וירף
ממנו וימלט׃ ויהי בנסך הרומיי לפני
אלהיהם טיטום והנה מקצת מרבבותם
אשר נלכדו על ההיכל ההתחננו ל טיטום
למען אשר יהי׳ ולא ימיתם ויאמר ליהי׳
טיטום מדוע עתה חבחתו בהי׳ ולא
המרחו עם אחיכם אשר מחו על אלהי
הבית וישרפו עם שריפת הבית ויצ
טיטום ויפקדם בם או וימיתו כלם׃ ושמעון
ויוחנן שלחו אל טיטום דברי שלום
ותחנה לבקש על נפשם למען יחיו
ויען טיטום ויאמ׳ ליהי׳ אתם אחרתם
לשאול את הדב׳ הזה ועתה בבקשכם
לחיות על מה תבקשו וזה אחרי אשר
לא השארת׳ מכל המון עמכם רק מעט
את תמרת העיר הואת השמרתם ואת
עם וישביה כלית׳ והאבדת׳ את שמם
מזרע

Deum probris ac maledictis acerbissimis affecerunt. Per idem tempus parvus quidam puer ex Sacerdotibus de monte Zion ad Romanos descendit & duci Romano, qui Templo præfectus erat, dixit: da mihi aquam, ut bibam; præfectus igitur pueri misericordiâ ductus præcepit, ut ei aqua daretur, quô factô puer accepto vase, cui aqua inerat, bibit & secum ferens id, quod supererat, profugit atque ad Sacerdotes ascendens potum eis præbuit: (3.) præfectus autem puerum quidem insecutus est spectantibus militibus suis, sed illum capere noluit, (4.) quia propter factum istud lætatus est & proinde ab eo insequendo destitit; sic puer ad suos evasit. Posteaquàm verò Romani coràm Tito, Domino suo, sacra peregerunt, nonnulli ex Sacerdotibus, qui in Templo capti erant, Titum supplices rogarunt (5.) ut vitam sibi donaret nec se morte mulctaret; ast Titus illis respondit: cur jam vivere desideratis nec simùl cum fratribus vestris, qui pro Deo Templi istius mortui & incendiô illius domus consumpti sunt, mortem oppetiistis? his dictis Titus eos omnes interfici jussit. (6.) Postmodùm Simeon & Johannes pacem à Tito petierunt eumque supplices rogârunt, (7.) ut vitam & incolumitatem sibi daret; sed Titus illis respondens: nimis serò, inquit, istud petitis, cur enim vitam & incolumitatem jam vobis quæritis, postquàm ex omni illa multitudine, quam circà vos habuistis, non nisi paucos reliquistis ac meliorem urbis istius partem perdidistis ejusque incolas consumpsistis eorumque nomina improbitate & sceleribus vestris maximis delevistis; impuros verò, crudeles & abominandos homines in-

(3.) Vid. Joseph. dict. l. 6. c. 33. & Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 45.

(4.) Confer. Josephus & Egesippus loc. alleg. ubi res paulò aliter refertur.

(5.) Vid. Josephus & Egesippus loc. citat.

(6.) Consentit Josephus dict. l. 6. c. 33. & Egesippus l. 5. c. 45. in fin. ubi scribit, quòd Titus eos occidi jusserit, degeneris animi esse respondens, quod Templo & muneri cuperent supervivere (ita enim hic legendum puto, non: supervenire, sicuti in exemplaribus hactenus vulgatis.)

(7.) Idem refert Josephus dict. l. 6. c. 34. & Egesipp. l. 5. de Bell. Jud. c. 46. ac Josippi Epitom. p. 268.

columes servâstis? his omnibus perpetratis jam pacem petitis; nonne illa sæpissimè à me vobis oblata est, sed eam rejeciſtis? annon ejusdem pacis oblationem aliquoties repetii? nam vobis ac miseræ plebi, quæ fame consumpta & extrà urbem insepulta projecta fuit, parcere volui; sed vos dura cervice pacem accipere noluiſtis, donec omnis populus penitus consumptus ac perditus est, ecquid igitur utilitatis inde percipietis, si vitam vobis donavero? dein Titus illos probris & maledictis acerbissimis, quæ hic recensere noluimus, affecit; inter alia eosdem his quoque verbis increpuit: dicite mihi, grassatores improbi, qvi in ipsas animas vestras peccâstis, nonne vos populum Domini interfeciſtis ejusque Templum incendiſtis & omnium malorum atque calamitatum, quibus urbs ista hactenus conflictata est, causa fuiſtis? cur igitur in animum vestrum induxiſtis, ut à me vitam peteretis & incolumitatem? cur præ omnibus sapientibus, justis, innocentibus, probis & sanctis viris, qui pietate ergà Deum conspicui fuerunt, qui sine ulla misericordia à vobis crudeliſsimè interempti sunt, jam vivere desideratis? quomodo ego id faciam ac memet malô involvam, quod effugere non potero, si vos impunes dimisero & crimina vestra inulta reliquero? en vos hodiè clementiam meam imploratis & vitam rogatis, cùm tamen ab improbitate vestra non desiſtatis, & dum adhûc gladios manibus vestris tenetis & armis inſtructi estis, à me supplices petitis, ut vitam vobis largiar; (8.) nonne urbem cepimus & Templum atque Sanctum Sanctorum incendiô delevimus? in quonam confiditis, quænam vobis spes salutis ulterius supereſt? quocircà abjicite gladios manibus vestris & arma deponite ac supplices venite, ut sciam, quid de vobis statuendum sit; (9.) forsitàn clementiæ

מרוב רעתכ' כי הוחם טמא' ואכזרי' ומשוקצי' ואוהבי כל ואת תבקשון את השלום הלא פעמי רמות בקשתי אני מכם שלום ולא אבית' ואקרא עליכם שלום פעם אחר פעם כי חמלה נפשי עליכם ועל דלת עם הארץ העטיפים ברעב וחמושלבי מחוץ לעיר בלחי קבורה ואתם הקשית' עורפכם ולא רציתי לשלי' עד אשר נשחת כל העם ונשמד ונאבד ועתה מה יהרון יהוה לכם בהחזותי אתכ' וירופ' טיטוס ויגדפם מאד וימלל בקללות נמרצות אשר לא כתבנו הנה ויוסף עוד טיטוס ויוכיח' ויאמר אליהם בדבחי היטה לאמר אמרו לי הפריצים הרשעי' הדטאי' בנפשותיכ' הלא אתם המיתם את עם יי' ואתם שופתם את ביתו באש ואתם הבאת' על העיר הזאת את כל הרעה הזאת ואת כל הקלאדי' אש' באה אליה ואיך יעלה על רוחכם לאמ' החייה אותנו ולמה תבחרו אתם עתה לחוס מכל החכמי' הצדיקי' והנקי' הדחיני' והקדושים קדושי עליון אשר הרגתם בבלחי החמנורת ובלחי חמלת ואיככה אוכל וראיתי פרעה אשר תמצא אותי אם לא אנקום נקמתם מכם ועוד הנה היום היוד' אתם מבקשי' ושואלים יי' ועודכם אתם מחזיקי' ברשעתכם בי עוד השלח בידיכם ואתם הגורי' בבלי המלחמה ומתחנני' אלי לאמר חיינו והלא לבדנו את העיר וגם את ההיכל וגם את

(8.) Confer. hic Josephus & Egesippus ac Josippi Epitom. loc. alleg.

(9.) Ponite arma, quasi victi, vivere vobis donabo, etsi non meremini, ita Titus apud Egesippum l. 5. de Bell. Jud. c. 46.

tiæ locum apud me invenietis ac vitam vestram servabitis. Ad hæc Johannes & Simeon Tito respondêrunt: (10.) nos Domino, Deo nostro, qui cœli ac terræ dominus est, juravimus, quòd jugum tuum non subire nec tibi servire pacemque tecum facere velimus, ut tibi obediamus: quamobrem si hanc nobis clementiam nunc exhibere tibi visum fuerit, ut urbe egredi & in desertum abire nobis liceat, nos gratiam apud te inveniſse dicemus; sin minùs, perſistemus in isto loco eumque constanter tuebimur ac videbimus, quid nobis faciendum sit & quanam viâ mortem oppetamus. His dictis Titus ad iram valdè commotus eis dixit: num adhûc animis feroces ac dura cervice estis, qui jam in potestatem nostram deveniſtis? an dicere adhûc audetis, juravimus, ne jugum tuum feramus, nonne jurâstis, vos mortem subituros esse? jam igitur juramenti vinculo morti obstricti estis, quia vitam rejeciſtis, nonne urbs jam capta ac domus Sancti Sanctorum exusta est nec ullum vobis supereſt refugium? ac nihilominus dicere audetis: nunquam tibi serviemus; quonam dedecus atque ignominiam vestram deferetis? in quonam confiditis? quænam salutis spes vobis supereſt? Dein Titus Romanis præcepit, ut cum grassatorum ducibus, Johanne & Simeone, eo in loco, ubi erant, manus consererent atqve illos, si posſent, interficerent. Circà idem tempus Zarach, (11.) qvi ex regia stirpe ortus erat, unà cum fratribus suis & universa familia ac cognatione regia, quæ apud illum erat, de monte Zion descendens ad Titum venit, qvos omnes Titus honorificè recepit eosqve benignè tractavit. (12.) Johannes autem & Simeon, grassatorum

ארת קדש הקדשי' שרפנו באש ומרח הוחילו עוד העוד יש לכם הקוה' תהה השליכו מידכם את השלח והסירו מעליכ' את כלי המלחמה וכן תתחננו ואדעה מה אעשה לכם ואולי אני אוחם עליכ' והיחיתם' ועינו שרי הפריצי' יודנן ושמעון לעיטום ויאמרו אליו לאמר אנחנו נשבענו ביי' שהינו אשר הוא שהי השמי' וארצ' הארץ אשר לא נשא את עולך ולא נעבדך ולא נשחה אותך ולא נשלי' עמך לעבדך ועתה אם טוב בעיניך להגדיל חסדך עמנו ולעזוב אותנו לצאת מן העיר והלכנו ל המדבר נאמר כי מצאנו חן בעיניך ואם אין בעמוד כאשר נעמוד ונרא' מה נעשה ועל אי זה דרך נמות' ויתר לטיטוס מאד מאד ויאמ' אליה' העוד זדון לבבם עמכם וקשי ערפכ' אתכם והנכם נלכדי' אתם בידינו ועוד אתם מדברי' לאמר נשבענו לבלחי שאת עולך והלא נשבעתם אתם אשר המותו ועתה הנה אתם שמתם את שבועתכ' למשמרת למות כי מאסתם בחיי' והלא העיר נכבשה ובית קדש הקדשי' נשרף ואין לכם מנוס ואתי' אומרי' לא נעבוד אויך לעולם אנא תוליכו תרפתכם ונשחב' ובלימתכ' ועל מה תקוחכם ומה תחלחכמ' בעת הדוא צוה טיטוס לרומיי' להתגרות עם שרי הפריצי'

(10.) Vid. Josephus, dict. l. 6. c. 35. & Egesipp. loc. alleg. ac Josippi Epitom. pag. 269.

(11.) Josephus dict. l. 6. c. 36. scribit, Izatæ regis filios & fratres ad Titum supplices veniſse, Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 46. nominat eos Zaræ regis filios & fratres, confer. & Josippi Epitom. p. 269.

(12.) Josephus loc. alleg. scribit, Izatæ regis filios & fratres à Tito vinctos Romam missos fuisse; cæterum Izatis, Adiabenorum regis, mentionem facit etiam Tacitus Annal. l. 12. c. 13. confer. & Josephi Annal. l. 20. c. 2. princ. it. supra in lib. 6. c. 34. n. 6.

torum principes, dum viderunt, quòd Zarach cum universa familia & prosapia regia abiisset ac semet Fito tradidisset, omnia, quæ in regia domo erant, combusserunt, (13.) atqve ipsum palatium igne deleverunt ac destruxerunt; thesauros qvoqve omnes, in regio isto palatio reconditos, incendio consumpserunt, ne Romani illis potirentur, & cuncta, quæ in regia domo erant, funditùs perdiderunt. Inde in Templum descenderunt, ubi principes ac duces Romani erant, quos Titus templo præfecerat: his omnibus duo principes præpositi erant, alter eqvitum & curruum præfectus, alter peditum dux erat, (14.) hunc grassatores isti interfecerunt, alterum, ejusdem socium, vivum ceperunt, qvi eos, à qvibus vivus erat captus, his verbis rogavit: ducite qvæsò me ad Simeonem, principem vestrum, ut, qvicqvid ei visum fuerit, in me statuat, eam mihi gratiam exhibete; illi igitur morem ei gerentes ipsum ad Simeonem duxerunt: ast iste satelliti suo (15.) præcepit, ut ducem Romanum interimeret; sed, dum satelles paululùm cunctabatur nec eum statim interficiebat, dux ille Romanus irâ & furore accensus ingenti saltu imminenti mortis periculo se subduxit & per declive montis fastigium semet præcipitem agens aufugit & ad Titum incolumis pervenit: verùm Titus ad indignationem commotus (16.) illum à se repulit, (17.) iratus, quòd non ad mortem usque pugnâsset, ne vivus caperetur. Posteà Titus, dum ægrè tulit, duces Romanos à Judæis ita tractatos esse, præcepit, ut omnes Judæi, qvi in plateis

הפריצי' ויחנן ושמעון נלחמה באש' יהיו
ולהרוג אותם אם יוכלו על ככה׃
ובעת ההיא קם זרח והוא מבני המלך
מהר ציון עם אחיו ועם כל בני זרע
המלוכה ורבי המלך אש' אתו ויבואו על
טיטוס ויקבלם בכבוד ובשלום וינשאם
וינהלם׃ ויהי בראות יוחנן ושמעון שרי
הפריצי' כי הלך זרח עם יתר בני המלך
ועם כל זרע המלוכה ויבואו על טיטוס
וימסרו לו וילכו גם הם וישרפו את כל
אש' היה בבי' המלך וישרפו הבית
ויהרסוהו וכל אוצרותיו שרפו באש למען
אשר לא יקחו אותם הרומי' וישמידו
הכל בבית המלך מאפס עד כלה ומשם
ירדו אל ההיכל וימצאו שם השורי' והפחות
אשר הפקיד טיטוס על ההיכל ושני
שלישי' משלישי הפחות על כלב אחד
היה פקיד על הפרשי' והוא שר הרכב
ואחד היה פקיד על הרגלי' ויכו את שר
הרגלי' וימיתהו וארז רעהו תפשו חי
ויתנהו על התופשי' אותו ויאמ' אליהם
לאמר הליכוני נא אל שמעון השר עליכ'
ויעשה בי ברצונו ובזה אמצא חן בעיניכ'
ויעשו כן ויביאוהו אל שמעון ויהי בהביא
אותו אל שמעון ויצו שמעון את נעריו
לפגע בו ויהמהמה המבה להכותו
ולהמיתו ויקצוף השר הגדו' על כבה
ויקפוץ

(13.) Vid. Ioseph. dict. l. 6. c. 37. & Egesippus l. 5. de Bell. Iud. c. 46. in fin. ac Iosippi Epitom. pag. 270.

(14.) Consentit Josippi Epitome pag. 270. Josephus dict. l. 6. c. 37. nullam præfectorum mentionem facit; sed duos milites Romanos, unum equitem, alterum peditem, à Judæis vivos captos esse scribit, cui etiam Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 47. adstipulatur.

(15.) Ardalæ, sic nominatur à Josepho dict. l. 6. c. 37.

(16.) Idem refertur in Josippi Epitom p. 270.

(17.) Josephus loc. alleg. refert, quòd Titus armis ablatis eum agmine expulerit, cui etiam Egesippus lib. 5. de Bell. Jud. c. 47. consentit.

teis urbis Hierosolymæ reperiebantur, interficerentur, (nam Titus anteà illis pepercerat ac publicè præconis voce proclamari jusserat, ne trucidarentur,) tunc ingens Judæorum multitudo interempta est, adeò, ut & domus & atria Judæorum, à Romanis interfectorum cadaveribus plena essent. (18.)

ויקפוץ וילג ויפול ע הזרד ההר ויברח
וימלט וילך לו אל טיטוס ויקיף עליו
טיטוס ויגדשהו מלפניו ויחר אפי בו על
אשר לא נלחם למות ולא להחפש חי
ויחר אף טיטוס עוד על אשר עשו
היהודי' ההם לאנשיו ויצו להרוג את
כל היהודי' הנמצאי' בתוצות ירושלם
אשר אמר להעביר קול במחנהו להמול
עליה' לבלתי המיתם וימת אז עם רב
מהיהודי' ויפלו היהודי' לפני הרומיים
בעת ההיא חללי' וימלאו הבתי' והחצרות
חללים׃

CAP. LV.

Cum verò Simeonis milites & Idumæi duces istud vidissent, certos illi homines ad Titum miserunt, (1.) qvi eum rogarent, ut sibi vitam & incolumitatem concedere velit; ast Simeon re cognita Idumæos repentè adortus est eorumqve principes ac primarios viros interemit; (2.) qvi verò ex Idumæis superstites remanserunt, qviqve Simeonis crudelitatem & cædem evaserunt, nempe ignobile vulgus, hi omnes ad Titum profugerunt ac mortis periculum evitârunt. Eodem tempore Titus milites suos, qvi populum Judaicum interficiebant, prohibuit, ne amplius cæde grassarentur, sic Romani milites à Judæorum internecione destiterunt. Circà idem tempus Simeon & Johannes unà profugerunt ac latebris sese occultârunt (3.)

ויהי כראות גדודי שמעון וגבוריו הארומי'
את הדבר הזה וישלחו ע טיטוס לבקש
על נפשם להחיות' ויגד הדבר לשמעון
וימהר ויקץ אליה' ויך את שריה' ואת
גדוליה' ויהר האדומי' מדלת עם ארום
הנותרי' מהרג שמעון נפו אל טיטוס
וימלטו שיו ויצו אז טיטוס וימנע הכובי'
בעם מהבי' עוד בהם ויחדלו מהשחית
ביהודי'׃ ויהי בעת ההיא וינס שמעי
ויוחנן עמו ויתחבאו באחי' המחבואי'
ויתהלכו באש' התהלכו ויהר האנשים
אשר הוו אתם ושרי ירושלם ושועי
יהודה

(18.) Vid. Egesippus dict lib. 5. c. 47. & Josippi Epitome p. 270.

(1.) Idem refert Josephus l. 6. de Bell. Jud. c. 40. & Egesippus lib. 5. de Excid. Hieros. cap. 47. ac Josippi Epitom. p. 271.

(2.) Josephus loc. alleg. refert, primarios Idumæorum viros, inter quos præcipuus fuerit Jacobus, Sosæ filius, à Simeone custodiæ traditos fuisse.

יהודה אש' היו הולכי' עמם ראו כי נסו
שמעון ויוחנן הפריצי' ויתחבאו או ירדו
כל שריהם ויבואו ל טיטוס ויפלו לפניו
ארצה ויקבלם טיטוס ויוחם עליהם
ויהיו מלבד הפריצים כי הפריצי בלם
אשר היו עם שמעון ויוחנן נלחמו עד
הומם במלחמה: בעת הזאת בא אל
טיטוס יהושע הכהן בן שבתאי הכהן
הגדול ועמו שתי מנורות ממנורות הזהב
אשר היו במקדש ועמו עוד כל שלחני
הזהב וכלי הזהב אשר היו בו
והמזלקות והכפורת והעיטים והמנקיות
והקשוט וגם בגדי השרד ובגדי הקדש
המצופי בזהב והמכוהרים ומעוטרי
באבנים יקרות עם רוב אבני טובות ויתן
את כל זה לטיטוס ויקבלהו ויהי לו
לש' על כהני יי' הנשארי' תחת יוסף
הכהן כי שם את יוסף הכהן לקצין
גדול על כל זקני וקציני ישראל בלם בעת
ישראל בכהני' ובלויים: ובעת ההיא יצא
גוריון הכהן אבי יוסף הכהן הסופר
לספרי הספר הזה ממאסרו ממגדל בית
שמעון

(3.) cœteri autem viri, qvi circà istos grassatorum duces fuerant, ut & principes Hierosolymitani nobilesqve Judæi, qui sese illis aggregaverant, dum viderunt, qvòd Simeon & Johannes profugerint ac latebris se occultârint, omnes descenderunt (4.) & ad Titum venientes in terram coràm illo procederunt, qvos etiam Titus in gratiam recepit & misericordiâ ergà eos commotus vitam illis donavit, exceptis grassatoribus, (5.) qvi omnes jam anteà in præliis sub Simeone & Johanne ducibus occubuerant. Iisdem diebus Josua Sacerdos, Sabbathæi (6.) Pontificis filius, ad Titum venit, ac duo candelabra aurea, qvæ in Sanctuario fuerant, secum tulit, omnes qvoqve mensas ac vasa aurea, nempe crateras, acerras (7.) palas (8.) scopulas (9.) & scutellas, qvæ in Templo fuerant, ut & vestes, cultui divino dedicatas, qvæ auro intextæ multisqve gemmis ornatæ ac distinctæ erant, secum portavit eaqve omnia Tito tradidit, (10.) qvibus ille acceptis Josuam Sacerdotibus Dei, qvi sub Josepho adhùc superstites erant, præfecit; Josephus autem Sacerdos suprà omnes Seniores & duces populi Israëlitici, tàm Sacerdotes, qvàm Levitas à Tito princeps constitutus fuit. (11.) Per idem tempus Gorion Sacerdos, Josephi Sacerdotis, qvi libros istos scripsit, pater ex carcere, nempe turri domus Simeonis, grassatorum ducis,

(3.) Confer. Joseph. dict. l. 6. c. 42. ac Josippi Epitom. p. 271.
(4. Nempe de monte Zion sive superiore urbis parte, vid. Egesipp. dict. l. 5. c. 47. & Josippi Epitom. pag. 271.
(5.) Vid. hic Joseph. dict l. 6. c. 44.
(6.) Consensit Josippi Epitome pag. 271. à Josepho dict l. 6. c. 41. nominatur Themuti filius, Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 48. Thebuti filium appellat.
(7.) Seu: mortariola, prout autor Vulgatæ vertit Numer c. 7. v. 13. & seqq.
(8.) Idem autor Vulgatæ exposuit: forcipes, Exod. c. 27. v. 3.
(9.) Cyathos habet Vulgata Latina Numer. c. 4. v. 7.
(10.) Idem refert Josephus dict. l. 6. c. 41. & Egesipp. dict. l. 5. de Bell. Jud. c. 48. ac Josippi Epitome p. 271.
(11.) Hebr. השים את יוסף i. e. constituit Josephum, ita enim hic legendum & verbum השים, quod hic in codice nostro omissum est, supplendum erit.

שמעון הפריץ עם אשתו ועם בני בניו
הוא אחי יוסף הכהן הקטן מבני וגם
בתיו זה היה הכהם גדול ובהן הכתי
ועשה האלהי לישראל תשועות גדולי
על ידו בירושלם כי השאירו טיטוס
בירושלם ולא הוליכו עמו באשר עשה
ליוסף ויהי אבי יוסף הכהן אחרי הלכד
ירושל' ואחרי ראותו את יוסף בנו עשרי
חדשי ויומ': בעת ההיא גם כן נלכד
גם פנחס הכהן שומר הלשכי ויגל
להם את כל אוצרות הבהני ובגדי
הבהני הקדושי ויתן לטיטוס את אוצר
השמן הטוב ואת הבשמים ואת כל
עהגת הבושם אשר במקדש ואת בגדי
ארגמן אשר הקדישו את המקדש מלני
בית שני ואת כל כלי הזהב אשר היו
אתו מכלי בית יי' ופנחס זה גם יהושע
הגזבר ראשונ' עמו עברו הק הפרו ברית
ותאנו ליי' כי מסרו את מחמדי יי' ביד
צורר ואויב לעם יי' ולא היה להם נאה
לעשות כן כי אם למות על עם יי' עם
יתר אחיה' דבהני אשר מהר על עם יי'
ונשרפו בשריפת בית המקדש וכי רצו
למלט את נפשם ולחות אחוי אחיהם
למה לא גלו את מצפוני הצרות בית יי'
ויממרו

ducis, egressus est (12.) unà cum uxore sua ac filio, Bonino, (13.) Josephi fratre, natu minore: is ipse Boninus etiam vir eximia sapientiâ præditus ac pius Sacerdos fuit, per qvem Deus maximam salutem populo Israëlitico dedit, nam Titus eum Hierosolymis reliqverat nec secum abduxerat, sicuti Josepho præceperat, ut se Romam sequeretur; Josephi autem Sacerdotis pater viginti mensibus, posteaquàm Hierosolyma capta erat atqve ipse filium suum, Josephum viderat, superstes fuit, dein diem obiit supremum. Eodem tempore etiam Phineas Sacerdos, (14.) qvi cubicula Templi custodierat, (15.) captus fuit, is thesauros omnes & sacras Sacerdotum vestes Romanis detexit ac revelavit, idem qvoqve receptaculum olei præstantissimi (16.) & aromata eorumqve areolas (17.) omnes, qvæ in Sanctuario fuerunt, & vestes purpureas, qvas reges templi secundi cultui Divino dedicaverant & consecraverant, omnia denique vasa aurea domus Domini, qvæ Phineas secum habebat, Tito tradidit; sed Phineas iste * ac Josua, cujus suprà mentio facta est, ambo legem ac fœdus Dei violarunt & in Dominum peccârunt, dum res illas pretiosas & Deo dicatas in manum hostis, qvi infensissimo ergà populum Dei animo fuit, tradiderunt, neqve enim illos sic facere oportuit; sed potius pro populo Domini cum cœteris fratribus suis, sacerdotibus qvi pro populo Domini mortem oppetierunt, & in conflagratione domus Sanctuarii simùl igne perierunt, ipsi quo-

(12.) Istius rei nec apud Josephum dict. l. 6. c. 41 & seqq. nec apud Egesippum lib. 5 de Bell. Jud. c. 48. & seq. fit mentio, vid. num. seq. 13.
(13.) Hebr. בונין, sic in nostro codice; sed ne hujus quidem ulla fit mentio apud Josephum & Egesippum dict. loc. vid. infrà h. cap. n. 33. ibique not.
(14.) Confer. Joseph. dict. lib. 6. c. 42. & Egesipp. lib. 5. de Bell. Jud. cap. 48. ac Josippi Epitom. p. 271. & seq.
(15.) A Josepho dict cap 42, nominatur φυλαξ βασιλικων custos sacræ pecuniæ Templi; eidem & Egesippus loc. alleg. adstipulatur.
(16.) De hoc oleo sacro vid. Exod. c. 29. v 7. & c. 30. v. 15.
(17.) Sic dictionem עריגות cum autore Vulgatæ Cantic. c. 5. v. 13. vertere volui; nonnulli: fasciculos; alii: mixturas exponunt.
* Hæc & quæ sequuntur usque ad num 18. h. cap. videntur à Judæo interpolatore adjecta esse.

ויסגרו ויחנו את כליו לטיטוס ואין אנוש להם על ככה׃ ובעת ההוא נלכדה
ירושלם עכ כל מחמדיה ועל טיטוס ל
דר ציון ולכהה ויצו ויהרסו את חומת
עיר ציון׃ ויהי מקץ שלשה ימי ותתעטף
נפש יוחנן שר הפריצי ברעב ויקם ויצא
מן המקום אשר היה נהוא בו וילך ל
טיטוס ויפול לפניו ונשק את רגליו
ויאמ׳ אין הושיעה אדוני המלך׃ ויצו
טיטוס ויכבלוהו בכבלי בחל כבדות
מאד ויולכוהו וישמטו כו בבל מהנהו
ויחקלסו בו והוא אסור בכבלי בחל
ובנחשתי בחרפה ובוז ויהי מקץ שבעה
ימי׳ ויהי בחנך ומיתי משונה כמשפט
כל אנוי ואויב לחי ולעמו׳ ויהי אחרי
כן ויצא גם שמעון הפריץ הנועז הרשע
ממקומ מחבאו כי הכביד עליו הרעב
ויקם וילבש בגדי מלכות ואוגמן אשר
היו אתו ויהראה ל חיל הרומי ויבוא
בתוכ׳ ויהי כראות׳ אתו ויראו מגשת
אליו

que mori debuissent, ac, quandoqvidem omninò post fratrum suorum interitum illi vitam suam servare voluerunt, cur non tunc temporis thesauros atriorum domus Domini revelârunt ejusqve vasa Tito tradiderunt, dum eos nemo ad id coëgit? (18.) Circà illud tempus Hierosolyma (19.) cum omnibus rebus pretiosis ibidem repertis (20.) capta est; postea Titus ad montem Zion ascendit eumqve in potestatem suam redegit, (21.) ac præcepit, ut mœnia urbis Zion diruerentur; Johannes autem, grassatorum dux, posteaquàm vires ejus per triduum fame planè defecerunt, ex latebris, ubi se occultaverat, egressus ad Titum venit (22.) & coràm illo procidens ejusqve pedes osculatus dixit: serva me, Domine Imperator; ast Titus præcepit, ut catenis ferreis maximi ponderis constringeretur & per universa Romanorum castra circumduceretur; qvo facto Johannes ab omnibus ludibrio exceptus fuit: tandem, cùm is septem dierum spatio catenis ferreis & æneis compedibus summo cum dedecore ac contumelia constrictus in custodia detentus esset, suspendio (23.) vitam finivit, ignominioso (24.) mortis genere, qvô omnis meritò tyrannus, qvi infestô ergà Deum ejusqve popu-

(18.) Ita locum hunc satis difficilem & obscurum hic vertere volui, Egesippus lib. 5. de Bell. Jud. c. 48. scribit, quòd Phineas metu coactus hæc omnia tradiderit, unde & veniale apud suos flagitium fuerit; tamen, etsi voluntas defuit, deesse virtus non debuit, licèt plerumque severius judicemus, quàm præcavere possimus, si ipsi in tali versemur necessitate, verba sunt ejusd. Egesippi.

(19.) Confer. Ioseph. dict. l. 6. c. 42. & Egesipp. l. 5. c. 49. qui refert, quòd septima die mensis, quem Gorpiensem (Gorpiæum, qui September nobis dicitur, teste Suida,) nuncupant, ad supremum ventum sit & quòd octava die ejusdem mensis concremata sit civitas.

(20.) Egesippus loc. alleg. scribit, quòd factionum principes, quibus adhùc tres turres, Mariamne & Phaselus & Equestris supererant cæteris validiores, deseruerint superiora, confugientes ad hypogea vel retrusos specûs.

(21.) Idem refert Iosephus dict. l. 6. c. 42. & 43. atque Egesippus l. 5. de Bell. Iud. c. 49. ac Iosippi Epitom. p. 272.

(22.) Vid. Ioseph. dict. l. 6. c. 46. & Egesipp. ac Iosippi Epitom. loc. alleg.

(23.) In Iosippi Epitome pag. 272. etiam refertur, quòd Iohannes jussu Titi suspendio necatus sit; sed Iosephus dict. lib. 6. c. 46. scribit, quod Iohannes perpetuis vinculis traditus fuerit, vid. Idem Ioseph. l. 7. de Bell. Iud. c. 15. cui etiam Egesippus l. 5. de Excid. Hierosol. c. 49. consentit.

(24.) Extraordinario, singulari; mirabili, id enim verbum משונה quod hic in codice nostro habetur, significat.

אליו ויגשאודו מרתק ויאמ׳ להם לכו
וקראו לי את הפותח אשר הופקד עליכי
לשר ואמסר אין וילכו ויקראו לו את
רופא הפתח אשר מעיר מראנו אשר
היה פקיד או על הרזמי׳ ויבא הפתח
ההוא אל שמעון ויאמר אין מי אתה
הגידה לי האמת ולא תמות על ידי׳
ויענהו ויאמר אליו אני שמעון הפריץ
השר על היהודי׳ אשר הרעשתי אתכם
במלחמות וגבורות ועתה אמצא חן
בעיניך והוליכני ל טיטוס אדונך ויש
הפתח כן ויוליכהו ל טיטוס וידי כראות
טיטוס את שמעון ויצו ויאסרוהו גם הוא
ביוחנן ויולכוהו וישומטוהו בכל מהנהו
ויחקלסהו ולעגו עליו כאשר עשו ליוחנן
והוא אסו׳ בנחשתי׳ ויצו טיטוס וימיתוהו
ביטורין ויכתוהו את ראשו טרם ימות
וינתרוהו וישליכוהו את נתוי נבלתו
לבלבי ומית האבור הפריץ לחרפתו.
וידי מספר כל העם הדרוגי הנודע׳ אשר
נפלו או בהרב ביד הרומי׳ וביד הפרוצי׳
מעם היהודי׳ הקרובי והרחוקי׳ אש׳ באו
לחנך

populum animô est, efficiendus erit. Dein Simeon qvoqve grassator & improbus homicida è latebris suis egressus (25.) (qvia fames illum valdè premebat,) ac veste regiâ atque purpureâ indutus Romanis militibus sese ostendit & ad illos venit: (26.) Romani verò, dum eum viderunt, metu ac reverentia ergà illum commoti procùl steterunt nec ad ipsum accedere voluerunt; ast ille eis dixit: abite & ducem, qvi vobis præpositus est, vocate, ut ego me ei tradam, qvapropter illi morem ei gerentes Rufum (27.) præfectum vocârunt, ex urbe Therano oriundum, qvi tunc temporis Romanis præpositus erat, is, cùm ad Simeonem venisset, ei dixit: qvisnam es? si verum mihi indicaveris, à me non interfecieris; cui ille respondit: ego sum Simeon grassator, Judæorum dux, qvi multis in præliis, à me fortiter initis, terrorem vobis incussi; nunc itaqve eam mihi gratiam exhibe, duc me ad Titum, dominum tuum. Præfectus igitur Simeoni obseqvens illum ad Titum duxit; is verò, dum Simeonem vidit, præcepit, ut eodem, qvo Johannes, modo catenis vinciretur & per universa Romanorum castra traduceretur; quô factô omnes eum milites risu ac ludibrio exceperunt, sicuti etiam Johanni fecerant: postea catenis constrictus (28.) acerbissimis cruciatibus mandatô Titi necatus fuit; priusqvàm autem moreretur, caput ejus amputatum

(25.) Vid. Joseph. dict. lib. 6. c. 46. & lib. 7. c. 7. confer. etiam Egesipp. l. 5. c. 49. ac Iosippi Epitom. p. 272.

(26.) Cùm Titus jam discessisset cremata urbe, existimans, etiam Simeonem aut igne exustum aut ruinâ oppressum aut à quocunque homine interemptum, prout scribit Egesippus dict. c. 49.

(27.) Hebr. את רופא הפתח אשר מעיר מראנו, sic in nostro codice, sed corruptè; nam Josephus lib. 7. de Bell. Jud. cap. 7. nominat eum Terentium Rufum, cui & Egesippus l. 5. c. 49. adstipulatur, quocirca verba ista: מעיר מראנו i. e. ex urbe Thrano vel Therano, corrupta sunt & pro illis legendum: Terentius, juxtà Iosephum & Egesippum loc. alleg. confer. etiam Ioh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmissa cap. 15. Traditio est judaica (leg. מראנוים שחרש טורנוס רופום התיכל i. e. quod Turnus (leg. Terentius) Rufus aratrum induxerit templo, uti lib. Prec. Jud. part. 2. p. mih. 34. b. med. habetur. confer. & Buxtorf. Synag. Jud. c. 16. pag. 349. ubi fabula quædam de Turno Rufo habetur, vid. & Ejusd. Buxtorf. Lexic. Chald. fol. 916.

(28.) Nempe, ut Romam duceretur in triumpho ibique necaretur, prout refert Iosephus dict. l. 7. c. 7. & c. 15. in fin. confer. etiam Egesippus l. 5. de Bell. Jud. c. 49. ac Iosippi Epitom. p. 273.

לחוג את הג יי בירושל' ויעמדו שם
במצור ויפלו בחרב ויהי מספרם אלף
אלפי ומאה אלפי' מלבד ההרוגי' אשר
לא נודעו להספר כי ההרוגי' הנקברים
נספרו ונודעו ואשר לא נודעו לא באו
על מספר ומלבד המתים גם כן עם
אלעזר בן ענני הכהן אחרי מות יוחנן
ושמעון הפריצי' והאבורים: ויהי מספר
העם מהיהודי' אשר הלכו עם טיטוס
בשבי וביאם על רומא ששה עשר אלפים
נפשות ויולך טיטוס אל רומי את יוסף
בן מתתיהו ואת בונין אחיו השאיר לקציץ על
הכהני' הגשאורי' בירושל' כי החתן לו
יוסף אחיו על בכה וישא פניו ויעש בן'
הפריצי' כלם מהן בהלחמי על עם יי'
ועל מקדשו ויען כי נמצא בהם דבר טוב
להתאזר למות על יי ועל מקדשו
בהתאזדם כי גם יהם אש' לבד טיטוס
מהם והם היום אחד מהם לא דחיה
אמנם כל הפריצי' הנשאורי' אשר נלכדו
מהם המית טיטוס במיהורת הרפה ובוז
בירושלם ומהם השאיר עמו להחקלם
בהם

est atqve dissectæ corporis partes canibus projectæ sunt: tàm ignominiosùm vitæ finem crudelis iste grassator nactus est. (29.) Numerus autem omnium Judæorum, qvi ad festum Domini (30.) celebrandum ex vicinis, ut & dissitis locis Hierosolymam convenerant ibiqve obsidione concluſi erant, qvi partim à Romanis, partim à grassatoribus interempti sunt ad undecies centena millia ascendit, (31.) præter illos interfectos, qvorum numerus haberi non potuit, qvia eorum solùm, qvi interempti & sepulturæ traditi erant, numerus memoriæ proditus est, nam qvi ignoti fuerunt, in numerum non venerunt, sicuti nec illi, qvi cum Eleazaro, Ananiæ Pontificis filio, post Johannis ac Simeonis, grassatorum & tyrannorum, mortem interfecti sunt. Judæorum verò, qvos Titus secum captivos Romam duxit, fuerunt sedecim millia, (32.) inter qvos etiam Josephus Sacerdos fuit, cujus fratrem, Boninum, (33.) Titus Sacerdotibus, qvi Hierosolymis relicti erant, præfecit; nam Josephus, frater ejus, Titum ejus rei causa rogaverat, qvi etiam illius petitioni clementer annuit. Grassatorum autem pleriqve omnes in præliis pro populo Domini ejusqve Sanctuario interfecti erant, & sanè melius cum iis actum est, qvi pro Domino ejusqve Templo pugnantes occubuerant, qvàm cum cæteris, qvos Titus vivos ceperat; nam

(29.) Iosephus dict. l. 7. c. 18. scribit, Simeonem peracto triumpho Romæ funibus in forum pertractum ibique acerbissimis cruciatibus peremptum fuisse, idem refert Egesippus l. 5. de Bell. Iud. c. 49.

(30.) Nempe: festum azymorum seu Paschatis, vid. Ioseph. l. 6. de Bell. Iud. c. 45.

(31.) Consentit Iosippi Epitom. p. 273. ac Josephus l. 6. de Bell. Jud. c. 45. & Egesipp. l. 5. de Excid. Hierosol. c. 49. Lipsius l. 2. de Constant. c. 21. numerum istum singillatim & velut per indicem exponit, quem videas licèt, confer. etiam Tacitus Histor. l. 5. c. 13. & suprà h. lib. 6. c. 45. n. 19. ibique not.

(32.) Iosephus dict. l. 6. c. 45. scribit, captivorum omnium, qui toto bello comprehensi erant, nonaginta & septem millium numerum fuisse, cui etiam Egesippus l. 5. c. 49. in fin. ac Josippi Epitome p. 273. adstipulantur.

(33.) Utrum Boninus iste fuerit idem Bonai, cujus Talmudici mentionem faciunt, qui etiam Ben Gorion & Nicodemus dicitur, jam aliis inquirendum relinquo, de hoc vid. inter alios Joh. Lightfoot. Hor. Hebr. in S. Iohannis cap. 3. v. 1. & Constant. L' Empereur ad. Grammat. Mosis Kimchi pag. 92. & Vorsti ad Zemach David p. 259. alleg. Sebast. Sneil. in Disputat. ad R. Isaac Abravanel. thes. 24. confer. & suprà h. cap. n. 13. & infra h. l. 6. c. 59. n. 12.

בהם בכל עיר ועיר מדי עברו ללכת אל
רומי: ויהי בנסוע טיטוס מירושל' ויקח
ויוליכ' עמו עם יתר השבי אשר שבה
מהיהודי' החטידי ויהי בחנוהו בכל עיר
ועיר מדי עברו ללכת אל רומי בכל עיר
אשר היה תנוה היה מוציא מהפריצי'
והם ומצוה להשליכם לאריות ולחיו'
רעות לאכלם עד אש' כלו הפריצי' אשר
אתו:

nam ex illis ne unus qvidem incolumis evasit, sed omnes grassatores, qvi vivi in Romanorum potestatem venerant, Titus partim ignominioso mortis genere (34.) Hierosolymis interfici jussit, partim dedecoris & ludibrii causa per singulas urbes, qvas ille Romam iturus pertransibat, secum duxit: nam Titus, cùm castra ab urbe Hierosolyma movisset, grassatores istos unà cum cœteris Judæis probis secum duxit captivos & per qvamcunqve urbem ipse exercitum suum traduxit, ut Romam iret, nonnullos ex grassatoribus istis produci ac leonibus aliisqve belluis dilacerandos projici jussit, (35.) donec omnes grassatores, qvos secum duxerat, consumpti fuerunt.

CAP. LVI.

ויהי בימים ההם ויהי עם אח' מעם ארץ
הרי ארדט ושם הגוי הרוא שאן והם
היו סגורים מסביב אחרי ההרי' כי סגר
עליהם אלסכנדרום מקדון המלך הגדול
בגבורתו בחל ובבנין חזק במבוא הרים
המקיפי' את ארצם ובמבואם כי ירא
אלסכני'

Circà idem tempus gens qvædam erat, regionem montium Ararat (1.) incolens, Alana (2.) dicta, montibus undiqve circumclusa; nam Alexander Macedo, rex ille magnus, populum illum ferreis repagulis (3.) & arce munitissima in introitu montium, qvi regionem istam cingunt, concluserat, (4.) qvia fortitudinem gentis illius, qvæ robore insignis erat, extimuit; hi nulla gerebant arma

(34.) Vid. Iosc. h. dict. l. 6. c. 44. & l. 7. c. 6. 8. & 9. atque Egesipp. lib. 5. de Bell. Iud. c. 49. in fin.

(35.) Egesippus loc. alleg. scribit, quod Iudæi in arena perempti & à bestiis dilacerati merita rebellionis pependerint.

(1.) Hi montes in Armenia siti, nempe Taurus & Caucasus, confer. interpretes ad Genes. c. 8. v. 4. & Joseph. l. 7. de Bell. Jud. c. 29. atque Egesipp. lib. 5. de Excid. Hierosol. cap. 50. & S. Hieron. ad Oceanum, Epitaph. Fabiolæ Tom. 1. fol. mih. 200. vid. & infra h. cap. n. 12.

(2.) De hac gente vid. Joseph. & Egesipp. loc. alleg. it. Joseph. Antiq. lib. 18. c. 6. confer. etiam Tacit. Annal. l. 12. c. 44. & seqv.

(3.) Vid. quæ suprà l. 2. c. 16. n. 19. notata sunt; videntur autem hîc per repagula ferrea intelligi portæ Caspiæ vel Caucasiæ, de quibus Plinius l. 6. c. 14. & Tacitus Histor. lib. 1. c. 6. confer. etiam Iosep. h. Antiq. dict. l. 18. c. 6. ac l. 7. de Bell. Jud. c. 29. & Egesipp. l. 3. de Excid. Hierosol. c. 5. & l. 5. c. 50. portas istas ferreas hodiè Demir capi seu Derbend vocari scribit Petr. della Valle in Itinerar. lib. 2. Epistol. 4. fol. m. 87. confer. etiam Joh. Strauss. Itinerar. tert. cap. 18. fol. m. 122. & c. 22. fol. 128.

(4.) Gens ista incolebat Scythicum Tanaim finitimaque ejus & Mæotidis paludes, prout scribit Egesippus dict. l. 5 c. 50.

arma ferrea nec eadem fabricare noverant; eorum autem fortitudo tanta erat, ut unus ex illis fuste, qvi igne paululùm torrefactus erat, (5.) centum milites, armis instructos, & galeis ferreis loricisqve æneis indutos, in fugam verteret, (6.) perderet ac deleret eorumqve armaturam confringeret. Iste itaq; populus regione sua clausus tenebatur usqve ad eum annum, qvo Alanorum regio fame admodùm premebatur; hac ergò coacti legatos ad accolas suos, nempe gentem, qvæ Hyrcana (7.) nominatur, miserunt, rogantes, ut claustra illa, qvibus introitus & exitus montium obserati erant, aperirent, per qvæ egredi atqve viam invenire possent, qvâ se suasqve uxores & liberos alerent, ne fame perirent; posteà se anno isto præterlapso, qvo fame laborabant, in terram patriamqve suam reversuros, atqve Hyrcanam gentem eo nomine gratiam à Deo consecuturam esse, si maximum & fortissimum Alanorum populum è famis ac mortis necessitate eripuisset. Hyrcani igitur petitioni isti morem gerentes claustra illa ferrea reserârunt atqve eis exitum patefecerunt; (8.) qvô facto Alani egressi atqve hinc inde vagati sunt, ut prædam ac victum sibi pararent. Posteà ad montes, in Media sitos, se converterunt, ubi eqvos deprehenderunt eosqve prædati sunt: his illi consensis alios insuper eqvos qvàm plurimos abstulerunt Arabibus, qvi in eo Mediæ deserto habitabant, dein eqvis insidentes in ipsam Medorum regionem irruperunt. Cùm verò præfectus (9.) regis Medorum audisset, Alanorum gentem, cujus fortitudo jam anteà ipsi probè nota erat, provinciam suam invasisse, ad

שסכנודום מאד גבורתם ואשר הוו
גבורי גדוליכ׳ ואמנם אין אתם כלי
מלחמה מבוהל גם לא ידעו לעשות וכח
משפט גבורתם אשר איש אח׳ מהם
בקודרת עץ אחד מלהטורת מעט באש
יהיתך מאה גבורי הגבורי בכלי מלחמה
מכותם ונעולי בתי ברזל ובכלי נהשורת
עד ישברם וישמידו וישותתם ויהיו אנשי
הגוי ההוא סגודי בקרב ארצם עד השנה
ההוא אשר היתה שנת רעב גדול באוץ
שלן ׳ וישלחו האנשי׳ הרם ל שביניהם
הקרובי׳ אליהם מרגוי הנקרא אורקנוס
ויתחננו אליהם לפתוח להם את מסגרות
מוצאי ההרי׳ הרם ומבואיה׳ ויצאו משם
לבקש דרך לחות בה עם נשתי׳ וטפם
ולא ימותו שם ברעב ובזרי׳ עמר שנת
הרעב ההיא ישובו ל מקומם ול ארצם
ולהם תהיה צדקה מאת י׳ על נכה כי
ימלטו גוי גדול ועצום כמו הם מלמות
ברעב ׳ וישמעו אליה׳ גוי אורקנוס ויפתחו
להם את מסגרות המבואות ההם
הסגודי׳ בברזל ויצאו משם ויפשטו
הנה והנה לשלל שלל ולבז בו לחות
וישימו פניהם ל ההרי׳ אשר בארץ מדי
וימצאו שם סוסי׳ ויקחו אותם ויכבשו
עליה׳ וישללו עוד סוסים לעדה מארת
עם הערב אשר במדבר ההוא הוא
מדבר

(5.) Vel: accentus erat, ita juxtà Hebræum.
(6.) Nota hic hyperbolen Judaicam, de qua vid. quæ suprà h. lib. 6. cap. 40. n. 14. & n. 16. notata sunt, confer. & infrà h. cap. num. 19. ibique not.
(7.) Ita hic nomen אורקנוס, quod in nostro habetur codice, verò, secutus Josephum l. 7. de Bell. Iud. c. 29. & Egesippum l. 5. de Excid. Hieros. c. 50. nonnulli gentem illam hodie Circassios vocari volunt, de quibus vid. inter alios Ioh. Strausii dict. Itiner. tert. cap. 16.
(8.) Idem refert Josephus dict. lib. 7. c. 29. & Egesippus l. 5. de Bell. Jud cap. 50.
(9.) Nomine Pacorus, de quo vid. Josephus & Egesippus loc. alleg. is Pacorus Medorum rex appellatur ab Egesippo dict. loc.

מדבר מדי ויורכבו עליה׳ ויבאו ארצה
מדי ׳ ויהי בשמוע פקידו שר מלך מדי
כי באו גויי אלאנום בארצו ויהוא בבני
הביר גבורת׳ וינס ויברח מפניה׳ ויעל
על ההרי׳ הגבורי׳ אשר בארץ מדי ויעזוב
את כל רכושו ובניו ואשתו ופלגשיו
בארצו כי נחפז לברוח מפניה׳ כי יראא
מאד מהם ׳ ויבואו גוי אלאנום אל ארץ
מדי וטרם השחיתו את הארץ שלה שיה׳
פקידו מלך מדי מלאכי׳ לאמר שיה׳ כי
ישלי עמדם ובי יתן להם תבואה למזון
ולמחיה רק השחתו לא ישחיתו את ארצו ׳
ויענו אותו לאמר כי יכלכלם חדש ימים
לבד עד יתבשלו תבואות ארצותיה׳ ואחר
יפנו ממנו וילכו אל ארצם ולא יפנו לא
ל בספו ולא ל והבו ולא ל בניו ונשיו
ופלגשיו כי פרושי׳ הם מדרכי הארץ
ואינם מבקשי׳ רק מחיה לבד ׳ ויודה להם
פקידו על נכה ויעש כן ויכלכלם חדש
ימי׳ במזון ומחיה ורב מזונם היה דוחן
מבושל עם בשר יהיה בשר כלביכם או
חמורי׳ או עכברי׳ רק שידוה בשר ׳ ויהי
מספר העם אשר כלכל או פקידו בארצו
חדש ימים שבעה אלף מאות ושמשים
אלף נפש ושמשה אלפי׳ נפש וק״מ
נפש ׳ ויהי כעבור החדש ההוא ובני
אלאנום הבירו כי התבשלו תבואות ארצי׳
ויעשו

ad montes ipse munitos, qvi in Medorum regione erant, se recepit, relictis in provincia sua omnibus bonis, liberis & uxore ac pellicibus suis, (10.) qvia propter gentis illius metum fugam acceleraverat; sic Alani Medorum regionem intrârunt. Priusqvàm autem provinciam devastarent, præfectus regius legatos ad eos misit, qvi dicerent, quòd ipse nulla contrà illos arma sumere, sed eis commeatum & alimenta præbere velit, si à vastatione provinciæ suæ abstinerent; ad hæc illi responderunt: si unius saltem mensis spatio sibi victus præberetur, donec terræ suæ fruges ad maturitatem perveniissent, se posteà recessuros & in terram suam reversuros esse, se nec argentum nec aurum nec liberos nec uxores nec pellices ejus desiderare, qvia diversis ipsi, qvàm cœteri homines, moribus viverent, se nihil aliud, qvàm victum qværere. Præfectus itaqve in istud consensit eisqve mensis spatio cibum ac victum præbuit; alimentum autem plerorumqve erat milium cum carne coctum, sive caro illa canum sive asinorum sive murium fuerit, id eis perinde fuit: eorum verò, qvos præfectus iste mensis spatio in provincia sua cibavit, numerus fuit 755140. Dum mensis iste præteriit, & Alani cognoverunt, terræ suæ fruges jam ad maturitatem perveniisse, illi memores juramenti, qvod præfecto regio præstiterant, castra moverunt relictâqve Medorum provinciâ retrò versi sunt, ut in patriam suam redirent. Mithridates (11.) autem, rex terræ Ararat, (12.) qvæ in illa orbis parte sita est, ubi leges & statuta vigent, (13.) omnes copias suas adversùs Alanos eduxit; cogitaverat enim, forsitan eos à finibus meis arcere possum,

(10.) Quæ posteà centum talentis redemptæ fuerunt, licuti scribit Egesippus dict. l. 5. c. 50.
(11.) Josephus lib. 7. de Bell. Jud. c. 20. eum vocat Teridatem, cui etiam Egesippus l. 5. de Excid. Hieros. c. 50. ferè consentit, à quo Tyridates, appellatur, confer. n. 14. h. cap.
(12.) Vid. quæ suprà h. cap num. 1. de montibus Ararat notata sunt.
(13.) Seu: quæ legibus & statutis regitur; opponitur autem, uti equidem puto, hæc Armeniæ pars culta ei, quæ minus culta & ab Alanis inhabitata fuit, vid. infrà h. cap. n. 18.

ויעשו גם הם כן באשׁ׳ נשבעו לפקדו
מלך מדי ויעתקו ויסעו מעל ארצו ויפנו
לה׳ ללכת ולשוב אל ארצם׳ ויצא
מתרידאט מלך ארץ ארדט הנושבת
מפאת ישוב הארץ המתנהג על פי דת
וזה לקראת׳ הוא וכל עמו לראיה כי אמר
אולי אוכל לגרשם מעל גבולי בטרם
יהעודדו להשחית את ארצי ויהי כבואם
לעבור אל אוצם דרך ארצו ולקחת את
מסגרות מבואות ההרי׳ אשר להם ויתאוו
מתרידאט להלח׳ עמהם ויפלו אנשיו
לפניה׳ ארצה כנפול הגמלי׳ בארץ כדרך
איש גבור עליה׳ בחזקה וישליכו מבתרי
לאנוס דרך לעג הכל מהנק על צואר
מתרידאט מלך ארץ ארדט ויפול הכל
על צואתו ויהלה וילכד וירוצוהו אחריה׳
בתרפה והוא נמשך אחריה׳ בחבל ויחזר
מתרידאט וישלוח את הרבו אש׳ חגור
במתניו וכרו׳ את הכבל מעל צואר
וימלט ויבוח ויאמרו אליו שוב לך פתי
ולא תחגר בנו מלחמה כי לא רצינו
להשחית את ארצך ולהשמידה ולכרת
את עצמותיך ואת עצמות אנשיך לאבד
רק כבר עשינו זה מימי׳ ימימה כי אין
מבדיל ביניכ׳ וביניכו רק הרי ארדט אבל
עתה נחשב לנו כי נפגע באנשי צלמנו
ואשמי׳

sum, ne terram meam ingrediantur eamqve depopulentur. Cùm itaqve Alani per Mithridatis (14.) regionem in patriam suam remeare & claustra montium, per qvos aditus in terram suam patebat, occupare vellent, Mithridates acie instructa adversùs illos pugnavit; sed illius milites coràm ipsis in terram ceciderunt, non secùs, ac formicæ, (15.) qvas vir qvidam, robore valens, pedibus premit. Nonnulli etiam ex Alanorum juventute per risum & jocum Mithridatis, regis terræ Ararat, collo restim injecerunt (16.) ac fune illaqueatum post se ignominiosè traxerunt: Mithridates autem gladiô, qvô cinctus erat, laqveum celeriter dissecuit liberatoqve collô profugit; (17.) qvô factô Alani eidem dixerunt: abi demens, & in regnum tuum revertere nec ulteriùs nos bellô lacesse, non enim terram tuam devastare eamqve perdere nec tua militumqve tuorum ossa confringere & in cinerem redigere voluimus: id enim jam dudum facere potuissemus, qvoniam non nisi montes Ararat nos invicem separant; sed peccatum existimavimus, lædere homines, ad nostram similitudinem creatos, ac scelus putavimus, illos interficere. Nunc itaqve vide & considera, qvòd Alexander, qvi totum terrarum orbem subjugare eiqve potentiam suam ostendere voluit, introitus atqve exitus terræ nostræ in finibus montium altissimorum, qvibus nostra regio cingitur, clauserit, qvoniam metuit, ne fortè ipsum bellô aggrederemur; nos autem illum ludibrio habuimus, dum aditus & egressus regionis nostræ claustris observavit, facilî qvippe negotio cum, si voluissemus, à re-

(14.) Vel potius: Teridatis, vid. quæ paulò antè num. 11. h. cap. notata sunt.

(15.) Hebr. הגמלים, sic nonnulla habent exemplaria, in nostra editione legitur הנמלים i. e. cameli nempe à pro ג; sed prior lectio præferenda videtur, quam etiam hic in vertendo secutus sum.

(16.) Idem refert Iosephus de Bell. Iud. lib. 7. cap. 29. & Egesipp. de Excid. Hierosol. lib. 5. c. 50. in fin.

(17.) Hæc & quæ sequuntur, usque ad: Titus igitur, cum hæc audisset &c. videntur à Iudæo interpolatore inserta esse, cùm nec Iosephus lib. 7. de Bell. Iud. c. 29. nec Egesippus de Excid. Hierosol. lib. 5 cap. 50. & 51. eorum faciant mentionem, vid. infrà h. cap. num. 20.

ואשמי׳ נחשב כי נמיתם וראיה עתה
והתבונן כי אלסכנדרו׳ אשר התאזר לכבוש
את כל הארץ ולהראות את ממשלתו
עליה׳ סגר את מבואות ארצנו ואת
מוצאיה בקצות ההרי׳ הרמי׳ והנשאים
המקיפי׳ את ארצנו כי יוא ממנו לבלתי
נצא אליו ׳ואנחנו היינו לועגי׳ עליו מדי
סגרו את מבואות ארצנו ומוצאים
במסגרותיו ולו רצינו השכנותו מסגרו
ולא נתננוהו להשלי׳ מבקשו אבל לא
פנינו את מעשיו כי זה דרכנו לעמוד
בארצנו ולא נבקש ארץ אחרת כי אין
ארץ יותר טובה לנו ממנה וישר בעינינו
מסגרותיו לבלתי יוכלו הזיזות הרעות
והבלבים הרעי׳ הנמצאים בהרי ארדט
לעבור אלינו׳ ועתה אם יצאנו הרן מארצנו
הרי מפני כובד הרעב שהי׳ אתנו עד
החבשל חבואתנו ונשובה באשר אנחנו
עושי׳ ולו רצינו למשול בארצותיכ׳ הלא
השמרנו אהכם ומשלנו בכם אבל אין
חפצנו לא בכם ולא בארצותיכם כי
מנהגנו וטבענו דהוקי׳ ממנהגכם וטבעכ׳
וראו את פקיד מלך מדי אשר השלי
עמנו ובלבלנו בארצו חדש ימים ולו
תהיה צדקה אשר לא נגענו בכל אשר
לו ולא השחתנו מארצו עד מדרך כף
רגל כי אין אנחנו מרעי׳ כמוכם אשר
לא תשבעו ממשלה אבל תשחיתו זה
את זה לתמום אחד מכם את נחלת רעהו
ועתה לבו לכם ושובו ל ארצכ׳ ואנחנו
הולכי׳ ל ארצנו כי אין בלבבנו להרע
לכם

à repagulis istis perficiendis & à proposito suo ad finem perducendo prohibere potuissemus: sed ipsius opera parum curavimus; id enim moris nostri est, ut in terra nostra maneamus nec aliam qværamus, etenim nullam eâ meliorem esse putamus, sanè illius claustra ideò nobis placuerunt, qvoniam bestiis, imprimis autem canibus efferatis, qvi in montibus Ararat freqventes reperiuntur, via præcluſa fuit, ne terram nostram intrare possent; verùm ut patriâ nostrâ egrederemur, gravissima fames, qvæ nos pressit, in causa fuit, donec fruges nostræ matureſcerent: tunc reverti nobis propositum fuit, sicuti etiam nunc facimus. Qvòd si terræ vestræ imperium occupare animus nobis esset, facilè id consequi possemus, utpote vobis jam devictis: sed nos nec divitias nec regnum vestrum affectamus, mores enim nostri atqve indoles nostra planè diversa est ab ingenio ac moribus vestris: videte præfectum regis Medorum, qvi se pacis amantem ergà nos ostendit & in provincia sua per mensem nobis victum præbuit, id enim ei in benignitatis laudem cessit, qvocirca nos omnia qvoq; illius bona intacta reliqvimus nec ullam ipsius provinciæ particulam ne vestigium qvidem plantæ pedis devastavimus; non enim vobis similes sumus improbitate, qvos nulla dominandi satietas capit, qvi vos invicem perditis, ut alter alterius hæreditatem ac bona occupet. Nunc itaqve abite & in terram vestram revertimini, nos qvoqve patriam nostram revisemus; non enim animus nobis est, vos ullo afficere malô: qvocircà omnem deponite metum. Gens itaqve Alana in patriam suam reversa est, rex etiam terræ Ararat, qvæ legibus & statutis regitur, (18.) copias suas omnes in regnum suum reduxit. Numerus autem eorum, qvi ex Mithridatis copiis in bello, cum Alanis gesto, ceciderant, fuit tercentena millia; ast Alanorum ne unus qvidem in prælio occubuit.

(18.) Vide, quæ num. 13. h. cap. notata sunt.

(19) Titus igitur, cùm hæc audiſſet, (20.) Alanis bellum inferre eisqve fortitudinem ſuam oſtendere voluit; ſed à propoſito deſiſtere coactus fuit, qvoniam robuſtiſſimus qvisque Romanorum in bello Hieroſolymitano ceciderat; ipſe verò non niſi validâ manu illos aggredi audebat. Intereà autem, dum Titus captâ Hieroſolymâ Romam reverti ſibi propoſuerat & propterea exercitus ſui reliqvias contraxerat atqve caſtra in parte illa Hieroſolymæ, qvæ Antonia (21.) dicitur, locaverat, fama ad illum pervenit, magnam Judæorum multitudinem ad Eleazarum, Ananiæ Pontificis filium, confluxiſſe, qvi anteà Hieroſolymæ fuerat; ſed poſteà belli tempore inde profugerat & in arcem Meziram (22.) ſeſe contulerat, ut vitam ſuam ſervaret, qvam ob cauſam etiam multi Judæi ad eum convenerant. Titus igitur, cùm cognoviſſet, non paucos Judæorum ad Eleazarum, Ananiæ ſacerdotis filium, ſe ibi congregâſſe, cùmque metuiſſet, ne poſt diſceſſum ſuum Romam verſùs Eleazarus cum copiis ſuis inde progrediens Hieroſolymam occuparet atqve Romanos ibidem exiſtentes interficeret & ſic imperio Romano denuò negotium faceſſeret, Sylvam, (23.) Romanorum ducem, miſit, qvi cum illo pugnaret. Ille igitur ingentem exercitum ſecum ducens arcem Meziram

לכם ולא תגורו מזה׳ וילך גוי אלאנוס
אל ארצו וממלך ארץ אורט הנושבת על
פי דת והק שב עם כל עמו ויבא את
ארצו׳ וידו מספר הנופלי חללים נעשׂ
מתורדאט במלחמת גוי אלאנוס שלש
מאות אלף איש מלחמי ומבני אלאנוס
לא נפל עד אחד׳ וישמע טיטוס את
הדבר הזה ויבקש ללכת עליה׳ ולהראות
גבורתו בגוי אלאנוס ולא יכול לעשות כן
כי נשמרו גבוריו ונשחתו במלחמת
ירושלם ויירא מלכת אליה׳ אם לא ביד
חזקה׳ וישם פניו ללכת ולשוב על הומי
אחרי לכדו ירושלם ובזה היה מחקן את
גדודיו הנשארי׳ והוא התנה בירושלם
בפאת אנטוניאה וישמע או עוד טיטוס
כי נקהלו עם רב מהיהודי׳ ועמה׳ לעזור
בן ענני הכהן אש׳ היה בירושלם והוא
אסר ברח בימי המלחמה וילך על מבצר
מציירה למלט שם ועל כן נקהלו אליו
עם רב מהיהודי׳ וידו בשמוע טיטוס
כי שם נקהלו יהודי׳ רבים אל אלעזר
בן ענני הכהן ויירא מאד אשר לא יצא
משם

(19.) Nota hic iterum hyperbolen Judaicam, quæ ab interpolatore adjecta videtur, vid. ſuprà num. 6. h. cap.

(20.) Conſer. quæ ſuprà num. 17. h. cap. notata ſunt.

(21.) Vide, quæ de hac arce ſuprà h. lib. 6. c. 47. num. 19. notata ſunt, conſer. & Joſeph. de Bell. Jud. lib. 7. c. 30. & infrà num. 23. h. cap. ibiqve not.

(22.) מציירה, ſic in editione Hebræa, Maſſadam vocat Joſephus lib. 7. de Bell. Jud. cap. 30. & Egeſipp. lib. 5. de Excid Hieroſol. c. 52. in Ioſippi Epitome pag. 273. nominatur מצרה id eſt, Maſara, prout Munſterus ibidem vertit, ſed pro ר legendum erit ד, nempe מצדה, facili unius literæ mutatione, conſer. ſuprà l. 5. c. 9. n. 8. & h. lib. 6. c. 43. num. 17. it. paulò poſt num. 24. h. cap.

(23.) Hebr. סילוא, ita juxtà Joſephum l. 7. de Bel. Jud. c. 30. legendum videtur, non סילסי, prout mendosè in editione noſtra habetur, niſi fortè legendum סילה, idque ſecundum Egeſippum l. 5. de Excid. Hieroſol. c. 52. ubi dux ille Romanus vocatur: Sylla, Joſephus loco citato ſcribit, à Fulvio Sylva, Judæam adminiſtrante, cùm Titus Romam profectus eſſet, Maſſadæ oppugnationem fuiſſe ſuſceptam, cui etiam Egeſippus loco allegato adſtipulatur, conſer. & Ioſippi Epitom. p. 273.

משם אלעזר עם העם אש׳ אתו אחרי
לכתו הוא ברומי וילכוד את ירושלם
ויכה את הרומי׳ אשר ימצא בה וידוה
עוד גם הוא למוקש לממשלת הרומי׳
וישלח אליו את טילכא פחת דרומיים
להלח׳ עמו וילך אליו בחיל כבד מרמון
הרומי׳ וילך ויצר על מבצר מציירה ולא
יכול ללכדו וישלח לטיטוס לשלוח לו
שם את איל הכותל המשחית את
הרומות וישלחהו טיטוס אליו׳ ויצו טילכא
וינגדו גבוריו את החומה אשר למבצר
מציירה באיל הכותל ויפרצוה וילכדו
המבצר׳ ויהי כי ראו היהודי׳ אשר חומת׳
נפרצה ויבנו עוד מבית לחזומה חומת
עץ גדולה וישלחו הרומיים בה אש
וישרפוה וילחמו ביום ההוא הרומי׳ עם
היהודי׳ בתוך המבצר מהבקר עד הערב
ויהי בערב׳ ויפרדו היהודי׳ מהרומיים
והרומי׳ מהיהודי׳ וירחקו אנשי המלחמה
אלה מאלה ויצאו הרומי׳ מהמבצר לחוץ
כי אפל הלילה ולא ידעו במבואות
המבצר דבר׳

ziram (24.) obſidione cinxit; ſed eam capere non potuit: qvapropter Titum rogavit, ut arietem ferreum, murorum vaſtatorem, ſibi mitteret. Poſteaqvàm itaqve ille adductus fuit, Sylva militibus ſuis præcepit, ut mœnia arcis Meziræ ariete concuterent, qvô factô murus perruptus & arx capta fuit. Judæi autem, dum mœnia ſua perrupta conſpexerunt, novum eumque maximum aggerem, ex lignis congeſtum, intrà mœnia illa ſtruxerunt; (25.) ſed Romani injecto igne eum incenderunt: eodem die acerrimum inter Romanos ac Judæos prælium in ipſa arce exortum eſt, qvod à tempore matutino usq; ad veſperam diei duravit tandem veſpera diei pugnantes ab invicem diremit, poſteà Romani arce ſunt egreſſi, qvoniam nox obſcura appropinqvabat & introitus arcis ejusqve viæ illis (Romanis) planè ignotæ erant.

(24.) Vide, quæ de hac arce ſuprà num. 22. h. cap. notata ſunt, conſer. & infrà cap. 58. n. 10.

(25.) Idem refert Joſephus dict. lib. 7. de Bell. Jud. cap. 43. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. lib. 5. c. 52.

CAP. LVII.

TUnc Eleazarus, ſacerdos, omnes Judæorum duces & principes Hieroſolymitanos, qvi circà ipſum erant, convocans eosdem ſic allocutus eſt: (1.) accedite ad me, vos Abrahamidæ & regnum ſacerdotale, (2.) qvi jam inde à priſcis temporibus ad hunc usqve diem hoſtibus Domini ſuperiores fuiſtis, & in medium conſulite, qvid nobis faciendum ſit adverſùs tantam Romanorum multitudinem, qvi ad nos perdendos, ſicuti ipſi videtis, ex improviſo venerunt; mihi ſanè videtur, illud qvàm maximè nobis convenire, ut majorum noſtrorum fortitudinem ac præclara facinora, qvæ illi qvondam maxima cum laude perpetrârunt, in memoriam revocemus. Perpendite qvæſò & conſiderate, quòd unaqvæqve res ſuum habeat finem ac terminum, & qvòd cuivis bello ac prœlio certum tempus præfinitum ſit; interdum aliquis hoſtem ſuum perſeqvitur, interdum ipſe in fugam vertitur; nonnunqvam vincit, nonnunqvam vincitur; nec cuiqvam dedecori vertendum eſt, ſi ipſe aliqvando ſuperetur, qvoniam cuivis rei ſuus inſtat finis & terminus: ſed qvilibet vir magnanimus, qvi inter ſtrenuos homines robore præcellit, animum ſuum obfirmat, ne is ad mollitiem & ignaviam declinet, qvocircà ejusmodi vir meritò fortis audit: Si itaqve vos nunc obfirmatis animis mortem non extimueritis, ſtrenuorum ac fortium virorum laudem meritò reportabitis atqve nominis veſtri gloriam in orbe relinqvetis. Conſiderate qvæſò, fratres mei, magnitudinem Abrahami, patris veſtri, ejusqve factum perpendite, qvi filium ſuum unicum, ſenectutis tempore

ויקרא אז אלעזר הכהן לכל ראשי היהודי'
אש' היו אתו ולכל השוי' אשר עמו
משרי ירושלם וידבר באזניה' את הדבו'
האלה לאמר קרבו אלי וד' אברהם
וממלכות בהני' אשר גברהם על אויבי
וי' מאז ועד עתה ועוצו עצה מה נעש'
ברמון רב הזה הבא עלינו פתאום
להשמידנו ועינינו רואות כי עתתי הוא
אשר נאה לנו לזכור את כח אבותינו
ואת גבורתם אשר להם היתה מלפנים
מימי קדם ובינו נא והשכילו כי לכל
דבר קץ וגבול ועת לכל מלחמה ומערכה
ופעם ירדוף אדם ופעם ינום ופעם יגנה
ופעם יכנע ואין בושה לנכנע כי לכל
דב' קץ וגבול רק כל אמיץ לבב אשר
הוא אמיץ לבו בגבורי' יחזק לבלתי תת
מוך בלבבו ואו יחשב לגבור' ועתה אם
תחזקון לבלתי הבעת מן המו' היום
תחשבון גבורי' ואנשי חיל ויהיה לכם
שם בארץ ובינו נא אתי את אומץ לב
אברה' אביכם ואת המעשה אשר עשה
כי לקח בידו את בנו יחידו אשר נולד
לו לערת זקנתו אחרי היותו כמו נואש
מלהוליד לו בן משה וימהר להעלותו
עולה לאלהי ולא חשב בלבו כי ימיתנו
אמנם חשב וידע אש' הוא יחיינו ואל
אור

(1.) Confer. hic Joſeph. de Bell. Jud. l. 7. c. 43. & Egeſipp. de Excid. Hieroſol. lib. 5. c. 53. atque Joſippi Epitom. pag. 274.

(2.) Reſpicitur hic ad Exod. c. 19. v. 5, 6. & Deuteron. c. 7. v. 6. ac cap. 14. v. 2. vid. & 1. Petr. c. 2. v. 9. deſperatorum iſtorum hominum conciliabulum ac cœtus vocatur hic ſcilicèt βασίλειον ἱεράτευμα, regale ſacerdotium.

re natum, cùm jam omnem ferè ſpem filii ex Sara ſuſcipiendi abjeciſſet, ſecum duxit, illumqve Deo in ſacrificium offerre feſtinavit nec ejus mortem conſideravit: ſed iſtud potiùs cogitavit ac certò ſibi perſvaſit, fore, ut Deus ei vitam reſtituat & ad lumen vitæ cœleſtis deducat, ſi ipſe filium ſuum propter amorem Dei & ad perficiendam illius voluntatem mactâſſet. Revocate, qvæſò, in memoriam, qvid Joſias, rex ille juſtus, (3.) fecerit & qvomodo ipſe in hoc mundo vivere noluerit, ſed in altero illo ſeculo juſtorum in æternum vivere deſideraverit, qvoniam perverſi hujus mundi vitam plane contempſerat, magnæ verò ac ſempiternæ lucis deſiderió accenſus erat; (4.) perſpexerat enim maxima illa populi Iſraëlitici peccata, qvæ tamen ipſe prohibere non poterat, vitam ſanè ſuam mortis periculo eripere potuiſſet, qvià Pharao Necho ei dixit: (5.) non veni, ut adverſùs te populumqve tuum; ſed ut contrà Chaldæorum (6.) regem pugnarem; ipſe verò ei morem non geſſit, qvia ampliùs vivere noluit, nam mundus iſte Pharaoni ſorte obvenerat: at futurum ſeculum, qvod juſtorum eſt, ſors erat Joſiæ, qvapropter ipſe ad prœlium ſeſe accinxit & cum Pharaone pugnavit atq; in acie cadens ad magnam illam lucem qvæ juſtorum ſors eſt, videlicèt ad Paradiſum, abiit. Prætereà ſcimus, quòd nemo in hoc mundo operum ſuorum atqve juſtitiæ mercedem recipiat; ſed, poſteaqvàm ex hac vita ipſe migravit & ad juſtorum ſeculum pervenit, tunc operum atqve juſtitiæ merces ei tribuetur, qvæ illum ſeqvetur & in juſtorum ſeculo ei repoſita & reſervata erit; ibi homo qvietem & otium inveniet, ibi juſtitiæ ſuæ fructum, qvem in hoc mundo ſparſit, colliget eoqve

אור הזה' וישלחנו אחרי אשר על אהבת
וי' ורצונו ישחטהו' וזכרו נא את יאשיהו
המלך הצדיק מה עשה אשר מאס להות
בעולם הזה ויבחר להיות רח' לנצח בעול'
הצדק כי לא חפץ להי' רח' בעול' הזה
הנבהל רק חפץ ללכת אל האור הגדול
כי ראה את רוב עונות ישר' עד בלתי
יכולת אף כי היה יכול להציל נפשו מן
המות' והלא פרעה נכה אמר כי לא
באתי להלח' בך ובעמך רק למלחמ' על
מלך כשדי' ולא שמע אליו כי לא חפץ
להיו' עוד כי העולם הזה הוא גורל פרעה
והעולם הבא אש' הוא עולם הצדק הוא
גורל יאשיהו ולכן האור יאשיהו
במלחמ' וילחם עם פרעה ויפול במלחמ'
וילך אל האור הגדול והוא גורל הצדיק'
לגן עדן' וידענו כי לא ישלם לאד' שכר
פעולתו וצדקתו בעול' הזה אך באשר
יעבור ימי העול' הזה וילך אל עולם
הצדק או ישולם לו שכר פעולתו וצדקתו
תנהרו ונטמן ונגנז לו שם בעולם הצדק
ושם ימצא אדם לעולם הבא אשר הוא
עולם הצדק מנוחה גם מרגוע ושם
יאסוף אדם את תבואת צדקתו אשר ורע
בעולם הזה ויאבלנה בממוחה בארץ
החיים עקב כי ימצא חן בעיני שהם'
ולא יועיל לאד' ארך ימיו בעולם הזה
אם לא יעשה פועל ישלים נפשו בו
ויעצי'

(3.) Vid. 2. Reg. cap. 23. v. 29. & 2. Paralip. cap. 35. v. 23. ac ſequ. conſer. & Egeſipp. de Excid. Hieroſ. l. 5. c. 53.

(4.) Alia eaque verior mortis Joſiæ cauſa additur 2. Paralip. cap. 35. v. 22. & ſeqq. nempe: quoniam ipſe ſermonibus Nechao, ex ore Dei prolatis, non acquievit; ſed perrexit, ut in campo Mageddo dimicaret, ideo ibi vulneratus & poſtea mortuus eſt.

(5.) Vid. 2. Paralipom. dict. c. 35. v. 21.

(6.) Vel: Aſſyriorum regem, vid. 2. Reg. cap. 23. v. 29.

וויציאנה מאפלה לאורה גם לא ירע לו
קוצר החיי האלה רק כי יהוה איש אשר
פעל ועשה את כל הצורך לשלמות נפשו
להשאר בעולם הצדק עומדת לעד כי
הבל לא לאורך ימים רבים כי הרגו קין
אחיו ובאשר הרגו נאסף הוא למנוחה
לנצח ולחיי עד אשר לא יהמו לעולם
וקין אשר חיה והאריך ימים בעולם
הנהבל אחרי הבל אחיו היה נע ונד
בארץ ותהי אחריתו המהלך אל מרחשבי
האבדן ואל כליון לנצח׳ ועתה אנחנו
אם נחיה חיים רעי׳ יהיו חיינו וכל ימינו
דבל ועמל והנפש בעורה בגוף העמוד
בצרה ובאשר תצא מהגוף השמח ולא
תדאג וכל ימי חיותה בגופה לא תחסר
בכי ונהי ויגון כי רוח חיים׳ היא ומגורה
בגוף והיא אחוזה בגידי׳ ובעצמות וביתר
איברי הגוף בהיותה אסור׳ בנחשתים
ובזיק׳ והרוח היא אש׳ החיה הבשר אש׳
הוא מעפר הארץ ולא הבשר יהיה את
הרוח וגם הרוח היא אשר השמור ארץ
הבש׳ והבוחן את מעשיו כל ימי חיות
הרוח בגוף וכל ימי חיות הרוח בגוף
הבשר לא יראה את הרוח והרוח לא
תראה את הבשר כי נעלמת היא הרוח
מבשר

in æterna vita qvietè fruetur, (7.) qvia gratiam apud Deum inveniet nec qvenqvam in hoc mundo diu vixisse juvabit, nisi eò incubuerit, ut animam suam reddat perfectam eamqve ex tenebris in lucem protrahat: contrà vitæ brevitas nemini nocebit, si modò aliqvis id omne, qvod ad perfectionem animæ suæ necessarium fuit, peregerit, qvô in illo justorum seculo, qvod in æternum permanet, vivere possit. Nam Abel haud diu vixit, qvia Cain, frater ejus, illum interemit, qvô factô ipse qvidem ad æternam qvietem & ad vitam, cujus nullus est finis, pervenit; Cain autem, qvi in perversô hoc mundo post mortem Abelis, fratris sui, diu vixit, vagus & profugus fuit (8.) in terra ac tandem ad perpetuas tenebras & ad æternum exitium abiit. Nunc itaqve, qvamdiu vixerimus, misera erit vita nostra omnesqve dies nostri vanitas erunt & labor, nam omni illo tempore, quô anima nostra compagibus corporis adhûc inclusa tenetur, cum molestiis illa & angustiis conflictatur; at qvando corporeis soluta vinculis egreditur, tunc omni solicitudine & anxietate depositа gaudet; qvamdiu anima in corpore habitat, nunqvam desunt lachrymæ, (9.) planctus & mœror, illa qvippe est spiritus vivens, qvi corporis compagibus inclusus & nervis, ossibus, cœterisqve membris corporeis tanqvàm catenis & compedibus ligatus (10.) tenetur, hic carni, qvæ est ex pulvere terræ, dat vitam, non verò caro animat spiritum; is ipse spiritus, qvamdiu corpori inclusus est, illud custodit ejusqve actiones probat, (11.) &, qvamdiu anima

(7.) Hic enim currimus, ut illic ad palmam perveniamus, hic certamen, ibi præmium est, inquit Egesippus de Excid. Hierosol. l. 5. c. 53.

(8.) Vid. Genes. cap. 4. v. 12. ad quem locum hic respicitur.

(9.) Quid est enim vita, nisi carcer animæ, quæ intrà hoc ergastulum clauditur & carnali adhæret consortio, verba sunt Egesippi l. 5. de Excid. Hieros. c. 53.

(10.) Confer. hic Lactant. lib. 7. de vit. Beat. c. 8. Plato vocat corpus τῆς ψυχῆς φρεαρ, εἱργμὸν καὶ δεσμὸς i.e. animæ custodiam, vinculum & ligamenta; idem in Antiocho appellat φρεαρ καὶ σκῆνος, i. e. custodiam & tabernaculum, confer. 2. ad Corinth. cap. 5. v. 1. & v. 4.

(11.) Explorat, examinat, scrutatur, unde conscientia hominis oritur.

מבשר הגוף כי אין לבשר עיני לראות
ולא כן ענין הרוח כי הרוח רואה ככל
הבשר אשר בגופה ואין אבר מאבריו
נעלם׳ נמנה ועיני הגוף לא יראו מהי
הבוא הרוח בבשר או מהי הצא הרוח
מהבשר כי רוח האדם אשר היא נפשו
מן השמי׳ היא וכל הבשר אשר בו מן
הארץ הוא גם כי הנפש תהיה מבלתי
הגויה והגויה לא תהיה מבלתי הרוח
ובבוא הרוח ל הבשר תבקרהו באש׳ יבקר
איש ארת רעהו ותחיידו ובאשר הלך
הרוח מהבשר ימות הבשר והנפש אם
האבה לשמוע להאורת הבשר ולעשות
חפצו הנה זה הוא מיתת הנפש ואם׳
לא האבה לשמוע אליו ולהטוא או חלך
הנפש ל האור באור הרוח׳ והבשר ימות׳
ולכן השמח הנפש בצאתה׳ מן הבשר
באסיר אשר יצא מבית האסורי׳ כי כל
הימי׳ אשר הנפש סגורה בבשר תחשב
בעבד אשר נסגר ביד אדוני׳ קשה וכביד
עליו אדוניו ויעבידהו בעבודה קשה׳
ובאשר תצא מהגוף השמח כי חלך ל
גן ערן ובוה הדבר הנפש דומה לעבד׳
ויבוה

anima est in corpore, caro spiritum non videt nec is à carne conspici potest, (12.) delitescit enim hic spiritus oculisqve corporeis subductus est, ne videri qveat: aliter comparatum est cum spiritu, (13.) hic enim omnem conspicit carnem corporis sui nec ullum ejus membrum coràm eo absconditum est; oculis autem corporeis videri nequit, quando spiritus ille carnem intrat vel eâ egreditur, spiritus quippe hominis, qui ei vitam dat, è cœlo est; omnis autem caro ex terra provenit, præterea anima sine corpore quidem vivere potest, ast non corpus sine anima, & caro, dum spiritus illam intrat, excitatur, non secùs ac dormiens è somno expergiscitur corpusqve recipit vitam; qvando autem eô relictô spiritus egreditur, tunc caro moritur atque interit, dum anima cupiditatibus carnis obtemperat easqve perficit, id ipsum est mors animæ: si verò illa corpori non obtemperat nec in peccatum consentit, tunc anima ad vitæ cœlestis lumen pervenit; caro autem moritur, quocircà anima, ex corpore egressa, gaudet, non secùs, ac vinctus, qui ex carcere dimittitur: anima enim, qvamdiu corporis compagibus inclusa est, similis est servo, qui duro ac difficili traditus est domino, à quo gravi servitutis jugô premitur; (14.) ast, dum corpore egreditur, gaudet anima, quia inde ad Paradisum abit; in hoc itaque anima servo comparari potest. Alia præterea Eleazarus,

(12.) Juxtà Hebræum sic vertendum esset: nec spiritus carnem videt; sed quia sequentia huic interpretationi repugnant, dum dicitur: à spiritu omnem videri carnem, puto hic mendum subesse, quocircà ita, uti in contextu habetur, vertere volui, cui versioni etiam Josephus lib. 7. de Bell Jud. cap. 34. consentit, dum Eleazarum sic loquentem inducit: ψυχὴ ἀθάνατος μένει τοῖς ἀνθρωπίνοις ἀμέμπτοις, ὥσπερ αὐτὸς ὁ Θεὸς i. e. anima humanis oculis conspici nequit, sicuti nec ipse Deus, quibus consimilia scribit Egesipp. l. 5. de Excid. Hierosol c. 53. anima, inquit, corporeis oculis non cernitur, nec ingressus ejus aut exitus ullo aspectu deprehenditur.

(13.) Quàm cum carne; ista enim hic supplenda vel subintelligenda sunt, atque hunc sensum & explicationem sequentia evincunt.

(14.) Gravatur enim & quasi in terram inclinatur anima cum isto mortali corpore; itaque vita corporis mors est animæ & rursùs corporis mors animæ libertas videtur: dum enim sumus in isto corpore, servit anima nostra, verba sunt Egesippi lib. 5. de Excid. Hierosol. c. 53. confer. & Ecclesiastic. c. 9. v. 15.

וירבה עור אלעזר דברין וידבר אלידם
דברים רבים דברי הוכחות ודברי חכמה
מלאכמות הנפש אשר לא כתבנום פה׳

rus, sacerdos, addidit verba, prudentiæ ac sapientiæ plena, de sapientia animæ, (15.) quæ hic non scripsimus.

CAP. LVIII.

ויהי כבלותו לדבר אלידם כל הדברים
האלה ויקונן אלעזר הכהן על ירושלם
את הקינה הואת לאמר איה העיר
ירושלם הגדולה רבתי עם ואיה עיר
ציון יפת הערי ועיר הקדש וירושלם
בלילה יופי משוש לכל הארץ הפארת
ישראל וכבוד לבנו ושושנתו איה כבודך
איה הוד ירושלם ואיה החיי בת ציון
איה מלכיה ושריה ואיה המלכי הבאי
לרחוש את שלמה בשעריה ואיה זקניה
וחכמיה ואיה בחוריה וגבוריה השמחי
בחוצותיה ובמועדיה איה המקו׳ הנכבר
מעון אלהי׳ ואיה בית קדש הקדשים
מבן הקדש אשר לא דרכו בו רגלי אדש
רק רגלי הכהן הגדול אשר בכל דור
ודור פעם אח׳ בשנה ועתה ירושלם אשר
היתה מלאתי עם ומהודרת לכל המלכי
ואהובה לאלהי׳ וכך יכון כמא המלוכה
בצדק ובמשפט אשר הוי שוקיך וחוצותיך
מרוצפי ברצפת אבני שיש יקרות וגם
קיוחיך נוצצים באבני שיש נוצץ וכל
שעריך מצופי בזהב ובכסף וכוחלך
מיוסדי׳

ELeazarus autem, cùm hæc omnia ad illos locutus esset, lamentabili voce urbis Hierosolymæ casum ita deploravit: ubinam est Hierosolyma, urbs illa amplissima & freqventissima? (1.) ubinam est illa urbium pulcherrima, Zion, atque urbs sancta, Hierosolyma, decore præstantissima, universi orbis lætitia? * O gloria populi Israëlitici & ornamentum cordis nostri atque gaudium! ubinam est decus tuum? ubinam pulchritudo tua, Hierosolyma? ubinam sunt montes filiæ Zionis? ubinam reges ejus ac principes? ubinam sunt illius seniores & sapientes? ubinam juvenes ejus ac milites, qui in plateis Sabbatha diesque festos læti agitârunt? ubinam est Sanctuarium illud celeberrimum, Dei habitaculum? ubinam domus Sancti Sanctorum, sacra illa sedes, quam nemo hominum pedibus intravit præter Pontificem ejusque successores, qui sua quisque ætate illam quotannis semel tantùm ingressi sunt? nunc autem, ô Hierosolyma! quæ populi plena & ab omnibus regibus honorata atque ab ipso Deo dilecta fuisti, in qua solium regium, justitiâ & judiciô firmatum fuit, cujus plateæ, parietes ac fora pretioso marmore strata & pellucida fuerunt, cujus portæ omnes auro & argentô obductæ murorumque fundamenta maximis lapidibus magnificè ac pulcherrimè exstructa fuerunt, in cujus

(15.) Quæ videri possunt apud Joseph. de Bell. Jud. lib. 7. c. 34. & Egesipp. de Excid. Hierosol. lib. 5. cap. 53. confer. & Iosippi Epitom. pag. 274.

(1.) Vid. Thren. Jerem. cap. 2. v. 2. ad quem locum hic respicitur, confer. & Egesipp. l. 5. de Excid. Hierosol. c. 53. in med.

* Respicitur his verbis ad Psalm. 48. vers. 3. & ad Thren. Jerem. c. 2. v. 15.

מיוסדי׳ באבני׳ גדולות לכבוד ולהפארת
וכהגיך בתוך מקדשך כמלאכי אלהי׳ שדי
קו׳ש מבפרים בעד עמך בעולות רצון
רצויות לפני יי׳ אלהיך׳ איך עתה נמלאת
הרוגים וחללי חרב וחללי רעב ובניך
הושבי׳ בתוכך והוגים חוץ גם הבאי׳
אליך מרחוק ומאפסי ארץ נופלי עתה
בתוכך׳ איך נפלת ממרום גוכוך ואיך
נשרפת ותרצחי עד יסודחיך ותשארי
שממה ווושב בדד׳ מה קשה העין אשר
תוכל לראותיכי ומה חוק כברזל לב כל
דואיכי איך היית קבר לחללים המתים
בחרב וברעב וכל החוביחיך והוצותיך
רקים מן החזי׳ כי נמלאו יתר חללי עקב
אשר היו מלאי׳ חיים ויכם עפר השרפה
אשר בתוכך ארץ עין השמש לבלתי
הראו׳ השמש בהוכבי ואין זקניך אש׳
היו יושבי׳ עיה׳ פקרבך במושב חכמה
ומשפט צדק יושביה עיה בקרבך נכח
פגרי בניה׳ לרחנת מעליה׳ את עיפורת
השמי׳ ואת חיות הארץ ושעוה שיבתם
מלאות עפר ואפר תחה בבוד והוד ואשר
נשארו מן הנשי׳ מעט מבנותיך היקרי׳
נסגרו׳ בחוך בתי מדיניך לא למען
חיותן רק להללן ולטמאן בקרבך בו יראה
כל אלה בך ויבחר חיים ולא יבחר מות
מי יתבונן בחפארת שהיתה אחך ויראה
היום הזה בשתך וחרפתך ולא יבחר מות
מחיי׳ ומי יתן מותנו מלפניט ולא ראינו
בך את התרפה הואת או מי יתננו
בבלתי עיני׳ ולא נראה בתוכך את הרעות
השה

jus Sanctuario sacerdotes tanquàm angeli Dei fuere, videlicèt sacri illi principes, qui pro populo sacrificia obtulerunt, Deo grata & accepta, quomodo jam cadaveribus interfectorum, gladiô & fame consumptorum, repleta es? quomodo non liberi solùm tui, qui in te habitârunt festaque tua celebrârunt, sed etiam extranei, qui è longinquo & ex ultimis terræ finibus ad te venerunt, jam in te ceciderunt? quomodo ex superbo illo fastigio tuo detrusa es? quomodo incendiô consumpta, funditùs eversa, vastata ac solitaria relicta es? ô durum oculum, qui te aspicere sustinet! ô ferrea corda eorum omnium, qui te intueri audent! quomodo facta es sepulcrum eorum, qui gladiô & fame consumpti sunt? quomodo vici ac plateæ tuæ à viventium turba vacuæ sunt? nam ubi anteà vivi erant homines, ibi jam mortuorum conspiciuntur cadavera & deflagrationis tuæ cinis solem obscurat, ne is in te videri possit; quomodo seniores tui, qui in sapientiæ, juris & justitiæ cathedra quondam sederunt, nunc juxtà liberorum suorum cadavera sedent, ut volucres cœli & bestias terræ ab illis arceant ac depellant? quorum canities honoris & venerationis loco jam cinere ac pulvere conspersa est: (2.) mulieres autem illæ & filiæ tuæ charissimæ, quæ adhûc superstites sunt, quarum parvus sanè numerus est, in ædibus devastatis conclusæ tenentur, non ut vivæ serventur, sed ut in te vitientur & corrumpantur. Ecquis igitur hæc omnia in te videbit nec mortem potius, quàm vitam, eliget? quisnam pristinam pulcritudinem ac splendorem tuum considerans & hodiernum dedecus atque ignominiam tuam intuens mortem non præferat vitæ? ô utinam jam pridem mortui essemus nec probrum istud in te conspexissemus! ô si cœci essemus nec mala & calamitates, cum quibus nunc conflictaris, intueremur! ecce

(2.) Hic implerum fuit vaticinium Esai. c. 3. vers. 24, & erit pro suavi odore fœtor ac pro Zona funiculus atque pro crispanti crine calvitium & pro fascia pectorali cilicium.

האלה אשר בקרבך׳ והנה אנחנו היום
בחיי רעים כהיום הזה וכניני ובנותינו
בעודם חיי עמנו צוינו ידו עליהו גודל
לוהלקם להם לעבדי׳ ולשפחות׳ ויהי כי
השלים אלעזר את הקינה ויהבר אל העם
אשר אתו כדברים האלה׳ ועתה אחי
ורעי החבונני נא לחמול על נשיכם
וטפכם והזקני׳ אשר עמכם ולא ילוו
בשבי בלא חמלה ואנקו ביד שוביו׳
ואין מושיע כי אם כה העשון אבר תאבדון
כל המקומי׳ המוכני׳ לכם בעולם הזדק
והאבדו דרך החיי׳ כי לא יהיה לכם
גודל באור החיים אך חמלו עליה׳ והרגו
אותם בידכם ויהיו נהשבי׳ ורצוי׳ לקרבנות
עולות לרצון לי׳ עליהנו ולא תהללו את
תרומת הקדש בנדת הגוי׳ והיחם אתם
ונפשותיכ׳ הטאי׳ לי׳ אלהיכם ונהיה
אחרי עשותנו כדבר הזה ויצאנו את
צרינו וגלחמנו ונמו׳ על יי בגבורתנו
ולא נאסר בזיקי׳ ובכבלי בחל בעבדים
ביד הערלים ולא נראה עוד את קנינו
נמשכי׳ בזקנם לעיניני ונשינו ובנותינו
מחוללות לפנינו ובנינו צועקים למולנו
ואין לאל יהיו להושיעם כי נה בצע
עוד לנו בחיים אחי שממורת אדמנו
והרבן בית מקדשנו להיותנו לבוז וקלם
ולעג בגוים ובנותינו ונשינו ישכבון
הרומי׳ לעיניני ועל בנינו יקשו עולם
ויכבידו

nos hodiè miſerrimam agimus vitam; hoſtes noſtri liberos noſtros, dum illi etiamnum apud nos vivunt, in ſortem conjiciunt, ut illos inter ſe dividant & in ſervitium abducant. Poſteà Eleazarus, finitâ hac lamentatione, populum, qui circà illum erat, ſic allocutus eſt: nunc itaque, fratres ac ſocii mei! id agite, ut uxorum, liberorum atque ſenum, qui apud vos ſunt, rationem habeatis eorumque miſericordiâ ducti operam detis, ne in captivitatem crudeliſſimè abſtrahantur (3.) & ſub eorum, à quibus captivi ducuntur, poteſtate ingemiſcant, nec ullus ſit, qui eos liberet: ſi enim iſtud neglexeritis, omnia illa loca, quæ vobis in altero ſeculo juſtorum præparata ſunt, amittetis, & viam, quæ ad æternam vitam ducit, perdetis, nec ulla vobis erit ſors in lumine vitæ cœleſtis; eorum igitur miſericordiâ (4.) ducti manibus veſtris illos interficite; hoc modo veluti ſacrificia (5.) erunt Domino, Deo noſtro, grata & accepta. Nolite ſanctam oblationem impuritate gentium contaminare, ne vos animasque veſtras peccato coràm Domino, Deo veſtro, involvatis: poſteà peractô hoc factô adverſùs hoſtes noſtros egrediamur & cum illis viriliter pugnantes pro Domino mortem obeamus, ne compedibus & catenis ferreis tanquàm ſervi incircumciſorum manibus conſtringamur nec ampliùs videamus, quomodo ſenes noſtri coràm nobis hinc inde barbis ſuis trahantur atque uxores filiæque noſtræ nobis inſpicientibus vitientur liberique noſtri opem noſtram implorent, nec tamen eis auxiliari poſſimus. Ecquid enim poſtquam terra noſtra jam devaſtata ac domus Sanctuarii noſtri deſtructa eſt, amplius vivere juvat, ut opprobrio, ignominiæ & ludibrio ſimus gentibus, atque

(3.) Judæis enim major vitæ metus, quam mortis, ſi transferre ſedes cogerentur, inquit Tacitus Hiſtor. lib. 5. c. 13. n. 5.

(4.) O crudelis miſeri cordia & ô miſeri, quibus filios atque uxores occidere malorum omnium videbatur leviſſimum! prout loquitur Joſephus l. 7. de Bell. Jud. c. 35.

(5.) Sic impio in ſcelere ſe pios putàrunt deſperatiſti, vid. quæ ſuprà h. lib. 6. c. 48. n. 7. 5. & infra ni 7h. c, notata ſunt, confer. & Joſippi Epitom. p. 274

ויכבידו מאסרם ועתה טוב לנו להרוג
את כל הנשי׳ והטף ואולי ירצה שיזעזו
את המיתה כדמי עולי׳ ורחמים כן
נצא ונלחם עם הרומי׳ ונמיה מהם כי
נלחנו להמית ונמות על יי׳ ויקומו
האנשי׳ ויקדולו את נשיהם ואת
בנותיה׳ וינשקו אותם ויחבקום ויאמרו
אליהם הטוב בעיניכם אשר תמותו
בארצכם בקדושה ובכבוד מלכת בשבי
ובחפרה לארץ אויבי׳ ותמותו לפני
עצבי הגוים בטומאה וחרפה וקלון׳
ויליני העם בלילה ההוא בבכי ובמספד
ובגהי ובקינה בוכים בכיה גדולה האנשי׳
והנשי׳ והטף׳ אבן כלם השיבו פה אחד
כי שמעו את דברי אלעזר הכהן כי יחתך
מות מחיים׳ ויהי בבקר ויקרו את נשיהי׳
ואת בניהם ואת בנותיה׳ ואת טפם
וישחטום ארצה וישימו אותם בבורות
אשר במצירה וישליכו עליה׳ עפר וימלאו׳
ויסתמום׳ ויהי אחרי כן יצא אלעזר הכהן
עם כל האנשי׳ אנשי המלחמה אשר
אתו מן העיר ויחגרו מלחמה גחלה
בהמון מחנה הרומי׳ ויהרגו מהם רבי׳
עד אין מספר ולחמו הזדהים עד
נפשות׳

que filiæ uxoresque noſtræ à Romanis in conſpectu noſtro vitientur liberique noſtri gravi jugo ac vinculis premantur? Nunc itaque ſatius nobis erit, (6.) omnes uxores ac liberos noſtros interficere, forſitàn (7.) illorum tanqvàm holocauſtorum & ſacrificiorum ſangvis Deo noſtro gratus erit; deinde egrediamur & contrà Romanos pugnemus eosqve tamdiu interficiamus, donec cædendo defeſſi nos omnes pro Domino morte occumbamus. Tunc viri illi ſurrexerunt & uxores filiasqve ſuas congregârunt atqve easdem oſculati & amplexati (8.) dixerunt atqve eas dem oſculati & amplexati: num melius vobis videtur, in patria veſtra piè & honorificè mori, qvàm in captivitatem abduci atqve in hoſtium terram ignominiosè trahi ibiqve coràm gentium ſimulacris cum probro ac dedecore in impuritate vitam finire? his dictis populus univerſus, tàm viri, qvàm uxores & liberi noctem illam lachrymando, plangendo ac lamentando maximo cum fletu transegerunt; omnes autem uno ore reſponderunt, ſe Eleazari ſacerdotis verba audiſſe ac mortem vitæ prætuliſſe. Poſteà die illuceſcente illi uxores, filios, filias atqve omnem familiam ſuam adduxerunt, eosqve cunctos humi mactârunt (9.) & illorum cadavera in puteos, qvi in arce Mezira (10.) erant, demiſerunt; dein terrâ ſuperinjectâ eos compleverunt & obſtruxerunt. Poſteà Eleazarus Sacerdos cum omnibus viris armatis, qvos ſecum habebat, egreſſus acerrimè cum Romanis pugnavit (11.) & innume-

(6.) Ergò dum adhùc liberæ manus ſunt, dum ferrum ſtringimus, aggrediamur opus, quod victor hoſtis miretur, ſic loquentem inducit Eleazarum Egeſippus l. 5. de Excid. Hieroſol. c. 53.

(7.) Rectè hic dicitur: forſitàn, nam valde dubito, cædem iſtam, lanienam ac parricidium crudeliſſimum Deo fuiſſe gratum ſacrificium, confer. quæ paulò antè num. 5. h. cap. notata ſunt, vid. & Joſippi Epitom. p. 274.

(8.) Vid. hic Joſeph. de Bell. Jud. l. 7. c. 35. & Egeſipp. de Excid. Hieroſol. c. 53. ac Joſippi Epitom. p. 275. ſimile ferè exemplum refert Valer. Maximus lib. 3. c. 2. n. 7 & 8.

(9.) Idem refertur in Joſippi Epitom. p. 275. ſimile exemplum crudelitatis vide ſuprà h. lib. 6. c. 4. n. 10.

(10.) Seu: Maſſada, vid. quæ ſuprà h. lib. 6. c. 56. n. 22. notata ſunt.

(11.) Conſentit Joſippi Epitome dict. pag. 275. ſed Joſephus lib. 7. de Bell. Jud. c. 35. refert, quod Judæi ſemetipſos mutuis cædibus confecerint.

נפשותיהם עד אש' המו בלם במלחמ'
הדיא וימותו על יי ועל מקדשו' ועד
הנה מלחמות בית שנ'

ros ex illis interfecit, ac Judæi pro vita ſua dimicantes eò usqve pugnârunt, donec omnes in eo prælio interierunt: ſic illi pro Deo ejusqve Sanctuario occubuerunt. (12.) Hûc usqve bella ſtante Templo ſecundo geſta ſunt.

CAP. LIX.

ויקונן אז יוסף הכהן את הקינה הזאת
ובסופה יעוד לטוב לאמר' אוי נא לנו
כי חרב' עיר תפארתנו ונהרס בית מקדשנו
אשר בו היתה הקוחנו ובל מאויי
לבותינו' ונשרף היכלנו' וגלינו מארצנו'
ומנחלת אבותינו' ואין לנו ידינו' להמלט
מגלותינו' אשר הכבידו עלינו בו
עונותינו' והעבידונו בשבי רשאתנו'
והשפילו לארץ ראשינו פשעינו' ועוד
יבא יום וקץ פדות וירצה אלהינו' לזכור
את שבועתו לאבותינו' ויכנה את עירנו'
וישכלל היכלנו' ויקבץ פזורינו' ויכנס
נדחינו' וישוב את שבותנו' ויחיש את
משיח'

TUnc Joſephus Sacerdos (1.) iſtam exorſus eſt lamentationem, in cujus ille fine ſpem affert & bona promittit: Væ nobis, qvia urbs noſtra pulcherrima devaſtata & domus Sanctuarii noſtri, in qvo ſpes noſtra atqve omne cordis noſtri deſiderium fuit repoſitum, deſtructa eſt! Templum noſtrum igne conſumptum eſt, nos è patria & à majorum noſtrorum hæreditate expulſi ſumus nec ex captivitate & exilio evadere poſſumus, qvia iniqvitates noſtræ nos premunt & peccata noſtra in captivitatem nos abduxerunt, ac prævaricationes noſtræ capita noſtra in terram depreſſerunt; ſed veniet tandem dies ac finis liberationis noſtræ atqve Deus noſter memor jurisjurandi & fœderis, cum majoribus noſtris initi, urbem noſtram ædificabit ac Templum noſtrum perficiet (2.) nosqve hinc inde diſper-

cui etiam Egeſippus lib. 5. de Excid. Hieroſ. c. 53. in fin. conſentit ac ſcribit, quòd una mulier ſola ſuperfuerit, quæ filios quinque in aquæ ductum abſconderit, dum cœteri ſupremis intenderunt neceſſitatibus & quòd illa Romanis diluculò advenientibus ad vocem excita index negotii fuerit; Joſephus loc. cit. duas mulieres inventas fuiſſe refert: latuit, inquiens, una mulier ſenior & alia quædam Eleazari cognata, plurimum doctrinâ ſapientiaque mulieribus præſtans, & quinque pueri per cuniculos, qui aquam ſub terra ad uſum potus ducebant, abditi; hoc autem tàm inſigne facinus perpetratum fuit 15. April. anno ab expugnata Hieroſolyma ſecundo; à nativitate verò Chriſti 74. al. 75. prout Cornel. Gualther. ad Egeſipp. l. 5. c. 53. notavit.

12.) Imò vero ob graviſſima ſcelera, ab ipſis perpetrata, deſperata ſalute ad inferos deſcenderunt; nongentos & ſexaginta, cum parvulis ac mulieribus, fuiſſe ſcribit Egeſippus l. 5. de Bell. Jud. c. 55 in fin.

(1.) Hæc & ſequentia usque ad finem iſtius capitis ac libri videntur à Judæo interpolatore adjecta eſſe, cum nulla eorum fiat mentio à Joſepho lib. 7. de Bell. Jud. cap. 35. & ſeqq. Egeſippus quoque l. 5. de Excid. Hieroſ. c. 53. nullam iſtorum mentionem facit; ſed Anacephalæoſin ſeu repetitionem illorum, quæ ſuperioribus libris referuntur, adjicit, ubi Excidii Hieroſolymitani deploratio habetur.

(2.) Sic verbum ישכלל, quod hic in Hebræo habetur, vertere volui; reſpicitur autem hic ad Eſræ c. 4. v. 12. & 16.

משיחנו' ויאמר לגאלינו' ויפיל את
אויבנו' ויכנע את שונאינו' וישמיד
ויכחיד את צוינו' ואותנו יקים כבראשונה'
ויקיי עלינו מקרא שכתוב ונשא גם לגוי'
ואסף נדחי ישראל' ואמר עוד צביאו
באיש אשר אמו תנחמנו כן אנכי אנחמכ'
ובירושלם תנחמו' ומשה רבינו אמר אם
יהיה נדחך בקצה השמי' משם יקבצך
יי אלהיך ומשם יקחך' ונביאו אמר עוד
הנוטה כרצונך ארץ ציון תבנה הומרת
ירושלם' ומי בכל העמי' עם אשר לו
תקוה לישועה כעם יי אלהינו והלא יי
הוא מקוה ישראל ומשיעו בעת צרה'
לכן התבשרו כל ישראל הנשארי' מהרעה
הזאת בארץ לפלטה ולשאירית לעם יי'
כי העת הזאת עת צרה היא לישראל
וממנה יושע אמן' וישאיר טיטום ליושבי
שאוירת בארץ ישראל בעי יבנה ובבנוחיה
ובעיר ביתר ובבנוחיה ובאושה ובבנוחיה
ויהי שכב' רבן יוחנן בן זכאי לראש
ולשר' ואת בונין הכהן אוי יוסף הכהן
הקטן ממנו השאיר טיטום לקציץ ביחושלי
על כל היהודי אשר השאיר שם לבבוד
יוסף הכהן אחיו' ובעת ההיא נדרך
רש"בג

disperſos & disjectos colliget ac congregabit atqve captivitatis noſtræ vincula ſolvet noſtrumqve Meſſiam & redemptorem celeriter adducet, atqve hoſtes noſtros proſternet & inimicos noſtros deprimet, atqve adverſarios noſtros perdet & exſcindet, atqve nos in priſtinum ſtatum reſtituet & dictum illud Scripturæ ſacræ (3.) in nobis ſtabiliet: & levabit vexillum inter gentes & diſperſos Iſraëlitas congregabit; iſtud qvoqve vaticinium Deus implebit: qvemadmodum mater filium ſuum conſolatur, ita ego conſolabor vos (4.) & in urbe Hieroſolyma ſolatium recipietis; Moſes etiam, Doctor, noſter dixit: (5.) ſi ad cardines cœli fueris diſſipatus, inde congregabit te Dominus, Deus tuus atq; inde te reducet; præterea illius propheta dixit: (6.) benefac Sioni juxtà voluntatem tuam, ædificentur muri Hieroſolymæ, & qviſnam inter omnes gentes populus eſt, qvi talem ſalutis ſpem habeat, ſicuti populus Domini, Dei noſtri? nonne Dominus ſpes eſt Iſraëlis ejusqve ſervator afflictionis tempore? qvapropter lætum iſtud nuntium omnibus Iſraëlitis afferte, qvi ex calamitatibus hiſce ſuperſtites ſunt & qvi illas evaſerunt, nempe reliqviis populi Dei, qvia hoc tempore multis miſeriis & ærumnis gens Iſraëlitica premitur; ſed ex illis eripietur & ſervabitur, fiat! Titus autem nonnullos Judæos in terra Iſraëlitica ſuperſtites reliqverat, nempe in urbe Jafna (7.) ejusqve vicis, & in urbe Bitter (8.) ejusqve pagis, atqve in oppido Uſa (9.) ejusqve vicis

(3.) Quod continetur Eſaiæ c. 11. v. 12.

(4.) Vid. Eſaiæ c. 66. v. 13. qui locus hîc allegatur.

(5.) Nempe Deuteron. c. 30. v. 4. ubi verba iſta reperiuntur.

(6.) Vid. Pſalm. 51. v. 20. ad quem locum hîc reſpicitur.

(7.) Idem refertur in Joſippi Epitome pag. 275. conſer. quæ ſupra l. 3. c. 17. n. 13. de hac urbe notata ſunt; Judæi autem, qui poſt excidium Hieroſolymitanum in Palæſtina manſerunt, ſcholas in locis commodioribus paulatim inſtaurârunt, nominatim in urbe Jafne, Tzephoria, Cæſarea & Tiberiade, ſcholæ Jafnenſis primus rector fuit Rabban Jochanan, Ben Zaccai, cujus hic ſit mentio, vid. Alſted. Chronol. Tit. 42. item num. 10. h. cap.

(8.) Conſer. hic Joſippi Epitome dict. pag. 275. vid. etiam ſuprà l. 3. c. 14. n. 6. ubi etiam de hac urbe Bither ſit ſermo.

(9.) Ita hic nomen אושה, quod in codice noſtro habe-

רש"בג נשיא ישואל וישמעאל בן אלישע הכהן הגדול ויואל טיטום להרוג את רבן גמליאל אבי רש"בג ויתהנן אליו לבן יוחנן בן זכאי לבלתי עשות כן ולא הרגו: ויבן יוחנן בן זכאי הוא אשר יצא מירושלם בימי עלות אספסינוס אבי טיטום על יהושלם ויכבדהו המלך אספסינוס בכבוד גדול ובלכתו אספסינוס אל רומי כאשר ספרנו הפקיד את רבן יוחנן בן זכאי בידי טיטום בנו ויצוהו לכבדו ולנשאו מאד כי הכיר בו אשר היה חכם גדול וימלוך טיטום שנתי ימים אחרי לכדו את יהושלם וימת: וטיטום המלך היה חכם גדול בחכמת המבטא בלשון יון ובלשון רומי ויחבר ספרי

cis, ubi Rabban Jochanan, Zaccai filius (10.) caput ac princeps fuit; Boninum (11.) verò, Josephi Sacerdotis fratrem, natu minorem Titus omnibus Judæis, qvos ipse Hierosolymis in honorem fratris ejus, nempe Josephi Sacerdotis, superstites reliqverat, præfecit. Circà idem tempus Rabban Simeon, Gamalielis filius, (12.) princeps Israëlis, ut & Ismaël, Elisæ filius, Pontifex, interfecti sunt; (13.) Titus qvoqve R. Gamalielem, (14.) R. Simeonis Gamalielis filium, interficere voluit, sed R. Jochanan, Zaccai filius, (15.) pro illo apud Titum intercessit, cui etiam Titus morem gessit nec Gamalielem interemit: (16.) is ipse Rabban Jochanan, Zaccai filius, eo tempore, qvo Vespasianus, Titi pater, Hierosolymam obsidere cœperat, urbe egressus est, qvi etiam à Vespasiano Imperatore magno cum honore exceptus fuit. Vespasianus verò Romam profecturus, de qvo suprà dictum, (17.) R. Jochananem, Zaccai filium, Tito, filio suo, commendavit eiqve præcepit, ut illum honorificè tractaret, qvem virum eximiâ sapientiâ præditum esse noverat. Titus autem, posteaqvàm Hierosolymam ceperat, imperium Romanum bienniô (18.) admi-

habetur, vertere volui; in Josippi Epitome pag. 275. Munsterus nomen Hebræum vertit: Oscha, confer. Joh. Lightfooti Chorograph. Matthæo præmissa cap. 15. pag. mih. 34. & cap. 84. pag. 147.

(10.) Hic Jochanan seu Johannes primus fuit Nasi post excidium Hierosolymitanum, de qvo vid. inter alios Alsted. Chronol. dict. Tit. 42. ubi refertur, qvomodo Scholæ Judæorum post destructionem urbis Hierosolymæ fuerint conservatæ & propagatæ, confer. etiam Josippi Epitome p. 275. & Joh. Lightfoot. Chorograph. Matthæo præmissa c. 15. p. 33. atque suprà h. cap. n. 7. & infrà h. cap. num. 15.

(11.) Confer. Josephus in descriptione vitæ suæ circà fin. ubi de fratre suo refert, vid. & suprà h. l. 6. c. 55. n. 13. & n. 33. ibique not.

(12.) Sic abbreviatura illa רש"בג communiter exponitur, vid. Buxtorf. Abbrev. & Alsted. Chronol. dict. Tit. 42. hic Rabbi Simeon pater fuit R. Jehudæ, quem vocant sanctum, qui legem oralem, in variis Schedis & libellis frustillatim descriptam, collegit in unum volumen, sex partibus destinctum, quod appellatum fuit משנה id est, δευτέρωσις seu lex secunda, de qua vid. etiam Novell. Justiniani Imperat. 146. c. 1. & Alsted. loc. alleg.

(13.) Idem refertur in Josippi Epitome p. 275.

(14.) Qui secundus ejus nominis fuit, vid. Alsted. loc. citat.

(15.) Nempe is, de quo paulò antè num. 10. dictum est.

(16.) Idem refertur in Josippi Epitome p. 276.

(17.) Nimirùm hoc lib. 6. c. 30. num. 9.

(18.) Ac duobus mensibus & 20. diebus, prout refert Suetonius in Ejus vita cap. 11.

ספרי רבי בדבמ' ביתני וכדומי ודיד טיטום איש צדיק וישר וכל משפעיו היו בצדק ועל דרך אונם דתריב והשחית בירושלם את אש' השחות דתחיב כי כל הרעה הגדולה הואת הבאה אל ירושלם לא באה רק על דברת הפריצים אשר היו בישראל ועל אודות רשעתם באשר ובגנו:

ליסף עוד יוסף הכהן ויבאר את פליצי דבוי דנביא' אשר בכ' תורה הגלורי דואת ויאמר יוסף מאמר זכריה רעה את צאן ההרגה על בנין הבית שני בימי זרובבל ויאמ' זכריה עוד כי לקח שני מקלות ויקר' שם האח' נועם והוא זרובבל ונחמיה החרשתא עמר ועל ידם שב הבית לאיתנו ויקרא שם' השני הבלי והמ' דבהני שבנו בירת בה' גיויי ויקראו מקדש בימי סנבלט החורוני והמה מנשה ואלישי

administravit, quò exacto diem obiit supremum. Is Imperator sapientissimus & in perorando Latinæ ac Græcæ lingvæ peritissimus fuit (19.) multosque libros Græcè & Latinè sapienter composuit, vir justus & integritate vitæ conspicuus fuit, (20.) & omnia judicia justè exercuit; qvòd verò Hierosolymam devastaverit ac destruxerit, id necessitate coactus perpetravit, nam quæcunqve mala urbi isti acciderunt, ea omnia grassatoribus, qvi tunc temporis in populo Israëlitico fuerunt, eorumque malitiæ & improbitati imputanda sunt, (21.) sicuti suprà ejus rei mentio facta est.

CAP. LX.

PRætereà Josephus Sacerdos prophetarum verba, quibus exilium istud ac deportatio prædicta fuit, interpretatus est & illud Zachariæ dictum: (1.) pasce pecora occisionis, de secundo Templo, quod Zerubabelis ætate exstructum fuit, intellexit; idem Zacharias etiam dixit, (2.) qvòd duos baculos acceperit, quorum alterum vocaverit decorem, (3.) qui fuit Zerubabel & cum eo Nehemias Hathirsatha, illorum qvippe studiô & operâ Templum secundum pristino decori restitutum fuit; alterum verò baculum vocavit funiculos: (4.) hi fuerunt Sacerdotes, (5.) qui Templum in monte

(19.) Idem testatur Suetonius in Ejus vita cap. 3. nempe qvòd Latinæ Græcæque linguæ vel in orando vel in fingendis poëmatibus ad extemperalitatem usque promptus & facilis fuerit, confer. etiam Epistola Plinii operi Historiæ Naturalis præfixa.

(20.) Confer. & hic Suetonius in Ejus vita, imprimis cap. 8. & c. 9.

(21.) Vid. cap. seq. 60. num. 11. prima & præcipua malorum omnium, quæ urbi Hierosolymæ acciderunt, causa fuit rejectio veri Messiæ & qvòd Judæi tempus visitationis salutaris non agnoverint, de qvo vid. Matth. cap. 24. v. 37. & 38. it. Luc. c. 13. v. 34. & seq.

(1.) Vid. Zachariæ c. 11. v. 4.

(2.) Idem Zachar. dict. c. 11. v. 7.

(3.) Sic dictionem נועם, quæ hic & apud Zachariam loc. alleg. habetur, autor Vulgatæ transtulit, quem sequi volui.

(4.) Ita idem autor Vulgatæ vocem חבלים loc. citat. vertit, quem & hic secutus sum.

(5.) Sic autor quidem noster vel ejus interpolator Judæus hic interpretatur; sed vera & genuina ipsius

ואלישיב ככתוב בספר הראשון מספרנו
זה׳ ועמה׳ נוכר הודקנוס הכהן הגדול
אשר פגע בהכמי׳ וישחתה׳ הוא ואלכסנדרוס
בנו ואריסתובלום בן בנו בכתוב בספר
הדביעי מספרנו זה׳ ואמ׳ עוד זכריה כי
אמר י׳ אלי קח לך כלי רועה אוי׳ על
הורודום ושני בניו ועל מעשיה׳ הכתובי׳
בספר הששי אשר הוא הספר האחרון
מספרנו זה׳ והנודע לכל הוא אשר
הורודום ובניו היו עבדי׳ לחשמונאי׳ ועל
שורת בני דוד ושורת בני החשמונאים
הורודום ובניו עבדיה׳ אמר עוד זכריה
ואכחיד את שלשת הרועי׳ בירח אחד׳
וימי הבית השני כלם נחשבו לימי אחדי׳
בעיני זכריה עד אשי׳ השכם לימי יזה
אחד׳ ואגריפס בן הורודום הוא אשר
קרא זכריה עושה הרע בעיני י׳ כי בימיו
על ידי החויב הבית בכתוב בספר
מלחמו׳ י׳ וגדול המקל הנקרא נועם
הוא קץ מורת זוגבל ונחמה וגדוע
המקל השני הנקרא חובלי׳ הוא קץ
עקירת בני חשמונאי׳ ואבדן מלכות׳ בימי
הורקנוס ואריסתובלום החשמונאי׳ ואז
הופר ברית האדבה והאחוה בין ישרא
ובין

te Grisim ædificârunt, quod ætate Sanneballati Horonitæ Sanctuarium vocârunt, nempe Manasses & Eliasib, sicuti in libro primo (6.) scriptum est; mentionem quoque fecimus Hyrcani, Summi Sacerdotis, qui sapientes interfecit ac perdidit, ut & filius ejus, Alexander, atque Aristobulus, illius nepos, prout in libro nostro quarto (7.) scriptum reperitur. Idem Zacharias amplius vaticinatus est: (8.) dixit ad me Dominus: sume tibi vasa pastoris stolidi (idque vaticinium intelligendum est) de Herode & duobus filiis ejus, ac de eorum facinoribus, quæ perpetrârunt, quorum in libro sexto mentio facta est, qui ex libris nostris (9.) ultimus est: notum autem est omnibus, quòd Herodes ejusque filii Hasmonæorum fuerint servi; de regno verò filiorum David & de principatu Hasmonæorum, quorum Herodes & filii ejus servi fuerunt, dixit ulterius Zacharias: (10.) & succidam tres pastores in mense uno, nam omne illud tempus, quo Templum secundum stetit, Zacharias paucis diebus, nempe mense struo spatio, comparavit. Agrippas autem, Herodis filius, is fuit, de quo Zacharias dixit, quòd malum in conspectu Domini perpetraverit, quia ipsius ætate & propter illum (11.) destructum fuit Templum, sicuti in libro bellorum Domini (12.) scriptum est. Et successus est baculus, qui decus vocabatur, id intelligendum est de fine, nempe de morte Zerubabelis & Nehemiæ; dein alter baculus, qui funi-

(6. Is liber secundus est juxtà divisionem, à me factam, vid. dict. lib. 2. c. 8 n. 1. ibique not.
(7.) Vid. suprà lib. 4. cap. 7. & seqq.
(8.) Nempe Zachar. dict. cap. 11. vers. 15.
(9.) Nimirum in illis, quos Josephus de Bello Judaico scri; sit & quidem lingvâ Hebraicâ, prout ipse in Prologo librorum de Bello Judaico testatur.

iſtius loci expoſitio videri poterit apud commentatores Chriſtianos ad dict. cap. 11. Zachariæ.
(10. Vid. Zachariæ dict. cap. 11. verſ. 8.
(11.) Imò Agrippas Judæos ad pacem, cum Romanis ineundam, ſæpè hortatus eſt, prout ſuprà h. l. 6. c. 1. n. 9. & c. 2. n. 1. refertur & ipſe autor noſter vel ejus interpolator Judæus cap. antec. 59. n. 21. graſſatorum malitiæ & improbitati mala omnia, quæ Hieroſolymis acciderunt, adſcripſit, conſer. etiam infrà h. cap. n. 17. ibique not.
(12.) Intelliguntur hic ſeptem libri, quos Joſephus de Bello Judaico ſcripſit.

ובין יהודה׳ ויאמר עוד זכריה הוי רועי
האליל עזבי הצאן חרב על זרועי ועל
עין ימיני זרוע יבש תיבש ועין ימיני
בהה הכהה והיה זה על אגריפס המלך
אשר דביא את אספסיאנוס ואת טיטוס
בנו על ירושלם ועוד אמר זה על יוחנן
ושמעון ואלעזר שרי הפריצי אשר סבבו
ועשו את כל הרעות הגדולות הנעשות
בירושלם׳ ויאמר עוד זכריה ונאספו
עליה כל גויי הארץ על המלחמה על
אש׳ באו על ירושלם לעזרת הרומאי׳ ויאמר
עוד זכריה ועמדו רגליו ביום ההוא על
הר הזתי׳ עד שוב כבוד י׳ עוד לשכון
בירושלם בבית השלישי אשר יראהו
בנינו אחרינו לעת הקץ אשר יהיו ישרא
נואשים מחכות עוד זה והוא העד שעליו
אמר זכריה עוד את הדברי׳ האלה והיה
יום אחד הוא ידוע ליי׳ לא יום ולא
לילה והיה לעת ערב יהיה אור׳ ועל
הערת ההוא אמר עוד יחזקאל את
הדברי׳ האלה לכן כה אמר י׳ אלהים
עזה אשיב את כל בית ישראל וקנאתי
לשם קדשי ונשאו את כלימתם ואת כל
מעלם אשר מעלו בי בשבת׳ על אדמתם
לבטח ואין מחריד בשובבי אותם מן
העמי

niculus (13.) nominabatur, succisus est, (14.) hoc dictum est de fine & exstirpatione filiorum Hasmonæorum & de regni illorum destructione, quæ Hyrcani & Aristobuli, Hasmonæorum, ætate contigit; tunc amoris & fraternitatis fœdus (15.) dissolutum fuit inter Israëlitas & Judæos. Dixit ulterius Zacharias: (16.) ô pastores idolorum, qui gregem derelinquitis, gladius super brachium ejus & super oculum dextrum ejus, brachium ejus aridite siccabitur & oculus dexter ejus tenebrescens obscurabitur. Hæc propheta vaticinatus est de Agrippa rege, qui Vespasianum & Titum, filium ejus, ad oppugnandam Hierosolymam adduxit. Idem quoque vaticinium de Johanne, Simeone & Eleazano, grassatorum ducibus, qui omnium malorum, quæ Hierosolymis perpetrata sunt, causa fuerunt & origo, (17.) intelligi potest. Dixit præterea Zacharias: & congregabuntur contrà urbem Hierosolymam omnes gentes terræ; (18.) hæc intelligenda sunt de multitudine gentium, quæ Romanis auxilio venerunt ad oppugnandam Hierosolymam; dixit etiam: & stabunt pedes ejus (19.) in die illa super montem olivarum, id est, gloria Domini iterùm revertetur, ut Hierosolymis habitet, nempe in Templo tertio, (20.) quod posteri nostri tandem ultimo tempore videbunt, quo Israëlitis nulla amplius spes supererit, & ipsi istius rei exspectatione destituti erunt. Idem testatus est Zacharias, dum dixit: & erit dies una, quæ nota est Domino, non dies neque nox, & vespertino tempore erit lux. (21.) De

(13.) Vid. quæ paulò antè h. cap. n. 4 annotata sunt.
(14.) Conser. Zachariæ dict. cap. 11. vers. 14. & Abarbenel. not. ibid. fol. 292. col. 1. med.
(15.) De quo Zachariæ dict. cap. 11. vers. 14.
(16.) Vid. Ejusd. Zachariæ cap. 11. vers. 17.
(17.) Vid. quæ suprà h. cap. n. 11. ea de re dicta sunt.
(18.) Vid. Zachariæ cap. 14. vers. 2.
(19.) Vid. Zachariæ dict. cap. 14. vers. 4.
(20.) Si ad verum Messiam, nimirùm Servatorem nostrum, JEsum Christum, conversi fuerint Judæi, tertium illud Templum, nempe Cœlestis Hierosolymæ, in vita æterna videbunt.
(21.) Vid. Ejusd. Zachariæ dict. cap. 14. vers. 7.

העמי׳ וקבצתי אותם מארצות אויביהם
ונקדשתי בם לעיני גוים רבים ויהיו כי
אני י״י אלהיהם׳ בהגלותי אותם ל הגויים
וכנסתים על אדמתם ולא אותיר עוד מהם
שם ולא אסתיר עוד פני מה׳ אשר
שפכתי את רוחי על כל בית
ישראל נאם י״י אלהים׳

תם ונשלם תהלה לאל
בורא עולם

hoc etiam tempore dixit Ezechiel hunc in modum: (22.) propterea hæc dicit Dominus, Deus, nunc reducam captivitatem Jacobi & miserebor omnis domus Israëlis & assumam Zelum pro nomine sancto meo & portabunt confusionem suam & omnem prævaricationem, quâ prævaricati sunt in me, cùm habitaverint in terra sua confidenter, neminem formidantes, & reduxero eos de populis & congregavero eos de terris inimicorum suorum & sanctificatus fuero in eis in oculis gentium plurimarum & scient, quia ego Dominus, Deus eorum, eò, quòd transstulerim eos in nationes & congregaverim eos super terram suam & non dereliquerim quemquam ex eis; ibi etiam non abscondam ultrà faciem meam ab eis, eò, quòd effuderim spiritum meum super omnem (23.) domum Israëlis, ait Dominus Deus.

(22.) Confer. Ezechiel. cap. 39. vers. 25. & seqq.
(23.) Sic particula universalis כל in codice nostro habetur, quam etiam auctor Vulgatæ agnovit, cujus versionem hic secutus sum, licet hodierna exemplaria Masorethica particulam istam universalem non habeant.

FINIS.

INDEX.

A.

AB, mensis nomen apud Judæos, l. 5 c. 1 pag. 349 it. eod. lib. 5 c. 45. pag. 537 & l. 6 c. 7 pag. 567
Abena, regio, l. 2 c. 15 pag. 117
Abelius, Macedo, l. 1 c. 18 p. 53
Abitius, Italiæ rex, l. 1 c. 3 p. 17
Abrahami uxor à Pharaone per vim aufertur, l. 6 c. 38 pag. 741
Absalom, Judæ Maccabæi legatus, lib. 3 c. 14 pag. 218
Acarcanthum terra ab Alexandro Magno subacta, l. 2 c. 15 p. 117
Acarmajin, regio l. 2 c. 17 p. 129 vid. Ocaphardicorum regio item: Brachmanes.
Acco, urbs, l. 2 c. 6 p. 85 eam Alexander Magnus expugnat, ibidem postea Ptolemais dicta, l. 3 c. 17 pag. 228 & l. 4 c. 9 p. 284 item eod. l. 4 c. 15 p. 304 ab Alexandro Jannæo oppugnatur, dict. l. 4 c. 9 p. 284
Accaron, vid. Cæsarea.
Aciabus seu Achiabus, Herodis minister, l. 5 c. 40. p. 515
Acme, Augusti Cæsaris pellex sive ancilla, l. 5 c. 39. p. 512 & c. 40 p. 514 interficitur, eod. cap. 40 p. 514
Actiaca pugna, l. 5 c. 19 pag. 422 & eod. l. 5 c. 21 p. 432
Adam, homo primus ejusque generationes l. 1 c. 1 p. 1
Adaninus, vid. Andarbus.
Adar, mensis nomen apud Judæos, l. 2 c. 2 p. 74 it. l. 3 c. 22 p. 244
Adarahan, Bachidis princeps, l. 4 c. 1 p. 248.
Adiabenus, Samaritanus, cum sociis suis Romanorum arietes incendit & destruit, l. 6 c. 40 p. 762
Adora, urbs. vid. Debira.
Adrastii campi, l. 2 c. 15 p. 116
Ægyptus à Cambyse subigitur, l. 1 c. 22 p. 71
Ægypti regnum quamdiu in Romanorum potestate fuerit, l. 2 c. 24 p. 163
Ægyptii Serapim, Deum suum, de rege Nectanebo consulunt, l. 2 c. 10 p. 95 horum exercitus ab Antipatro cæditur, l. 5 c. 2 p. 361
Ælath, urbs seu regio, l. 6 c. 9 p. 575
Æleranus Aphtus Siciliam Romanis subjicit, l. 2 c. 24 p. 156
Ælius seu Jolla, Alexandri Magni pocillator, eidem venenatam potionem porrigit, l. 2 c. 22 p. 150
Æmilius Paulus ab Hannibale victus, l. 3 c. 15 p. 222
Æmilius Scaurus, vid. Scaurus.
Æneas, Carthaginis rex, l. 1 c. 2 p. 11. 15 Zephonem magno cum honore excipit, dict. l. 1 c. 2 p. 11 Janiam uxorem sibi petit, eod. l. 1 c. 2 p. 11 Sardiniam versus cum exercitu proficiscitur, dict. l. 1 c. 2 p. 11. cum Turno pugnat, eod. c. 2. p. 12 eundem vincit atque interficit, dict. c. 2 p. 12 duo monimenta conspicua exstrui curat, dict. c. 2 p. 12. Ejusdem filius fuit Osdrubal, l. 1 c. 3 p. 15 & 16
Æneas Sylvius, Italiæ rex, l. 1 c. 3 p. 17
Æneas, princeps Romanus, ad Castorem, Judæum, à Tito mittitur, l. 6 c. 36 p. 722
Ænigmata seu problemata à Zerubabele ejusque sociis proposita, l. 1 c. 16 p. 48 eadem explicantur, dict. l. 1 c. 17 p. 50 & seqq. it. c. 18 p. 52 & seqq.
Æoles, unde sint orti? l. 1 c. 1 pag. 5
Æthiopes, l. 2 c. 9 p. 92 Æthio-

ЕТСКА БИБЛИОТЕ

Æthiopia, l. 1 c. 21 p. 64 à Cyro subjugata, ibid. à Romanis subacta, l. 6 c. 1 p. 546
Æsopus Alexandræ, reginæ, servus, l. 5 c. 16 p. 413
Æsoſi. Ariſtobuli filia, l. 5 c. 33 p. 487
Agaba, urbs, vid. Gibea.
Agania, provincia, l. 2 c. 14 p. 111
Agiras, Hieroſolymitanus, cum ſociis ſuis arietes Romanorum incendit ac deſtruit, l. 6 c. 40 p. 762
Agrippa Sylvius Italiæ rex, l. 1 c. 3 p. 18 Sabbathæo ſeu Saturno templum exſtruit, dict. c. 3 p. 18
Agrippa, Conſul Romanus, l. 5 c. 12 p. 401
Agrippia, urbs, ab Herode denominata, l. 4 c. 10 p. 289
Agrippas, Ariſtobuli filius, l. 5 c. 33 p. 486
Agrippas, rex, Herodi Antipæ ſuccedit, l. 5 c. 45 p. 533 it. l. 6 c. 6 p. 564 apud Claudium Cæſarem magno in honore eſt, l. 5 c. 45 p. 536 qvot annis regnaverit, ibid. & l. 6 c. 6 p. 564. moritur, l. 5 c. 45 p. 537
Agrippa, junior ſeu ſecundus l. 5 c. 45 p. 537. it. l. 6 c. 6 p. 563 præſuit tetrarchiæ Philippi, Bathaneæ & Trachonitidi, l. 5 c. 45 p. 537 illius ætate templum ſecundum deſtructum fuit, ibid. & l. 6 c. 6 p. 565 ac c. 7. p. 567 à Felice catenis vinctus Romam mittitur, l. 5 c. 45 p. 538 à Beronice, ſorore, literis Hieroſolymam evocatur, l. 6 c. 1 p. 540 Hieroſolymam veniens magno cum honore excipitur, d. l. 6 c. 1 p. 541 populum Judaicum alloqvitur, ibid. p. 542 & ſeqq. eundem ad pacem hortatur, ibid. Judæis ſeniori bus auxilium mittit, l. 6 c. 2 p. 550 illius domus à graſſatoribus incenditur, l. 6 c. 3 p. 551 Romam ad Neronem proficiſcitur, l. 6 c. 5 p. 557. Eleazarum & Judæos increpat, d. l. 6 c. 8 p. 569 Gamalæ urbis incolas ad pacem hortatur, l. 6 c. 24 p. 630 ab iisdem vulneratur, eod. c. 24 p. 631 Gamalam captam intrat, ibid. Romam ducitur à Veſpaſiano, l. 6 c. 30 p. 666 illius juſſu interficitur, ibid. p. 673 cædis hujus cauſa adducitur, l. 6 c. 31 p. 674 & ſeq.
Ahaſverus, rex, l. 2 c. 1 p. 72
Ajalon, urbs, l. 6 c. 34 p. 695 it. p. 697
Alamanii, l. 1 c. 1 p. 5 unde ſint orti, dict. c. 1 p. 5
Alamania à Latino ſubjugatur, l. 1 c. 3 p. 17
Alba Sylvius, Italiæ rex, l. 1 c. 3 p. 17
Albanum vetus, oppidum, l. 1 c. 4 p. 19
Albani unde ſint orti, l. 1 c. 1 p. 4
Albinus Judææ præfectus, l. 5 c. 45 p. 539
Alexander Philippi filius, l. 1 cap. 21 p. 66 it. l. 2 cap. 6 p. 85. Ægyptum, Idumæam, Acconem & Gazam ſubigit, dict. l. 2 cap. 6 p. 85. Hieroſolymam ſubjugare vult, ibid. noctu ſpeciem videt per ſomnium, eod. c. 6 p. 85. Hieroſolymam iratus petit, l. 2 c. 7 p. 86 eandem tamen placatus intrat, ibid. p. 86 templum Hieroſol. & Sanctum Sanctorum videt, ibid. p. 87 eidem fit monimentum, ibid. p. 87 ei Danielis vaticinium explicatur, ibid. p. 88 à quonam ille verè natus ſit, l. 2 c. 9 p. 91. Philippi filius dictus fuit, l. 2 c. 6 p. 85 quando ac quomodo natus ſit, l. 2 c. 12 p. 101 quænam ſigna illius nativitatem præceſſerint dict. c. 12 p. 102 nec patri nec matri ſimilis fuit, eod. c. 12 p. 102 & c. 14 p. 113 eqvos ſcitè regere didicit, l. 2 c. 12 p. 103. Aſtronomiam addiſcere cupit, eod. c. 12. p. 103. Nectanebum præceptorem ſuum, in foveam protrudit, dict. c. 12 p. 104, eundem inde extrahit & ad regium palatium defert, eod. c. 12 p. 104 quoſnam ille præceptores habuerit, l. 2 c. 13 p. 106. Bucephalum equum domat eique inſidet, dict. c. 13 p. 106 cum Nicolao, Andriæ rege, pugnat, eod. c. 13 p. 108 illum in fugam conjicit, d. c. 12 p. 108 eodem interfecto triumphans in patriam redit, d. c. 13 p. 108. Philippo patri ob expulſam Olympiadem, matrem ſuam, ſuccenſet, eod. c. 13 p. 109. Seleucum, exercitus ducem interficit, d. c. 13 p. 109. Philippum, patrem ſuum, morbo laborantem inviſit, eod. c. 13 p. 109. Olympiadem, matrem ſuam, Philippo patri ſuo reconciliat, dict c. 13 p. 110 legatos Darii regis ſcito reſponſo dimittit, l. 2 c. 14 p. 110. Armeniam & Caraſenam, provincias rebelles, ad officium reducit, dict. c. 14 p. 110 cum Oſane, Aganiæ domino, pugnat victumqve interficit, eod. lib. 2 c. 14 p. 111 & ſeqv. patri ſuo in regno ſuccedit, dict. c. 14 p. 112 principes ſuos ad bellum hortatur, eod. c. 14 p. 112 exercitum ſuum recenſet, l. 2 c. 15 p. 114 naves in Siciliam deduci jubet, eod. c. 15 p. 115 à Romanis rex ſalutatur, dict. c. 15 p. 115 in Africam profectus Lybiam, & Barbariam ſubjugat, eod. c. 15 p. 115 ægrotat, d. c. 15 p. 115 à Philippo, medico, curatur, eod. c. 15 p. 115. Mediam ſubigit, d. c. 15 p. 115. Euphrate trajecto Bactrianorum terram ſibi ſubjicit, eod. c. 15 p. 115 cum Dario pugnat eumqve vincit, d. c. 15 p. 116 ejuſdem uxorem & liberos capit, eod. cap. 15 p. 116. Antipatrum & Aſcatandrum ad copias contrahendas mittit, d. c. 15 p. 117. Abeſſam, Britanniam, Olinton, Cananæam ac Mæothin ſubjugat, eod. c. 15 p. 117 in Mæothi provincia fame premitur, d. c. 15 p. 117 Luciorum regnum & Acarcanthum terram ſubigit, eod. c. 15 p. 117. Ægyptum domat, ibid. p. 117. Tripolis incolas interfici jubet, l. 2 c. 15 p. 117 ad Carthaginenſium urbem venit, eod. c. 15 p. 118. Tigrim ſui juris facit, ibid. p. 118 in Perſiam veniens ſtratagemate utitur, d. c. 15 p. 118. Evimolò, amicò qvodam aſſumptò, ad flumen Araſtagan venit, eod. c. 15 ead. p. 118. ad urbem regis Darii mutatò habitu venit, ibid. p. 119 cum Dario loqvitur, eod. c. 15 p. 119 à principe quodam Darii agnoſcitur, ibid. p. 120 fugâ ſalutem quærit, d. c. 15 p. 120 cum Dario iterum pugnat eumque vincit, eod. c. 15 p. 121 exercitum in Mediam ducit, d. c. 15 p. 121. Darium interfectum luget, l. 2 c. 15 p. 122 in vaſtiſſimum deſertum venit, ubi Pygmæos deprehendit, d. l. 2 c. 16 p. 122. in regionem Alſeluacin venit, ibique gigantes deprehendit, eod. c. 16 p. 123 varia animalium hominumque genera ibidem reperit, d. c. 16 p. 123 & ſeq. arbores miræ naturæ eo in loco deprehendit, d. l. 2 c. 16 p. 124 ad montes tenebroſos venit, eod. c. 16 p. 125 & ſeq. exercitum in Indiam ducit, l. 2 c. 17 p. 127 ad explorandam Indiam mercatoris habitum induit, d. c. 17 p. 127 ad Porum, regem Indiæ, vincendum ſtratagemate utitur, eod. c. 17 p. 127 cum Poro pugnat eumque monomachiâ interficit, dict. c. 17 p. 128 illius regionem ſibi ſubjicit, eod. c. 17 p. 128 ad Ocaphardicorum ſive Acarmajin regionem venit eorumqve ſapientiam variis qvæſtionibus explorat, d. c. 17 p. 129 ad Ariſtotelem, præceptorem ſuum, epiſtolas multas ſcribit, l. 2 c. 18 p. 131. Ariſtoteli per easdem narrat, qvid ſibi in India evenerit, dict c. 18 p. 131 in regionem Indiæ, Perſiacon, venit, eod. c. 18 p. 131 Ariſtoteli ſcribit, qvid ſibi ibidem acciderit, ibid. p. 131 ad urbem qvandam Indiæ, in medio flumine ſitam, venit, d. cap. 18 p. 132 recenſet, qvid ibi viderit, eod. c. 18. p. 132. in regionem Caphſiacon venit, dict. c. 18. p. 133. narrat, qvid ibidem ſibi evenerit, eod. c. 18. p. 133. arbores ſolis ac lunæ ibidem reperit easque de vitæ ſuæ fine conſulit, d. cap. 18. p. 134. in regnum Semidemim venit, c. 19. p. 135. ad Candacem, Semidemim reginam, literas ſcribit, d. c. 19. p. 135. munera pretioſiſſima, à Candace miſſa, accipit, eod. c. 19. p. 136. habitum mutat & Antigoni nomen aſſumit, d. c. 19. p. 137. ad Amazonum ducem mittit legatum, eod. c. 19. p. 138. ad Candacem mutato vultu & habitu venit, dict. c. 19. p. 140. in illius conclave deducitur, eod. cap. 19. p. 140. à regina verbis caſtigatur, dict. l. 2. c. 20. p. 142. & ſeq. Barbaroni, Candaclis filio, conſilium dat eoque viram ſuam ſervat, eod. c. 20. p. 144 ad caſtra ſua redit, d. c. 20. p. 145. ad Amazonum inſulas iter ſuſcipit, l. 2. c. 21. p. 146. literas ad easdem ſcribit, dict. c. 21. p. 146. per literas illis reſpondet, eod. c. 21. p. 148. Amazonum inſulam intrat, d. c. 21. p. 148. ad fluvium Anthelanta venit, eod. c. 21. p. 148. Cynocephalos reperit, ibid. p. 149. ad urbem Solis, Helium, venit, d. c. 21. p. 149. Soli ſacra ibidem facit, eod. c. 21. p. 149. regiones Cares & Cariceſem, ſubigit, d. c. 21. p. 149. Babylonem tandem revertitur, l. 2. c. 22. p. 150. ab Ælio ſeu Jolla, pocillatore, venenata potione tollitur, d. c. 22. p. 150. illius corpus Alexandriæ ſepelitur, eod. c. 22. p. 151. nativitatis & mortis tempus in eundem diem incidit, d. c. 22. p. 152. quinam Hiſtorici res ab eo geſtas ſcripſerint, l. 2. c. 22. p. 152. an ipſe Romanos ſubegerit, l. 5. c. 1. p. 356. Romanis parere noluit, l. 6. c. 1. p. 545. illius egregia ſortitudo ac fortuna, dict. l. 6. c. 39. p. 759. Alanos ferreis repagulis concludit, eod. lib. 6. c. 56. p. 874.
Alexander, Roxanis reginæ filius, l. 2. c. 23. p. 154.
Alexander, Cleoſidis reginæ filius, ex Alexandri Magni concubitu conceptus, l. 2. c. 23. p. 154.
Alexander, Hyrcani filius, l. 4. c. 7. p. 275. mortuo Ariſtobulo in regno ſuccedit, d. l. 4. c. 9. p. 283. it. l. 6. c. 6. p. 563. Jannæus fuit appellatus, eod. l. 4. c. 9. p. 284. Ptolemaidem oppugnat, ibid. Zoilum, Sidoniorum regem, in fugam vertit, ibid. p. 286. legatos ad Cleopatram, reginam, mittit, l. 4. c. 10. p. 286. contrà Lathyrum copias educit, ibid. à Lathyro vincitur, ibid. p. 288 Geraram obſidet ac capit, d. l. 4 c. 10 p. 289 Hamath & Raphiam, urbes, capit, eod. l. 4. c. 11 p. 289. Gazam ſubjugat, d. c. 11 p. 290. Aretam,

retam, Arabiæ regem, vincit, ibid. p. 290. Pharisæos cædi jubet, eod. c. 11. p. 292. eorundem multa millia interficit, d. l. 4. c. 12. p. 293. adversùs Demetrium pugnat, eod. c. 12. p. 294. ab illo vincitur, ibid. quingentos ex primoribus Pharisæis cruci affigi jubet, dict. l. 4. c. 12. pag. 295. cur ille transfossor appellatus sit, ibid. p. 295. Diam, Hasmonam, Gaulam, Seleuciam, Gasalam & Antiochi collem capit aliasque urbes subigit, ibid. p. 296. in morbum incidit, l. 4. c. 13. p. 298. uxori suæ prudens consilium dat, ibid. mortuus magna cum pompa sepelitur, dict. c. 13. p. 299.

Alexandra, Alexandri regis uxor, & Hyrcani nurus, lib. 1 cap. 21 p. 66 Alexandro marito defuncto succedit in regno, l. 4 c. 13 p. 300 it. l. 6 c. 6 p. 563. Hyrcanum filium, natu majorem, summo sacerdotio; minorem verò, Aristobulum, exercitui præficit, l. 4 c. 13 p. 300 obsides à finitimis tyrannis ac regibus accipit, ibid. p. 301. Aristobulum filium ad urbem, Damascum, subigendam mittit, eod. lib 4 c. 15 p. 304 in morbum incidit, dict. c. 15 p. 305 Pharisæos importunos repellit. lib. 4 c. 16 p. 307 moritur. ibid p. 308 illius laus, ibid. p. 308 quo tempore mortua sit, l. 4 c. 17 p. 311.

Alexandrium, oppidum, l. 4 c. 14 p. 303 & d. l. 4 c. 22 p. 329 eò confugit Aristobulus, ibid. & eod. l. 4 c. 24 p. 339 à Gabinio oppugnatur, dict. c. 24 p. 339 Herodes eò se recipit, l. 5 c. 21 p. 433.

Alexandria, Ægypti urbs, l. 5 c. 21 p. 433 Alexandrinorum virtus in oppugnatione urbis Hierosolymæ, l. 6 c. 35 p. 716.

Alexander, Aristobuli filius, l. 4 c. 24 p. 337. Romam ducitur, ibid. evadit inde & in Ægyptum venit, ibid. Hierosolymam proficiscitur, ibid. p. 338 Hyrcanum & Antipatum fugat, l. 4 c. 24 p. 338 cum Romanis pugnat, ibid. vincitur, ibid. p. 339. Alexandrium oppidum fugiens petit, ibid. p. 339 à Gabinio repellitur, dict. c. 24 p. 339 pacem cum Gabinio facit, ibid. p. 340 à Romanis iterùm deficit, l. 4 c. 25 p. 344 montem Garizim occupat, ibid. à Gabinio vincitur, ibid. p. 345

Alexander, Herodis ac Mariamnæ filius, natu minor, l. 5 c. 23 p. 445. Romà revertitur, eo l. l. 5 c. 28 p. 466 regis Cappadociæ filiam uxorem ducit, ibid. Romam ducitur à patre, Herode, ibid. p. 469 accusatur ab illo apud Augustum, Cæsarem, ibid. accusationi, ab Herode institutæ, respondet, l. 5 c. 28 p. 469 patri reconciliatur ab Augusto, ibid. p. 470 patris odium denuò incurrit, l. 5 c. 29 p. 474 & c. 30 p. 475 in carcerem conjicitur, ibid. epistolas dolò componit, eod. cap. 30 p. 476. Herodi patri ab Archelao reconciliatur, dict. c. 30 p. 479 denuò catenis constringitur, l. 5 c. 32 p. 484 suspendiò necatur in urbe Samaria, d. c. 32 p. 486 ejusdem filii, Tygranes & Alexander, l. 5 c. 33 p. 486

Alexander, Alexandri, Herodis filii, filius, l. 5 c. 33 p. 486

Alexander, Theodori filius, Judæorum legatus ad Julium Cæsarem, l. 5 c. 5 p. 373 idem mittitur ab Hyrcano ad Augustum & Antonium, l. 5 c. 7 p. 379.

Alexandra, Hyrcani filia, Mariamnæ mater, l. 5 c. 14 p. 405. Herodem odit, dict. l. 5 c. 15 p. 409 ad Cleopatram, Ægypti reginam, scribit, eod. c. 15 p. 409 ad eandem parat fugam, l. 5 c. 16 p. 413 commendatur Josepho, Salomæ marito, ab Herode, l. 5 c. 21 p. 432. Salomen, Herodis sororem, conviciis incessit, d. l. 5 c. 22 p. 442 consilium adversùs Herodem init, eod. l. 5 c. 23 p. 445 interficitur, ibid.

Alcimus, Judæus apostata, l. 3 c. 3 p. 177. Demetrium, regem, contrà Judæos instigat, d. l. 3 c. 21 p. 237. Judæos accusat, eod. c. 21 p. 237. Demetrium contrà Judæos iterum incitat, d. c. 21 p. 238.

Alchen, regio, l. 1 c. 21 p. 65.

Alath est mons Taurus, l. 1 c. 21 p. 65.

Alasar sive Alsar, regio, l. 1 c. 21 p. 65.

Alicanus, populus, l. 1 c. 1 p. 3.

Alexa, Salomæ maritus, Herodis mandatum non exeqvitur, l. 5 c. 40 p. 517.

Alexas, juvenis Judæus, vid. Eleasa.

Alani ferreis repagulis ab Alexandro M. concluſi, l. 6 c. 56 p. 874 fame pressi legatos ad Hyrcanam gentem vicinam mittunt, ibid. p. 872. transitum impetrant, eod. c. 56 p. 872 in Mediam irrumpunt, ibid. victum unius mensis impetrant à Pacoro, Medorum præfecto, dict. c. 56 p. 873 in patriam redire cupientes Mithridates adoritur, ibid. Mithridatem vincunt, ibid. p. 874

Alladius Sylvius, Italiæ rex, l. 1 cap. 3 p. 18

Almabenia à Romanis devicta, l. 2 c. 24 p. 160

Alseluacin, regio, l. 2 c. 16 p. 123

Alybes unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 4

Amalecitæ à Saule rege deleti, l. 2 c. 1 p. 73 vid. Armenii.

Amazonum dux Candaclis uxorem rapit, l. 2 c. 19 p. 137. Amazones Alexandro per literas respondent, d. l. 2 c. 21 p. 146 illarum vivendi modus & politia, eod. c. 21 p. 146 & seq.

Amathus, urbs, vid. Hamath.

Ambrithus à Cæsare Romano rex in Ægypto constituitur, l. 2 c. 24 p. 157

Ammans, urbs, l. 6 c. 28 p. 651 vid. Hamath Gaddi.

Amithæus, sacerdos, ad Simeonem mittitur, l. 6 c. 29. p. 663 apud Simeonem proditionis accusatur, d. l. 6 c. 42 p. 776 unà cum tribus filiis capitur, ibid. unus ex illis ad Romanos fugit, ibid. filios suos antè mortem alloqvitur, dict. l. 6 c. 42 p. 777 & seqv. carnificem compellat, ibid. p. 780 & seq. filios suos ultimò alloqvitur, eod. c. 42 p. 781 & seqv. carnificem denuò compellat, l. 6 c. 43 p. 787 ad Deum preces fundit, ibid. p. 788 & seq interficitur, d. c. 43 p. 790

Ammon, vallis, l. 2 c. 23 p. 155

Ammon, Deus, vid. Hammon.

Amphitheatrum ab Herode exstruitur, l. 5 c. 23 p. 447

Amulius, Italiæ rex, templum Sabbathæo sive Saturno condit, l. 1 c. 3 p. 18

Ananus, Bamadi filius Simeonis tyranni satelles, l. 6 c. 42 p. 780 & d. l. 6 c. 52 p. 851

Ananias, Danielis socius, l. 1 c. 15 p. 45

Ananelus, vid. Hananelus.

Ananias, Judæorum dux, l. 4 c. 5 p. 271 à Cleopatra exercitui præficitur, d. l. 4 c. 10 p. 288 Lathyri copias delet, ibid. p. 288

Ananias, Pontifex, Alexandro M. obviam procedit, l. 2 c. 7 p. 82

Ananias, pontifex, l. 6 c. 1 p. 541 illius filius, Eleazarus, ab Agrippa rege in atrium templi vocatur, d. lib. 6 c. 1 p. 542 ad Agrippæ orationem lachrymatur, eod. l. 6 c. 2 p. 549 legatos Neronis audit, d. l. 6 c. 7 p. 568 à Judæis dux eligitur, l. 6 c. 9 p. 574 Hierosolymæ præficitur, eod. c. 9 p. 574 variam hominum colluviem in urbem Hierosolymam recipit, l. 6 c. 26 p. 636. deseritur d. c. 26 p. 636 populum dehortatur, ne cum grassatoribus in Templo Domini pugnent, eod. c. 26 p. 638 grassatores in Templo obsideri jubet, d. cap. 26 p. 638 eosdem ad pacem & concordiam hortatur, eod. c. 26. p. 639 Idumæorum exercitum alloquitur, d. c. 26 p. 639 eidem à Simone respondetur, l. 6 c. 27 p. 641 & seq. ob magnam tempestatem, Hierosolymis ortam, non contremiscit, eod. c. 27 p. 642. Simeon, Gioræ filium, opprimere studet, l. 6 c. 29 p. 655 eundem intrà urbem Hierosolymam recipit, eod. c. 29 p. 663 à Summo Sacerdotio removetur, l. 6 c. 32 p. 681 interficitur, d. c. 32 p. 683 & c. 33 p. 689

Ananias, Masbali filius, Simeonis mandato interficitur, l. 6 c. 43 p. 791

Anbasa (Amboise) urbs à quibus sit condita, l. 1 c. 3 p. 18

Ancona, urbs Italiæ, l. 5 c. 9 p. 390

Ancus Martius, rex Romanus, l. 1 c. 4 p. 21

Andabus Arsacis, Parthorum regis, dux, l. 4 cap. 4 p. 263

Andreas, Ptolemæi regis vir primarius, l. 3 c. 2 p. 173

Andria, provincia, l. 2 c. 13 p. 107

Anger, populus, ubinam habitet, l. 1 c. 1 p. 4

Anglesi seu Angli, populus, l. 1 c. 1 p. 5 à Romanis subacti, l. 6 c. 1 p. 547

Anias Tervianus, Latini regis successor, templum Sabbathæo sive Saturno exstruit, l. 1. c. 3 p. 17

Annus qvot mensibus olim constiterit, l. 5 c. 1 p. 353

Annus remissionis Judæis sacer, l. 4 c. 2 p. 256

Anthelanta, fluvius, l. 2 c. 21 p. 148

Antipater, Alexandri M. dux, l. 1 c. 21 p. 66 & l. 2 c. 15 p. 117 consilium init de interficiendo Alexandro, d. l. 2 c. 22 p. 150 venenatam potionem Ælio tradit, eod. c. 22 p. 150 in Illyriam profectus regnum Pathros occupat, l. 2 c. 23. p. 153

Antipatris, urbs l. 6 c. 5 p. 559 & c. 8 p. 572

Anthedon, urbs, l. 4 c. 12 p. 296 vid. Antiochia.

Antiochus Magnus Antiochiæ regnat, l. 2 c. 24 p. 158 adversùs Syriæ regem bellum gerit, eod. c. 24 p. 158. Ptolemæum Philopatrem regno expellit, d. c. 24 p. 158 Judæos à patria religione abstrahere conatur, eod. c. 24 dict. p. 158 Hierosolymam vastat, ibid. ab Hasmonæis vincitur, d. c. 24 p. 158 à Tigrane, rege Armeniæ, expellitur regno, eod. c. 24 p. 159

Antiochus iste etiam illustris seu Epiphanes dictus fuit, l. 3 c. 3 p. 177 item l. 4 c. 3 p. 259. Judæos

dæos bellò petit, l. 3 c. 11 p. 204 & l. 4 c. 1 p. 249 ex Persia fugit, l. 3 c. 12 p. 208. Judæis cladem machinatur, eod. c. 12. p. 209 in morbum incidit, ibid. p. 210 acerbissimis cruciatibus vitam finit, l. 3 c. 12 p. 211 & l. 4 c. 1 p. 249 it. d. l. 4 c. 3 p. 259 ac l. 6 c. 6 p. 562
Antiochus Cyzicenus, l. 4 c. 5 p. 267
Antiochus Pius seu Soter Judæam bellò petit, l. 4 c. 3 p. 257. Hierosolymam obsidet, ibid. p. 257 pacem cum Hyrcano facit, l. 4 c. 3 p. 261 in prælio occumbit, eod. l. 4 c. 4 p. 264
Antiochia, urbs, à quonam sit condita, l. 2 c. 23 p. 153 ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 10 p. 289 & d. l. 4 c. 12 p. 296. it. l. 6 c. 9 p. 574
Antiochi collis urbs ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 12 p. 295
Antigonus junior, Athenarum rex, urbem Carthaginem condit, l. 2 c. 24 p. 157
Antigonus, Alexandri M. princeps, Alexandrum se esse simulat, l. 2 c. 19 p. 137. Ægypti regnum occupat, l. 2 c. 23 p. 153
Antigonus Hyrcani filius, l. 4 c. 5 p. 269 à fratre suo, Aristobulo, exercitui præficitur, d. l. 4 c. 7 p. 277 interficitur, eod. lib. 4 c. 8 p. 280
Antigonus, Aristobuli filius, Romam ducitur, l. 4 c. 24 p. 337 & l. 6 c. 6 p. 564. Julii Cæsaris auxilium implorat, l. 5 c. 3 p. 361 Antipatrum & Hyrcanum apud Julium Cæsarem accusat, dict. lib. 5 c. 3 p. 362 ab Hyrcano ad Pacorum, Parthorum regem deficit, eod. l. 5 c. 8 p. 383 bellò petitur ab Antonio & Herode, d. l. 5 c. 10 p. 392 Massadam obsidet, eod. c. 10 p. 493 in fugam vertitur, ibid. p. 394 bellò petitur ab Herode & Sosio, l. 5 c. 11 p. 396 vincitur ab Herode, eod. lib. 5 c. 12 p. 399 Antonii mandatò interficitur, dict. cap. 12 p. 402 & l. 6 c. 6. p. 564
Antipater Herodis Magni pater, alias Antipas dictus, l. 4 c. 17 p. 314, illius genus, eod. c. 17 p. 315 ab Alexandro, Judæorum rege, Idumæis præficitur, ibid. uxore ducta quatuor filios generat, dict. c. 17 p. 315 an ille Idumæus fuerit? ibid. p. 315 inter hunc & Hyrcanum magna est amicitia, lib. 4 c. 18 p. 316 seniores populi Israelitici in suam sententiam trahit, eod. cap. 18 p. 316 Hyrcano svader fugam, dict. c. 18 p. 317 ad urbem Arabiæ, Petram deserti, proficiscitur, eod. c. 18 p. 318 Aretam, Arabiæ regem, ad bellum contrà Aristobulum instigat, ibid. p. 318 ab Hyrcano ad Pompejum mittitur, l. 4 c. 20 p. 324. Pompejum ad suas partes trahit, dict. c. 20 p. 324. Judææ unà cum Hyrcano à Pompejo præficitur, l. 4 c. 24 p. 337. Petram deserti oppugnare vult, ibid. Judæos ad Romanorum obedientiam reducit, dict. l. 4 c. 25 p. 344 populo Judaico à Gabinio præficitur, ibid. p. 345 à Cassio defenditur, l. 4 c. 26 p. 348. Mithridati auxilio venit, l. 5 c. 2 p. 360. Pelusium obsidet, eod. l. 5 c. 2 p. 360. Ægyptiorum exercitum cædit, ibid. p. 361 Damascum proficiscitur ad Julium Cæsarem, eod. cap. 2 p. 362 coràm Cæsare se defendit contrà Antigoni accusationem, d. lib. 5 cap. 3 p. 363 filios suos populo Judaico præficit, d. l. 5 c. 3 p. 364 apud Hyrcanum à primoribus Judæorum accusatur, eod. l. 5 c. 4 p. 366 insidiis à Malchia petitur, d. l. 5 c. 6 p. 374 cum Malchia in gratiam redit, ibid. p. 375 venenò tollitur à Malchia, eod. l. 5 c. 6 p. 375 illius laus, ibid.
Antipater, Herodis filius, ex Dosithæa natus, l. 5 c. 28 p. 467 Herodis patris gratiam ubique captat, ibid. Alexandrum & Aristobulum apud Herodem criminatur, d. c. 28 p. 468 nova discordiarum semina inter fratres spargit, l. 5 c. 29 p. 473 ob fratres interfectos gaudet, d. l. 5 c. 33 p. 486. Romam mittitur ad Cæsarem Augustum, eod. l. 5 c. 34 p. 491. Herodem venenò tollere parat, d. c. 34 p. 492. Romà revocatur ab Herode, l. 5 c. 35 p. 497. Archelaum & Philippum apud Herodem accusat, dict. cap. 35 p. 498. Romà abiens Tarentum venit, l. 5 c. 36 p. 498 posteà Cæsaream, eod. cap. 36 p. 499 ac denique Hierosolymam venit, l. 5 c. 36 p. 500 parricidii accusatur, eod. c. 36 p. 500 & c. 37 p. 501 oratione sese defendit, & parricidii crimen diluere conatur l. 5 c. 38 p. 506 custodiæ traditur, eod. l. 5 c. 39 p. 512 ad Acmen, Augusti Cæsaris ancillam, scribit, d. c. 39 p. 512 ex custodia evadere conatur, l. 5 c. 40 p. 515 interficitur, eod. c. 40 p. 516 Ireadæ vel Hyrcaniæ sepelitur, d. c. 40 p. 516
Antipater sive Antipas nobilis Judæus à Johanne Galilæo interficitur, l. 6 c. 26 p. 636
Antipater, præfectus seu oeconomus Antipatris torquetur, l. 5 c. 35 p. 494 rem omnem detegit, eod. c. 35 p. 494
Antipas alias Antipater, Archelaum, Judæorum regem, Romæ accusat, l. 5 c. 42 p. 522. Archelao succedit in regno, d. l. 5 c. 43 p. 528 & c. 45 p. 533 it. l. 6 c. 6 p. 564. Philippi, fratris sui adhuc viventis, uxorem in matrimonium ducit, l. 5 c. 45 p. 533 Johannem, Baptistam, interficit, eod. c. 45 p. 533 & p. 534 à Tiberio in Hispaniam relegatur, dict. c. 45 p. 534 & l. 6 c. 6 p. 564
Anthius, vid. Athenion.
Antiphilus, Antipatri amicus, l. 5 c. 35 p. 494
Antonius, dux Romanus, Cleopatræ amore capitur, l. 2 c. 25 p. 161 & l. 5 c. 8. p. 382 in Persiam proficiscitur, dict. l. 2 c. 25 p. 161. Cleopatram matrimonio sibi jungit, eod. c. 25 p. 162. Octaviam, priorem uxorem suam, expellit, dict. c. 25 p. 162 ab officio imperatorio removetur, ibid. p. 162 ab Augusto Cæsare vincitur, l. 2 c. 25 p. 162 & l. 5 c. 21 p. 436 Antonius, dictus Marcus l. 4 c. 24 p. 338 rem præclarè gerit, eod. c. 24 p. 339 in Ægypto apud Gabinium degit, l. 4 c. 25 p. 344 in leges Romanas peccat l. 5 c. 1 p. 356 bellò petitur à Cassio, dict. l. 5 c. 7 p. 378 honoratur cororâ regiâ, ab Hyrcano missâ, eod. c. 7 p. 379 Hyrcano per literas respondet, eod. c. 7 p. 379 exercitus Romani ducibus in Judæorum gratiam scribit, l. 5 c. 8 p. 382 nonnullos ex Judæis interficit, ibid. p. 383 Romam redit, l. 5 c. 8 p. 383 hospitiò excipit Herodem, d. l. 5 c. 9 p. 391 Pacorum bellò persequitur, eod. l. 5 c. 10 p. 392 eundem vincit, l. 5 c. 11 p. 396 Herodem maximo excipit honore, dict. c. 11 p. 396 Sosium Herodi mittit auxilio, eod. c. 11 p. 396 & c. 12 p. 399 Gellium, ducem, ad Herodem mittit, l. 5 c. 15 p. 410 Aristobulum ab Herode petit, eod. c. 15 p. 411 Syros ac Persas opprimit, l. 5 c. 17 p. 417 reges subjicit eosque Cleopatræ donat, c. 17 p. 417 & p. 418. arma contrà Augustum Cæsarem movet, l. 5 c. 18 p. 420 Herodem belli socium contrà Octavium Augustum habet, dict. cap. 18 p. 420
Antonia, arx Hierosolymitana, olim Baris dicta, l. 4 c. 15 p. 306 ejus descriptio, l. 6. c. 35 p. 714 & d. l. 6. c. 40 p. 760 ac c. 47 p. 819 & p. 821 item c. 49 p. 833 à Romanis evertitur, l. 6 cap. 53 p. 859 & c. 56 p. 876
Antonius, centurio Romanus, à quodam Judæo dolosè interficitur, l. 6 c. 18 p. 602
Antonius, dux quidam Romanus, l. 6 c. 12 p. 581 Ascalone erumpit multosque Judæos interficit, dict. cap. 12, p. 581 à Josepho interimitur, ibid. p. 583
Antonius dux à Vespasiano Romam mittitur, l. 6 c. 30 p. 664
Anubis templum Romæ, l. 5 c. 44 p. 530 illius sacerdos auro corrumpitur, d. c. 44 p. 531 ejusdem templum Tiberii jussu diruitur & sacerdos interficitur, eod. c. 44. p. 532
Apama Rabesaci Themasii filia, l. 1 c. 18 p. 53
Apelles seu Apollonius à Matthathia, sacerdote, interimitur, l. 3 c. 8 p. 197
Apipothomi, vid. Hippopotami.
Apharsemon vid. Baltamum,
Apollonius, Hyrcani legatus, Romam mittitur, l. 4 c. 4 p. 266
Apollonius, exercitus Macedon. dux, à Juda Maccabæo interficitur, l. 3 c. 10 p. 203
Apollonius Demetrii regis dux, l. 4 c. 1 p. 249
Apollonia urbs ab Alexandro Jannæo capta, l. 4 c. 12 p. 296
Apollinis templum Romæ, l. 5. c. 41 p. 522 templum Apollinis Gazæ, l. 4 c. 11 p. 291 crematur, ibid.
Apollodotus, Gazensium dux, Judæos clade afficit, l. 4 c. 11 p. 290
Apollophanes Timothei frater, l. 3 c. 13 p. 215
Aponia, l. 1 c. 18 p. 53 vid. Apama.
Appion, Ægyptiorum legatus, ad Cajum Caligulam mittitur, l. 5 c. 45 p. 535 Judæos accusat, dict. c. 45 p. 535
Aquæ calidæ vid Thermæ.
Aquila aurea ab Herode facta, l. 5 c. 41 p. 521 Judæi quidam illam è porta Templi dejiciunt, dict. c. 41 p. 521
Aquilejenses, l. 1 c. 1 p. 3
Arabes, l. 2 c. 9 p. 92
Arabia à Romanis subjugata, l. 2 c. 24 p. 160 Arabiæ desertum, l. 3 c. 18 p. 231 Arabiæ rex ab Herode bellò petitur, l. 5 c. 18 p. 421. Judæos cædit, d. c. 18 p. 421 legatos Herodis interfici jubet, l. 5 c. 19 p. 423 contrà Judæos arma capit, eod. c. 19 p. 423 adversus Judæos pugnans vincitur, l. 5 c. 20 p. 430
Araris, fluvius, l. 1 c. 1 p. 6
Ararat, l. 6 c. 56 p. 871 vid. Armenia.
Arastaga, fluvius in Persia, l. 2 c. 15 p. 118, vid. Istargan.
Arbor Solis, l. 2 c. 18 p. 134 arbor Lunæ, eod. l. 2 c. 18 p. 134
Arbores humana voce loquentes, l. 2 c. 18 p. 134

arborum quatuor ſpecies in feſto tabernaculorum l. 4 c. 3. p. 258, & c. 7 p. 277, ac c. 11 p. 291
Arcij, certa gens, l. 2 c. 9 p. 92
Ardala, Simeonis ſatelles, l. 6 c. 54 p. 864
Ardea, vid. Jarrera.
Ardena, regio, l. 1 c. 1 p. 8
Arelatenſe regnum, l. 1 c. 1 p. 6
Aria, l. 1 c. 1 p. 4
Ariſtæus, Ptolemæi, Ægyptiorum regis, princeps, l. 3 c. 2 p. 173
Areta, rex Arabiæ, l. 4 c. 11 p. 290 & d. l. 4 c. 14 p. 302 Gazæis ſubſidio venit, eod. l. 4 c. 11 p. 290 ab Alexandro Jannæo vincitur, dict. c. 11. p. 290. Hyrcanus ad illum fugit, l. 4 c. 18 p. 318 bellum contrà Ariſtobulum ſuſcipit, eod. c. 18 p. 319 urbem Hieroſolymam oppugnat, l. 4 c. 18 & c. 19 p. 319 cum Ariſtobulo pugnat, eod. l. 4 c. 19 p. 319 Hieroſolymæ obſidionem ſolvit, d. l. 4 c. 20 p. 322 ab Ariſtobulo clade afficitur, eod. c. 20 p. 323 Herodem Antipam vincit, l. 5 c. 45 p. 534
Aridada, vid, Oridara.
Archelaus Cappadociæ rex, l. 5 c. 28 p. 467 & d. l. 5 c. 33 p. 489 ad Herodem venit, l. 5 c. 30 p. 477 Alexandrum & Ariſtobulum Herodi reconciliat, d. c. 30 p. 479 donis auctus ab Herode domum redit, l. 5 c. 31 p. 481
Archelaus, Magaddati filius, ad Titum fugit, l. 6 c. 52 p. 851
Archelaus, Herodis filius, Romæ degit, l. 5 c. 35 p. 497 ab Antipatro apud patrem accuſatur, dict. l. 5 c. 35 p. 498 patri cultrum, quò ſe ipſe interficere voluit, extorquet, eod. l. 5 c. 40 p. 515 Herodis ſucceſſor conſtituitur, eod. c. 40 p. 516 rex declaratur, l. 5 c. 41 p. 518 à Judæis traducitur, d. c 41 p. 521 Romam regni confirmandi causâ proficiſcitur, l. 5 c. 42 p. 522 ab Herode Antipa accuſatur, eod. c. 42 p. 522 ab eo aliquot millia Judæorum in Templo interficiuntur, ibid. p. 524 à Nicolao Damaſceno defenditur, l. 5 c. 42 p. 525 ab Auguſto confirmatur in regno, d. l. 5 c. 43 p. 526 quamdiu regnaverit, eod. c. 43 p. 527 Jobabi uxorem matrimoniò ſibi jungit, ibid p. 527 ſomnium habet, l. 5 c. 43 p. 528 catenis conſtrictus Romam ducitur, eod. c. 43 p. 528 & l. 6 c. 6 p. 564. Viennam mittitur in exilium, l. 5 c. 43 p. 528
Arietes bellici quomodo à Romanis fabrefacti fuerint, l. 6 c. 15 p. 591 illorum deſcriptio & uſus, d. l. 6 c. 15 p. 591 eorum duæ ſpecies, eod. c. 15 p. 592 & p. 593 item c. 17 p. 599 & c. 36 p. 720 arietum curulium deſcriptio, l. 6. c. 40 p. 761 à Judæis incenduntur & deſtruuntur, eod. cap. 40 p. 761
Ariſthæus, ſcriba, Simeonis tyranni mandatò interficitur, l. 6 c. 43 p. 791
Ariſtobulus, Alexandri Jannæi, Judæorum regis, filius, l. 1 c. 21 p. 67 & l. 4 c. 13 p. 300. natu minor fuit, eod. l. 4 c. 13 p. 300 & l. 6 c. 6 p. 563 à matre, Alexandra, exercitui præficitur, l. 4 c. 13. p 300 fit princeps Sadducæorum, dict. c. 13 p. 300 ad urbem, Damaſcum, ſubigendam mittitur, l 4 c. 15 p. 304 Hieroſolyma relictâ Gibeam profugit, eod. c. 15 p. 305 exercitum colligit, ibid. cum Hyrcano, fratre majore, prælium init eumque vincit, l. 4 c. 17 p. 313 Hieroſolymam obſidet, dict. c. 17 p. 313 pacem cum Hyrcano fratre facit, ibid. p. 314 Antipatrum interficere vult l. 4 c. 18 p. 316 cum Areta, rege Arabiæ, pugnat, eo l. l. 4 c. 19 p. 319 à ſuis deſertus Hieroſolymam venit, dict. c. 19 p. 319 Scauro munera mittit, l. 4 c. 20 p. 322 Aretam, Arabiæ regem, clade afficit, dict. c. 20 p. 323 Pompejo munera mittit, eod. c. 20. p. 33 Damaſcum venit ad Pompejum, l. 4 c. 21 p. 326 regni occupati cauſas coràm Pompejo deducit, eod c. 21 p. 326 urbes ablatas priſtinis dominis reſtituit, l. 4 c. 21 p. 328 clàm profugit, eod. c. 22 p. 328. Alexandrium, oppidum, petit, ibid. Pompejo ſe dedit, d. c. 22 p. 329 in oppidum Alexandrium denuò redit, eod. c. 22 p. 329 relictò Alexandrio Hieroſolymam contendit, ibid. urbe egreſſus pacem à Pompejo petit, l. 4 c. 22 p. 331 ab illo in carcerem conjicitur, dict. c. 22 p. 331 catenis conſtringitur, l. 4 c. 23 p. 336 Romam cum filiis & filiabus ducitur, eod. l. 4 c. 24 p. 336 cum Antigono, filio ſuo, Roma fugit in Judæam, l. 4 c. 25 p. 341 milites ibidem colligit, eod. c. 25 p. 341 cum Gabinio pugnat, ibid. Macheruntem profugit, dict c. 25 p. 342 vivus in Romanorum poteſtatem venit, eod. c. 25 p. 342 Romam miſſus ad mortem damnatur, ibid. item l. 5 c. 1 p. 359 illius laus, l. 4 c. 25 p. 343 ejusdem filii Hieroſolymam mittuntur à Senatu Romano, eod. c. 25 p. 343 à Julio Cæſare è cuſtodia dimittitur, l. 5 c. 1 p. 359 duabus legionibus ab eodem præficitur, dict. c. 1 p. 359 venenò tollitur, eod. c 1 p. 359
Ariſtobulus, Alexandræ reginæ filius, l. 5 c. 15 p. 409 frater fuit Mariamnæ, uxoris Herodis, eod. c. 15 p. 410 idem nominatus fuit Jonathan, ibid. p. 409 Herodis invidiam incurrit, l. 5 c. 16 p. 414 in aqua ſubmergitur, ibid. p. 416 à matre Alexandra & ſorore Mariamna, defletur, dict. c. 16 p. 416 ab Herode maximâ pompâ ſepelitur, eod. c. 16 p. 416
Ariſtobulus, Herodis & Mariamnæ filius, natu major, l. 5 c. 23 p. 445 Roma revertitur, dict. l. 5 c. 28 p. 446 Salomæ, ſororis uxoris, filiam uxorem ducit, eod. c. 28 p. 466 Herodi patri reconciliatur, dict. c. 28 p. 471 catenis conſtringitur, l 5 c. 30 p. 475 Herodi patri reconciliatur, eod. c. 30 p. 479 iterum catenis conſtringitur, l. 5 c. 32 p. 483 & ſeqq. ſuſpendio necatur Samariæ, eod. c. 32 p. 486 ejusdem filii tres, l. 5 c. 33 p. 486 duæ illius filiæ, ibid.
Ariſtobulus, Hyrcani filius, l. 2 c. 25 p. 160 & l. 4 c. 5 p. 269 rex magnus dictus, d. l. 4 c. 7 p. 276 & l. 6 c. 6 p. 563. Tyriis ac Sidoniis bellum infert, l. 4 c. 7 p. 276 matrem & fratres catenis conſtringit, eod. c. 7 p. 276 morbo laborat, d. c. 7 p. 277 fratrem Antigonum interfici curat, l. 4 c. 8 p. 280 ipſius ſanguis cum ſanguine fraterno mirabili caſu miſcetur, eod. c. 8 p. 281 moritur, l 4 c. 9 p. 283 Cephalis vel potius φιλίππη à Græcis appellatus, eod. c. 9 p. 283
Ariſtobulus, Ariſtobuli, filii Herodis, filius, l. 5 c 33 p. 486
Ariſtoteles, Alexandri M. præceptor, l. 2 c. 13 p. 106 & c. 14 p. 113 eidem ab Alexandro mittuntur literæ, d. l. 2 c. 18 p. 131 Romæ commoratur, eod. l. 2 c. 24 p. 146 ipſius conſilio monetæ æneæ Romæ cuditur, d. c. 24 p. 146
Ἄκκη ſeu Ἀκκέη, urbs, l. 4 c. 12 p. 293
Arlaces, Perſarum ſive Parthorum rex, l. 4 c. 4 p. 262 Antiochum victum interficit, eod. c. 4 p. 264
Armenia, à Cambyſe ſubacta, l. 1 c. 22 p. 71 Ararat. dicta, l. 6 c. 56 p. 871 à Philippo, Macedonum rege, deficit, l. 2 c. 14 p. 110 eadem provincia ab Alexandro M. ſubigitur, d. c. 14 p. 111 vid. Ararat.
Armenii, qui etiam Amalicitæ dicti ſunt, Romanis ſubjiciuntur, l. 2 c. 24 p. 159
Armilla, Syrorum princeps, l. 5 c. 8 p. 385
Arſimon, juvenis Judæus, rem præclare gerit, l. 6 c. 47 p. 821
Artaban ſeu Artabazes, Armeniæ rex, l. 5 c. 17 p. 419 ab Antonio vincitur, d. c. 17. p. 419
Artaxerxes, Perſarum rex, l. 2 c. 1 p. 72 aliàs Artaſaſtha, Nectanebum, Ægypti regem, bello perſequitur, l. 2 c. 9 p. 91
Arzanene regio, l. 1 c. 1 p. 4
Arzanii, populus, l. 1 c. 1 p. 4
Artorius, nobilis Romanus, incendio corripitur, l. 6 c. 50 p. 841 Lucium, amicum ſuum, hæredem inſtituit, eod. c. 50 p. 841 eundem cadendo opprimit, ibid.
Aſamon, mons, l. 6 c. 5 p. 558
Aſaph, ſylvæ Libani cuſtos, l. 1 c. 19 p. 58
Asbianus, regis Latini ſucceſſor, moritur, l. 1. c. 3 p. 17
Aſcalon, urbs, l. 2 c. 6 p. 85 & l. 6 c. 12 p. 581 ir. d. l. 6 c. 31 p. 678 ab Alexandro M. ſubjugata, l. 2 c. 6 p. 85 à Judæis deficit, l. 6 c. 12 p. 581 obſidetur, ibid. à Joſepho capitur, l. 6 c. 12 p. 583
Aſcenas, populus, l. 1 c. 1 p. 1
Aſcatander, Alexandri M. dux, l. 2 c. 15 p. 117
Asdrubal, Hannibalis frater, à Scipione vincitur, l. 3 c. 15 p. 224 vid. Osdrubal.
Asdod, urbs, l. 3 c. 23 p. 246 ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 12 p. 296
Aſophon, locus quidam apud Jordanem, l. 4 c. 10 p. 287
Aſochitos, urbs, vid. Sancheta.
Aſpaſia, Cyri pellex, l. 1 c. 18 p. 53 & 54
Aſpaltitis, lacus, l. 5 c. 14 p. 406 & l. 6 c. 28 p. 650
Aſtaroth, urbs, l. 3 c. 12 p. 208
Aſtoros, provincia, l. 1 c. 2 p. 12
Athenæ, l. 2 c. 24 p. 157 iſtius urbis rex Antigonus, d. c. 24 p 157
Athenion ſive Anthius, Cleopatræ dux, l. 5 c. 18 p. 421 Herodi auxilio mittitur, eod. c. 18 p. 421 inſidias ſtruit Herodi, ibid. Judæos clade afficit, d. c 18 p. 422
Atlas, Italiæ rex, l. 1 c 1 p. 7 illius filia Roma dicta, dict. c. 1 p 7
Atria Templi, ab Herode exſtructi, l. 5 c. 26 p. 469
Aventinus Sylvius, Italiæ rex, templum Sabbathæo ſive Saturno condit, l. 1 c. 3 p. 18 adverſus filios

Riphat & Tures bellum gerit, d. c. 3 p. 18 illos vincit, eod. c. 3 p. 18

Aventinus, mons, unde nomen suum habeat, l. 1 c. 3 p. 18

Aulana, locus quidam, l. 6 c. 34 p. 695

Augustus, Cæsar Romanus, l. 2 c. 25 p. 162 & l. 3 c. 1 p. 168 item l. 5 c. 1. p. 353 à Cassio armis petitur, l. 5 c. 7 p. 377. vincit Cassium, eod. c. 7 p. 378 Julio Cæsari succedit, ibid. Augusti nomen unde veniat, l. 5 c. 7 p. 378 Hyrcani regis legatos recipit, ibid. p. 379 Hyrcano per literas respondet, l. 5 c. 7 p. 379 bellò petitur ab Antonio, d. l. 5 c. 18 p. 420 vincit Antonium, l. 2 c. 25 p. 162 & l. 5 c. 21 p. 432 Cleopatram ejusque filios interficit, l. 2 c. 25 p. 162 classe venit ad Rhodum, l. 5 c. 21 p. 432 Herodem in potestatem suam redigit, l. 2 c. 25 p. 162 Herodem interimere vult, l. 5 c. 21 p. 433 eundem in gratiam recipit, eod. c. 21 p. 437 regnum eidem confirmat, dict. c. 21 p. 437 in Ægyptum proficiscitur, ibid. p. 438 Herodi milites scutatos è gente Gallica donat, l. 5 c. 21 p. 438 Herodi filios suos reconciliat, l. 5 c. 28 p. 471 eidem munera dat, dict. c. 28. p. 471 Cantabriam subjugat, l. 2 c. 25 p. 163 moritur, l. 5 c. 44 p. 529 quamdiu imperium administraverit, l. 2 c. 25 p. 165

Ausidus, amnis, l. 3 c. 15 p. 222

Aurelia, Julii Cæsaris mater, l. 5 c. 1 p. 349

אוריים quid, l. 4 c. 11 p. 291

Αυτοχειρία prohibita, l. 5 c. 4 p. 555 & seq. illa svadetur Josepho à Judæis sociis, d. l. 6 c. 19 p. 604 à Josepho dissvadetur & improbatur, eod. l. 6 c. 20 p. 608 à matre Josephi illa improbatur, l. 6 c. 44 p. 797

Αυτοχειρων pœnæ, l. 6 c. 20 p. 611

Azarias, Danielis socius, l. 1 c. 15 p 45

Aza Hebræis est Gaza, l. 3 c. 17 p. 228 vid. Asdod.

Azrali sive Arzali, certa gens, l. 1 c. 1 p. 4

Azymorum festum, vid. Pascha.

B.

Baaligobin, locus, l. 6 c. 31 p. 678

Baba, princeps Judæus, l. 5 c. 23 p. 447 illius filii interficiuntur, d. c. 23 p. 447

Babel, unde nomen acceperit, l. 1 c. 1 p. 2

Babylon, l. 1 cap. 5 p. 23 de hac urbe vaticinia Esaiæ & Jeremiæ, d. l. 1 c. 5 p. 23 a Medis ac Persis capitur, eod. l. 1 c. 7 p. 28

Babylonii à Romanis bellò petuntur, l. 1 c. 4 p. 22

Bachydes Syriæ præses, l. 3 c. 12 p. 207 à Juda Maccabæo in fugam vertitur, ibid. p. 208

Bachydes Macedonum regno præfuit, l. 3 c. 23 p. 244 Judam Maccabæum improvisò adoritur, d. c. 23 p 244 eundem interficit, eod. c. 23 p. 246 Jonathanem in angustias redigit, l. 4 c. 1 p. 247 comprehensus à Judæis incolumis dimittitur, eod. c. 1 p. 248

Bagor, Macedoniæ princeps, l. 4 c. 13 p. 298

Bagthan vid. Bigthan.

Baithus, Samaritarum hæresiarcha, l. 4 c. 6 p. 274

Ballistæ earumque usus & effectus, l. 6 c. 17 p. 600

Balsamum Hebræis Apharsamon, l. 4 c. 22 p. 329 qualis arbor, d. c. 22 p. 329 item l. 5 c. 16 p. 414

Barbaria ab Alexandro M. subjugatur, l. 2 c. 15 p. 115 Barbariæ gentes Arabiæ regi auxilio veniunt, l. 5 c. 19 p. 423

Barbara lingva quænam sit à Judæis dicta, l. 1 c. 3 p. 14

Barbaron regis Candacis filius natu minimus, l. 2 c. 20 p. 142 idem Pori, regis Indiæ, gener, d. c. 20 p. 142

Bardi sive Berdi ubinam habitârint, l. 1 c. 1 p. 6

Baris, arx, vid. Antonia.

Barnabazus, servus Judæus. l. 2 c. 1 p. 73

Barzaphernes, Parthorum satrapa, l. 5 c. 8 p. 385

Barsene, Darii filia, Alexandri M. uxor, Herculem filium parit. l. 2 c. 23 p. 154

Basmin, gens, unde orta sit, l. 1 c. 1. p. 8

Bathillus, Antipatri libertus, l. 5 c. 36 p. 498 venenum Româ affert ad tollendum Herodem, ibid.

Batenin, regio, l. 2 c. 15 p. 121

Bethuroth, urbs, l. 4 c. 12 p. 297 ab Alexandro Jannæo subigitur, ibid.

Beersaba, urbs, l. 4 c. 1 p. 247

Belamii, gens, l. 2 c. 9 p. 92

Belsazar, rex Babylonis, l. 1 c. 5 p. 23 convivium exhibet principibus suis, d. c. 5 p. 24 illius visio, ibid. interficitur, l. 1 c. 6 p. 26

Bellum inter filios Cittim & Thubal, l. 1 c. 1 p. 9 bellorum Domini liber à Josepho, Historico, conscriptus, l. 2 c. 24 p. 157 & l. 5 c. 1 p. 351 item l. 6 c. 6 p. 567 Judaicum bellum quando sit ortum, l. 6 c. 1 p. 540 intestinum bellum Hierosolymitanum, l. 6 c. 26 p. 637 & d. l. 6 c. 29 p. 654 & p. 664 item c. 32 p. 632 & c. 35 p. 702

Bel, idolum Babylonicum, l. 1 c. 13 p. 40 illius templum destruitur, eod. c 13 p. 42

Belori pomum, l. 6 c. 30 p. 672

Bemesilis, vid. Beth-semes.

Bendius, grassator Judæus, l. 6 c. 5 p. 560. illius insignis fortitudo, ibid.

Beneventum, urbs, l. 1 c. 2 p. 11

Berrhœa, urbs Syriæ. l. 3 c. 20 p. 236

Berenica, Salomæ filia, Aristobulo nubit, l. 5 c. 28 p. 467. illius filii tres, d. l. 5 c. 33 p. 487

Beronica, Agrippæ regis soror, ludibrio habetur à Felice. l. 6 c. 1 p. 540 & seq. Agrippam per literas evocat Hierosolymam, eod. cap. 1 p. 541 illius domus à grassatoribus Hierosolym. incenditur, l. 6 c. 3 p. 551

Berzetho, vicus, l. 3 c. 23 p. 244

Besemel vid. Bethsemes.

Bescusia, regio, à Vespasiano Romanorum ditioni subjicitur, l. 6 c. 9 p. 573

Bethar, vid. Bither.

Bethhoron, urbs, l. 3 c. 10. p. 203

Bethzura, vid. Bither.

Bethsana, eadem Scythopolis vocata, l. 3 c. 18 p. 232

Bethome vid. Bethsemes.

Bethbesa, urbs, l. 4 c. 1 p. 247

Bethalaga, oppidum l. 4 c. 1 p. 247

Bethzacharia, locus in Judæa, l. 3 c. 14 p. 217

Bethzura, l. 3 c. 14 p. 216 & d. lib. 3. c. 20 p. 234

Bethsemes, urbs, ab Alexandro Jannæo capta, l. 4 c. 12 p 295

Bira, fluvius, l. 1 c. 1 p. 5

Bightan seu Bagthan, Ahasveri regis custos, l. 2 c. 1 p. 73

Bithus, vid. Baithus.

Bithyniæ rex, Prusia, l. 3 c. 16 p. 225

Bittir, vicus, l. 3 c. 14 p. 216 ac 217 & lib. 3 c. 20 p. 234 item l. 6 c. 59 p. 887

בהט qualis sit lapis, l. 5 c. 26 p. 459

Bochus, Arabiæ rex. vid Maluchus.

Bondecia, mare, l. 1 c. 1 p. 6 & d. c. 1. p. 8

Boninus, Gorionis filius, Josephi frater, l. 6 c. 55 p 867 à Tito relinquitur Hierosolymis, dict. c. 55 p. 870 Scholæ Hierosolymitanæ post excidium urbis à Tito præficiuntur, l. 6 c. 59 p. 888

Bononia, l. 1 c. 4 p. 20

Borsen, seu Boratan regio, l. 1 c. 1 p. 4

Bosni, gens, l. 1 c. 1 p. 5

Brabandi, populus, l. 1 c. 1 p. 6

Brachmani sive Brachmanes, Gymnosophistæ Indi, Ocaphardici seu Acarmajin dicti, l. 2 c. 17 p. 129 legatos ad Alexandrum mittunt. d. c. 17 p. 129 ad varias Alexandri M. quæstiones sapienter respondent, eod. c. 17 p. 129

Britones, gens, l. 1 c. 1 p. 2 ab Hannibale victi, l. 3 c. 15 p. 222

Britannia, l. 1 c. 1 p. 2 ab Alexandro M. subacta, l. 2 c. 15. p. 117

Britanni, in Philippum, Macedoniæ regem, conjurant, l. 2 c. 14 p. 111 à Julio Cæsare subacti, l. 5. c. 1 p. 354 à Romanis domiti, l. 6 c. 1 p. 547 & d. l. 6 c. 9 p. 573

Brundusium, urbs Italiæ. l. 5 c. 9 p. 390

Brutus Julium Cæsarem interficit, l. 5 c. 6 p. 374 ab Augusto & Antonio victus interficitur, d. l. 5 c. 7 p. 378

Bucephalus, equus insignis, l. 2 c. 13 p. 105 ab Alexandro M. domatur, dict. c. 13 p. 106 interficitur, l. 2 c. 17 p. 128

Bulgar, gens, ubinam habiteat, l. 1 c. 1 p. 3 & p. 4

Bulgaria, regio, l. 1 c. 1 p. 4 & p. 8

Burgundi, ubinam habitarint? l. 1 c. 1 p. 6

Burgundia à Latino, hujus nominis secundo, Italiæ rege, subjugatur, l. 1 c. 3 p. 17 à Romanis subacta, l. 6 c 1 p. 547

Butius, decurio, ex urbe Gamala fugit, l. 6 c. 24 p. 632 à Judæis interficitur, d. c. 24 p. 632

Buz, gens, l. 1 c. 1 p. 3

C.

Cacus ab Hercule interfectus, l. 1 c. 2 p. 13

Cæsar, vid. Julius Cæsar.

Cæsares unde dicti, l. 5 c. 7 p. 378 cæsarum ctendorum mos apud Romanos, l. 6 c. 30 p. 667 & seqv.

Cæsarea arx, vid. Capitolium,

Cæsarea urbs, l. 4 c. 7 p. 278 & c. 8 p. 280 item l. 5 c. 24 p. 448 & c. 36 p. 499 olim Stratonis turris & Accaron dicta, l. 2 c. 25 p. 166 & l. 4 c. 7 p. 278 ac l. 5 c. 24 p. 448. in hac urbe portus ab Herode exstruitur, d. l. 5 c. 24 p. 449 istius urbis incolæ Judæos, apud se habitantes, interficiunt, l. 6 c. 3 p. 551 Josephum captivum ad mortem poscunt, l. 6 c. 23 p. 628 urbs illa à Cestio

à Cestio incenditur, dict. l. 6 c. 5. p. 558. Cestius eò confugit, eod. l. 6 c. 8 p. 572 vid. infra Stratonis turris.
Cajus Caligula Tiberio succedit, l. 5 c. 45 p. 534 numinis loco se coli jubet, dict. c. 45 p. 534 Petronium in Syriam adversùs Judæos mittit, ibid. p. 536 interficitur, ibid.
Calabria à Romanis subacta, l. 2 c. 24 p. 156
Callimander, Macedoniæ princeps, in prælio occumbit. l. 4 c. 5 p. 270
Callisthenes, Alexandri M. præceptor, l. 2 c. 13 p. 106
Calpetus Italiæ rex, l. 1 c. 3 p. 17
Cambyses Cyri filius, l. 1 c. 22 p. 71 Ægyptum subigit. ibid. Thalmiram, reginam, interficit, ibid.
Campania ejusque planities, l. 1 c. 1 p. 7 & c. 2 p. 12
Cana seu Canathan, locus in Cœlosyria, l. 5 c. 18 p. 421.
Canaan ejusque posteri, l. 1 c. 1 p. 9
Cananæa ab Alexandro M. subacta, l. 2. c. 15 p. 117
Candia, l. 1. c. 1 p. 4 olim Creta dicta, l. 2 c. 25 p. 163
Candace fœmina, Semidemim regno præest, l. 2 c. 19 p. 135 Alexandro M. per literas respondet, d. c. 19 p. 135 eidem dona mittit, eod. c. 19 p. 136 Alexandri M. faciem depingi curat. d. c. 19 p. 137 eundem in conclave suum deducit, eod. c. 19 p. 140 cum Alexandro loquitur, d. c. 19 p. 140 item c. 20 p. 141. & seq.
Candacles, Candacis reginæ filius, ad Ptolemæum, Alexandri principem, ducitur, l. 2 c. 19 p. 137 illius uxor ab Amazonum duce rapitur, d. c. 19 p. 137 Alexandri operâ illa eidem restituitur, eod. c. 19 p. 138 Alexandrum ad matrem suam ducit, d. c. 19 p. 140
Caninius seu Canidius Gallus, Consul Romanus, l. 5 c. 12 p. 401
Cannæ, urbs Italiæ, l. 3 c. 15 p. 222 & seq.
Canusium, Italiæ oppidum, l. 3 c 15 p. 222
Cantabria, ab Augusto Cæsare devicta, l. 2 c. 25 p. 163
Caperus Sylvius, Italiæ rex, templum Sabbathæo sive Saturno ædificat, l. 1 c. 3 p. 17
Caphtusium oppidum, l. 1 c. 1 p. 9
Caphsiacon, Indiæ regio ac metropolis, l. 2 c. 18 p. 133
Capitolium, l. 4 c. 20 p. 313 incendiò conflagrat, l. 2 c. 24 p. 159 Jovis Capitolini templum, l. 4 c. 20 p. 313 quando & à quo constructum sit Capitolium, l. 5 c. 1 p. 353 fœdus inter Romanos & Judæos ibidem repositum, d. l. 5 c. 9 p. 392
Cappadoces unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 5
Cappadociæ rex, Archelaus, l. 5 c. 28 p. 467 regio ista à Cyro subigitur, l. 1 c. 21 p. 64
Capertoch seu Caphertoba, urbs in Idumæa, à Vespasiano capitur, l. 6 c. 28 p. 651
Capua à Marcilio & Itulmo, ducibus Romanis, capitur, l. 2 c. 24 p. 158
Capys Sylvius, Italiæ rex, l. 1 c. 3 p. 17
Carasena, regio, à Philippo, Macedonum rege, deficit. l. 2 c. 14 p. 111
Caraseni, populus, l. 2 c. 14 p. 111
Carcabrones bellum contrà Romanos gerunt, l. 2 c. 24 p. 156 à Romanis vinciuntur, d. c. 24 p. 156
Carcabronia in Africæ regione sita, l. 2 c. 24 p. 156
Cares, regio, ab Alexandro M. subacta, l. 2 c. 21 p. 149
Caricelem provincia, ab Alexandro M. subjugatur, l. 2 c. 21 p. 149
Carpates, l. 1 c. 1 p. 8
Carpinthus, Italiæ rex, templum Saturno exstruit, l. 1 c. 3 p. 17
Carmelus, mons, ab Alexandro Jannæo subigitur, l. 4 c. 12 p. 197
Carthago, urbs. l. 1 c. 2 p. 15 & l. 2 c. 15 p. 118 illius rex Æneas, l. 1 c. 2 p. 15 à quo sit condita, l. 2 c. 24 p. 157
Carthaginense imperium, l. 3 c. 15 p. 221
Casbanes, Alexandri M. præceptor, l. 2 c. 13 p. 106
Caspin, urbem Judas Maccabæus capit, l. 3 c. 18 p. 230
Caspium mare, l. 1 c. 1 p. 3 & p. 5
Casii Jovis templum, l. 6 c. 31 p. 678
Cassius (seu potius Crassus) Asiæ oppida vastat, l. 2 c. 25 p. 161 Hierosolymam capit, eod. c. 25 p. 161 Rhodum, insulam vastat, d. c. 25 p. 161 vid. infrà Crassus.
Cassius, Romanorum dux, Parthos vincit, l. 4 c. 26 p. 348 Hyrcano & Antipatro suppetias fert, eod. c. 26 p. 348 Julium Cæsarem interficit, l. 5 c. 6 p. 374 in Judæam proficiscitur, dict. c. 6 p. 374 illius amor ab Herode conciliatur, ibid. Herodi ultionem patris, de Malchia sumendam, permittit, l. 5 c. 6 p. 375 contrà Octavium Augustum & Antonium arma capit, d. l. 5 c. 7 p. 377. ab illis vincitur, eod. c. 7 p. 378
Castor, vir fortis inter Judæos, l. 6 c. 36 p. 720. Titum, imperatorem per fraudem rogat, ut urbi Hierosolymæ parcat, d. c. 36 p. 720. perit, ibid. p. 722
Caspiæ portæ, l. 6 c. 56 p. 874
Celtiberi, Hispaniæ populus, l. 3 c. 15 p. 221
Celenderis, castellum sive urbs Ciliciæ, l. 5 c. 36 p. 499
Cedron, torrens propè Hierosolymam, l. 6 c. 34 p. 698. & 699. item d. l. 6 c. 45 p. 807
Cenedeus sive Cedeus, insignis grassator Judæus, l. 6 c. 5 p. 560
Cerabones, Britannorum rex, copias in Macedoniam ducit, l. 2 c. 14 p. 111 Olympiadis, matris Alexandri, amore flagrat, dict. c. 14 p. 111
Cercar, gens, unde sit orta, l. 1 c. 1 p. 8
Cerealis, vid. Sextus Cerealis.
Cerealius à Tito ad sanctum Templi atrium contrà Judæos mittitur, l. 6 c. 49 p. 833
Certilius, præses Ægypti ab Augusto constituitur, l. 2 c. 25 p. 163
Cestius Gallus, Romanorum dux, l. 6 c. 3 p. 552 Syris auxilio venit, ibid. à Nerone in Judæam mittitur, d. l. 6 c. 5 p. 557. & eod. l. 6 c. 8 p. 570 Cæsaream incendi jubet, d. l. 6 c. 5 p. 558 Japho sive Joppem, urbem, capit, ibid. item c. 8 p. 570 Judæos grassatores in fugam vertit, d. l. 6 c. 5 p. 558 ad urbem Antipatrida accedit, eod. c. 5 p. 559 cum Judæis infeliciter pugnat, d. cap. 5 p. 560 legatos ad Eleazarum mittit, ibid. Romam abit, eod. c. 5 p. 561 Eleazarum ac Judæos grassatores clade afficit, l. 6 c. 8 p. 571. & seq. Hierosolymam triduò obsidet, d. c. 8 p. 571 clade afficitur, ibid. fugâ salutem quærit, eod. c. 8 p. 571 Cæsaream fugit, ibid. p. 572
Cethin, urbs, à Noacho condita, l. 1 c. 1 p. 7
Cethim, Javanis filius, l. 1 c. 1 p. 7
Cethim, insula, postea Cyprus dicta, l. 1 c. 1 p. 7
Chæreas, Timothei frater, l. 3 c. 13 p. 215
Chaldæi primò victores, dein victi, l. 1 c. 5 p. 23
Chaldæorum regnum divisum, l. 1 c. 7 p. 28
Chalybes unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 4
Chananias, vid. Ananias.
Cham, l. 1 c. 1 p. 1
Chasmonæi, vid. Hasmonæi.
Chidekel, fluvius, vid. Tigris.
Chion, l. 1 c. 1 p. 4
Chomer, mensura Judaica, l. 5 c. 24 p. 450 vocatur etiam Corus, ibid.
Chorasan, l. 1 c. 1 p. 4
Chozar, mare, l. 1 c. 1 p. 5
Christus, vid. Jesus.
Christiani ecclesiæ Hierosolymitanæ quomodo istius urbis calamitates & ruinam effugerint, l. 6 c. 45 p. 808
Cilices, unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 6
Cimbri, populus, l. 1 c. 1 p. 2
Cimmerii, gens, l. 1 c. 1 p. 2
Cinoch seu Chinon, urbs, à quibus sit condita, l. 1 c. 3 p. 18
Ciparon, collis, l. 4 c. 20 p. 323
Cipparon sive Cypris, Antipatri uxor, l. 4 c. 17 p. 315 Herodis mater, l. 5 c. 16 p. 417. item d. l. 5 c. 21 p. 432
Cisidius, Cleopatræ filius, l. 2 c. 25 p. 162
Cittim, quænam regio, l. 5 c. 1 p. 359. & eod. l. 5 c. 18 p. 420. item l. 6 c. 47 p. 819. vid. & Kittim.
Citrea poma, vid. Poma Citrea.
Cizremim, gens, unde sit orta, l. 1. c. 1 p. 8
Cius, urbs vel potius Cous insula, l. 4 c. 26 p. 347
Claudius, consul Romanus, l. 3 c. 15 p. 224. Hasdrubalis caput abscissum antè hostium stationes projici jubet, eod. c. 15. p. 224
Claudius, imperator Caligulæ succedit, l. 5 c. 45 p. 536 Philonem Judæum honorat, eod. c. 45 p. 536 Agrippam, Judæorum regem, amat, ibid. Cuspium Fadum in Judæam mittit, eod. c. 45 p. 537. moritur, ibid.
Cleopatra à Philippo, Macedonum rege, uxor ducitur, l. 2 c. 13 p. 109 eadem expellitur, d. c. 13 p. 110
Cleopatra, Mithridatis regis filia, à Tigrane, Armeniæ rege, uxor ducitur, l. 2 c. 24 p. 159
Cleopatra, Antiochi, Syriæ regis, filia, regnat, l. 2 c. 25 p. 161
Cleopatra, Ægypti regina, cum Antonio Alexandriam venit, l. 2 c. 25 p. 162 ab Augusto Cæsare unà cum filiis interficitur, d. c. 25 p. 162 illius filius, Ptolemæus Lathurus. l. 4 c. 5 p. 270 huic reginæ parent Cuthæi, ibid. ab Alexandro Jannæo impellitur contrà filium Lathurum, eod. l. 4 c. 10 p. 288 contra eundem Lathurum exercitum educit, dict. c. 10 p. 288 appellata fuit Selene

Selene, l. 4 c. 15. p. 304. Herodes ad illam confugit, l. 5 c. 9 p. 390 Antonius ei subjicit reges, eod. l. 5 c. 17 p. 419 Antonium, imperatorem Romanum, amore capit, l. 5 c. 8 p. 382 eundem inducit, ut legatum ad Herodem mittat, eod. l. 5 c. 15 p. 411 Antonium sequitur, d. l. 5. c. 17 p. 418 ad urbem Jericho venit, eod. c. 17 p. 418 Herodem ad concubitum solicitat, d. c. 17 p. 419 Antonium incitat ad bellum contrà Augustum, l. 5 c. 18 p. 420. Anthium, exercitus sui ducem Herodi auxilio mittit, eod. c. 18 p. 421.

Cleopatra Hierosolymitis, Herodis uxor, l. 5 c. 33 p. 489 illius filii quinam fuerint, ibid.

Clitus, Vespasiani dux, à Josepho capitur, l. 6 c. 11 p. 580 is sibi ipsi sinistram manum præcidit, eod. c. 11 p. 580

Cœlo-Syria, l. 4 c. 24 p. 337 Scaurus huic regioni præficitur, ibid. ab Antonio Romanis subjicitur, l. 5 c. 17 p. 418

Colicos, urbs ab Alexandro Jannæo subacta, l. 4 c. 12 p. 297

Colossia regio à Romanis devicta, l. 2 c. 24 p. 160

Comagenus, Antiochi Macedonis filius, superbiâ elatus adversus Judæos pugnat, l. 6 c. 39 p. 757 sed infelici eventu, ibidem; à Josepho blandè reprehenditur, d. l. 6 c. 39. p. 758

Comara, oppidum, l. 1 c. 1 p. 2

Comari, populus l. 1 c. 1 p. 2

Consulare imperium quamdiu Romæ steterit, l. 5 c. 1 p. 352

Condace, vid. Candace.

Cophalus sive Cæphalion, Antipatri frater, l. 4 c. 20 p. 323 interficitur, eod. c. 20 p. 323.

Coph paulus, monimentum sic dictum, l. 1 c. 2 p. 12

Cophturnus, monimentum ita appellatum, l. 1 c. 2 p. 12

Cophtitia, mons, l. 1 c. 2 p. 13

Cornelius, centurio Romanus, Templum Hierosolymitanum primus intrat, l. 4 c. 23 p. 333

Corus, mensura Judaica, vid. Chomer.

Corinthus, satelles regius, Herodem interimere conatur, l. 5 c. 38 p. 507

Costobarus regis Idumæorum filius, l. 5 c. 23 p. 446 Salomen, Herodis sororem, in matrimonium ducit, d. c. 23 p. 446 defectionem ab Herode molitur, ibid. Herodi reconciliatur, d. c. 23 p. 446 Salomæ, uxori suæ, libellum repudii mittit, eod. c. 23 p. 446 Babæ filios abscondit, d. c. 23 p. 447 jussu Herodis interficitur, ibid.

Cozer, gens quædam, l. 1 c. 1 p. 3

Cravothi seu Croatæ unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 8

Crasanii, gens, l. 2 c. 9 p. 92

Crassus, dux Romanus, contrà Parthos mittitur, l. 4 c. 26 p. 345 Hierosolymam venit, eod. c. 26 p. 345 thesauros, in Templo reconditos, auferre cupit, trabem auream accipit, dict. c. 26 p. 346 aurum omne in Templo reconditum aufert, eod. c. 26 p. 346 adversùs Parthos profectus occumbit, ibid. p. 348 vid. suprà Cassius.

Crita sive Creta à Romanis subacta, l. 6 c. 1 p. 546

Cuspius Fadus, vid. Fadus.

Currus ignei ac copiæ militares in aëre suprà urbem Hierosolymam volitantes conspiciuntur, l. 6 c. 53 p. 858

Cuthæi, l. 4 c. 4. p. 265. & c. 5 p. 268. it. d. l. 4 c. 6. p. 274 Samaritani dicti, eod. l. 4 c. 4 p. 265 ab Hyrcano cæsi, ibid.

Cydnus, fluvius, l. 2 c. 15 p. 115

Cynocephali, certum genus hominum, l. 2 c. 21 p. 149

Cyprus, insula, olim Cethim dicta, l. 1 c. 1 p. 7 item l. 4 c. 5 p. 271. & d. l. 4 c. 10 p. 288

Cyrus, Persarum rex, l. 1 c. 5 p. 23 illius votum de Templo Hierosol. exstruendo. l. 1 c. 6 p. 27 ejusdem mandatum, d. l. 1 c. 12 p. 38 & c. 19 p. 56. ac c. 20 p. 59 illius res gestæ & interitus, eod. l. 1 c. 21 p. 64 & seqq. item c. 22 p. 69 & seqq.

Cyrus, fluvius, l. 1 c. 1 p. 5

D.

Dacia, regio, l. 1 c. 1 p. 3

Dalemincia, regio, l. 1 c. 1 p. 3

Dalmatæ, gens, l. 1 c. 1 p. 3 & p. 8

Damascus, urbs, à Cambyse subigitur, l. 1 c. 22 p. 71 à Judæis deficit, l. 4 c. 15 p. 304 ab Aristobulo frustrà oppugnatur, d. c. 15 p. 304 hanc urbem Scaurus petit, l. 4 c. 20 p. 322 Julius Cæsar urbem istam intrat, l. 5 c. 2 p. 362 Sextus, Julii Cæsaris patruelis, ibidem commoratur, d. l. 5 c. 4 p. 365 incolæ istius urbis Judæos, apud se commorantes, interficiunt, l. 6 c. 3 p. 551 iidem à Judæis bellò petuntur ac magna clade afficiuntur, d. c. 3 p. 552

Damiata, urbs Ægypti, l. 2 c. 9 p. 94

Danai unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 7

Danemarkia sive Dania, regio, l. 1 c. 1 p. 8

Danisci sive Dani à Romanis victi, l. 1 c. 1 p. 8 & l. 6 c. 1 p. 547

Daniel ad Belsazarem vocatur, l. 1 c. 6 p. 25 eidem explicat visionem, d. c. 6 p. 25 illius consilium à Dario exquiritur, l. 1 c. 8 p. 30 ei periculum à Darii principibus creatur, eod. l. 1 c. 9 p. 31 & c. 10 p. 33 in foveam leonum projicitur, dict. c. 10 p. 34 cibus ei à propheta, Habacuc, subministratur, l. 1 c. 11 p. 36 à leonibus incolumis servatur, d. c. 11 p. 36 ipsius inimici in foveam leonum projiciuntur, eod. c. 11 p. 37 ipsius sapientia laudatur, l. 1 c. 13 p. 40 dimissionem suam à Dario petit, eod. l. 1 c. 15 p. 46 ejus vaticinium Alexandro M. exponitur, l. 2 c. 7 p. 88 ejusdem vaticinium de quarta monarchia Romanorum, l. 3 c. 15 p. 221 & eod. l. 3 c. 16 p. 226 illius prophetia de jugi sacrificio abolendo adimpleta, l. 6 c. 30 p. 673 & eod. l. 6 c. 48 p. 828

Danubius, fluvius, vid. Dobni.

Dardanidæ, unde, l. 1 c. 1 p. 7

Darius, Medorum rex, l. 1 c. 4 p. 22 & d. l. 1 c. 5 p. 23 & c. 8 p. 29 Judæos dimittit ad templum Hierosol. exstruendum, d. l. 1 c. 12 p. 38 & eod. l. 1 c. 19 p. 56 Belis, idoli Babylonici, festum celebrat, d. l. 1 c. 13 p. 40 consilium à Daniele petit, eod. l. 1 c. 8 p. 30 ipsius jussu inimici Danielis in foveam leonum projiciuntur, d. l. 1 c. 11 p. 37

Darius (Codomannus) legatos ad Philippum, Macedoniæ regem, tributi petendi causâ, mittit, l. 2 c. 14 p. 110 cum Alexandro M. pugnans vincitur, d. l. 2 c. 15 p. 116 novas copias colligit, d. c. 15 p. 117 iterùm vincitur, eod. c. 15 p. p. 121 literas ad Alexandrum mittit, ibid. p. 121 ad Porum, regem Indiæ, auxilii petendi causa mittit, eod. c. 15 p. 121 à principibus suis interficitur, d. c. 15 p. 122

Darius, regis Agrippæ dux, l. 6 c. 2 p. 550 senioribus Judæis auxilio mittitur, d. c. 2 p. 550 vincit Eleazarum, ibid. ab eodem posteà superatur, eod. c. 2 p. 550

David Syros & Idumæos clade afficit, l. 1 c. 4 p. 19 cum Romulo fœdus init, d. c. 4 p. 20 illius thesauri recondiri, l. 4 c. 3 p. 261

Debira, urbs, ab Hyrcano capta, l. 4 c. 4 p. 265

Delion, urbs, l. 4 c. 22 p. 328

Dellius, vid. Gellius.

Delphinatus, provincia, l. 1 c. 1 p. 6

Delta, locus quidam in Ægypto, l. 5 c. 2 p. 361

Demetrius Phalereus, Ptolemæi Philadelphi Bibliothecarius, l. 2 c. 23 p. 155

Demetrius, Poliorcetes, Ptolemæo in regno succedit, l. 2 c. 23 p. 154 Samariam subigit, eod. c. 23 p. 154 Demetriam urbem condit, d. c. 23 p. 154

Demetrius, Seleuci filius, Eupatorem bellò petit, l. 3 c. 20 p. 236 & d. l. 3 c. 21 p. 237 eundem vincit & Antiochiæ regnat, ibid. Nicanorem, ducem suum, contrà Judæos mittit, eod. c. 21 p. 238

Demetrius, Antiochi Cyziceni frater, l. 4 c. 12 p. 294 ad hunc Pharisæi confugiunt, eod. c. 12 p. 294 cum Alexandro Jannæo pugnat, d. c. 12 p. 294 eundem vincit, ibid. ab Alexandro Jannæo interficitur, eod. c. 12 p. 296 & l. 6 c. 33 p. 691

Demænetus, vir prudens, incolas urbis Ptolemaidis à receptione Lathuri dehortatur, l. 4 c. 9 p. 285

Dia, urbs, ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 12 p. 295

Dicron, urbs, l. 6 c. 31 p. 678

Dictator Romanus, l. 3 c. 17 p. 227

Digona seu Dagon, urbs, l. 4 c. 2 p. 251 ab Hyrcano oppugnatur, d. c. 2 p. 252

Dido, regina, vid. Elissa.

Diluvium magnum ætate Enosi, qui Sethi filius fuit, accidit, l. 2 c. 18 p. 131

Diluvium Noachi, vid. Noachi diluvium.

Dimærius, vid. Demænetus.

Dinamachba, regio, l. 1 c. 1 p. 8

Diodorus, Hyrcani regis legatus ad Romanos, l. 4 c. 4 p. 266

Diogenes, Sadducæorum princeps, à Pharisæis interficitur, l. 4 c. 14 p. 302

Dio-Cæsarea, urbs, anteà Zephoris seu Sepphoris dicta, l. 6 c. 5 p. 558

Diophantus, fraudis structor, l. 5 c. 32 p. 483

Dobni, fluvius, l. 1 c. 1 p. 4

Dodanim, l. 1 c. 1 p. 1 & d. c. 1 p. 7 eorum posteri, ibidem p. 8

Domitius Sabinus, tribunus Romanus, murum urbis Jotapatæ primus conscendit, l. 6 c. 18 p. 601

Dolesus, urbis Gadarensis princeps, à Johanne interficitur, l. 6 c. 28 p. 649
Dores, unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 7
Doreos, urbs, vid. Debira.
Dorsane, vid. Roxane.
Dositheus, Hyrcani regis legatus ad Romanos, l. 4 c. 4 p. 266
Dositheus, dux exercitus, l. 3 c. 19 p. 233
Dositheus, miles Judæus, l. 3 c. 18 p. 231
Dositheus, nobilis Judæus, Hyrcani fugam ad Maluchum, Arabiæ regem detegit, l. 5 c. 14 p. 406
Dositheus, princeps Judæus, Herodis jussu interficitur, l. 5 c. 23 p. 447
Dositheus Romanus à Tito mittitur ad sanctum Templi Hierosol. atrium contrà Judæos, l. 6 c. 49 p. 833
Dosithæa, prior Herodis uxor, l. 5 c. 28 p. 467 a liàs Doris seu Dosis dicta, eod. c. 28 p. 467 it. d. l. 5 c. 33 p. 489. & c. 34 p. 492 Antipatri mater fuit, dict. c. 34 p. 492 ab ancilla accusatur, eod. c. 34 p. 492 illius epistola ab Herode producitur, d. l. 5 c. 37 p. 502
Draco, Chaldæorum Deus, l. 1 c. 14 p. 42 à Daniele interficitur, d. l. 1 c. 14 p. 44

E.

Ebenum, lignum, vid. Obonos, lignum.
Ebutius, vid. Butius.
Ecbatana, metropolis Mediæ, l. 3 c. 12 p. 208
Eden, montes, l. 6 c. 1 p. 546
Elam, provincia, l. 1 c. 15 p. 47
Eleazarus, summus sacerdos, l. 3 c. 2 p. 175 excruciatur, d. l. 3 c. 4 p. 180
Eleazarus sapiens Ptolemæi Philadelphi jussu Biblia Hebraica Græcè vertit, l. 2 c. 23 p. 155
Eleazarus, qui & Apphus dictus fuit, Mattathiæ filius, l. 3 c. 7 p. 194
Eleazarus, Mauro cognominatus, Elephantum interficit, l. 3 c. 20 p. 235
Eleazarus, Pharisæus, Hyrcanum regem contumeliâ afficit, l. 4 c. 6 p. 272 igne crematur, dict. c. 6 p. 274
Eleazarus, Pontifex, Crassi ætate vivens, l. 4 c. 26 p. 345
Eleazarus, Samæi filius, l. 6 c. 16 p. 596 illius præclarum facinus in obsidione Jotapatensi, d. c. 16 p. 596 & seq. Sagittis confixus moritur, eod. c. 16 p. 597
Eleazarus, latro, Romam mittitur à Felice, l. 5 c. 45 p. 538
Eleazarus, Ananiæ Pontificis filius, Felicem in prælio superat, l. 6 c. 1 p. 541 principes Romanos interficit, d. l. 6 c. 2 p. 549 Templum Hierosolymitanum occupat, d. c. 2 p. 549 à Dario & Philippo, Agrippæ regis ducibus vincitur, eod. c. 2 p. 550 ipse postea eosdem vincit, ibid. ad hunc legati à Cestio & Agrippa pacis causa mittuntur, d. l. 6 c. 5 p. 560 pacem oblatam respuit, eod. c. 5 p. 560 Neronis, Cæsaris, donum ex templo Hierosol. ejicit, l. 6 c. 7 p. 568 ducem Romanum interficit, eod. c. 7 p. 569 Agrippæ regi respondet, l. 6 c. 8 p. 570 à Cestio clade afficitur, dict. c. 8 p. 571 multos ex Cestii militibus, interficit, eod. c. 8 p. 571 à Judæis dux eligitur, contrà Vespasianum, l. 6 c. 9 p. 574 Idumææ præficitur, eod. c. 9 p. 575 illius partes defendit Johannes, l. 6 c. 29 p. 664 ipse primus fuit, qui grassatores coadunavit, d. l. 6 c. 29 p. 664 it. eod. l. 6 c. 32 p. 680 eidem sese associant Judas, Simeon & Hiskias, nobiles Judæi, d. c. 32 p. 681 templum Hierosolymitanum occupat, eod. c. 32 p. 681 & seq. Johanni, templum invadere conanti, sese opponit, l. 6 c. 35 p. 702 urbis Hierosolymæ mœnia defendenda suscipit, d. l. 6 c. 36 p. 719 urbe egressus rem contrà Romanos fortiter gerit, eod. l. 6 c. 41 p. 769 & seq. urbe iterùm egressus simùl cum Johanne magnam gentium multitudinem prosternit, d. c. 41 p. 772 & seqq. Arcem Hierosolymitanam occupat ob Simeonis crudelitatem, l. 6 c. 43 p. 792 ex urbe Hierosolymirana profugiens Massadam occupat, d. l. 6 c. 56 p. 876. à Sylva, duce Romano, ibidem obsidetur, dict. c. 56 p. 876 duces ac princeps Hierosolymitanos in arce Massada ad fortitudinem hortatur, l. 6 c. 57 p. 878 urbis Hierosol. cladem deplorat, d. l. 6 c. 58 p. 882 & seqq. in prælio occumbit, eod. c. 58 p. 886
Eleasa seu Alexas, Judæus juvenis, rem strenuè gerit, l. 6 c. 47 p. 821
Elias arcam fœderis, in monte Nebo reconditam, aliquando reducet, l. 1 c. 21 p. 63
Eliakim, summus Sacerdos, l. 2 c. 12 p. 39
Eliasib, sacerdos, l. 2 c. 8 p. 89 ipse & Menasses templum in monte Garizim exstrui curant, d. c. 8 p. 89 & l. 6 c. 60 p. 890
Eliphas, Esavi filius, l. 1 c. 2 p. 10

Elisha, l. 1 c. 1 p. 1 illius posteri quinam sint, d. c. 1 p. 5 & eod. l. 1 c. 3 p. 17
Elissa, quæ etiam Dido, Carthaginem condit, l. 1 c. 24 p. 157
Elpis, Herodis uxor, l. 5 c. 33 p. 490
Elul, mensis nomen apud Judæos, l. 2 c. 15 p. 165
Enos, l. 1 c. 1 p. 1 illius ætate maximum diluvium orbem inundavit, l. 1 c. 18 p. 131
Enzora urbs ab Alexandro Jannæo subacta, l. 4 c. 12 p. 297
Epha, qualis mensura, l. 5 c. 24 p. 450
Ephesus, urbs, l. 5 c. 7 p. 379
Ephron, urbs magna, l. 3 c. 18. p. 232
Epicuræi, sic dicti Cuthæi, l. 4 c. 4 p. 265
Epicrates, princeps Macedoniæ, l. 4 c. 5 p. 270
Epidaurus, l. 1 c. 1 p. 3
Epirus, l. 3 c. 16 p. 225. hanc petit Hannibal, dict. c. 16 p. 225
Eridanus, fluvius, l. 1 c. 1. p. 4
Erotimus, rex Arabiæ, vid. Areta.
Esavi filius, Eliphas, l. 1 c. 2 p. 10
Esaiæ, prophetæ vaticinium de Babylone, l. 1 c. 5 p. 23
Esra, scriba, l. 1 c. 12 p. 39. it. d. l. 1 c. 20 p. 60. & l. 4 c. 17 p. 360
Essa, urbs, vid. Hasmona.
Esseni, l. 4 c. 6 p. 274. horum disciplina, l. 5 c. 24 p. 451. vid. Hasidæi.
Esthera, regina. l. 2 c. 2 p. 75 ad Deum preces fundit, d. l. 2 c. 3 p. 77 in conspectum regis Ahasveri venit, eod. l. 2 c. 4 p. 81 regem & Hamanum ad convivium invitat, eod. l. 2 c. 5 p. 83 regis auxilium implorat, d. c. 5 p. 83
Etalach sive Elatach, fluvius, l. 1 c. 1 p. 4
Evimolon, Alexandri M. amicus, l. 2 c. 15 p. 118
Eunuchus Herodis minister donò corrumpitur à Salome, l. 5 c. 22 p. 440. venenatam potionem Herodi detegit, eod c. 22. p. 440
Eunuchus Mariamnæ minister Herodis jussu capitur, l. 5 c. 22 p. 441
Eupator, Antiochi filius, l. 3 c. 11 p. 204. & d. l. 3 c. 12 p. 211 Lysiam contra Judæos mittit, eod. l. 3 14 p. 216 pacem cum Judæis facit, d. c. 14 p. 217 fœdus cum Juda initum rumpit, l. 3 c. 20 p. 234 prælium adversùs Judam instruit, eod. c. 20 p. 234 ab hoc deficit Philippus, d. c. 20 p. 236 à Demetrio, Seleuci filio, bellò petitur, eod. c. 20 p. 236. & c. 21 p. 737 pacem cùm Juda denuò facit, c. 20 p. 236
Eupolemus, Johannis filius, à Juda Maccabæo legatus mittitur ad Romanos, l. 3 c. 17 p. 226
Eurycles, Lacedæmonius Hierosolymam venit, l. 5 c. 32 p. 482 Antipatrum amat, d. c. 32 p. 482 discordiam inter fratres, Herodis filios, excitat, eod. c. 32 p. 482. & seq. Herodi clandestina filiorum suorum consilia aperit, d. c. 32 p. 483. muneribus auctus ab Herode abiens aliò se confert, eod. c. 32 p. 484
Ezechias latro ab Herode interficitur, l. 5 c. 4 p. 364. & eod. l. 5 c. 14 p. 408
Ezechiæ regis palatium Hierosol. l. 6 c. 50 p. 842 miraculum ei fit, d. l. 6 c. 35 p. 714
Ezechielis prophetæ vaticinium à Josepho explicatur, l. 6 c. 60 p. 892

F.

Fabius, centurio Romanus, templum Hierosol. primus intrat, l. 4 c. 23 p. 333
Fadus Cuspius à Claudio, Cæsare in Judæum mittitur, l. 5 c. 45 p. 537 eidem succedit Felix, d. c. 45 p. 537
Fames in Judæorum castris grassatur, l. 4 c. 19 p. 322 terram Judaicam Herodis ætate afflixit, l. 5 c. 24 p. 449. Hierosolymis grassari incipit, l. 6 c. 32 p. 685 ibidem valdè invalescit, d. l. 6 c. 39 p. 754. & c. 41 p. 774. it. c. 45 p. 808 & c. 49 p. 834
Fame diuturnâ macerati quomodo sint curandi, l. 6 c. 45 p. 803
Famis diræ exemplum memorabile in nobili fœmina Hierosol. l. 6 c. 51 p. 843
Fanius, Romanorum princeps, legatus ad Hyrcanum mittitur, l. 4 c. 4 p. 268
Faustus, centurio Romanus, templum Hierosolym. primus intrat, l. 4 c. 23 p. 333
Festum septimanarum, vid. Septimanarum festum.
Festum azymorum, vid. Pascha.
Festum tabernaculorum, vid. tabernaculorum festum.
Festus Port. succedit Felici in Judææ administratione, l. 5 c. 45 p. 539
Felix Cuspio Fado in Judææ administratione succedit, l. 5 c. 45 p. 537 jus regium servili ingenio exercet in Judæa, d. c. 45 p. 537 Agrippam catenis vinctum Romam mittit, eod. c. 45 p. 538 Nathanem, sive Jehonathanem summum sacerdotem, immisso sicariò interficit, d. c. 45 p. 539 ingen-

tem Judæorum multitudinem interfici jubet, eod. c. 45 p. 539 Beronicen, Agrippæ regis sororem, ludibrio habet, l. 6 c. 1 p. 540 ab Eleazaro, Ananiæ filio, clade afficitur, eod. l. 6 c. 1 p 541
Felix, princeps Romanus, contrà Phaselum pugnat, l. 5 c. 7 p. 378 ab illo vincitur, d. c. 7 p. 378
Ferraria, l. 1 c. 4 p. 20
Florus Gess. Judææ procurator, l. 6 c. 1 p. 540 sub eo bellum Judaicum exoritur, d. c. 1 p. 540 Albino succedit, eod. c. 1 p. 540
Fœdus inter Romanos & Judæos, l. 3 c. 17 p. 227 & 228 ejus conditiones, d. c. 17 p. 227. & seq. & l. 4 c. 4 p. 267 quando illud renovatum sit, l. 4 c. 17 p. 313. & l. 5 c. 5 p. 370. ac seq. inter Herodem & Romanos, l. 5 c. 9 p. 392.
Fons, stillans oleum, l. 1 c. 4 p. 19
Francia, l. 1 c. 1 p. 2. & d. l. 1 c. 21 p. 64 quomodo ab Hebræis appelletur, eod. c. 21 p. 64 à Jul. Cæsare subacta, l. 5 c. 1 p. 354
Franci unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 2 olim Galli dicti, l. 5 c. 41 p. 519 à Romanis subacti, l. 6 cap. 1 p. 547
Franta, fluvius, l. 1 c. 1 p. 2
Frondes quasnam Judæi in festo tabernaculorum adhibere conveverint, l. 4 c. 3 p. 258. & eod. l. 4 c. 7 p. 277. & c. 11 p. 291
Furius, centurio Romanus, templum Hieros. primus intrat, l. 4 c. 23 p. 333

G.

Gabala, urbs, l. 4 c. 12 p. 297 ab Alexandro Jannæo capitur, dict c. 12 p. 297
Gabbath Saul, vicus quidam, l. 6 c. 34 p. 695
Gabina, urbs, l. 1 c. 2 p. 14
Gabinius à Pompejo Hierosolymam mittitur, l. 4 c. 22 p. 331 ex urbe Hierosolyma à Judæis pellitur, d. c. 22 p. 331 in Syriam mittitur, l. 4 c. 24 p. 338 Alexandrium oppidum oppugnat, eod. c. 24 p. 339 pacem cum Alexandro facit, dict. c. 24 p. 340 regnum Judaicum in partes dividit, eod. c. 24 p. 340 cum Aristobulo pugnat, l. 4 c. 25 p. 341 eundem vinctum Romam mittit, d. c. 25 p. 342 Aristobuli uxorem Senatui Romano commendat, eod. c. 25 p. 343 Parthos vincit, d. c. 25 p. 343. Ægyptum bello petit, eod. c. 25. p. 343 Ptolemæum in regno Ægypti firmat, d. c. 25 p. 344 Hyrcano regnum renovat, eod. c. 25 p. 345 Antipatrum populo Judaico præficit, d. c. 25 p. 345 Romam redit, ibid.
Gadara, urbs, l. 4. c. 12 p. 297 à Vespasiano capitur, l. 6 c. 14 p. 588 à Judæis grassatoribus occupatur, d. l. 6 c. 28 p. 649 illius incolæ legatos ad Vespasianum mittunt, eod. c. 28 p. 649 vid. Gerara.
Gæschem, Arabs, l. 1 c. 12 p. 39
Galatæ, l. 1 c. 1 p. 2 à Romanis magna clade afficiuntur, l. 2 c. 24 p. 157
Galba, Imperator Romanus, Neroni succedit, l. 6 c. 28 p. 652 interficitur, eod. c. 28 p. 652
Galilæa, regio, l. 6 c. 9 p. 574 huic regioni præficitur Josephus, d. c. 9 p. 574 istius regionis divisio, l. 6 c. 14 p. 588
Galilæi literas ad Judam Maccabæum mittunt, l. 3 c. 13 p. 212
Gallia Narbonensis, l. 3. c. 15 p. 222 Galli seu Galatæ, mistes scutati, l. 5 c. 21 p. 438 ab Augusto, Imperatore, Herodi dono dantur, d. c. 21 p. 438 Herodis funus comitantur, l. 5 c. 41 p. 519
Gallus Caninius vel Canidius, consul Romanus, l. 5 c. 12 p 401
Gallus Cest, vid. Cestius Gallus.
Galestis vid. Galustus.
Gallicanus, Chiliarcha Romanus, ad Josephum, in spelunca delitescentem, mittitur, l. 6 c. 18 p. 603
Galustus, Sadducæorum fortissimus, l. 4 c. 15 p. 305
Gamala, urbs, l. 6 c. 24 p. 630 unde sic dicta, d. c. 24 p. 630 à Vespasiano, Imperatore, obsidetur, eod. c. 24 p. 630 ei pax à rege Agrippa offertur, d. c. 24 p. 630 illius incolæ Agrippam vulnerant, eod. c. 24 p. 631 Agrippas illam ingreditur, d. c. 24 p. 631 illius incolæ Romanos clade afficiunt, eod. c. 24 p. 632 à Romanis funditùs deletur, l. 6 c. 25 p. 632 vid. etiam Gasala.
Gamaliel, R. Simeonis filius, l. 6 c. 59 p. 888
Garizim sive Grisim, mons, l. 2 c. 8 p. 88 it. l. 6 c. 60 p. 890 in eo templum à Sanballato exstruitur, l. 2 c. 8 p. 88. & l. 4 c. 4 p. 264. it. l. 6 c. 60 p. 890 templum istud ab Hyrcano destruitur, l. 2 c. 8 p. 90. & l. 4 c. 4 p. 265 item templum Jovi Cretæo consecratur, l. 3 c. 7 p. 194 montem istum occupat Alexander, Aristobuli filius, l. 4 c. 25 p. 344

Gasala, urbs, ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 12 p. 297
Gaula seu Gaulana, urbs, ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 12 p. 297
Gaza, urbs, ab Alexandro M. expugnatur, l. 2 c. 6 p. 85 Timotheus ad hanc urbem confugit, l. 3 c. 13 p. 214 à Juda Maccabæo capitur, dict. c. 13 p. 214. & seq. urbs ista ab Hebræis Aza vocatur, l. 3 c. 17 p. 228 Hyrcanus eò confugit, l. 4 c. 2 p. 251 hæc urbs à Judæis deficit, dict. l. 4 c. 9 p. 284 ab Alexandro Jannæo obsidetur, eod. l. 4 c. 11 p. 289 capitur, d. c. 11 p. 291. & c. 12 p. 296 à Simeone oppugnatur, l. 6 c. 29 p. 657 capitur, d. c. 29 p. 660 à Tito subjugatur, l. 6 c. 31 p. 678
Gellius, dux, ab Antonio ad Herodem mittitur, l. 5 c. 15 p. 410 imagines Mariamnæ & Aristobuli mittit ad Antonium, d. c. 15 p. 411
Genozar seu Genezareth, mare, l. 6 c. 11 p. 578
Georgan seu Georgian, mare, l. 1 c. 1 p. 5
Gerara, urbs, l. 4 c. 10 p. 289. it. d. l. 4 c. 12 p. 297. & c. 24 p. 340 ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 10 p. 289. & eod. l. 4 c. 12 p. 297
Geraseni, l. 4 c. 13 p. 298 illorum urbs, d. c. 13 p. 298
Genyava gens à Romanis devicta, l. 6 c. 1 p. 546
Germani, unde sint orti, l. 1 c. 1 p 2 ab Hannibale victi, l. 3 c. 15 p. 221 & seq. Herodis funus comitantur, l. 5 c. 41 p. 519 à Romanis subacti, l. 6 c. 1 p. 547 & d. l. 6 c. 9 p. 573
Gessius Florus, vid. Florus.
Getæ, unde originem habeant, l. 1 c. 1 p. 7 ab Hannibale devicti, l. 3 c. 15. p. 221 vid. infr. Gothi.
Gibea, urbs, l. 4 c. 15 p. 305 Aristobulus eò confugit, d. c. 15 p. 305
Gibeon seu Gabao, vallis, l. 6 c. 5 p. 559
Gigantes ab Alexandro M. reperti, l. 2 c. 16 p. 123
Gihon, l. 3 c. 2 p. 176 non est Nilus, ibid.
Gilead terra à Timotheo vastatur, l. 3 c. 13 p. 212
Giscala, urbs in Galilæa sita, l. 6 c. 25 p. 633 à Vespasiano oppugnatur, d. c. 25 p. 633 Titus eò mittitur, eod. c. 25 p. 633 Tito deditur, ibid. p. 634
Glaphyra, Jobabi uxor, ab Archelao in matrimonium ducitur, l. 5 c. 43 p. 527 somnium habet, eod. c. 43 p. 527 moritur, dict. c. 43 p. 528
Glaphyra, Cappadociæ regis filia, Alexandro, Herodis filio nubit, l. 5 c. 28 p. 467 & d. l. 5 c. 30 p. 477 illius filii qui fuerint, eod. l. 5 c. 33 p. 486
Glaphyra, dux exercitus, l. 6 c. 5 p. 559
Gladius aureus, ab Herode factus, januæ templi Hierosol. imponitur, l. 5 c. 26 p. 461 huic gladio quid inscriptum fuerit, d. c. 26 p. 461
Gomer, l. 1 c. 1 p. 1 illius filii, d. c. 1 p. 1 & p. 2
Gophna, urbs, l. 6 c. 49 p. 829
Gorgias, aliàs Gregorius, Antiochi regis dux, l. 3 c. 11 p. 205. à Lysia ad Judæam subigendam mittitur, eod. c. 11 p. 205 à Juda Maccabæo in fugam vertitur, l. 3 c. 13 p. 212 in Arabiam ad Timotheum venit, eod. c. 13 p. 212 cum Juda Maccabæo iterùm prælitur, l. 3 c. 19 p. 232 aufugit nec ullibi repertus fuit, d. c. 19 p. 233 vid. infrà Gregorius.
Gogadlus, exercitus dux, l. 1 c. 2 p. 13 & c. 3 p. 16 in terram Kittim irrumpit, l. 1 c. 2 p. 13 à Zephone vincitur, eod. c. 2 p. 14 & c. 3 p. 16
Gorgan, mare, l. 1 c. 1 p. 5
Gorion, sacerdos, Josephi pater, catenis vinctus in turri quadam detinetur, l. 6 c. 44 p. 794 dimittitur ex carcere, d. l. 6 c. 55 p. 866 moritur, eod. c. 55 p. 867
Gorinion seu Gurion, vir nobilis Hierosolymitanus, à grassatoribus interficitur, l. 6 c. 27 p. 645
Gosen, terra, l. 6 c. 49 p. 829 eò transferuntur Judæi, qui ad Titum transfugerant, d. c. 49 p. 829
Gothi, unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 7 vid. supr. Getæ.
Grassatores Hierosolymitani, l. 6 c. 2 p. 549 eorum princeps, Eleazarus, d. c. 2 p. 549 Agrippæ regis & Beronicæ ædes Hierosolymis incendunt, l. 6 c. 3 p. 551 & seq. templum Hierosolymitanum occupant, eod. l. 6 c. 32 p. 681 in tres factiones dividuntur, l. 6 c. 32 p. 681 mutuis cædibus seipsos conficiunt, eod. c. 32 p. 682 & seq. maxima incendia excitant Hierosolymis, d. c. 32 p. 684 & seq. pacem inter se faciunt, eod. l. 6 c. 34 p. 698 Romanos terrore percellunt, d. c. 34 p. 698 sese denuò oppugnant mutuò, l. 6 c. 35 p. 702 populum Judaicum miserè vexant, d. c. 35 p. 702 Romanos propellunt, eod. c. 35 p. 704 tres turres ligneas, à Romanis exstructas subruunt, l. 6 c. 36 p. 717 grassatorum duces pace inter se inita, officia militaria ad urbem defendendam partiuntur, d. c. 36 p. 718 ad interiora mœnia sese recipiunt, d. c. 36 p. 718

dæos urbe egredi prohibent, l. 6 c. 39 p. 754 eruptione facta Romanos repellunt, eod. l. 6 c. 40 p. 764 & seqq. item c. 46 p. 810 novum murum intrà vetera mœnia construunt, eod. c. 46 p. 810 omnes templi Hierosol. exitus claudunt, ne quis ad Romanos transfugere possit, l. 6 c. 49 p. 830 Romanos ad domum Sanctì Sanctorum compellunt, d. c. 49 p. 831 ad montem olivarum egressi Romanorum animalia abducunt, d. l. 6 c. 50 p. 834 turrim quandam, à Salomone exstructam, ad quam Romani sese receperant, incendunt, eod. c. 50 p. 839 & seqq. nonnulli grassatorum primarii viri ad Titum ex urbe Hierosol. transfugiunt, l. 6 c. 52 p. 851 domos præcipuas, Hierosolymis existentes, incendunt, dict. l. 6 c. 53 p. 856 & c. 54 p. 864

Græci à Babyloniis deficiunt, l. 1 c. 4 p. 22

Granicus, amnis, l. 2 c. 15 p. 116

Gregorius, Idumæorum dux, l. 3 c. 19 p. 232

Guajacum seu Guajacanum lignum Indicum, l. 2 c. 19 p. 136

Gymnosophistæ, vid. Brachmani.

Gyphthæus seu Gythæus, juvenis Judæus, vid. Jephta.

H.

Heh ה litera apud Hebræos nominibus hominum honoris causa adjicitur, l. 4 c. 1 p. 247 & l. 6 c. 50 p. 838

Habacuc, propheta, Danieli cibum affert, l. 1 c. 11 p. 36

Hadareser, Rechobi filius, metu Davidis fugit, l. 1 c. 4 p. 19 illius filius, Zir appellatus, d. c. 4 p. 19

Haman, Amalecita, l. 2 c. 1 p. 72 perniciem struit Judæis, d. l. 2 c. 2 p. 74 ipse ejusque filii suspendiò necantur, l. 2 c. 5 p. 84

Hamarum gens à Romanis devicta, l. 6 c. 1 p. 546

Hamath, urbs, ab Alexandro Jannæo obsessa capitur, l. 4 c. 10 p. 289 & d. l. 4 c. 12 p. 293 Synedrium ibidem constituitur, eod. l. 4 c. 24 p. 340

Hamath Gaddi seu Gadar, urbs, à Vespasiano capitur, l. 6 c. 28 p. 651

Hammon, Deus, l. 2 c. 10 p. 98 Philippo somnianti apparet, d. l. 2 c. 11 p. 100 ab Alexandro M. colitur, eod. l. 2 c. 19 p. 135

Hananias, vid. Ananias.

Hananiæ filius, Jonathan, l. 5 c. 5 p. 373 à Judæis legatus mittitur ad Jul. Cæsarem, d. c. 5 p. 373

Hanna, septem filiorum mater, l. 3 c. 5 p. 182 & l. 6 c. 42 p. 783 ipsa post septem filios interemptos etiam interficitur, dict. l. 3 c. 6 p. 193

Hananelus Pontificatum ab Herode accipit, l. 5 c. 15 p. 409 à Pontificatu removetur, eod. c. 15 p. 411

Hannibal, Africæ dux, l. 3 c. 15 p. 221 Getas, Germanos ac Britones subjicit, d. c. 15 p. 221 Italiam bellò petit, eod. c. 15 p. 222 Romanos sæpè vincit, d. c. 15 p. 222 & seqv. urbis Romæ obsidionem omittit, l. 3 c. 16 p. 225 in Epirum proficiscitur, d. c. 16 p. 225 à Scipione vincitur, eod. c. 16 p. 225 in Ægyptum fugit, d. c. 16 p. 225 ad Prusiam, Bithyniæ regem, venit, eod. c. 16 p. 225 venenò sumptò interit, ibid. 226

Hasmona, urbs, ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 12 p. 296

Hasdrubal vid. Asdrubal.

Hasmonæi, l. 1 c. 21 p. 66 Antiochum magnum vincunt, l. 2 c. 24 p. 158 cur ita dicti, l. 3 c. 7 p. 194 & c. 8 p. 198. eorum principatus quando defierit, l. 5 c. 12 p. 402 illorum magnanimitas, d. l. 5 c. 22 p. 442

Hasidæi quinam sic dicti, l. 3 c. 8 p. 198 & d. l. 3 c. 21 p. 237 & p. 239 item l. 4 c. 6 p. 274 ac l. 5 c. 24 p. 451 vid. חסידים item Esseni.

חסידים quinam ita dicti, l. 3 c. 7 p. 194. vid. Hasidæi.

Hebron, urbs, l. 1 c. 2 p. 10 ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 12 p. 297 à Simeone subigitur, l. 6 c. 29 p. 660

Hebenum lignum, vid. Obonos lignum.

Hecatontamachi, milites Alexandri Jannæi, l. 4 c. 10 p. 287

הגמון hæc vox quid significet, l. 2 c. 9 p. 94 it. l. 6 c. 30 p. 671 & d. l. 6 c. 31 p. 675

Helenæ sepulchrum propè Hierosolymam, l. 6 c. 34 p. 695 & c. 35 p. 704

Heliodorus à Seleuco Hierosolymam missus, l. 3 c. 1 p. 168 templum Hierosolym. ingreditur, eod. c. 1 p. 169 inde semi mortuus effertur, dict. c. 1 p. 171

Helius, urbs, l. 2 c. 21 p. 149

Helkia Judæorum dux, l. 4 c. 5 p. 271 Lathyri regis copias delet, d. l. 4 c. 10 p. 288

Hellas, terra, unde nomen traxerit, l. 1 c. 1 p. 5

Helpis, vid. Elpis.

Henoch,

Henoch, l. 1 c. 1 p. 1

Heraclea, urbs l. 6 c. 31 p. 678

Hercules Cacum interficit, l. 1 c. 2 p. 13

Herculeum fretum, l. 3 c. 15 p. 221

Hercules, Alexandri M. filius, ex Barsane susceptus, l. 2 c. 13 p. 154

Herodes Ascalonita Samariam restaurat, l. 2 c. 24 p. 159 eandem nominat Sebastam, d. c. 24 p. 159 & seq. Judæorum regnò potitur, l. 2 c. 25 p. 165 quo die regnare cœperit, d. c. 25 p. 165 quamdiu regnârit, eod. c. 25 p. 165 templum Hierosolymitanum duplò majus & ornatius ædificat, dict. c. 25 p. 165 & l. 5 c. 26 p. 457 & seqq. Antipatri filius fuit, l. 4 c. 17 p. 315 Galilææ præfecitur, l. 5 c. 3 p. 364 Ezechiam latronem interficit, d. l. 5 c. 4 p. 365 propterea à primoribus Judæorum accusatur, l. 5 c. 4 p. 366 ab Hyrcano in judicium vocatur, d. c. 4 p. 366 in judicium venit, ibid. p. 367 à Schammæo & Menachemo accusatur, eod. c. 4 p. 367 & seq. condemnationi proximus aufugit, d. c. 4 p. 369 à Sexto, Cæsaris patruele, dux Syriæ constituitur, eod. c. 4 p. 369 Hyrcanum bellò petit, l. 5 c. 5 p. 369 à bello desistit, eod. c. 5 p. 370 copias adversus Malchiam parat, d. l. 5 c. 6 p. 375 eundem dolò interficit, dict. c. 6 p. 376 à Magnatibus Judæorum accusatur apud Marc. Antonium, l. 5 c. 8 p. 382 urbem Hierosolymam contrà Parthos egregiè defendit, dict. c. 8 p. 384 Parthorum manus effugit, eod. c. 8 p. 385 Hierosolymâ egressus in Idumæorum regionem fugit, l. 5 c. 9 p. 388 Parthos vincit, eod. c. 9 p. 388 Josepho, fratri suo, familiam suam commendat, d. c. 9 p. 389 eundem Massadæ præfecit, eod. c. 9 p. 389 ad Maluchum, Arabiæ regem, fugam parat, d. c. 9 p. 389 in Ægyptum ad reginam, Cleopatram, fugit, eod. c. 9 p. 390 Italiam petit, d. c. 9 p. 390 apud Marc. Antonium Romæ diversatur, eod. c. 9 p. 391 Rex declaratur, d. c. 9 p. 392 Pacorum bello persequitur, l. 5 c. 10 p. 392 Massadam obsidione liberat, d. c. 10 p. 393 Hierosolymam obsidet, eod. c. 10 p. 394 insidiis petitur, ibid. p. 395 Latrones persequitur, d. c. 10 p. 395 Arabes vincit, c. 11 p. 396 ab Antonio maximè honoratur, eod. c. 11 p. 396 cum Sosio contrà Antigonum proficiscitur, d. c. 11 p. 397 illius somnium de Josepho, fratre suo, eod. c. 11 p. 398 ruinam domus cujusdam miraculose evitat, d. c. 11 p. 398 Antigonum vincit, c. 12 p. 399 periculum mortis evadit, eod. c. 12 p. 399 Hierosolymam unà cum Sosio obsidet, d. c. 12 p. 399 eandem capit, eod. c. 12 p. 400. & l. 6 c. 6 p. 564 Antonium ad Antigonum interficiendum instigat, l. 5 c. 12 p. 402 Hillelum & Schammæum, Pharisæos, magno honore afficit, l. 5 c. 13 p. 402 Pharisæorum principes honorat, d. c. 13 p. 402 aurum quovis modò colligit, eod. c. 13 p. 403 legatos ad Parthorum regem mittit, dict. c. 13. p. 404 Hyrcanum magno honore palàm afficit; sed clàm interfici jubet, l. 5 c. 14 p. 405 literas Maluchi, regis Arabiæ, ad Hyrcanum scriptas, intercipit, d. c. 14 p. 406 Synedrium convocat, eod. c. 14 p. 407 & seq. Hyrcanum interfici jubet, dict. c. 14 p. 408 Hananelum pontificem facit, l. 5 c. 15 p. 409 eundem à sacerdotio removet idque Aristobulo tradit, d. c. 15 p. 410 & seq. Antonio respondet, eod. c. 15 p. 411 Aristobulo invidet, l. 5 c. 16 p. 414. & seqv. ad urbem Jericho proficiscitur, eod. c. 16 p. 4 4 Aristobulum interfici curat, ibid. Cleopatram in hac urbe regiè excipit, l. 5 c. 17 p. 419 à Cleopatra ad concubitum solicitatur, eod. c. 17 p. 419 Cleopatram interficere vult, ibid. p. 419 eandem reginam usque in Ægyptum comitatur, d. c. 17 p. 419 Antonium contrà Augustum Cæsarem juvat, l. 5 c. 18 p. 420 Arabiam invadit, eod. c. 18 p. 421 Ægyptios primùm, deinde Arabes in fugam vertit, l. 5 c. 18 p. 422 ipsius ætate magnus fit terræ motus, l. 5 c. 19 p. 422 ad regem Arabiæ pacis causâ legatos mittit, d. c. 19 p. 423 legati ìlli interficiuntur, ibid. milites suos ad bellum contrà Arabiæ regem hortatur, eod. cap. 19 p. 424. & seq. Arabes prælio vincit, l. 5 c. 20 p. 430 Petram deserti, metropolin Arabum, capit, d. c. 20 p. 431 Antonium interemptum dolet, l. 5 c. 21 p. 432 ad Augustum Cæsarem proficiscitur, eod. c. 21 p. 432 in illius conspectum venit, d. c. 21 p. 433 eundem alloquitur, eod. c. 21 p. 433. & seq. ab Augusto in gratiam recipitur, d. c. 21 p. 437 Augustum in Ægyptum usque comitatur, eod. c. 21 p. 438 domum reversus omnia turbis plena invenit, l. 5 c. 22 p. 438 Salomæ, sororis suæ, calumniis credit, d. c. 22 p. 440 Mariamnen, Josephum & Socæmum Tyrium capi jubet, eod. c. 22 p. 441 Mariamnæ euch-

nuchum torqueri jubet, d. c. 22. p. 441 Mariamnam, uxorem suam, occidi præcipit, eod. c. 22 p. 442 illius domus peste affligitur, d. l. 5 c. 22 p. 444 Mariamnæ interfectæ desiderio afficitur, l. 5 c. 23 p. 445 in morbum incidit, eod. c. 23 p. 445 Alexandram, Costobarum, Lysimachum ac Dositheum interfici jubet, d. c. 23 p. 445. & seq. imagines gentium ædificiis, à se constructis, insculpi curat, eod. c. 23 p. 447 Hippodromum ædificari jubet, dict. c. 23 p. 447 varia edit spectacula eod. c. 23 p. 447 decem juvenes in i, sum conspirant, d. c. 23 p. 448 templum in honorem Augusti condit, l. 5 c. 24 p. 448 Samariam, Cæsaream aliaque oppida ædificat, d. c. 24 p. 448 Judæos famis tempore sublevat, eod. c. 24 p. 449 vestibus crebrò mutatis in publicum prodit, d. c. 24 p. 450 populum Judaicum ad jusjurandum adigit, eod. c. 24 p. 451 Menachemum de vitæ regnique sui duratione interrogat, l. 5 c. 25. p. 453 populum Judaicum ad novum templum exstruendum oratione hortatur, eod. l. 5 c. 25 p. 454 & seqv. templum ædificat, l. 5 c. 26 p. 457 gladium aureum supra templi januam poni curat, d. c. 26 p. 461 Antipatrum ac Dositheam in domum suam revocat, l. 5 c. 28 p. 467 Romam abit, filios suos accusaturus apud Augustum Cæsarem, eod. c. 28 p. 469 filiis suis Augusti interventu reconciliatur, d. c. 28 p. 471 dona Augusto Cæsari dat, eod. c. 28 p. 471 inter filios suos regnum dividit, l. 5 c. 29 p. 472 Archelaum donis auctum à se dimittit, l. 5 c. 31 p. 481 ab Eurycle Lacedæmonio perfvasus Alexandrum & Aristobulum, filios suos, carenis constringi jubet, eod. l. 5 c. 32 p. 483 Tyrum & Cæsaream proficiscitur. d. c. 32 p. 484 Alexandrum & Aristobulum, filios suos, sulpendiò necari jubet, eod. c. 32 p. 486 affinitatem & concordiam inter liberos suos instituere vult, l. 5 c. 33 p. 488 novem uxores habuit, d. c. 33 p. 489 illius progenies, eod. c. 33 p. 489 affinitatem inter liberos suos institutam dissolvit, l. 5 c. 33 p. 490 Pheroram fratrem ægrotantem invisit, l. 5 c. 34 p. 491 eundem vita functum pompâ funebri prosequitur, dict. c. 34 p. 492 de venenata potione inquirit, eod. c. 34 p. 492 præfectum Antipatri torqueri jubet, l. 5 c. 35 p. 494 Antipatrum Romæ per epistolam evocat, dict. c. 35 p. 497 ad Antipatrum iterum scribit, l. 5 c. 36 p. 498 illum parricidii accusat, d. c. 36 p. 500 & c. 37 p. 501 & seqv. vasculum venenò plenum afferri jubet, l. 5 c. 39 p. 512 Antipatrum catenis constringi jubet, d. c. 39 p. 512 in morbum incidit lethalem, l. 5 c. 40 p. 513 Antipatrum à regni successione excludit, eod. c. 40 p. 514 principes Judæos Hippodromo includit, d. c. 40 p. 514 seipsum interficere vult, eod. c. 40 p. 515 Antipatrum interimi jubet, d. c. 40 p. 515 Archelaum successorem in regno constituit, eod. c. 40 p. 516 moritur, d. c. 40 p. 516 quamdiu regnaverit, l. 5 c. 40 p. 516 ipsius prosperitas & infelicitas, eod. c. 40 p. 517 illius mandatum de principibus Judaicis interfi iendis, d. c. 40 p. 517 maximâ pompâ funebri sepelitur, l. 5 c. 41 p. 518. & seq. ipsius administratio regni à Judæis culpatur, eod. c. 41 p. 520 urbem Hierosolymam exteriori eoque maximo muro cinxit, l. 6 c. 36 p. 718 ipsius corpus ad oppidum, Herodium, defertur, l. 5 c. 41 p. 520

Herodes, regis Herodis filius natu minimus, l. 5 c. 33 p. 488 & p. 489 eidem Aristobuli filia desponsatur, d. c. 33 p. 488 Cleopatræ Hierosolymitanæ fuit filius, eod. c. 33 p. 489 posteà Antipas dictus, l. 5 c. 42 p. 522. & c. 43 p. 528. vid. Antipas.

Herodes, Aristobuli, Herodis filii, filius, l. 5 c. 33 p. 486

Herodias, Aristobuli filia, l. 5 c. 33 p. 487 vid. Oridara.

Herodium, oppidum ab Herode conditum, l. 5 c. 9 p. 389 duæ arces seu urbes hujus nominis ab Herode exstructæ, d. c. 9 p. 389 quot stadia abfuerint ab urbe Hierosolyma, eod. c. 9 p. 389 ad hanc urbem Herodis corpus defertur, l. 5 c. 41 p. 520 ibid. sepelitur, d. c. 41 p. 520. & seq.

Hesbon, urbs, ab Alexandro Jannæo, capitur, l. 4 c. 12 p. 297

Hethel, fluvius, l. 1 c. 1 p. 4

Hierosolyma, à Nebucadnezare capitur, l. 1 c. 4 p. 22 mandatò Cyri restauratur, l. 1 c. 19 p. 56 hanc Alexander M. subjugare vult, l. 2 c. 6 p. 85 & c. 7 p. 86 ab Antiocho Magno vastatur, l. 2 c. 24 p. 158 à Pompejo capitur, d. l. 2 c. 24 p. 160. & l. 4 c. 23 p. 333 à Crasso subigitur, d. l. 2 c. 25 p. 161 ab Antiocho obsidetur, l. 4 c. 3 p. 257 ab Aristobulo obsidione cingitur, d. l. 4 c. 17 p. 313 ab Areta, rege Arabiæ, oppugnatur, eod. l. 4 c. 18 p. 319. & seq. urbi Romæ fit tributaria, l. 4 c. 23 p. 336 ejusdem muri, à Pompejo destructi, ab Hyrcano reparantur, l. 5 c. 3 p. 364 ab Herode obsidetur, l. 5. c. 10 p. 394 item cap. 12 p. 400 capitur, d. c. 12 p. 400 quo tempore ab Herode capta sit, eod. c. 12. p. 401 ejusdem urbis situs, l. 5 c. 26 p. 462 & l. 6 c. 35 p. 714 Agrippæ junioris ætate destructa fuit, l. 5 c. 45 p. 537 à Cestio per triduum obsidetur, l. 6 c. 8 p. 571 ad illam oppugnandam Titus castra locat. l. 6 c. 34 p. 698 triplici muro circumdata fuit, d. l. 6 c. 36 p. 718 & c. 46 p. 812 circumjacentium locorum amœnitas ac fertilitas, l. 6 c. 45 p. 809 quo mense capta sit à Romanis, l. 6 c. 53 p. 853 vid. Jerusalem.

Hillelus, Pharisæorum ptinceps, l. 5 c. 13 p. 402. & eod l. 5 c. 24 p. 451

Hippodromus ab Herode exstructus, l. 5 c. 23 p. 447. & d. l. 5 c. 40 p. 514. & p. 517

Hippopotami, animalia aquatica ingentis magnitudinis, l. 2. c. 18 p. 132

Hiskias, rex, quando vixerit, l. 5 c. 1 p. 352

Hiskias, Chobari filius, adhæret Eleazaro, grassatorum principi, l. 6 c. 32 p. 681

Hispania, l. 1 c. 1 p. 4. & l. 4 c. 15 p. 305 à Cyro subacta, l. 1 c. 21 p. 64 Romanorum provincia facta, l. 2 c. 24 p. 160. ab Hannibale devicta, l. 3 c. 15 p. 221 ab Herode Antipa subjugata, l. 6 c. 6 p. 564

Historici fidelis officium, l. 4 c. 16 p. 309

Hortensius, princeps Romanus, l. 4 c. 17 p. 312

Horrea publica Hierosolymitana à grassatoribus incenduntur, l. 6 c. 32 p. 685

Hungari, à Romanis subjugati, l. 6 c. 1 p. 546 vid. Ungari.

Hyrcanus, Judæorum rex, Samariam funditùs delet, l. 2 c. 24 p. 159

Hyrcanus, Simeonis filius, natu major, interficitur, l. 4 c. 2 p. 251

Hyrcanus, Alexandri, Judæorum regis, filius, l. 1 c. 21 p. 67

Hyrcanus minor, Johannes dictus, l. 4 c. 2 p. 251 & l. 6 c. 6 p. 563 cur Hyrcanus fuerit appellatus, l. 4 c. 2 p. 251. & d. l. 4 c. 3 p. 257 Gazam profugit, eod. l. 4 c. 2 p. 251 Digonam urbem oppugnat, d. l. 4 c. 2 p. 252 ab oppugnatione illius urbis desistit, eod. c. 2 p. 256 ab Antiocho Hierosolymis obsidetur, l. 4 c. 3 p. 257 legatos ad Antiochum mittit, d. c. 3 p. 258 pacem cum illo facit, eod. c. 3 p. 260 fœdus cum Arsace, Parthorum rege, init, l. 4 c. 4 p. 264 in Syriam Zobam exercitum ducit, dict. c. 4 p. 264 Medabatham, urbem, subigit, eod. c. 4 p. 264 Samgar sive Samegam urbem capit, d. c. 4 p. 264 Debiram Maresamque subjugat, ibid. Idumæos sibi subjicit eosdemque circumcisionis fœdere sibi jungit, eod. c. 4 p. 265 legatos fœderis renovandi causâ Romam mittit, l. 4 c. 4 p. 266 Samariam obsidet, l. 4 c. 5 p. 268 in Sancto Sanctorum vocem, victoriæ prænunciam, audit, d. c. 5 p. 269 Ptolemæi Lathuricopias vincit, eod. c. 5 p. 270. & seqv. Samariam capit, d. c. 5 p. 270 ab Eleazaro, Pharisæo, contumeliâ afficitur, l. 4 c. 6 p. 272 Pharisæorum scita & dicta deserit, eod. c. 6 p. 274 Deum de filiis suis consulit, l. 4 c. 7 p. 275 moritur, d. c. 7 p. 276

Hyrcanus Alexandri Jannæi filius, l. 4 c. 13 p. 300 & l. 6 c. 6 p. 563 Summo sacerdotio à matre Alexandra præficitur, l. 4 c. 13 p. 300 cum fratre, Aristobulo, pugnat, l. 4 c. 17 p. 313 in fugam vertitur, eod. c. 17 p. 313 cum fratre Aristobulo pacem facit, d. c. 17 p. 314 cum Antipatro magnam colit amicitiam, l. 4 c. 18 p. 316 ad Aretam, regem Arabiæ, fugit, eod. c. 18 p. 318 Antipatrum ad Pompejum mittit, l. 4 c. 20 p. 324 Aristobulum apud Pompejum accusat, eod. l. 4 c. 20 p. 324 regnum à Pompejo ei restituitur, d. l. 4 c. 23 p. 336 & c. 24 p. 337 cum Scauro & Antipatro petram deserti oppugnare vult, eod. c. 24 p. 337 regnum ei à Cassio restituitur, l. 4 c. 26 p. 348 muros urbis Hierosolymæ, à Pompejo diruros, reparat, l. 5 c. 3 p. 364 Herodem in judicium vocat, d. l. 5 c. 4 p. 366 eundem à mortis periculo liberat, d. c. 4 p. 368 ab Herode bellò petitur, l. 5 c. 5 p. 369 legatos fœderis renovandi causâ Romam mittit, d. c. 5 p. 370 legatos ad Augustum & Antonium mittit, l. 5 c. 7 p. 379 ab Augusto & Antonio responsum accipit, d. c. 7 p. 379 Herodem & Phaselum apud Antonium excusat, l. 5 c. 8 p. 383 cum archipincerna Pacori, regis Parthorum in urbe Hierosol. pugnat, d. c. 8 p. 384 illius dictis fidem habet, eod. c. 8 p. 385 à Pacoro capitur, d. c. 8 p. 387 eidem aures ab Antigono amputantur, eod. c. 8 p. 387 Babylonem mittitur, d. c. 8 p. 387 in Parthia exulat, l. 5 c. 13 p. 403 apud Judæos, Babylone habitantes

tantes, magno in honore est, d. c. 13 p. 403
Hierosolymam proficiscitur, eod. l. 5 c. 14 p. 405 ab Herode honorificè excipitur, d. c. 14 p. 405 ipsius filia, Alexandra, insidias ab Herode structas, ei aperit, d. c. 14 p. 405 ad Maluchum, regem Arabiæ, confugere vult, eod. c. 14 p. 405 coràm Synedrio sistitur, d. c. 14 p. 407 interficitur, eod. c. 14 p. 408 illius laus, regni administratio & res gestæ, d. c. 14 p. 408
Hyrcania, urbs, l. 4 c. 14 p. 303
Hyrcana gens Alanis vicina, l. 6 c. 56 p. 872 transitum concedit Alanis, d. c. 56 p. 872

I.

Jabna seu Jafna, urbs, etiam Jamnia dicta, l. 3 c. 17 p. 228 & l. 6 c. 5 p. 558 ac c. 31 p. 678 it. d. l. 6 c. 59 p. 887 ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 12 p. 296
Jacobus, patriarcha, l. 5 c. 12 p. 402 illius vaticinium, d. c. 12 p. 402
Jacobus, Sosæ filius, à Simeone custodiæ traditur, l. 6 c. 55 p. 865 rem strenuè gerit contrà Romanos, d. l. 6 c. 47 p. 821
Jacobus Idumæus fœdus cum Simeone pangit, l. 6 c. 29 p. 658 à Gazensibus exercitui præficitur, d. c. 29 p. 659
Jaddus, Pontifex, l. 2 c. 7 p. 86 Iddo fuit appellatus, l. 2 c. 8 p. 89 & l. 4 c. 4 p. 265
Jamnia, urbs, vid. Jabna.
Jannæus, vid. Alexander, Hyrcani filius.
Janus certæ diei & bestiæ nomen fuit, l. 1 c. 2 p. 13
Janus Saturnus, vid. Zepho.
Janus est Noah, l. 1 c. 1 p. 7
Janus alter sive secundus, ubi & quamdiu regnaverit, l. 1 c. 2 p. 14 illius successor fuit Latinus, rex l. 1 c. 3 p. 14
Janija, Uzi filia, l. 1 c. 2 p. 11 & d. l. 1 c. 3 p. 15 & p. 16 corporis pulchritudine excellit, l. 1 c. 2 p. 11 hanc Æneas, rex Africæ, uxorem sibi postulat, eod. c. 2 p. 12 in morbum incidit, l. 2 c. 3 p. 15 aquæ potu præcipuè curatur, d. c. 3 p. 16 Deæ instar colitur, eod. c. 3 p. 16
Japhet, l. 1 c. 1 p. 1 illius filii, d. c. 1 p. 1
Japho, etiam Joppe dicta fuit, l. 3 c. 17 p. 228 & l. 6 c. 8 p. 570 item d. l. 6 c. 31 p. 678 ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 12 p. 296 ad hanc urbem M. Crassus venit, d. l. 4 c. 26 p. 345 à Cestio capitur, l. 6 c. 5 p. 558 à Vespasiano subigitur, d. l. 6 c. 23 p. 628
Jared, l. 1 c. 1 p. 1
Jarrera, à Cyro subacta, l. 1 c. 21 p. 64
Jason, legatus à Juda Maccabæo ad Romanos fœderis causâ missus, l. 3 c. 17 p. 226
Javan, l. 1 c. 1 p. 1 illius filii, d. c. 1 p. 1 & p. 4 ipsius filius Cethim dictus fuit, eod. c. 1 p. 1
Javones, Jaones seu Jones, quinam sint? l. 1 c. 1 p. 4
Iberi, gens Asiæ, unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 4
Iberia à Romanis devicta, l. 2 c. 24 p. 160 regio Asiæ, l. 4 c. 15 p. 305
Ichaso, vid. Nicaso.
ישוי vox quid notet, l. 1 c. 4 p. 21 & l. 3 c. 17 p. 227 & l. 4 c. 4 p. 266 item d. l. 4 c. 17 p. 312 & eod. l. 4 c. 21 p. 325 & l. 5 c. 9 p. 391
Ida, liberta Romana, sacerdotem Anubis auro corrumpere conatur, l. 5 c. 44 p. 531
Iddo, vid. Jaddus.
Idumæi circumcisionis fœdere Judæis juncti, l. 2 c. 8 p. 90 & l. 4 c. 4 p. 265 it. l. 5 c. 23 p. 446 ac l. 6 c. 13 p. 585 his præcipitur, ut Judæis serviant, l. 1 c. 19 p. 58 à Juda Maccabæo subiguntur, l. 3 c. 13 p. 212 & d. l. 3 c. 19 p. 233 his Antipater præficitur, l. 4 c. 17 p. 315 ab Hyrcano domantur, d. l. 4 c. 4 p. 265 & l. 6 c. 26 p. 639 illorum idolum Koze dictum, l. 5 c. 23 p. 446 Eleazarus cum Josua duce illis præficitur, l. 6 c. 9 p. 575 Judæis adhærent, d. l. 6 c. 13 p. 585 à Johanne accersiti Hierosolymam veniunt, l. 6 c. 26 p. 639 Ananiæ, Pontifici, respondent, eod. l. 6 c. 27 p. 641 Hierosolymam noctu introducuntur, d. c. 27 p. 643 illorum crudelitas, eod. c. 27 p. 644 cum Simeone æquo Marte præliantur, l. 6 c. 29 p. 657 à Simeone vincuntur, eod. c. 29 p. 660 eorum duces & milites, Hierosolymis existentes, Tito sese dedere volunt, l. 6 c. 55 p. 865 sed à Simeone prohibentur, d. c. 55 p. 865 tandem ad Titum profugiunt, eod. c. 55 p. 865
Ijar, nomen mensis apud Judæos, l. 2 c. 22 p. 152
Iebus, urbs, unde dicta, l. 6 c. 35 p. 708
Iechonias, rex Judæorum, l. 6 c. 42 p. 786 & c. 48 p. 827 Chaldæorum regi semet tradit, ibid.
Iehojada, sacerdos, Eliakimi filius, l. 6 c. 21 p. 620 primus sorte ductus à socio suo interficitur, d. l. 6 c. 22 p. 621
Iehoram Melchizedek appellatus, l. 6 c. 35 p. 708

Jehuda, sapiens Essenus, l. 4 c. 7 p. 278 illius de Antigono vaticinium, d. c. 7 p. 278
Jehuda, juvenis Judæus, contra Romanos fortiter pugnat, l. 6 c. 47 p. 821
R. Jehuda, sanctus dictus, Mischnam composuit, l. 6 c. 59 p. 888
Jephtha seu Gyphthæus, juvenis Judæus, rem strenuè gerit, l. 6 c. 47 p. 821
Jeremias, propheta, de Babylone vaticinatur, l. 1 c. 5 p. 23 arcam fœderis recondit, d. l. 1 c. 21 p. 63
Jerusalem, unde nomen suum acceperit, l. 6 c. 35 p. 708 & seq. istius urbis situs ac descriptio, d. c. 35 p. 714 ac d. l. 6 c. 36 p. 718 vid. Hierosolyma.
Jericho, urbs, l. 4 c. 17 p. 313 & d. l. 4 c. 24 p. 340 apud hanc urbem prælium committitur inter Hyrcanum & Aristobulum, fratres, l. 4 c. 17 p. 313 unde nomen acceperit, l. 4 c. 22 p. 329 ac seqv. & l. 5 c. 16 p. 414 ac c. 17 p. 418 à Vespasiano subigitur, l. 6 c. 28 p. 651 in hac urbe Synedrium seu tribunal constituitur, l. 4 c. 24 p. 340
Jesua, sacerdos, l. 1 c. 12 p. 39 & d. l. 1 c. 20 p. 60 vid. Josua.
Jesus, Pontifex, Idumæos, Hierosolymam venientes, alloquitur, l. 6 c. 26 p. 639 interficitur, d. l. 6 c. 32 p. 683 & c. 33 p. 689
Jesu Christi testimonium, à Iosepho Historico prolatum, l. 5 c. 45 p. 534
Jesus Nazarenus comprehensus, l. 4 c. 20 p. 323
Ignis sacer in templo secundo quomodo sit inventus, l. 1 c. 21 p. 62 illius extinctio à Iosepho metuitur, l. 6 c. 37 p. 726 extinguitur, d. l. 6 c. 42 p. 779
Ijar, mensis, l. 2 c. 22 p. 151
Indi, l. 2 c. 9 p. 92
Indiæ transitus à Cyro subacti, l. 1 c. 21 p. 64 Indiæ regio à Romanis subacta, l. 6 c. 1 p. 546
Indathis, vid. Andarbus.
Jobabus, rex Lybiæ, l. 5 c. 43 p. 527
Johannes, cognomine Gaddis, Mattathiæ filius, l. 3 c. 7 p. 194
Johannes Judæ Maccabæi legatus, l. 3 c. 14 p. 218 illius filius Eupolemus, d. l. 3 c. 17 p. 226
Johannes Baptista ab Herode Antipa interficitur, l. 5 c. 45 p. 533
Johannes Essæus, dux Judæorum, l. 6 c. 12 p. 581 Ascalonem oppugnat, eod. c. 12 p. 581 interficitur, d. c. 12 p. 581
Johannes, Levii filius, Galilæus appellatus, l. 6 c. 25 p. 633 illius ingenium ac mores, d. c. 25 p. 633 grassatorum princeps evadit, eod. c. 25 p. 633 Giscalæ incolas dehortatur, ne pacem cum Romanis faciant, d. c. 25 p. 634 relictâ Giscalâ Hierosolymam fugit, eod. c. 25 p. 634 omnis generis homines recipit eorumque dux declaratur, d. l. 6 c. 26 p. 636 Antipatrum, Leviam & Phoram interfici curat, eod. c. 26 p. 636 ad Zelotas mittitur legatus, d. c. 26 p. 639 fit proditor causæ, eod. c. 26 p. 639 populum Judaicum ad Idumæos recipiendos hortatur, d. c. 26 p. 639 Idumæos accersit, eod. c. 26 p. 639 noctu egressus ex templo Idumæos in urbem Hierosolymam introducit, l. 6 c. 27 p. 643 & seq. Synedrium alloquitur, d. c. 27 p. 645 Zachariam interfici curat, eod. c. 27 p. 645 Gorinionem interimi præcipit, l. 6 c. 27 p. 646 cædibus grassatur Hierosolymis, d. l. 6 c. 28 p. 648 copiis ex urbe Hierosolymæ emissis loca quædam occupat, d. c. 28 p. 648 Dolesum, populi Gadarensis principem, interfici jubet, eod. c. 28 p. 649 Simeonis uxorem capit, l. 6 c. 29. p. 661 eandem mox remittit, d. c. 29 p. 661 ipsius ut & sequacium improbitas ac flagitia, eod. c. 29 p. 662 Simeoni irascitur, d. c. 29 p. 664 Eleazari partes defendit, eod. c. 29 p. 664 forum sive medium urbis Hierosol. occupat, l. 6 c. 32 p. 681 templum Domini dolo capit, d. l. 6 c. 35 p. 702 cæteros grassatorum principes opprimere conatur, d. c. 35 p. 702 Simeoni semet opponit, eod. c. 35 p. 706 arcem Antoniam defendendam suscipit, l. 6 c. 36 p. 718 urbe Hierosolymâ egressus Romanorum aretem combusit, l. 6 c. 40 p. 761 & seq. ipse unà cum Eleazaro exiens urbe magnam gentium multitudinem prosternit, l. 6 c. 41 p. 772 à Josepho compellatur mandatò Titi, imperatoris, l. 6 c. 48 p. 822 Tito respondet, d. c. 48 p. 823 à Tito salutem & incolumitatem petit, l. 6 c. 54 p. 861 Tito superbè respondet, eod. c. 54 p. 863 latebris semet occultat, l. 6 c. 55 p. 865 ex latebris egressus ad Titum venit, d. c. 55 p. 868 vitam suspendio finit, eod. c. 55 p. 868
Johannes Idumæus à Romanis interficitur, l. 6 c. 36 p. 716
Johannis, Pontificis, sepulchrum, l. 6 c. 35 p. 715 & d. l. 6 c. 30 p. 836
Johannes seu Iochanan, Zaccai filius, caput & princi-

ceps ſcholæ Iudaicæ fuit poſt excidium Hieroſolymitanum, *l.* 6 *c.* 59 *p.* 888
Ionadabus, *l.* 2 *c.* 16 *p.* 125 illius poſteritas ubi habitet, ibid.
Ionathan, qui & Abaron, Mattathiæ filius, *l.* 3 *c.* 7 *p.* 194 & *l.* 6 *c.* 6 *p.* 563
Ionathan, ſummus ſacerdos, vid. Nathan.
Ionathan, Iudæ Maccabæi frater, Bachidi occurrit, *l.* 4 *c.* 1 *p.* 247 Iordanem tranſit, d. *c.* 1 *p.* 247 Bachidis caſtra adoritur, eod. *c.* 1 *p.* 248 vitam finit, ibid. 250
Ionathan, Sadducæus, *l.* 4 *c.* 6 *p.* 273
Ionathan, Hananiæ filius, legatus à Judæis mittitur ad Jul. Cæſarem, *l.* 5 *c.* 5 *p.* 373
Ionathan, Judæus miles, Romanos provocat, *l.* 6 *c.* 50 *p.* 836 Pudentem, militem Romanum, interficit, *d. c.* 50 *p.* 837 à Priſco, milite Romano, interimitur, eod. *c.* 50 *p.* 838
Ionathan, ſic etiam appellatus fuit Ariſtobulus, Alexandræ filius, *l.* 5 *c.* 15 *p.* 409
Jones, vid. ſuprà Iavones.
Ioppe, urbs, vid. Japho.
Ioppenſe, mare, *l.* 1 *c.* 19 *p.* 58. & *l.* 5 *c.* 24 *p.* 449
Jordan, fluvius, *l.* 3 *c.* 13 *p.* 213 hunc tranſit Judas Maccabæus, *d. c.* 13 *p.* 213 apud fluvium iſtum committitur prælium inter Ariſtobulum & Hyrcanum, *l.* 4 *c.* 17 *p.* 313 hunc fluvium tranſit Ionathan, *l.* 4 *c.* 1 *p.* 247 ad flumen iſtud venit Alexander Iannæus, *d. l.* 4 *c.* 10 *p.* 287 hujus fluvii fontes, *l.* 3 *c.* 13 *p.* 211. & *l.* 5 *c.* 24 *p.* 449 in hunc præcipites aguntur Judæi à Placido, Romanorum duce, *l.* 6 *c.* 28 *p.* 650
Jorpata ſive Iotapata, urbs, *l.* 6 *c.* 13 *p.* 586 Joſephus eò confugit, *d. c.* 13 *p.* 586 à Veſpaſiano obſidetur, *l.* 6 *c.* 14 *p.* 587. & *c.* 15 *p.* 590 arietibus oppugnatur, eod. *c.* 15 *p.* 591. & ſeqv. à Joſepho urbs iſta viriliter defenditur, *l.* 6 *c.* 16 *p.* 595 eandem Veſpaſianus vehementer oppugnat, d. l. 6 *c.* 18 p. 601 urbs iſta ab illo capitur, d. *c.* 18 p. 601 & ſeq.
Joſanes, vid. Oſanes.
Joſephus, patriarcha, Zephonem capit, l. 1 *c.* 2 p. 10
Joſephus, Gorionis filius, celebris ille Hiſtoricus, quando ſit natus, l. 1 *c.* 24 p. 157 librum bellorum Domini ſcripſit, d. *c.* 24 p. 157 quo tempore vixerit, l. 3 *c.* 1 p. 350. & p. 352. it. l 6 *c.* 38 p. 751 illius de ſapientia liber, l. 5 *c.* 25 p. 452 & l. 5 *c.* 27 p. 466 multos ſcripſit libros, d. *c.* 27 p. 466 ipſius teſtimonium de Chriſto, l. 5 *c.* 45 p. 534 dux eligitur à Judæis, l. 6 *c.* 9 p. 574 Galilææ præficitur, d. *c.* 9 p. 574 ad bellum ſeſe præparat, l. 6 *c.* 10 p. 576 & ſeqv. populum Judaicum ad bellum hortatur, l. 6 *c.* 10 p. 576 corporis cuſtodes eligit, d. *c.* 10 p. 577 Tyarnam ſeu Tarichæas occupat, l. 6 *c.* 11 p. 578 Tyberienſes aggreditur, eod. *c.* 12. p. 578 & ſeq. urbem illam intrat, d. *c.* 11 p. 579 Zipporim, urbem, oppugnat, eod. *c.* 11 p. 580 Aſcalonem capit, *l.* 6 *c.* 12 p. 583 Zephorenſes vincit, d. *c.* 12 p. 583 Tyberiadem revertitur, l. 6 *c.* 13 p. 586 Jorpatam ſeu Jotapatam confugit, d. *c.* 13 p. 586 legatos Hieroſolymam mittit, l. 6 *c.* 14 p. 587 cum Veſpaſiano pugnat, d. *c.* 14 p. 588 Jorpatæ ſeu Jotapatæ obſidetur, eod. *c.* 14 p 590 urbem illam fortiter defendit, l. 6 *c.* 16 p. 595 ex urbe Jotapata cum quadraginta viris in ſylvam fugit, l. 6 *c.* 18 p. 602 in ſpeluncam ſeſe recipit, d. *c.* 18 p. 602 à Judæis ſociis ad αὐτοχειρίαν incitatur, l. 6 *c.* 19 p. 604 & ſeq eandem multis argumentis improbat & diſſvadet, l. 6 *c.* 20 p. 608 & *c.* 22 p. 622 in ſummis anguſtiis ad Deum orat, d. l. 6 *c.* 21 p. 617, & ſeq. mortem ſortis arbitrio committendam ſociis ſuis ſuadet, d. *c.* 21 p. 619 & ſeq. à Nicanore è ſpelunca educitur, l. 6 *c.* 23 p. 615 à nonnullis Veſpaſiani militibus ad mortem poſcitur, d. *c.* 23 p. 617 apud Titum invenit gratiam, eod. *c.* 23 p. 627 à Veſpaſiano ſervatur, d. *c.* 23 p. 627 ab illo Romam ducitur, l. 6 *c.* 30 p. 666 cuſtodiæ traditur, d. *c.* 30 p. 666 vinculis ſolvitur & à Veſpaſiano honore afficitur, l. 6 *c.* 31 p. 673 & ſeq. it. p 676 à Veſpaſiano ad Titum mittitur, d. *c.* 31 p. 676 miſerias & calamitates urbis Hieroſolymæ deplorat, l. 6 *c.* 33 p. 686 & ſeq. ac *c.* 35 p. 708 & ſeqq. Judæos mandato Titi ad pacem hortatur, l. 6 *c.* 37 p. 725 & ſeq. à graſſatoribus ſagittis petitur, d. *c.* 37 p. 739 Judæos rebelles increpat, *c.* 38 p. 740 & ſeq. illius parentes qui fuerint, d. l. 6 *c.* 38 p. 751 ejusdem ætas, eod. *c.* 38 p. 751 ipſius oratio Judæos valdè movet, l. 6 *c.* 39 p. 753 Comagenum, ex Alexandri M. ſtirpe ortum, blandè caſtigat, d. *c.* 39 p. 758 patris ſui videndi causâ ad mœnia urbis propiùs accedit, l. 6 *c.* 44 p. 794 lapidis ictu vulneratur, d. *c.* 44 p. 794 à matre ſua tanquàm mortuus deploratur, l. 6 *c.* 44 p. 795. & ſeq. matrem ſuam compellat, d. *c.* 44 p. 801 ipſe Titi nomine Johannem cœterosque graſſatorum principes alloquitur, l. 6 *c.* 48 p. 822 eosdem graviter increpat, d. *c.* 48 p. 824 à Tito conſtituitur princeps ſuper omnes ſeniores populi Iſraëlitici, l. 6 *c.* 55 p. 866 urbis Hieroſolymæ caſum deplorat, d. l. 6 *c.* 59 p. 886 prophetarum vaticinia de excidio Hieroſol. interpretatur, eod. l. 6 *c.* 60 p. 889 & quidem Zachariæ atque Ezechielis, d. l. 6 *c.* 60 p. 891 & ſeqv.
Joſephus, Antipatri filius, Maſſadæ præficitur ab Herode, l. 5 *c.* 9 p. 389 in arce Maſſada ab Antigono obſidetur, d. l. 5 *c.* 10 p. 393 obſidione liberatur à fratre, Herode, eod. *c.* 10 p. 394 in prælio occumbit, l. 5 *c.* 11 p. 397
Joſephus, Minæi filius, ab Hyrcano mittitur legatus ad Auguſtum & Antigonum, l. 5 *c.* 7 p. 379
Joſephus, Dalæi filius, ſeipſum in ignem, quò templum Hieroſol. conflagrabat, conjecit, l. 6 *c.* 53 p. 855
Joſephus, maritus Salomæ, Herodis arcanum detegit, l. 5 *c.* 21 p. 432 Herodis juſſu capitur & interficitur, d. l. 5 *c.* 22 p. 441
Joſias in prælio occumbit, l. 1 *c.* 22 p. 71
Joſua, Sirachi filius, quando vixerit, l. 2 *c.* 24 p. 157
Joſua, Ananiæ filius, homo plebejus, Hieroſolymis circumcurrit & magna voce clamat: væ! l. 6 *c.* 53 p. 859 lapidis ictu interit, d. *c.* 53 p. 859
Joſua, ſacerdos, Sabbathæi filius, vaſa aurea templi ac veſtes tradit Tito, l. 6 *c.* 55 p. 867
Joſua ſive Jeſus, Saphæ filius, Judææ præficitur, l. 6 *c.* 9 p. 574
Joſua, ſacerdotii princeps, interficitur, l. 6 *c.* 33 p. 690
Irlandia, à Romanis ſubacta, l. 6 *c.* 1 p. 547
Iscoktin, ſpecies reſinæ, ab Alexandro M. reperta, l. 2 *c.* 16 p. 124
Iſis, idolum, l. 5 *c.* 44 p. 530 illius templum Romæ, ibid.
Ismaël, Eliſæ filius, Pontifex, à Tito interficitur, l. 6 *c.* 59 p. 888
Ismaëlitæ Tarſorum regionem occupant, l. 1 *c.* 1 p. 6 & 7
Iſraëliticæ tribus, vid. Tribus Iſraëliticæ.
Itargan, fluvius in Perſide, l. 2 *c.* 15 p. 120 vid. Araſtaga.
Itabyrius, mons, vid. Tabor.
Italia, regio, l. 1 *c.* 1 p. 6 quinam populi primitùs illam incoluerint, ibid. hæc quondam Κίτιμ ſeu Κίτιμ appellata fuit, d. *c.* 1 p. 7 ab Hannibale bello petitur, l. 3 *c.* 15 p. 222
Italus, rex Italiæ, l. 1 *c.* 1 p. 7 illius filia Roma fuit appellata, d. *c.* 1 p. 7
Itulmus Syracuſas devaſtat, l. 2 *c.* 24 p. 158 Capuam & Siciliam ſubigit, d. *c.* 24 p. 158
Ituræi ab Ariſtobulo vincuntur, l. 4. *c.* 9 p. 283
Jub ſive Jou, mons, l. 1 *c.* 1 p. 6
Judæi à Dario è captivitate dimittuntur, l. 1 *c.* 12 p. 38 & ſeq. à Sanballato accuſantur, d. l. 1 *c.* 12 p. 39 horum magna multitudo à Ptolemæo, Ægypti rege, libertate donatur, l. 3 *c.* 2 p. 175 mille Judæi in quadam ſpelunca interimuntur, d. l. 3 *c.* 7 p. 195 Iudæi cujusdam improbi & apoſtatæ facinus, l. 3 *c.* 8 p. 196 Judæis regnum à Pompejo adimitur, l. 4 *c.* 23 p. 336 Judæorum legati à Julio Cæſare valdè honorantur, l. 5 *c.* 5 p. 372 Judæi hinc inde diſperſi, l. 5 *c.* 7. p. 380 ab Auguſto Cæſare liberi dimittuntur, dict. *c.* 7 p. 381 Iudæi cujusdam crudele facinus, l. 5 *c.* 10 p. 395 Iudæi multi in Ægyptum profugiunt, *l.* 4 *c.* 19 *p.* 320 ibidem habitant, *l.* 5 *c.* 2 *p.* 361 decem juvenes Iudæi contra Herodem conſpirant, d. *l.* 5 *c.* 23 *p.* 448 ſed detecti interficiuntur, eod. *c.* 23 *p.* 448 Iudæorum captivitas ſtante templo ſecundo quando acciderit, *l.* 5 *c.* 45 *p.* 537 Iudæus quidam dolò interficitur à Romano, *l.* 6 *c.* 18 *p.* 603 Iudæi Hieroſolymitani in tres factiones diviſi, d. *l.* 6 *c.* 32 *p.* 681 Iudæi nonnulli, à Romanis capti, ſuſpendiò necantur, *l.* 6 *c.* 39 *p.* 755 quot Iudæi durante obſidione Hieroſolymitana mortui ſint, *l.* 6 *c.* 45 *p.* 807 Iudæi aurum, uniones & lapides pretioſos deglutiunt, d. *l.* 6 *c.* 45 *p.* 804 ob hanc cauſam à Romanis militibus mactantur, eod. *c.* 45 *p.* 804 Iudæi cujusdam vaticinium de templo exuſto reſtaurando, *l.* 6 *c.* 53 *p.* 856 numerus omnium Iudæorum, qui ad feſtum Paſchatis Hieroſolymæ convenerant; ſed ibidem perierunt, d. *l.* 6 *c.* 55 *p.* 870 quot captivi ex illis facti ſint, d. *c.* 55 *p.* 870 Iudæ cujusdam pueri audax facinus, *l.* 6 *c.* 54 *p.* 861 principes quidam ac nobiles Iudæi Hieroſolymitani ſeſe Tito tradunt, *l.* 6 *c.* 55 *p.* 866
Iudaicæ quædam mulieres ob liberos circumciſos inter-

interficiuntur, *l.* 3 *c.* 4 *p.* 179
Iudaicum bellum quando sit exortum, *l.* 6 *c.* 1 *p.* 540
Iudaicum regnum à Pompejo Iudæis ablatum, *l.* 4 *c.* 23 *p.* 336 & seq. in quinque partes dividitur, d. *l.* 4 *c.* 24 *p.* 340
Iudas, Mattathiæ filius, *l.* 3 *c.* 7 *p.* 194 exercitui præficitur, d. *l.* 3 *c.* 9 *p.* 200 & *l.* 6 *c.* 6 *p.* 563 illius præclara facinora, *l.* 3 *c.* 9 *p.* 201 & *c.* 10 *p.* 202 Apollonium interficit, eod. *c.* 10 *p.* 203 Seronem vincit, ibid. Nicanorem superat, *l.* 3 *c.* 11 *p.* 207 Bachidem & Timotheum vincit, *c.* 12 *p.* 208 Philippum, ducem, comprehendit, eod. *c.* 12 *p.* 208 Sanctuarium repurgat, *l.* 3 *c.* 13 *p.* 211 Lysiam in fugam vertit, *l.* 3 *c.* 14 *p.* 217 pacem cum rege Eupatore facit, eod. *c.* 14 *p.* 220 & *c.* 20 *p.* 236 fœdus cum Romanis pangit, *l.* 3 *c.* 17 *p.* 227 ex urbe Hierosolyma metu profugit, d. *l.* 3 *c.* 21 *p.* 239 Samariam abit, d. *c.* 21 *p.* 239 cum Nicanore pugnat, *l.* 3 *c.* 22 *p.* 240 in prælio occumbit, eod. *l.* 3 *c.* 23 *p.* 246
Iudas, Chelciæ filius, adhæret Eleazaro, grassatorum principi, *l.* 6 *c.* 32 *p.* 681
Iudas, Chiliarcha, ad Romanos transfugere cupiens, Simeonis mandato interficitur, *l.* 6 *c.* 43 *p.* 793
Iulius Cæsar annum ad Solis cursum ordinat, *l.* 2 *c.* 25 *p.* 165 illius nativitas, *l.* 5 *c.* 1 *p.* 349 unde sit appellatus Cæsar, dict. *c.* 1 *p.* 349 quando natus sit, d. *c.* 1 *p.* 349 quo tempore imperium Romanum ad se traxerit, eod. *c.* 1 *p.* 352 Francos & Britannos subigit d. *c.* 1 *p.* 354 Aristobulum ex custodia dimittit, eod. *c.* 1 *p.* 359 cum Pompejo pugnat, d. *c.* 1 *p.* 359 Pompejum devictum interficit, eod. *l.* 5 *c.* 1 *p.* 360 ab Ægypti ingressu prohibetur, d. *c.* 1 *p.* 360 Antipatrum valde diligit, *l.* 5 *c.* 2 *p.* 362 eundem militibus suis præficit, d. *l.* 5 *c.* 3 *p.* 363 ad duces Romanos Iudæorum causa scribit, *l.* 5 *c.* 5 *p.* 370 Iudæorum legatos magno in honore habet, d. *c.* 5 *p.* 372 interficitur, *l.* 5 *c.* 6 *p.* 374
Iulius, mensis, unde nomen suum traxerit, *l.* 2 *c.* 25 *p.* 164 & *l.* 5 *c.* 1 *p.* 349
Iulianus, miles quidam Romanus, rem præclarè gerit, *l.* 6 *c.* 47 *p.* 819 cum Iudæis acriter pugnat, d. *c.* 47 *p.* 820 occiditur, eod. *c.* 47 *p.* 820
Iunius & Majus, duo fratres Græci, *l.* 5 *c.* 1 *p.* 352
Iupiter stella justitiæ vocatur à Iudæis, *l.* 1 *c.* 4 *p.* 20 huic templum condit Romulus, d. *c.* 4 *p.* 20 ei quintum septimanæ diem assignat Romulus, eod. *c.* 4 *p.* 20
Iupiter Cretæus, *l.* 3 *c.* 7 *p.* 194 huic templum, in monte Garizim exstructum, consecratur, eod. *c.* 7 *p.* 194
Iupiter Capitolinus, *l.* 4 *c.* 20 *p.* 323 illius templum, *d. c.* 20. *p.* 323 & *c.* 21 *p.* 325 à fœmina natus est, *l.* 5 *c.* 44 *p.* 531
Iupiter Casius, vid. Casii Iovis templum.
Iura, mons, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 6
Iuramentum Herodi præstatur à populo Iudaico, *l.* 5 *c.* 24 *p.* 451 juramenti vis & vinculum quousque sese extendat, *l.* 6 *c.* 22 *p.* 622
Izatæ regis filii ac fratres ex urbe Hierosolyma ad Titum veniunt, *l.* 6 *c.* 54 *p.* 863 Romam mittuntur vincti, dict. *c.* 54 *p.* 863

K.

Kainan, Enosi filius, ubi sepultus sit, *l.* 2 *c.* 18 *p.* 131 diluvium Noachi ætate futurum præuixit, *d. c.* 18 *p.* 131 magnam condidit urbem, eod. *c.* 18 *p.* 131 turrim exstruxit, in qua thesauros ingentes reposuit, ibid. *p.* 132
Karræi, quinam sic dicti, *l.* 4 *c.* 4 *p.* 265. & *c.* 6 *p.* 273. vid. קראים
Kenan, patriarcha, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 1
Kisleu, mensis apud Iudæos, *l.* 3 *c.* 13 *p.* 211. it. *l.* 6 *c.* 41 *p.* 769
Kittim, quis populus & quæ regio sic appelletur, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 1. & 7 urbs ejusdem nominis à Noacho condita, *d. c.* 1 *p.* 7 vid. Cittim.
Kittim filii Sabinorum filias abducunt, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 9 inter hos & filios Thubal oritur bellum, *d. c.* 1 *p.* 9 urbem Porto condunt, eod. *c.* 1 *p.* 10 in montem Cophtitiæ fugiunt, *d. l.* 1 *c.* 2 *p.* 13 à Gogadio armis petuntur, eod. *c.* 2 *p.* 13 Saturnum, stellam, colunt, *d. c.* 2 *p.* 14 vid. suprà Cittim.
Koze, idolum Idumæorum, *l.* 5 *c.* 23 *p.* 446.

L.

Lamech, patriarcha, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 1
Læsem, urbs, quæ & Laisa dicta fuit, *l.* 3 *c.* 23. *p.* 244
Latinus, rex, *l.* 1 *c.* 2 *p.* 11 illius filia, Lavinia fuit appellata, *d. c.* 2 p. 11 Iano secundo in regno succedit, *l.* 1 *c.* 3 *p.* 14 Latinam lingvam explanat, *d. c.* 3 *p.* 14 ad Osdrubalem proficiscitur. eod. *c.* 3 *p.* 15 cum ipso pugnat eumque vincit, *d. c.* 3 *p.* 15 illius filiam duxit uxorem, eod. *c.* 3 *p.* 15 moritur, ibid. *p.* 17
Latinus secundus ejus nominis, Italiæ rex, Alamaniam & Burgundiam subigit, *l.* 1 *c.* 3 *p.* 17 & seq. templum Lucifero exstruit, *d. c.* 3 *p.* 17 moritur, eod. *c.* 3 *p.* 17
Lavinia, Latini regis filia, *l.* 1 *c.* 2 *p.* 11
Legrith, urbs in Idumæa, à Vespasiano capitur, *l.* 6 *c.* 28 *p.* 650
Legatorum jus inviolabile, *l.* 5 *c.* 19 *p.* 415 & *p.* 429
Levia sive Lebia, nobilis Iudæus, à Iohanne Galilæo interficitur, *l.* 6 *c.* 26 *p.* 636
Libani sylva, l. 1 *c.* 19 *p.* 57
Libani mons, l. 4 *c.* 15 p. 306 & l. 5 *c.* 11 p. 398
Libellus repudii, vid. repudii libellus.
Libna, urbs, l. 6 *c.* 5 *p.* 558
Libra, l. 4 *c.* 26 p. 346 illius valor apud Iudæos, *d. c.* 26 *p.* 346
לילית vox quid significet, l. 1 *c.* 3 p. 16
Lira, fluvius, Latinis Ligaris, l. 1 *c.* 1 p. 3 & *d.* l. 1 *c.* 3 p. 18
Livius, vid. Titus.
Lizphim, unde gens ista orta sit, l. 1 *c.* 1 *p.* 8
Lombardia, regio, l. 1 *c.* 1 p. 6
Lombardi, unde sint orti, l. 1 *c.* 1 p. 6
Longinus, miles Romanus, Iudæos adoritur, l. 6 *c.* 36 *p.* 719 rem fortiter gerit, *d. c.* 36 p. 719
Longinus sive Longus, nobis is Romanus, seipsum gladio trajicit, l. 6 *c.* 50 p. 841
Loomim, unde gens ista orta sit, l. 1 *c.* 1 p. 8
Lucanus, Romanorum dux, servorum rebellium conatum in Sicilia reprimit, l. 2 *c.* 24 p. 159
Lucifer, stella matutina, *l.* 1 *c.* 3 *p.* 17 ei templum à rege Latino exstruitur, *d. c.* 3 *p.* 17 illius templum clauditur à Romulo, *l.* 1 *c.* 4 *p.* 20
Lucius, miles Romanus ab amico suo, Artorio, cadendo opprimitur, *l.* 6 *c.* 50 *p.* 841
Lucii, certus populus, *l.* 2 *c.* 15 *p.* 117 illorum regnum ab Alexandro M. subigitur, *d. c.* 15 *p.* 117
Lucretia, Collatini uxor à Sext. Tarquinio stuprata, seipsam interficit, *l.* 1 *c.* 4 *p.* 21
Lucullus, Romanorum imperator, in Armeniam irrumpit, *l.* 4 *c.* 15 *p.* 305 Mithridatem regem persequitur, *d. c.* 15 *p.* 305
Lucus, Nibali pater, *l.* 1 *c.* 2 *p.* 12
לולב quid? *l.* 4 *c.* 11 *p.* 291
Luna nova ubinam primùm observata sit, *l.* 4 *c.* 21 *p.* 330. & *l.* 5 *c.* 16 *p.* 414
Luzii, gens quædam, *l.* 2 *c.* 9 *p.* 92
Lycus, fluvius, *l.* 4 *c.* 4 *p.* 263
Lydia, regio, *l.* 5 *c.* 5 *p.* 371
Lydda, urbs, *l.* 5 *c.* 5 *p.* 371. & *l.* 6 *c.* 5 *p.* 558
Lysias, Antiochi regis dux, Iudæorum terram invadit, *l.* 3 *c.* 11 *p.* 205 Iudæam iterùm bellò petit, *d. l.* 3 *c.* 14 *p.* 216 à Iuda Maccabæo fugatur, eod. *c.* 14 *p.* 217 fœdus cum Iuda init, *d. c.* 14 *p.* 220
Lysimachus, Garensium dux, fratrem suum interficit, *l.* 4 *c.* 11 *p.* 290 Alexandrum Iannæum apertâ portâ recipit, eod. *c.* 11 *p.* 291
Lysimachus, Pausaniæ filius, Iudæorum legatus ad Iulium Cæsarem mittitur, *l.* 5 *c.* 5 *p.* 373 idem legatus ab Antonium & Augustum mittitur, *l.* 5 *c.* 7 *p.* 379
Lysimachus, Iudæorum princeps, Herodis jussu interficitur, *l.* 5 *c.* 23 *p.* 445

M.

Maccabæi, *l.* 1 *c.* 21 *p.* 66 septem fratres Maccabæi ob religionem interficiuntur, *l.* 3 *c.* 5 *p.* 183 ac seqv. & *c.* 6 *p.* 186 ac seqv. cur sic appellati, *c.* 7 *p.* 194 & *c.* 9 *p.* 201
Macedones, populus, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 4 & *p.* 6 eorum jugum quando primùm à Iudæis excussum, *l.* 3 *c.* 7 *p.* 195
Macedonia, à Cyro subacta, *l.* 1 *c.* 21 *p.* 64 provincia Macedonia, *l.* 2 *c.* 9 *p.* 94 an Macedonia sit Cittim, *l.* 5 *c.* 1 *p.* 359
Macherus urbs seu castellum, *l.* 4 *c.* 14 *p.* 303 eò confugit Aristobulus, *d. l.* 4 *c.* 25 *p.* 342 in hoc castello Iohannes Baptista interficitur, *l.* 5 *c.* 45 *p.* 533
Madai, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 1 & *p.* 4
Mæothis, ab Alexandro M. subacta, *l.* 2 *c.* 15 *p.* 117
Magog, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 1 & *p.* 4
Mahalaleel, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 1
Majestas, *l.* 6 *c.* 31 *p.* 675 læsæ majestatis crimen etiam in filio punitur, *d. c.* 31 *p.* 675
Majus & Iunius, duo fratres Græci, *l.* 5 *c.* 1 *p.* 352
Malchia seu Malachias, juvenis Iudæus, rem strenuè gerit, *l.* 6 *c.* 47 *p.* 821
Malchias sive Malichus Antipatro insidias struit, *l.*

Nebo, mons, ubi arca fœderis à Jeremia propheta, recondita fuit, l. 1 c. 21 p. 63
Nectanebus, rex Ægypti, l. 2 c. 9 p. 90 genuinus Alexandri M. pater fuit, d. c. 9 p. 91 Magorum princeps extitit, eod. c. 9 p. 91 ab Artaxerxe bellò petitur, d. c. 9 p. 91 & p. 92 magicas artes exercet, ibid. p. 91 divinatoriâ arte utitur, l. 2 c. 9 p. 92 veste vultuque mutatò Pelusium atque inde Antiochiam venit, eod. c. 9 p. 94 & seq. cum Olympia, Philippi regis uxore, sub Hammonis specie rem habet, d. l. 2 c. 9 p. 94 in Macedoniam venit, eod. c. 9 p. 94 magno ibidem in honore fuit, d. c. 9 p. 95 in palatium regis Philippi venit & cum regina loquitur, l. 2 c. 10 p. 96 Sardonichum aliasque gemmas reginæ donat, d. c. 10 p. 97 eidem nonnulla arcana detegit, eod. c. 10 p. 97 & seq. serpentis specie rem habet cum regina, l. 2 c. 11 p. 99 eandem serpentis formâ osculatur, d. l. 2 c. 12 p. 101 Alexandro datur præceptor à Philippo, eod. c. 12 p. 103 ab Alexandro in foveam protruditur & interficitur, d. c. 12 p. 104 sepelitur, eod. c. 12 p. 105
Nehemias, Hachaliæ filius, l. 1 c. 19 p. 58 & c. 20 p. 60 item l. 4 c. 17 p. 316
Nero, Cæsar, Claudio succedit, l. 5 c. 45 p. 537 donum mittit Hierosolymam, l. 6 c. 7 p. 567 ipsius donum ab Eleazaro rejicitur, d. c. 7 p. 568 Cestium in Judæam mittit, l. 6 c. 5 p. 557 & d. l. 6 c. 8 p. 570 Vespasianum ac Titum contrà Persas & Judæos mittit, eod. l. 6 c. 9 p. 573 & seq. interit, d. l. 6 c. 28 p. 652
Nibalus, Æneæ fratris filius, l. 1 c. 2 p. 12
Nicanor, regis Antiochi dux, à Juda Maccabæo vincitur, l. 3 c. 11 p. 207 in fugam vertitur, d. l. 3 c. 12 p. 207
Nicanor, Demetrii regis dux, contrà Judæos mittitur, l. 3 c. 21 p. 238 cum Juda Maccabæo loquitur, d. c. 21 p. 238 Sanctuarium Domini ingreditur, eod. c. 21 p. 239 à Juda vincitur & interficitur, l. 3 c. 22 p. 243 illius caput & brachia abscissa suspendunrur, d. c. 22 p. 243
Nicanor, princeps Romanus, ad Josephum, in spelunca delitescentem, à Vespasiano mittitur, l. 6 c. 18 p. 603 ipse Josephum fide data ex spelunca educit, d. l. 6 c. 23 p. 625 illum adducit ad Vespasianum, eod. c. 23 p. 626 à Tito ad pacem, Hierosolymitanis offerendam, mittitur, d. l. 6 c. 35 p. 715 à Judæis interficitur, eod. c. 35 p. 715
Nicaso, Sanballati filia, l. 1 c. 21 p. 68 & l. 2 c. 8 p. 89
Nicodemon urbem condit Nicodemeniam, l. 2 c. 8 p. 157
Nicolaus, Æneæ frater, l. 1 c. 2 p. 11
Nicolaus, Damascenus, Historicus, l. 1 c. 21 p. 67 & l. 4 c. 3 p. 261 it. d. l. 4 c. 17 p. 315 & eod. l. 4 c. 23 p. 335 & d. l. 4 c. 26 p. 347 it. l. 5 c. 3 p. 363 de rebus Alexandri M. scripsit, l. 2 c. 9 p. 90 & d. l. 2 c. 22 p. 152 Antipatrum, Herodis filium, accusat, l. 5 c. 39 p. 510 pro Archelao orationem habet coràm Augusto Cæsare, l. 5 c. 42 p. 525
Nicolaus, Andriæ rex, contrà Alexandrum M. pugnans vincitur, l. 2 c. 13 p. 107 & seq. interficitur, ibid. 108
Nicomedia, urbs, à Nicomede rege conditur, l. 2 c. 24 p. 157
Nicomedes sive Nicodemus ab Aristobulo mittitur legatus ad Pompejum, l. 4 c. 20 p. 324 à Pompejo eluditur, d. l. 4 c. 21 p. 325
Nicon, aries ferreus Romanorum, à Judæis sic appellatus, l. 6 c. 36 p. 717
Nicopolis, urbs, l. 5 c. 21 p. 432 & l. 6 c. 31 p. 678
Nius, reginæ Cleopatræ filius, ab Augusto interficitur, l. 2 c. 25 p. 162
Niger, dux Idumæus, Ascalonem oppugnat, l. 6 c. 12 p. 581 fugâ salutem quærit, d. c. 12 p. 582 mirabili modo servatur, eod. c. 12 p. 582 & seq. à Judæis invenitur, d. c. 12 p. 582 Hierosolymam cum gaudio ducitur, eod. c. 12 p. 583
Niger, Peraita, à Judæis grassatoribus interficitur, l. 6 c. 27 p. 646
Nisan, mensis, apud Judæos, l. 4 c. 19 p. 319
Nitra, fortissimus juvenis Judæus, l. 6 c. 17 p. 598 illius præclarum facinus, d. c. 17 p. 598 in prælio occumbit, eod. c. 17 p. 598
Noachus, l. 1 c. 2 p. 1 illius filii, d. c. 2 p. 1 in Italiam venit, eod. c. 1 p. 7 urbem Cethin sive Kitim condit, ibid. appellatus fuit Janus & Vandimon, eod. c. 2 p. 7 diluvium, quod illius ætate accidit, à Kainane prædictum & lapidibus insculptum fuit, l. 2 c. 18 p. 131 terram inter filios dividit, l. 4 c. 12 p. 297
Numa Conipilus seu potius Numa Pompilius Romulo succedit, l. 1 c. 4 p. 20
Numitor Sylvius, rex Italiæ, ab Amulio pellitur regno, l. 1 c. 3 p. 18 à Romulo & Remo in regnum restituitur, d. c. 3 p. 18

O.

Obonos, lignum, l. 2 c. 19 p. 136
Obsides dantur reginæ Alexandræ à finitimis regibus, l. 4 c. 13 p. 301
Ocaphardici, l. 2 c. 17 p. 129 vid. Brachmanes & Acarmajin.
Oceanus Britannicus, l. 1 c. 1 p. 5
Octavia, Augusti Cæsaris soror, ab Antonio marito expellitur, l. 2 c. 25 p. 162
Odares, vid. Adarahan.
Olan, urbs, ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 12 p. 297
Oleum ex fonte promanans, l. 1 c. 4 p. 19
Oliba, rex Italiæ, l. 1 c. 3 p. 17
Olintos, regio, ab Alexandro M. subigitur, l. 2 c. 15 p. 117
Olivarum mons, l. 6 c. 34 p. 697 & p. 698
Olympias, Philippi Macedonum regis uxor, Alexandri M. mater, l. 1 c. 21 p. 66 & l. 2 c. 9 p. 94 it. d. l. 2 c. 10 p. 96 cum Nectanebo rem habet, eod. l. 2 c. 11 p. 99 Alexandrum M. parit, l. 2 c. 12 p. 102 à Philippo rege expellitur, d. l. 2 c. 13 p. 109 eidem reconciliatur, eod. c. 13 p. 110 vid. Nebiras.
Olympias certum est annorum spatium, l. 4 c. 17 p. 311 & l. 5 c. 12 p. 401 it. d. l. 5 c. 18 p. 420
Olympias vid. Orvilia.
Oni, urbs seu regio Ægypti, l. 5 c. 2 p. 360
Onias, summus Sacerdos Hierosolymitanus, alias Ananias dictus, l. 3 c. 1 p. 170 vid. Hananias & Ananias.
Onias, vir quidam pius inter Judæos, interficitur, l. 4 c. 19 p. 321
Ophasiona, Osdrubalis filia pulcherrima, l. 1 c. 3 p. 15
Ophellius, Syrorum princeps, l. 5 c. 8 p. 385
Opobalsamum, vid. Balsamum.
Oridara, Salomæ filia, l. 5 c. 33 p. 487 vid. Herodias.
Origantum, flumen, l. 2 c. 24 p. 157
Orion, vid. Teudion.
Orodiphilos, Herodis uxor, duas peperit filias, l. 5 c. 33 p. 490
Orvilia, Maltacæ, uxoris Herodis, filia, l. 5 c. 33 p. 489
Osanes, Aganiæ dominus, Philippum, regem Macedoniæ, persequitur, l. 2 c. 14 p. 111 eundem vulnerat, d. c. 14 p. 111 arcem Macedoniæ expugnat, eod. c. 14 p. 112 ab Alexandro repellitur, d. c. 14 p. 112 ab eodem interficitur, ibid.
Osdrubal, Agniæ filius, l. 1 c. 3 p. 15 illius filia pulcherrima, Ophasiona dicta, eod. c. 3 p. 15 Carthaginis rex fuit, d. c. 3 p. 15 à Latino petitur bellò, eod. c. 3 p. 16 maximâ clade afficitur, ibid. in prælio occumbit, d. c. 3 p. 16
Ostenta vid. Prodigia.
Ostracion, urbs, l. 6 c. 31 p. 678
Ospitiona sive Ositiona, vid. Ophasiona.
Otranta in finibus Italiæ sita, l. 5 c. 9 p. 390
Otto, Imperator Romanus, vid. Salvius Otto.

P.

Pacorus, Parthorum rex, l. 5 c. 8 p. 383 & d. l. 5 c. 13 p. 403 ad hunc confugit Antigonus, l. 5 c. 8 p. 383 irruptionem in Syriam facit, eod. c. 8 p. 384 archipincernam suum mittit Hierosolymam, d. c. 8 p. 384 Hierosolymam intrat, eod. c. 8 p. 384 cum Hyrcano pugnat, d. c. 8 p. 384 Hyrcanum & Phaselum capit, eod. c. 8 p. 386 & seq. ab Antonio & Herode bellò petitur, l. 5 c. 10 p. 392 ab Antonio vincitur, d. l. 5 c. 11 p. 396 à Ventidio interficitur, d. c. 11 p. 396
Pacorus, Medorum præfectus, Alanis victum unius mensis præbet, l. 6 c. 56 p. 873
Padus, fluvius, l. 1 c. 1 p. 4
Pædæstia severè prohibita, l. 5 c. 15 p. 411
Palæstini ad Timotheum veniunt, l. 3 c. 13 p. 214
Palermo, urbs, l. 1 c. 2 p. 14
Paneas, fons Jordanis, l. 3 c. 13 p. 212
Panibos, l. 5 c. 31 p. 481
Pannag, oleum, l. 4 c. 22 p. 329 vid. Balsamum.
Pannychis sive Panibos, pellex insigni pulchritudine, l. 5 c. 31 p. 481 vid. Phanichos.
Papa, vid. Pater.
Paphlagones unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 3
Pappus, Antigoni dux, Josephum, Herodis fratrem, interficit, l. 5 c. 11 p. 397 ab Herode vincitur, d. c. 11 p. 398 interficitur, l. 5 c. 12 p. 399
Papyron sive Paparion, locus quidam, l. 4 c. 20 p. 323
Paries inter templum & altare jussu Alexandri Jannæi exstruitur, l. 4 c. 11 p. 292
Parthi etiam Persæ appellati, l. 4 c. 4 p. 262 Crassum vincunt, d. l. 4 c. 26 p. 348 à Cassio superan-

perantur, *d. c. 26 p.* 348 ab Herode vincuntur, *l.* 5 *c.* 9 *p.* 388
Parzinach, gens, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 4
Pascha, festum azymorum apud Judæos, *l.* 4 *c.* 19 *p.* 320
Pater seu Papa quis ita fuerit appellatus Romæ, *l.* 6 *c.* 30 *p.* 671
Patria potestas qualis olim apud Romanos aliasque gentes fuerit, *l.* 5 *c.* 28 *p.* 470
Pathios, regio, *l.* 1 *c.* 21 *p.* 66 & *l.* 6 *c.* 1 *p.* 547 ab Antipatro occupatur, *l.* 2 *c.* 23 *p.* 153 à Romanis devicta, *l.* 6 *c.* 1 *p.* 548
Patroclus, legatus à Judæis ad Julium Cæsarem mittitur, *l.* 5 *c.* 5 *p.* 373
Patronus, quis ita dictus, *l.* 6 *c.* 30 *p.* 671
Paulus, Æneæ fratris filius, in prælio occumbit, *l.* 1 *c.* 2 *p.* 12 ab Ænea magnificè sepelitur, *d. c.* 2. *p.* 12
Paulus Æmilius, vid. Æmilius Paulus.
Paulinus, Chiliarcha Romanus, ad Josephum, in spelunca delitescentem, mittitur, *l* 6 *c.* 18 *p.* 603 Josephum excipit, *d. l.* 6 *c.* 23 *p.* 6.6
Paulina, nobilis ac pulchra fœmina Romana, Saturnino nupta, *l.* 5 *c.* 44 *p.* 530 à D. Mundo amatur, *d. c.* 44 *p.* 530 ab eodem Mundo Anubis, Dei, specie corrumpitur, eod. *c.* 44 *p.* 531 rem omnem marito suo revelat, *d. c.* 44. *p.* 532
Pausaniæ filius, Lysimachus, à Judæis ad Julium Cæsarem mittitur, *l.* 5 *c.* 5 *p.* 373 ad Augustum & Antonium ablegatur, *d. l.* 5 *c.* 7 *p.* 379
Pazinach seu Parzinach, gens quædam, *l.* 1 *c.* 1 *p* 3
Pedanius, miles Romanus, juvenem quendam Judæum vivum capit eumque ad Titum ducit, *l.* 6 *c.* 50 *p.* 836
Pelan, urbs, ab Alexandro Jannæo subigitur, *l.* 4 *c.* 12 *p.* 297
Peliſtim, Arabicè Paleſtion vocatur, *l.* 2 *c.* 24 *p.* 159 posteà Palæstina dicta, eod. *c.* 24 *p.* 159
Pella, urbs, trans Jordanem sita, *l.* 6 *c.* 45 *p.* 808 ad hanc confugiunt Christiani ecclesiæ Hierosolymitanæ, *d. c.* 45 *p.* 808 vid infrà Pilus.
Pelusium, urbs Ægypti, *l.* 2 *c.* 9 *p.* 94 & *l.* 5 *c.* 2 *p.* 360 it. *l.* 6 *c.* 31 *p.* 678 à Mithridate & Antipatro obsidetur ac capitur, *l.* 5 *c.* 2 *p.* 360 rex Pelusii, amicus Philippi, regis Macedoniæ, *l.* 2 *c.* 13 *p.* 105 Bucephalum, equum ei do. at, ibid.
Pentecostes festum à Judæis celebratur, *l.* 3 *c.* 18 *p.* 232
Perdiccas, Senior, Alexandri M. princeps, *l.* 2 *c.* 23 *p.* 154 rex Macedoniæ fit, *l.* 2 *c.* 25 *p.* 166
Persiacon, *l.* 2 *c.* 18 *p.* 131
Persia, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 5
Persæ eorumque regnum, *l.* 1 *c.* 7 *p.* 28 quomodo illud cum Medorum regno fuerit unitum, *d. l.* 1 *c.* 20 *p.* 59 Persæ à Macedonum imperio deficiunt, *l.* 3 *c.* 11 *p.* 204 à Romanis deficiunt, *l.* 5 *c.* 17 *p.* 317
פרוצים, ista vox quid significet, *l.* 1. *c.* 5 *p.* 23 & *l.* 2 *c.* 8 *p.* 89 it. *l.* 3 *c.* 1 *p.* 168 & *d. l.* 3 *c.* 20 *p.* 236 ac *l.* 5 *c.* 4 *p.* 364 & eod. *l.* 5 *c.* 10 *p.* 395 item *l.* 6 *c.* 2 *p.* 549
פרחמים, vocabulum istud quid significet, *l.* 1 *c.* 15 *p.* 46
Pestis in castris Judæorum grassatur, *l.* 4 *c.* 19 *p.* 321 Herodis domum Judæosque affligit, *l.* 5 *c.* 22 *p.* 444
Petilius sive Pitholaus Aristobulo semet adjungit, *l.* 4 *c.* 25 *p.* 341
Petra deserti, urbs Arabiæ munitissima, *l.* 4 *c.* 11 *p.* 290 & *d. l.* 4 *c.* 12 *p.* 293 & eod. *c.* 12 *p.* 296 it. *d. l.* 4 *c.* 18 *p.* 318 ac *l.* 5 *c.* 19 *p.* 423 hanc petit Alexander Jannæus, *l.* 4 *c.* 12 *p.* 293 ad illam Herodes confugere vult, *l.* 5 *c.* 9 *p.* 389 Antipater ad istam proficiscitur, *l.* 4 *c.* 18 *p.* 318 Hyrcanus illam vult oppugnare, *d. l.* 4 *c.* 24 *p.* 337 ab Herode capitur *l.* 5 *c.* 20 *p.* 431
Petrolium ubi reperiatur, l. 1 *c.* 4 *p.* 20
Petronius, Ægypti præfectus, frumentum in Judæam advehi curat, l. 5 *c.* 24 *p.* 449 à Caligula in Syriam adversus Judæos mittitur, d. l. 5 *c.* 45 *p.* 536
Phallion, vid. Cophalus.
Phanius, vid. Fanius.
Phanias, Pontifex Judæus, l. 6 *c.* 26 p. 637
Phanichos, l. 5 *c.* 31 *p.* 481 vid. Pannychis.
Pharus, turris, à Ptolemæo Philadelpho exstructa, l. 2 *c.* 23 *p.* 154 vid. Megraa turris.
Phædra, Herodis uxor, l. 5 *c.* 33 *p.* 490
Pharao Nechao Abrahami uxorem per vim aufert, l. 6 *c.* 38 *p.* 741
Pharisæi, l. 4 *c.* 6 *p.* 272 & *p.* 273 illorum traditiones, d. *c.* 6 *p.* 273 multi ex his ab Hyrcano interficiuntur, eod. *c.* 6 *p.* 274 eorum secta exponitur, d. *c.* 6 *p.* 274 Alexandrum Jannæum conviciis proscindunt, l. 4 *c.* 11 *p.* 292 ab Alexandri satellitibus cæduntur, d. *c.* 11 *p.* 292 inter hos & Alexandrum ingens exoritur bellum, l. 4 *c.*

l. 4 *c.* 12 *p.* 293 & *p.* 294 ad Demetrium deficiunt, eod. *c.* 12 *p.* 294 illorum magna potentia & autoritas apud reginam Alexandram, l. 4 *c.* 13 *p.* 300 contrà Sadducæos furgia excitant, d. l. 4 *c.* 14 *p.* 301 ab Alexandra, reginâ, consilium petunt, eod. l. 4 *c.* 16 *p.* 307 ab Herode valdè honorantur, l. 5 *c.* 13 *p.* 402 horum principibus jusjurandum ab Herode remittitur, d. l. 5 *c.* 24 *p.* 451
Phasias sive Phaselus, Antipatri filius, l. 4 *c.* 17 *p.* *p.* 315 Hierosolymæ præficitur. l. 5 *c.* 3 *p.* 364 Felicem vincit, d. l. 5 *c.* 7 *p.* 378 à primoribus Judæorum apud Antonium accusatur, eod. l. 5 *c.* 8 *p.* 382 urbem Hierosolymam contrà Parthos egregiè defendit, d. *c.* 8 *p.* 384 archipincernæ regis Parthorum fidem habet, eod. *c.* 8 *p.* 385 à Pacoro capitur, d. *c.* 8 *p.* 387 caput suum saxo allidit & moritur, eod. *c.* 8 *p.* 387
Phæstius, Alexandri M. consiliarius, l. 2 *c.* 13 *p.* 107
Philippus, impius Antiochi minister, l. 3 *c.* 2 *p.* 174 & *d.* l. 3 *c.* 4 *p.* 179 mille Judæos in spelunca quadam fumo extingvit, eod. l. 3 *c.* 7 *p.* 195 Mattathiæ conditiones pacis offert, d. l. 3 *c.* 8 *p.* 196 à Juda Maccabæo vivus comburitur, eod. l. 3 *c.* 12 *p.* 208
Philippus ab Eupatore rege deficit, l. 3 *c.* 20 *p.* 236
Philippus, rex Macedoniæ, l. 2 *c.* 9 *p.* 94 illius somnium, d. l. 2 *c.* 11 *p.* 100 somnii sui interpretationem audit, d. *c.* 11 *p.* 100 serpentis specie contrà hostes suos protegitur, eod. *c.* 11 *p.* 101 ejusdem serpentis specie terretur, l. 2 *c.* 12 *p.* 101 aliud somnium habet, d. *c.* 12 *p.* 101 illius interpretatio, eod. *c.* 12 *p.* 101 idolum consulit de regni successore, l. 2 *c.* 13 *p.* 106 in locum Olympiadis aliam uxorem ducit, d. *c.* 13 *p.* 109 Alexandro, filio suo, iratscitur, eod. *c.* 13 *p.* 109 & seq. morbo laborans ab Alexandro invisitur, d. *c.* 13 *p.* 109 cum Olympiade in gratiam redit, eod. *c.* 13 *p.* 110 Alexandrum filium ad Armeniam & Carasenam, provincias subigendas mittit, l. 2 *c.* 14 *p.* 111 hostium timore perculsus in Macedoniam redit, d. *c.* 14 *p.* 111 ab Olane, Aganiæ domino, vulneratur, eod. *c.* 14 *p.* 111 moritur, d. *c.* 14 *p.* 112
Philippus, medicus, Alexandrum ægrotum sanat, *l.* 2 *c.* 15 *p.* 115
Philippici campi, *l.* 5 *c.* 7 *p.* 378
Philippus Herodis filius ex Cleopatra Hierosolymitana susceptus, *l.* 5 *c.* 33 *p.* 489 Romæ agit, d. *l.* 5 *c.* 35 *p.* 497 ab Antipatro apud Herodem accusatur, eod. *c.* 35 *p.* 498
Philippus, Herodis Antipæ frater, *l.* 5 *c.* 45 *p.* 534 illius uxor, à fratre Antipa in matrimonium ducitur, d. *c.* 45 *p.* 534
Philippus, fortissimus juvenis Judæus, *l.* 6 *c.* 17 *p.* 598 illius præclarum facinus, d. *c.* 17 *p.* 598 & seq. in prælio occumbit, eod. *c.* 17 *p.* 598
Philippus, Agrippæ regis dux, senioribus Judæis auxilio mittitur, *l.* 6 *c.* 2 *p.* 550 Eleazarum vincit, d. *c.* 2 *p.* 550 ab eodem posteà superatur, d. *c.* 2 *p.* 550
Philadelphia, urbs, *l.* 4 *c.* 2 *p.* 256 ad hanc Ptolemæus confugit, d. *c.* 2 *p.* 256
Philo, Judæorum legatus ad Cajum, Caligulam, *l.* 5 *c.* 45 *p.* 535 Appioni respondet, d. *c.* 45 *p.* 535 à Claudio Cæsare honoratur, eod. *c.* 45 *p.* 536
Philostephanus, vir prudens ac rei militaris peritus, Ptolemæi Lathyri dux, *l.* 4 *c.* 10 *p.* 287 Alexandrum Jannæum vincit, d. *c.* 10 *p.* 288
Phineas, sacerdos, thesauros templi Hierosol. Romanis detegit eosque Tito tradit, *l.* 6 *c.* 55 *p.* 867
Pherora, seu Pherora, Antipatri filius, *l.* 4 *c.* 17 *p.* 315 Josephi fratris interempti caput redimit, *l.* 5 *c.* 11 *p.* 397 ei commendatur familia ab Herode, d. *l.* 5 *c.* 21 *p.* 432 odium fratris sui, Herodis, incurrit, eod. *l.* 5 *c.* 29 *p.* 474 ab Archelao reconciliatur Herodi, d. *l.* 5 *c.* 31 *p.* 480 Herodis jussu domum abit, eod. *l.* 5 *c.* 34 *p.* 491 ægrotat, d. *c.* 34 *p.* 491 ab Herode, fratre, invisitur, eod. *c.* 34 *p.* 491 moritur ac magnificè sepelitur, d *c.* 34 *p.* 491 illius uxor è tecto se præcipitem dat, *l.* 5 *c.* 35 *p.* 495 eadem adhuc viva coram rege, Herode, affertur, d. *c.* 35 *p.* 495 Herodi omnem rei veritatem detegit, *l.* 5 *c.* 35 *p.* 496 eidem venenum tradit & domum revertitur, d. *c.* 35 *p.* 497
Phœbus seu Pheba, Cestii legatus mittitur ad Eleazarum, *l.* 6 *c.* 5 *p.* 560 interficitur, dict. *c.* 5 *p.* 560
Phorma, urbs, *l.* 1 *c.* 3 *p.* 15
Phora, nobilis Judæus, à Johanne Galilæo interficitur, *l.* 6 *c.* 26 *p.* 637
Phraates, Parthorum rex, *l.* 5 *c.* 13 *p.* 403
Phryges, unde sint orti, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 3

Pichot, mensis nomen apud Ægyptios, *l.* 2 *c.* 22 *p.* 151
Pilus sive Pella, urbs, *l.* 4 *c.* 22 *p.* 328 vid. suprà Pella.
Pilatus Hierosolymam mittitur, *l.* 5 *c.* 44 *p.* 529 imaginem Tiberii Cæsaris Hierosolymam inferre conatur, d. *c.* 44 *p.* 529 multos ex Judæis interficit Hierosolymis, eod. *c.* 44 *p.* 529
Pisah, fluvius, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 4
Pitheces, *l.* 2 *c.* 16 *p.* 122
Pizimna seu Pozimna, urbs, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 9 & *c.* 2 *p.* 11 illius incolæ literas ad Æneam, Africæ regem, scribunt, d. *c.* 2 *p.* 11
Placidus, Romanus, mœnia urbis Jotapatæ conscendit, *l.* 6 *c.* 18 *p.* 601 ad montem Tabor occupandum à Vespasiano mittitur, d. *l.* 6 *c.* 25 p. 635
Placidus, dux, ad Johannem persequendum à Vespasiano mittitur, *l.* 6 *c.* 28 *p.* 649 Judæos magnâ clade afficit, d. *c.* 28 *p.* 650
Planetarum formæ gemmæ insculptæ, *l.* 2 *c.* 10 *p.* 97
Pò, fluvius, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 4 & *p.* 6
Pollion vid. Hillelus.
Poma citrea, vid. אתרוגים
Pompejus Hierosolymam capit, *l.* 2 *c.* 24 *p.* 160 & *l.* 4 *c.* 23 *p.* 333 Pompejus, exercitus Romani dux, Tigranem bellò persequitur, *l.* 4 *c.* 20 *p.* 322 Damascum venit, d. *c.* 20 *p.* 323 Hyrcani partes clàm fovet, eod. *c.* 20 *p.* 324 epistolam ad Aristobulum mittit, *l.* 4 *c.* 21 *p.* 325 Hyrcanus & Aristobulus coràm illo inter se de regno certant, d. *c.* 21 *p.* 326 Hierosolymam petit, *l.* 4 *c.* 22 *p.* 327 ad urbem Jericho venit, d. *c.* 22 *p.* 329 Hrerosolymam contendit, eod. *c* 22 *p.* 330 Aristobulum in carcerem conjicit, d. *c.* 22 *p.* 331 Hierosolymam oppugnat, eod. *c.* 22 *p.* 332 & *c.* 23 *p.* 332. templum Hierosolymitanum capit, d. *c.* 23 *p.* 333 Sanctum Sanctorum ingreditur, eod. *c.* 23 *p.* 335 Hyrcano sacerdotium tradit, *l.* 4 *c.* 23 *p.* 336 Aristobulum captivum unà cum liberis Romam ducit, d. *l.* 4 *c.* 24 *p.* 337 & *l.* 6 *c.* 6 *p.* 563 adversùs Julium Cæsarem pugnat, *l.* 5 *c.* 1 *p.* 359 vincitur & necatur, *l.* 2 *c.* 25 *p.* 160 ac *l.* 5 *c.* 1 *p.* 360
Pompeja, urbs, à Pompejo condita, postèa Trajanopolis appellata, *l.* 2 *c.* 24 *p.* 160
Pontifex Hierosolymitanus, *l.* 6 *c.* 35 *p.* 711 illius habitus, ibid. *p.* 711 & seq. ipsius preces pro populo, d. *c.* 35 *p.* 712
Pontificatus Hierosolymitanus sorti subjicitur, *l.* 6 *c.* 26 *p.* 637
Porinos, Amazonum Deus, *l.* 2 *c.* 21 *p.* 147
Porphyrius, scriptor Romanus, *l.* 1 *c.* 21 *p.* 68
Portentum Hierosolymis apparet, *l.* 3 *c.* 3 *p.* 178 & *l.* 6 *c.* 53 *p.* 857 vid. Prodigia.
Portus Cæsareæ ab Herode exstruitur, *l.* 5 *c.* 24 *p.* 449
Porto, urbs, à filiis Cittim condita, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 10
Potus, rex Indiæ, *l.* 2 *c.* 17 *p.* 127 literas ad Alexandrum mittit, d. *l.* 2 *c.* 17 *p.* 127 ab Alexandro in monomachia interficitur, eod. *c.* 17 *p.* 128
Posni seu Posnani, certa gens, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 5
Pozimna, urbs, *l.* 1 *c.* 2 *p.* 11
Persiacon, regio Indiæ, *l.* 2 *c.* 18 *p.* 131
Priscus Tarquinius, rex Romanorum, *l.* 1 *c.* 4 *p.* 21
Priscus, miles Romanus, Jonathanem Judæum interficit, *l.* 6 *c.* 50 *p.* 838
Princeps Senatus Romani, l. 3 c. 17 p. 227
Procas, rex Italiæ, templum Sabbathæo sive Saturno condit, l. 1 c. 3 p. 18
Prodigia apparent in urbe Hierosol. l. 6 c. 27 p. 642 & d. l. 6 c. 53 p. 857 & seq. vid. Portentum it. Signa.
Prusia, rex Bithyniæ, l. 3 c. 16 p. 225 ad hunc confugit Hannibal, d. c. 16 p. 225
Ptolemæus, Alexandri M. princeps, vid. Tolmida.
Ptolemæus Philadelphus Demetrio succedit in regno, l. 2 c. 23 p. 154 & l. 3 c. 2 p. 172 quot annis regnârit, d. c. 23 p. 154 turrim Pharum in portu Alexandriæ exstrui curat, eod. c. 23 p. 154 Judæorum libros Hebræos in linguam Græcam transferri præcipit, d c. 23 p. 155 Eleazari operâ Biblia Hebræa Græcè verti curat, eod. c. 23 p. 155 & l. 3 c. 2 p. 173
Ptolemæus, Philopator, in Ægypto regnat, l. 2 c. 24 p. 158 ab Antiocho Magno expellitur regnò, d. c. 24 p. 158
Ptolemæus, Philometor, l. 3 c. 3 p. 177
Ptolemæus, Macron, Antiochi regis dux, l. 3 c. 11 p. 205
Ptolemæus, Simeonis gener, eundem interficit, l. 4 c. 1 p. 250 & l. 6 c. 6 p. 563 Hyrcanum usque ad Gazam persequitur, l. 4 c. 2 p. 251 ab Hyrcano Digonæ obsidetur, d. l. 4 c. 2 p. 252 Hyrcani matrem ac sororem interfici curat, eod. c. 2 p. 256 Ptole-

Ptolemæus Lathurus seu Lathyrus, Cleopatræ filius, Samaritanis auxilio venit, l. 4 c. 5 p. 271 illius copiæ ab Hyrcano vincuntur, d. c. 5 p. 271 à Cleopatra, matre sua, deficit, eod. c. 5 p. 271 in Cyprum, insulam, profugit, d. l. 4 c. 5 p. 271 illius auxilium imploratur ab incolis Ptolemaidis, eod. l. 4 c. 9 p. 284 in Galilæam irrumpit, l. 4 c. 10 p. 286 Sanchetam, urbem, capit, d. c. 10 p. 286 Zephorim obsidet, eod. c. 10 p. 286 Alexandrum Jannæum vincit, d. c. 10 p. 288 à Cleopatra, matre, armis petitur, d. l. 4 c. 10 p. 288 in Cyprum denuò fugit, eod. c. 10 p. 288
Ptolemæus Menelaus seu potius Mennæus, dictus, l. 4 c. 15 p. 304 Damascum, urbem, ad defectionem solicitat, ibid.
Ptolemæus, Lagi filius, l. 5 c. 1 p. 356
Ptolemæus, Ægypti rex, auxilium Gabinii, ducis Romani, implorat, l. 4 c. 25 p. 343
Ptolemæus, primarius minister Herodis, l. 5 c. 40 p. 516 illius annulum populo Judaico ostendit, c. 41 p. 518 Archelaum regem esse declarat, eod. c. 41 p. 518
Ptolemais, urbs, l. 6 c. 23 p. 628 ad illam venit Vespasianus, d. l. 6 c. 23 p. 628 vid. Acco.
Pudens, miles Romanus, à Jonathane Judæo, interficitur, l. 6 c 50 p. 837
Purim, festum, à Judæis celebratur, l. 3 c. 22 p. 244
Puteoli, oppidum, l. 1 c. 4 p. 19
Pygmæi, ab Alexandro M. in deserto reperti, l. 2 c. 16 p. 122

Q.

Quintus Memmius, vid. Memmius
Q. Mutius, vid. Mutius.
קראים, qui sint, l. 4 c. 6 p. 273 vid. suprà Karræi.

R.

Rabesacus, l. 1 c. 18 p. 53
Ragbina, certa gens, l. 1 c. 1 p. 3
Raguſa, urbs, l. 1 c. 1 p. 3
Raphia, urbs, l. 4 c. 10 p. 289 ab Alexandro Jannæo capitur, d. l. 4 c. 12 p. 296 vid. Rephaim.
Razias, Hasidæorum princeps, seipsum interficit, l. 3 c. 22 p. 241
Recem, l. 4 c. 12 p. 293
Rechabi filius, Jonadab, l. 2 c. 16 p. 125 ubi illius posteritas habitet, d. c. 16 p. 125
Regaba, urbs, ab Alexandro Jannæo capitur l. 4 c. 13 p. 298
Rephaim, urbs, l. 4 c. 12 p. 296 vid. Raphia.
Repudii libellus, l. 5 c. 23 p. 446
Rha, fluvius, l. 1 c. 1 p. 3
Rhea Jovem peperit, l. 5 c. 44 p. 531
Rhenus, fluvius, l. 1 c. 1 p. 6
Rhinocura seu Rhinocorura, urbs, l. 4 c. 12 p. 297 & l. 6 c. 31 p. 678 ab Alexandro Jannæo capitur, l. 4 c. 12 p. 297 in ea divisio terræ inter Noachi filios facta est, *l.* 4 *c.* 12 *p.* 297
Rhodanus, fluvius, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 6
Rhodus, insula, *l.* 5 *c.* 21 *p.* 432 & seq. à Cassio vel potiùs à Crasso vastatur, *l.* 2 *c.* 25 *p.* 161
Rhodon, rex Rhodi, moritur, *l.* 2 *c.* 25 *p.* 161
Rhodii unde sint orti, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 7
Ricasius seu Ricresius, vid. Razias.
Riphat ejusque filii, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 1 & *d. c.* 1 *p.* 2 it. *l.* 1 *c.* 3 *p.* 18
רים, ista vox quid significet, *l.* 3 *c.* 17 *p.* 229 & *d. l.* 3 *c.* 18 *p.* 230 it. *l.* 4 *c.* 7 *p.* 278 & *l.* 5 *c.* 41 *p.* 518 ac *l.* 6 *c.* 34 *p.* 698 & *a. l.* 6 *c.* 53 *p.* 858
Roma, istius urbis descriptio, *l.* 2 *c.* 4 *p.* 20 ab Hannibale obsessa, *l.* 3 *c.* 15 *p.* 223 quo tempore illa sit condita, *l.* 5 *c.* 1 *p.* 352 unde sic dicta, *d. c.* 1 *p.* 353 & *l.* 1 *c.* 1 *p.* 7
Romilius, vid. Romulus.
Romania, quæ sic appellata, *l.* 1 *c.* 4 *p.* 20
Romandiola, quæ sic dicta, *l.* 1 *c.* 4 *p.* 20
Roma, Itali sive Atlantis filia, prima Aboriginum regina, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 7 urbis Romæ prima posuit fundamenta, *d. c.* 1 *p.* 7
Romani, unde sint orti, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 7 Daniscos vincunt, *d. c.* 1 *p.* 8 Romani sese in libertatem vindicant, *l.* 1 *c.* 4 *p.* 21 consules ac senatores eligunt, *d. c.* 4 *p.* 21 Babylonios bellò petunt, eod. *c.* 4 *p.* 22 Tyberim fluvium, alio derivant, *d. c.* 4 *p.* 22 istius fluminis fundum seu pavimentum ære sternunt, eod. *c.* 4 *p.* 22 Alexandrum M. per legatos salutant, *l.* 2 *c.* 15 *p.* 115 Calabriam subigunt, *l.* 2 *c.* 24 *p.* 156 Syracusas capiunt, *d. c.* 24 *p.* 156 Carcabiones vincunt, eod. *c.* 24 *p.* 156 Galatas magnâ clade afficiunt, *d. c.* 24 *p.* 157 Almabeniam, Iberiam, Colossiam & Arabiam subigunt, eod. *c.* 24 *p.* 160 eorum imperium *l.* 3 *c.* 15 *p.* 221 ab

Hannibale sæpè victi, *d. c. 15 p. 221* cum Juda Maccabæo fœdus ineunt, *l. 3 c. 17 p. 227* & seq cum Hyrcano fœdus renovant, *l. 4 c. 4 p. 266* an illos Alexander M. vicerit, *l. 5 c. 1 p. 356* & *l. 6 c. 1 p. 545* & seq. eorum ergà Judæos amor, *l. 5 c. 5 p. 370*

Romani reges veteres qui fuerint eorumque dynastia, *l. 1 c. 3 p. 17*

Romulus, Italiæ rex, Romam condit, *l. 1 c. 3 p. 19* Davidem regem metuens Romam mœnibus cingit *l. 1 c. 4 p. 20* templum Jovi exstruit, eod. *c. 4 p. 20* Luciferi templum claudit, *d. c. 4 p. 20* fœdus cum Davide init. eod. *c. 4 p. 20* ab ipso Roma accepit nomen, *l. 5 c. 1 p. 353*

Roxane, Alexandri M. uxor, *l. 2 c. 23 p. 154* & *d. l. 2 c. 25 p. 166* Macedoniæ regnum occupat, eod. *l. 2 c. 23 p. 154*

Roxane, filia Orodiphisæ, uxoris Herodis, *l. 5 c. 33 p. 490*

Rufus, vid. Terentius Rufus.

Rusis sive Rosis, quæ gens, *l. 1 c. 1 p. 5* ubi illa habitet, *d. c. 1 p. 5*

Russiæ regnum, *l. 1 c. 1 p. 5*

Rutuli, certa gens, *l. 1 c. 2 p. 11*

Rutulus, moneta Judaica, *l. 4 c. 26 p. 346*

S.

Sabaudia, *l. 1 c. 1 p. 6*

Sabbathum Judæis ab Antiocho, rege, interdictum, *l. 3 c. 4 p. 179* Judæi illud religiosè ad mortem usque servant, *d. l. 3 c. 7 p. 195* Sabbathi die bellum necessarium licitum est, eod. *l. 3 c. 8 p. 197* à Nicanore ludibrio habetur Sabbathum, *d. l. 3 c. 22 p 240*

Sabbathion, flumen, *l. 6 c. 1 p. 546*

Sabbion, Alexandræ reginæ consiliarius, *l. 5 c. 16 p. 413* arcanum reginæ consilium Herodi detegit, *d. c. 16 p. 413*

Sabina, urbs. *l. 1 c. 1 p. 9* & *c. 2 p. 14* Sabinæ mulieres rapiuntur, *l. 1 c. 1 p. 9*

Sabinus, vid Domitius Sabinus.

Sabinus, miles Romanus, Judæos adoritur, *l. 6 c. 47 p. 816* fortiter pugnat, *d. c. 47 p. 816* interficitur, ibidem.

Sacerdotes templi Hierosolymitani, *l. 4 c. 23 p. 333* horum constantia egregia, *d. c. 23 p. 334* & *l. 6 c. 32 p. 683* & seq. seipsos in ignem, quò templum conflagrabat, conjiciunt, *l. 6 c. 53 p. 855* in templo Hierosolymitano capti sacerdotes jussu Titi interficiuntur, *l. 6 c. 54 p. 861*

Sacerdotium summum Hierosolymitanum sorti subjicitur, *l. 6 c. 26 p. 637*

Sacrificium juge quando cessaverit Hierosolymis, *l. 6 c. 30 p. 673* & *d. l. 6 c 32 p. 683* & eod. *l. 6 c. 37 p. 726* ac *d. l. 6 c. 47 p. 822* it. eod. *l. 6 c. 48 p. 823*

Sadducæi, *l. 4 c. 4 p. 265* horum partes amplectitur Hyrcanus, *d. l. 4 c. 6 p. 273* & *p. 274* illorum secta exponitur, *d. c. 6 p. 274* horum princeps fit Aristobulus, *l. 4 c. 13 p. 300* affliguntur à Pharisæis *d. l. 4 c. 14 p. 301* horum primores reginam Alexandram adeunt, *d. c. 14 p. 302* Hierosolymis exeuntes loca vicina occupant, eod. *c. 14 p. 303*

Sadek, vid. Zadok

Sæna, urbs, *l. 1 c. 1 p. 5*

Salomo turrim quandam seu porticum exstruxit, *l. 6 c. 50 p. 839*

Salomith sive Salome, Antipatri filia, *l. 4 c. 17 p. 315* Herodis soror, *l. 5 c. 16 p. 417* & *d. l. 5 c. 21 p. 432* Mariamnam, reginam, apud Herodem criminatur, *d. l. 5 c. 22 p. 439* pincernam regis corrumpit, *d. c. 22 p. 440* ab Alexandra maledictis laceratur, eod. *c. 22 p. 442* Costobaro nubit, *l. 5 c. 23 p. 446* Alexandrum & Aristobulum apud Herodem defert, *d. l. 5 c. 28 p. 468* Silæum amat, eod. *l. 5 c. 29 p. 474* illius tres fuerunt filiæ, *d. l. 5 c. 33 p. 490* Alexam habet maritum, eod. *l. 5 c. 40 p. 517* Herodis mandatum de interficiendis principibus populi Judaici non exequitur, *d. c. 40 p. 517*

Salvius Otto, imperator Romanus, Galbæ succedit, *l. 6 c. 28 p. 652*

Samaralla seu Saramalla, vid. Armilla.

Samaria, urbs, *l. 2 c. 23 p. 154* à Demetrio subigitur, ibid. à rege Hyrcano funditùs deletur, *d. l. 2 c. 24 p. 159* ab Herode instauratur, eod. *c. 24 p. 159* & *l. 5 c. 24 p. 448* Sebasta nominatur, *d. l. 2 c. 24 p. 159* & *l. 5 c. 24 p. 448* hanc petit Judas Maccabæus, *l. 3 c. 21 p. 239* ab Hyrcano obsidetur, *l. 4 c. 5 p. 239* à Vespasiano subigitur, *l. 6 c. 28 p. 651*

Samariæ mons, *l. 4 c. 4 p. 265*

Samaritæ Judæos se esse negant, *l. 3 c. 7 p. 194* Cuthæi vocantur, *l. 4 c. 4 p. 265* & eod. *l. 4 c. 5 p. 268*

Samgar sive Samega, urbs, ab Hyrcano capitur, *l. 4 c. 4 p. 264*

Samosata, urbs, ab Antiocho obsidetur, *l. 5 c. 11 p. 396*

Sanballatus, Horonita, *l. 1 c. 12 p. 39* & *l. 6 c. 60 p. 890* ipsius ætate templum in monte Grisim exstruitur, *l. 2 c. 8 p. 89* & *l. 4 c. 4 p. 264* & *l. 6 c. 60 p. 890* Alexandro M. obviam progreditur, *l. 2 c. 8 p. 88*

Sanchera, urbs, à Ptolomæo, Lathyro, capitur, *l. 4 c. 10 p. 286*

Sanctum Sanctorum quinam ex Romanis ingressi sint, *l. 4 c. 23 p. 335* ab Herode novitèr exstruitur, *l. 5 c. 26 p. 459* & seq. Pontifex non nisi semel in anno illud ingreditur, *l. 6 c. 35 p. 713* Romani illud ingredi voluerunt; sed ab Herode prohibentur. *l. 5 c. 12 p. 401* Judæi grassatores eò confugiunt, *l. 6 c. 48 p. 814* à Romanis incenditur, *d. l. 6 c. 53 p. 853* incendio consumptum Titus intrat ejusque magnificam structuram admiratur, eod. *l. 6 c. 53 p. 855*

Sapientiæ liber à Josepho, Historico, conscriptus fuit, *l. 5 c. 25 p. 452*

Saramala, Herodis legatus, *l. 5 c. 13 p. 404*

Sardinia, insula, *l. 1 c. 2 p. 11*

Saturnus, stella, à filiis Cittim colitur, *l. 1 c. 2 p. 14* illius templum à rege, Latino, clauditur, *d. l. 1 c. 3 p. 17*

Saturnus Sabbatius, *l. 1 c. 2 p. 14* & *d. l. 1 c. 3 p. 17*

Saturninus, Romanus. Paulinæ maritus, *l. 5 c. 44 p. 530*

Saulus, rex, Amalecitas delet, *l. 2 c. 1 p. 73* in prælio occumbit, *l. 1 c. 22 p. 70* & seqv.

Saul, Simeonis pater, à filio suo interficitur, *l. 6 c. 4 p. 556*

Saxones à Romanis victi, *l. 6 c. 37 p. 728*

Scaurus, Pompeji quæstor, Damascum venit, *l. 4 c. 20 p. 322* Aristobuli munera accipit, *d. c. 20 p. 322* literas ad Aretam, regem Arabiæ, mittit, eod. *c. 20 p. 322* à Pompejo præficitur Ægypto, *l. 4 c. 24 p. 337* petram deserti oppugnat, eod. *c. 24 p. 338* Alexandri, filii Aristobuli, impetum sustinere nequit, *d. c. 24 p. 338*

Schabbathai nominatur à Judæis Saturnus planeta, *l. 1 c. 2 p. 14* & *d. l. 1 c. 3 p. 17* it. *l. 2 c. 12 p. 104* ei exstruitur templum ab Ania Tervisano, rege Italiæ, *l. 1 c. 3 p. 17* ut & ab Abirio atque à Caphi & Carpintho, item à Thabiano, Agrippa, Romulo, Aventino, Sylvio, Proca & Amulio, regibus Italiæ, *d. l. 1 c. 3 p. 17* & seqq.

Schammæus sive Sameas, Hillelis discipulus, *l. 5 c. 4 p. 367* & *d. l. 5 c. 24 p. 451* Herodem in Synedrio accusat, *d. l. 5 c. 4 p. 367* illius de Herode & Hyrcano vaticinium, eod. *c. 4 p. 368* vaticinium istud impletum fuit, *l. 5 c. 14 p. 409*

Scipio, Romanus, *l. 3 c. 15 p. 223* ipsius ad Senatum Romanum oratio *d. c. 15 p. 224* in Africam trajicit atque Asdrubalem vincit, eod. *c. 15 p. 224* Carthaginem obsidet, *l. 3 c. 16 p. 225* Hannibalem vincit, *d. c. 16 p. 225* universam Africam Romanis subjicit, eod. *c. 16 p. 226* fit Consul Romanus, *l. 3 c. 17 p. 227*

Sclavi, unde sint orti, *l. 1 c. 1 p. 8* à Romanis subacti, *l. 6 c. 1 p. 546*

Scorpii ingentis magnitudinis ubi sint reperti, *l. 2 c. 18 p. 132*

Scotia, à Romanis subacta, *l. 6 c. 37 p. 728*

Scriptura antiqua Hierosolymis inventa, quâ vaticinium continebatur, *l. 6 c. 53 p. 859*

Scythæ, *l. 1 c. 22 p. 69* illorum rex à Cyro invaditur, ibid.

Scythopolis, urbs, *l. 3 c. 18 p. 232* & *l. 4 c. 5 p. 269* it. *d. l. 4 c. 12 p. 297* & eod. *l. 4 c. 22 p. 328* ab Alexandro Jannæo capitur, *d. l. 4 c. 12 p. 297* Judæi hanc urbem oppugnare volunt, *l. 6 c. 3 p. 552* istius urbis incolæ Judæos expellunt, *d. c. 3 p. 553*

Sebaste, urbs, vid. Samaria.

Sebathemo, mons, *l. 1 c. 1 p. 6*

Sectæ Judæorum quot fuerint, *l. 4 c. 6 p. 274*

Sein, mensura apud Judæos, *l. 5 c. 24 p. 450*

Seleucii unde sint orti, *l. 1 c. 1 p. 8*

Seleucus, Nicator, regnum Syriæ occupat, *l. 2 c. 23 p. 153* Antiochiam, urbem, condit, *d. c. 23 p. 153*

Seleucus, regis Philippi dux, ab Alexandro interficitur, *l. 2 c. 13 p. 109*

Seleucus, rex Macedoniæ, Heliodorum mittit Hierosolymam, *l. 3 c. 1 p. 163* Demetrius, Seleuci filius, Eupatorem bello aggreditur, *l. 3 c. 21 p. 237*

Seleucia, urbs, *l. 4 c. 12 p. 297* & *l. 6 c. 24 p. 631* ab Alexandro Jannæo capitur, *l. 4 c. 12 p. 297* à Vespasiano deletur, *l. 6 c. 25 p. 632*

Sela midbarah, vid. Petra deserti.
Selene, regina, præest Syriæ, l. 4 c. 15 p. 304 vid. Cleopatra.
Sem, patriarcha, l. 1 c. 1 p. 1
Semidemim regnum, l. 2 c. 19 p. 135 huic præest Condace, regina, d. c. 19 p. 135
Sempronius, princeps Romanus, l. 4 c. 4 p. 267
Sena, fluvius, Latinis Sequana, l. 1 c. 1 p. 2 & p. 3
Sephar, mons Orientalis, l. 1 c. 1 p. 1
Sephoris, urbs, vid. Zephoris.
Septimo, mons, l. 1 c. 1 p. 6
Septem fratres Judæi ob religionem interficiuntur, l. 3 c. 5 p. 182 & seq. & d. l. 3 c. 6 p. 191
Septimanarum festum à Judæis celebratur, l. 3 c. 18 p. 232 & l. 6 c. 47 p. 822 & eod. l. 6 c. 48 p. 822
Septuaginta seniores Bibliorum Hebraicorum interpretes, l. 3 c. 2 p. 173 & seq.
Septimani, gens quædam, l. 1 c. 1 p. 6
Serapis, Ægyptiorum Deus, l. 2 c. 10 p. 95
Sero, dux Syriæ, à Juda Maccabæo vincitur & interficitur, l. 3 c. 10 p. 203 & seqv.
Sertus sive Servius Tullius, Romanorum rex, l. 1 c. 4 p. 21
Seth, patriarcha, l. 1 c. 1 p. 1
Sextus Tarquinius Lucretiam per vim stuprat, l. 1 c. 4 p. 21
Sextus, Julii Cæsaris patruelis, Syriæ præfectus, l. 5 c. 4 p. 365 Herodi scribit eique donum mittit, d. c. 4 p. 365 Herodem Syriæ ducem constituit, eod. c. 4 p. 369
Sextus Cerealis Jotapatæ urbis mœnia conscendit, l. 6 c. 18 p. 601
Sibseni, certa gens, l. 1 c. 8 p. 5
Sicarii Hierosolymis grassantur, l. 5 c. 45 p. 538 & l. 6 c. 28 p. 648
Sichemum, oppidum, ab Hyrcano capitur, l. 4 c. 4 p. 264 rex, Demetrius, ibidem castra ponit, d. l. 4 c. 12 p. 294
Sichor est Nilus, Ægypti fluvius, l. 3 c. 2 p. 176
Sicilia ab Ælerano Aphto Romanis subjicitur, l. 2 c. 14 p. 156 eadem etiam à Marcilio & Itulmo Romanis subjicitur, d. c. 24 p. 158
Sidonii Judæos affligunt, l. 3 c. 13 p. 213 eorum rex, Zoilus, l. 4 c. 9 p. 285
Signa antè excidium Hierosolymitanum præcedentia, l. 6 c. 53 p. 857 & seq.
Silæus, Arabs, Salomæ amore capitur, l. 5 c. 29 p. 474 it. d. l. 5 c. 38 p. 507
Silas, Judæorum dux, Babylonicus, Ascalonem oppugnat, l. 6 c. 12 p. 582 interficitur, d. c. 12 p. 581
Siloah sive Siloam, piscina Hierosol. l. 6 c. 38 p. 750
Silon, Romanorum dux, l. 5 c. 10 p. 392
Simeon, Judæus quidam apostata, l. 3 c. 3 p. 177
Simon, Mattathias dictus, Mattathiæ filius, l. 3 c. 7 p. 194 & l. 6 c. 6 p. 563 vir prudens fuit, l. 3 c. 9 p. 199 à Juda Maccabæo in Galilæam mittitur, l. 3 c. 13 p. 212 adversus Antiochum, regem, proficiscitur, l. 4 c. 1 p. 249 illius exercitum delet, d. c. 1 p. 249 principatum apud Judæos adipiscitur, eod. c. 1 p. 250 à Ptolemæo, genero, interficitur, l. 4 c. 1 p. 250
Simon, vir sapiens, Judæus, Archelao, somnium interpretatur, l. 5 c. 43 p. 528
Simeon, grassator quidam Judæus, urbe Scythopoli egreditur, l. 6 c. 4 p. 554 illius pater, Saul, d. c. 4 p. 554 Syros & Romanos alloquitur, eod. c. 4 p. 555 patrem suum unà cum omni familia ac denique seipsum interficit, d. c. 4 p. 556
Simon, Ezronis filius, Eleazaro, grassatorum principi, sese adjungit, l. 6 c. 32 p. 681
Simon Cathlæ filius, Idumæorum dux, Ananiæ, summo sacerdoti respondet, l. 6 c. 27 p. 641
Simeon, Gioræ filius seu Bargiora, grassatorum princeps, ab Anania, Pontifice, urbe Hierosolyma expellitur, l. 6 c. 29 p. 655 copias undique colligit, d. c. 29 p. 656 magnâ clade afficitur, eod. c. 29 p. 656 Judæis ingentem stragem infert, d. l. 6 c. 29 p. 657 in Idumæam proficiscitur, eod. c. 29 p. 657 Gazam aggreditur, d. c. 29 p. 657 cum Idumæis æquo Marte pugnat, eod. c. 29 p. 657 Jacobi Idumæi operâ Idumæos subigit, d. c. 29 p. 659 & seq. Hebronem capit. eod. c. 29 p. 660 illius uxor à Johanne per insidias capitur, d. c. 29 p. 661 Hierosolymam venit, eod. c. 29 p. 662 Ananiæ & seniorum consilio intrà urbem recipitur, d. c. 29 p. 663 Johannem odit, eod. c. 29 p. 664 Eleazarum interficere conatur, d. c. 29 p. 664 editiora urbis Hierosolymæ loca occupat, l. 6 c. 32 p. 681 Johannem perdere vult, eod. l. 6 c. 35 p. 702 quam urbis partem sibi defendendam susceperit, d. l. 6 c. 36 p. 719 Amithæum, sacerdotem, unà cum tribus filiis capere jubet, l. 6 c. 42 p. 776 illos simul interfici præcipit, eod. l. 6 c. 43 p. 790 Ananiam, Masbali filium, Aristhæum aliosque interfici curat, d. c. 43 p. 791 & seq. Titum de vita & incolumitate sua rogat, l. 6 c. 54 p. 861 Tito superbè respondet, eod. c. 54 p. 863 illius milites se Tito dedere volunt, d. l. 6 c. 55 p. 865 Jacobum, Sosæ filium, custodiæ tradit, eod. c. 55 p. 865 latebris semet occultat, d. c. 55 p. 865 ex latebris egrediens Tercatio Ruso se tradit, eod. c. 55 p. 869 ad Titum ducitur, d. c. 55 p. 869 acerbissimis cruciatibus necatur, eod. c. 55 p. 869
Simeon, Gamalielis filius, à Tito interficitur, l. 6 c. 59 p. 888 is pater fuit R. Jehudæ Sancti, qui Mischnam composuit, d. c. 59 p. 888 filium habuit R. Gamalielem, qui Secundus hujus nominis appellatus fuit, eod. c. 59 p. 888
Sinenses sive Sinæi, l. 2 c. 9 p. 92
Siom, Amazonum Deus, l. 2 c. 21 p. 147
Sion, vid. Zion.
Sirachi filius, Josua, quo tempore vixerit, l. 2 c. 24 p. 157
Sivan, mensis nomen apud Judæos, l. 6 c. 47 p. 822
Slavi, vid. Sclavi.
Sodom, mare, l. 6 c. 28 p. 650
Soëmus Tyrius, l. 5 c. 21 p. 432 illius fidei commendatur ab Herode Mariamne & Alexandra, d. l. 5 c. 21 p. 433 capitur & occiditur, c. 22 p. 441
Somnium Herodis de Josepho, fratre suo, l. 5 c. 11 p. 398
Sosius, exercitus Romani dux, l. 5 c. 11 p. 396 Herodi auxilio mittitur, d. c. 11 p. 397 contrà Antigonum proficiscitur, eod. c. 11 p. 397 Hierosolymam obsidet, l. 5 c. 12 p. 400 eandem capit, d. c. 12 p. 400 coronam auream templo Domini offert, eod. c. 12 p. 401 ad Antonium abit, d. c. 12 p. 401
Sosipater, dux exercitus, l. 3 c. 18 p. 231
Sostratus, Cnidius, turrim Pharum exstruit, l. 2 c. 23 p. 155
Spartani, l. 4 c. 1 p. 250
Species vultus humani mira pulchritudine super Sanctum Sanctorum Hierosolymis apparet, l. 6 c. 53 p. 858
Stella sub specie hominis apparet Hierosolymis, l. 6 c. 53 p. 857
Stiria, regio, & urbs, l. 2 c. 2 p. 8
Strabo, Cappadox, Historicus, l. 1 c. 21 p. 67 it. l. 4 c. 9 p. 283 & d. l. 4 c. 23 p. 335 & eod. l. 4 c. 26 p. 347 de rebus Alexandri M. scripsit, l. 2 c. 9 p. 90 & d. l. 2 c. 22 p. 151
שטים, quale lignum, l. 4 c. 8 p. 292
Stratonis turris, postea Cæsarea dicta, l. 4 c. 7 p. 278 & d. l. 4 c. 8 p. 280 ab Alexandro Jannæo capitur, eod. l. 4 c. 12 p. 296 vid. Cæsarea.
Surentum, oppidum, vid. Zurentum.
Suph, mare, l. 2 c. 3 p. 78
Sulan, arx in Persia, l. 1 c. 15 p. 47 & l. 2 c. 3 p. 77
Synedria quinque à Gabinio in Judæa constituuntur, l. 4 c. 24 p. 340 Synedrium Hierosolymitanum à Johanne convocatur, l. 6 c. 27 p. 644 eidem maximus terror à Johanne injicitur, d. l. 6 c. 27 p. 645
Syracusæ, urbs, à Romanis capitur, l. 2 c. 24 p. 156 à Marcilio & Itulmo vastatur, d. c. 24 p. 156
Syri à Romanis deficiunt, l. 5 c. 17 p. 417
Syria Zoba, l. 4 c. 4 p. 264 & l. 6 c. 9 p. 575

T.

Tabernaculorum festum, l. 4 c. 3 p. 258 & d. l. 4 c. 7 p. 277 & eod. l. 4 c. 11 p. 291 ac l. 5 c. 16 p. 414
Tabor, mons, l. 4 c. 12 p. 297 & d. l. 4 c. 25 p. 344 it. l. 6 c. 25 p. 635 ab Alexandro Jannæo subigitur, l. 4 c. 12 p. 297 ab Alexandro, Aristobuli filio, occupatur, l. 4 c. 25 p. 344
Tachmonsi, certa gens, l. 2 c. 9 p. 92
Talassia, provincia, l. 2 c. 14 p. 152
Talles Judæorum quid, l. 6 c. 1 p. 540
Tarentum, oppidum, l. 5 c. 36 p. 498
Tarichæa, urbs, vid. Tyarna.
Tarquinius priscus, vid. Priscus Tarquinius.
Tarquinius Sextus, vid. Sextus Tarquinius.
Tarquinius Superbus, rex Romanorum, l. 1 c. 4 p. 21 illius filius Lucretiam stuprat, d. c. 4 p. 21 interficitur, eod. c. 4 p. 21
Tarquinius, Romanorum rex, l. 5 c. 1 p. 355
Tarsia, regio, l. 2 c. 14 p. 112
Tarsi, unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 6 expulsi ad filios Javan confugiunt, d. c. 1 p. 7
Tarvisiani, l. 1 c. 1 p. 3
Taurus, mons, aliàs Alath appellatus, l. 1 c. 21 p. 65
Tebeth, mensis nomen apud Judæos, l. 6 c. 41 p. 773

Tempestas magna Hierosolymis exorta, l. 6 c. 27 p. 642
Templum Hierosolymitanum secundum exstrui cœptum, l. 1 c. 12 p. 39 posteà ab illius ædificatione cessatum, d. c. 12 p. 40 tandem perfectum, l. 1 c. 20 p. 60 à Pompejo captum, l. 4 c. 23 p. 333 in templo secundo quænam res sacræ defuerint, l. 1 c. 21 p. 62 quinam ex gentibus illud ingressi sint, l. 4 c. 23 p. 333. huic templo quotannis tributum fuit illatum mandatò Julii Cæsaris, l. 5 c. 5 p. 371 novum templum Herodes exstruere sibi proponit, l. 5 c. 25 p. 454 illud ædificat, d. l. 5 c. 26 p. 457 & seq. illius mensura, eod. c. 26 p. 458 quot annis ab Herode exstructum sit, l. 5 c. 27 p. 464 miraculum in illius exstructione contigit, d. c. 27 p. 464 ab Herode dedicatur & initiatur, eod. c. 27 p. 465 & seq. templum istud regis Agrippæ ætate destructum fuit, l. 5 c. 45 p. 537 à Judæis grassatoribus occupatur, l. 6 c. 2 p. 550 & d. l. 6 c. 26 p. 640 istius templi atrium à Romanis oppugnatur, l. 6 c. 49 p. 831 & seq. incenditur, l. 6 c. 53 p. 853 in hoc templo Deorum simulacra à Romanis constituuntur, d. l. 6 c. 53 p. 856 & eod. l. 6 c. 54 p. 860 templum istud per septem Paschatis dies noctu collucet, l. 6 c. 53 p. 857 porta templi semet sponte aperit, d. c. 53 p. 858
Templum tertium, Hierosolymis exstruendum, à Judæis expectatur, l. 5 c. 27 p. 465 & l. 6 c. 60 p. 891
Templum in monte Garizim exstructum, l. 2 c. 8 p. 89 & l. 3 c. 7 p. 194 it. l. 4 c. 4 p. 264 ac l. 6 c. 60 p. 890
Tenebrosi montes, vid. montes tenebrosi.
Tenisa, urbs, l. 6 c. 31 p. 678
Tephtæus, Galilæus, cum sociis suis Romanorum arietes incendit, l. 6 c. 40 p. 762
Terentius Varro ab Hannibale vincitur, l. 3 c. 15 p. 222 ad urbem Venusiam profugit, ibid.
Terentius Rufus Simeonem, grassatorum principem, ad Titum ducit, l. 6 c. 55 p. 867
Teridates seu Tyridates, rex Ararat, l. 6 c. 56 p. 873 vid. Mithridates.
Terræ motus Herodis ætate, l. 5 c. 19 p. 422
Terpnon, hortus aureus, Pompejo, dono mittitur, l. 4 c. 20 p. 323
Teudion, intimus Antipatri amicus, venenum mittit Antipatro ad tollendum Herodem, l. 5 c. 35 p. 494
Tezio, mare, l. 1 c. 1 p. 8
Thabialaca, urbs, l. 1 c. 1 p. 4
Thabianus, rex Italiæ, templum Sabbathæo sive Saturno exstruit, l. 1 c. 3 p. 18
Thæres seu Thares, Ahasveri regis custos, l. 2 c. 1 p. 73
Thalmira, Scytharum regina, aliàs Tamyris sive Tomyris dicta, l. 1 c. 22 p. 69 à Cambyse rege interficitur, d. l. 1 c. 22 p. 71
Tharsis, gens quædam, l. 1 c. 1 p. 1
Thebrominim, urbs, à Tiberio condita, l. 2 c. 25 p. 164
Themasius, l. 1 c. 18 p. 53
Thenisa, urbs, l. 6 c. 31 p. 678
Theogenes seu potius Timagenes, Hierosolymitanus, historicus, l. 1 c. 21 p. 68 & l. 4 c. 9 p. 283
Theocorus, l. 4 c. 23 p. 336
Theodorus, dux urbis Hamath, Judæos cædit, l. 4 c. 10 p. 293
Thermæ in Judæa, l. 6 c. 28 p. 651
Thesauri maximi à rege Davide reconditi, l. 4 c. 3 p. 261 in templo Hierosolymitano thesauri servati, l. 4 c. 23 p. 336 & eod. l. 4 c. 26 p. 346 & p. 347
Thessali unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 4
Thiarus, vid. Theodorus.
Thiras, quis populus, l. 1 c. 1 p. 1 & p. 5 ac d. l. 1 c. 3 p. 18
Thobeli, unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 4
Thogarma, quæ gens, l. 1 c. 1 p. 1 & d. c. 1 p. 3
Thogarmii, certus populus, l. 2 c. 9 p. 92
Thracia, l. 1 c. 1 p. 5 & d. l. 1 c. 3 p. 18
Thraces, unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 1 & p. 5 & d. l. 1 c. 3 p. 18
Thubal, l. 1 c. 1 p. 1 & p. 4 illius filii ubi habitârint, d. c. 1 p. 4 à quibus sint victi, l. 1 c. 2 p. 14
Thures, l. 1 c. 1 p. 5 & d. l. 1 c. 3 p. 18 Thurciam inhabitant, d. c. 1 p. 5 & c. 3 p. 18
Tiberinus Sylvius, Italiæ rex, l. 1 c. 3 p. 18
Tiberius, dux exercitus Augusti Cæsaris, urbes Thebrominim & Mezaronim condit, l. 2 c. 25 p. 164 populum Romanum vi continet, d. c. 25 p. 164
Tiberius, Romanorum imperator, Augusto succedit, l. 5 c. 44 p. 529 Pilatum Hierosolymam mittit, d. c. 44 p. 529 Anubidis templum dirui jubet, eod. c. 44 p. 532 moritur, l. 5 c. 45 p. 534 Cajum Caligulam habet successorem, d. c. 45 p. 534
Tiberienses à Josepho invaduntur, l. 6 c. 11. p. 578 Josepho portam urbis aperiunt, d. c. 11 p. 579 thermæ Tiberiadis, l. 6 c. 28 p. 651
Ticron, urbs, l. 6 c. 31 p. 678
Tigranes, rex Armeniæ, Mithridatis filiam ducit uxorem, l. 2 c. 24 p. 159 Antiochum magnum regnò expellit, d. c. 24 p. 159 in Syriam irrumpit, l. 4 c. 15 p. 304 fœdus cum regina, Alexandra, facit, d. c. 15 p. 305 in Armeniam revertitur, eod. c. 15 p. 305 à Pompejo invaditur, l. 4 c. 20 p. 322
Tigranes, Alexandri, Herodis filii, filius, l. 5 c. 33 p. 486 eidem desponsatur ab Herode filia Pheroræ, d. c. 33 p. 488
Tigris, fluvius, ab Alexandro M. subjugatur, l. 2 c. 15 p. 118
Timaz sive Telmez, certus populus, l. 1 c. 1 p. 3
Timagenes, vid. Theogenes.
Timotheus, Syriæ præses, à Juda Maccabæo in fugam vertitur, l. 3 c. 12 p. 208 terram Gilead devastat, d. l. 3 c. 13 p. 212 cum Juda Maccabæo iterùm prœliatur, sed fugatur, eod. c. 13 p. 213 Gazam venit ac reparat vires, d. c. 13 p. 214 denuo fugatur eod. c. 13 p. 214 adversus Judam iterum prælium init, l. 3 c. 18 p. 230 à Juda in prœlio capitur & præstitò juramentò incolumis dimittitur, d. c. 18 p. 231
Tisino seu Ticinus, fluvius, l. 1 c. 1 p. 6
Titius, princeps sive Consul Romanus, l. 3 c. 17 p. 217
Titus, scriptor Romanus, l. 1 c. 21 p. 68 & l. 4 c. 16 p. 309 & eod. l. 4 c. 23 p. 335 notatur, d. l. 4 c. 16 p. 309 de rebus Alexandri Magni scripsit, l. 2 c. 9 p. 90 & d. l. 2 c. 22 p. 152
Titus, Vespasiani filius, à Cæsare, Nerone, in Judæam mittitur, l. 6 c. 9 p. 573 milites Josephum ad mortem postulantes, increpat, d. l. 6 c. 23 p. 627 à Vespasiano è Syria in Judæam vocatur, eod. l. 6 c. 24 p. 632 à Vespasiano mittitur Giscalam, d. l. 6 c. 25 p. 633 Giscalam, urbem, in deditionem accipit, d. c. 25 p. 634 Johannem ejusque sequaces persequitur, eod. c. 25 p. 635 Josephum blandè alloquitur eumque bene habet, l. 6 c. 31 p. 677 & seq. Alexandriâ profectus castra crebrò mutat ac tandem Cæsaream venit, d. c. 31 p. 678 Gazam, Ascalonem & Japhonem capit, eod. c. 31 p. 679 Cæsareæ copias contrahit, l. 6 c. 32 p. 679 easdem recenset & lustrat, d. l. 6 c. 34 p. 694 exercitum suum Samariam ducit, d. c. 34 p. 695 inde Ajalonem venit, eod c. 34 p. 695 Hierosolymam exploraturus abit, d. c. 34 p. 695 periculum incurrit, ibid. p. 696 singulari Dei providentiâ servatur, d. c. 34 p. 696 Hierosolymam veniens in monte olivarum castra ponit, eod. c. 34 p. 697 & p. 698 milites suos ordinat eosque alloquitur, d. c. 34 p. 698 milites suos terrore perculsos increpat, eod. c. 34 p. 698 & seq. rem fortiter agit, d. c. 34 p. 699 copias suas ad prælium hortatur, eod. c. 34 p. 699 cœteris fugientibus ipse solus Judæis resistit, d. c. 34 p. 700 in maximo periculo versatur, eod. c. 34 p. 701 ipsius auxilium à Judæis dolò petitur, l. 6 c. 35 p. 703 acceptâ quadam clade duces suos alloquitur, d. l. 6 c. 35 p. 704 rem præclarè gerit Judæosque intrà mœnia compellit, eod. c. 35 p. 704 ubinam ipse primùm urbis Hierosolymæ oppugnationem instituerit, d. c. 35 p. 715 Nicanorem ad pacem, Hierosolymitanis offerendam, mittit, eod. c. 35 p. 715 arietes ferreos ad oppugnandam urbem adduci jubet, d. c. 35 p. 715 exteriorem urbis murum perrumpit, l. 6 c. 36 p. 717 eundem penitùs destrui jubet, d. c. 36 p. 717 milites suos ad virtutem hortatur, eod. c. 36 p. 719 ariete ferreò murum concuti jubet, d. c. 36 p. 720 Æneam ad Castorem, Judæum, mittit, eod. c. 36 p. 722 secundum quoque murum ariete ferreò concuti jubet, d. c. 36 p. 722 Judæos iterùm ad pacem hortatur, l. 6 c. 37 p. 724 & seq. eisdem conditiones pacis per Josephum offert, d. c. 37 p. 725 & seq. Judæos servos Hierosolymam dimittit liberos, l. 6 c. 39 p. 754 Hierosolymitanos iterùm ad deditionem hortatur, d. c. 39 p. 756 ariete ferreo mœnia interiora concuti jubet, eod. c. 39 p. 757 copias suas in quatuor castra dividit, l. 6 c. 40 p. 760 milites suos increpat, l. 6 c. 41 p. 766 urbem arctè obsidet eamque fame domare constituit, d. c. 41 p. 774 calamitatum urbis Hierosolymæ causam Judæis imputat, eod. c. 41 p. 775 Judæos quosdam transfugas recipit, l. 6 c. 45 p. 802 arietem ferreum ad mœnia oppugnanda adduci jubet, l. 6 c. 46 p. 811 murum con-

eoncuti præcipit, d. c. 46 p. 812 ducum fuorum militumque animos confirmat, eod. c. 46 p. 813 & seq. mœnia Hierosolymitana conscendit, l. 6 c. 47 p. 817 Johannem cœterosque grassatorum duces per Josephum interpretem alloquitur, l. 6 c. 48 p. 822 Johanni per eundem Josephum respondet, d. c. 48 p. 824 Hierosolymis egrediens castra è regione urbis locat, l. 6 c. 49 p. 829 multos Judæos, ex urbe egredientes recipit, d. c. 49 p. 829 Cerealium & Dosithæum ad atrium templi contrà Judæos mittit, eod. c. 49 p. 832 fusis ad Deum precibus de Judæorum crudelitate ac feritate conqueritur, l. 6 c. 52 p. 847 arietem ferreum ad murum noviter exstructum admoveri jubet, d. c. 52 p. 851 templum Domini incensum intrat ejusque structuram magnificam admiratur, l. 6 c. 53 p. 855 in templo Domini simulacra Deorum suorum constituit, d. c. 53 p. 856 sacerdotes, vitam rogantes, interfici jubet, l. 6 c. 54 p. 861 Simeonem & Johannem, clementiam suam implorantes, graviter increpat, d. c. 54 p. 861 & seq. eosdem ut arma deponant ac sese dedant, hortatur, eod. c. 54 p. 862 ad eosdem oppugnandos iterùm capit arma, d. c. 54 p. 863 Zarachum unà cum fratribus suis & universâ familiâ ex urbe Hierosolyma venientem benignè excipit, eod. c. 54 p. 863 vasa aurea templi vestesque sacerdotales à Josua sacerdote traditas accipit, l. 6 c. 55 p. 866 Judæos captivos ignominioso mortis genere interfici præcipit, eod. c. 55 p. 871 Alanis bellum inferre constituit, l. 6. c. 56 p. 876 Romam reverti vult, d. c. 56 p. 876 Sylvam, ducem, contrà Eleazarum mittit, eod. c. 56 p. 876 nonnullos Judæos in terra Israelitica relinquit, l. 6 c. 59 p. 887 moritur, d. c. 59 p. 889 illius encomium, eod c. 59 p. 889

nnn, mensis nomen apud Judæos, l. 6 c. 53 p. 853

Tobias, Ammonita, l. 1 c. 12 p. 39

Tolmida seu Ptolemæus, Alexandri M. princeps, l. 2 c. 19 p. 137 Alexandri corpus aromatibus condiri jubet, d. l. 2 c. 22 p. 151 Ægypti regnum occupat, eod. l. 2 c. 23 p. 153 Demetrium habet successorem, d. c. 23 p. 154

Tonitru vid. Tempestas.

Toscania, l. 1 c. 1 p. 4

Trabs aurea in templo Hierosolymitano à M. Crasso ablata, l. 4 c. 26 p. 346

Trachmonii, certa gens, l. 2 c. 9 p. 92

Trajanopolis urbs, vid Pompeja, urbs.

Tribus sive Trajanus à Vespasiano ad urbes Galilææ subigendas mittitur, l. 6 c. 24 p. 629

Tribus Israeliticæ quædam post montes tenebrosos latent, l. 2 c. 16 p. 125

Tripolis, urbs, l. 2 c. 15 p. 117 illius incolæ ab Alexandro M. interficiuntur, d. c. 15 p. 117

Trygammanes unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 3

Trypho, tonsor regis, Herodis, accusatur, quòd e jus vitæ insidiatus sit, l. 5 c. 32 p. 485

Tullius Ostilius sive Hostilius Numæ Pompilio in regno succedit, l. 1 c. 4 p. 20

Turkestan, i. e. Turcia, l. 1 c. 1 p. 3

Turcæ sive Turci, unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 3

Turs seu Tours, urbs, à quibus sit condita, l. 1 c. 3 p. 18

Turnus, Beneventi rex, Rutulorum dux, l. 1 & 2 p. 11 Janjam sibi uxorem petit, d. c. 2 p. 11 cum Æneâ pugnat, eod. c. 2 p. 12 ab Æneâ vincitur & interficitur, d. c. 2 p. 12

Tuscia, l. 1 c. 1 p. 5

Tyberis, fluvius, l. 1 c. 1 p. 7 & p. 9 illius alveus à Romanis alio flectitur, d. l. 1 c. 4 p. 22

Tygranes vid. Tigranes.

Tyrii Judæos affligunt, l. 3 c. 13 p. 213

Tyro sive Teron, miles quidam Judæus, Herodem crudelitatis insimulat, l. 5 c. 32 p. 484 interficitur, d. c. 32 p. 486

Tyarna seu Tarichæa, urbs, Josepho traditur, l. 6 c. 11 p. 578 à Tito evertitur, d. l. 6 c. 24 p. 619.

U.

Valerius seu Valerianus à Vespasiano ad urbes Galilææ subigendas mittitur, l. 6 c. 24 p. 629

Vandali à Romanis subacti, l. 6 c. 1 p. 546

Vandimon est ipse Noah, l. 1 c. 1 p. 7

Varro, vid. Terentius.

Varus, Augusti, Cæsaris, legatus, l. 5 c. 36 p. 501 Syriæ præficitur, d. c. 36 p. 501 Herodes coram illo filium suum, Antipatrum, accusat, l. 5 c. 37 p. 502

Vaticinium antiquæ scripturæ Hierosolymis repertum, l. 6 c. 53 p. 859 & seq. Jacobi, patriarchæ, vaticinium de sceptro Judæ non auferendo quando sit impletum, l. 5 c. 12 p. 402 Danielis vaticinium de jugi sacrificio abolendo impletum

pletum, l. 6 c. 30 p. 673 Judæi cujusdam vaticinium de templo Hierosolymitano, quod à Romanis incensum erat, restaurando, l. 6 c. 53 p. 856 aliud vaticinium de rege super populum Israeliticum & in universa terra regnaturo, d. c. 53 p. 860

Ventidius, Romanorum dux, l. 5 c. 10 p. 392 Parcorum, Panthorum regem, vincit & interficit, d. l. 5 c. 11 p. 396

Venetum, mare, l. 1 c. 1 p. 6

Venusia, urbs Italiæ, l. 3 c. 15 p. 222 Varus seu Varro ad illam profugit, d. c. 15 p. 222

Veritas ejusque laus, l. 1 c. 19 p. 55 & seq.

Vesthia, vid. Venusia.

Vespasianus à Nerone, Cæsare, contrà Judæos ac Persas mittitur, l. 6 c. 9 p. 573 & seq. Germaniam, Britanniam ac Belcusiam domat, d. c. 9 p. 573 cum Tito, filio, expeditionem contrà Judæos suscipit. eod. c. 9 p. 573 Antiochiam venit, d. c. 9 p. 574 inde in Syriam Zobam profi ciscitur, eod. c. 9 p. 575 exercitum in Galilæam ducit, l. 6 c. 10 p. 576 Ptolemaidem venit, d. l. 6 c. 13 p. 584 Tiberiadem petit, eod. c. 13 p. 586 legatos ad Josephum mittit, d. c 14 p. 587 Gadaram capit, eod. c. 14 p. 588 Jorpatam sive Jotapatam obsidet, d. l. 6 c. 14 p. 589 eandem oppugnat, d. c. 14 p. 589 & seqv. ac d. l. 6 c. 16 p. 595 & seq. in illius oppugnatione Vespasiani crus sagittâ vulneratur, d. l 6 c. 17 p. 599 Jotapatam vehementissimè oppugnat, l. 6 c. 18 p. 601 & seq. eandem capit, d. c. 18 p. 602 Josephum vivum & incolumen servat, l. 6 c. 23 p. 627 ad urbes Ptolemaidem & Cæsaream venit, d. c. 23 p. 628 Valerianum & Trajanum unà cum filio suo, Tito, mittit ad urbes Galilææ subigendas, l. 6 c. 24 p. 629 ad urbem Gamalam venit, d. c. 24 p. 630 eandem validè oppugnat, eod. c. 24 p. 631 à Gamalienses cladem accipit, d. c. 24 p. 631 & seq. cum Eburio, decurione, fugit, eod. c. 24 p. 632 filium suum, Titum, cum copiis in Judæam vocat, d. c. 24 p. 632 Seleuciam ac Gamalam, urbes, delet, l. 6 c. 25 p. 632 Giscalam oppugnat, d. c. 25 p 633 Titum mittit ad pacem Giscalæ offerendam, eod. c. 25 p. 633 & seq. ad montem Tabor venit, d. c. 25 p. 635 Placidum, ducem suum, ad montem illum occupandum mittit, eod. c. 25 p. 635 Cæsareæ castra locat, l. 6 c. 28 p. 647 ibidem diu subsistit, d. c. 28 p. 647 à nonnullis Judæis solicitetur, ut Hierosolymam veniat, eod. c. 28 p. 648 Gadarensibus opem ferre decernit, d. c. 28 p. 649 Placidum, ducem, ad Johannem persequendum mittit, eod c. 28 p. 649 & seq. urbes in Idumæa capit, d. c. 28 p. 651 & seq. imperator declaratur, eod. c. 28 p. 653 & seq. Antonium & Mutianum Romam mittit, l. 6 c. 30 p. 664 ipse Romam proficiscitur, d. c. 30 p. 665 Tito præcipit, ut Hierosolymam obsideat, eod. c. 30 p. 665 Agrippam, regem & Monobazum, illius filium, Romam ducit, d. c. 30 p. 666 Josephum vinctum secum Romam ducit, eod. c. 30 p. 666 Josephum ad Titum, filium suum, mittit, l. 6 c. 31 p. 676 Judæis certas conditiones pacis offert, d. l. 6 c. 31 p. 677

Via, lapidus strata inter Albanum & Romam, l. 1 c. 2 p. 12

Vicissitudo in tota rerum universitate est, l. 5 c. 19 p. 427

Vitellius, Romanorum imperator, vir stolidus ac crudelis, l. 6 c. 28 p. 651 interficitur, d. l. 6 c. 30 p. 665

Vitis aurea Pompejo dono mittitur ab Ariobulo, l. 4 c. 10 p. 323 illius inscriptio, eod. c. 10 p. 323 Romam mittitur, d. l. 4 c. 21 p. 325 etiam ab Herode aurea vitis fuit fabre facta, l. 5 c. 26 p. 459 ejus descriptio, d. c. 26 p. 459 & seq.

Vitula ad mactandum prostrata parit agnum in urbe Hierosolyma, l. 6 c. 53 p. 858

Uncia, l. 4 c. 26 p. 346 illius valor apud Hebræos, d. c. 26 p. 346

Ungari, unde sint orti, l. 1 c. 1 p. 3 ubi habiteat, d. c. 1 p. 3 & p. 4 vid. Hungari.

Volga, fluvius, l. 1 c. 1 p. 3 & p. 4

Voti vis ac vinculum quousque sese extendat, l. 6 c. 22 p. 622

Urim & Thumim, l. 1 c. 21 p. 63 & l. 2 c. 7 p. 88 it. l. 3 c. 9 p. 206

Usa, urbs Israelitica, l. 6 c. 59 p. 887

Vultus humani species super Sanctum Sanctorum Hierosol. apparet, l. 6 c. 53 p. 858

Uzi, vir quidam eximius, l. 1 c. 2 p. 11 à filiis Cittim honore Divino cultus fuit, d. c. 2 p. 11 illius filia, Janya, eod. c. 2 p. 11

Z.

Zabuch, vid. Zebuch.

Zacharias, Baruchi filius, Hierosolymis interfici-

citur, *l.* 6 *c.* 27 *p.* 644 & d. *l.* 6 *c.* 32 *p.* 683 it. *c.* 33 *p.* 690 & seq.
Zachariæ, prophetæ, vaticinium capitis undecimi & decimi quarti à Josepho historico explicantur, *l.* 6 *c.* 6 *o p.* 889 & seq.
Zadok Samaritarum hæresiarcha, *l.* 4 *c.* 6 *p.* 273
Zarach cum fratribus suis & universâ familiâ ex urbe Hierosolyma ad Titum profugit, *l.* 6 *c.* 54 *p.* 863
Zavolk, Tartarorum familia, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 3
Zebuch, certa gens, *l.* 1 *c.* 1 *p.* 3
Zelotæ, quinam inter Judæos sic appellati fuerint, *l.* 6 *c.* 26 *p.* 638 templum Hierosolymitanum occupant, d. *c.* 26 *p.* 638
Zeno, Cotyla dictus, Philadelphensium tyrannus, *l.* 4 *c.* 2 *p.* 237
Zepho sive Zephi, Eliphasi filius, l. 1 c. 2 p. 10 ex Ægypto fugiens ad Æneam venit, d. c. 2 p. 11 ex Africa profugiens in regionem Cittim venit, eod. c. 2 p. 11 immanem bestiam interficit, d. c. 2 p. 13 à filiis Cittim divino honore afficitur, eod. c. 2 p. 13 Janus appellatur, ibid. p. 13 Gogadli copias fugat, eod. c. 2 p. 14 à filiis Cittim rex constituitur, d. c. 2 p. 14 filios Thubal subjugat, eod. c. 2 p. 14 Saturni cognomen acquirit & toti Italiæ imperat, d. c. 2 p. 14 quamdiu regnaverit, eod. c. 2 p. 14 ubi sepultus sit, ibid.
Zephoris, urbs à Lathyro obsidetur, l. 4 c. 10 p. 286 Synedrium ibidem constituitur, d. l. 4 c. 24 p. 340 illius urbis incolæ se dedunt Cestio, l. 6 c. 5 p. 558 hæc urbs posteà Dio-Cæsarea dicta fuit, d. c. 5 p. 558 à Josepho oppugnatur, eod. l. 6 c. 11 p. 580 capitur & deletur, eod. l. 6 c. 12 p. 583
Zerubabel, Sealthielis filius, l. 1 c. 15 p. 46 & d. l. 1 c. 20 p. 60 l. 6 c. 60 p. 889 vir fortis fuit, eod. l. 2 c. 15 p. 46 ænigma seu problema proponit, d. l. 1 c. 16 p. 49 veritatem laudat, eod. l. 1 c. 19 p. 55
Zinim, regio à Romanis subacta, l. 6 c. 1 p. 546
Ziom, idolum, l. 2 c. 21 p. 147
Zion, l. 6 c. 2 p. 549 illius arx à Judæis occupatur, d. c. 2 p. 549 & l. 6 c. 53 p. 853 item c. 54 p. 861 à Tito subigitur, l. 6 c. 55 p. 868
Zipori, urbs, vid. Zephoris.
Zir, filius Hadareseris, l. 1 c. 4 p. 19
Zoilus, Sidoniorum rex, l. 4 c. 9 p. 285 ab Alexandro Jannæo in fugam vertitur, d. c. 9 p. 286
Zurentum, vetus, oppidum à Zinzan Hadareser conditum, l. 1 c. 4 p. 19 Puteoli posteà appellatum fuit, d. c. 4 p. 19 in hac urbe fons extitit, ex quo manavit oleum, eod. c. 4 p. 19. hoc oppidum subinersum fuit, d. c. 4 p. 19
Zurentum, novum, l. 1 c. 4 p. 19

FINIS.



Erra-

Errata typographica, quæ in Gorionidis libro tàm in Hebræo, quam in Latina versione ejusque notis continentur.

In Præfatione.

Num. (2.) lin. 2. pro: n. 88. lege: n. 89.
(6.) lin. 1. pro: n. 80. leg. n. 81.
* Pro: num. 87. leg. n. 88. & pro: num. 103. lege: num. 104.
(20.) lin. 6. post: ut ipse vertit, adde: audaciam.
(27.) lin. 4. pro: num. 92. leg. num. 93.
(38.) lin. 6. pro: num. 121. leg. num. 122.
(42.) lin. 1. pro: ab leg. ad.
(56.) lin. 10. pro: n. 91. leg. n. 92.
(57.) lin. 2. pro: n. 104. leg. n. 105.
(62.) pro: n. 111. leg. n. 112.
(92.) lin. 4. pro: n. 57. leg. n. 56.
(95.) lin. 2. pro: n. 97. leg. n. 98.
(98.) pro: n. 94. leg. n. 95.
(99.) lin ult. pro: num. 112. leg. n. 113.
(109.) pro: n. 115. leg. n. 116.

In textu Hebræo.

Pag. 9. lin. 8. pro: ש lege: שם
p. 11. lin. 8. pro: אגיאס leg. אגיאם
p. 13. l. 4. pro: וגדודי leg. וגדודו
p. 19. cap. 4. lin. 10. pro: זמש leg. שמן
p. 27. lin. 11. pro: על leg. עליו
p. 30. l. 8. pro: אליחבי leg. אליו בי
p. 39. l. 10. pro: עלו leg. על
p. 57. l. 12. pro: בבר leg. בעבר
p. 69. l. 14. pro: מבלם leg. מלכם
p. 76. l. 22. post: כי צר, adde: לגו
p 98. l. 14. post: הרצי addenda sunt hæc ותאמר מי הוא האלהי הזה ומרה תארו i. e. & dixit (regina:) quis est Deus ille & quænam illius est forma?
p. 111. l. 18. pro: בראורת leg. בשאורת
p. 129. l. 12. lege: וענהו גופותינו
p. 167. l. 5. pro: אשר leg. את
p. 198. l. 6. vox geminata הפוציס delenda est.
p. 233. l. 2. pro: ב leg. ג
p. 258. l. 7. pro: וילמו leg. וילחמו
p. 339. l. 8. lege: ויחגר
p. 353. l. 4. pro: הדשו leg. חדשו

In versione Latina.

Pag. 11. lin. 6. pro: descesserat, lege: decesserat.
p. 64. lin. 2. pro: quoque, lege: quæque.
p. 94. l. 11. post: Pontifices, adde: Babyloniæ.
p. 115. l. 17. post: sanavit, adde: potionibus

nibus & abſterſoriis.
p. 195. l. 12. pro: parlata, leg. perlata.
p. 225. ſic enim legendum, pro: 22.
p. 261. l. 14. pro: legis, leg. regis.
p. 285. l. 1. pro: que, leg. qui.
p. 312. lin. penult. poſt: & ſeptuaginta, adde: annos.
p. 407. lin. 3. pro: quas, leg. quos.
p. 507. l. 18. pro: ſuo leg. tuo.
p. 513. l. 2. pro: ſororem, leg. uxorem.
p. 515. l. 7. pro: apprehenſi, leg. apprehensâ.
p. 558. l. 8. pro: facta, leg. factô.
p. 603. l. 5. pro: Romanorum, leg. Romanum.
p. 616. l. 1. pro: diu, leg. die.

In Notis.

Pag. 3. col. 1. lin. 3. pro: a iis, leg. aliis.
p. 15. col. 2. lin. 3. pro: & num. 9. leg. & num. 6.
p. 48. col. 1. num. 5. lin. 8 pro: רפטר בבר leg. בפטר דבר
p. 54. col. 2. lin. 1. pro: ביה אשה lege: כי האשה
p. 60 col 2. l. 21. pro: 1. leg. it.
p. 61. col. 1. n. 9. l. 8. pro: σωτήεμα, leg. σωτήεμα.
p. 64. col. 1. n. 17. l. ult. pro: 215. leg 275.
p. 66. col. 2. n. 30. l. 2. pro: c. 4. l. c. 2.
p. 68. col. 1. n. 40. l. 1. ante verba iſta: in nonnullis, ponendum eſt: quod in nonnullis &c.
p. 69 col. 2. num. 2. lin. 5. antè verbum: dicitur, ponendum: aliis.
p. 70. col. 1. Sign. * lin. 2. poſt: §. adde: 8.
p. 119. col. 2. n. 25. l. 1. pro: c. 12. leg c. 15.
p. 124 col. 1. n. 6. pro: appella, l. apella.
p. 126. col. 1. n. 18. l. 1. poſt verba iſta: ſic in noſtro codice, adde: alii legunt.
ead. p. 126. col. 2. n. 19. l. 4. pro: hodiernum, leg. hodienum.
p. 148. col. 2. n. 5. poſt: nomen hoc, delenda eſt particula: non.
p. 153. col. 2. n. 9 l. 2. pro: n. 35. l. n. 53.
p. 159. col. 2. n. 40. l. 2. pro: lib. 39. leg. lib. 38.
p. 160. col. 1. n. 45. l. 1. pro: אמבניאה leg. אלמבניאה
p. 164 col. 2. l. 1. pro: n. 3. leg. n. 8.
p. 165. col. 2. n. 43 l. 4. pro: c. 41. l. c. 14.
p. 168. col. 2. l. 3. pro: c. 3. leg. c. 8.
p. 174. col. 1. n. 8 l. 1. pro: c. 4 leg. c. 6.
p. 180. col. 1. n. 6. pro: n. 8. leg. n. 7.
p. 184. col. 1. n. 4 l. 4. pro: עבריו l. עברין
p. 198 col. 1. n. 11. l. 1. pro: in eod. leg. in ead.
p. 206. col. 1. n. 15. poſt: it. 1. ſupplenda ſunt iſta: Maccab. c. 3. v. 56.
p. 213. col. 1. n. 13. l. 2. pro: ה leg. ח
p. 214 col. 2. n. 19. poſt: hoc cap. adde: num.
p. 222. col. 1. lin. 6. poſt: unde, cùm, addendum eſt: eam.
p. 232. col. 1. n. 14. lin. 2. pro: מופולים leg. שיטופולים
p. 236. col. 2. n. 13. lin. 2. pro: Berrocam leg. Berroeam.
p. 238. col. 1. n. 5. l. 2. pro: verſ. 9. leg. verſ. 19.

p. 261. col. 1. n. 19. l. 2. pro: cap. 1. l. c. 2. his adde: it. Egeſipp. de Bell. Jud. lib. 1. cap. 1.
p. 262. col. 2. lin. 2. pro: v. 4. leg. v. 14.
p. 263. col. 1. n. 5. l. 3. pro: Adanimo, leg. Adanino, it. pro: Judathim, leg. Indathim.
p. 267. col. 1. n. 29. lin. 8. ſic legendum eſt: Λαχὶς Μανὶς (lege: μανλὶς) Λαχὶς, ὑᾶ μεντινα &c.
Ead. p. 267. col. 2. lin. 1. pro: Φωλερᾶ leg. Φαλερᾶ.
p. 269. col. 1. n. 4. l. 2. pro: cap. 1. l. cap. 18
p. 276. col. 2. n. 9. l. 1. pro: 575. leg. 475.
p. 295. col. 2. n. 19. l. 2. pro: הקידבו leg. קיקודבו
p. 297. col. 1. n. 34. l. 4. pro: cap. 1. l. c. 18.
p. 302. col. 1. n. 5. lin. 5. pro: דיאובנים leg. דיאובנים
p. 306. col. 1. n. 15. l. 10. pro: cap. 53. leg. cap. 35.
p. 318. col. 1. n. 5. l. 1. pro: lib. 14. l. lib. 4.
p. 324. col. 1. n. 19. l. 1. pro: נוקומיסר leg. נוקומידם
p. 333. col. 2. l. 7. pro: exigente, l. ex gente.
p. 343. col. 1. n. 17. pro: lib. 4. l. lib. 14.
p. 345. col. 2. l. 2. pro: lapſos, l. elapſos.
p. 347. col. 2. n. 14. pro: c. 2. l. c. 12.
p. 352. col. 1. n. 18. l. 4 lege: infrà h. c. 1. n. 41. & n. 50.
p. 353. col. 1. n. 30. l. 1. pro: Maga, l. Maja.
p. 355. col 1. n. 42. pro: וכה leg. וכה
p. 360. col. 1. n. 2. l. 3. pro: c. 14. l. c. 24.
ead. p. 360. col. 1. n. 3. l. 6. pro: lib. 4. l. lib. 6
ead. p. 360 col. 2. l. 5. poſt: Cluveri, dele: 1.
p. 383. col. 1. n. 6. l. 3. pro: multis, leg. multisque.
p. 389. col. 2. n. 8. l. 7. pro: n. 1. l. n. 5.
p. 391. col. 1. n. 19. l. 2. pro: n. 44. l. n. 34.
p. 393. col. 1. l. 1: pro: יגמנאריאוס l. יגמנאריאוס
p. 409. col. 1. l. 3. pro: n. 8. leg. n. 7.
p. 420. col. 2. n. 5. l. 7. pro: c. 6. leg. c. 9.
p. 452. col. 2. lin. 10. poſt: ubi, addenda ſunt iſta: ſcribitur, Joſepho etiam attribui librum, qui inſcribitur &c.
p. 460. col. 2. n. 22. l. 5. pro: ἑξσὲ leg ἑξὲ.
p. 467. col. 2. n. 8. l. ult. pro: c. 36. l. c. 34.
ead. p. 467. col. 2. n. 10. l. 1. pro: c. 2. l. c. 6.
p. 474. col. 2. l. 3. pro: c. 50. leg. c. 40.
p. 483. col. 2. n. 7. lin. ult. pro: c. 51 l. c. 41.
p. 487. col. 1. n. 5. l. 7. pro: c. 52. l. c. 42.
p. 489. col. 1. n. 22. l. 6. & 7. dele iſta: l. 10.
p. 515. col. 2. l. 1. pro: Ἀχίασον l. Ἀχίαεον.
p. 518. col. 1. n. 3. l. 1. poſt: Antiqv. adde; l. 17. c. 10. &
p. 532. col. 1. n. 15. l. 1. pro: lib. 19. l. lib. 18
p. 540. col. 2. n. 3. l. 4. pro: infrà, l. & ſuprà.
p. 546. col. 2. n. 29. l. 1. lege: קייתן
p. 547. col. 1. n. 32. pro: ומנייא leg. גומנייא
ead. p. 547. col. 1. n. 32. l. 6. pro: c. 14. leg. c. 41.
p. 555. col. 2. n. 7. l. 3. poſt: cap. 25. adde: verſ. 25.
p. 571. col. 1. n. 5. l. 1. pro: c. 47. l. c. 37.
p. 586. col. 1. n. 10. l. 2. pro: c. 7. leg. c. 8.
p. 600. col. 2. n. 9. l. 1. poſt: dict. l. ſic legendum eſt: c. 17. cui etiam Egeſippus l. 3. de Bell. &c.
p. 638. col. 1. n. 16. l. 3. pro: περίσυλον leg. περίεολον.
p. 646. col. 1. n. 14. l. 3. pro: c. 11. leg. c. 12.
p. 664. col. 2. n. 2. l. 2. pro: c. 28. l. c. 82.
p. 690. col. 2. l. 3. pro: c. 23. l. c. 24.
ead. p. 690. col. 2. n. 23. l. 2 poſt: Joſuæ, adde: necem.
p. 705. col. 2. n. 12. l. 2 poſt: alleg. adde: loc.

p.708.col.2.n.27.l.1.pro: c.40.leg.c.14.
p.712.col.1.n.51.l.8.pro: 5.leg.50.
p.751.col.1.n.65.l.1.pro: c.16.l.c.26.
cad. p.751.col.2.n.68.l.4.leg.lib.5.c.1.
p.760.col.2.n.2.l.3.pro: c.40. n.9. leg. c.47.n.19.
p.765.col.2.l.1.pro: n.10.leg.n.14.
p.796.col.1.n.8.l.1.pro: Febant, leg.Flebant.
p.802.col.2.n.1.l.1.post: Joseph l.5. adde: de Bell.Jud.c.36.& Egesipp.l.5.
p.811.col.2.n.6.pro: mentionem factum est, leg. dictum est.
p.821.col.1.n.25.l.1.pro: גמל leg. מגדל
p.836.col.2.n.6.l.1.post: lib. 6. deleatur copula: &
p.858.col.2.n.33.l.1.post: igneos adde: visos.
p.863. col. 2. n.12 l.5 pro: Annal. leg. Antiqv.
p.867.col.2.n.16.l.2.pro: v.15.l.v.25.
p.873 col.1.n.11.l.1.pro: c.20.l.c.29.
p.877.col.2.l.1.pro: cap.43.l.cap.33.
p.878.col.1.n.1.l.1.pro: c.43.l.c.34.
p.880. col.2.n.10.l.2.post: Plato, adde: in Phædone.
Ibid. dict.n.10.l.4.pro: in Antiocho, leg. in Axiocho.
p.884.col.2.n.5.l.2. deleatur numerus 7.
p.885. col.1.n.8.l.2.post: de Excid.Hierosol. adde: libr.5.

Cætera Sphalmata leviora, in primis circà literas Hebræas ejusdem fermè figuræ seu similitudinis, uti sunt: ב & כ item ג ac נ atque ר & ד ut & ה ac ח eruditus lector pro sua dexteritate corriget & emendabit.

НАРОДНА БИБЛИОТЕКА БЕОГРАД